l.8.pr. de accept. contra Goth.14.36. M.
L.6.C.de dolo contra Cuiac.15.40.D.
l.6.C. de Vsuf. contra Cuiac. & A. Fab.10.8.H.
l.13.C.ad SC. Vell. contra Hot.12.29. E.
l.1.C. de non num.pec. 14.37.H.
l.8.C.de Locato contra Rad. Forn. 13. 7.C.
l.18.C.de testam.contra Cont. 75.D.
Princ.I.de iniur. contra Chr.Coler.15. 24.A.
Nou.108.c.2.contra Chiflet. 7.16.B.
Vlp.tit.24. §.24. contra Cuia. & Turam.8.7.D.
Cai.2.Inst.2.§.1.contra Cont. 6.1.B.

IVRISCONSVLTORVM ac Imp. Iustin. honor nouè assertus.

Ratio Caij in l.2.de Vsufr.car. rer.non inepta 10.4.C.
Vti nec Vlp. in l.4. §. 3. de Cond. ob turp.ca.14.25.F.
Sed & Matianus in l.65. §. 3. ad Trebell.nec ineptæ subtilitatis nec inaccurationis rectè arguitur 7.24.C.
Nec Sophistica ratio Iuliani in l. 9. & Proem.5.25.G.
Iniustéque Caio in l.5. §. 3. de oblig. & act.dica scribitur 14.17.
Eec ita ineptè Modestin. in l.5.d.t.lege nos obligari 12.5.E.
Nullus quoque error Imp. in l.vlt.C.de compens.16.15.I.
Æquissimè v. putamus à nobis defendi Iustin. constit. l. pen. C. de nec seru.her.contra A.Fab.6.17.F.
Sicuti & tuemur nouationẽ sui in §.2. I.de her. qua. & diff. ac diuisionem oblig.qua in §.vlt.I.de oblig.7.2.N.
Itémque §.1.I.de inut.stip. 8.11.B.
Denique nihil absoni, nihil non verisſ. in §.1.I. Quib.mo.re contr.
Vt nec in §. pen.I. de Obl.q. ex contr. satis, ni nos fallimus, adstrictum 14.17.
Tribonianus à calumniâ vindicatus quem falsò corruptionis argui, nihilque eum deprauasse, interpolasse, suum pro alieno venditasse primi, ceu remur, ostendimus in
l.8.pr.de neg.gest.contra Ant. Fab.15. 15.E.
l.14. de sponsal. contr.eund. 7.9.D.
l.3.§.1.de tutel.contra eund. 3.18.C.
l. 1. §. 2. de adimi. tut. contra eund. 7.9.D.
l.17.§.2. de excus. contra Reuard. 3. 9.A.
l. 8. §. 3. de Iure codicil. contra Ant. Fab.7.19.B.
l.21.de leg.3. contra Cuiac. 6.5.R.
l. 22. d.t. contra Cuiac. & Hotom. 8.4.E.
l.39.pr.d.t.contra A.Fab. 8.3.D.
d.l.39.§ 1. contra eund. d.c.F.
l.1.de penu leg. contra eund. 8.24.G.
l.10. de Cond. & dem. contra eund. 8. 33.E.
l.17. § 4. ad Trebell. contra eund. 8. 33.G.
l.22.§ vlt.d.t.contra Turam. 8.11.S.
l.31.§ vlt.d.t.contra A.Fab. 7.22.I.
l.15. de don. mort.ca.contra Vult. 14. 33.H.
l.7.§ 3. Quod vi aut clam, contra Ant.Fab.15.34.F.
l. 3. § 2.de Iur. fisci contra eund. 8. 13.C.
l. 18. C. de iure delib. contra eund. 7. 9.D.
l.28. C. de donat. contra Hot. & Gisa. 5.10.B.
Nec Tribon. oscitantia in § 2. Inst. de Curat.contra Rau. 3.18.E.
Nec in princ. I.de iniur. contra Christ. Coler. 15.24.A.

FINIS.

DONELLVS ENVCLEATVS, SIVE COMMENTARIORVM HVGONIS DONELLI

de Iure Ciuili in compendium ita redactorum, vt verum Nucleum contineant, iurisque artem, quæ amplo verborum cortice in illis tecta, apertiùs exhibeant.

PARS ALTERA.

Iuris obtinendi rationem XII. libris complectens.

Accesserunt NOTATA, *quibus secus in partim plurimum consilia, ad hodiernam pleráque iudiciorum faciem & formam, vsumque huius aui accommodata supplentur, partim quoque aliorum, idem cum* DONELLO *vel diuersum sentientium, rationes, pari cum fide excerptæ, referuntur & expenduntur.*

Auctore OSVALDO HILLIGERO Fribergense; (Auctore damnato, & hæc pars ipsius prohibita, sed cum expurgatione permissa.)

Subiecti sunt Indices rerum, verborum & capitum; tum locorum iuris; cum primis aliorúmque explicatorum, & illustratorum, &c. locupletiss.



ANTVERPIÆ
Apud PETRVM BELLERVM.
M. DC. XLII.

DONELLVS
ENVCLEATVS,
SIVE
COMMENTARIORVM
HVGONIS DONELLI
de Iure Ciuili in compendium ita redactorum, vt verum Nucleum contineant, iurísque artem, quæ amplo verborum cortice in illis tecta, apertiùs exhibeant.

PARS ALTERA.

Iuris obtinendi rationem XII. libris complectens.

Accesserunt NOTATA, *quibus seorsim partim plurima omissa, ad hodiernam pleráque iudiciorum faciem & formam, vsumque huius ætui accommodata supplentur, partim quoque aliorum, idem cum* DONELLO *vel diuersum sentientium, rationes, pari breuitate excerptæ, referuntur & expenduntur.*

Auctore OSVALDO HILLIGERO Fribergense; (Auctore damnato, & hæc pars ipsius prohibita, sed cum expurgatione permissa.)

Subiecti sunt Indices rerum, verborum & capitum; tum locorum iuris, cum primis aliorúmque explicatorum, & illustratorum, &c. locupletiss.

ANTVERPIÆ
Apud PETRVM BELLERVM.
M. DC. XLII.

LECTORI BENEVOLO S.

ECCE tibi tandem, Lector amice, ſecundò genitus hic noſter in lucis auram prodit, nec te diutiùs ſui expectatione ſuſpenſum tenet. Aſt ſat diu tenuit, dices, eríſque nonnullus, qui ſeriùs fidem pridem apud te datam exſolui ſtatues. Quando tres anni ac eò amplius ab emiſſo priori fœtu interceſſerint. Cui ſi alter hic altellus fuiſſet, aut ſaltem anno vertente, alióve minus laxo interuallo, illum excepiſſet, eundem in gremio tuo promptius libentiúſque excepiſſes & fouiſſes: forſan & fœcunditatis parentis id tuo iudicio indicium foret vberius. Certè priore illo excluſo, ita animo conſtitutum erat noſtro. Eáque, ſi non de ingenij, quod modicum eſſe agnoſco, vbertate, aſt ſedulitatis & induſtriæ ope (quæ quid non producere potis eſt, ſi intentior ſit) concepta erat fiducia. Nec vtique fruſtrà me habuiſſet, & continuo nixu parturiendo adlaborare licuiſſet; nec caſus varij conatus diuerſo tempore intercepiſſent & eluſiſſent: Si denique iiſdem omninò quibus prior lineamentis efformatus, eodemque ſanguine nutritus partus hic nuperus, eâdem facie exiret. Atqui vti cauſſæ, quæ vocantur, externæ feracis cæteroquin vteri fœcunditatem ad tempus inhibere quandoque ſolent; ita non minus, ſi qua horum apta collatio, fuerunt, quæ maturiorem hîc exitionem interciperent. Semeſtria ſanè ſeptem abiêre ex quo prior harum operarum pars edita in manus tuas venit. At exinde vix ac ne vix quidem medietatem iſtius temporis operæ huic operiſque reſiduo impendere potuit. Reliquum partem in patria & vrbe natali, partem variis diſſitarum regionum oris (quas plures Germaniæ peragraui) degi & tranſegi; caſibus cauſſiſque tùm luctuoſis & fatalibus, tùm etiam minus infauſtis aliis auocatus, detentus, commotus. Quarum ſi catalogum pertexere longiorem vellem, vereor ne prolixitate pariter ac tædio aures tuas oculóſve legendo offenderem. Quanquam id nec arctius ſpatiolum quod te alloquendo mihi nunc ſupereſt pateretur. Nec nimis attinet operosè moram iſthanc apud te vt purgem. Qui noſti vtique ex reſcripto D. Pij acerbiori exactione non agendum eſſe cum eo qui ex liberali promiſſione conuenitur. Nam nec ex contractu, quantumuis oneroſo creditori ſibique lucroſo, debitores ad diem plerumque dictum credito parent: ſæpiúſque etiam rigidiores creditores, dummodò ſit ſolo tempore lapſa fides, moræ purgationem haud ægrè admittunt, hypobolo cumprimis ſortis moræ penſationi, largitionéve aliâ oblatâ. Et nos vtique nec certum diem nobis præfiniuimus, eæque moræ rationes conſtant, quæ vel à vadimonij deſertione ſatis excuſationis præberent. Si quæ tamen omninò mora videtur, cum fœnore ſarcimus, ac ſi quid in tempore tardius eſt, acceſſione non mediocri penſamus. Siquidem per ea temporum interualla quibus abfuimus, nec curæ huic vacare licuit (quanquam nec illis ipſis eandem planè depoſuimus) effectum, vt nitidiori facie molliúſque curatâ cute nunc prodeat, qui abſque iis fuiſſet, maturiùs ſanè, at minùs ſuccullentus exiturus. Quippe ſi eodem ſtilo filóque partem hanc alteram, quo priorem pertexiſſemus, iuſtâ ad illam ſymmetriâ libri hi duodecim ad medietatem ſolum priorem 16. librorum accederent, eámve non ita multum excederent. Sicuti quoque nunc ſi epitomata horum duodecim per ſe ſpectas, non nimium pariter compendij ſedecim iſtorum dimidium exſuperant. Cuius rei fides tibi fiet ex ipſis Donelli commentariis collatis. Siquidem in opere nuperiùs recuſo (quo nomine gratiam Aubij hæredibus habendam ipſéque puto; neque enim quenquam à lectione ipſorum Comment. his noſtris dimotum volo) ſedecim iſti conſtant foliis 952. duodecim autem hi fol. 494. Iam vero ex eorum quæ noſtro ſtudio in Nota coniecta ſunt copiâ 32. paginis hi libri prioribus pleniores. Quin vel ducentis aut pluribus eos excederent, ni certas ob cauſſas abrumpere in poſtremis oportuiſſet. Compendio tamen ſermonis naturaliter grato vbique non minus vſus ſum, nec moles hæc maior ex verborum multiuagâ ambage, ſed immensâ plurimarum rerum numeroſitate. Curæ quidem nobis & antea fuit, explere multa, neque ea ſolum quæ de apicibus ſubtilitatum, ſed & non minimam partem illorum quæ ſuo etiamnum vſu ſe commendant. Verùm in hac parte altera, quæ iuris obtinendi rationem complectitur, adeóque iudiciariam materiam (in qua conſummatio ſtudij legitimi & effectus rei accipitur) perſequitur, in id cumprimis incubui, vt quæ vſu recepta moribúſque ac ſtilo iudiciorum frequentata habentur, ſuis quæque locis referrem. Vnde, & vt plurium ſtudiis conſuleretur, cùm varia varios delectent, ex iis quæ aut intacta non ſatis pertractata DONELLVS reliquit expleui. Non ſolùm de in ius vocati auctoritate propriâ abducendi, præuiâ atteſtatione, poteſtate antiquâ & antiquatâ: de iis item qui loci religione ſe mouere nequeunt, quíve equo publico in cauſsâ publicâ traſvecti ab illâ immunes; Verùm etiam de citationis, quæ hodie frequentantur, ſpeciebus, partibus item

ac extremis, conditionibus ac requisitis. Non solùm de Iouem lapidem iurandi veteri ritu, qui cum Idolomaniâ gentili exoleuit, sed & de promissionibus per fidem Principum & vt æqualem cum iuratis vim habeant. Non solùm de veteribus edendæ actionis modis, déque prisca illa & desita ad album productione aduersarij; sed & de libelli apta conceptione, de partibus eiusdem, cautelis item ac clausulis quas saluantes ac salutares nuncupant, quíque vel sustineatur vel euertatur omnimodâ ineptitudine ratione rei causæ, vel illationis, &c. Ex alijs quidem plura congesta & accepta, nostro tamen nouóque docendi ordine adhibito haut forsan inappositè pertractata. Inde non frequens minus, imò haut paulò crebrior nobis mentio obseruationum Gaili, Mynsingeri, Wurmseri, Hartmanni, quàm Petri Fabri; præsumptionum Menochij quàm Coniecturarum Antonij Fabri; sæpius laudatæ Gomezij, Couarruuiæ, Trentacinquij, variæ resolutiones practicæ, quàm variæ lectiones Goueani, Perrenoni, &c. aut varia Ræuardi: Decisiones Rotæ, Tessauri, Guidonis Papæ, Cacherani, Coleri, Tomingij, centum aliorum, quàm disputationes Duareni, Gontij, Cabotij, recentiorum, vt vulgares taceam. Singularia Mathesilani, Mantuæ, Bouerij, Corseti, &c. quàm singulares phantasiæ eorum qui in Iure omnia innouare molientes tantum non vbique pragmaticos erroris insimulant. Quæstiones practicæ Petri Heigij, Rauchbari, vtriusque Pistoris, & aliorum, nostratium præcipuè, quàm quæstiones theoricæ Ioannis Vaudi aut epistolæ, quæstiones Corasij. Selectæ interpretationes Sarmienti & Emanuelis Costæ, quàm selectæ antiquitates Barnabæ Brissonij, aut selectiones Guilielmi Fornerij: Res & controuersiæ quotidianæ Zoannetti, Parladorij, Ioannis del Castillo, quàm Radulphi Fornerij. Plurium item recentium cumprimis (nam hi ab anterioribus accepta perpoliunt) volumina euolui, quorum qui parte priori non laudati, (duos excipio ibi priori Syllabo omissos) nomenclatorem tibi nouum exhibeo. Enimuerò ea semper fuit erítque nobis sententia, non tàm ex numero auctorum, quàm pondere rationum quod melius & æquius est iudicandum esse: Momentáque legum & textuum auctoritatibus Interpretum semper mihi potiora: & in allegationibus modò parcior sum, modò multus & nimius, dispari vt loco, ita fine & instituto. Parcior ad sententias adstruendum veritatémque asserendum, quàm, quoad eius fieri potest, ex limpidis legum fontibus, immotaque iuris ratione desumendum existimo. Multus verò dum digitum intendo ad locos eos, è quibus vberiorem cognitionem rei quâ de agitur petere sitímque suam explere audiori liceat. Laudaui vt plurimum non qui obiter quasi aliud agendo quidpiam perstrinxerunt, sed qui ex professo exactiùs accuratiúsque persequuntur. Et plures laudaui, vt si cui, vt fit, non hi vel illi suppetunt, ad alios possit habere recursum. Nullus autem vllius vnquam locus allegatus, quem non priùs adierim, legerim, expenderim. Sicubi sine speciali libri notatione scias de eâ ipsâ esse materiâ, quâ de tractatur; exempli gratiâ, Borcholt. cap. 7. scilicet de Iureiur. Longè enim & in hoc nobis maior compendij cura, quàm vt paginas compleremus. Neque nimis placet quorundam bonæ aliàs licet notæ scriptorum institutum, qui vbi tres fortè aut quatuor citauerunt, quomodo incipiat exempli gratiâ consilium, quomodo numeri vel summarij periodus, quomodo eiusdem versiculus, infercientes, magnam membranarum partem replent. Nec tamen nuda relatoris opera de more vulgarium qui vsurpantur additionatorum fungi vt plurimùm volui; quo modo sat citò his laboribus defungi potuissem. Quàm enim minoris id constitisset, quàm triginta sæpè aut plurium, de eadem non dico materia, sed parte & quæstione sententijs collatis omnibúsque capitibus quæ ex iure & legibus ab ijsdem adducta expensis, in tantâ variatione quid amplectaris, quídve vero vicinius videatur in quo animus conquiescat statuere. Breuius sanè multò tempus impendi quoties meo penitus marte quid adserui vel adstruxi, aliorúmve innouationes, corruptionésque Iuris locorum proprijs domíque natis rationibus conuelli. Nonnullis vsu venit, præcipuis etiam in litteris viris (res loquitur aut ipsa de se auctorum monumenta) vt accuratiores in primis partibus, antequàm ad vmbilicum sua deduxerunt, vel deficiant, vel in extremis membris languidiores euadant. Ipsâ nempe itineris longioris viâ defatigati, vt vltima primis, media vtrisque non adprimè respondeant. Ne idem mihi congitisse putes, si in postremarum partium nonnullis deficere tibi videor. Omissa sanè sunt Notata in vberi probationum materia libro 25. cui tamen alia non modica accessio: itémque ad fructuosam eius quod interest doctrinam; de confessis quoque cap. 1. libri 28. & denique eiusdem libri cap. 10. & sequentibus, quibus de arbitrijs tractatur, dempto cap. vltim. cui ne quæ pagella vacua esset, ipso die quo excusa, quædam subitanea adieci. Verùm imò ad totam eam aliasque quas retuli materias plurima iam ante sagaci studio conquisito in parato fuerunt, quæ suis locis ac titulis disponere potuissem. Non omissurus vtique symbolis passim nostris pro more collatis, ni id vnum præcipuè veritus essem, ne immodicam in molem liber excrescens in forma portatili haberi vnóque volumine compingi non posset. De plusculis moneri posses, verùm extemporanei stili necessitas abrumpere me cogit. Ecce enim iterum iterúmque enixè hæc petuntur à typographo, vt quia nundinæ proximant properè excudantur, qui & vix spatium habui hæc exarandi, quæ verius calidè effusa, & vt à calamo calent, typis confestim exscribẽtur. Et multò maxima sanè harum lucubrationum pars paucis retro hebdomadis excusa. Iisdemque ipsis, cum quod anteà solebant præstare, posteà magis festini non possent, vt manum meam assequeretur tædiosus castigationis & recognitionis labor, tui gratiâ susceptus, multis modis cumulatus est. Vnde proximo hoc tempore quo & indices multiplici & molesto labore composui vix respirandi mihi otium; tantum abest vt oratione ac stilo elaboratius quidpiam meditari concederetur. De reliquis itaque ex re ipsa opereque ac operis iudicium facies. Quod si operosi nostri labores, Lector amice, quisquis eris, aut tuis prodesse poterunt; aut si aliorum studijs prodesse nos voluisse putabis; (& certè volui) siue denique ex his vigilijs fructus ad te redit, siue ad alios aliquem redire posse statues, benè mihi cupias, benè preceris. Fauore denique tuo ad alia molienda incites, qui non nisi cum vitæ spiritu animum tui commodi percupidum dimittam. Vale. Raptim Calendis Octobr. ann. sal. 1613.

SYLLABVS AVCTORVM CCCLXXVII.

QVI PRÆTER IO XX. ILLOS, QVORVM

NOMINA FRONTISPICIO PARTIS PRIORIS PRÆFIXA,

PARTE HAC ALTERA DISPERSIM CITATI.

A.

Paulus *Æmilius.*
Matthæ. de *Afflictis.*
Hieronymus *Albanus.*
Aluisius de *Albertis.*
Petrus *Aldobrandinus.*
Syluester *Aldobrandinus.*
Iacobus *Alemannus.*
Dantes *Algheritus.*
Alfonsus *Aluarez Guererus.*
Petrus *Aluarottus.*
Marcus Ant. de *Amatis.*
Tranquillus *Ambrosinus.*
Scipio *Amiratus.*
Petrus de *Anchorano.*
Angelus à Ioanne.
Fabius de *Anna.*
Fabius *Arcas* vel Arcades.
Iacobus de *Arena.*
Aristophanes.
Ioan. de *Arnono.*
Ioan. Baptista *Asinius.*
Michael *Attaliata.*
Iosephus *Auenarius.*
Bernardus *Autumnus.*

B.

Lupold. de *Babemberg.*
Reinerus *Bachouius.*
Baldus Perusinus.
Benedictus de *Banzis.*
Petrus *Barbosa.*
Celsus *Bargalius.*
Christianus *Barthius.*
Synopsis *Basilicôn.*
Petrus ab Area *Baudoza.*
Godofred. à *Bauo.*
Henricus *Bebelius.*
Bapt. Io. de *Belbantibus.*
Ioan. *Bellonus.*
Iulius *Bellus.*
Iacob. *de Bellouisu.*
Ioan. Ludou. *Benderus.*
Martinus *Beckendorf.*
Benincassa de *Benincasis.*
Cornelius *Benincasius.*
Claudius } *Bertazolius.*
Barthol. }
Philippus *Berterius.*
Ioan. *Bidenbachius.*
Hilarius *Bircmeier.*
Baptista de S. *Blasio.*
Annæus *Boëtius.*
Ioan. Iacob. *Boissardus.*
Henricus *Bouerius.*
Iacob. Rex *Britanniæ.*
Petr. Corn. *Bredenrodius.*
Petrus *Brossæus.*
Hieronym. *Bruckmerus.*
Brunorus à Sole.
Matthæus *Brunus.*
Albertus *Brunus.*
Stephan. Iunius *Brutus.*
Reinerus *Budelius.*
Iacobus *Butrigarius.*
Paulus *Busius.*
Gerlacus *Buxdorfius.*

C.

Petrus *Caballus.*
Georgius de *Cabedo.*
Marc. Ant. *Caimus.*
Flaminius *Chartarius.*
Petrus *Ciacconius.*
Barthol. *Chassanæus.*
Francisc. de *Caldas Pereyra & Castro.*
Franciscus *Callettus.*
Ioan. *Campezius.*
Antonius *Capycius.*
Orpheus *Coracciolus.*
Prosper *Caranita.*
Nicolaus *Carbonus.*
Hieronymus *Cardanus.*
Horatius *Carpanus.*
Ludouicus *Caverius.*
Caroli IV. aurea bulla.
Caroli V. Const. crimin.
Ludouicus *Carrio.*
Ludou. de *Casanate.*
Isaacus *Casaubonus.*
Matthias *Castritius.*
Angelus de *Castro.*
Ludouicus *Catus.*
Ioannes *Celichius.*
Minus *Celsus.*
Amanellus de *Claris aquis.*
Ioannes *Colerus.*
Hippolytus à *Collibus.*
Manuelis *Comneni Imp. Nouell.*
Iacob. *Concenatius.*
Lancellot. *Conradus.*
Constantini Nouellæ.
Theodorus *Cornhert.*
Antonius *Corsetus.*
Claudius *Cotereus.*
Franciscus *Cremensis.*
Ioan. *Crispus* de Montib.
Iacobus *Crucius.*
Iacobus *Cruquius.*
Martinus *Crusius.*
Iosephus *Cumia.*
Luchinus de *Curte.*
Francisc. *Curtius,* { sen. iun.
Nicolaus *Cusanus.*
Ioannes *Cuspinianus.*

D.

Paul. Anton. *Delbene.*
Antonius *Delre.*
Blasius Florez *Diaz* de Mena.
Adamantius *Dionysius.*
Thomas *Doccius.*
Guilielmus *Durandus,* vulgò Speculator.

E.

Quintus *Ennius.*

F.

Martinus de *Fano.*
Lucius *Fenestella.*
Iacob. *Ferrerius.*
Æmilius *Ferrettus.*
Ioannes *Fichardus.*
Marsilius *Ficinus.*
Florus.
Petrus *Follerius.*
Sebastianus *Foxius.*
Vincentius de *Franchis.*
Ioan. Thomas *Freigius.*

G.

Anton. *Gabrielius.*
Leander *Galganettus.*
Ioannes *Garsia Gallecus.*
Antonius de *Gamma.*
Ioannes de *Garonis.*
Fortunius *Garzia.*
Decisiones rotæ *Genuæ.*
Adrianus *Gilmannus.*
Theophilus *Gisebertus.*
Henricus *Glareanus.*
Io. Georg. *Gœdelmanus.*
Andreas *Goldebeccius.*
Ludouicus *Gomezius.*
Didacus *Gomezius.*
Ellychmius *Gottlieb.*
Thomas *Grammaticus.*
Nicol. Ant. *Gravatius.*
Ioachimus *Gregorij.*
Wolgang. *Gruningius.*
Limon *Guntherus.*

H.

Wendelinus *Hailman.*
Leopaldus *Hackelmannus.*
Ioannes *Halbritterus.*
Melchior *Haiminsfeld.* Goldtast.
Henningus *Hammelius.*

SYLLABVS AVCTORVM.

Christo. *Hegendorfinus.*
Franciscus *Herculanus.*
Conradus *Heresbachius.*
Desiderius *Heraldus.*
Basilius Ioan. *Heroldus.*
Hesiodus.
Rudol. Volckm. *Hess.*
Thomas *Hornerus.*
Philippus *Honorius.*
Antonius *Hotmannus.*

I.

Peregrinus *Iantinius.*
Ioannis Georg. Elect. Sax. Constitut.
Ioannes *Imbertus.*
Nicolaus *Intriglolus.*
Magister *Iordanes.*
Melchior *Iunius.*

K.

Bartholomæus *Kellenbenz.*
Ioannes *Kirchmannus.*
Ioannes *Kitzelius.*
Chilianus *Konig.*
Caspar *Kloese.*

L.

Robertus *Lancellottus.*
Ianus *Langlæus.*
Pomponius *Lætus.*
Ioan. Baptist. *Leonellus.*
Elbertus *Leoninus.*
Ioan. *Leonclauius.*
Ignatius *Lopez.*
Verius *Longus.*
Nicolaus *Loseus.*
Horatius *Lucius.*
Franciscus *Luisinus.*

M.

Ægidius *Magister.*
Hieronymus, Ioan. Bapt. *Magonius.*
Simon *Maiolus.*
Quintilian. *Mandosius.*
Marcus de *Mantua.*
Theodorus *Marcilius.*
Ioan. *Mariana.*
Ioan. *Marius Belga.*
Robertus *Maranta.*
Iustus. *Meierus.*
Iacob Anton. *Marta.*
Fridericus *Martino.*
Hieronym. de *Martino.*
Galeottus *Martius.*
Franciscus *Marzarius.*
Iosephus *Mascardus.*
Petrus *Matthæus.*
Matthæus *Matthesilianus.*
Gerardus *Maynardus.*
Ioan. *Meichsnerus.*
Balthasar *Metsnerus.*
Archangelus *Mercenar.*
Paulus *Merula.*
Noah. *Meurerus.*
Ioan. *Meursius.*
Thomas *Michaëlis.*
Iacobus *Middendorpius.*
Franciscus *Milanensis.*
Christophorus *Milæus.*
Ioannes *Montanus.*
Martinus *Monterus* de Cueua.
Hieronymus de *Monte.*
Petrus Aug. *Morla.*
Hieron. *Muscornius.*
Gabriel *Mudæus.*

N.

Gregorius *Nazianzen.*
Nellus à S. Geminiano.
Ioan. *Nicolaus* Arelatensis.
Theodoricus à *Niem.*
Martinus *Nigrinus.*

O.

Christianus *Obemius.*
Iacobus *Omphalius.*
Iacobus *Orloshausen.*

P.

Fluuius *Pacianus.*
Laurus de *Palatijs.*
Laurentius de *Palazolis.*
Manuel *Palelogus Imp.*
Modestus *Palentonus.*
Marcellus *Palingenius.*
Paratitlorum libri 3. auctorisanonymi.
Ioannes *Passeratius.*
Franciscus *Patritius.*
Petrus *Peckius.*
Ludouicus à *Peguerâ.*
Ioannes *Pelt.*
Fridericus *Pensoldus.*
Achylles *Personalis.*
Franciscus *Petrarcha.*
Christoph. *Pezelius.*
Franciscus *Pfeil.*
Phanutius de *Phanutijs.*
Franciscus *Philelphus.*
Philo Iudæus.
Photius.
Nicolaus *Pignolus.*
Ioan. Ang. *Pisanellus.*
Camillus *Plautius.*
Ioan. Baptista *Plotus.*
Lancellottus *Politus.*
Trebellius *Pollio.*
Ausonius, Cyprianus, Titus *Popma.*
Petrus *Premus.*
Aurelius *Prudentius.*
Adrianus *Pulæus.*
M. Anton. *Pulverinus.*
Iacobus de *Puteo.*

Q.

Antonius *Quetta.*
Dominicus *Quirinus.*

R.

Anton. *Rambaudus.*
Stephanus *Ranchinus.*
Alexander *Raudensis.*
Petrus de *Rauenna.*
Antonius *del Re.*
Arnoldus *de Reyger.*
Georg. *Remus.*
Antonius *Riccobonus.*
Hippolytus *Riminaldus.*
Polydorus *Ripa.*
Ioannes *Riuius.*
Ludouicus *Romanus.*
Decisiones *Rotæ Rom.*
Bartholom. *Romuleus.*
Reinhardus *Rosa.*
Ioan. Emericus *Rosbach.*
Ant. *Rosellus.* Senior. Iunior.
Ioannes *Rulandius.*
L. *Russardus.*

S.

Thomas *Sagittarius.*
Salvianus.
Sebastianus *Sapia.*
Gabriel *Sarayna.*
Ioannes *Saresberiensis.*
Ioannes *Sauaro.*
Sigismundus *Scaccia.*
Pax *Scala.*
Iosephus *Scaliger.*
Seraphinus de *Seraphinis.*
Simon *Schardius.*
Andreas *Schefferus.*
Frid. *Schenck* L. Baro à Tautenberg.
Caspar *Schisordegherus.*
Hieronymus *Schurff.*
L. Annæ. *Seneca* tragicus
Sibrandus Tetardus *Siccama.*
Caius Sollius Apollinaris *Sidonius.*
Carolus *Sigonius.*
Iacobus *Simanca.*
Octauius *Simoncellus.*
Regnerus *Sixtinus.*
Guerin. Piso *Soaccius.*
Antonius *Sola.*
Brunorus à *Sole.*
Dominicus *Soto.*
Cyriacus *Spangenbergius.*
Eberhardus *Speckhan.*
Speculator.
Alexander *Stiaticus.*
Ioan. Guilielm. *Stuckius.*
Abelus *Strasburgus.*
Rodericus *Suarez.*
Christoph. *Suanmannus.*
Ioan. Bapt. *Suarizentaker.*
Æneas *Syluius.*

T.

Ioan. *Tauardus.*
Andreas *Tulnerus.*
Alexand. de *Tartagnis.*
Nouellæ *Theodosij.*
Tibullus.
Franciscus *Toletus.*
Iacobus Aug. *Thuanus.*
Ioan. Anton. *Trigona.*
Robertus *Turnerus.*

V.

Franciscus *le Vajer.*
Petrus *Vanderanus.*
Sebastian. *Vantius.*
Sinibaldus *Vbaldus.*
Marcus *Velserus.*
Vercellensis.
Cornelius *Vibulanus.*
M. Fabius *Victorinus.*
Gundisaluus de *Villadiego.*
Alfonsus *Villagut.*
Iuo *Villiomarus.*
Petrus de *Vineis.*
Bonifacius de *Vitalinis.*
Cornelius *Vitellius.*
Franciscus *Vinius.*
Limon *Vlricus.*
Ilico *Vmmius.*
Raphaël *Volaterranus.*
Ioan. *Vvamesius.*
Paul. Matth. *Vvehnerus.*
Ioan. *Vveitzius.*
Steph. *Vverbeusius.*
Petrus *Vvesenbecius.*
Christoph. *Vvintzlerus.*

Z.

Franciscus de *Zarabellis.*
Lælius *Zecchus.*
Ioan. Bapt. *Zilletus.*
Hubertinus *Zuchartus.*
Theodorus *Zuingerus.*
Ludouicus *Zuntus.*

INDEX

INDEX CAPITVM TOMI SECVNDI.

LIBER DECIMVS-SEPTIMVS.

CAP. I. *Vris obtinendi ratio,* pagina 1
II. *Vis & auctoritas priuata.* pag. ead.
III. *Iudicij definitio ac diuisio.* 5
IV. *Persona actoris.* 6
V. *Persona rei.* 8
VI. *Persona iudicis & iurisdictionis definitio.* 9
VII. *Iurisdictio propria.* 11
VIII. *Iurisdictio mandata & quæ specialiter habetur, Merum imperium, &c.* 16
IX. *Iurisdictionis fines & termini.* 28
X. *Prorogata iurisdictio.* 32
XI. *Forum competens ex persona alterius.* 35
XII. *Forum domicilij priuati.* 36
XIII. *Forum domicilij communis.* 38
XIV. *Forum ex loco contractus.* 39
XV. *Forum in legatis & fideicomm.* 41
XVI. *Forum ex loco delicti.* 42
XVII. *Forum ex loco rei sitæ.* 43
XVIII. *Prauentio & Reconuentio.* 46
XIX. *Electio vtrius, an plures causæ sortiedi forū.* 50
XX. *Forum ex priuilegio.* 51
XXI. *Iudices dati.* 54
XXII. *Causæ in quibus iudices dantur.* 56
XXIII. *Iudicem dare qui possint.* 58
XXIV. *Iudices dari qui possint.* 60
XXV. *Causæ suspicionis.* 63
XXVI. *Solutio iudicij.* 65

LIBER XVIII.

CAP. I. *Ranſitio.* 67
II. *Assessores.* 67
III. *Aduocatorum persona, & officium, præmia & pœnæ.* 70
IV. *Potestas aduocati.* 78
V. *Aduocati fisci.* 79
VI. *Infamia.* 79
VII. *Causæ infligendæ ipso iure infamiæ.* 81
VIII. *Causæ famosæ ex sententia vel pactione.* 84
IX. *Procuratorum vsus & origo.* 92
X. *Causæ Procuratorem recipientes.* 93
XI. *Persona Procuratoris.* 99
XII. *Mandatum Procuratorium.* 101
XIII. *Cautiones Procuratoriæ.* 107
XIV. *Cautionum Procuratoriarum commissio & effectus.* 113
XV. *Plures vnius litis Procuratores.* 116
XVI. *Procuratoris officium.* 117
XVII. *Mutatio Procuratoris.* 120
XVIII. *Effectus Procurationis.* 121

LIBER XIX.

CAP. I. *Definitio Actionis.* 122
II. *Diuisio Actionum.* 127
III. *Querelæ inofficiosi genus.* 129
IV. *Querelæ institutio & exclusio per legitimam.* 130.
V. *Testamenta à querela immunia.* 142
VI. *Amissio huius querelæ.* ead.
VII. *Successio in querela.* 144
VIII. *Querela qui teneantur.* 145
IX. *Ius accrescendi in querela inofficiosi.* 146
X. *Finis & effectus querelæ.* 147
XI. *Querela inofficiosæ donationis.* 148
XII. *Petitio Hereditatis.* 152
XIII. *Res quæ in petitionem hereditatis veniunt.* 157
XIV. *Finis & effectus iudicij.* 158
XV. *Effectus iudicij quoad rem.* 163
XVI. *Petitio partis hereditatis.* 165

LIBER XX.

CAP. I. *Rei vindicatio.* 166
II. *Petitoris conditio & onus.* 168
III. *Conditio Possessoris.* 171
IV. *Res quæ Vindicantur.* 175
V. *Finis ac effectus actionis in rem.* 178
VI. *Officium iudicis in hoc iudicio.* 181
VII. *Possessoris indemnitas & receptio impensarum.* 183.
VIII. *Præiudiciales & in rem Prætoriæ actiones.* 186
IX. *Actio ad exhibendum.* 191

LIBER XXI.

CAP. I. *Actiones in Personam.* 195
II. *Diuisiones Actionum in Personam.* ead
III. *Concursus actionum.* 201
IV. *Restitutio in integrum.* 214
V. *Restitutio maiorum.* 215
VI. *Restitutio minorum.* 219
VII. *Persona quæ restituitur.* 220
VIII. *Aduersus quæ facta restitutio.* 222
IX. *Contra quæ damnà restitutio detur.* 223
X. *Quæ læsio requiratur, item Tempus restitutionis ac Probatio.* 225
XI. *Causæ quæ restitutionem admittunt, cum contra videatur.* 230
XII. *Causæ restitutionem respuentes.* 233
XIII. *Explic. Auth. Sacram. Puberum.* 236
XIV. *Restitutionis obtinendæ modus quibus item, contra quos detur & quo effectu.* 242

LIBER XXII.

CAP. I. *Exceptionis definitio.* 246
II. *Exceptionum diuisio.* 250
III. *Quibus & aduersus quos Exceptiones.* 252
IV. *Exceptio pacti.* 253
V. *Exceptio rei iudicatæ.* 257
VI. *Exceptio doli mali.* 260
VII. *Vsus exercendæ exceptionis Peremptoriæ.* 263
VIII. *Exceptiones dilatoriæ.* 269
IX. *Replicationes, duplicationes, &c.* 275

LIBER XXIII.

CAP. I. *Ordo iudicij.* 277
II. *In ius vocatio.* 278
III. *Editio actionis.* 290
IV. *Libellus eiusque requisita.* 291

V. *Emen-*

Index Capitum.

V. *Emendatio editæ actionis.* 298
VI. *Editio Instrumentorum & rationum.* 300
VII. *Editio Rei.* 302
VIII. *Editio publicorum actorum.* 304
IX. *Cautio iudicio sisti.* 305
X. *Mulcta contumacis.* 310
XI. *Missio in possessionem.* ead.
XII. *Effectus Missionis.* 314
XIII. *Distractio bonorum.* 315
XIV. *Quæ & vbi veniant, quis potior.* 316
XV. *Priuilegia Creditorum in bonis distractis.* ead.
XVI. *Separatio bonorum.* 318
XVII. *Curator bonis datus.* 319
XVIII. *Alienata in fraudem creditorum.* ead.

LIBER XXIV.

CAP. I. *Litis contestatio.* 323
II. *Definitiones initio contestandæ.* 324
III. *Iuramenta Iudicis de calumnia, &c.* 325
IV. *Sequestratio rei petitæ.* 329
V. *Causæ cognitio.* 330
VI. *Dilationes.* 331
VII. *Feriæ.* 332
VIII. *Transitio ad iusiur.* 336
IX. *Iurisiurandi in Conuentionibus vis.* ead.
X. *Iurisiurandi in lite diuiso.* 337
XI. *Partes edicti & decisorij Iurisiur. species.* 338
XII. *Iusiur. qui rectè deferant.* ead.
XIII. *Iuramenti præstatio & remissio.* 339
XIV. *Ex conditione delata iurandum.* 342
XV. *Exceptio Iurisiurandi* 343
XVI. *Actio ex iureiurando.* 345
XVII. *Iurisiurandi firmitudo & effectus.* 348
XVIII. *Vis iurisiurandi iudicialis.* 352
XIX. *Vis iurisiurandi necessarij.* 353
XX. *Necessitas suscipiendi.* 360
XXI. *Iurisiurandi recusandi causæ.* 361
XXII. *Qui in iudicio iurent & qui doni.* 366
XXIII. *Pœna iurare recusantis.* 368
XXIV. *Nomina specierum iurisiur.* 369

LIBER XXV.

CAP. I. *Probationis necessitas.* 370
II. *Cuius sit probare.* ead.
III. *Præsumptiones.* 372
IV. *Ex administratione Conuentus probare debet.* 373
V. *Genera probationum.* ead.
VI. *Species probat. inartif.* 374
VII. *Instrumenta quid & quotuplicia.* ead.
VIII. *Vsus & fides instrumentorum.* 375
IX. *Testium inhabilitas.* 381
X. *Testes ob corruptionem commodum vel gratiam suspecti.* 382
XI. *Testes domestici & consortes.* 383
XII. *Testes amici & inimici.* ead.
XIII. *Testimon. Parentum & Liberorum.* 384
XIV. *Depositio Testium.* 385
XV. *Numerus Testium & fides.* ead.
XVI. *Euocatio testium & coactio.* 386
XVII. *Productio & examinatio testium.* 387

LIBER XXVI.

CAP. I. *Necessitas iudicandi & tempus instantiæ.* 389
II. *Ex Legibus vel æquitate vt iudicandum.* 391
III. *Iudicatio ex actis litis expensæ.* 395
IV. *Deducta in iudicium.* 396
V. *Condemnatio in æstimationem.* 397
VI. *Iurisi. in litem definitio & diuisio.* 398
VII. *Iusiurandum affectionis quis præstat.* 399
VIII. *Quibus in affectionibus.* ead.
IX. *Caussa huius deferendi.* 401
X. *Iusiurandum in litem veritatis.* 402
XI. *Vis iurisiur. in litem.* 404
XII. *Necessitas huius suscipiendi.* 405
XIII. *Condemnatio in id quod interest.* ead.
XIV. *Definitio eius quod interest.* 406
XV. *Diuisio Dd. eius quod interest.* ead.
XVI. *Dubitationes veterum.* ead.
XVII. *Modus & taxatio eius quod interest.* ead.
XVIII. *Casus incerti.* 407
XIX. *Venditio & locatio an casus certi.* ead.
XX. *Dupli quæratio.* ead.
XXI. *Ratio huius iuris.* ead.
XXII. *Lucri ratio in eo quod interest.* 407
XXIII. *Vtilitas circa rem consistens vel non vt hic æstimetur.* 408
XXIV. *Modus pœnarum conuentionalium.* 409

LIBER XXVII.

CAP. I. *Vis & auctoritas sententiæ.* 409
II. *Iudicati definitio.* 411
III. *Actio & exsecutio iudicati.* 414
IV. *Tempus iudicatis indultum.* 420
V. *Sententia absolutoria.* 421
VI. *Nullitas sententiæ.* ead.
VII. *Sententiæ vitium ex dolo aduersarij.* 423
VIII. *Iudicium collegarum sententiæ dispares.* 425
IX. *A quibus solidum exigi non possit.* 426
X. *Explic. quarund. LL. tit. de re iudicata.* 431

LIBER XXVIII.

CAP. I. *Confessio.* 433
II. *Pœna iniustæ iudicantis.* 434
III. *Solennia sententiæ ferendæ.* 435
IV. *Appellationis fraus.* 437
V. *Appellationis vsus.* ead.
VI. *Interpositio appellationis.* ead.
VII. *Appellationis introductio.* 443
VII. *Prosecutio appellationis.* 446
IX. *Officium iudicis in appellatione.* 447
X. *Vis & potestas Arbitrij.* 449
XI. *Necessitas arbitrij.* 450
XII. *Sententiæ arbitrij modus.* ead.
XIII. *Pœnæ compromissæ commissio.* ead.
XIV. *Iudicij & arbitrij differentia.* 451

Finis Indicis Capitum Tomi secundi.

LIBER

LIBER DECIMVS SEPTIMVS

CAPVT I.

Iuris obtinendi ratio.

a EVSTRA aliquid nostrum, nobisve debetur, nisi idem consequi liceat. Expeditâ itaque priori parte; iuris nostri cognitione, SEQVITVR OBTINENDI RATIO, IN QVA LEGVM ET IVRIS VIS AC EFFECTVS: vbi consultiùs equidem omnia prius verbis quàm iure experiri ex illo Terentij leuiculè mutato *in Eun. 4. sc. 7.* b ob ancipitem iudiciorum aleam multasque & magnas molestias & sumptus, c sed hæc ratio consilij est, non necessitatis. d VIS autem ILLA TRES HABET LEGES: 1. NE PER QVEMLIBET adhibeatur, sed magistratum. 2. Vt ordine ac via, caussa cognita, IVDICIO ritè constituto. 3: Vt vis sit ciuilis REMEDIIS IVRIS ad exsecutionem proditis. Quæ tria *in l. negantes 9. C. de O. & A. l. 1. C. de exs. rei iud.*

NOTATA.

a a Vnde per magistratus qui iura regunt, effectus rei accipi dicitur *l. 2. §. post originem 13. de O. I.* Et continetur in seq. iudiciorum nempe, seu actionum institutione vsus & praxis superiorum, ad quam ceu finem & metam illa tendunt *Mynsing. in rub. I. de act. num. 4. Gomez in pr. I. eod. numer. 33. & seqq. Benincassa ibid. numer. 90. Vult numer. 1. & 2.* † De iudiciorum antiquitate & vtilitate vid. *Rob. Maranta in Specul. p. 3. Nicol. Sudor. libr. 1. disput. ciuil. initio Muret. vol.* b 1. *Orat. 18* b Verecundia debitoris non temerè & subitò iudicio pulsanda. Quin *vt Cic. pro Quinto* videndum quamprimum & quàm minimâ cum molestia tota res transigatur. Ac inciuile est, hominem statim in ius rapere cum res forsan amicâ compellatione vel compositione obtineri possit, *Fr. Pollet. libr. 3. hist. fori cap. 12. pag. 278.* Quare denunciationibus priùs conueniendi debitores, *vt loquitur l. 10. C. de pig.* Vbi non rectè *Cuiacius 5. obs. 31.* denuntiationes accipit solennes & testatas de reluendo pignore, quas præcedere illius venditionem oportet, quando vel conuenit, vel aliàs id actum ne pignus distrahatur *iuxta l. 4. de pig.* Neque enim de vendendo pignore ibi agitur, sed de vindicando ab extraneo possessore, *Hot. in d l. 10.* Sed conuentio debitoris priuata significatur. Qui si præsens sit humanitatis ratio suadet eum priùs interpellari de soluendo debitò, quam realis actio intentetur contra possessorem. Nam si is soluet eadem operâ consulitur creditori, & possessor non inquietatur *Don. noster ad d. l. 10.* Quod si itaque quandoque humanum est tentare, num res per alium salua esse possit, ne alius iudicio pulserur *d. leg. 10.* magis conuenit ipsum reum priùs interpellare Quò facit *L. 13. pr. ibi quæ de re volo cum Hibero loquaris de ferv. verb.* vnde *Cuiac. 18. obs. 38.* huiusmodi monitionibus Iurisconsultos operam dedisse, & auctoritate eorum, idem quod iudicio impetratum sæpè fuisse notat. Neque enim illa verba sunt Iurisconsulti, sed consulentis *Cuiac. d. lo. Duar. 2. disput. 28.* c Facit *L. 6. de min. l. 7. §. 1. de tribut. act.* Hinc *Cic. 2. off.* esse non modo liberale nonnunquam de iure suo cedere, sed etiam fructuosum. Comes enim litis, non minus atque æris alieni, miseria ex sententia Chilonis aureis litteris Delphis consecratâ *Plin. lib. 7. cap. 32.* Et *Nevizz. lib. 6. Sylu. Nupt. numer. 8.* Mediolani lapidi marmoreo sub adscensum palatij hæc insculpta legi memorat: In controuersiis caussarum capitales inimicitiæ oriuntur, sit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhonesta deinde crimina consequuntur; bona & vtilia opera postponuntur. Et qui sæpe credunt obtinere, frequentiùs succumbunt. Et si obtinent, computatis laboribus & expensis nihil acquirunt. Meritò itaque vituperanda contentiosa peruersorum hominum, litigandi consuetudine, quod. *Marcell.* de Ægyptiis prodidit, lætissimorum cupiditas, *vid. Tiraquell. de retr. lignag. §. 8 gl. 7. numer. 20. & seqq. Micq. Hosper. libr. 2. ep. 1.* Commendenda verò verecundia lites exsecrantium *l. 4. §. 1. de alien. iud. mut. ca.* Nec inde tamen, VT NEC EX DICTO Apostoli *1. Cor. 6.* Vers. 1. *& seqquentib.* omnem iudiciorum vsum, vel viro bono vel homini Christiano, interdictum esse, huicque etiam à iustâ contentione abstinendum esse rectè infertur. Nam *vt Vsill. in Proœm. I. de act. numer. 17.* non quia osores litium inanium laudantur, iusti litigatores reprehendendi, cum & contraria esse possint quorum neutrum reprehensioni subiaceat, vt ex eo, ait, quod virginitas laudanda, non sequitur nuptias improbandas, *vid. Gregor. 47. Synt. 1, numer. 3. & seqq.* d §. d *appellamus 15. in fin. I. de act. Cuiac. 5. obs. 31.* Et de vrbanitate fieri debere interpellationem *gl. & Dd. vulgò ad d. l. 10. C. de pign.* Tametsi omissa ea actor expensas in citationem factas, si citatus soluere paratus sit reposcere nequeat *c. monit de iud. Rosbach. Proc. titul. 10. numer. 14. Arnold. ab Haersolte in Proleg. de act. in genere numer. 84. Arnold. de Reig. in Thes. iuris fol. 227.* See etsi boni iudicis sit omni cura minuendis litibus studere *leg. 21. in fi. de reb. cred.* & amicab. compositionem inter partes tentare *cap. vlt. §. 1. cap. 5. qu. 2. & simil. post alios Vvesenb. conf. 21. numer. 1* nolentes tamen transactionem inire iure communi non compellit. *Reig. de Thes. fol. 100. & fol. 271.* Neque mulctam quam *Plato 12. de l.* infligit iis qui arbitrio domestico morem gerere cunctantur mores imperij admittunt, nisi compromissam, *ait Pollet. libr. 5. histor. fori cap. 12. pagina 228.*

CAPVT II.

Vis & auctoritas priuata.

NVLLI igitur LICET SVA VI AVFERRE *l. exstat 13. Quod met. ca.* pœna legis Iuliæ de vi *leg. 12. §. vltim. Quod met. ca.* vt & ius crediti amittat, & debitor id quod ablatum condict. ex lege repetere possit *d. §. vltim. d. leg. 13.* Et si rem inuasit, siquidem suam, dominum cadit, sin alienam, ea restituta etiam æstimationem perdat *l. 7. C. Vnde vi. §. 1. de verb. rapt.* a a Meritò. Ne quispiam suæ rei iudex sit *leg. 17. de iud.* quod exemplo pernicioſam & non admitti publicè interest: tum ne tenuis vitæ homines, sub prætextu iuris & debiti; potentiorum iniuriis vexentur, tum vt factionibus & seditionibus ac intestinis discordiis, certissimæ Reip. pesti, ansa præcidatur. Quare his euitandis iudiciorum vigor, iurisque publici tutela constitut. b *l. nullus 14. C. de iudæ. l. non est singulis 176.* b *de R. I.* NISI NECESSITAS ANTICIPARE COGAT, quoties accepto vulnere ferum magistratus auxilium. c Sic VIS PRIVATA CONCESSA ET AD DEFENSIONEM SVI. Vim enim vi repellere omni iure d licet d *l. 3. de I. & I. leg. 45. §. penult. ad l. Aq. l. 1. §. 27. de vi. arm. l. 1. Cod. Vnde vi l. 1. Cod. Quan. lic. nunc. sine iud. vbi ratio. Facit L. vltim. in fin. Cod. in quib. ca. in int. restit.* Nec tantum corpori intentatam e sed & in res nostras illatam, *d. leg. 1. §. 27. D. d. leg. 1. Cod. Vnde vi* f Duæ ta- e f

men hîc cautiones 1. Vt adhibeatur propulsandi
g causſa, non vlciſcendi *d. leg.* 45. *§. pen.* f Non igitur
h ſi fugientem perſequatur h 2. Vt inſit moderatio in-
culpatæ tutelæ *d.l.*1. id eſt innoxiæ *d.§. penult.* i Ea eſt
i quicquid factum ab aliquo cum ſe aliter tueri non
k poſſet. k Quod æſtimatur tum ex perſonis, vt ſi
contra imbellem, fœminam, ebrium qui manu re-
pelli potuit, robuſtus ad verbera, vulnera, cædem
l proceſſit, l tum ex loco. Si domi cum eſſet oceluſo
oſtio rutus prouocante aduerſario prodire & manus
m conſerere maluit, qui cæde ſequuta non minus ac
alius homicida tenetur m ET AD IVRIS SVI AD-
VERSVS FVGIENTEM DEBITVMQVE ſecum A V-
n FERENTEM PERSEQVVTIONEM n *leg.* 10. *§.* 16. *Quæ*
o *infr. cred.* magiſque contra furem. o Sic in Curiales
& cohortales, vel aliis corporibus obnoxios ſi fuge-
rint manus iniectio eſt *de quo l.* 1. C. *Vbi quis de cur vel*
cohort. al cond. contu. l. generali 54. *Cod. de decur.* p Præter
p has cauſſas *ſibi ius* dicere nulli licet q PER MAGI-
q STRATVS ITAQVE qui iuri dicuntur præſunt. *l.* 2.
§. 13. *de O. & I.* REPOSCENDVM.

NOTATA.

a Vid. *Menoch. recup. poſſ. remed.* 9. *Donell. ad l.* 6. *& d. leg.*
a 8. *Cod. Vnde vi & not. S. libr.* 15. *cap.* 30. *litt. B & libr.* 16. *capite*
9. *litt. A.* † Idem ſi rem à iudice ſequeſtratam quos oc-
cuper, etſi ſequeſtrationem iure non factam putauerit, *Cle-*
ment. vn. de ſequeſtr. poſſeſſ. vbi Gœd. numer. 89. *& numer.* 92.
quia pro iudice præſumptio eſt iuſtitiæ b *leg.* 13. *§.* 3. *de V-*
b *ſufruct. capite ad hoc* 63. *capite* 16. *quæſtione* 1. † *Caſſiodor.* 4.
Variar. 10. Legum reperta eſt via & ſacra reuerentia vt ni-
hil manu, nihil proprio agereтur impulſu. *Vaud.* 1. *quæſt.* 3.
Trentacing. pract. reſoluti. lib. 1. *titul. de re iudic. reſol.* 5. *Matth.*
Stephan. libr. 1. *de iuriſdict. capite* 34. Etſi verò ita ge-
nerali lege decretum ſit vt nemini omninò ius ſibi dicere
liceat *l. vn.* C. *Ne quis in ſua cauſſ. ind.* Principem tamen,
ſuperioris neſcium, in ſua cauſſa iudicare poſſe vulgò tra-
duunt *per l.* 4 *de her. inſtitut. l.* 3. *de his quæ in teſtim. de l. c. cum*
veniſſent de iudic. Menoch. retin. poſſ. remed. 3. *numer.* 436.
SChrad. de feud. part. 10. *ſect.* 2. *numer.* 64 nec abſurdè om-
ninò, cum princeps ſibi ipſi legem dicere non poſſit, *l pen.*
de rec. arb. ſuperiorem verò quem adeat non habet. Æquius
tamen eſt vt magiſtratuum iudicia ſubeat *Bodin.* 3. *de Rep.* 6.
numero 65. Et de honeſtate volunt debere eum cauſſam de-
legare, vel in arbitrium compromittere *vid. Paurmeiſt. libro*
ſecundo de iuriſdict. cap. 5. *numer.* 81. *Knich. de ſublimi. territ.*
iure cap 1. *numer.* 382. *Carol. Tapia in rub. D. de conſtitut.*
princ. cap. 1. *numer.* 33 *& ſequuent. per l.* 1. *&* 2. *C. Si adn. fiſc.*
titul. 1. *C. Vbi cauſſ. fiſc.* Sic Alexand. Magnus cum Caliſthe-
nis & coniuratorum perduellium capita peterentur, nec ſe
iudicem ferre, nec iudicio intereſſe iuſtum putauit ex Q.
Curtio Zach. Fruderinch. Polit. cap. 14. † Atque hæc ita ſi
res Principi ſupremo cum ſubditis ſuis. *vid. Trentacinq.* 2. *re-*
ſolut. 5. *de iudic. numer.* 2. † Sanè *in aurea bulla Caroli IV. cap.*
5. habetur Imperatorem ex conſuetudine ſe ſiſtere & reſ-
pondere coram Electore Palatino, iudicio tamen in Curia
ipſiuſmet Imperatoris inſtituto *vid. Matth. Stephan. libr.* 2.
de iuriſdict. part. 1. *cap.* 1 *numer.* 54. *Gothofr. Anton. diſput. apo.*
loget. adu Vultei. th. 34. *& ſequuent. Marq. Freher. Orig. Pala-*
tin. capite 15. vbi ſubdit quod *libr.* 1. *inr. Sax. artic.* 8. *&* 9.
dicitur ob cauſſas ibi expreſſas Imp. aurea ſecuri percuti
manu Palatini Rheni eo nihil delirius febrientem vſum
ſomniaſſe. † Res Franciæ quoque a Senatu Pariſienſi ius ſi-
bi dici patitur, dum procuratorio nomine agitur, qua re
nihil illius maieſtati decedere putant, *Bodin.* 3. *de Rep.* 6.
numer. 315. *Adrian. Pulua. Orat. de aduocat. priuil. fori pag.* 62.
Goth in l. vn. C. *Ne quis in ſua. con. ind.* † Principi autem
inferiori vel ſtatui imperij ſi lis cum ſubdito vel ciuitate ſua
agendo ea in Camera diſcepranda *Mynſin.* 5. *obſ.* 1. non verò
vi Knich. d. cap. 1. *numer.* 382. coram conſiliariis P. *Frider. lib.*
1. *de proceſſ. extrah. cap* 17. *numer.* 10. Excipit tamen *Gail.* 1.
obſ. 1. *numer.* 18. niſi inueterata conſuetudine vel ſpeciali
priuilegio receptum, vt coram Curia prouinciali cauſſa tra-
ctari poſſit, vid. *Matth. Stephan. libr.* 2. *de iuriſdict. part.* 1.
cap. 3. *numer.* 55. *& numer.* 59. Idem ſeruari ſi à ſubdito vel
ciuitate princeps conueniatur, itaque poſt multam diſputa-
tionem obtinuiſſe ſcribit *Mynſ. d. obſ.* 1. *& addit. obſ. Hart.*
Hartmanni 1. *de iudic.* In quo diſſent. *Gail. d. obſ.* 1. *numer* 19.
Sanè Elector Sax. coram curia lipſienſi *ex ordinatione eiuſ-*
dem agit & conuenitur *Zang. de except. part.* 2. *cap.* 1. *numer.*
142. vbi & vſu receptum teſtatur, vt nobiles ditionum Sa-
xon. ruſticos ſuos coram iudice & ſcabinis pagi conue-
niant. Nam & conſuetudine effici poſſe ſentiunt, vt iudex
quis ſit in cauſſa ſua *Gail. d. obſ.* 1. *numer.* 18. *Trentacinq. d. re-*
ſolut. 5. *numer.* 11. *per text cap. in fin. de pœn. in* 6. Qua & indu-
ctum eſſe vt Epiſcopus cauſſam propriam non quidem ipſe
iudicare, aiij tamen diudicandum mandare poſſit, *refert.*
Paurmeiſt. lib 2. *de* .. *id. cap* 7. *numer.* 48. Quæ non leuibus
argumentis, ſi hic locus eſſet & liberet, impugnari poſſent.
Et ſtatutum eiuſmodi valere, ſed in cauſſis modicis, nec ma-
gui præiudicij *Tiraquell. tract. de Iudic. in reb. exig. fer. initio.*
† Quanquam & in inferioribus à principe regulam aliquot
modis declarare & reſtringere ſoleant *Georg. Acac. Euenkel.*
lib. 1. *de priuileg. cap.* 7. *num.* 22. *& ſeqq. Trentacing. d. reſol.* 5.
vbi inter alias, excepit. tradit in facto notorio, vbi potius ex-
ecutor quàm iudex videtur. Hinc magiſtratui vel iudici in-
iuriam ſibi vt iudici, ſeu incuitu officij, non odio perſonæ
illatam punire ipſum poſſe ſtatuunt ſi notoria ſit *Gail.* 1 *obſ.*
39. *Rauchbar. par.* 1. *quæſt* 50. *num.* 1. Secus ſi vt priuato ob
inimicitias priuatas *Decia. lib.* 4. *tr. crim cap.* 43. *Fachina. lib.* 2.
conſ. 59. *num.* 9. Aliter *Bodin.* 3. *de Rep.* 5. *num.* 309. vindicatio-
nem ita permittens ſi modica caſtigatione coërceri poſſit.
Quod ſi grauior verberum vel capitis animaduerſio neceſſa-
ria, iudicio abſtinendum cenſet, niſi collegio alicui illata ſit,
vbi vniuerſis licere poſſunt, quæ ſingulis non licent. † De ex-
cept. quoque incompetentiæ & an ſua iuriſdictio ſit, iudex
ipſe, cuius forum quis declinat cognoſcit *l.* 5. *de iudic.* pœ-
namque in contumacem ſtatuit *l.* 2. *Si quis in ius vo. non ier.*
de quo *Maria de iuriſd. part* 2. *cap.* 4. Sed ibi non tam de ſuo,
ſibi priuatim competente, quam Reipub. negotio cognoſcit,
cum nullum inde damnum vel commodum ſibi ſuo nomine
exſpectet, ſed Reipubl. eo ipſo quod magiſtratus, ſeu iudex
ſit *Duar. de iudic. cap de foro compet. fol.* 167. *Gœd. de ſequeſtr.*
cap. 1. *numer* 7. *&* 8. *Faber. lib.* 3. *de infam. cap* 29. *numer.* 8.
Matth. Stephan lib. 1. *de iuriſd. cap.* 34. *num.* 15. Denique regu-
læ tantum locus in iis quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ,
ſi tertij alicuius damnum verratur. Aliud eſt in voluntaria,
cuius actus apud ſe exſequi magiſtratus poteſt, *l.* 4. *de adopt.*
l. 5. *de manum. vind. Obrecht. de iuriſd. cap.* 12. *numer.* 18. *&*
alij paſſim. c Vis permiſſa, vbi ius obtineri nequit, *Con-*
fer. Dantes Aligher libr. 2. *de Monarchia fol.* 93. *in Synt. tract.*
de iuriſd. imperiali, &c. Et *Bald. in cap. olim num.* 2. *extra de*
reſcr. ref. Matth. Stephan. lib. 1. *de iuriſd. cap.* 34 *num.* 21. Initio
vrendum eſſe verbis, id eſt amica conuentione, deinde her-
bis, id eſt iuris remediis, tertiò lapidibus, vt vbi non ſufficit
virtutis ingenium, valeat armorum præſidium. d Etiam
naturali *d.l.* 1. *§.* 27. *d.l.* 8. *§.* 11. *Si quadr. paup. l.* 6. *Cod. de vi publ.*
& ſimil. Cuius iuris, à iure gent. ſeparati, ea eſt defenſio
quæ fit contra vim à furioſo, dormiente, beſtiis, quæ iniu-
riæ inferendæ incapaces, illatam *Bocer. libr.* 2. *de duello capite*
10. *numero* 16) vbi in ſequentib. refellit eos qui ob mode-
ramen inculpatæ tutelæ, iuri ciuili defenſ. hanc adſcribunt)
& *Zoan. defenſ. tripart. part.* 1 *numer.* 22. propulſationem in-
iuriæ eſſe iuriſgentium *l.* 3. *de I. & I.* vis autem iniuria va-
cantis, iuris naturæ *add. not. S. libr.* 1. *cap* 7. *littera G. & I.*
Quin non licita ſolùm defenſio, ſed & neceſſaria ac ex præ-
ordinaria charitate iniuncta, ne quis in ſemetipſum ſit in-
iurius *Zoan. d. part.* 1. *numer.* 3. *& ſeqquentib.* Et nec per prin-
cipem vel ſtatutum tolli poteſt. *Forſt. libr.* 2. *de iuriſd. Rom.*
part. 2. *lege Numæ* 9. *ſect.* 4. *num.* 11. *ſcitè Guicciard. libr.* 10. *hi-*
ſtor. Quin ſi vis vitæ intentetur etiam contra principem ip-
ſum licitam tradit, poſt Vaſq. *ill. contr.* 18. *numer.* 7. *Trentа-*
cinq. pract reſol. lib. 1. *titul. de defenſ. reſol.* 1. *num.* 5. *in fin. ad d.*
Bodin. 3. *de Rep.* 8, *numer.* 308 vbi in aliis, quando damnum
ſarciri poteſt, nec magiſtratui iure obſiſti poſſe ſtatuit, in
quo diſſent. *Forſt. d. part.* 2 *ſect. vlt.* e Etſi nec dum illata
ſit. Eſt enim defenſio imminentis offenſionis propulſatio.
Nec exſpectari debet prior percuſſio, vt quidam, *arg. leg.* 52.
§. 1. *ad l. Aq.* ſed ſufficit terror & ſigna voluntatis nocendi
manifeſta, quia & iuſtus metus non tantùm præſentis peri-
culi, ſed & propinqui. Quin occurrere in tempore & præ-
uenire tutius *Mar. Salomon. in l.* 3. *de I. & I. fol.* 7. *Forſt. d. p.*
1. *l. Numæ.* 9. *ſect.* 4. *numer* 7. *&* 8. Et quæ iuſta defenſio quæ
ſit vitandæ iniuriæ cauſſa, ac ne offendaris, quam quæ
poſt iniuriam acceptam *Guicciard hypomn politic.* 117 Quin
immò is verè propulſat qui præuenit, nec vim admit-
tit, Donel. noſter *ad li.* 1. *C. Vnde vin.* 3. Solæ tamen mi-

næ non ſufficiunt, ſed ſi adoriens ſit in actu eas iam in effe-
ctum tendi, gladium ſtringendo, &c. *Zoan. defenſ. tripart.*
p 2. *numer.* 48. *Vvef. in leg.* 1. C. *Quæp. lic. vnic. ſi iud. num.* 9. †
Nec tantum ſi corpori noſtro intentetur, ſed & ſi coniunc-
rum vid. *Teſſaur. deciſ.* 178. *Trentacinq. d. reſol.* 1. *numer.* 5. *Bo-*
cer. libr. 2. *de duella cap.* 10. *numer.* 3. *Zoan. defenſ. tripar. p.* 1.
numer. 56. *& ſeqq.* Nam rem ſuam ſolùm curans nihil ab im-
maniſſ. feris diſtat. Quin feræ ipſæ pro fœtibus ſuis dimi-
cant. Et pati ſuos iniuria affici ſeruile eſt, *Ariſtot.* 4. *Ethic.*
5. *al.* 11. (Et ſtudioſum poſſe ſocium defendere tradit *Re-*
buff. priuil. ſcholaſt. 103.) diſſ. *Faun.* 2. *quæſt.* 29. *numer.* 6.
Quin imò etiam extraneorum, *Bocer. d. cap.* 10. *numer.* 4.
Trentacinq. d. numer. 5. communem perhibens. Iniuſtus e-
nim non tantum qui infert iniuriam innocenti, ſed & qui,
cum poſſit, non defendit *Cicero* 1. *off.* p. 16. Ac ſanè qui com-
munem naturæ cognationem, quæ ſub vno parente eſt,
Quintil. declamat. 9. *l.* 3, *de I. & I.* violat communi odio di-
gnus. Qui vinculum cognationis quantum in ſe eſt, ſoluit,
nec erga eum iure cognationis alij tenentur. Vnde ſunt qui
cuiuſuis etiam extranei defenſionem à vi iniuſta non per-
miſſam tantum: ſed & neceſſariam ſtatuant modo commo-
dè poſſit de quo vid. *Vvef in l.* 1. C. *Quan. lic. vnicu. ſi iud.*
numer. 23. *& ſeqq.* f de quo vid. *Vaſq.* 2. *ill. contr.* 2. *numer.*
f 4. *&* 5. *& cap.* 18 *num.* 5. *& libr.* 2. *cap.* 57. *numer* 8. *&* 3. *ſeqq.*
Trentacinq. d. reſol. 1. *num.* 5. *Zoan. defenſ. tripart. p.* 1. *numer.* 3.
& ſeqq. Bocer. libr. 2. *de duello cap.* 9. vbi ita impunis eſt occi-
ſio ſi defenſio cum periculo corporis coniuncta. *Bocer. d. cap.*
9. *n.* 2. *Buſius ad l.* 5. *pr. ad Aq. num.* 6. etiam ſi res aliter ſaluæ
eſſe non poſſunt, *Zoan. d. lo. numer.* 4. cum hoc damnum ſar-
ciri deinde poſſit. † Idem volunt pro defenſione honoris,
cum fama vitæ comparetur *Trentacinq. d. reſol.* 1. *num.* 5. vid.
Bocer. d. libr. 2. *cap.* 8. *Vaſq.* 1 *ill. contr. cap.* 11. *& cap.* 18. *num.*
13. *&c. Marq. Freher. libr.* 2. *de Exiſtimat. cap* 8, *numer* 10. *&*
ſeqq. Horat. Carpan. in Cap. Homicida Nouar. conſt. Mediol. nu-
mer. 354. *& ſeqq.* Sed hæc quia proprie ad ius publ. ſpectant
& à noſtro ſtrictim hic attinguntur plenius non exſequor.
g Conſeſtim in ipſo actu congreſſus *l.* 3 *§.* 9. *l.* 17. *de vi arm.*
g Sic athenis accuſatione ex lege Draconis non renebatur, ἐνθὺς
ἀμύνασθαι & ſtatim pellendo aggreſſorem interemerat. Quia
vt Demoſth. illud ἐνθὺς abſtuht tempus deliberàdi ac cogitan-
di malum *Ioach. Steph. libr.* 2. *de iuriſd. cap.* 15. *num* 19. Con-
ſeſtim autem ſit etſi aliquod minimum ſpatium intercuenerit;
Modo non tantum vt præſenti periculo eregtus denuò armis
pugnam redintegret, *cap. ſignificaſti cap vltim. extra de ho-*
micid. Forſt. d. ſect. 4. *numer.* 20. *& ſeqq.* vid. *Trentacinq. d reſol.*
1. *num.* 16. Vltio itaque omnis vecita *Perrenon.* 2. *animadu.*
18. *Cuiac.* 5. *obſ.* 18. Confer. *Io. Spinæ. libr.* 3. *de tranquill. animi*
pag. 114. *& ſeqq.* Et omninò abſona Lex municipij cuiuſdam
Italici, quæ vindictam permittit, cuius meminit, nec probat
Meno. arb. cap. 262. *numer.* 2. † Præſumitur autem in aggreſſo
defenſio potiùs quàm vindicta, vid. *Gail.* 2. *obſ.* 110. *num* 11.
h h Quia cum defenſio nulla ſit ſine offenſione, quamdiu vr-
get aggreſſor tamdiu propulſationi inſiſtendum. Qui ſi pe-
dem cæpit referre ceſſat neceſſitas, niſi id animo pugnam
redintegrandi facere eum appareat. *Forſt. dict ſect.* 4. *num.* 5.
& 6. Si tamen fugientem à quo priùs læſus perſequens ne-
cauerit culpæ non doli reum eſſe, ne capite, ſed extraordina-
riè plectendum volunt, *Tiraq de pœn. temper. cap.* 1. *numer* 9.
i Zoan. *defenſ. tripart. p.* 2. *num.* 62. *&* ſeqq. i defenſione æqua-
bili & ab omni culpa remota, *Cuiac.* 5. *obſ.* 18. Quæ in quibus
conſiſtat cum iure certo proditum, non ſit ex ſchola interpp.
definiendum *Forſt. de iuriſd. Rom. p.* 2. *leg. Numæ.* 9. *ſect.* 4. *nu.* 9.
Conſiſtere autem vulgò perhibent in tribus: Modo, tempore,
cauſſa, *Zoan. defenſ. tripart. p.* 2. *nouiſſ. Trentacinq pr reſol. l.* 1.
reſol. 1. *de defenſ num.* 3. *& ſeqq.* Aliter *Bocer. lib.* 2. *de duello*
cap. 10. *numer.* 30. *& ſeqq.* duas partes conſtituens, Repercuſ-
ſionem periculi imminentis, & propulſationem eiuſdem pro-
portionatam. k *Vulcei. in leg.* 1. *Cod. Quan. lic. vnic ſi iud.*
k Moderamen, ait, in eo vt diſpiciatur, an alio modo vitæ, fa-
mæ, bonis proſpicere potuerit vt occidere neceſſe non ha-
buerit. Si potuit, modum exceſſit Qui exceſſus tamen cul-
pa non vacans, extra ordinem mitiùs punitur. *Tiraq. de pœn.*
temp. cap. 1. *numer.* 6. *Gail.* 2. *obſ.* 110. *numer.* 15. *& ſeqquentib.*
Bocer. d. cap. 10. *numer.* 60. Quod licet quidam ita declarent,
modo non doloſus fuerit, ac data opera atque ex proæreſi
quis inſultantem interemerit *Zoan. d. p.* 2. *num.* 76. *& numer.*
84. alij tamen communiùs diſtinctionem reprobant, *Tren-*
tacinq. d. reſolut. 1 *numer.* 14. *Tiraq. d. cap.* 1. *num.* 8. *Horat. Car-*
pan. in cap. Homicida Nouar. conſtit. Mediol. numer 475. *Forſt.*
d. lo. ſect. 5. *numer.* 3. quia prouocatus & iuſto dolore com-
motus, vt in vero dolo fuerit, à quo vel fatua cauſſa excu-
ſat, vix eſſe poteſt. Quin dolore iræ modum excelliſſe cre-
dendus. Ergo per *leg.* 48. *de R. I. & ſimil.* Quin immò ſi in
ipſo inſulto modum aliquantum prætergreſſus impune pla-
pe ferre volunt, quos refert *Bocer. d. cap* 10 *numer.* 65. † Sed
quid ſi fuga ſaluti conſulere poſſit, num ea antripienda? Va-
riant noſtri nec vno modo. Alij affirmant, alij inter condi-
tionem perſonarum, an propudioſa illis fuga futura, diſtin-
guunt. Alij indiſtincte negant cum omnia iura non deceat
vim fugiendam, ſed repellendam. Et *tueri* defendendi ſigni-
ficationem, habeat, non fugiendi, *Salomon. in libr.* 3 *de I. &*
I. fol. 9. *coll.* 2. Et, quia fuga præterquam quod ignominio-
ſa etiam periculoſa animoſiorem reddens aduerſarium. Vn-
de neminem cuiuſcunque conditionis ſit, fugere teneri vo-
lunt, *Zoan. d. p.* 2. *numero* 8. *& ſequentib. Forſt. d. lo. ſect.* 4. *nu-*
mero 29. *& ſeqquentib. Freher. libr.* 3. *de infam. cap.* 25. *numero*
21. *Trentacinq. d. reſolut.* 1. *numero* 5. poſt alios quos allegat,
ex communi ſententia idem ſtatuens etſi ſine periculo fuge-
re poſſit, quod reprobat *Bocer. d. cap.* 10. *numero* 46. l Sic l
conſerto caſu nullus exceſſus, ſi robuſtior inermis, manus
robore fretus, debiliorem pugione armatum inuadat. Nec
ſemper paritas armorum requiritur, *Donel. ad l.* 1. C *Vnde vi*
numero 7. Quin nulla de hoc in ll. mentio. Et aggreſſor cer-
tè deliberato animo inuadit imparatum. Quid igitur ſi gla-
dio cuſtus adoriatur bombardam tenentem. Quid ſi iuſe-
ctione manus gulam frangere tentet, anne pugio, ſi quem
inuaſus teneat, abiiciendus? Vid. *Forſt. d. ſect. numer.* 12. *&*
ſeqquentib. Trentacinq d. reſol. 1. *numer.* 7. *& ſeqquentib. Zoan.*
d. p. 2. *numer.* 1. *Bocer. d. cap.* 10 *numer.* 57. *& ſeqquentib.* Den-
que quando & quantus exceſſus commiſſus, iudex ex quali-
tatibus definiet *Menoch. arb. cap.* 277. *Bocer. d. lo. numer.* 60. †
De probatione defenſionis, cuius multa ſingularia, cum ſe-
mplena ſufficiat aliquando, per vnum, minus idoneos, con-
iunctos, &c. Vid. *Donell. Elector. Sax. Auguſti* 8. *p.* 4. *Vvef. in*
leg. 1. *Cod. Quan. lic. vnic. ſi iud. numer.* 48. *& ſeqquentib Ho-*
rat. Carpan. in cap. Homicida non. Conſtit. Mediolan. numero
456. *& ſeqquent. Fachina libr.* 3 *conſ.* 1. *numer.* 14. *& ſeqquentib.*
Forſt. d. ſect. numer. 4. 35. *& ſeqq. Bocer. d. cap.* 10. *numer* 68. *&*
ſeqq. † Etſi autem cædes ex defenſione, cum modo æquo
& pari facta, legitima, apud Hebræos tamen pariter ac Ro-
manos, etiam iuſta nece perpetrata expiationes neceſſariæ,
nec ante cruorem abluebant, quàm expiati eſſent, quin ma-
nibus impuri dicebantur, vt notat *Turneb in ſchol. ad illa Ho-*
rat. 2, *carmin.* 1. Nondum expiatis iuncta cruoribus, &c.
Et *Philo libr.* 1. *de vita Moyſis non longè à fine.* Iſraelitas à
prælio reduces per Pontif. Max. piaculatibus ſacris ſuſceptis
cæde expiatos refert. Nam, ait, vt legitima hoſtium cædes
ſit, attamen qui hominem necat, quanquam iure, quanquam
vim propulſans, quanquam coactus, extra noxiam non vi-
detur propter vltimam illam hominum inter ipſos commu-
nionem. De quibus expiationibus vid. *P. Gregor.* 36. *Synt.*
21. *numer.* 1. *Sc. Gentil.* 2. *Paverg.* 13. *Forner.* 3. *rer. quotid.* 24.
Paul. Cypræ. de ſponſal §. 79. m Minimè. Quamuis enim m
pronocatus ad certamen illud acceptare, non tantùm non
teneatur, ſed nec debeat, quoties iniuria vindicari poteſt,
vt rectè contra quoſd. *Bocer. libr.* 2. *de duello cap.* 8. ignoſ-
cendum tamen ei qui voluit ſe vlciſci prouocatus, vt ſunt
verba *Vlp. in leg.* 14. *§* 6. *de bon. libert.* Indulgendumque ali-
quid iuſtæ commotioni. Ideoque ſi prouocans victus & ne-
catus fuerit, (vt plerumque fit, *Ioan. Bapt. Lenc. obſ. Polit.*
341.) pœnæ arbitrariæ locus *Bocer. d. capite* 8. *numero* 19. *Ti-*
raquell. de pœn. temp capite 1. *numer.* 9. *& ſeqq. Forſt. de iuriſd.*
Rom. p. 2. *lege Numæ* 9. *ſect.* 5 *numer.* 5. Quod in his regionibus
certa lege obtinet. *Nouell. Elector. Sax. Auguſti* 10. *part.*
4. *vbi Moller.* † De origine ſingularium certaminum, qui
lites ita definiri permiſerint, quando item licita vel tolera-
da ſint pluribus *Alc. libr. de ſing. certam. Hot.* 3. *obſ.* 15. *Raim.*
Corſ. 3. *indag* 10. *Bodin.* 4. *de Rep.* 7. *numer.* 473. *& ſeqquentib.*
Dantes. Aligh libr. 2. *de Monarchia p.* 93 *& ſeqquentib. Vaſq.* 1.
ill contr. 11. *numer.* 35. *& ſeqquent. & cap.* 12. *toto*, *& cap.* 49.
toto Ang Matthæac. libr. 1 *de via iur. capite* 32. *numer* 15. *&*
ſeqq. Henricus Bocer. libr 2. *de iure pugnæ. qui eſt de duello,*
Phil. Camer oper. ſucciſ. cent. 2 *cap.* 19 *&* 2. *ſeqq. &c.* m Ma-
nu iniecta illicò, inque articulo ipſo ac momento, ſine iudi-
ce iudicioue fugienti, qui nec iuris nec ordinis ſpatium vl-
lum habuit creditori, inquit, *Cuiac.* 16. *obſ* 19. *Vand.* 1. *qu,*
13. *num.* 10. Fugientem autem lex requirit. Quare aliud vi-
detur ſi ſuſpectus tantum de fuga, ſeu eam præparet, quia
adeſt copia iudicis *Forcat. dial.* 96. *numer.* 10. Licet vulgò
idem in ſuſpecto, creditori concedant, vid. *Coler. de proce-*
ſſ. ex p. 1, *cap.* 2. *numer*, 100. *& ſeqq. Mart. a de iuriſd. p.* 2. *cent.*
1. *caſu* 42. *numer.* 23. *& ſeqq.* requirens tamen legitimam
ſuſpicionis probationem (quam iuramento creditoris fie-
ri quoque negat *Vaſq.* 2. *contr. vſt freq.* 26.) & quod noua

sit, nec eadem fuerit tempore oblig. contractæ, per *l.*10.§.1. *Qui satisd. cog.* Et vt debitum sit liquidum. Sane hoc omnino dandum puto ob suspicionem fugæ, capi posse etiam à iudice incompetenti, si competentis facultas desit, vt tamen deinde ad iudicem suum remittatur, vt recte *P. Gregor.* 49. *Synt.*1.*numer.*8. licet rationem eius non probem, quid quod propria licet auctoritate, magis & cuiuis fieri possit auctoritate iudicis cuiuscunque. Nam non licere puto auctoritate propria quoties qualisqualis iudicis copia. Neque ad hoc vltimum vis priuatæ remedium recurrendum, nisi extrema necessitate coacto, in prærupto periculo amittendæ rei suæ, *Cuiac.*5.*obs.*18. Sequestrari autem tunc res eius mobiles, si immobilia non possideat, posse *Clud. de Iure sequestr.cap.* 5.*casu* 5. itemque arrestari moribus nostris. In fuga verò & quoties omnes ordinarij medij viæ præcisa capi etiam clericum debitorem, citra metum excommunicationis, posse, vt tamen intra 24. horas iudici sub tradatur, omninò dicendum est, *Decia. libr.*4. *tr.crimin. cap.*9. *numer.*18. *Gurtl.*2 *rec.*1.*pract.qq.*81. *& quos refert Mart.a p.*2. *cent.*1. *cap.*43. *numer.* 6. licet ipse *numer.* 11. *& num.*19. *ac seq.* contra sentiat quia, arguens, si carceri mancipari nequit à suo iudice ob æs alienum, *c. Odoardus de solut.* minus poterit per laicum & priuatum. Posse autem fugitiuum etiam die feriato capi vulgò statuunt. Vnde *Lasi.in l.vinum* 12. *de reb.cred.numer.*4. *& seqq.* infert posse quoque in æde sacra, quia valeat, argumentatio è tempore ad locum. Sed conseq. negat. *Matthæac. libr.*2. *Epit.legat.cap.*23. *numer.*9. *& seq.* Quippe die festo esculenta vendundi possunt, choreæ & repudia duci, non tamen in templo. Contra sacrum quid furatus ex æde sacra sacrilegus est, non si die feriato, &c. † Quia verò debitum auferri lex permittit *d.leg.*10.§.16. inde nonnulli putant non alias res eripi posse fugienti, sed speciem eandem quæ debetur, aut rem in suo genere functionem recipientem. Si aliud pro alio auferatur impunè non ferre, quia bis sibi ius diceret, & in re & in modo *Forcat.Necyom. dial.*96. *num*10. Verùm *Menoch. arb. cap.*616. *numer.*2. etiam ex aliis rebus, ad modum crediti, subtrahi posse 32. Dd. auctoritate comprobat. Plura de fugitiuorum conditione, fugæ requisitis, suspicionibus, &c. pete, ex Gail. *2.obs.*44. *Meno.arb.cap.*87. *Io.Kœppen.quæst.*29. *Coler.de Process.p.*1. *cap.*2.*numer.*97. *& seqq.Cothm.fusè Iurisc.Resp.*18.*n.*271. *& seqq.* o Nam cum fur nocturnus omninò, modo cum clamore testificetur, diurnus, si cum telo se defendat, impunè necetur *leg.*4 *ad leg. Aq.cap* 3.*extra de homicid. Cuiac.*14.*obs.*15. *&* 19.*obs.*12. *Forcat.dial.*96 *numer.*6. multò magis capi poterit *Vultei. ad leg.* 1.*Cod. Quan. lic.vnic.sin iud.num.*22. † Sic nocturnum populatorem & viarum obsessorem, seu publicum latronem impunè quilibet illicò interimit *d.l.*1. *& l.*2. C *Quan.vnic.lic.* Neque in eo requiritur vt vel prior ipse inuadat vel telo se defendat, *Forcat.dial.*96.*numer.*11. Quanquam *Vultei.ibid. numer.*14. *& seqq.* putet non inuadentem inuadi non posse, sed repulsionem vis illatæ liberiorem esse, nec ad moderamen inculpatæ tutelæ adstrictam. Sed nec verbales minas sufficere ersi eas exsequi solitus sit, cum contra eas per magistratus auxilium sibi cauere liceat, sed minas cum ipso facto requiri, cum latro in ipso actu est, vnde mors sequi possit. Aliter nec occidi impunè, etsi qui occiderit non ordinariè plectendus sit. Quæ non probo, nec verbis aut menti Impp. consona puto. Quin omninò id vult constitutio *d.l.*1. vt *libera sit cuicunque resistendi*, id est, non tantùm vi sibi intentatæ, sed generaliter conatui improbo agros vel segetes vastandi vel obuios viatores expilandi, &c. *facultas & licentia cuicunque permissa vt digno supplicio subiungetur ilico*, quæ vocula hic non arguit quasi ex interuallo post vim illatam latro necari non debeat à priuato, vt Vult. neque enim sic conueniunt, quin repugnant verba seq. *vobis permittimus vltionem*, sed admotionem continet, ac maturandæ necis necessitatem innuit vt videl. *ilico* confestim, vel incautus nec opinans opprimatur, priusquam vel populator nocturnus vastationem peregerit, vel latro sed ad defensionem parare possit, *ac mortem quam minabatur*, non ei tantùm qui occidendo cum securitatem in posterum omnibus parit, sed generaliter cuicunque prætereunti. *excipiat.* Conueniunt planè rationes subiectæ. Atque expedit ita statui. & ex vsu Reip. est vt famosos latrones itinera publica infestantes cuiuis vel ex insidiis adoriendi opprimendi, necandi, itaque patriam & ciues à pernicie imminenti liberandi libertima detur facultas. Ac tantùm abest vt qui non inuadentem latronem prior ipse aggressus vicit extra ordinem coercendus sit vt potiùs audax facinus præmio honorandum videatur. arg. *leg.*35. *de relig.* Idemque dicendum si astutè circumueniendo oppresserit, veluti si simulando se socium & participem facinorum fore deceperit, cuiusmodi exemplum habet *Apulei* 7. *Metam.* Et dum Impp. sic alloquuntur, Prouinciales: *Vestram vobis permittimus vltionem*, non vindictam tantùm læso priuatæ iniuriæ concedunt, sed quia solus omnium impetitur, populatem & cuiuis liberam iniuriæ ciuibus suis vel illatæ, vel in posterum sibi aliisque metuendæ, vindictam permittunt, vt docet *l.seq.* verbis: *exercenda publicæ vltionis*, Subiicitur: *Et quod serum est punire iudicio subrogamus edicto.* Quid periculum est ne si magistratus præsidium imploretur, datur elabendi facultas latroni, eiusque persecutio ipsi iudici difficilis futura sit, aut saltem interim plurimum damni, aliis latro inferat. Nec igitur misericordia cuiquam facienda, per quam multi in discrimen adducuntur, *c.est iniusta* 33. *cap.*23 *quæst.*4. Pone ergò: Latrociniis infamis, nulliusque nec nomine nec vultu ignotus, dum, viam obsidens, insidias peregrinantibus molitur, offenditur à milite strenuo & pugnaci, aut ab alio etiam in latebra quadam sua, extra viam, dormiens deprehenditur. Quæritur, ne an laudi an vitio vertendum, si vel ille vir fortis nihil sibi minitantem, quod resistentiam vereretur, vltrò adoriatur, vel hic, quicunque, somno sepultum interimat nece nocentis, vitæ & fortunis innocentium consulturus? Laudi vtique opinor, cum latrones interni sint hostes, qui vt illicite offendunt, licitè à quibusuis offenduntur, nec meliore, quin nec eodem quo veri hostes externi, sed deteriori iure eos esse oportet. Ergo per *l.*3.§.*vlt. de sicar.leg.*35. *de relig.* Nec cum iis vlla societas iurisve communio; qui societatis ciuilis euersionem moliuntur, quique à communione se subtraxerunt, atque, vt loquitur Florus *libr.*3. fœdus humani generis abruperunt. *Bodin.*1. *de Rep.*1. *A. Gentil.* 1. *de iure belli cap.*4. Iure quoque Canonis tantum, & leuiter, punitur, qui latronem necauit, vbi absque occisione comprehendi potuit, *cap.*2. *extra de homicid.* Et constitutiones imperij impunem faciunt offensionem proscriptorum. † Hoc notandum in *d.l.*1.C. *Quan. lic. vnic.* coniungi nocturnum populatorem (non furem, vt *Cuiac.* 14.*obs*15. *& Vult.ad d.l.*1.*numer.*18. Populator enim dici potest etsi non animo furandi, sed tantùm nocendi ex odio, &c. agros vastet, vt rectè Accurs. Et est hic vnus, opinor, casus, quo ob rerum defensionem cædes licita est, intuitu tamen non tam offensæ priuatæ, damnique illati, quàm quietis publicæ.) & itinera frequentata (atque ita de die) insidiis aggressionis obsidentem. In vtrumque ius liberæ offensionis, & publicæ vltionis datur. Peccant verò Dd. dum ex *d.l* 1. eliciunt quemuis inimicum priuatum, qui necem alicui minitatus est, posse vel in ipso articulo minarum, vel cum commodum erit ab aduersario præueniente necari, vt *Bald.in d.l.*1. quod *Castrens.* ita restringit, modo minas exsequi solitus fuerit, *ref. Sic.ibid.numer.*3. Ex hoc quidem est quod iustissimè *Vult.* reprehendit. Sed in eo pariter cum illis peccat, quod de tali inimico priuato *d.leg.*1. exaudit & ad eum verba Impp accommodat, de quo nec somniasse illos mihi probabile est. p Curiales qui? vid. *Decia.* p *tr.crim.lib.*4.*cap.*14.*numer.*3. *Vult. ad d.l.*1.C. *Vbi quis de cur. numer.*12. aliis corporibus: id est, societati cuicunque approbatæ; nauicularium, pistorum, &c. *Vult.d.lo.numer.* 15. Comprehendi autem tantum possunt à sociis illorum corporum quorum interest, per verba *d.l.*1.*quos aufugit.Vult. numer.*23. Vnde *Bald. in d.l.*1. regulam facit: Quicunque debet obedientiam perpetuam, vt monachus, vxor, liberi, auctor. propria capi & conuictos ad obedientiam reduci posse *Vult.numer.*24. vbi idem in subdito censet, vt is si se iurisdictioni magistratus subtrahat, retrahi possit: de quo & *Bodin.*1. *de Rep.*6.*sub fin.* q Etsi namque & alij casus à nonnullis referantur, *Forcat.dial.*96. *numer.*5. *& seqq.* Vix tamen conuenientes illi, qui vel ad hos reduci possunt, vel regulæ non insunt. Quod enim in nostrum immissum vel ædificatum destruere licere volunt, vid. supra *libr.*15.*cap.*45. *lit.* Q. in eo vis rebus illata propulsatur. Quod patri ius est adulteram necandi in eo reliquiæ tenues veteris iuris vitæ & necis, vt notaui supra *libr.*2 *cap.*25.*lit.B.* proinde protestatem suam exercet pater non sibi ius dicit. Sicuti nemo dicit cum dominus seruum patet filium iure suo castigat, eo ipso ius sibi dicere. *Vuef. in* 1. C. *Ne quis in sua cap. numer.*23. Quod pactione effici tradunt vt creditor ex mora, sua auctoritate possessi. debitoris occupet, controuersum valdè & alio forte loco à nobis tractabitur. Quod quis à se ipso quandoque exigat, vt tutor debens pupillo, inconsulto iudice, vt *Forcat.d.lo.numer.*10. ridiculum penè est. Neque enim agere iudicio & exigere, quod extra iudic. fieri q

potest

potest partia. Et si hic casus de regula superiori est, eique exceptus, idem erit in omni solutione, quæ fit vel accipitur extra iudicium. Quod quid ineptius? Sicuti nec illud probandum quod *Cuiac.in Par C.Ne quis in sua ca.* hodie receptum esse cum de sportulis iudicariis agitur vt si in ea re idem aduersarius & iudex. Denique nec per confessionem suam vel iuramentum de causa sua quis iudicat, sed veritatem facti, causam concernentis indicat *Vuef in d.tit.C.num.*44.

CAPVT III.

Iudicij definitio ac diuisio.

ET ACTIONIBVS EXPERIVNDVM. *d.l.*13. *Quod met.ca.l.*1.*C.de exc.rei iud.* AC IVDICIVM PRÆCEDERE OPORTET. IVDICIVM dictum à sententia qua
a iudicatur, a vnde res iudicata [tum quia ea pars præcipua, tum quia cæteras adiunctas & inclusas habet & veluti ad se trahit, cum nisi ordine iudiciorum seruato sententia nulla sit *l.*4.*C.de sent. & inter.inf.lib.*19.*cap.*1.]
b EST b LEGITIMA TRACTATIO, id est, certo ordine constituta *d.l.*4. INTER ACTOREM ET REVM APVD IVDICEM CONSTITVTA, iudicis de ea re tum cognitionem, tum sententiam continens [hîc *& lib.*19.*c.* 1.*& ad pr.* I. *de act.num.*8. *vbi ita.* Legitima actio de re controuersa, inter actorem & reum apud iudicem constituta, causæ tractationem inter litigatores & iudicis de eâ re tum cognitionem tum sententiam con-
c tinens.] DVO IVDICIORVM GENERA. c NECESSARIVM ET VOLVNTARIVM arbitrorum, de quo J. *lib.* 28.*cap.* 10. *& seq.* ILLVD magistratuum & iudicum,
d quod redditur in inuitum *l.*83.§.1. *de V.O.* d de quo nos prius, nihil moti ordine Pand. & Cod. quo *tit. de rec.arb.præcedit*, eò quod ad arbitros partes veniant vt iudicium vitent, nec nisi re nondum iudicata. Nam hic quærimus rationem obtinendi iuris nostri contra inuitos. Deinde arbitria leges iudiciorum sequuntur. Natura autem & cognitionis ordine prius est id vnde exemplum & similitudo ducitur, idque iustum & LE-
e GITIMVM SIT OPORTET, aliàs rei iudicatæ nulla auctoritas *l.*4.C. *de sent.& interl.* CONSTANS IV. PARTIBVS SEV CAVSSIS. e PERSONIS, REBVS, FORMA ET FINE, de quibus singulatim, à priori exorsim. Nam quod actionum, atque ita & iudicij principium in ius vocatio *§.vl.*I. *de pœna tem. litig.* id verũ est de forma ordine iudicij, ad quod instituendum partes iam venerunt, non si omnia quæ in iudicio, in quibus & personæ, spectentur. Et aliud est præcepta tradere ad institutionem necessaria, aliud instituere & illa ad vsum transferre.

NOTATA.

a *Isidor.in c forus* 10. *de V.S.* dici iudicium quasi iurisdictio Et *Cuiac. ad rub.extra de iudic.* quasi iuridicium *Cassiodor.* 11.*variar.* Sed & *Varro* 5. *de ling.Lat. f. mihi* 1146. à iure & dicendo declinat. Et *dico* otiginem habere Græcam à *δικάζω* *Forcat. diul.*80.*num.*3. P. *Greg.*47. *Synt.*2. *numer.*1. Latissimo igitur sensu, vocis otigini conuenienti amplius est quàm vt ad causas forenses restringatur, *Arn. de Reig.disput.Proces.*1. *th.*2. Quin vt iudex generaliùs vocatur etiam magistratus *I.cap.*6. *& cap.*21. ita iudicium etiam ea quæ iurisdictionis sunt & in iure expediuntur, complectitur, nec contentiosæ tantùm, sed & voluntariæ *Fac.l.*4.§ 1. *de interr.in iur.fac.* & omninò *L.*34. *de ll.* in verbis contradicto iudicio, id est, contentioso vnde liquet esse aliud non contentiosum *Vuef. ad rub Cod.hoc tit.num.*100, diss. *Sc. Gentil* 1. *de iurisd.*18. Latiori verò, qui huius loci, totum iurisd. actum seu proculum dum negocium discutitur à citatione vsque ad exsecutionem, quæ pars eius postrema *cap.*6. *extra de sent. & re iud.* continet *Vuef.ad d.rub.num.*19. Strictiori autem acceptione sicuti iudex dicitur qui datus, seu delegatus est, ita iudicium tracta-

rio coram eodem instituta, seu, vt *Vuef.d.num.*19. progressus iudicij à lite contestata vsque ad sententiam, qui instantia dici solet, *Maranta Speonl. aur p.*5. *num.*2. Et sic differunt iudicare & ius dicere *infr.d.cap.*6. Eoque modo verum, quod *Forcat.dial.*80.*num.*3. sine actione neminem esse in iudicio *l.*6. *§.vlt. de neg. gest.* nec fingi posse iudicium sine actione ciuili vel criminali. Quin & iudicium sæpe pro actione sumitur, *rub.* C. *de contrar. tut.iudic.leg.*19. *Cod de excus. tut.l.*2. *Cod. de in lit. dan. tut.l.*6. *Cod. si ali res pig. Cic.*3. *off. Mercer.* 1. *Spin.*13. qui tamen errat dum iudicium accipere *leg.*8.§.2 *Qui satisd.cog. & simil.* idem esse censet quod actionem tam immò litis contestatio per eam formulam significetur. De aliis acceptionibus vocis vid. *Vuef.in rub.* C. *hoc tit.n*10. *& seqq. Maranta Speculi aurei p.*1.*tota* b *Dinar.* b *in titul.D. de iudic.initio*, scribit se aliquando annum integrum consumpsisse in definit. & diuisionibus iudicij explicandis, sed tandem has nugas valere iussisse. Vbi contentus est hac descriptione: Litigatorum apud iudicem vel coram iudice disceptatio, † *Cuiac.in Par. hoc tit.* ita: Disceptatio quæ fit ab eo quem magistratus causæ disceptatorem partibus dedit. Sed hæc est iudicij strictiùs accepti nec conuenit extraordinario, vbi magistratus ipse cognoscit. Parte alia peccant quibus est actus legitimus coram eo, *qui iurisd. habet* factus; vt eius officio controuersia finem accipiat. *P. Greg.*47. *Synt.*3. *num.*1 & ex eo, tacito auctore *Io Bapt. Snazenthaler Process.iudic lib.*1.*cap.*2.*num.*1. Sic enim excluditur iudex datus. † Quia definitiones nostri longiusculæ malo sic, *Legitima rei controuersæ*, inter litigantes, vel expressiùs paulò, *inter actorem & reum* (quæ verba inania non sunt, nec quod priorum vi insint omittenda. Definitio enim rem definitam declarare debet, & sine iis maneret dubium quorum ratione controuersiæ dicerentur. Quin potest res inter plures controuersa esse, quàm inter quos iudicium est, cum controuersa etiam dicatur ante iudicium *leg.*25.§.7. *de pet. hered. leg.*2. *Cod.de transi. Vuef. in rub.Cod. de iudic.num.*22. Pone: Stichi dominium sibi asserunt extra iudicium, Caius possessor, Titius, Mæuius, Seius. Deinde Titius iudicio agit contra Caium. Hic Stichus inter plures controuersus; cum actio de eo atque controuersia forensis *leg.*7.§.2. *Cod.de prasc.*30.*ann.* vnde apparet esse & aliam non forensem, tantum sit inter duos, &c.) *apud iudicem*, (non iudicis, *vt Rosbach proces.iudic.tit.*1.*numer.*3. Hoc verò verbo etiam magistratum complector) *tractatio* ita malo quam disceptatio, tum quia non in eo totum iudicium occupatum, tum vt sic omnia quæcunque ab in ius vocatione ad exsecutionem vsque iudicati expediuntur descriptio contineat, vt sic definiatur in latiori acceptione, quæ huius loci est. c Non est c hæc primaria aliqua, sed nec genuina diuisio. Si enim arbiter non propriè iudex infra *cap.*6. *lit.* C. nec arbitrium propriè iudicium. Quare non sunt hæ eiusdem generis species vniuocæ. Plures autem diuisiones, quas nostri tradunt à causa effic. materia & forma hic non persequor Vid. *Maran. Specul.aur.p.*4 *P. Gregor.*47. *Synt.*4. *Swarzenthal libr.*1. *proces.cap.*3. *Arnold. de Reig. Proces.disput.*1.*th.*4. *& seqq. & late in Thesauro iur.f.*815. *& seqq. Rosbach. Proces.tit.*1. *numer.*4. *& seqq. Vuef. in rub.* Cod. *hoc tit.numer.*92. *& seqq.* Ex illis autem omninò reprobanda quâ aliud competens, aliud incompetens statuunt, *Rosbach.d. tit.*1.*numer.*6. *Vuef. ad tit.* Cod. *de iud.num.*98. Perinde enim est ac si hominem alium verum alium fictum vel pictum diceres. Quin definitioni, in qua ferè omnes generis loco, *legitimam* vel actum vel disceptationem vel quid simile ponunt, planè ea non continit. d Aliquando tamen inter consentientes iudicium est, & inter eosdem ex ipsorummet conuentione sententia fer- d
tur *lege* 26. *de re iudic.* quæ non pugnant. Perpetuò enim verum, quod reus iudicium detrectare non possit, qui sensus est *d.leg.*83.§.1. etsi interdum is bonam fidem agnoscat, ac quod præstare necesse est sponte sua & libens potiùs quàm coactus præstet. Quod casu sanè regulariter in confessos nullæ partes iudicantis. *infra libr.*28. *cap.*1. potest tamen ita conueniri, vt certa sententia feratur, quo vterque vel alter de iure suo certior si propter rem iudicatam *Buf.*1. *Subtil.*13. Et vt maior sit fides rei extraiudiciliter gestæ, possunt partes petere vt ad initas conuentiones seruandas condemnentur, vt si deinde alter à placitorum fide discedere velit, auctoritate rei iudicatæ paratam exsecutionem habentis cohibeatur cuiusmodi exemplum refert, *Rutger. Rulant. de Commissar. p.*3. *libr* 7. *cap.*3. *numer.*4. *& qu. Camerali* 9. licet neutro loco *d. leg.*26. mentionem faciat. Atque hæc genuina, opinor, sententia *d. leg.*26. etsi *Pac.* 7.*quæst.*3. de conuentione post litem cœpta & eam accipiat, & Don. noster ibid. speciem eiusmodi ponat vbi absque conuentione contra pronunciari debuit. Veluti si fors

cum vſuris petita & vtrumque deberi probatum, actor autem deinde vſuras remiſit velit, itè ſi minus petiit & plus deberet probauit, nec reus in id quod ſuperat ſententiam refugiat. Hinc & apparet quare alia ratio arbitri *leg.19.pr. de rec.arb.* non tantùm quod illud liberum nec neceſſitati adſtrictum vt iudicis poteſtas *Don.ibid.Buſ.1.ſubtil.13.* ſed & quia ratio & finis idem ad arbitrium eligendum partibus non poteſt eſſe
c propoſitus. Aliter *Theodor.Straitman.antinom.ll. ciuil.37.* c *Maranta Specul.aur.p.2.num.15. & ſeqq.7.* cauſſas refert vt ſunt Materialis, cauſſa ſeu lis. Efficiens, Perſonæ, Formalis, Ordo iudicij Subſtantialis quò refert libellum, litis conteſt. iuram.calumniæ, probationem: Naturalis, quæ de natura iudicij ex. gr. vt vbi cœptum ibi finiatur Accidentalis cuius ſunt quæſtio incidens, exceptio contra perſonam aduerſarij vel teſtium, &c. & Finalis ſententia definitiua. † *Vveſenb. in rub.C.de iudic.num.49.* Partes ait integrales duas præcipuè eſſe: prima & ſecunda inſtantia, ſed hæc accidentalis & ſæpius abeſt. Vnius inſtantiæ partes tres prima, media, poſtrema, &c.

CAPVT IV.

Perſona Actoris.

PRIMA PERSONA (cauſa Efficiens) QVARVM
a ALIÆ NECESSARIAE, (aliæ adiuuantes [a] vt infra *lib.18.cap.1.*) ſine quibus conſiſtere nequit, tres vi-
b delicet [b] *§.1.I.de act.* LITIGATORES DVO: Nec enim lis vlla niſi inter duos, nec actio vt vel definitio illius
c arguit, niſi vnus agat, cum altero agatur. [c] Quare etſi quis verè debeat Titio 10.fruſtra illi condemnatur, ſi nec Titius nec alius eius nomine agat arg. *l.2. C. Comminat.epiſt. &c.* fruſtra item abſens, contra quem præſentem iudicium inchoatum non eſt, præſenti eòdem-
d natur *l.iudex 5.C.d.tit.l.7.l.vlt.C.Quom.& quan.lud.* [d] 1.
e ACTOR qui & petitor *leg.12.de probat.* [e] VT IVDICIO CONSISTENDI LEGITIMAM PERSONAM HABEAT, id eſt, vt non prohibeatur *leg.43. §.1. de Procur.& ſimil.*
f *tit. Cod. Qui leg.perſ.ſtandi.* PROHIBENTVR [f] 1. SERVI *l.ſeruis 6.C.de iudic.* Quare ſi pro libero ſe gerens egit & obtinuit act.iudicati non habet niſi certis in cauſſis
g contra dominos, quæ in *l.vix certis 53.l.67.D.d.t.* [g] 2. FILIIFAMILIAS de caſtrenſibus experiri poſſunt, etiam contra patrem *l.lis nullâ 4.C.de iudic.per l.2.de SC.*
h *Maced.* [h] iteḿque de quaſi caſtrenſibus, arg.*l.1.§.15. de coll. l.vltim. C. de inoff.* de aduentitiis, ſi vſufr. patris, ſolus pater agit, filij tamen conſenſu niſi is minor vel
i abſit *l.vlt. §.3. C.de bon. quæ lib.* [i] Filius non item (etſi dominus ſit in quo ratio dubitationis *l.25.de V.S.) d. l,vlt.§3.* niſi pater abſens aut furioſus arg. *l.22. §.4. &* 10.*Sql.mat.iunct.l.2.& 3.eod.* Sin plena proprietas filio, diſting. Aut vſufr.acquiri potuit patri, vt ſi hereditas filio delata patre recuſante, adita & eo conſentiente agitur qui & officio iudicis conſentire cogitur, *d.l.vlt.*
k *in fin.princ.* [k] aut non potuit vt re donata legatave ea lege ne vſufr. fiat patris, ac tunc etiam inconſulto pa-
l tre [l] Quod prob. 1. quia eadem inuito patre alienare poteſt *d.l.vlt. §.5. verſ.filiis autem* magiſque ignorante aut abſente *leg.126.de R.I.* Etſi obtineat, quia acquirit conſenſu patris non eget, qui ad acquirendum, nec impuberi neceſſarius *pr.I.de auct.tut.* ſin ſuccũbat, alienaſſe videtur. 2. Quod quis acquirere nequit id nec repudiare *l.174. §.1.de R.I.* At in his rebus, pater nihil habere poteſt. Ergo Cui igitur bono conſenſus, vbi nil nocet diſſenſus *leg.69.de her.inſt.3.* quia nihil de eo diſpoſitum. Nam *d.l.vlt.in fin.pr.* loquitur, quando vſufr. acquiri potuiſſet. Nec obſtat *L.1.§. vlt. C. de annal.ext.* loquitur enim de rebus, quarum non quidem proprietas, vſufr.tamen patri quæritur, vt ſunt bona materna *leg.6.l.vlt.pr.C.de bon.quælib.* De profectitiis & omni cauſſa ad id peculium pertinente, vt ſi filiusfam. negoc.gerendo impenderit, mutuò dederit, &c. regulariter ſoli patri actio: Filiofam. verò ſuo nomine actio vtilis, quæ & extraordinaria *l.17. de reb.cred.* ita ſi peregrè abſit. nec pater ibi ſit nec procurator, qui eius nomine agat *l.8.princ. de Procurator.l.18.§.1.de iudic.* Non tamen ex omnibus cauſſis, ſed vbi damnum, iniuriam, fraudémve paritur. Quod Julianus probauit in 4. tantùm cauſſis *leg.9.de O.& A.* Sed Vlpian. ad ſimiles reliquas diſertè produxit *d.leg.18.§.1.verſ.vnde ego de iudic.l.* 13.*de O.& A.* Malè qui, vt hæc concilient, *d.l.*9. exaudiunt de act. directis *d.§.1.* de vtilibus, quod verſ. *nam & Iuliano d.§.1.* planè repudiat. Nec iuuantur verbis *ſuo nomine d.l.*9. quia & vtiles act. ita habentur *leg.55.de Procur.l.vltima.C.Quan.ſiſc.vel priuat.* [m] Sanè patris nomine ex omnibus cauſſis agere poteſt, vid. infra *lib.18. c.12.* Excip. dos profectitia, quæ etſi proprium ſit filiæ patrimonium, actio tamen patri, quàm ſolus exercet, licet ex filiæ voluntate, vid. ſupra *lib.14.c.6.lit.F.& c.3.*

QVIDAM PATRES FAMILIAS, VEL EX AETATE: PVPILLI MINORES, ſine tutoris aut curatoris auctoritate *l.1. & 2.C. Qui leg.perſ.ſtand.* [n] Licet enim fieri poſſit vt ſecundum eos iudicetur; tamen quia id incertũ, non cogitur aduerſarius anceps iudio ſubire. Quod ſi non remoti in cauſſa vincant, valet ſententia *l.14.C. de Procur.per l.25. de ll.* [o] Excepta hîc actio momentaneæ poſſeſſionis, id eſt, adipiſcendæ retinendæ vel recuperandæ poſſeſſionis iudicium *l.8.C. Vnde vi.l.vn. Cod.ſi de mom.poſſeſſ.ag.* [p] ſic dictæ quod poſſeſſio momento duret ei qui illam abſtulit, [q] cum ſæpe victus in poſſeſſorio vincat in petitorio, indeque poſſeſſionem ad ſe transferat. Quæ per quemlibet, modo intelligat quid agat, exerceri poteſt *leg.vltima Cod.qui leg.perſon.* & per pupillum igitur ſine tutore, nam cum tutore poteſt quæuis alia quia leuius damnum hic vertitur, cum cauſſa proprietatis integra ſeruetur, [r] VEL MAGISTRATV ſi temporales, annui vel biennales [s] per id tempus quo cum imperio ſunt *l.pars 48.de iudic.* vbi per τὸς ἄρχοντας notantur non ſoli Athenienſes, qui annui, *vt Alciat.4.diſput.6.* [t] nec omnes prouinciales, vt *A.Aug.comm.ad Modeſtin.p.226.* ſed quicunque vſquam temporales ſiue vrbani ſiue prouinciales. Tum ex vi verbi, ἄρχειν enim eſt cũ imperio præeſſe, quod proprium magiſtratus *l.2.§.13.de O.I.Cic.3.de ll.* Videtis, ait, magiſtratus hanc vim eſſe vt præſit præſcribatque recta & vtilia, &c. tum ex ſententia reſcripti ac ratione, quæ in potentia perſonæ, quæ terrori eſſe poteſt aduerſario ac iudici, & temporis modico, in cuius mora leue damnum *leg.21. d.t.* Denique & aliàs de prouincialibus reſcriptum ad vrbanos extendi ſolet *l.1.§.4.in fin.de ſuſp.tut.*

NOTATA.

[a] Vulgò illas principales vocant has acceſſorias *P.Greg.* 47.*Syn.8.Vult.2. iuriſp.Rom.1. num.4. Rosbach. proceſſ.iudic. tit.10.n.1.* [b] In *caſ.nullus 1.c.4.queſt.4.* dicitur: In omni iudicio 4. perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe: iudices electos, accuſatores idoneos, defenſores congruos atque teſtes legitimos. Conuenit *Iſidor.cap.ſorues 10.de V.S.* Sed vtroq; quoad teſtes nihil falſius. Sanè & plures vno iudicio, agere, conueniri, iudicare poſſunt, ſed loco vnius ſunt *l.9. de pact.Vvef.ad.t.C. de ord.iudic n.10.* [c] *leg.inter 62.de iudic.* Quod in ciuilibus perpetuum. In criminalib. tamen quandoque tam actorem quam reum deeſſe ſcribit. *Schrad.de feud.p.10. in præamb.n.* 3. quando nimirum iudex per inquiſitionem generaliter procedit, vt poteſt *l.13.pr.de off.præſ.Duar.1.diſp.38.* (falſam ſcribens regulam neminem ſine accuſatione damnandum, contra *Cuiac.1.obſ 33.Rau.4.var 11.*) licet fama publica tum ficta accuſatoris perſonam habeat *cap.qualiter & quando 2. de accuſat. Sichard.ad rub.Cod.de iudic.num 2.& 3.Rosbach. Proceſſ.tit.1.n.36.* Sic quando iudex quis admittitur in cauſſâ ſua *S.c.2.lit.B.* idem iudicis & partis officio fungitur. Sed tũc diuerſa ratione duas perſonas ſuſtinet. Illic verò reus qui

inquiritur

inquiritur certus eſt, ſaltem natura & deſtinatione. Sicuti legatum & donatio quoque neceſſariò requirunt perſonam
a accipientis, quæ tamen ſæpe ex euentu demum certa fit, *Maranta p.2.numer.4. &* 5. [d] Quod ſi aduerſus plures mota lis, non differtur ſuſceptum iudicium, etſi quidam cœperint abeſſe *l.44.h.t.* ſcil. ſi res diuiſionem recipiat, vt tot ſint cauſſæ quot perſonæ. Secus ſi tanta communio cauſſæ vt diuiſionem non recipiat, *Duar. de iudic. Cap. de var. Iudic. præcep. fol.161.* De inaudita cauſſa non damnando vid. *Forcat.dial.81. Rau 1.var 7. Forner.5. err. quotid.7.* Poteſt quoque ſententia ferri pro abſente vel reo *l.73. pr. de iudic.* Vel actore. Sic enim Ambroſ meminit rei iudicio ſine aduerſario victi: Sine id eſt abſente, Deeſſe non poteſt actor at abeſſe poteſt tempore condemnationi, *ita Forner. 1.rer.*
b c *quot id.25.* [c] *l.14 §.1. de cond.furt.* Generalius autẽ auctores quicunque lites in foro tractant, cõmuni nomine litigatoribus, nam & reus agere dicitur vid. *not. c, ſeqq. lit. B.* & advocatis *Pollet. lib.2. hiſt.fori c.1.* Et *Vvef. in rub. C. Qui leg. perſ.ſtandi numero 8.* quandoque aduocatum ſic vocari *l.1.C. Nelic.potent.* quandoque procuratorem *l.25. de Procur.* ſæpius datum à tutore curatore vel procuratore *l.11. C.de Procur.l.10.C.de act.& tut.dando &c.* vel etiam â corpore aut
f collegio vid. *Io.Monach.Pract.iudic.p.2. titul. de Actore.c.1.*
f De his *Vvefenb.in rub.C. Qui leg. perſ.ſtandi v.8. & ſeq.* prohiberi alios ſimpliciter & vel ex cauſſa naturali, vel ex cauſſa tutiſſent vt ſerui vel ex ciuili. Alios relatiuè & ſecun-
g dum quid &c. [g] Quibus addit *Vvef.d. lo. num.15.* cauſſam momentaneæ poſſeſſionis per *l.vltim. C. Qui leg.perſ.l.1. C. Si per vim vel al. mo. l. vltim. C. Vbi cauſ. fiſc.* Seruis in hoc comparari monachos tradunt, *Duaren. de iudic. cap. Qui poſſ agere f.159. Sichard ad l. 6. C. eod. numero* 3. *per c. multos 23. diſt. 54.* Licet alij non tam ſtatu eos impediri quam vitæ conditione, quod rebus ſacris intenti ſæcularibus vacare non debeant *tit. extra. Ne cler. vel mon. vid. c. placuit 52 c. nullus ſeqq. cap. 2. quæſt. 7. c. de præſentium 20. cap.16.qu 2.* Quin cum licentia abbatis ſi vtilitas monaſterij expoſcat, litem ſuſcipere poſſunt *v. monachi* 35.*d.cap.16.qu.2.P.Greg.49 Synt. 2. numero 13.* Sed & Abbatem in ius vocari à monachis nihil prohibere putat *Bodin.* 3.*de Rep. 7. numer 334.* Excipit quoque monachum in academia ſtudentem *Rebuff priuileg Schol.156.* † Arceri item ob ſtatum deportatos communiter volunt, quia quæcunque ſunt iuris ciuilis in quibus & actiones eſſe rentur, vna cum ciuitate amittat *l.5.pr.l.vltim.de cap.min l.17. de pœn.* Atque inde cum in locum deportationis ſucceſſerit banum imperiale ſeu proſcriptio, de quo *Gilken de præſcript p.3. cap.6. Gœd.de contr.ſiſp.cap.7. concl* 4. bannitis agendi facultatem omnem adimunt, adeò vt nec cauſſas ante damnationem cœptas exſequi eos poſſe ſtatuant, vid. *Gail. 2. de pa. publ. 12. Mynſ.3.obſ.30 Zang.de except.p.2. cap.8. numer.9.* Verùm vt hæc in bannitis hodie certo iure & ex conſtit. imperij obtineant, eadem tamen olim cauſſam deportatorum fuiſſe valdè dubium, Etſi namque vt plurimum (ante *auth.bona damnatorum &c.*) deportationem ſequuta omnium bonorum publicatio, omneſque obligationes actiuæ & paſſiuæ tranſierunt ad fiſcum, potuit tamen fieri bonis omnibus relictis *l.14. §. vltim. de interd & releg.* vel parte bonorum adempta *l. 1.c.de fideiuſſ.* vbi verbum *exulare* deportationem arguere rectè *Cuiac.15 obſ.35 Valentin. Franc. de fideiuſſ.cap.3. num. 26.Sture.ad l.97. de R.I. numero 15.contra P.Fab. ad d.l.97.* qui intelligit relegationem. Et publicatis bonis quod poſtea acquirit, non ſequitur fiſcum *l. 22. §.5 Mand.* ſc. quamdiu deportatus viuit, quamuis eo mortuo, cum heredem habere neqneat, itidem publicetur *l.2. Cod. de bon proſcript.* quam ita conciliat *Pac. 4. qu.87.* De illis itaque vtilem act. habere poteſt, vt diſertè traditur *d. l. 22. §. 5.* Et rectè *Duaren. ad tit. D. Mand. c.2 f.* 1012. deportatum non quidem experiri directa actione, quia eius formulæ iuris ciuilis. At vtili poſſe, quia ipſe actiones iuriſgentium, intellige quæ ex contractibus iuriſgent. oriuntur *l.25. Rer.amot.* Et *Baro in l 2. de cap. min.ac Loriot de Iur.art.tract.17.& 3.ſeqq.axiom.5.* quia, ait, per conſequentiam illius contractus agunt Et cum obligatio ipſis permiſſa ſit vtique & quæ illi conſequentia. Scio à multis *d.§.5.* de publicatis bonis citra capitis deminutionem, atque ita de relegatis exaudiri, *Forcat dial 82.numero 6. Baro à ſe diſſentiens libr.3.de diuiſ. & indiu. oblig. cap.11. f.* 275. *Cuiac.in l.8. Qui teſt. fac Sture. ad l.97. de R.I.numer.16. Ph.Matt.ibid. numer.15.* Quibus ipſis bona interdum adimi probant, ex *l.7. §.4. de interd. & releg.* & de eo textus apertior, quem non adducunt in *l.57.§.1. de admin. tut.* Et malè *Gouean. in l.11 §.3.ad l, Falc. numero 2.* negat relegato bona omnia auferri poſſe, quod ſic eriperetur vita libero & ciui. Attamen verba *d. §.5* generalia ac indefinitè concepta

k tionem rati à patre, de aduentitiis hisce agente, exigunt. k remediis prætoriis. Quod si nec si compleatur, prætore decerneute iudicium procedet ac contumacia habebitur pro consensu. Nam contumax loco absentis habetur, Ar si pater absit filius non requisito consensu agit. Ergo, & si contumax in consensu præstando *Sc. Gentil. de bon.matr. c.26.p.177. & seqq.* 1 ita & *post Lothar. & Bart. Sc.Gent. d. c.26.p.176. &* 1 *seq.* quia, inquiunt arguté in casu repudiatærei, cuius vsusfr. patri acquiri potuit requiri eius consensum in signum factæ repudiationis, & vt de firmitudine iudicij futuri securus sit reus, neve possit obiicere iudicium nulliter intentari, quia patris sit vsusfr. eius rei & ad eundem actionis exercitium pertineat. Periculum hoc nullum si res talis, in qua pater nec si velit sibi quidquam viudicare potuit. Verùm alij itque plures cum Accursio *teste Gent.* 6. contra semper consensum patris exigunt cum quib. *Ant. Fab.* 13. *Cons.* 6 & rectè, ni fallor. quia ratio Iustin. in verbis: *ne iudicium sine patris voluntate videatur consistere* ad necessitatem validandi iudicij refertur, cum filiifam. persona & legitima & inregra non sit, vt per se in iudicio stare possit. Sicque statui expedit tum publicè ad conseruandum ius patriæ potestatis, nec quoad illa bona penitus extinctum, vt iude constat quod de iis testari non licet s. *lib. 6. cap* 5. *lit. I.* tum priuatim ipsius filij, cuius commodo consilium patris cedere potest. Neque sic imminuitur conditio filiifam. quam Iustin. augere voluit. Quin imò plurimum aucta est, cum antea planè nulla de aduentitiis, quippe quæ patri acquirebantur, filiofam. actio fuerit. Et certè *d. l vlt. pr.* tractat de act. heteditatis iam ante à patre repudiatæ *Ant. Fab. d. lo.* nec eo demum casu exigit, quo reus de *inualiditate iudicij* excipit, quia de repudiatione patris non liqueat, sed imò de ea liquere præsupponit. Quibus sic firmatis facilis est argumentorum Don. nostri infirmatio. Sanè in actibus voluntariæ iurisdict. quæ iudicio non contentioso, seu extraordinario vt vocant expediuntur, patris consensus non requiritur *l.* 1. C. *Qui admitti verbis cum ignorante* vbi *Gamil. Plautius numero* 2. *& & numero* 13. m ita & *Gifan, ad d. l.9. de O. & A. numero* 4. *Sc. Gent. de bo. mat. cap.*26. *p.*173. *& seqq.* scribens Bart. & Accurs. pueriliter lapsos esse. † De act. quod vi aut clam, de qua *d. l.* 9. contraria videtur *l.* 13. §. 2. *Quod vi.* Vnde *A. Fab.* 1. *Iurisp.* 8. *princ. 6. ill.* 7. filiumfam. experiri ea quoad primam partem interdicti si quid vi factum *d. l.* 9. *& d. l.* 13. §. 1. *l.* 19. *Quod vi clam.* Non item quoad secundam si clam factum *d. l* 13. §. 2. † Studiosum sine consilio patris in omnibus agere posse putat *Rebuff priuil. Scholast.* 155. n Infantes verò ne quidem cum ea vt nec furiosi ac mente capti, vid. *Vvesenb. ad rub.* C. *Qui leg. vers numero* 10. *& seqq. Gail.* 2. *obs.* 108. *Trentacinq. lib.* 2. *pract. resol. ref.* 6. *de iudic Gerard. Maynard. lib* 3. *decis.* 44. Et ad hoc cogitur minor accipere curatorem §. 2 *I. de curat.* non præcisè, sed ita si agere velit ac si nolit petere iudex ex officio dabit *l* 3. §. 2. *in fin. de tutor l.* 1. C. *Qui pet. tut. vid. Fachin.* 8. *contr.* 60. *Gai. d. obs.* 108. *nu.* 3. Idem est in muto, surdo, prodigo *Vvesen. d. lo. Vant. de nullit. ex def. habilit. num.* 15. quod de surdo solo tradit *Zang. de except. p.* 2 *cap* 8. *num.* 5 de prodigo *Rosbach. tit.* 10. *num.* 11. In foro Sax. mulier nupta vel innuba per se iudicio agere nequit, sed adiungendus ei curator ad litem, vid. *Landr. lib.* 1. *art.* 44. *& 46. Non. Elect. Augusti* 15 *p.*2. *ibique Moller. & idem* 1. *Semestr.* 18 *Coler. decis.* 67. *Zang. d. c.* 8. *num.* 6. Quod tamen non attendi in foro ecclesiastico & consistoriis scribit o *Vvesin t. C. de iurisd numero.* 98. o Quod generale in omnibus qui sine curatore nihil gerere possunt *Vvesin rub. C. Qui* p *leg. pers. numer.* 12. p De quo tamen mira nostrorum contentio est. Alij enim solùm spoliationis, seu recup. possess. iudicium intelligunt, cum quibus *Vvesenb. cons.* 1. *numer.* 13. *& seqq.* per *l* 8. *iunct. rub.* C. *vnde vi &c. & ad rub.* C. *Qui leg. pers. numer.* 15. Alij retinendæ, vt veteres ferè omnes, *teste Rauchbaro p.*2. *qu.* 6. *num.* 2. Alij possessoreis quæ non longo tempore mansura & per probationem in petitorio faciendam facilè reparari potest. Vt si legatarius occupauerit & heres se mitti petat in bon. possess. vt Falcid. vel Trebellian deducat *Oldau. Cacheran. decis.* 15. *numer.* 7. Alij possessorem summarium quod ordinario opponunt. † Sed rectè noster, vid. Cuiacius 1. *obs.* 20. *& in Par. C. si de mon. poss. &* C. *de interd. Rauchb. p.* 2. *qu.* 6. q Aliter *Cuiac.* 1. *obs.* 20. quia q statim sine vlla cunctatione restituenda, saluo dominij iure *& Hotom. ad l.* 10 C. *de iudic.* † *Vvesen. ad rub. C. numer.* 15. quia quàm celerrimè citra moram iudicij quæstio terminetur. Planiùs *Vult. in l. vn.* C. *Vbi de poss. agi numer.* 28. *& seqq.* scribēs voces hanc ignoras ICtis, nec repereri ante Constantinum. Esse autem epitheton possess. de quâ in possessorio contenditur. Sicque vocari ad differentiam certæ & perpetuæ, de qua aut nulla lis aut quæ est de iure rei. Hæc non constituitur vt perpetua sit, sed habetur ad momentum, quoad causa petitorio decisa vel aboleatur vel confirmetur ac perpetua fiat. † *Parlador. 1. rer. quotid.* 9. refellit eos qui hinc inferunt possess. esse rem parui momenti, infelicius tamen ipse *num.* 6. sic dici quod sit res maximi ponderis & momenti. r Quod si non modicum præiudicium in integrum re- r stitui posse vult, *Trentacinq. 2. resol. 1. de iudic. ref. 6 numer.* 11. Sunt & aliæ except. Quoad impuberem in petitione alimentorum *l. 1. C. de alim. pup. præst.* interdicto de lib. hom. exhib. *l.* 3. *§* 11. *de lib. hom. exh.* Quidam addunt speciem *l.* 16. *de I. fisci.* Sed non loquitur de actione vlla contra quemuis intentata, sed delatione propria rei incapaci relictæ *l.* 13. *pr. & deinceps eod.* quæ fit sine iudicio, sine aduersario. Quoad minorem puberem generalis exceptio in caussis spiritualibus & ab eisdem dependentibus *c. vlt. de iudic. numer.* 6. *Trentacinq. d. lo. numer.* 8. *Gail. 2. obs.* 108. *numer.* 9. vt & sunt matrimoniales *c. ex parte* 14. *de rest. spol* quia cum capax sit matrimonij etiam actionis coniugij exercendæ *Vvesd. l. numer.* 12. Idemque esse caussa dotis si inciderenter de ea agatur vt à matrimonio dependeat, secus si principaliter & per se, maximè soluto matrimonio, communiùs censent, teste *Trentacinq. d. lo. numer.* 10. (qui ipse tamen post relatas 4. variantes opin. indistinctè negat.) Et in criminalibus minorem non arceri probat *Vvesd. lo. numer.* 12. *ex l.* 8. *de accus.* quia ibi pupillus prohibetur. Ergo minor admittitur. Pupillus enim ab accusatione omnimodo arcetur, id est etiamsi tutoris auctoritas adhibeatur, si non suam suorum ve iniuriam exsequatur, quo casu & pupillis admittetur *l.* 11. *de accus.* non tamen puto sine tutore. Quod & confirmat L. 15. *§ 6. de adult.* quia specialiter l. Iulia arcetur ab accusatione adulterij, nisi sui thori violationem vindicet. In aliis si suam suorumve iniuriam exsequatur, etiam pupillus admittitur vt probat *l.* 11. *princ. iunct d. l.* 8. *de accus.* Num verò sine tutore? subsisto. Puto enim à reliquis accusationibus omnino pupillum arceri etsi adhibeatur tutoris auctoritas. † Denique si minor sine curatore iurauerit, se non venturum contra processum sententiam valere iudicium ob vim iuramenti *Trentacinq d. lo. numero* 5. Quod si ex iuris ciuilis regulis metiaris vtique falsum est *l.* 5. *Cod. de Il. & simil.* s *Bodin.* 3. *de Rep.* 2. *nu.* 261. Romæ omnes magistratus annos fuisse ex lege Villia *Liuius lib.* 40. præter Censuram quæ in sesquianum priùs, deinde in quinquennium prorogata. Et annua fuisse officia probat *l.* 2. *§.* 24. *de O. I. l.* 16. *pr. de cond. & dem. l.* 4. *C. de suscept. præpos. l.* 10. *tit.* 70. *Quinilia. Mandos. in Annal. casib. num.* 21. *& seqq.* Sanè & dictatura & magisterij equitum fuerunt semestres, *Perion. lib.* 1. *de Rom. & Græc. mag. p.* 273. Sed Dictaturam Bodin. curationem vocat ac à magistratu distinguit *d. c.* 2. Temporales an perpetuos esse magistratus expediat. vid. *Antimach. lib.* 3. *theorem.* 35. *p.*760. *P. Greg.* 4. *de Rep. p.* 5. *num.* 35. *& seqq* exactè *Bodin.* 4. *de Rep.* 4. *toto.* Confer. *Scip. Amirat. differt. Polit. in Tacit. lib.* 1. *discurs. vlt.* t Nam magistratus etiam max vrbium, cuiusmodi Athenæ, dum Rom. subiectæ t fuerunt, municipales habiti. Nec vllæ olim in imperio Rom. ciuitates liberæ, sed omnes priuatorum loco *Matth. Steph. lib.* 2. *de iurisd. p.* 2. *c.* 1. *num.* 49. Et cum Rom. quoque magistratus minores agere & conueniri potuerunt *l.* 2. *d. in ius voc. l.* 32. *de iniur. Duar. de iudic. cap. Qui agere poss in fi. Pac.* 3. *qu.* 29. hi multo magis *l.* 29. *§.* 7. *ad l. Aquil. Scip. Gentil.* 2. *de iurisd.* 5.

CAPVT V.

Persona Rei.

occupatam à Cæsaribus rempubl. crebriora Senatus iudicia, apud quem & legè agere licuisse ac iudices ab eo petere probat *Baro ad rub. de Senat. ex Sueton. in Calig. Nerone, & Domitiano & l. 1. A quib. appell.* Quin & ipse Senatus causas cognouit & pronunciauit, vt liquet ex *Plutar. in Marcello Pollet. d. lib. 3. c. 11.* maximè in capitalibus, vid. *Obrecht. de iurisdict. cap. 6. nu.* 41. l Viua vox iustitiæ magistratus, *Ioach. Steph. lib. 1. de iurisdict. Indaor. & c. cap. 1. num.* 35. Lex viuens ac spirans cuius maximè propria illa in quibus IC. *in l. 7. de ll.* legis virtutem esse dicit *Bodin. 3. de Rep. 5. intio.* Νόμος ἔμψυχος, sine quo præclaræ, quamlibet sanctiones irritæ & ceu mortuæ iacent. *Antimamachiau. lib. 3. theorem. 35. pag.* 736. Et leges per magistratus qui eas executioni mandant spiritum ac motum accipiunt. Quos Plato sæpe ll. anteponit, quia leges sine illis inanimæ, magistratus autem optimi ipsi sibi sunt leges, *Petr. Gregor. 4. de Rep. 5. nu. 1. Fran Picolhom. Philos. mor. gradu 10. cap.* 15. Vnde, *Manut. Proœm. lib. de magistrat.* conducibilius censet vt iniquæ legi præsit (exsequendæ scilicet aliàs magistratus non præsit vel superior est lege, sed subest vid. *Steph. Ium. Brut. Vindic. contr. tyrann. quæst. 3. pag. 89. & seqq. Aristote. 3. Polit. 16. addl. Picolhom. Philos. mor gradu 10. cap.* 19.) optimus magistratus, quàm vt improbus vel æquissimæ. Honestus quippe vir in iure reddendo vnam habebit propositam iustitiam: Ad illius normam, si quid vitiosum emendabit, si ambiguum meliorem partem interpretabitur. Improbus legis vocem m non exaudiet, libidinem animi sui pro lege sequetur. m Vnde Dictator, magister populi, id est moderator *Cic 3. de ll. Bodin. 3. de Rep. 3. n.* 273. *Gouean. ad l. 13. hoc tit. n* 8. *Reu. 3. Coni. vlt. Gœd. ad d. l.* 57. *n.* 4. *& n. 9. Perion. lib. 1. de Rom. & Græc. magistr. pag.* 202. *& seq. Phil. Camerar. operar. subciss. cent. 3. cap.* 61. Quia & præcipua cura Reip. incumbit magistratibus ac pro ea vigilare debent, *Gœd. d. num.* 4. & ex imperio magis possunt ac potentiores sunt priuatis. Sic iudices Israëlitarum magistri vocantur, *Deuteron. 16. Petr. Greg.* 47. *Synt. 12. numer.* 2. Hinc & magisteria potestas *l. 6. C hoc tit.* n *Bodin. 3. de Rep. 2. n.* 260. inter Iurisconsultos qui rectè definiat haberi neminem scribit. Vbi Cuiacij definitiones reprobat, eumque quod vna plures proferat reprehendit, qui se tuetur 18. *obs.* 38. Idem Aristotel. descript. reiicit, cui Magistratus sunt δίκαις ἀποδιδόναι βουλεύσασθαι περὶ τινων καὶ χρῆναι, καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλιστα τοῦτο. Hoc est, Quibus datum est consulere de quibusdã (malè Bodin. vertit qui participes consiliorum publicorum, & inde reprehendit) & iudicare & iubere, atque hoc maximè 4. *Polit.* 15, largè & laxè nait *Lips. de magistr. pop. Rom. cap. 1.* ex consuetudine Attica qua imperium à iurisdict. non discernebatur *Ioach. Steph. lib. 2 num.* 2. † *Bodin.* verò *ca. seq. initio* definit, Officialem qui publicum imperium habet. *Scip. Gentil. lib. 2. ca. 2.* Præfectum publicè iurisdicundi muneri vbi accuratiùs definiendum esse à Politico, à Iurisconsulto autem pro modo disciplinæ suæ. † *Bocer. de iurisdict c. 8. n* 52. Præfectum societatis publicæ cum imperio constituerunt. Aliter alij. o In quo omnis iurisdictio residet, ac ab eo veluti à capite & perenni fonte emanat, atque magistratus deriuatur. Vnde Dd Oceano comparant Imperat. ac penes eum iurisdictionem residere vt scabellum pedum suorum, ab illo in magistratus fluere & ad eundem refluere, *Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. 1. numer. 7. Scip. Gentil. libr. 1. de iurisdict. cap.* 18. *Matth. Steph. lib. 1. cap. 1. num.* 83. *cap. 2. numer.* 26. *& cap.* 38. *num. 2. Paurmeist. lib. 2. cap. 7. num.* 22. *& seqq. Knich. de Sax. non prou. iure v. Ducum Sax. cap. 1. num.* 3. & 4. qui ad hoc plures veterum citant. Vnde præsente principe omnia omnium magistratuum imperia conquiescunt, *Bodin. 1. de Rep.* 10. *num.* 163. *& lib. 3. ca. 1. ac passim.* quemadmodum fluuiorum impetus vnà cum nomine absorberur, cum ab ostiis in mare confusi labuntur, & siderum omnium lux nulla percipitur, cum sol exoriri cœpit, aut idem scite, 3. *de Rep. 6. nu.* 313 vbi tamen nihil inde magistratibus decedere, sed præsente principe imperandi ius sustineri ac suspensum teneri. † *Plin. in Panegy.* Imperatoris aduentu legatorum dignitas obumbratur. Quã de re scitissimi versus *Guntheri in Ligurino lib. 11.*

Hoc quoque per cunctas regnator Teutonus vrbes,
Non modo Teutonicas, sed & hic & vbique iacentes
Ius habet: vt præsens quasi maximus omnia iudex
Claudere iura manu, cunctasq; rescidere lites
Debeat: atque omnis iudex, omnisq; potestas
Atque magistratus ipso præsente quiescant.

Ref. Scip. Gentil. lib. 2. c. 28. Conueniunt loci iuris Sax. *Lmdr. lib. 1. art. 58. & lib. 3. art.* 60. Sed *Bocer. de iurisdict. cap. 8. numer.* 80. hodie Principes & status imperij in exercitio suæ iurisdict. per Imperat. impediri non posse ad *d. Coler. de Process. pag. 2. cap. 1. num.* 140. *& seqq.* Quò spectat tralatitium illud Principes imperij in sua quemque ditione iura Cæsaris habere de quo vid. *d. j. cap. 9. lit. H.* p *l. ti. 8. 4. de off. pref. vrb. l. 5. C. de diuers. rescript.* Et rectè signum supremæ potestatis statuitur auctoritas creandi magistratus, *Petr. Gregor. 4. de Rep 5. numer.* 24. Nec minima iurisdict. ordinatia sine principis auctoritate, mediatè vel immediatè, conferuntur, *Vuesemb. h. t. C. num.* 21. P. *Gregor. d. num.* 24. Et malè *Bodin. 1. de Rep. 10. num.* 150. magistratuum creationem iuris maiestatis non esse, sed in subditos sæpe conuenire scribit. Nam & cum Principes maiores magistratus creant, iisque facultatem minores constituendi impertiuntur, inferiores hi itidem iurisdict à principe habent, quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impertimur, *consstit. DEO auctore §. 6. de concept. Digest. Marta de iurisdict. pag. 1. cap.* 42. Et cum municipia ius eligendi Magistratus habent, sua id potestate non faciunt, sed consensu expresso vel tacito principis P. *Gregor. d. lo.* † Sic *Vult, ad l. 3. C. h. t. num.* 9. *& seqq.* Iurisdictio, ait, à publico necesse est accipiatur. Et aut ab eo qui statui præest vt Imp. aut cui is concessit. Sicuti hodie status imperij, aut præscriptione lapsu temporis, vbi tacita concessio. De qua præscriptione, quam cum territorio, item cum tit. & bona fide decennio vel vicennio fieri volunt, aliàs tricennio &c. vid. *Vuesemb. hoc tit. C. n.* 17. Petr. *Gregor.* 47. *Synt. 21. numero* 22. *& seqq Obrecht. de iurisdict. cap.* 10 *numer.* 15. *Io. Monach. cap. 5. numer.* 10. *& seqq. Matth. Steph. libr. 1. cap.* 38. *numer.* 33. *& seqq. Paurmeist. lib. 1. cap.* 21 (qui minoribus inductam esse contra ius scriptum censet, cum non sit in patrimonio priuatorum *nu.* 14.) *Bocer. 8. numer.* 99. *& seqq.* † An & quando necessaria hic scientia eius contra quem præscribitur *Padilla in l. 1. C. de seruit. numer.* 50. *& seqq.* Sanè meri imperij præscriptio iuri ciuili incognita, vt probat *Obrecht. cap. 4. numer.* 17. *& seqq.* licet diss. *Bronch. 1. misc. 9. Exch. 8. controu.* 23. † Est & tacita concessio in iurisdict. quæ ex consuetudine competit. Qua dari iurisdict. confirmant ex *l. 1. C. de emanc. l. 8. C. de diuers. off. lib. 12. tit. 60. l. 25. ad Municip. Petr. Gregor. 47. Synt. 21. numero* 21. *Decian. tr. crim. libr. 4. cap.* 27. *Knich. de Sax. non prouoc. iure v. Ducum Sax. cap. 1. numero* 41. *& seqq. Paurmeist. lib. 1. cap* 21. *numer.* 10. *Io. Monach. de iurisdict. cap. 5. numer.* 20. *& seqq. Matth. Steph. libr. 1. cap.* 38. *numer.* 46. *& seqq.* vbi & quid hæc acquisitio a præscriptione dist. & exponunt. q *Ioach Steph. lib. 3. de iurisdict. cap.* 3. post Consularem potestatem incisam lege Valeria, Senatus auctoritatem in populi potestate penitus reconditam fuisse. *Bodin. 6. de Rep. 6. num.* 772. statum Rom. exactis Regibus popularem fuisse, rationem autem gubernandæ ciuitatis alienissima à populari, aristocraticam, geometricis legibus constitutam. Qui & 2. *de Rep. 1 num.* 179. *& seqq.* Remp. Rom. ex triplici politiæ genere temperatam ac confusam constitisse negat, quod asserunt, *Polyb. libr. 6. de discipl. Rom. Machiau. lib. 1. discurs. de Rep. cap. 2. Perion. lib.* 1. *de Rom. & Græc. magistr. pag.* 269. cuiusmodi statum præstantiss. censet *Hotom. in Francogall. cap.* 12. Alij verò ex duobus Aristocratia & Democratia constitisse, *Cabot. 2. disput.* 3. & 4. Alij 4. formis compositum Monarchia in Dictatore (quod refellitur ex iis quæ habet, *Bodin. 1. de Rep. 8. numero* 79 *& seqq.*) Oligarcia in Consulibus. Democratia in populo, & Aristocratia in Senatu *auctor Catalex. de O. l. lib. 1. excurs. 6.* Quin & sub Regibus regni speciem non fuisse puram putam, sed confusam cum democratia, nec Reges habuisse plenum ac perfectum imperium volunt idem *d. excurs. l. 6. & seqq. & lib. 2. excurs. 2. Pollet. lib.* 3. *histor. fori cap.* 5. Contra alij *Obrecht. cap. 6. num.* 2. quia etsi sub Regibus multum populo permissum à Seruio, leges condere, magistratum creare, tamè ea Rex non à se abdicauerit, sed cum latiùs concesserit, *Ioach. Steph. d. l. 3. c. 3. n. 6.* Et iure non potuisse à Regibus Rom. prouocari ad populum eximiè probat, locum *Liu. lib.* 1. de Horatio fororicida explicans *Scip. Gentil. lib. 3. cap.* 1. Ex elementi enim interpretione regis Tullij & benigna concessione id concessum Horatio. Ipse enim Tullius dederat Duumviros. Quare nec ad aliũ iure prouocatio quàm ad ipsum. At princeps legibus, quibus solutus est, suis se vtrò adstringere potest. † Sub Augusto verò populare imperium in vnius potestatem conuersum. Qui etsi auctoritatem Senatus tribunorum potestatem, magistratuum dignitatem se conseruare significabat, id tamen omninò egit vt imperium sibi omnimodum constitueret, vid. *Ioach. Steph. lib. 7. cap.* 4. Ac verbo quidem

Princeps

Princeps seu in Republ. primus, re ipsâ rerum omnium moderator & Rex fuit *Bodin. 4. de Rep. 1. num.* 377. qui & 1. *de Rep. 6 numer.* 52. Tiberium vmbram popularis status, quam Augustus populo reliquerat, penitus ademisse. Vnde apparet quàm malè idem sibi constet, dum alibi Impp. Rom. summam potestatem non habuisse, sed auctoritate non imperio præponderasse, nec monarchiam fuisse, sed principatum docet *lib. 1. cap. 8. num. 93. & lib. 2. cap. 1. num. 186. ac cap. 5. num.* 209. t *l. 25. & seqq. Municip l. 1. l. 4. § 3. de dam. inf. l. 45. in fin. de O. & A.* Græcis στρατηγοὶ τῶν πόλεων *l. 6. §. 16. de excus.* ἀρχοῦλες τῶν πόλεων *l.* 15. *§. 9. d. t.* de quibus agit *Scip. Gentil. lib. 2. de iurisdict. cap. §. & seqq. & lib. 3. cap. 21.* Hinc municipalis iurisdictio *l. incola 29. ad municip.* Quæ licet tenuior ac minus ampla fuisque circumclusa limitibus fuerit, *Vaud lib. 1. quæst. 22. num. 4.* vera tamen ipsa, verique hi magistratus, siquidem maioris & minoris ratio speciem non variat. Tametsi *Bodin. 1. de Rep. 6. numer.* 54. nullam penè eos iurisdictionem habuisse scribat & *Duar. ad h. t. D. cap. 4. ac ad d. l. 3. h. t. fol.* 25. totam disputationem, definitionem ac diuis imperij & iurisdict. pertinere ad solos Romanos, non municipales magistratus & *Scip. Gentil. d. lib. 1. cap. 2.* hos non modo imperio, sed & iurisdict. propemodum caruisse nec veros ac iustos magistratus esse, qui tamen valdè variare, nec sibi probè constare videtur in hoc argumento. Licet autem hi non habuerint omnia quæ mixti imperij, necvtique ea quæ magis imperij quam iurisdictionis *l. 26. princ. Municip.* malè tamen qui omni eos imperio mixto caruisse putat, *Duar. d. lo. & 1. dist.* 53. *Vaud d qu 22. Scip. Gentil. d. lib. 2. cap. 3. & cap. 5. ac passim.* Malè qui in illis exemplum simplicis iurisdict. ab omni imperio seiunctæ statuunt. Immò & hi imperium habent pro modo iurisdictionis suæ, quo effectus dare possint quæ decreuerint. Quia enim non ita ampla est eorum iurisdictio, vti magistratuum Romanorum, ideo ad modum iurisdictionis moderatum quoque est eorum imperium. Nam & ipse *Scip. Gentil. lib. 2 cap. 6.* sententias suas illos exsequi potuisse pignoribus captis & rei iudicatæ tuendæ caussà distractis, *l. 29. §. pen. ad l. Aq.* vnde apparet contra resistentes etiam violentius quid facere posse. Et facit *L. 4. §. 2. de dam. inf.* Ac potestas eis tribuitur *l. 52. §. 12. de furt.* vid, *Cuiac. ad l. 1. de V. S. Buf. 2. subtil. 14. Ant. Fab. ad l. 12. h. t. Matth. Steph. lib. 1. de iurisdict. cap. 12. numero* 34. *& seqq. Obrecht. cap 2. numero* 21. *Bocer. cap. 4. numer.* 33. Merum autem imperium maius ac ius grauioris animaduersionis non habuerunt. Hinc Iudæi Pilato respondunt sibi non licere quenquam interficere, *Ioan. 18. vers.* 32. *Gouean. ad l. 12. h. t. num. 5. Bodin. 1. de Rep. 6. numer.* 54. refellens eos qui pontifices Iudæorum religione impeditos iudicio CHRISTI abstinuisse putant Modicam autem castigationem (quæ strictior est coërcitione, verberum irrogationem ac vim corpori illatam denotans, cum coërcitio etiã fiat mulcta dicta aut pignoribus captis, etsi & ipsa strictè significet corporalem animaduersionem, *Decian. tr. crim. lib. 4. cap 2. num. 2.*) in seruos habuerunt *l. 12. h. t. l.* 17. *§. 1. Qui & à quib. man. l.* 52. *§. 12. de furt.* & fortè etiam in municipes suos viliores ita vagabundos *Scip Gentil. lib. 3. cap. 21.* Ex *Nou. 15. cap. 6. §. 1* eisdem leuiorum insuper criminum cognitio & animaduersio competit, quam *Scip. Gentil. lib. 3. cap. 28. pag.* 446. vult eos non habere iure magistratus sui, sed ex constitutione Imp. speciali, ideoque mandate alteri non posse. Sanè & in grauiorum ac atrociorum delictorum reos ius apprehendi & carceribus includendi habent, quos magistratibus prouinciæ superioribus puniendos mittant *d. cap. 6. §. 1. & l. 7. C. de defens. ciu.* An torquere possint vid, *Muscorn. de iurisdict. numero* 108. *& seqq.* Denique ab illis ad nostrorum temporum magistratus argumenta duci possunt, *Scip. Gentil. lib. 2. cap. 7.* qui scil. in ciuitatibus subditis, *in den Land. vnd. Iursten Stadten,* qui quomodo illis comparari possint *Bocer. cap. 8. numer. 86. & seqq.* de quibus plenius agit *Matth. Steph. lib. 2. pag. 2. cap. 3.* Non autem ad ciuitates liberas vel imperiales *Scip. Gentil. lib. 3. cap. 22.* † Cæterùm & quando ius creandi magistratum non competit municipis, sed eum à principe accipiunt, vocante officio interim dum princeps alium sufficiat decurio num collegium magistratus sibi, cum eo catere nequeat, creare posse scribit *Couar. pract. qq. cap. 4. num. 3. Parlador. 2. ver. quotid. cap. 1. num. 8. per cap. cum olim 14. de maior. & obed.* s *Gouean. ad l. 12. h. t. num 1. Scip. Gentil. lib. 1. cap. 7. & lib. 2. cap. 5.* Etrât verò *Bodin 3. de Rep. 3. num.* 275. volens prætoriæ tantù iurisdict. partem habuisse eos precariò, neque magistratus fuisse. Etsi enim demus quod remisso in possess. ex caussà damni infecti ab illis exercetur ex mandato prætoris per *l. 1. l. 4. § 3. de dam. inf.* quanquam & hoc controuersum est vid. *Scip. Gentil. lib. 2. cap. 6.* alia tamen tam circa municipij administrandi ac gerêdæ reip curam quam in iure, de caussis intrà certam quantitatem, municipibus suis reddendo, quæ suo & proprio iure exercent, nec Prætoribus aut Proprætoribus accepta feruntur, sed ex lege municipij habent *l. 25. ad municip. l. 1. C. de emanc.* t Licet interdum plures fuerunt *Scip. Gentil. lib. 2. cap. 5.* inde reperiri scribens in antiquis inscriptionibus, Quatuorvitos (ad quod malè *Cuiac. ad l. 18. C de decur.* allegat *l. vnd. C. de fol. & lib deb. ciu. lib 11. tit.* 39.) Quinqueviros, Septemviros; Sic Romanis Quindecimviri sacrorum dicti, licet postea numerus ad 60. vsq; excreuerit u *Scip. Gentil. lib. 1. cap. 7. pag.* 24. Defensores maiorem iurisdict. habere quam duumviros qui tamen *lib. 2. cap. 6.* apud defensores non esse legis actiones, seu ea quæ sunt iurisdictionis voluntariæ, apud duumviros esse. Quin nullam penè eos iurisdictionem habuisse scribat & *Duar. ad h. t. D. cap. 4. ac ad d. l. 3. h. t. fol.* 25. totam disputationem, definitionem ac diuis imperij & iurisdict. pertinere ad solos Romanos, non municipales magistratus & *Scip. Gentil. d. lib. 1. cap. 2.* hos non modo imperio, sed & iurisdict. propemodum caruisse nec veros ac iustos magistratus esse, qui tamen valdè variare, nec sibi probè constare videtur in hoc argumento. Licet autem hi non habuerint omnia quæ mixti imperij, necvtique ea quæ magis imperij quam iurisdictionis *l. 26. princ. Municip.* malè tamen qui omni eos imperio mixto caruisse putat, *Duar. d. lo. & 1. dist.* 53. *Vaud d qu 22. Scip. Gentil. d. lib. 2. cap. 3. & cap. 5. ac passim.* Malè qui in illis exemplum simplicis iurisdict. ab omni imperio seiunctæ statuunt. Immò & hi imperium habent pro modo iurisdictionis suæ, quo effectus dare possint quæ decreuerint. Quia enim non ita ampla est eorum iurisdictio, vti magistratuum Romanorum, ideo ad modum iurisdictionis moderatum quoque est eorum imperium. Nam & ipse *Scip. Gentil. lib. 2 cap. 6.* sententias suas illos exsequi potuisse pignoribus captis & rei iudicatæ tuendæ caussà distractis, *l. 29. §. pen. ad l. Aq.* vnde apparet contra resistentes etiam violentius quid facere posse. Et facit *L. 4. §. 2. de dam. inf.* Ac potestas eis tribuitur *l. 52. §. 12. de furt.* vid, *Cuiac. ad l. 1. de V. S. Buf. 2. subtil. 14. Ant. Fab. ad l. 12. h. t. Matth. Steph. lib. 1. de iurisdict. cap. 12. numero* 34. *& seqq. Obrecht. cap 2. numero* 21. *Bocer. cap. 4. numer.* 33. Merum autem imperium maius ac ius grauioris animaduersionis non habuerunt. Hinc Iudæi Pilato responderunt sibi non licere quenquam interficere, *Ioan. 18. vers.* 32. *Gouean. ad l. 12. h. t. num. 5. Bodin. 1. de Rep. 6. numer.* 54. refellens eos qui pontifices Iudæorum religione impeditos iudicio CHRISTI abstinuisse putant Modicam autem castigationem (quæ strictior est coërcitione, verberum irrogationem ac vim corpori illatam denotans, cum coërcitio etiã fiat mulcta dicta aut pignoribus captis, etsi & ipsa strictè significet corporalem animaduersionem, *Decian. tr. crim. lib. 4. cap 2. num. 2.*) in seruos habuerunt *l. 12. h. t. l.* 17. *§. 1. Qui & à quib. man. l.* 52. *§. 12. de furt.* & fortè etiam in municipes suos viliores ita vagabundos *Scip Gentil. lib. 3. cap. 21.* Ex *Nou. 15. cap. 6. §. 1* eisdem leuiorum insuper criminum cognitio & animaduersio competit, quam *Scip. Gentil. lib. 3. cap. 28. pag.* 446. vult eos non habere iure magistratus sui, sed ex constitutione Imp. speciali, ideoque mandate alteri non posse. Sanè & in grauiorum ac atrociorum delictorum reos ius apprehendi & carceribus includendi habent, quos magistratibus prouinciæ superioribus puniendos mittant *d. cap. 6. §. 1. & l. 7. C. de defens. ciu.* An torquere possint vid, *Muscorn. de iurisdict. numero* 108. *& seqq.* Denique ab illis ad nostrorum temporum magistratus argumenta duci possunt, *Scip. Gentil. lib. 2. cap. 7.* qui scil. in ciuitatibus subditis, *in den Land. vnd. Iursten Stadten,* qui quomodo illis comparari possint *Bocer. cap. 8. numer. 86. & seqq.* de quibus plenius agit *Matth. Steph. lib. 2. pag. 2. cap. 3.* Non autem ad ciuitates liberas vel imperiales *Scip. Gentil. lib. 3. cap. 22.* † Cæterùm & quando ius creandi magistratum non competit municipis, sed eum à principe accipiunt, vocante officio interim dum princeps alium sufficiat decurio num collegium magistratus sibi, cum eo catere nequeat, creare posse scribit *Couar. pract. qq. cap. 4. num. 3. Parlador. 2. ver. quotid. cap. 1. num. 8. per cap. cum olim 14. de maior. & obed.* s *Gouean. ad l. 12. h. t. num 1. Scip. Gentil. lib. 1. cap. 7. & lib. 2. cap. 5.* Etrât verò *Bodin 3. de Rep. 3. num.* 275. volens prætoriæ tantù iurisdict. partem habuisse eos precariò, neque magistratus fuisse. Etsi enim demus quod remisso in possess. ex caussà damni infecti ab illis exercetur ex

tus iure non competunt de quibus etsi magistratus ius reddant, non tamen *quasi magistratus*, aut vi suæ potestatis. Et quod magistratus alij ordinarij alij extraordinarij docent *Obrecht.cap.11 num.4. & seqq. Lipsi. de magistr. pop. Rom. c. 2.* Pluresque fuisse extraordinarios, vrbanos & prouinciales *Petr. Gregor. 47. Synt. 6. n. 6.* Et consentit quidem, sed Pompon. reprehendit, *auctor Catalex. de O. I. falsò adscripta Io. Emer. Rosbach. lib. 2. excur. 17 sub fin.* † Contra *Goueau. ad l. 13 hoc tit. num. 1. per d. § 33.* (qui & Procur. Cæsaris magistratum esse negat per *l. 46. de contr. em.* 1. sed malè *lib. 2. de iurisdict. num. 48.*) *Gœd. ad l. 215. de V.S. nu. 8. Ioach. Steph. lib. 1. cap. 5. numero 14.* docens extraordinariam iurisdict. a lege speciali etiam dari ei qui magistratus non est, *& Matt. Steph. lib. 1. c. 2. in fin. & cap. 5. num. 7.* iurisdict. tantum ordinariam arguere magistratum. Et conuenit Bodin. *3. de Rep. 2. & 3.* dum munus magistratus certa lege, generali scilicet, definiti oportere docet, nec sine legibus constitui posse ordinaria imperia & potestates, quibus extraordinaria, quas Curationes vocat, opponit. Atque his accedo non tantum propter *d. §. 33.* nimis apertum. Sed & quia potestas extraordinaria ex arbitrio imperantis tota prudens propria dici nequit, cum perpetua non sit nec personæ nec officij ratione, sed veluti precariò habeatur, vt *Bodin. d. l.* ostendit. Et maximè quia nec extraordinaria potestas magistratui stato & legitimo specialiter concessa iure magistratus habetur vt *c. seq. lit. Ff.* Minus igitur ea ita habebitur, quam quis solam obtinet. Quin mandata fortè hæc & delegata à lege vel eo qui statui præest, sicut alia mandata à magistratu. Vsus & effectus quæstionis etiam in eo, vt hæ extraordinariæ iurisdict. si magistratus non sunt, magisque à lege delegatæ quàm datæ, seu delatæ alij mãdari nequeat, per ea quæ *ea seqq.* Quis neque hos ad causas eas quorum notionem habent iudices dare posse contendit *Goueau. ad d. l. 13. per eam. l.* † Sanè latiori sensu & extraord. has potestates magistratus vocari agnosco, sed impropriè *Paurmeist lib. 1. cap 10. num. 3.* Sicut Dictator magistratus appellatur *l. 2. §. 18. de O. I.* etsi Dictatura verè magistratus non fuerit, sed Curatio, quæ vulgò hodie commissio, vid. *Bodin. 1. de Rep. 7. numero 80. & 3. de Rep. 2. numero 26.* † Enim verò omne imperium legitimum *αὐτοκράτορι* nomine magistratus censetur. Sic nempe Rex quoque nomine magistratus venit *d. l. 2. §. quod ad magistratus 14. de O. I.* cum tamen Princeps supremus magistratus non sit, sed celsior *Tiber. apud Tacit. lib. 3.* Non Prætoris aut Consulis partes sustinco: maius aliquid & excelsius à principe postulatur, *Cuiac. ad d. §. 14.* Atque à magistratu discernendus, vt magistratum omnium caussa, autor ac veluti fons, *Scip. Gentil. lib. 2. cap. 26. & lib. 3. cap 18* † Nec ius supremæ potestatis, vel maiestas, dignitas est, sed dignitatis culmen ac principium idem *lib. 3. cap. 10. num 18.* Et sicuti stipes à quo gradus proueniunt non facit gradum, ita nec Princeps gradum dignitatis *Matth. Steph lib 2. pag. 1. numer. 2 & seqq.* Ademque à iurisdict. ac imperio mero & mixto diuersa, vid *Ioach. Steph. lib. 1. cap. 4. numero 32. & seqq.* Ac Regem à summo magistratu differre scitè ostendit *Cabot. 1. disput. 7.* Hic enim is dicitur, cui regia potestas, (vel omnis vel quædam partes, modo alium maiorem non habeat) tempus credita: vt Vergobretes apud Heduos annuus, Prytanes apud Rhodios, & alij quos refert. Nam qui hanc illi dedit sibi quoque iure summæ potestatis retinuit, aliàs exacto tempore non posset cogi illi vt potestate abiret. Sic *Cic. 3. de ll.* de Consulib. Duo regio imperio sumpto &c. Qui summi magistratus vtique antequam lege Valeria eorum potestas incisa *Io. Steph. lib. 3. c. 3* Annui tamen, quos reges fuisse nemo dixerit. Hinc & *Liu. lib. 55.* pro notabili habuit, quod Samothraces summum magistratum suum Regem vocent, *Scipio Gentil. lib. 2. cap. 26.* Sic Magistratus nemo se abdicando imperio quidquam agit vid. *cap. seqq. lit. F.* At imperatori potestas est sponte ab imperio abeundi, vt exempla tum vetera Diocletiani & aliorum, tum recens Caroli V. auorum nostrorum memoria anno 1556. Septembri *Sleidan. in fin. histor.* probant *Ioach. Steph. lib. 3 cap. 10. numer. 18. Matth. Steph lib. 2. p. 1. cap. 1 numer. 146.* Quanquam superioritatem eam, cuius inferior non est capax, Imp. à se abdicare nequeat *Knich v. Ducum Sax. cap. 1. num. 14.* intellige retenta scilicet dignitate Imperatoria; nec ab obedientia imperij eximere *Zoan. de Rom. Imperio num. 196. & seqq.* Sicuti nec principi dittionum alienationes omnino liberæ vid. *Zoannet. d. cr. num 185. & seqq & de Primatu prioris gentis cap. 4. Hotom. 5. obs. 9. & illustr. quæst. 1. Thom. Michael. conclus. iuridica. de iurisdict. imperiali th. 14 & seqq.* Quæ veritæ non tam lege speciali (cui solutus esset princeps) quàm general. omnium regnorum, cum ipsis regnis nata, vt Cuiacius in *ca. intellecto 33. de iniur.* Diss. qui Principem à Magistratu non discernunt *Obrecht. cap. 6. num. 39. Bocer. cap. 8. num. 53. auctor Catalex. de O. I. lib. 1. excur. 15. sub fin. Piccolhom. Philosoph. mor. gradu 10. cap. 16. & passim* vocans primum & principalem magistratum.

CAPVT VIII.

Iurisdictio Mandata & quæ specialiter habetur, Merum imperium &c.

QVIDAM ALIENO BENEFICIO *d. l. 5. h. t.* seu MANDATAM, [a] quia alienam exercere dicuntur *l. 3. de off. eius l. solet 16. h. t.* [b] VBI IV. REQVISITA. I. VT POSSIT MANDARI, Et POTEST mandari iurisdictio propria *l. 2. l. 4. de off. eius l. 5. h. t.* [c] transfetri autem nec gratis, nec pretio potest *l. pen de off. præs.* [d] Quia enim magistratum delatum detractare non licet *l. 12. de muner..* [e] minùs susceptum deponere, arg. *l. 8, de his qui sui.* [f] At quæ propria sunt transferri possunt. Ergo *per §. 40. I. de R. D. R.* Nisi personæ cohæreant, ex, gr. Vsusfruct. [g] Sic iurisdict. cohæret persoñæ, quia in magistratu eligitur prudentia & virtus personæ. Quare vti aliâ, qui mandat, nihil transfert, sed rem gerendam committit, quæ mandantis manet *l. 2. in fin. & passim Mand.* ita & hic alteri exercenda & exsequenda datur, vt maneat nostra. [h] Vnde vulgò locum tenens, quia vicè obit magistratus & alienam iurisdict. exsequitur *l. 1. §. 1. l. 3. de off. eius.* [i] Et ipse qui mandauit ius dicere per *l. 5. §. 3. de admin. tut.* qui & reuocare potest quoties libet [k] CERTIS CONDITIONIBVS: NON A QVOVIS, SED AB EO QVI PROPRIAM HABET, vt Prætor *l. 16. & seq. h. t.* Proconsul *l. legati 13. de off. proconsul.* Præses *l. 3. l. 4. de off. eius* [l] & alij *ex ead. ratione quæ in d. l. 4.* non qui mandatam *l. vlt. de off. eius l. 5. h. t.* Qui enim quod suum non est transferat; nam vsus illi concessus personam egredi nequit. [m] Nec cuiuis, sed eis tantùm qui iudices dari possunt, [n] de quibus *ff. cap. 24.* Ratio euidens NEC QVÆ CVNQVE sunt in potestate mandantis, SED QVÆ MAGISTRATVS IVRE COMPETVNT *l. 1. pr. de off. eius.* eo ipso quod magistratus est, seu iuri dicundo præest, [o] VT IVRISDICTIO QVÆ DVPLEX *l. 2. pr. de off. proconsul.* VOLVNTARIA quia exerceretur in volentes in iis quæ extra iudicium geruntur, in quibus hæc necessaria. [p] Eorum quædam solam auctoritatem magistratus exigunt vt adoptio, manumissio, emancipatio *quæ in d. l. 2. princ. I. l. 2. D. de adopt. §. 6. I. Quib. mod. ius pa. pot.* [q] agnitio bonorum possessionis *t. C. Qui admitti l. 1. h. t.* [r] Et hæc auctoritas iurisdictionis, quia dũ hæc probat magistratus, quod iure ita facere liceat, ius reddit, seu dicit quod ius est. Quædam permissum caussâ cognitâ, seu decretum, [s] vt transactio de alimentis *l. 8. princ. & §. 8. D. l. 8. Cod. de transact.* prædiorum minoris alienatio *l. 1. de reb. eor. qui sub tut.* & manumissio à minore facta *§. 4. I. Quib. ex ca. man. non lic.* ET CONTENTIOSA cui locus in iudiciis ciuilibus, quia exercetur in inuitos *l. 83. §. 1. de Verb. Oblig.* Quò pertinent actiones & quæ earum instar habent, stipulationis prætoriæ, missio in possess. *l. 4. hoc tit.* iudicis dandi licentia *l. 1. l. 3. hoc tit.* Addi potest mixta & intermedia quæ in tutoris datione, [t] quia exercetur in inuitos vtrinque *l. 6. de tut. dat. l. 1. pr. de admin. &c.* Sed sine iudicij contentione. Nam & hæc datio ad ius dicentis officium pertinet & iungitur dationi bon. possess. l& iudicis *l. 1. h. t.* Et sanè hoc modo ius dicit vel reddit prætor. Nec obstat *l. 6. §. 2. de tut. vid. s. lib. 3. cap. lit. D.* AC EI COHÆRENS

[u] HÆRENS MIXTVM IMPERIVM, [u] sine quo iuris dictio esse nequit & contra. Vnde imperium iurisdictioni inesse, ei cohærere dicitur *l. 1. in fin. de off. eius* & vicissim iurisdictio imperio *l. 3. h. t.* [x] quod & inductione patet: Est enim imperium iubendi potestas faciendique vt ratum sit quod iusseris. At hoc in omni iurisd. voluntariæ vel controuersæ parte agnoscere licet. [y] Re ipsâ autem hæc diuersa sunt & vt continẽs ac cõtentum differunt, & aliud est quod exsequimur aliud exsecutio, aut exseq. potestas; coniuncta tamen ita vt separari nequeat. [z] Frustra enim diceretur ius nisi ratum effici posset, quod dictum. Hinc mandata iurisdictione dicitur mandari imperium *l. in fin. l. vlt. de off. eius* [aa] & cõtra *d. l. 1. princ. l. 3. h. t.* Licet verò vtrũque alteri ineſſe dicatur, quia tamen iurisdictio naturâ prior, quam imperio confirmari oportet, magis imperium iurisdictioni accedit, eiq; misceri videtur. Vnde mixtum imperium potius quàm mixta iurisdictio *l. 3. h. t.* [bb] Quæcunque igitur ex superioribus magistratus pro potestate facit, & iurisdict. & imperij sunt. [cc] Nec obstat *L. 4. h. t. v. magis.* Nam eo ipso arguitur vtrumque de quo ibi esse etiam iurisdictionis, sed in quibusdam magis eminere potestatem imperij, [dd] non quidem quasi in mandata iurisdict. quidquam interfit, sed quia hæc magistratibus municipalib. denegata *l. ea quæ 26. ad Municip.* vt in integrum restitutio *d. l. 26. §. 1.* iussus stipulationis prætoriæ & in possess. missio *d. §. 1. d. l. 4.* [ee] nec quidquã facilè præterea. Nam ius dandæ bon. possess. olim fortè magis imperij, hodie dumvtris quoque est *l. vlt. C. Qui admitti.* NISI QVID EXCEPTVM SIT, [ff] VT CAVSSÆ QVATVOR Transactio alimentorum *l. 8. §. 18. de transact.* per verba orationis D. Marci non aliter *d. l. 8. pr.* Alienatio prædiorum minoris *l. 2. §. 1. de off. eius*, per verba Seueri *l. 1. §. 2. de reb. eor.* Consilij exercitio *d. l. 2. pr.* cui maximè locus in comprobatione manumissionis à minore factæ, per *§. 4. I. Quib. ex ca. mai.* [gg] & datio Tutoris *l. 8 de tut. dat.* Obstat *§. 4. I. de Att. tut.* [hh] *vid. supr. lib. 3. c. 7. lit. E.* Non autem adoptio & manumissio. [ii] Nam & apud legatum proconsulis manumissio expediri potest *l. 17. §. 1. de mand. vind.* [kk] Ergo & adoptio: quia hæc eiusdem iurisdictionis *l. 2. & 3. de off. proconsul.* Obi. Imò neutrum potest *d. l. 2. & 3.* [ll] Potest si scil. ei mandata iurisdictio, quod non fit, nisi postquam prouinciã ingressus *l. 4. §. vlt. de off. proconsul.* Sed *d. l. 2.* accip. de legato qui nil nisi legatus est, & vrbe tantum egressus, vbi nec fuit, nec esse potuit iurisdictio mandata. [mm] Sic *in l. 12. §. 1. de iudic.* legatus dicitur iudicẽ dare simpliciter, at in *l. 12. de off. proconsul.* adiecta conditio: *mandata iurisdictione.* Nec cognitiones prætoriæ. Licet enim in his iudex dari vetitus *l. 2. C. de pedan. iud.* mandatæ tamen iurisdict. alia ratio. [nn] Iudex datus prætoris potestate non vtitur, vti qui mandatam iurisdictionẽ suscepit. NON AVTEM QVÆ SPECIALITER, lege, Senatusconsulto, vel constitutione, TRIBVTA *d. l. 1. pr.* quæ non competũt iure magistratus hæc enim duo ibi opposita, seu non eo ipso habentur, quod magistratus est, aut iurisdictionem habet, sed quia nominatim data, [oo] aliàs non competitura, vt personæ non magistratus ratio haberetur [pp] VT MERVM IMPERIVM, id est, [qq] gladij potestas ad animaduertendum in facinorosos *d. l. 1. pr. & §. 1. l. 6. pr. de off. proconsul. l. nemo 70. de R. I.* [rr] De vi nominis eruditè *Duar. diss. 53.* Dicitur Imperium, quia in exsecutione, in qua vis imperij elucet, positũ est, eaq; grauissimâ, vnde & absolutè imperium per excellentiam *l. 2. de in ius voc. l. 1. Quod quis iur.* [ss] Merũ quia purum & solum, iurisdictioni non admixtum

nec eius vi cuiquam competẽs, sicuti merum vinum, aquâ non dilutum, ius gentium *l. 31. pr. Depos.* conditio *l. 2. §. 2. cir. med. de cond. & dem.* verbis non meram, sed eam quæ ex mixtura constitit. [tt] Non equidem quasi nulli rei adiunctum sit, coniuncta enim cum cognitione, [uu] nec quisquam indicta caussa damnandus *l. 5. de pœn.* sed quia non iurisdictioni. Opponuntur enim merum & mixtum *l. 3. hoc tit. l. vlt. de off. eius.* Vti igitur mixtum imperium dicitur, tatione iurisdictionis, non aliarum rerum, ita & merum. Hinc consules, quibus summa iurisdictio, hoc carnerunt *l. 2. §. 23. de O. I.* [xx] Et contra extra ordinem constituit à populo quæstores parricidij, qui nulla alioqui præditi iurisdictione *d. §. 23.* [yy] Et si tributum iurisdictione prædito, non tamen ob iurisdict. sed ob delationem specialem habebatur. Postea ordinario iure tributum, Romæ Prætori [zz] & Præfecto vrbi, in prouinciis præsidibus *l. 1. in fin. pr. de off. eius l. 6. §. 8. de off. præs. l. 6. pr. de off. proconsul. l. 6. §. 1. de interd. & releg.* [aaa] & ita quasi iunctum iurisdictioni, vnde vocatur iurisdictio *d. l. 1. pr. vers. & ideo* [bbb] Sed re mutata nomẽ verus manſit, vt & in aliis, Quin nec penitus disiunctio sublata. Tribuitur enim his magistratibus [ccc] non propter iurisdict. sed quia personæ idoneæ visæ sunt quibus criminum persecutio committeretur. [ccc] NISI ABESSE COEPERIT *d. l. 1. princ.* [ddd] ET OBLIM TVTORIS DATIO *l. 6. §. 2. de tutel. vid. lib. 3. c. 7.* [ddd] II. VT SIT MANDATA siue dixerit se mandare, siue exsequẽdam aut exercendam dare *l. 3. de off. eius* constituere suis partibus fungatur *d. l. 3. & l. 16. hoc tit.* [eee] seu vt vulgò locum tenentem. Quid si dixit se dare iurisdictionem? Si magistratus, mandasse intelligitur *l. 4. princ. de off. eius.* [fff] non ex vi verbi, sed eo quod fieri potuit, vt quod amplius est pro non adiecta sit argum. *l. 29. de Vsur.* Sin Princeps, iurisdictionem propriam fecit *l. & quia 6. hoc tit.* quia potestas & voluntas concurrunt. [ggg] Quod si magistratus dixit se dare iudicem, non mandauit *l. 5. Cod. de iudic.* Sin princeps mandasse censetur, quia hic iudicis alterius dandi potestatem habet *d. l. 5. l. vn. in fin. C. Qui pro sua iurisd.* Et per *l. 3. in fin. hoc tit.* & ab illo iudice dato, appellatur, qui dedit, non princeps *l. vnd. in fin. C. Qui pro suâ iurisdict.* Ergo per *l. 1. princip. l. vltim. Quis à quo appell.* Quia hæc mens fuisse principis coniicitur tum ob illius occupationes, tum quia non minus exsecutio atque cognitio inferior est maiestate principis. Propriam autem iurisdictionem iudex à principe datus non consequitur; Absurdum enim plus ei tribui quàm cui Princeps mandauit. Morte igitur [hhh] principis eius potestas finietur, per seqq. nec alij mãdare poterit. [iii] III. VT TRANSEAT. Transit verò [iii] aut tota aut pro parte [kkk] quod ex mandato statuendum *l. 16. & seqq. hoc tit.* idque modum iurisdictioni facit, per *l. 5. Mand.* [lll] & quod specialiter mandari nequit generali mandato non transfertur *l. 1. princ. & §. 1. l. 2. de off. eius.* Semper antem tantum vsus & exercitio transfertur, tametsi maiori magistratui minor mandauerit *l. 3. d. tit.* [mmm] & qui mandatam suscepit proprium nihil habet *d. l. 1. §. 1.* Obi. *L. 13. de off. proconsul.* [nnn] Proprium habent legati mandata iurisdictione, non sibi, sed proconsulis, seu eius qui mandauit. Ante mandatam iurisdict. legati nihil habent proprium *d. l. 13.* id est, nihil apud eos est illorum quæ propria sunt magistratus vt iurisdictio & imperium *l. 4. de off. eius* [ooo] IV. VT PERSEVERET Finitur iisdem modis quibus aliud mandatum; morte & reuocatione *l. 6. hoc tit.* [ooo]

NOTATA.

a Quam & extraordinariam vocant, cum extraordinarius iudex vsurpetur, qui vulgò delegatus *l.2.C. de dilat.c.inducia 4.c.3.q.3.c.3. quoniam cõtra 11. de probat. Camill.Plaut.ad rub.de off.eius lib.1.c.6.n.8. Decian.tract.crimin.lib.4.ca.25. num.30. Menoch.2.præs.15. mim.12.* vbi & *numer.21.* ordinariam dici secundum ius commune, extraordinariam secundum ius speciale. Vnde extraordinaria, quæ magistratui lege speciali competit, *l. lit. Ff.* Et alio sensu *Obrecht. de iurisdict.cap.2.numer.6.* Extraordinariam iurisdictionem ciminalem, vbi nulla lege publica definita pœna criminis, Ciuilem vbi extraordinaria cognitio licet, *Paurmeist.lib.1. de iurisdict.cap.11. in fine.* hanc non iurisdict. sed iudiciorum diuisionem à modo cognoscendi esse contendat & rectè. Crebrius Dd. vulgò delegatam nuncupant, sicuti delegatus iudex vsurpatur in iure Can. *t.1.extra de off.deleg.& passim vt.Cæs.Costa.lib.3. var.iur. ambig.cap.12. ostendit ref. Rulant.de Commissar.p.1.lib.1.cap.2.num.11.* vbi & ex analogia dici debere delegatarium contendit sicuti Mandatarius. Eundem commissarium non illatiuè vocari vult *Pollet. lib.3.cap.15* quia eadem analogiâ Mandatarius, depositarius & plura verba iuris ita terminantur. Et passim Commissarius cum delegato confundi solet, *Gail.1.obs.35.* Sed quid differant exponit *Rutger.Rulant.d.lib.1.ca.2.*† Quandoceasetur iurisdictio ordinaria, quando mandata, vid. *Menoch.2.præsum.15.* Et quoad Lex quoque municipalis simpliciter de iurisdict. loquens comprehendat mandatam *Muscor.de iurisd.num.77.& seqq.* Quoad substantiam enim eadem est cum ordinaria, licet in persona delegati fit aliena, sicuti vestis mea eadem in manu Titij quæ in mea, vid. *Camill.Plautius ad rub de off.eius lib.1.cap.8.* Etsi alij contra vid. *Io.Menoch.ad rub.D.h.t.num.3. Et Gouea.ad l.1.D.& iurisdict.num.4.* cum cui mandata est iurisdictio ius dicentis appellatione cõtineri negat. 1. quia tit. de off. eius cui mand. est iurisdict. conceptus non de officio ius dicentis. (Leue hoc. Non debuit ita concipi, ne inscriptio latior esset rebus in titulo tractatis, alias enim agendum de omni ius dicente etiam ordinariè) 2. Quia magis is qui mandauit ius dicere videtur.

b Quos precario munere fungi, sicuti magistratus commodata, *Bodi.3. de Rep. 2. numer. 223.* cum precarium quando libet repetere liceat, commodatum non item sed vsu ac tempore finito. Qui & Curatores eos vocat etsi latiùs id verbi vsurpet, tam de iis qui sine imperio quàm qui cum eo dantur, & potiùs, quibus aliquid à populo vel principe qui statui præest expediendum committitur &c. c Idque more maiorum *d.l.5.* id est sine lege, *Gouean.ib.nu.3.* non ex ratione insigni, sed quia ita inductum est, *Duar.ibid.* non iure magistratus, quo iuris ipsius dicendi munus iniungitur, *Sc.Gent.l.2.c.12.p.234.* & quod per se facere id potest, alij committere non debet *l 8 §.17. de transact.l.8. C. de procur.* Contra rationẽ itaque iuris, ex ea ratione, quod non minus retinere & adhuc ipse cognoscere censeatur. *Ant. Fab. adl.17.h.t.* d. Quia conferre iurisdictionem ipsam est facere magistratum. Quod cùm iure maiestatis pendeat, est solius populi vel principis, penes quem summa rerum, aut cui is concessit. *Obrecht.disput.6.th 30.& seqq.Vult. adl.3. C. de iurisdict nu.15.* Et quia non est in dominio aut ditione magistratus iurisdictio iure Romano, sed principis. Neque is dando iurisdictionem ea se spoliat, sed retinet iure summæ potestatis & arbitrij omnium rerum, vt *Scip. Gentil.lib.2.de iurisd.c.16.* Quò faciunt notata *c.præced.lit. C. e l.9.eod.* Ac expedit Reip. magistratui inuitos potius quàm ambientes præfici *Io.Bapt.Leucc.obs.Polit.20.* f *d l.pen.de off præs* Nisi cum consensu eius qui summæ rerum præest *l. 2.§ & cum placuisset 24.de O.I.Forcat.dial.60.n.4. Matth. Steph.1.de iurisd 39.n.3.* aperto scil. Nec enim illicita tantum abdicatio magistratus, si Princeps apertè prohibeat, sed etsi non apertè consentiat, *Sc.Gent.2. de iurisd.28.* vbi tractat quæ caussæ sint finiendi magistratus vel priuandi iurisdict.

g ita etiam *Matt.Steph.lib.1.c.15.num.20.* Quæ responsio omniuò displicet. Nam si genuina hæc ratio nec mandari posset iurisd. magistratus. Sicuti paulò post *h.c. lit. M.* ead. ratio à Don. nostro redditur cur mandata iurisd. mandari alteri nequeat. Quin imò quæ personæ cohærent, vt vsusfructus, vendi ita possunt & transferri ratione cõmoditatis, vt ad vitam concedentis consistat alienatio, vid. s *l.10 c.8. lit.G.* Denique non vti vsusfr. est fructuarij, ita & iurisdictio magistratus. Quæ propria planè alio sensu dicitur, quam res quæ in dominio, vid. *c.præced.lit.* C Et quocunque sensu propria dicatur, non est ex gr. Titij Prætoris, vt Titij, sed vt prætoris. Quod cõspicuum est in magistratibus temporalibus ratione personarum, quæ illis funguntur, perpetuis verò ratione officiorum. Nam si annuus magistratus, vt Romanis plerique, nõ ideo iurisdictionis magistratui competentis proprietas annua, sed perpetua, verum officio magis inhærens quàm personæ h ita *Baro ad l.13. de iurisd.* h non magis iurisd. esse eius cui mandata est, quàm actio quæ mandatur Procuratoris *& Matth. Steph.lib.1. cap.15. num.4. & Sc.Gentil.lib.2.cap.12.* Non ius & possessiõ à se abdicare mandantem, sed administrationem & exercitationem conferre i Vnde *Cæsar.l.2.* fiduciariam operâ obtinere legatum *Hotom.3.obs.4.*† *Cassiodor.l.8.variar.* Vices agentium mos est, sic iudicum voluntatibus obedire, vt suas non habeant dignitates, splendent mutuo lumine, nituntur viribus alienis & quædam imago illis videtur veritatis, quæ proprij non habet iura fulgoris. Differt tamen is qui vicem præsidis obtinere dicitur de quo *tit.C. de off.eius qui vic.* ab eo cui mandata est iurisdictio, quod ille ex præcepto principis vel præfecti prætorio prouinciam administrat iure ordinario, qui, etsi non Præses aut Proconsul, Proconsulatum tamen obtinet *l.1.de tut.dat.* vid. *P.Fab.ad l.70. de R.I. pag.* 309. *& seqq.* Et ius dicit in eodem loco ac eodem tribunali *Couar.pract.qq.cap.4.numero 8.* Quem inter ordinarium ac delegatum veluti intermedium statuit *Vvesenb.ad tit. C. de pedan.iud. num.32.* Sic Vicarium Episcopi iurisd. propriam habere tradunt per *c.2 extra de off. vicar. Coras.de offic.ecclesiast.p.2.cap.8.n.3. Sc.Gentil.lib.2.cap.9.* (quem ordinarium & delegatum simul vocat, *Menoch.2.præsum.15.*) si scil. generaliter constitutus non si ad vnam vel alteram causam vel in certo loco diœceseos qui vicarius foraneus vel ruralis, vt post *Marant.p.4.dist.iudic.cap.5.numer.14. Camill. Plautium ad rub.de of.eius lib 1.cap.11.n.19. Paurmeist. lib. 2.cap.7.numer.95.& seqq* Sic Rex Romanorum perpetuus Imperij vicarius, cui imperatore absente libertima potestas, eademque ordinaria vid. *Thom. Michael de iurisd.imperiali conclus.29.* vbi duplices notat Principum vicarios.† *Sc. Gentil cap.9* vicarium tria genera constituit. 1. Qui vice principis iudicant vt Præfectus prætorio. 2. Qui magistratuum aliorum vices ita gerunt, vt iurisdictionem tamen propriam habeant, & commune illis adiutorium *t.C. de off. eius qui vic.al.* qui ex constitutione principis eam acsipiunt *l.1.§.4. de leg.3.* Et horum, ait alij ordinarij, alij suffecti in locum absentium defunctorum ve interim substituti. Vnde Prorectorem Academiæ iurisdict. propriam habere sentit, *pag.218.* (in quo aliud videtur *Boer.cap.7.numero 9.*) 3. denique quibus mandata est iurisdictio. Add. *Marant.* ibid. tres species locum tenentium constituens, *Specul. aur. p.4. distinct. iudic. 5. numero 6. & 7.* k Vnde mandantem ius ipsum retinere patet. Quod si transferret nihil amplius haberet cuius vi reuocaret *Matth. Steph.lib.1. cap.15. num. 11. & numer.14.* Et sententias quoque is cui mandatum est nomine magistratus profert, *Sc. Gentil.libr.2.cap.23.* l De quorum iurisdictione consule *Forcat. dial. 61. Ioach. Steph.lib.3.de iurisdict. Iudæ. Græc. Rom. cap.12.* Vtriusque autem magistratus re ferme idem, appellatione diuersus, cum Proconsules à Senatu mitterentur ad gubernandas prouincias, Præsides à Principe *Vult. ad l. 5. C. vbi ca. stat. numer. 2.& ad l.2.C, vbi cau. fisc. numero 2.* licet diff. nonnullas agnoscat *Cuiac.20. obseru. 37.* Sub Impp. enim prouinciæ aliæ proconsulares quæ à Senatu regendæ mandabantur, aliæ prætoriæ quæ à populo, aliæ præsidiales quæ à principe. Sed Proconsulares ac Prætoriæ in vnam deinde formam redactæ *Ioach. Steph. d cap.12, num.1.& 2.* m ita *Gouean.ad l.5.de iuris d.num.2.* Quomodo quod tibi propriè m non datum est, sed commissum tanquam vicario exercendum alij mandes.† Nam nec vsus alias in rebus alienis constitutus personam egredi potest, quippe in nudo facto positus. Ac pernitiosum Reip. iurisdictionem ab alio ad alium in multa capita dispergi. *l.vlt.Rempup.fal fo. Matth. Steph. lib.1.c.16.num.50.& seqq* Sic nec res commodata alteri commodari potest *Obrech.c 10.n.5. Bocer.c.6.n.30.* Ac licet mandatam habens iurisdict. fungatur vice mandantis tamen id verum quatenus exsequitur mandatum *l.5. Mand.* non verò exsequitur si alij mandet *A.Fab.ad l.5. de iurisd.* Et quemadmodum mandata generali administratione non omnia tamen potest Procurator quæ dominus, ita & mandata iurisdictione, *Duar.ad d.l.5. & de iurisd.c.7.* Quin 40. differ. in quibus delegati potestas minor quàm ordinarij recenset. *Maranta Specul. aur. p.4. dist iudic. 5.* Hinc regula Dd. vulgata. Delegatum subdelegare non posse. Cuius septem except. proferunt quas recenset *Paurmeist. lib.1. c.24. num.20.* Sed pleraque ex communi illo errore nata,

quo

quo delegatio iurisdictionis & datio iudicis confundi solent. Sic delegarum Principis subdelegare posse tradunt, *Gail.1.obs.97. numer.8. Rosbach.Proces.titul.2. numer 29.* quia ordinario maior sit: Quod vt indistinctè non recipiendum sit, vid. *Boer.cap.6. numer.31. Menoch. 2.præsumpt.12. P.Follen in addit. ad Marant Specul.aur.part.4. distinct. iudic.5. nu.27. Camill. Plautius ad rub. de off.eius lib.2.cap.8.* Num idem in Commissario Cameræ imperialis contentio est inter, *Gail.d obs.97.num.9.* qui aff. & *Mynsi.obs.41.* qui negat, quod notiss. vsu probari testatur *Treurler. vol.1. disput.3.th.2. litt.C.* Sic delegatum ad vniuersitatem caussarum excipiunt, quem subdelegare permittunt, aliquas tamen caussas non omnes, *Sich.ad l.5. de iudic.numer.6. M. Stephan.d.cap 16.num.72.* vbi alium delegatum, nec vnum articulum caussæ subdelegare posse, post *Fachin.11. contr. 46.& Vacon.6. declar.84 num 1. & seqquentib.* Pluribus de subdelegatione, *Rutger Rulant de Commissar.par.1. lit.3. cap.5. & 2.seqq.* n *Matth.Steph.lib.1.cap.17.numer.14.* Et vel magistratui alij mandari potest, vt à prætore vrbano, Prætori peregrino. *Liu.lib.24.* nec tantum minori, sed etiam pari aut superiori, vt *I. h.c. litt. Mmm.* Licet enim par in parem non habeat imperium, ne dum in maiorem, volenti tamen & suscipienti sæpe mandatur; *Matth. Steph.d. cap.17.num.3. Sc.Gentil lib 2.cap.13.* Vel priuato *l.vlt.§.1. h.t.l.32.§.pen C.de appell.* dissent. *Camill.Plautius ad rub. de off.eius libr.2. cap 2.* ac ei quidem inuito si iurisdictioni mandantis subsit alias volenti nec detractanti, *Maranta Specul aur.p.4.distinct.iudic.5.num.50. Matth. Steph.d.cap. 17.numer.8.* Qui etsi fortè par sit, vel inferior etiam honore litigantibus; æstimandus tamen ex persona delegantis, quam repræsentat, & tanquam illi honor ei ac obedientiæ debetur per *c.Sanè quia 11, ea ex litteris 29. de of. deleg Rosbach Proces.tit.5. num.8. & seqquent.* Iure tamen Canon. caussæ non facilè committendæ nulla dignitate conspicuis *ea.statutum 12.pr. de rescript. in 6. Bocer.cap.6.nu.22.* Quod probatur *Scip.Gentil.d.cap 13 part.240. & Matth Steph d. cap.17.num.6* quia ex auctoritate iurisdict. hoc est ne priuatis sit iurisdictio, cum insignibus magistratus, quorum magna vis & reuerentia, vti non possint. Nec tamen, si postea amissa dignitate priuatis effectus delegatus, minus durat commissio, post *Iason in l. si quis C de inst. & subst. Scip. Gentil.d.cap.13. in fin. Matth.Steph.d.cap.17.n.11.* o Quæ statim vbi quis in magistratum delectus est ex natura officij habet, & quæ minimè priuatus habere potest vt merum imperium, &c. *ita Ioach.Steph.lib.1.cap.4. num.7.& num. 19. Matth.Steph. lib 1.cap.12. num.29.* Quæ hoc ipso quod iurisdict. & imperium habet, seu quod magistratus est, idem *lib.1.cap.18.num.21.* propter quæ magistratus ab initio constitutus est. Constitutus verò est vt ius diceret *l.2.§. 13.& §.26.de O.I.Obrecht cap.10.num.2.*† quia quiuis magistratus etiam minimus habet iurisdict. suo iure, tacito intellectu statim vbi est creatus, *Bocer.cap.6. num.7.* Sed hæc non omninò placent. In effectu enim ferme coincidunt cum interpretatione Accursij & sequacium quasi iure magistratus competant, quæ habent quiuis magistratus etiam municipale. Nam cum & hi veri sint magistratus, si expositio illa genuina, necesse est hos ipsos omnia habere, quæ iure magistratus competunt, tanquam quæ magistratum constituant, sine, quibus nec esse, nec dici possit. Cui consequens erit quæcunque magistratibus municipalibus denegata, vt pleraque mixti imperij, nec mandata iurisdict. generali transire, nec, nisi certis casibus absentiæ, &c. specialiter mandari posse. Quæ cum falsa sint, erit & illa expositio. Quare re penitiùs perpensa, cum & aliàs mandari dicantur quæ quis iure suo habet *l.5. de iurisdict.* & vi imperij sui *l.12.§.1. de iudic.* iure magistratus competere statuo, non quæ exempli gratia. Prætor, Proconsul, Præses habent eo ipso & generaliter, quod magistratu sunt. Sic quippe intelligerentur ea quæ quisque magistratus habet, seu quæ quiuis etiam infimo municipali communia. Sed quæ in specie huius vel illius officij sunt propria. Quę Prætor habet eo ipso, quod Prætor est, Cõsul eo ipso quod Consul est, Præses eo ipso, quod Præses est, &c. Vt ita hæc non in thesi vna regula omninò includi possint, sed ex hypothesibus varient. Sic enim alia omnino sunt, quæ iure magistratus competunt Prætori Vrbano. Notio & potestas inter ciues Rom. vtrinque; alia quæ Prætori peregrino, Notio & potestas inter peregrinos vtrinque, vel ciues & peregrinos. Alia quæ Procuratoris Cæsaris ius cognoscendi de caussis fiscalibus, alia quæ Proconsuli iure itaque magistratus non ob quæ magistratus ab initio constitutus generatim. Sed propter quæ quisque magistratus initio creatus, quæ illius officio tributa, seu quibus munus illius, lege ea qua primitus constitutus est confer *Bodin.3. de Rep. 2.* vel more maiorum *l.12. §.1. de iudic.* definitum. Sicuti verbi gratia Prætor vt priuata iudicet, iudicarive iubeat, atque iuris ciuilis custos sit. *Cicer.3. de ll.* seu id adiuuet, suppleat, corrigat *leg. 7. § 1. de I. & I.* Illi igitur iure sui magistratus competit iurisdictionib. contentiosa & ei cohærens mixtum imperium, in caussis & inter personas quibus præest. Itemque mixtum id imperium cui iurisdict. inest, quod (præter alia scilicet) in danda bonorum possessione *l.3. de iurisdict.* In eius namque datione potestas prætoria iuris ciuilis corrigendi temperandique maximè elucet. *Ant.Fab.4 Coni.3. Henr.Sterin.rep lect. capite 6.* At merum imperium, si cui prætori datum est, itemque tutoris datio ac omnia quæ voluntariæ iurisdictionis iure magistratus ab illo non habentur, quia nec ea semper nec ab initio habuit, nec necessitate sui officij habet, cum etsi illi postea speciali legis beneficio concessa non essent, pleno nihilominus Prætoræ munere fungi posset. Exempli gratia. Auctoritas in transactione alimentorum relictorum concedenda data Prætori oratione Diui Marci *l.8. de transact.* non competit illi vt prætori, quia ante Diuum Marcum eam notionem non habuit, cum nec antea quæstio de hisce rebus incideret, Prætor tamen fuit. Nec Di. Marcus Prætori aut Præfidi hoc non tribuisset, forte certo officio ad eas res destinato, quidquam illorum potestati, quam ante habuerunt, detraxisset, licet tributa prætori illa auctoritatis interponendæ facultate, noua accessione & aduentitia, vt Gouean. vocat, potestate plenius atque auctius eiusdem officium redditum, *Confer.not.supr.cap.præced. litteræ A.* p Extra iudicium scilicet contentiosum p vid. *not.S.cap.3.littera A.* Et hæc definita ab *Obrechio cap. 2.numer.2.* legitur notio ciuilium & criminalium caussarum quæ cum voluntate alicuius exercetur. Vbi non dubito verba *& criminalium* aliunde irrepsisse, nec auctoris, esse tum ob absurdum intellectum, quem gignunt, tum quia in eadem definitione ab illo omissa *disput.7. th.109.* Cæterum quod Don. noster hanc iure magistratus competere sentit id vt *littera præced* iam reprobani, refellitur I. *littera seqquentib.* Quin neque hæc quod strictiori acceptione verbo iurisdict. veniant videtur, aut saltem prior eius species, cum omnes ll. *titul. D. & C. de iurisdict.* loquantur de contentiosa. Et in Dig. attingitur voluntaria potiùs quam tractatur *Vult. ad l.1. C. de iurisdict.num.1. &* 3. Et *leg.10 leg 14 leg.16. & seqquent.* etsi hæ duæ omnem item vniuersam iurisdict. nominent, item *l.vltim.D.* de iurisdict. ad voluntariam non spectant, vt de singulis suis locis. q Quæ de plano transigi possunt, *Scipio Gentil.lib. 1.cap.20.* Et hæc minimum in se potestatis habet ac consilium solum præbet, vt *Suerin.rep. lect. cap.6.part.40. & seqquentib.* Solius etenim sollennitatis ac auctoritatis gratia hic iurisdictio interponitur, nec vllius præiudicium in hisce negociis vertitur cum fraudari vtique nequeant qui consentiunt. Vnde probare nequeo, quod *Scip Gentil.lib. 2.cap.6.* ideo non competere cuiuis voluntariam iurisdict. cui contentiosa, quia hic magna res versetur, caussa status quæ maiores indices requirat. Immò nullus hic periculi metus cautionem maiorem exigit. Ac vt ipse Gentil. *libr. 1.cap.34.* hæc tota constant & conficiuntur sollennitatibus iuris vel legis, ideoque vsu iuris legis actiones vocantur, cum in litium actionibus minimum sit à lege, pleraque à iurisdictione. Hinc apud magistratus dicitur esse legis actio *l.4 de adopt.l 3. de off. proconsult.l 1. de off. iurisdict.* apud quos hæ sollennitates peragi poterant, quia legis auctoritas necessaria videtur in his actibus ad eorum effectum. Cum enim manumissione nouus quasi ciuis Reipubl. nascatur, adoptione filius, qui natura non est iure fiat, emancipatione filius, qui natura est, iure esse desinat vt hæc sola nudaque priuatorum voluntate transigerentur priscis inconueniens visum est. Quare certis magistratibus specialiter data est legis actio, qui actus istos apud se peragi patiendo auctoritatemque accommodando legis vicem supplerent, *d.l.1. de off iurisdict.leg.21. de manud.vind.* Vnde apparet hæc illos non iure magistratus sui habuisse, sed speciali concessione *Scip. Gentil.l.2.c.17 in fin. Bocer.ca. 1.numer.16.* nec tam datam & propriam redditam quam à lege mandatam aut delegatam. Quia nec præfectus Ægypti, cui summum imperium fuit, quique principis locum obtinebat, teste Tacito, vi sui imperij eas habuit *d.leg.21.* Equidem verbi lege agere significatio etiam iudicialem persecutionem & actionum institutionem complectitur, vt *ex Cicer.1. de Oration. & pro Cæcinna & 3. Verrina Valer.lib.*

7.capite 7. Agell,20. Noct.9.& l.2.§.6.de V. I. probat *Briss.4. antiquit.* 20. Eoque modo etiam contentiosa legis actio *Forcat. dialog.* 83. *numer.* 2. *P. Perrenon.* 1. *animadu. & var. lect.* 8. *add. Rau. de auct prud.cap.*2.*Pollet.*3.*histor. fori*2. † Malè verò qui actus legitimos cum legis actionibus confundunt, *in quibus & Anton. Fab.*1,*Iurispr.tituli.*6.*princip.*7.*illat* 14. qui tamen secum pugnat *titul.*10.*ill.*2. Qui quomodo differant noue *Lyckelama* 4.*Membran.*14. † Male idem *Faber d.princ.*4.*ill.*2 Manumiss. ab adoptione separat, quod illa actus hominis sit non legis, quia non Lex, sed artifex est libertatis, sed ex iure gentium est. Quod repugnat *d.l.*2. *& 3. de off. procons.* 2. *Sent. Pauli* 25.§.4. † Datur aliquando hæc legis actio, & municipalibus *Paul. d.§.*4. *l ultim. C. de vid.libr.* qui eam regulariter non habent, nec proprio iure, sed ex delegatione vt rectè *Rob.*1. *animaduert.*21.etsi *Cuiac.*1.*notar. Mercatoris* 21. Lege dari illam non mandari, qui tamen ibidem beneficio legis competere eam non suo iure. Et lege quoque municipij. *l.* 1.*C. de Emancipat.* quæ vel ipsis data à principe vel abiis constituta confirmata *Scip. Gentil.libr.*2.*cap.*6.*part.*205. vbi duumviros illam habuisse contendit, *d.l.*1. non verò defensores ciuitatis, quia de his nulla mentio. r Edictalis scilicet non decretalis quæ ad sequentem speciem pertinet, vid. *Scip.Gentil libr.*1. *cap.*21.*& sequent.* Est sanè hæc datio mixti imperij *l.*3.*h.t.vid.*2.*cap.*6.*litter.a* R. Sed eiusdem opinor omnia quæcunque iurisdict. voluntariæ, quia in omnibus imperium & auctoritas eminet: atque cognitio potiùs, si quæ necessaria, suscipitur propter imperium, non verò imperium propter cognitionem. Nec distinguo inter dationem bon. possessionis sollennem & agnitionem bon. possess in locum illius suffectam, vt *Treutler. vol.*1. *disput* 3. *th.*4 *littera E.* † Cæterum recensitis annumerant Dd. vulgò insinuationes testamentorum ac donationum, quibus accedit *Matth. Stephan. libr.*1. *cap.*13. *num.*20. *& sequent.* Discedit verò rectiùs *Sc.Gentil lib.*1.*cap.*10. Quia nulla hic auctoritas & imperium versatur, non magis quam in oblatione pecuniæ in iudicio facta. Aperteque hæc separantur ab iis quæ iurisdictionis sunt, *Nouell.*15. *cap.*3. *in fin. princ.* Quin insinuationes illas coram quocunque iudice, etiam non superiore, fieri posse plures statuunt quos refert idem *Stephan.libr.*1.*cap.*33.*num* 50. etsi contra *Vaud.* 1.*quæst.*11. *Coler. de Proceſſ.part.*2. *cap.*1.*num.*9. *per leg.*30. *leg.*32. *C. de donat.* ſ ita *& Sc.Gentil libr.*1 *cap.*19. qui *& cap* 18. reprehendit Cuiacium in *Nouell.*95. differentiam hanc contentiosæ & voluntariæ tradentem, quod illa tribunal exigat hæc de plano exerceri possit. Videtur autem Cuiac voluntariam iurisdict. ad illos tantum actus, prioris speciei restringere. Verum transactiones alimentorum ad eandem pertinere probat Gentil, ex. *d.l.*8 *pr.* verbis: inter consentientes arbitrari. Enimverò prior illa magis voluntaria videtur, vbi nuda voluntas adeuntium sufficit ad impetrandam auctoritatem magistratus, semperque quod petunt obtinent. vid. *Ant. Faber* 1. *Iurisp.*5. *princip.*4. In hisce verò etsi nulla lis sit inter duos actorem & reum, tamen causſæ cognitio arguit veluti quandam contentionem aut saltem quæstionem dubiam expediēdam an nimirum quod petitur fieri oporteat vel expediat. t sed hanc reprobant *Scip. Gentil.lib.*1.*cap.*18. *Matth. Stephan. lib.*1 *cap.*13.*num.* 2.*&* 3. vti & mediam, quam statuit *Hopper. lib.*3.*de iur. artic. cap.*5. u At Accursianis pletisque persuasum est causſas mixti imperij delegari non posse. *P. Gregor.*47.*Synt.*22. *numer.*8. Quòs satis refellunt *Obrecht.cap.*10.*num.*12. *& seqquent. Muscorn.num.*172.*& seqquent Scipio Gentil.lib.*1. *cap.*24.*& sequent. Bocer.cap.*6.*num* 11.*& seqq. Matth Stephan.lib.*1.*cap.*18. *num.*85. *& seqquent Bronch.*1.*aſſ.*18. Et omnia mixti imperij mandari posse *Duarenus hoc titulo capite* 7. *& ad l* 5. *hoc titul.& Bocer. d. lo.* mandari posse vtrumque imperium, tum quod coheret, tum cui ineſt iurisdictio. Intellige tamen ita, modo iure magistratus competat. x Hæc igitur pro iisdem habet noster, vt & *Ant. Fab.*4. *Coni.*3. commentitiam duplicis imperij mixti distinct.appellans. Sed rectissimè, opinor, docent *Menoch. arb. quæst.*74 *num.*20.*& seqq Bocer.cap* 4.*num* 18.*Knich. de Sax.non prouoc. iure v Ducum Sax. cap* 5.*numer.*51.*& seqq.* Aliud esse mixtum imperium quod iurisdictioni cohæret *l.* 1.§ 1.*de off. eius.* quod videlicet in exsequenda cognitione positum, & non merum vocatur *l.vlt d. off. eius.* Vbi iurisdictio primaria ac imperium non principaliter, nec propter se, sed causſa iurisdictionis explicandæ ac ad effectum perducendæ exercetur, litique motæ subseruit. Aliud cui iurisdictio ineſt *l. h. t.* (supinè loquuntur Menoch. & Knich. dum dicūt quod iurisdictioni ineſt. Nulquam enim dicitur iurisdictioni ineſse, in quo & errat hic Don. noster. Et si quod ineſſet iurisdictioni y non diuersum foret ab eo quod illi cohærere dicitur.) Vbi imperium eminet, ipsique ceu principali iurisdictio tanquam accessorium ineſt, ac per se potestas imperij exercetur, quod in danda bon. possessione, iubendo caueri, mittendo in possess. restituendo in integrum, &c. *l.*3 *& 4.h.t.l.*26: *ad Municip.* Conueniunt in effectu *Baro in l.vlt. de off.eius.*, qui Mixtum imperium aliud esse absolutè (intellige cui iurisdict. ineſt,) aliud iurisdictionis subsidium magis, quod & vel minimis magistratibus, id est, duumviris, competit. Et *Muscorn. de iurisdict. numer* 143. Si plus imperij sit, mixtum imperium esse docens, cui iurisdict. ineſt. Sin plus iurisdictionis, mixtam iurisdictionem, cui imperium cohæret. Illud maiorum magistratuum, Hoc etiam minorum, vti sunt municipales, *Bocer. d cap.*4. *numer.*33. (vid. *S.cap.praced.lit.R.*) vbi duos hos gradus mixti imperij statuit reprobatis *num.*20 *& seqquent.*6. gradibus Bartoli & Dd vulgò, de quibus & *Muscorn. num.*152. *& seqq. Obrecht.cap.*12. *nu.*25. *& seqq. & disput* 7.*num.*268 *& seqq. Ioach. Stephan.lib.*1.*cap* 4.*num.*20. *& seqquen.* † Aliter *Paurmeist. libr.*1 *cap.*9.*num* 8 *&* 9. mixtum imperium *d.l.*3. & non merum *l.vlt de off eius*, ita distinguens, vt illud velit partem esse iurisdictionis in explicanda & exsequenda notione. Cuius duo membra constituit: Explicatiuum & exsecutiuum, & quæ pertineant, ad vtrumque explicat *dib.*1.*cap.*27. *num*,38. *& seqq.* Hoc verò, non merum nempe, iurisdict. cohærens, partem iurisdictionis, quę in leuiorum delictorum coërcitione, vnde dicatur modica coërcitione. Non verò quis absurdi arguat quod imperium illud cui iurisdictio ineſse dicitur partem iurisdictionis, tanquam continens possit esse pars contenti, iurisdict. in verbis illis accipit pro nuda notione, quod reprobaui *supr.cap.*6 *litt P.* Et si modica coërcitio est animaduersio leuiorum criminum, quomodo sine ea nulla, id est inanis, dicitur iurisdictio *d.l.ultim.* Quæ verba planè euincunt coërcitionem iudicatum facere recusantium, seu quæ in exsequendo iudicato, denotari. y vide & si lubet huc transfer not. S. *cap.* 6. *littera I.* z *Baro in l.vltim de off. eius*, à iurisdict. separari intellectu magis quam re. Et *Obrecht cap.*12.*num.*23. intellectu tantum secerni † *Scip. Gentil libr.*1. *cap.*3. si res consideremus, ait, & materiam nihil differunt. Quæ enim causſa iurisdict. eadem & imperij mixti. Sin vim & naturam cuiusque differunt, quod iurisdictio ius cognoscendi & statuendi, imperium potestas ruendi & exsequendi. Qui & in *l.*3. *h.t.* duos tantùm terminos esse non tres, quod imperium mixtum ac iurisdict. veræ diuersa non sint statuit, cum Cuiac.21 *obſ.*30. vid. *Gentil.libr.*1. *cap.*2.3.4.*&* 24. Verùm *Ant.Fab.*4.*Coni.*3. *& ad l.*1.*h.tit.* Qui hæc confundunt nihil in hoc tractatu intelligere posse, Planeque tenendum est non tantum re ipsa hęc differre, quod & Don noster vult & probant, *Suerin. rep.lect.cap.*6. *& Matth. Steph. libr.*1.*cap.*5. *num.*35. *& seqq.* Nam quod rei ineſt vel cohæret aliud ab eo cui ineſt vel cohæret. Sic pacta insunt contractibus, accidentia substantiis, seruitutes prædiis. Sic anima & corpus in viuente coniuncta. Aquæ hausto concesso etiam iter vna venit, & ex eadem ratione qua imperium transit cum iurisdict. quia scil. sine hoc ille inanis Nec propterea idem & vnum. Quod si non differrent hæc, nec diceretur in *l.*6.§.2.*de tutel.* tutelæ datio nec imperij nec iurisdict. esse, sed alterutrum posuisse sufficeret. Quin si quædam magis impetij, *l.*4.*h. tit.* etsi largiremur *magis* ibi notam comparationis esse, adhuc distinctio appareret, cum eiusdem ad idem comparatio instituatur nequeat. Enim verò ipsa substantia & forma hæc diuersa. Et aliud est ius dicere quod cognitionis, aliud imperare quod iussionis, potestatis, coercitionis. *Vvesenb. ad h.t. C.numer.*6.*Bocer.cap.*3 *numer.*21. Nec duo termini in *d.l.*3, *hoc titul* sed tres *Matth.Stephan. d.cap* 5.*numer.*75. Sed & actus vtriusque diuersi sunt, in quo noster dissent. vid. *infr.litt Cc.* aa Generali verò mandato transit imperium mixtum cohærens iurisdictioni, quia sine illo explicari nequit *l.*2.*h.t.* non verò imperium cui iurisdict. ineſt, quod cum principaliter considereretur, specialiter mandandum est *libr.*4 §.1.*de off. eius*, nec ex generali mandato transit, nisi fauor causſæ id suadeat *d.l.*4.*pr.Menoch.arb.qu* 74.*numer.*21. *add.Suerin. rep. lect cap.*6. Principale enim accessorium secum trahit non contra, *vid. not. S. lit.X.* Et conuenit *Baro de iurisdict. p.*5. docens alia iurisdict. vniuersâ mandata transferri, vt quę ad iurisdictionem strictè sumptam, quę in diiudicatione litium pertinent, aliæ non transire, sed nominatim mandari posse, alia nec generali mandato transire, nec speciali, &c. Quanquam fortè & dist. inter mandatum generalem iurisdict. & omnem seu vniuersam, vt hęc plus aliquantò tribuat, delegato, cum hæc verba totum ius dicentis officium complecti videantur, per *l.*1.§.4. *de susp.tutell.* Ergo per *l.*1.*h.t.* Enim verò etsi vniuersâ iurisdict. mandatâ totum officium iuris dicendi transeat *d.l.*1. *§.*4. non tamen totum officium mandantis. Non equidem id quod in iure dicendo non occuparum. Plures enim magistratus quibus sanè omnibus aliqua iurisdict. sed non in illa totum officium consistit, vid. *cap.praced.litt.F.* bb Aliter Obrecht. Quia vt in mixtura vrilis & honesti eminet honestum, ita in iurisdictionis & imperij mixtura imperium, de iurisdict. *cap.*3. *numer.*22. *& disput.*7.*th.*202. Quæ ratio imperio cui iurisdict. ineſt soli conuenit. Quanquam nec alterum mixtum vocari legamus, sed non merum *l.vltim. de off. eius*, & *Muscorn.* vocat mixtam iurisdictionem vid. *S. lit. X.* Aliter *Scip.Gentil.lib.*1.*cap.*5. Mixtum imperium dici, quia est aliquod merum. Mixta iurisdict. non item, quia nulla mera. Ciuilium causſarum cognitio speciale habet nomen iurisdict. Criminalium cum non haberet merum imperium dictum, cui mixtum opponitur. cc ita *Cuiac.* 21.*obſ.*30. nihil quidquam vindicari imperio mixto quod non debeat quoque vindicari iurisdict. & contra *Scip.Gentil. libr.*1. *cap.*2. *in fin. & Obrecht. cap.*2. *num.*16. *ac alij* † Contra rectius docent *Vult.* 1. *Iurispr.*12. *numer.*4. *Anton. Fab.*4. *Coni.*3. *Bocer.cap.*2.*num.*35. ceu Paradoxon illud reprobans. Non coercere contumacem solius imperij est, non iurisdict. Cognoscere an sit contumax soltus iurisdict. Iubere caueri, mittere in possess. solius imperij, sed de eo cognoscere solius iurisdict. Et rectè *Treutler.vol.*1.*disput.* 3.*th.*3. *litt. B.* distincta esse imperium & iurisdict. ratione actuum diuersorum, etsi non ratione personæ exercentis. Quamuis itaque nec imperium sine cognitione prætia exerceri possit, *l.*1. *C. de exsec. rei iudici* nec cognitionis sine potestate exsequendi vlla vis sit, vtriusque tamen actus verè distincti ac diuersi., & neque dum imperat magistratus ius dicit speciali acceptione, neque dum cognoscit, vllo sensu imperat. Equidem quæ imperij sunt iurisdict dici possunt *l.*1. *de dam. inf. iunct. l* 4.*h.t.* latiori scil. significatu *Duar. ad d.l.*4. quatenus nempe iurisdictio genus imperij, vid. *c.praced.lit.A.* Quippe magistratus eo ipso quod decernit, imperat. iubet, ius dicit etiam cum iniquè decernit *l. pen de I. & I.* Non vero contra, quæ iurisdi. in specie dictæ sunt, imperij æquè dici possunt, cum non item imperium genus sit iurisdict Nec certè dum magistratus quæ illius iurisdictionis sunt expedit, causſam cognoscendo, testes audiendo, actionem, iudicium dando, &c. nullo modo imperat. Neque enim vllum in his actibus iussum vel mentis cogitatione assequi possem. Ex dictis apparere potest quid statuendum de iurisdictione simplici, quam alij specialem alij meram & nudam vocant. Est nimirum omnino iurisdictio simplex ac nuda, si in se consideretur ac in abstracto, quomodo differt à notione nuda, quod illa iure magistratus & officij habetur, hæc ab alio, magistratus videlicet causſam delegante, accepta. Sed si in concreto, vt à magistratu habetur, nulla simplex quia nullus omninò magistratus qui omni imperio careat, cuius vt iurisdict. suam ad effectum perducat *l. vlt. de off. eius l.*2 *de iurisdict.* dissent. *Pollet. libr.*3.*histor. fori cap* 1.2 *&* 3.*Val. Guill Forst.disput.Pandect.*3 *th.*4 vid not. *cap.praced.lit.R.* Quanquam nihil prohibere nominatim simplicem iurisdictionem sine imperio, mandari vult, *Parlad.*2 *rer. quotid.* 1.*numer.* 4. dd ita plures verò magis non *ἀτρεκῶς* positam esse, sed *συγκριτικῶς* comparatiuè non electiuè. Ac causſas alias grauiores esse in quibus magis eluceat imperium, quæ nec omnibus magistratibus commissæ, aliàs in quibus magis appareat occultato quàsi imperio, *Vinc.Cabot.*2. *disput.*8. *Goueau. ad d.l.*4 *numer* 1. *&* 2.*Scipio Gentil.libr.*1 *cap.*3. *&* cap 24. *Matth. Stephanus libr.*1. *cap.*5. *numer.*37. *& numer.*52.*Obrecht. capite* 12.*numer.*22. *& disput.*7.*th.*363. *Bocer.capite* 4.*numer.*19. Magis apparere iurisdictionem volunt *Obrecht d.lo. & Cabot. d cap.*8. vbi de plano cognoscitur vel voluntaria iurisdictio exercetur. Sed imò in voluntaria iurisdict. auctoritas magistratus magis, quàm cognitio, quæ sæpe exigua, conspicitur. Peiùs Goueau. *d. numer.* 1. *&* 2. maiorem potestatis vim eminere in his quæ sine causſæ cognitione constituit prætor, quæ magis pro imperio statuere videtur, quàm vbi causſa cognita. Quasi verò cautio damni infecti, sine vlla causſæ cognitione interponi iubeatur, restitutioque in integrum concedatur quod falsissimum. Idem *numer.*6.*& seqquent.* Iurisdict. partem aliam imperiosam magis esse, quæ & iniquum aliquando decernat, vt cum demoliri iubet prætor, iure forte exstructum, in noui op. nunciat. Aliam iurisdictam quæ semper quod æquum est caussâ cognitâ statuat † Quas dist. inutiles & Iurisconsultis indignas vocat, *Charond.de iurisdict. numer* 20. Verius puto hæc magis imperij dici, non quod sint etiam iurisd. simplicis, seu in specie dictæ contra not. *cap praced.* sed quod sint eius imperij, cui iurisdictio ineſt, vbi notio propter iussum suscipitur, non verò eius quod iurisdict. cohæret, quo exitum illa habere possit, vid. *S. littera X.* ee Obstat *L.*4. §.3.*de dam inf.* ee vid. *libr.*15 *cap* 46. *litt. P. add. vac.*6 *quæst* 86. *Gæd. ad leg.* 18.*de V.S. numer.*21 qui vult nudum ministerium exercere municipales mittendo in possess. vti & ferè *Charond.de iurisdict. numer.* 21. aliter Goueau. *ad l.*4. *h.t. numer.*17. *& seqquent.* quem laudat *Menoch. arb quæst.*74 *numer.*25. ff ff Sed non est hæc exceptio de regulâ. Regula enim est mandari quæ magistratus iure habentur. At verius est quæ sequuntur ideo non mandari quia omnia specialiter tribuuntur, nec iure magistratus competunt. *Duaren. h.t. cap.*5. *Scip.Gentil. libr.*2. *cap.*15. *& cap.*17 (vbi & hisce accenset alienationem prædiorum Curialium, de qua lib.10 *C. tituli.* 33. *Nouell.* 38. *per l.* 2 *C. de off. eius qui vic.* non item dotalium, quia eorum alienatio absciſe & districtè vetita, *Cuiac.*7. *obſ.*23.) *Obrech. cap* 5.*num.*11. *Matth. Stephan.libr.*1. *cap* 4.*& cap.*18 *Paurmeiſt. libr.*1.*cap.*10.*numer.*10. vt probant verba ipsa ll. à Don nostro citatarum. Et facit V. *Quæcunque in l* 1. *princip. de off. eius.* Atque hæc a iurisdict. & imperio secernit *Suerin rep. lect. cap.*6 *Ioach Stephan.libr.*1.*cap.*4.*numer.*8 Et aduentitiam ius dicentis potestatem vocat *Goueau. ad l.*1.*h t. numer* 12. (nec ineptè, etsi minus probetur *Scip. Gentil libr.*1.*cap* 18.*pag.*62.) vti & *Cuiac.*21.*obſ.*10. quæ legis sunt iurisdict. non esse. † *Duaren.d. cap.*5 hæc non competere ideo quod quis imperium vel iurisdict. habet, si et consistant omnia in aliquo imperio vel potestate, & ad *l.*3.*h.tit.fol* 25.*col.*2. Vtrumque rectè dici diuerso sensu. Non sunt imperij, quia non propria magistratui sunt, quoad rationem decernendi, quæ similis vt in aliis. Ibidem non esse meri imperij (cui ea adscribit *Baro ad l.*2.*h.t.*) sed cuiusdam extraordinarij speciem habere, nec incommodè dici mixti imperij, quia non deferuntur nisi magistratibus, etsi non iure magistratus. Atque ita est. Cognitio harum causſarum non est iurisdict. ordinariæ, nec iussus & auctoritas, quæ in iisdem vertitur, imperij ordinarij. Sunt autem & hæc iurisdictionis *libr.*2. ibi omnia quæ ad iurisdict. rectoris &c. *C de off eius qui vic. l.*8 §.18 *de transact.* Sed specialiter datæ *Ant. Fab.ad l.*2 §. 1.*de off. de eius.* Vnde *Bocer cap.*1 *numer.*16.*& cap.*3.*numer.* 24. iurisdict aliam facit ordinariam, quæ iure magistratus absque lege speciali competit, quæ & in specie iurisdictionis quia suo iure eam magistratus habent, aliam extraordinariam quæ ex eo habetur, quod nominatim concessa, &c. *& Ioach. Stephan libr.*1.*cap* 5 *numer.*13.*& seqquent.* Et voluntaria iurisdict. iure magistratus, (cuius pleraque sunt quæ non mandari possunt, excepto mero imperio) non habetur vid. *S.lit P & Q.* † Sic *Matth.Stephan.libr.*1 *cap.*4. aliam esse specialem iurisdict. quæ iure magistratus, aliam legalem, quæ à lege Senatusconsulto, &c. extra causſas criminales tribuitur. Quæ tamen ipsa aptiùs opinor specialis nuncupabitur & altera, ordinaria scilicet, generalis, per *l.* 4.*princ.de off eius, vt cap.praced.lit. A.* gg Conuenit *Scipio Gentil.lib.*2 *cap.*16. *Matth Stephan lib.*1.*cap* 4.*num.*8. gg *Paurmeist.libr.*1.*cap* 11 *num.*10 † Sed *Muret. ad d.libr.*2.*de off.eius.* Consilium exerceri vult, cum conuocato consilio, quod Romæ quinque Senatoribus & quinque equitib. Romanis constabat. in prouincia 20. recuperatoribus *Vlp.tit.*1. §.13. quæ causſæ cognitionem requirunt, prætor examinat, inter quæ & refert procuratoris post litem contestatam mutationem, per *l* 17.*de Procur.* statuens quæcunque de plano expedīri nequeunt mandari non posse, vid. l. *lits. Ll.* Equidem interpretationi Donelli obsistit 1. quia commune omni manumissione, vt de ea iurisdict. non mandetur vt *lit.seqq. Baro de iurisdict.fol* 33. *initio* 2. quod diuersa hæc exercitio consilij & præbitio. Præbet consilium Prætor minori manumittere volenti, &c. vid. *Reu Protribun. cap.*9.*&* 12. Qui, *ibid cap.*18 *d.l* 2.*pr.* sic exponit: Non vetatur legatus viros prudentes in consilium adhibere (quod imò fiebat *Cicer. pro Quintio*) sed illos quinque Senatores & quinque equites Romæ, (quos decem viros litibus iudicandis fuisse conlectit) iteimque 20. recuperatores in prouincia conuocare & cum illis tanquam Præses tribunal conscendere, hh Sed verius est hæc mandari; nec manda hh ta iurisdict. transferri, quia legis actiones nisi apud ipsos magistratus fieri absurdum, vid. *Suerin. rep. lect. cap.*6 *pag.* 20.*&*

20. & *seqq. Cuiac.* 15. *obs.* 19. & 1. *not. Mercat.* 21. *Scipio Gentil. libr.* 2. *cap.* 15, testans plerosque ita sentire quod legis actiones non mandentur & *cap. seqq.* Nam iure magistratus hæc non competunt vid. *S. litt. O. P. Q.* Confer. *Covar.* 3. *var. resol.* 20. *num.* 6. *Matth. Steph. lib.* 1. *cap.* 18. *mem.* 81. & 2. *seqq.*, vbi ius legitimandi, creandi nobiles, Doctores & notarios, quod habent Comites Palatini delegari non posse tradi.

ii ii Rectè, sed non vi mandatæ iurisdict. verùm ex concessione legis, quæ dat sub conditione ea si mandata iurisdictio. Sicuti in simili magistratus municipatus ius dandi tutores habent, iussu præcedente, non tamen vi illius iussus *Scip. Gentil. libr.* 2. *cap.* 10. *pag.* 227. Et multa specialia in legato proconsulis de quibus I. *lit. Nnn.* Malè verò *Cuiac.* 1. *obs.* 1. & 15. *obs.* 19. & 1. *Merc.* 21. vocem *non d. l.* 17. inserit laudatus *à Mercer. in Conciliat p.* m. 104. notatus *ab Hotom.* 2. *amicab.* 23. *Bodino* 3. *de Rep.* 6 *num.* 320. *Rob.* 2. *rer. lect.* 28.

kk & 1. *anim.* 21. & 1. *notar.* 21. kk Consentiunt ferè *Duar. ad tit. de off. proconf. cap.* 3. *Matth. Steph. lib.* 1. *de iurisdict. cap.* 13. *num.* 28. & *seqq. Coras. in d. l.* 2. §. 1. *num.* 3. *Hotom.* 2. *amicab.* 1. *Pac.* 1. *quæst* 46. *Scip. Gentil. libr.* 2. *de iurisdict. cap.* 10. *pag.* 226. & *seqq* Nec obstat quod ingressus prouinciæ requiratur tantùm ad contentiosam iurisdict. vt obiicit *Fopp. ab Aezema* 2. *dissert.* 4. quia id verum in persona Proconsulis, qui voluntariam exercet statim postquam vrbem egressus, etiam in aliena prouincia *l* 36. §. 1. *de adopt.* Quin & postquam prouinciam excessit, antequam portam Romæ ingressus *l. vlt. de off. proconf Cuiac. in Nou.* 95. *Ioach. Steph. lib.* 3. *de iurisdict. cap* 12. *num.* 4. At non item in persona legati, quem nec ipsum ingressum esse prouinciam sufficit, sed necesse est vt Proconsul quoque ingressus fuerit, ac iurisdict. mandauerit *Scip. Gentil. d. lo.* Nec obstat verba *d. l.* 3. omnino non est apud eum legis actio, quibus mouetur, *Charond.* 1. *Verisim.* 3. Nec enim præcisè accipienda, sed cum adiectione superiori *l.* 1. *princ.* statim sc. quam vrbem

ll egressi fuerint *Hotom.* 2. *amic.* 21. ll ita & *Scip. Gentil. lib.* 2. *cap.* 20. quia nullibi mandari vetantur, nec speciali concessione habentur. Etsi enim in mandatis principum scriptum, quare præsidi de illis cognoscendum sit, tamen illa officium potiùs exponebant, quàm vt comprehensa specialiter tributa vellent. Cognitiones quoque prætoriæ ideò à magistratu exercendæ, quod earum fauor ac necessitas, quò citius meliusque expedirentur iurisdictionem ac imperium requireret, Verumque hoc habent legati. Cognitio prætoria vel præsidialis non est in iudice dato, est in eo cui mandata est iurisdictio. Et quod *l.* 1. §. 14 *de extr. cogn.* habetur officium prætoris esse, legato quoque conuenit ad quem totum offic. iuris dicundi transit *l.* 1. § 4. *de susp. tut.* Diss. *Cuiac.* 7. *obs.* 23. & *in l vestis* 127. *de V. S.* quia nominatim iniungantur litteris mandatis vel formis à principe datis, & *Gouean. ad l.* 1 *h t. num.* 13. † *Muret.* ampliùs ad *l.* 1. *princ. vers. quæ verò iure & ad l.* 2. *de off. eius*, putat omnia quæ tantum pro tribunali expedienda, nec possunt de plano non mandari legato, quod is tribunal non habeat & ibi prætor ipse desideretur, *l. vbicunque* 105. *de R. I.* Malè. Nam missio in possess. bonorum fit certè ex decreto. Mandatur tamen *tib.* 4. §. 1, *de off. eius.* Sed hoc tantum sequitur. Decretum requirit hæc cognitio, Ergo, iudex in ea re dari nequit *Scip. Gentil. lib.* 2. *cap.* 17. † Denique *Matth. Steph. lib.* 1. *ca.* 4 *num.* 12. cognitionem de indulgenda separatione

mm bonorum, non mandari notat ex *l* 1. §. 14. *de separ.* mm *Scipio Gentil. lib.* 2. *cap.* 14. ita exponit: Specialiter idem quod nominatim certo magistratui iniungere. Non dicit personæ certæ: Quia etsi id fieri possit non tamen ad hoc necesse est personam exprimi, sed idem efficitur nomine magistratus vsurpato *l.* 1. §. 2. *de reb. eor.* (sic *Cabot.* 2. *disputat.* 7 *pag.* 215. non interesse singulis magistratibus hæc tribuantur, an omnibus indefinitè qui hoc vel illo magistratu donabuntur,) Quin nec species caussæ vel cognitionem exprimi oportet, sed potest concedi potestas de iis quæ alij specialiter data. Et sic specialiter ad hoc quoque habentur, vt *l. vlt. C. de of. eius qui vic.* Quin nec hoc necessarium. Sed etsi nec generaliter nec specialiter data, potest ita comperere ac si esset specialiter tributa. Sic cognitio de transactione alimẽtorum specialiter data Prætori ac præsidi. Eandem tamen certo casu habet Procurator Cæsaris, & ita habet vt mandare nequeat *l.* 8. §. 19. *de transf. iunct. §. præced.* ita Gent. qui & *pag.* 244. specialiter non dare legem, &c. si declaret quid alicui magistratus iure competat *l.* 4 *princ de off eius* non etiam si iubeat princeps magistratum certum subire *l.* 8. & *seqq. de off præf. add. Matth. Steph. libr.* 1. *cap* 18. *num.* 3. & *seq.* † Malè Dd. veteres specialiter data accipiunt de reseruatis maioribus magistratibus. Nam & priuatis caussarum capitalium cognitio concedi, & maior magistratus ea carere potest, *Scip. Gentil. lib.* 3. *cap.* 25. nn Et licèt concessa fortè incertis personis sub nomine magistratus, tamen non sunt tributa iurisdictioni, sed magistratui ipsi, qui vtique mandari nequit, ait, *Ant. Fab. ad l.* 1. *pr. de off. eius.* Quin & tunc quoque electa videtur fides ac industria personæ. Eaque ratio est mandati inhibendi quia id voluit populus, vel princeps hæc concedendo, ne alius de iis iudicaret quàm qui ob singularem industriam spectata fide ad officium istud adhibitus esset, non aliter iudicaturus de rebus commissis quàm populus ipse, vel princeps *l. vnd.* §. 1. *de off. præf. præt. Bato ad l.* 1. *de off eius & de iurisdict. f.* 27. *Suarin. rep. lect. cap.* 6. *pag.* 18. *Muscorn. de iurisdict. num.* 133. *Obrecht. cap.* 5. *num.* 2. *Scip. Gentil. lib.* 3. *cap.* 27. *Matth. Steph. li.* 1. *cap.* 18. *num.* 26. & *seqq.* Diss. *Vualth.* 1. *misc.* 9. putans, vbi non specie quid certæ personæ commissum, personam industriæ electam non dici. Quod eximiè refellit *d. l. vnd.* §. 1. Et malè idem frustra hac in re rationem quæri, cum id moribus introductum sit. Quin & in specie quoad merum imperium ratio hæc reddi potest, quia cum de capite ciuis Rom. iniussu populi permissum non fuerit ius dicere *l.* 2. §. 23. *de O. I.* nulli hæc cognitio committenda, nisi qui à populo, eiusve vicem abeunte, Senatu aut Principe, mandatum accepisset. Itemque ea, in genere, etiam quoad cætera, quia mandata iurisdict. alteri mandari nequit. S. *h. t. lit. M.* Atque ita hoc erit ex communi & mero iure. Nam & hæc mandata sunt à lege, non propria effecta. *Otho Meland. Comm. Cameral. pag.* 1. *fol.* 39. *Io. Steph. lib.* 1. *de iurisdict. cap.* 3. *numer.* 26. Quod prob. 1 *d. l. princ. de off. eius* verbo *delegatam* delegare est ad vsum concedere, sicuti delegata dicitur pecunia *l.* 2. *ad l. Iul. peculat. iunct. l.* 4. §. 4 *eod.* 2. Quia opposita sunt iurisdictio propria & mandata: quæ suo iure habetur & quæ alieno beneficio *l.* 5. *h. t.* Propria autem magistratuum officij (Personæ siquidem gerenti magistratum nulla iurisdict. iure Romano propria vid. S. *cap.* 7. *litt.* C.) esse quæ iure magistratus non competunt repugnantiam inuoluit. Et suo iure habere, ac magistratus iure hic prorsus idem significant, cum non personæ suæ ratione, sed officij potestatem habeat magistratus. Vnde efficitur hæc alieno beneficio haberi per *d. l.* 5. ideoque quasi precaria solo concedentis placito sustineri, argum. *l.* 2. §. 2. *de precar.* Nec vllus dubitat quin inspecto iure Iustin. & statu veteris Imperij Romani, sententia Lotharij hoc modo accepta certissima pariter ac verissima sit, isque non tantum æquum tulerit, sed & æquum dixerit. Nimirum ius imperij proprium residet penes populum vel Principem, in eoque fundatum & radicatum vnde exercitium defluxit in magistratus quibus id concessum; *d. l. pr.* vbi vocatur exercitio publici iudicij. Indeque magistratus vocantur administratores, *rub. C. de adm. reib.* executores *l. vlt. C. vt. ne pri tit. Alc.* 2. *Paradox.* 6. *Loriot. de iurisdict. axiom.* 24. *P. Greg.* 47. *Synt.* 13. *num.* 7. & *cap.* 21. *num.* 2. & 4. *Cabot.* 2. *disput.* 5. *Ioach. Steph. li.* 1. *de iurisdict. cap.* 3. *num* 25. & *seqq. Matth. Steph. lib.* 1 *ca.* 11. *numer.* 23. *Scipio Gentil libr.* 3. *cap.* 3. *pag* 348. (qui tamen sibi contrarius *d. libr.* 3. *cap.* 31.) *Busius ad lib.* 1. §. 1 *de off. eius.* Sanè hodierno statu cum imperium merum vnà in feudum dari soleat, hereditarium id & gentilitium effectum *Ioan. Steph. d. cap.* 3. *numer.* 36. *Scip. Gentil. libr.* 3. *cap.* 23. Diss. qui iure Roman. non vsum imperij meri, sed proprietatem habuisse magistratus volunt, post *Azonem Muscorn. de iurisdict. numer.* 33. *Obrech. cap.* 4. *numer.* 7. & 8. *Bocer. cap.* 8. *num.* 4. & 5. *Duaren. ad l.* 3. *h. t. Bellon.* 1 *supputat.* 1. *nu.* 1. *Vualth.* 2. *misc.* 9. *Bronch.* 1. *aff.* 15. & quodammodo *Bodin* 3. *de Rep.* 5 inter magistratus eos distinguens, quibus capital. criminum cognitio extraordinaria, quos gladij ius habere iure sui magistratus contendit (in quo etiam ab iis qui Azonem sectantur aliena docet) & quibus lex præscripsit quid iudicent, quos nudam legis actionem (ita vocat vsum & exercitium sine proprietate) habere scribit. Non iuuat illos quod ius & potestas gladij haberi ac data esse legitur *l.* 6. *princ. de off. proconf. l.* 6. §. 8. *de off. præf. l.* 3. *h. t. l.* 70. *de R. I.* Verba enim, *habere & dari* etsi sua natura proprietatem significent, sæpe tamen pro re subiecta acceptio variat. Nam & mandata iurisdict. haberi dicitur *l.* 5. *h t. l.* 1. *de iudic.* & dari *l.* 4. *princ. de off. eius.* Malè etiam Vualth. mouetur *l.* 1. *pr. de off. præf. verbi* verbo *vindicauit.* Quo non innititur aliqua actio realis pro asserendo mero imperio, quæ ex dominio oriatur. Neq; enim Imperium vindicari dicitur, sed *omnia crimina sibi præfectura vrbis vindicauit* id est, sibi tribuit, assumpsit punienda ex epistola D. Seueri &c Hoc modo displicet quod quidam per exercitionem *l.* 1 *pr. de off. eius*, nudum factum intelligunt idque solum mandari scribunt

bunt *Io. Stephan. d cap.* 3. *numer.* 26. & *num.* 30. quasi solum ministerium & meram operam præstet cui illa commissa est. Hoc enim lictoris est & carnificis. Ac *dd. ll.* gladij *ius* & *potestatem* concessam esse conuincunt. Quin & aliàs iurisdictio à magistratibus mandata in personâ quoque eius, cui mandata est, iuris est non facti. Vtque legatus vicem magistratus subiens, toto officio ius dicentis fungitur *l.* 1. §. 4. *de susp. tut.* ita cui à lege imperium delegatum est vice

oo legis fungens, plenam potestatem exercet. oo Quam definitionem perfectam esse volunt, *Bronch.* 1 *misc. Scip. Gentil. libr.* 3. *cap.* 3. & *Matth. Steph. libr.* 1. *cap.* 6. *numer.* 21. & *seqquent.* Contra alij & rectiùs propositum ibi Iurisconsulto exemplo rem declarare. Nam nec mixti imperij, nec iurisdict. ibi definitiones essentiales habentur, vid. 8 *cap.* 6. *lit. F. Muscorn. de iurisdict. numer.* 42. & *seqq. Paurmeist. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 17. *Obrecht. cap.* 2. *num.* 20. (nam etsi, ait, *gladij* vocem figuratè accipias, definitioni tamen propriæ locutiones conueniunt.) *Bocer. cap.* 5. *num.* 2. volens synecdochen esse partis pro toto, & *Marta de iurisdict. pag.* 1. *cap.* 36. *num.* 27. similem locutionem habeti ac si diceres: Fortitudo est pro patria mori. † *Muret. de iurisdict pag.* 143. & *seqq.* definit potestatem quærendi de criminibus & à confessis aut conuictis pœnas exigendi. † *Vult.* 1. *Iurispr.* 12. *num.* 9. Iurisdict. in coërcitione, positam & probat *Matth. Steph. libr.* 1. *cap.* 6 *num.* 19. aliter *Bocer. cap.* 5. *num.* 3. *Paurmeist d. num.* 17. *&c.* † Vocatunt hoc Iudæi sceptrum occidendi & viuificàndi, quod tamen amplius quid continebat, nimirum etiam ius morti addictos restituendi, quod in Rep. Rom. solius principis, vid. *Ioach. Steph. libr.* 1. *cap.* 7. *num.* 8. † Germanis quæ appellationes, vid. *Knich. de Sax. non prouoc. iure*

pp *v. Duc. Sax. cap.* 5. *num.* 21. pp *l.* 6. *princ. de off. proconf. l.* 6. §. 8. *de off. præf. l.* 70. *de R. I.* Gladius autem non materialis significatur nec pro tel accipi debet *vt Muscorn de iurisdict. numer.* 40 & 2. *seqq. Io. Monach. cap.* 3. *num.* 5. *Knich de Sax. non prouoc. iure v. Ducum Sax. cap.* 5. *num.* 42 sed quamcunque grauiorem coërcitionem pœnamque, quâ ex delicto reus plecti potest, denotat *Duar. ad l.* 3. *h. t. Coras. 3 miscell.* 17. *num.* 12. Sic *Lamprid. in Alex.* Honores iuris gladij nunquam vendi passus. Gladius enim iudex iustitiæ & insigne superioris potestatis, ad quam significandam gladio cingebantur qui ea præditi *Rom.* 13. *vers.* 4. *l* 31. *verbus gladio vtore C. ad l. Iul. de adult.* vid. *Phil. Camera. cent.* 1. *op. succis. cap.* 76. *Baro de iurisdict. fol.* 26. & *fol.* 37. *P. Fab.* 1. *Semest.* 3. *Gœd. ad l.* 215 *de V. S. nu.* 2. *P. Greg* 47. *Synt.* 14. *Ioach. Steph. libr.* 1. *cap.* 2. *Matth. Steph. libr. cap.* 6. *num* 69 & *seqq. Scipio Gentil. libr.* 3. *cap.* 2. & 3 Et ad statum sui temporis respexerunt Iurisconsulti, quo vsitatior gladij pœna *Io. Steph d. cap.* 2. *num.* 31. *Vincent. Cabot.* 2. *disput.* 5. Nam nec ante D. Fratrum tempora securi, telo, fuste vel laqueo aliove modo quàm gladio animaduerti oportuit *l.* 8. §. 1. *de pœn.* Cumque honestiss. ac leuiss. supplicij genus sit capitis amputatio, nulloque genere, vt Seneca, homines mollius moriantur *P. Fab.* 1. *Semestr.* 4. *Bodin 6. de Rep.* 6. *num.* 761. vt lenitate verbi tristitia rei mitigaretur honestioris vindictæ nomen retentum, vt sub eo reliqui omnes modi, quibus vita adimitur, comprehendantur *P. Fab. ad l.* 70. *de R. I pag.* 311. *Io. Steph. d. cap.* 2. *num* 59. Quomodo gladio feriri iubentur perduellionis rei *l.* 5. *in fin. princ. C. ad l. Iul maiest.* etsi non secatâ gladio ceruice, sed acerbiori supplicio, atrocitati facinoris respondente, puniantur *l.* 8. § 2. *de pœn. l.* 9. *C. de re milit.* vid. *Petr. Theodor. disput. crim.* 5. *th.* 6. *lit. B.* Sic in *d. l.* 3. *C. de adult.* gladio vltore exquisitis pœnis subduntur rei, &c. id est, flammis vindicibus absumuntur *l. omnes* 6. *C. Th. eod. lib.* 9. *tit.* 7. *coll. ll. Mosaic. tit.* 5. Pœnas verò supplicio

qq minores hoc verbo venire non puto, per *d. l.* 6. §. 8. *de off. præf. iuncti. l.* 6. §. 1. *de interd. & releg.* qq in Pand. Flor vocula *in* omissa eleganti loquendi forma, *Petr. Brosse. in miscell. ad d. l.* 3. Animaduertere enim significat punire & sine præpositione sæpe legitur *l.* 15 §. 28. *de iniur. l.* 10. *Cod. de ep. & cler. Val. Gail. Forst. 1. obs. fuccis.* 23. Ex verbo autem *facinorosos* colligit *Scip. Gentil. libr.* 3. *cap.* 5. ius quoque absoluendi reos postulatos, nec conuictos, quod æquè meri imperij est, *l.* 6. *princ. de off. proconf. Bald. ad l.* 3. *h. tit. num.* 10. definitione contineri. (Sanè quandoque exercetur merum imperium vbi nulla coërcitio maleficorum, imò nec hominum quidem. Nam & in mortuorum cadauera, bruta animalia, immò res inanimes interdum animaduerti videtur, de quo *Phil. Camerar. cent.* 2. *op. succis. cap.* 79. *Muscorn. num.* 46. & *seqq. Obrech. cap.* 9. *num.* 3. & *seqq. Scipio Gentil. lib.* 3. *cap.* 4. (qui ideo hæc definitione non includi quod rara sint & singularis exempli) & *Matth. Steph. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 133. & *seqq.* vbi *numer.* 140. & *seqq.* tractat an cadauera punitorum medicis ad anatomicam sectionem rectè concedantur, de quo & *Muscorn. num* 51 *Horat. Carpan. Statut. Mediol.* 355. *vol.* 2. † Cæterum non omnibus idem & æquale hoc imperium concedebatur, sed aliis plenius fuit, aliis partes mandabantur *Rosbach. Processus tit.* 2 *num.* 8 *Ioan. Steph. libr.* 1. *cap.* 3. *Obrecht. ca.* 3. *num.* 13. *Knich. de Sax. non prou. iure v. Duc. Sax. ca.* 5. *num.* 39. atque æquè vti iurisdict. caussis, loco, personis, finiebatur & præterea pœnarum gradibus *Scipio Gentil lib.* 3. *cap.* 24. Hinc ansa interpp. distinguendi gradus meri imperij. Quam distinctionem iuris quidem auctoribus ignotam at disciplinæ gratia recipi posse docent *Scip. Gentil lib.* 3. *cap.* 6. *Muscorn. num.* 113. Et Bart. sanè sex gradus constituit ac in primo & maximo legem condere aliàque, quæ maiestatis sunt non imperij magistratus, collocauit. Quos gradus reprobant *Loriot. de apicib. iur. tr.* 2. *de iurisdict. axiom* 9. & *seqq. Marta de iurisdict. pag.* 1. *ca* 37. *num.* 1. *Obrecht. cap.* 7. *num.* 28. & *seqq. Io. Steph. d ca.* 3. qui iuxta nostræ reipub. statum formam eius triplicem esse. Magnum, mediocre, minus. † *Scip. Gentil. d. ca.* 6. *post Obrecht. d. ca.* 7. *num.* 2. ex tribus pœnarum gradibus *leg.* 28. *de pœn.* commodè tres gradus exstrui censet, quos tres *cap. seqq.* Explicat & *Matth. Steph. lib.* 1. *ca.* 7. & *seqq.* † Sed *Paurmeist. libr.* 1. *ca.* 11. *num.* 19 quia delictorum contingentium, ad quorum modum pœnam statuere conuenit, infinita varietas, exactam distributionem fieri non posse Et *Bocer. ca.* 5. *num.* 11. ex pœnarum gradibus distinctè faciendam negat, cum non solùm in pœnis infligendis, sed & in aliis consistat, vt sunt Præparatoria iudicij, inquisitio. apprehensio rei, & quæ ad iudicationem pertinent, quæstio sine tortura, &c. Hoc probè notandum, quod recte docet *Scipio Gentil. lib.* 3. *ca.* 10. quasdam pœnas esse mero & mixto imperio communes. Vt Pecuniaria si iudicio criminali publico irrogetur meri imperij, sin exsequendæ iurisdictionis caussa, mixti. Meri enim imperij est quæuis potestas animaduertendi in caussis criminalibus *l* 6. *princ. de off. proconf. leg.* 70. *de R. I.* vtrobique in verbis vel *cuiusuis* alterius coërcitionis. *Facit l* 6. *de accus.* quod malè negant, *Coras. ad l.* 3. *h t. num.* 17. & 3. *misc.* 17. *num.* 10 requirens potestatem in vitam hominis & *Knich. S. d. ca.* 5. *num.* 40. *Paurmeist. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 18. vid. *Bocer. ca.* 5. *num* 16 † In cuiusuis verò personâ lege vel voluntate concedentis determinatum & liminatum hoc imperium, *P Greg.* 47. *Synt.* 21. *numer.* 2. Ac vti aliàs forma mandati strictè seruanda, ita & hic nemo ex mero imperio sibi assumere potest, quæ nominatim data non sunt. Nec in his argum. à maiori vel minori valent *Cuiac. ad leg.* 99. *de V. S. & ad l.* 6. §. 7 *de ini. rup. Cabot.* 2 *disput.* 5. *P. Fab. ad l.* 70. *de R. I. pag* 310. *Scip. Gentil. lib.* 3 *cap* 24. *Bocer. cap.* 5. *num.* 34. *Io. Steph. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 70. Vnde Præsidi cui ius est supplicio afficiendi & in metallum damnandi *d. l.* 6. §. 8. *de off. præf.* deportandi datum non est, *l.* 6. §. 1. *de interd. & releg. l.* 1. §. 3. *de leg.* 3. Cur non datum? vid. *Zoan. Restit. ad Dig. ca.* 22. *Muscorn. num.* 101. & 2. *seqq. Ant. Fab.* 1. *Iurispr.* 11. *princ.* 4. *pag.* 552. & *seqq.* & *titul* 16 *princ.* 1. *illat.* 3. scitè *P. Gilken. de præscript. pag* 3. *cap.* 6. *num.* 23. & *seqq. Mar. Lycklama* 4. *Membran. eclog.* 20. *diss. Hotom.* 3. *obs.* 12 rr Et rr nec cognitio mandari potest *l.* 1. § 8. *ad Sc. Turpil.* Speciale autem esse volunt in legato proconsulis, vt ipsi cognitio mandari possit, sola tamen, iure sententiæ præsidi seruato, seu institutio processus & caussæ audientia *d. l.* 6 *princ. D. l. vn. C. de off. proconf. Nou.* 128. *cap.* 20. *Bocer. cap.* 6. *num.* 20. *Obrechi. cap.* 6. *num* 33. & *seqq. Bron.* 1. *aff.* 16. Non obst. *L.* 14. *ad SC. Silan.* Legatus enim ibi accipi potest & debet non Proconsulis, sed Cæsaris *l.* 4. *de asses. Muret. ad l.* 1. *in fin. princ. de off. eius Obrecht. cap.* 5. *num.* 16. *Scip. Gentil. lib.* 3. *cap.* 28. Meliùs quàm *Hotom.* 3. *obs* 4 legato ibi merum imperium esse ob absentiam proconsulis. ss Vnde apparet non rectè ss *Baronem ad l.* 3. *h. t. & l. vlt. de off. eius*, exercere consilium, decernere de alienatione prædiorum, &c. aliasque caussas quæ generaliter vel specialiter mandari nequeunt mero imperio tribuere. Imò merum imperium in *l. 1. pr. de off eius*, apertè secernitur ab aliis quæ itidem speciali iure tribuuntur. Et potest quis hæc habere vt illud non habeat & contrà *Obrecht cap.* 5. *num.* 28. Quin idem *Baro lib. var. qq. de iurisdict. fol.* 22. illa mixti imperij esse, cum iurisdict. de re priuata iis inest. Grauiùs labuntur qui imperium merum quemuis iussum nulli cognitioni coniunctum interpretantur, qui in cuiusuis caussæ, etiam ciuilis, exsecutione consistat, vt *Io. Gillot.* (exponente eius sententiam, *Loriot. 10 de iurisdict. ax.* 4. & *seqq.*) & nouissimè *Marta de iurisdict. pag.* 1. *cap.* 36. *numer.* 22. & *seqq.* scribens magistratum vti mero imperio quoties iubet quod omnino faciendum est, id est, dum exsecutionem facit vt nullam caussæ cognitionem, seu iurisdict.

dict. admittat, sed mero iure ac propria auctoritate vratur. Sic, ait, exsecutio sententiæ capitalis est *imperij*, quia sententiam sequitur iussus exsecutionem iniungens: *meri* quia nulla caussæ cognitio, nulla allegatio auditur, non tantùm vt non fiat, sed nec vt differatur *l.6.de pœn.* Idem esse in ciuilibus probat per *l.4.§ 3.de re iudic. Facit l.56.eodem.* A quibus non longè abludunt, nisi quod longiùs adhuc à vulgari sententia recedunt, quæ habet, *Polletus lib.3.histor.fori cap.* 1. Merum imperium dici sentiens, quod cognoscendi censendique potestate vacat, mixto inferius, minusque sollenne: Quale habent, ait, legati tribunorum militum qui reos perquirere & supplicio afficere possunt, ast non item caussas eorum cognoscere & ius dicere. Sic apud Belgas scribit Vasallos habere nudam cognitionem de caussis, nihil autem imperij, non citare, comprehendere, pignora capere, exsequi. Sed sententiam exsecutioni mandari à Bailliuis, caussa priùs per illos cognitâ. Sic iure Iustin. cum delegati, seu iudices dati cognoscunt, Prætor exsequitur, illos iurisdictione merâ, hunc mero imperio vti, cum cognitio & iurisdict. præcesserit, caussa ab aliis discussa. Sic Prætorem in priuatis caussis habuisse mixtum imperium quando & cognoscebat & exsequebatur. In publicis autem iudiciis, quibus prætor præsidebat, habuisse iudices meram iurisdict. Prætorem verò merum imperium, id est nudum, vt numerum iudicum ineat, sortes ducat, iudices citet, contumaces mulctet. Hæc omnia esse meri imperij à iurisdict. seiuncti. Denique gladij potestate merum imperium, cui vt exemplum vnum tribuatur, in *l.3.h.t.* latius esse atque extendi ad ea quæcunque citra caussæ cognitionem expediuntur. Vnde *cap.seqq.* dare act. bon. possess. tutores, in ius vocare, mittere in possessionem, manumissionibus ac adoptionibus operam interponere mero imperio exerceri statuit, si non accedit caussæ cognitio, sin accedat mixto ex vtroque conflato, ita Poller. Quæ pluribus non examino. Cum vel inde satis subuerti possint, quod merum imperium mandari & mandata iurisdict. transire negatur, quodque lege dari nec iure magistratus haberi dicitur, &c. Sed & Gillot refellit *Baro lib.var.qq.fol.37.& Paurmeister.d.cap.*15. *num.* 8. Nam certè exsecutio in caussis ciuilibus omnino transit mandata iurisdictione, in qua maximè imperium mixtum, seu non merum quod iurisdictioni cohæret consistit *S.cap.* tt *6.litt.* H. *& seqq.* tt Notatio itaque hæc analogia & obseruatione similium de meris & mistis defenditur vt *Baro de iurisdict fol.*22. Et ex natura contrariorum, cum & mixtum dicatur non merum *l.vlt.§.*1. *de off. eius.* Sic mera ratio *l.*22.§.5. *Mand.* id est, absque benigniori interpretatione, pœna absque permistione eius quod interest, factum *l.* 98.§.8. *de sol.* interpretatio *l vlt.C. de ll.* prætoris officium *l.*5.*de V.O.*§.18. *de act.* liberalitas *c.statutum vlt.§.insuper de reser. in.*6. veritas *cap. qualiter & quando de accus.* fides *l. omnium princ. C. de testam.* Et in eo plerisque conuenit quod dicatur quasi purum & separatum ac seiunctum, &c. *Duar.*1. *disput.*53. *& de iurisdict. cap.*3. *& ad l.*3. *h t. Baro ibid. & lib.var.qq. de iurisdict.fol* 18 22. *& passim. Vacon.nu.* 6. *declar.*8. *num.*6. *Coras.misc.*17. *num.*4. *Charond. de iurisdict.num.*13. *Obrecht cap* 3. *num.*7. *& numer.*17. *Ioan.Steph. lib.*1. *cap.*2 *num* 6. *Muscorn.num.*38. *Vasq* 1. *ill.contr.*4. *nu.*2. *Cabot.*2. *disput.*5. *Parlad.*1. *ver.quotid* 1. *numer.*4. *Decian.lib.* 4. *tr.Crim.cap.*2. *numer.*4. *Forst.*1. *obs succiss.*24. *& alij.* Sed in explicando quate purum dicatur & a qua re, aut quomodo separatum nonnihil variant. Quidam enim quod cum ius dicentis officio nihil commune habeat, eò quod alij puniendis maleficiis alij priuatis controuers. cognoscendis præficerentur, vt Coral. & ferè *Duar.d.cap.*53. *ac Io.Steph. libr.*1. *cap.*4. *num.*4. quasi in persona gerentis fuerit solum, † Malè sæpe enim in eadem persona hæc concurrunt, quæ tamen diuerso iure habentur. Alij quod non intuitu iurisdictionis, sed speciali concessione, nec iure magistratus competit *Lorio. de iurisdict ax.*4. nec concessio eius iurisdictioni insit *Knich. de Sax. non prou. iure verbo Ducum Sax. cap.*5. *numer.* 32. Atqui sic tutoris datio & quæcunque speciali iure habentur, vt *S.lit.Ff. &c.* erunt meri imperij. Plerique quod iurisdictionem adnixtam non habeat & ex his alij nulli iurisdictioni cohærere, alij esse absque iurisdictione generali, alij separatam à iurisdict. speciali & simplici. Sed verius est sic vocari quod nihil omninò extrinsecus adiunctum habeat, vt *litt. seq.* † Alias quatuor rationes habet *Ioach. Steph. libr.*1. *cap.*2. quare purum sit. 1. quod hoc nec omni magistratui competat, nec soli, verum etiam priuato. 2. quia ab vtilitate priuata remotum eoque iustè vti magistratus debet, non ad suum compendium, quomodo & *Zas. ad l.*3. *h.t.* 3. quia æquitas & benignitas in pœnis decernendis maximè spectanda. 4. quia purum & segregatum à malitiosis affectibus esse debeat. Quarum nulla conueniens. Et prior quidem partim dubia, vt *l.litteras Ÿ.* partim communis, aliis quæ iure magistratus non habentur. Reliquæ omni iurisdictioni & officio magistratus ferè toti communes. Dissent. hanc notationem reprobans, *Paurmeist.libr.*1. *cap.*11. *numer.*15. *& cap.*14. *numer.*5. cui placet illa *Gouean. ad l.*3. *n.t. numer.*7. *& seqq. Coras.misc.*17. *numer.*4. (qui vterque tamen priorem quoque probant) quod summum sit & vehementiss. ad res grauiores pertinens, quia summa potestas *l.vn. princ. de off. præf. prat.* Et meri bellatores *Plaut. in mil. act.*4. *sc.*2. pro pugnacissimis. Quæ displicet *Muscorno numer.* 38. *Et Bocero cap.* 5. *numer.*5. Et certè primò potiss. gradui imperij meri & atrocium scelerum animaduersioni competit. Aliter *Gœd. ad leg.*99 *de V.S. numer.* 7. *in fin.* quod iurisdictioni simplici non inseruiat, sed ab eo inseruiendi munere liberum sit ac solutum, & ferè *Bart. ad libr.*3. *hoc titul. Alc ad leg.*215. *de V.S. num.*2. uu Consent. *Ioach. libr.*1. *cap.*3. *numer.*24. quia in caussis capitalibus accuratior cognitio adhiberi debeat, *Muscorn numer.*16. quia aliàs seueritas & tyrannis potiùs diceretur. Et *Paurmeist. libr.*1. *cap.*11. *numer.*17. quod cognitio & iudicatio contineantur constare, ex *l.6. de of. proc. libr.*1. *de off. eius*, verbis: publici iudicij exercitationem. Nam iudicij voce non tantum exsecutio, quæ extra iudicium quoque fieri potest, sed principaliter & propriè cognitio & iudicatio venit *leg.*15. *Rem. rat. hab. libr.*1. *C. de iudic. l. lite C. de vsur. Et Matth. Stephan. libr.*1. *cap.*3. *numer.*55. *& sequent.* ac *Bocer. cap.*2. eandem putans esse criminalem iurisdict. cum mero imperio. (Quam ab eo distinguit quidem, *Paurmeist. libr.*1. *cap.*11. *numer.*18. verùm ita vt illam faciat generaliter criminum coercitionem ad tuendam disciplinam publicam, quæ iure magistratus competat, imperium merum restringens ad caussas capitales, &c.) Et *Cabot.*2. *disputat.*7. *& cap.*9. *pagina* 222. *Marc. Lyclama* 5. *Membran. eclogâ* 1. *Gœd. in leg.*99. *de V.S numer.*7. hoc differre imperium mixtum à mero quod illic exerceatur imperium propter notionem, hic notio propter imperium. Quin *Matth. Steph. libr.*1. *cap.*6. *numer.*26 *& sequent.* etsi cognitio necessaria, non ideo tamen in mero imperio vllam iurisdict. esse, cum cognitio requiratur quoad factum, non quoad ius. Quia Lex hic ius dicat, ac ipso iure statuat, non magistratus, cui facti quæstio concessa, non pœnæ exsecutio. † Contra *Charond. de iurisdict. numer.*14. *& sequent.* imperium hoc esse, non cognitionem nec coercitionem ipsam, sed iussum ac potestatem, cuius vi potest animaduerti, eamque puram nulli iurisdict. immixtam. Et *Obrecht. cap.* 3. *numer.*9. *& seqq.* à criminali iurisdict. omnino separat aliàs notatio, quæ *S. litt. praced.* non conueniret. Et certè ita est. Merum enim accipi necesse est, cui nihil extrinsecus aduenienes adiunctum, quodque suæ solum relictum est simplici naturæ. Sic accipi puto quoties mixto opponitur. Merum enim vinum cui non tantùm non aqua, sed nec quiuis alius liquor admixtus, aliàs mulsum diceretur merum. Merum argentum, aurumque non tantum cui non plumbum, sed nec æs aliudve metallum confusum. Quin si merum dicitur quod iurisdictioni caussarum ciuilium non coniunctum, nonne eadem ratione mixtum imperium dici posset merum, quod iurisdict. caussarum criminalium non comitetur. Enimverò, nec aliter iustè constat oppositio meri & mixti imperij quam si veluti mixtum dicitur quod in caussis iis in quibus occupatum est sibi vel cohærentem vel inclusam habet earundem notionem, ita & merum dicatur, quod in caussis circa quas versatur, quæ sunt criminales, ab earundem notione est separatum. Atque vt absurdè quis imperium ecclesiasticum vocaret merum, quod à iurisdict. caussarum sæcularium segregatum sit, aut sæculare merum quod à caussarum ecclesiasticarum diiudicatione seiunctum, ita haud multò aptiùs (aut ego discriminis rationem non percipio) imperium criminale merum exinde, quia ciuilium litium disceptatio illi, nec ineste nec cohæret. Nam vti caussæ ecclesiasticæ & sæculares toto genere distinctæ, ita & criminales ac ciuiles. Quare omnino statuo iudicationem criminalem à mero imperio diuersam esse, quod illa circa scelerum cognitionem, hoc circa eorum pœnas versetur *Obrecht.cap.*7 *num.*1. Vtrámque autem speciali concessione nec iure magistratus competere, idem *disput.*7. *th.*114. Atque illam, non hoc, vocari publici iudicij exercitionem, *l.1.pr. de off. eius*, vt rectè *Cuiac. ibid. libr. qq. Papin. Obrecht disput.6. th.6. & seqq.* quod probat vocula *cognitionem cir. fin. d. pr.* etsi *Pollet. libr.*3. *histor. fori cap.* 7. exsecutionem sine cognitione accipiat (eamque solam

solam certis caussis mandari, vt *j. lit. Ddd.* Hoc verò animaduersionem *d l.*1. §.1. Quæ vox sua vi exsecutionem arguit vt post *Gillot.* rectè probat *Marta de iurisd.p.*1. *cap.*36. *numer.* 18. *per l.*8. §. 1. *de pœn.* ibi gladio animaduerti. (Gladio enim non fit cognitio, sed exsecutio) *l.* 11. §. *vltim. eod. l.*7. §. *vltim. de capt. & postl.* vbi animaduerti dicitur in damnatos, cum non amplius cognitioni locus *add. l.*11. *de offic. proconf.* aut aliam correctionem. Sic *Cic. pro Cluent.* animaduersionem censoriam à iudicio secernit. Ac etsi quis largiretur cognitionem aliquando comprehendi, per *leg.*15. §.28. *de iniur. l.*1. §.1. *de minor. vt Matth. Steph. lib.*1. *cap.*3. *numer.* 61. (cum tamen *d.* §. 1. emendatio in melius denotetur, vt Don. *infra lib.*21. *cap.* 6.) nec alia tamen acceptio proposito conuenit, cum legato animaduersio omnis negetur *d. l.*1. §. 1. *de off. eius*, cui tamen cognitio criminum concessa *l.*1. *C. de off. proconf.* Sanè cum animaduersionem dicimus, non factum exsequendis sed ius, siue potestatem ac iussum cuius vi illud iniungitur intelligimus, vt planè de nihilo sit, quod *Matth. Steph.* obiicit *d. lo.* quasi hac ratione lictoribus etiam merum imperium tribuatur. Illi enim nundum ministerium exercent atque operam organicam præbent. In quo & grauiter errat, *Charond. num.* 16. dum exsecutiones has iurisdictionis esse sentit, quod nulla in iis necessaria potestas sit, sed exsecutor præcepto iubentis pareat. † Quamquam verò sæpe eidem scelerum cognitio cum animaduersione delegata, seiuncta tamen illa, & altera sine altera exerceri poterat. Fueruntque quibus imperium merum sine cognitione, & alij quibus cognitio criminum, sine facultate exsequendi, mandabatur, tum sub populari statu (quod & ex Liuio ostendit *Budæ. in l.*18. §.14. *de muner.*) tum sub vnius dominatu, de quibus *Obrecht. cap.* 6. *num.* 22. *& seqq.* Qui & *cap* 5. *num.*30. ita hodie Argentinæ criminalem iurisdictionem esse maiori Senatui, merum imperium Prætori, qui post cognitionem in confitentem sententiam profert & supplicio affici iubet. Quin *Arist. 6. Polit. vltim.* expedire censet, vt alij præficiantur audiendis & condemnandis reis, alij condemnationibus exigendis, ne aliàs duplex odium incurratur. † Illud mihi cum Obrechto non conuenit, quod iudicationem delictorum criminalem iurisdict. appellat, quam cum *Suerino rep. lect. cap.* 6. *p.*23. à iurisdict. secernere malo cui, & opponitur *d.l.*1. *pr. verse. cum alias* & notioni nudæ iudicis dati comparare, quia & priuatis ea committebatur. Et vt iudex à prætore datus formulæ adstrictus pro arbitrio non agit, ita hic ei cui quæstio publica à populo vel principe commissa ad amussim seruanda, quæ speciali iussu præcepta sunt, nec amplius licet quàm ille largitur, vt & hic, æquè ac in mero imperio vid. s. *lit. Qq.* à simili vel maiori argumentari non liceat. Tametsi si quis eius cui caussarum criminalium vniuersitas cognoscenda delegata est iurisdictionem criminalem nominare malit, ei pertinacius obloqui nolim, modo hoc teneat iurisdict. illam non stricto sensu vocari vti ordinaria quæ iure magistratui habetur, sed latiori vti extraordinaria, vid. s. *lit.* xx *Ff.* xx intellige post legem Valeriam. Priusquam enim eâ potestas Consularis incisa & ad modum redacta duplici viâ prouocationis & intercessionis, libertimum apud eos & regium, vt *Cic.* 3. *de ll.* imperium, in hoc tamen distans quod duobus commune & annuum perpetuum vid. *Epist. de magistr. vet. pop. Rom. cap.* 7. *Cuiac. ad l.*2. §.16 *de O. I. Muret. ibid. Coras. ad rub. D. de senat. in scholiis num.*2. *A. Guib. lib. qq. iur. cap.* 11. *num.*13. *P. Greg.* 47. *Synt.*15. *Cabot.* 2. *disput.* 4. *Io. Steph. lib.* 3. *cap.* 3. *num.*2. *&* 3. Relictum verò illis vt coërcere possent *d.* §.16. Vnde *Gouean. ad leg.*3. *hoc tit. numer.*13. *& seqq.* Consules reliquam animaduersionem excepta suprema capitali, retinuisse, quia *coërcitio* absolutè grauiorem denoret. Sed *Cuiac. in d.* §.16. accipit de coërcitione modica quæ iurisdictioni tacito iure cohæret. Malè autem post *Gillot. Marta de iurisdict. p.*1. *cap.*36. *numer.*18. summum ius habuisse consules *d.* §.16. id est iudicationem criminum & sententiæ dictionem, non verò summam potestatem, seu vim exsequendi *d. leg.*2. §. 23. Nam in *d.* §.23. ius dicere de capite vetantur, quibus verbis cum primis iudicatio venit *Muret. ibidem.* † De consulum iure officio ac potestate *Cuiac. ad leg.* 99. *de V. S.* singulatim quæ de eo in libris nostri iuris habentur persequens, *Ioach. Steph. lib.* 3. yy *de iurisdict. c.*9. *num.*6. *& seqq.* yy Hinc iudex quæstionis distinguitur à magistratu *leg.*1. §.1. *ad l. Corn. de sicar. leg.*131. *in fin. de V. S.* Vnde *Cuiac.* 15. *obs.* 39. & 21. *obs.* 30. *& ad leg.*8. §. 18. *de trans. ad leg.*70. *de R.I. & ad d. leg.*131. §.1. merum imperium ac ius gladij priuatis fuisse commissum & *Cabot.* 2. *disput.*3. *St. Gentil. lib.*3. *cap.*19. *Bocer. cap.*1. *num.* 19. *& cap.*3. *num.*16. Quod tamen negat *Suerin. rep. lect. cap.* 6. 1. quia id non verosimile 2. quia ei qui cum imperio est priuatus opponitur *leg.*3. *de off. præf.* Putat igitur, cognitionem de veritate criminis (siue publ. iudicij exercitionem, aut, vt Obrech. vocat, criminalem iurisdict.) solùm illis mandatam fuisse. Quod verius puto. Et ita *Muret. ad d.* §.23. non licuisse illis supplicium irrogare, sed inquirere ac vel absoluere vel pronunctare videri feciſse, tunc referti solitum ad populum, quem & vid *de iurisd. p.*141. *& seqq.* zz *Duar.* zz 1. *disput.*53. legibus latis primò à L. Pisone, deinde à Corn. Sylla quæst. publicas ac perpetuas constitutas, & prætoribus in vniuersum rerum capitalium quæstiones demandatas fuisse. Verum ex omni prætorum numero sorte electos certos quosdam, qui ea iudicia exercerent, cum reliqui iurisdictioni præessent. De quo vid. *Cuiac. ad l.*2. §.32. *de O. I. Cabot.*2. *disput.*7. *Ioach. Steph. lib* 1. *cap.*2. *num.*8. *& num.*36. *& lib* 3. *cap.* 5. *num.*3. (vbi non habuisse eum scribit, quatenus prætor, sed cum quæstoribus parricidij præsedisse in publicis iudiciis & eorum caput habitum, qua de re confer *Pollet lib.*3. *hist. fori cap.* 7.) *& numer.* 28. *ac seq.* Confer *Forst. lib.* 1. *de iurisdict. Rom. cap.* 1. *num.*14. qui prætores hos, non de omnibus delictis cognouisse statuit. *Charond. de iurisdict. num.*13. *& seqq. Bodin.* 3. *de Rep.* 5. qui nudam legis act. habuisse non gladij ius *Muret. pag.*142. *& Gouean ad l.*3. *hoc tit. num.*21. qui quæst. pub. prætores hos exercuisse iure autem animaduersionis, seu mero imperio caruisse *Bocer. cap.*8. *num.*62. *& seqq. Matth Steph. lib.*1. *cap.*1. *num.*27. *&c.* aaa *Gouean. in leg.*3. *hoc tit. numer.*27. præsides & prætores in prouinciis habuisse quoque imperium merum etsi Prætori in vrbe non fuerit, sed non iure sui magistratus. Necesse enim fuit illis concedere istud, cum populus ipse Rom. vrbe absens non potuerit in prouinciis sententiam ferre aut exsequi vid. *Mur. de iurisd. p.*143. *& seqq.* Quibus autem fuerit olim merum imperium ne nimis hic prolixus sim, consule *Gouean. ad d. l.*3. *numer.*11. *& seqq. Scipion. Gentil. lib.* 3. *cap.*13. *& seqq. Io. Steph. lib.*1. *cap* 2. *Matth. Steph. lib.*1. *cap.* 11. *Obrech. cap.* 6. Hac de re quinque conclusiones tradit *Muscorn. numer.* 69. *& seqq.* iuri, vt putat, consentaneas, sed, vt mihi videtur, nostro forsan ævo magis, & ex parte, accommodas. † An concessa iurisdictione merum imperium concessum? vid. *Dua. ad l.*3. *hoc tit.* qui quæst. facti esse positam in voluntate principis, ex coniecturis colligendam, *Baro de iurisdict. f.* 36. *Vasq. ill. contr.*3. *num* 9. *& seqq. Muscorn. de iurisdict. num.*17. *& seqq. Paurmeist. lib.*1. *cap.*29. *num.*13. *& seq. Obrech. d. cap.*1. *num.* 40. *& seqq. & disput.*7. *th.*39. *& seqq. Niel. disput. feud.*3, *th.* 5. *lit. A. &c.* bbb ita *Bocer. cap.* 1. *num.*17. *Muscorn. numer.* 12. *Sc. Gentil. lib.*1. *cap.* 2. Alij non quidem merum imperium, sed publici iudicij exercitionem ab eo diuersam, vts. *lit. Vu.* vocari ibi iurisdictionem *Io. Steph. lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 15. *Obrecht. disput* 6. *num.* 45. Sed verius est illis verbis *iurisdictionem mandant*, nec meri imperij nec criminalis cognitionis mandatum denotari, quod de facto contra ius processerit, verum errorem magistratuum coargui, qui dum exercitionem illam delegatam habent, & ita legis beneficio, tanquam siue iurisd. quam iure sui magistratus habent, competere sufficere putant ad hoc vt vlum illius ali conferant, si iurisdict generaliter mandent. Qui duplici modo errant, & quod iurisdictionis nomine abutuntur, & quia quod mandari nequit in alios translatum volunt, vt post *A. Vaccam. Muret. ad d. l.*1. *pr.* ccc Licet *Cuiacius in* 2. §. *deinde* ccc *cum erarium* 12. *de O. & I.* quod in aliis merum, in Prætoribus iudiciorum publicorum, & quibuscumque capitalium rerum iudicibus, à principe populóve constitutis, esse mixtum. Magistratus hodiernos non habere merum imperium quia mixto insint omnia quæ olim erant meri. Et *ad leg.* 131. *de V. S. in fin.* quod olim merum hodie mixtum dici posse & iure magistratus dari *& Suerin repet. lect. cap.*6. *pag* 23. *ac Bodin.* 3. *de Rep.* 5. *num.*302. Quod refellit exactiùs *Sc. Gentil. lib.* 3. *cap.*16 multa in hoc peccata Cuiacij recensent, *add. Cabot.* 2. *disput.* 7. *Io. Steph. lib.*1. *cap.* 2. *num.* 77. *& numer.* 80. vbi scribit non habere hoc magistratum ex naturâ officij, nec posse plus minusve faciendi licentiam sibi sumere, quam quæ specialiter concessa, *Confer. Muret. de iurisdict. p.*144. *& ad d. leg.*1. *pr. de off. eius.* † Immò nec iure Canon. aliud dicendum, & nec id caussas meri imperij mandari permittit, vt contra Dd. vulgò volentes omnia quæ cognitionem admittunt, delegationem recipere, cum quibus *P. Greg.* 47. *Synt.* 22. *n.*8.

Decia. tr. crim. lib. 4. cap. 25. num. 2. Rosbach. Proceſſ. tit. 2. num. 33. pluribus firmant *Couar. 3. var. reſol. 20. Scipio Gentil. lib. 3. cap. 29. Matth. Steph. lib. 1. cap. 18. num. 68. Obrecht. cap. 5. num 20. Muſcorn. num. 132.* quia loci quos aduerſatij adducunt loquuntur de principe ipſo mandante, de quo nihil vnquam dubij. Quamuis *Bocer. cap. 6. num. 27.* ſcribat nullo quidem textu eorum quos producunt Dd. probari, aſt nullo etiam prohiberi hanc delegationem, probari autem *cap. vltim. de off. ord. cap. licet de off. vicar. in 6. Clem. 1. §. 1. de hæret.* quos locos de caſibus ſpecialibus accipiendos negat. Et *numer. 28.* ex conſuetudine hodie mandari, cum ſub magiſtratus nomine detur & officio adnexum ſit. Quod vſu notiſſimo ſeruari; in eoque, modo generaliter & ſpecialiter deferendi ſublato, nihil dubij eſſe ſcribit *Paurmeiſt. lib. 1. cap. 24. num. 22. add. Otho Meland. Comment. Cameral. p. 1. fol. 40.* Quin hodie vnam meri imperij ſpeciem gradúmve ſibi competere probans, eodem iure reliquos ſibi aſſerit, vid. *Thom. Mech. de iuriſd. concl. 85.* ddd Ex quâ tamen cauſsâ non exſequendi ius ac merum imperium ipſum, ſed ſolam cognitionem mandari dicendum eſt quomodo *Bald. ad leg. 2. Cod. de ped. iud. (ref. Sc. Gent. lib. 3. cap. 28. ſub fin) & Cuiac. qq. Papin. ad d. leg. 1. de off. eius*, poſt Bart. *ibid. numer. 5. & ad l. 1. de off. aſſeſſ. in fr.* Quod probo ex verbis *d l. 1. princ. 1.* quia dicitur hoc caſu exercitio publ. iudicij mandari. Quæ alia eſt ac per ſe ſeiuncta à mero imperio, licet æquè ſpeciali iure competat, vid. *ſupra lit. Vu.* in *verſ. vltim. d. pr.* habetur *cognitionem, &c. non mandari* vti & in *l. 1. §. 8. ad Turpil. 3.* Quia *§. ſeq. 1.* traditur merum *imperium non poſſe* tranſire, quæ verba omnem excep. ac caſum ſpecialem abnuunt, arguuntque ipſum per ſe imperium merum delegationem reſpuere, ſicuti & cauſſæ illæ de quib. s. *lit. Vf. &c.* quas vllo abſentiæ alióve caſu mandatas fuiſſe non legimus. 4. quia ſequitur *nemo dicit* legatum animaduerſionem habere mandata iuriſdictione. At publici iudicij exercitionem habere, cui mandata eſt iuriſdictio multi dixerunt, quos erroris conuincere neceſſe habuit IC. *d. l 1. pr.* Inconuincibile ergo exercitionem, de quâ *d. pr.* mandati caſu abſentiæ dicitur ab animaduerſione & exſecutione aliam eſſe. 5. Agertiſſimè hoc probat *Nou. 128. cap. 20.* Etſi enim loquatur de vicariis præſidum inſtitutis priúſquam in prouinciam venerint, (vnde nil ſibi obſtare putat *Sc. Gentil. d. cap. 28.*) in fin. tamen *d. cap. 20.* diſertè cauetur idem ſeruandum ſi quis magiſtratus prouincialis iuſſione principali in aliam regionem mittatur. Qui certè caſus eſt abſentiæ maximè neceſſariæ. Denique ratione iuris mouetur, quæ vel ſi ſola ſatis efficax, Merum imperium non proprio, ſed mandati ac veluti precarij iure haberi s. firmaui *h. c. lit. Nn.* eodemque modo publici iudicij exercitio, quæ Obrechto vocatur criminalis iuriſdictio. Ergo ſicuti cui mixtum imperium vel per ſe mandatum vel cum mandata iuriſdict. obtigit cognitionem quidem nudam, iudice dato, delegare poteſt j. *cap. 23.* aſt exſequendi facultatem concedere nequit s. *h. c. lit. M.* nullo abſentiæ caſu excepto, ita multo minus grauioris animaduerſionis, iuſſus qui æquè, non ſuo iure habetur, vt in alium tranſeat vlla abſentiæ aliáve probabilis, aut neceſſaria ratio efficere poteſt. Nec vllo caſu id alij tribuendum, quàm cui princeps, penes quem ſumma rerum eſt; mandauit. Ea grauitas cauſſarum criminalium facit vt minus hîc liceat in deleganda cognitione, quæ admittitur ſolo abſentiæ caſu, non autem vt plus liceat in mandanda ipſa exſecutione, quæ nec ciuilium cauſſarum ei qui mixtum imperium ex mandato hominis obtinet, permiſſa Non probo idem, ex *l. 6. pr. de off. proconſ.* quo potiſſimum mouetur Cuiac. quia non ibi publici iudicij exercitio tota, ſola exſecutione reſeruatâ, mandatur, ſed inſtitutio proceſſus ſine ſententiæ dictione *Obrech. cap. 6. num. 35.* Ac *extraordinarium* ibi ratione perſonæ legati, in quod in ſingulare *l. 1. C. de off. proconſ.* non verò quod fiat præter ordinarium & conſuetum morem ex ſpeciali cauſsâ, ſic enim repugnaret verbum *ſolent.* Diſſ. poſt alios *Scip. Gentil. lib. 3. cap. 28.* quod publicè interſit ſupplicia ſontium non diu differri. Quæ ratio ſi tanti eſt etiam ante aduentum in prouinciam, inprimis ſi mora diuturnior, valere debet quod Gentil. ipſe negat, per *Nou. 128. cap. 20.* Nec certè tanti eſt vt rationem illam formorem vincat, quâ nulli in caput ciuis animaduerſio conceditur, niſi qui habeat ab eo cui ius vitæ & necis eſt vi ſupremæ maieſtatis. Delicta puniri ſumme intereſt reipublicæ, legeſque ac regulas iuris vitiari poſſe, ne impunia reddantur, largior. Vnde & perquiſitio facinoroſorum & comprehenſio municipalibus magiſtratibus conceſſa. At tanti intereſſe citiùs puniri, vt propterea alij quam qui ad hoc publica auctoritate conſtituti eſt exſecutio deferri debeat non largior, quia rationem contra facere perſpicio. † Sed num hoc ſpeciale in caſu violentiæ, vt cognitio mandetur, ex eâ cauſſa. Ita *Muret. ad d. l. 1. pr.* ad alia iudicia publica transferri non debere per *l. 14. de ll. & Bronc. 1. aſſ. 16. Bocer. cap. 6. numer. 23. Obrecht. cap. 5. num. 5. & num. 23.* Verùm *Sc. Gentil. lib. 3. cap. 28.* id ad omnes cauſſas ac ſpecies meri imperij & ius ipſum capitalis animaduerſionis pertinere putat probari, ex *l. 1. §. 8. ad Turpil. l. 2. Cod. de pœn. l. 3. C. Vbi ſiſc. cap. l. 4. C. ad l. Fab. de plagiar. l. 23. §. 1. de appell.* quas ll, producit quoque *Hotoman. 3. obſ. 4.* Sed *d. §. 8.* ſanè ad alias cognitiones pertinere arguit, reliquæ verò leges loquuntur non de eo cui mandata iuriſdictio, ſed qui vicem præſidis tuetur, cuius iuriſdict. ordinariam eſſe ipſe Gentil. alibi contendit vid. s. *h. c. lit. I.* † Idem eſſe magiſtratus ad iter ſe præparet vel reuerſus mox diſceſſurus, arg. *l. 15. §. vltim.* Ex quib. *ca. mai. Matth. Steph. lib 1. cap. 18. num. 38. & ſeqq.* Ac quia infirmitatis eadem quæ abſentiæ ratio perhibetur *l. 8. §. vltim. cum l. ſeqq. de Procur. l. 18. §. pr. de iudic. & ſimil.* inde & ex ea cauſſa mandari concedunt poſt *Cyn. & Bart. numer. 11. Muret. in d. l. 1. Obrecht. cap. 5. num 4. Bocerus cap. 6. numer. 22.* Quod alij rectiùs negant *Muſcorn. de iuriſdict. numer. 137. Sc. Gentil. lib. 3. cap. 28. p. 448. Matth. Steph. libr. 1. cap. 18. numero 46. & ſeqq.* tum quod exceptio iuris auctoritate deſtituta, nec argumenta à ſimili in his quæ meri imperij procedunt s. *h. c. lit. Qq.* tum quod imò nec eadem eſt ratio in propoſito cum hic conſilium prudentis & vigor animi potiùs requiratur quàm virium firmitas Ergo, per *l 2. §. pen. de vacat. mun.* Cæterùm occupationū multitudini non idem tribui receptius eſt, *Muret. d. lo.* (poſt *Bars. ibid. num. 12.* qui tamen *numer. 13.* excipit niſi ipſis criminalibus nimis occupatus vnam cauſſam deleget) *Obrecht. cap. 5. num. 5. Matth. Steph. d. cap. 18. num. 57. Sc Gent. d. cap. 28.* qui hoc probat, per *l. 2. C. deped iud.* quia ex hac cauſſa tantùm in ciuilibus nec iis omnibus delegatio licita. Quæ ratio, etſi ſententia vera, non apprimè apta. Nec enim eadem omnino mandandæ iuriſdict. & iudicis dandi ratio. Quia illud aliquando licet vbi hoc non licet, vt s. *h. c. lit. Ll.* eee *Matth. Steph. lib. 1. cap. 19.* Quibus verbis ſiat ? *Decia. lib. 4. tr. crim. cap. 52. num. 19. Paurmeiſt. lib. 1. cap. 24. num. 13.* Neceſſe autem eſt vt delegatus exhibeat litteras mandati ſine quibus illi non creditur *c. cum in iure 31. de off. deleg. Menoch. 2. præſ. 15. P. Greg. 47. Synt. 22. num. 15. Rosbach. Proceſſ. tit. 5. numer. 21. & ſeqq. Rulant. de Commiſſ. p. 1. lib. 5. cap. 2.* Et exemplum commiſſionis citationi inſerendum, de quo *Mauanta Specul. p. 4. diſt. iudic. 59. & in addit. ibi P. Foller. num. 60. Sc. Gentil. lib. 2. cap. 23. Io. Monach. cap. 6. numer. 13. & ſeqq. Matth. Steph. lib. 1. cap. 37. num 3. & ſeqq.* fff vbi propria dicitur ratione mandantis ſcilicet non legatorum *Mures. ibid. Camil. Plautius ad rub. de off. eius lib. 1. cap. 8. num. 7. & Sc. Gentil. lib. 2. cap. 10. p. 218.* A quo cauendum, dum *lib. 2. cap. 12. p. 326.* ſcribit nuſquam iuriſd. dari à magiſtratu, ſed ſemper mandari quod *d. l. 4.* refellit. ggg *Matth. Steph. lib. 1. cap. 19. Sc. Gentil. lib. 2. cap. 26.* idemque morte principis non exſtinguitur ſicuti ſi mandata eſſet. † *Caſſiod. lib. 8. variar.* Tu vicarius alteris & tua priuilegia non relinquis, quando propria eſt iuriſdictio, quæ datur à principe. † Quando autem princeps ordinariam conceſſiſſe iuriſd. cenſeatur, quando delegatam ſi verbis mandati & commiſſionis vſus *Bart. ad l. 5. de iuriſd. num. 1.* pluribus *Menoch. 2. præſum. 16. num. 23. & ſeqq.* Quid ſi mandet princeps magiſtratui, quod iam ante illius eſt officij ? Non mandata iuriſdictio, ſed quam habet excitata aut diligentiùs iniuncta cenſetur. Quare in ea cauſſa ab illo magiſtratu non appellabitur princeps, ſed proximè, ſi qui alius eſt, ſuperior *cap. licet 12. de off. ord. Matth. Matheſilan. ſingul 89. ibique in addit. Gabr. Sarayna Matth. Steph. lib. 1. cap. 16. num. 54. Sc. Gentil. lib 3. cap. 12. p. 235. Bodin. 3. de Rep. 2. numer. 204.* Nec placet quod *Decia. 4. tr. crim. 25. numer. 16.* magiſtratum tunc duplici poteſtate fungi, ordinariâ & delegata. Sic quando Imp. Cameræ imperiali cauſſas ſpecialiter delegat, ordinariam tamen iuriſdict. exercet, poſt *Heig. p. 1. q. 9. numer. 35. Matth. Steph. lib. 2. p. 1. cap 1 membro 2. num. 226.* hhh ita & *Sc, Gentil. lib. 2. cap. 26. & cap. 27. p. 300.* cuius tamen argumentum laborat vitio. Si propriam, ait, haberet iuriſd. mandare poſſet, & ab eo cui mandaſſet non ipſe, ſed princeps appellaretur. Iam verò ſi iudicem alium dederit ab eo ipſe appellatur non princeps. Ergo † Mala illatio: *nam* nec à iudice dato ab eo, qui proprium habet

habet iuriſd. alius appellatur, quàm qui dedit *l. vl. Quis à quo appel.* Quamquam nec ſibi ſatis conſtat Gentil. dum *lib 2. cap. 3.* ceu ſingulare notat, quod iudex à principe datus habeat iuriſdict. (proprium & ordinariam, de qua ſola eo cap, tractat) etſi magiſtratus non ſit: Sanè ſi ad vniuerſitatem cauſſarum vel in certo territorio iudicem dederit princeps, iuriſdict. ei propriam feciſſe volunt *Bocer. cap 6. num. 31. Sc. Gentil. d. cap. 26* Sed etſi delegatus ſit, ſuperior tamen in cauſſa ſibi commiſſa quouis ordinario *c. paſtoralis 11. §. 1. de off. ord. c. ſanè 11. de off. deleg. Facit L. 18. §. pen. de min.* quod quidam intelligunt ratione dignitatis, non firmitatis, vt *Marantæ diſp. 1. num. 1.* de quo tamen vtroque multum diſceptat *Camill. Plautius ad rub. de off. eius lib. 2. cap. 3. & 3. ſeqq. Fachin. 12. contr. 84. & ſeqq.* Multaque ipſi ſingularia *Sc. Gentil. lib. 2. cap. 27.* Nam & exſecutores & apparitores proprios habet ex conſtit. Zenonis *l. pen. C. de fruct. & lit. expenſ. ex Baſil. reſtituta à Cuiac. 12. obſ. 1.* Et ſententiæ igitur exſecutionem, vid. *Sc. Gent. lib. 2. cap. 30. p. 327. & ſeq.* vbi contrariis occurrit. Aduerſus eius ſententiam ſolus princeps in integrum reſtituit *d. l 18 §. pen* in quo ſummo magiſtratui æquatur, cum aduerſus ſententiam præſidis reſtituat præfectus prætorio. Et poteſt hic per edictum citare, *Nou. 35. cap. 4. verſ. ſi verò etiam*, nec apud eum litigantibus vlla perſonæ præſcriptio obiicitur, ſi rectè *Gentil. d. cap. 27.* Non in eadem cauſſa eſſe delegatum ducis, marchionis, epiſcopi, poſt Bart. & alios *Gentil. lib. 3. cap. 28. p. 445.* quia eorum conſtitutiones pro edictis prætorum habeantur. iii etſi vulgò contra ſtatuant, vt s. *lit. M.* Adeo vt & cauſſas meri imperij eum ſubdelegare poſſe plures velint. Quod ſi de iudicis datione intelligatur, *Donel. j. c. 23. lit. L.* admittit. Sin de mandata vel publ. iudicij exercitione vel animaduerſione, ipsâ, vtique falſum eſt. In quo grauiſſimè labitur *Scip. Gent. lib. 3. cap. 28. pag. 444.* iudicem hunc mandare poſſe merum imperium, Nam ſi nec magiſtratus cui merum imperium conſtitutione principis tributum eſt, ſeu cui vniuerſas cauſſas capitales cognoſcendas & exſequendas dedit princeps, mandare exſecutionem vnquam poteſt *l. 1. de off. eius.* abſurdiſſimè certè hæc poteſtas permittitur iudici cauſſæ fortè vni capitali à principe dato. Numquid plus dabimus ei cui tantùm mandatur merum imperium, & quidem non expreſsè, ſed interpretatione, cum verbis minus adhuc dixerit, quàm cui lex (vel princeps, lex animata,) *dandi* verbo vſa, tribuit. Imò ſic ſemper merum imperium mandari poterit, cum nec haberi poſſit, niſi à principe, id eſt eo qui ſtatui præeſt. Vti in ſtatu populari apud Rom. tribuebatur à populo vel à Senatu nomine & vice populi, in monarchico ab Imperatore. Sed piget in re manifeſtariâ plura profundere. Mirarique ſubit eos qui nobiſcum iudicem hunc cauſſas meri imperij ſubdelegare non permittunt, alienas ferè & longè quæſitas rationes, omiſſis in medio poſitis, ſectari, vid *Men. arb. q 54. numer. 3. & ſeqq. Fach. 1. contr. 47. & 12 contr. 98. Muſcorn. de iuriſd. num. 136. & Paurm. lib. 1. cap. 18. num. 3.* Mandatur vel vniuerſa vel in kkk *ſeqq. Matth. Steph. lib. 1. cap. 18. numer. 58. & ſeqq.* certas perſonas, de omni cauſſâ, vel in certas perſonas de vnâ lite. Itemque vel integra tam notio quam exſecutio, vel vna pars eſſentialis, ſola notio videl. vel etiam notio ſola de vnâ parte cauſſæ, veluti vt teſtes examinet, &c. Cui autem tota, vulgò vocatur delegatus ad vniuerſitatem cauſſarum. Totam olim mandare ſæpe neceſſe fuit, Proconſuli, cui omnia omnium magiſtratuum munia iniuncta *l. 7. §. vlt. de off. proc.* Raro prætori, quia is tantùm in iure reddendo occupatus & Romæ per plures alij magiſtratus lll *Sc. Gentil. lib. 2. cap. 13.* lll Vnde curationes anguſtiſſ. finibus contineri *Bod. 3. de Rep. 2. num. 269.* Et delegationes ſtricti iuris nec extendi poſſunt *cap. vltim. de reſcr. in 6. Cæſar. ref. Hot. 3. obſ. 4.* Aliæ ſunt legati partes, atque imperatoris: alter omnia agere ad præſcriptum, alter liberè ad ſummam rerum conſulere debet † vid. *Rulant. de Commiſſ. p. 1. lib. 3. cap. 2. Gail 1. obſ. 35. num. 3. Sc. Gentil. lib. 2. cap. 13. & cap. 23. Bocer. cap 6. num. 36. Matth. Steph. lib. 1. cap. 20 num. 4. & ſeqq.* In quo cauti ſint aduocati vt reſcriptum palam legi petant, aduertentes quid quantum ve mandatum ſit *Bocer. d. cap. 6. num. 38.* Poteſt & committens, ſi quid dubium conſuli eiuſque declaratio exſpectari, *Gail. d. obſ. 35. num 6.* Ac odioſæ ideo dicuntur à Dd. quamquam *Sc. Gentil. lib. 2. cap. 28. ſub fin.* id ad delegationem principis reſtringat, qui committendo cauſſam aliquam hactenus iuriſdictioni ordinarij detrahat. At ſi ipſe magiſtratus mandet, iuriſdictioni ſuæ nihil derogat.. Omnia tamen ſine quibus commiſſio expediri nequit, tacitè continentur *d. 2. hoc tit. cap præterea 5. de off. deleg. Gail. d. obſ. 35. num. 9. Bocer. d. cap. 6. numer. 40. Rulant. d. lib. 3. cap. 3.* Et poteſt idem ſententiam ſuam exſequi de quo accuratè *Bocer. numer. 45. & ſeqq.* vt tamen remediis aliis imperij non vtatur, quàm quibus poterat vti mandans *Sc. Gent. lib. 2. cap. 23.* & iuriſdict. exerceat neceſſe eſt intra territorium mandantis *Bocer. d. cap. 6. numer. 50.* mmm vid. s. *lit. N.* Quod ita accipi velim vt maiori poſſit mandari id eſt dignitate ſuperiori, & maiorem iuriſdict. habenti, ſed in alio territorio vel aliis cauſſis aut inter alias perſonas. Nec placet quod volunt delegari poſſe ei qui aliàs ordinarius futurus, vbi ſi quid ſit, quod qui mandauit facere non potuit, nec poſſit is cui mandata eſt, etſi aliàs, ſi ſuâ iuriſdictione vteretur, id omninò poſſet *Sc. Gentil. lib. 2. cap. 13. p. 239.* Peius qui ordinariam & deleg. iuriſd. poſſe in eadem perſonâ & concurrere & exerceri, *Decia. 4. tr. crim. 25. num. 15.* Imò ordinaria cognitio vt potior ſit ratio facit vid. *Bodin. 3. de Rep. 2. num. 264. Menoch. 2 præſumpt. 17. num. 2. & 3.* nnn ita *& Sc. Gentil. lib 2. cap. 3.* nnn etſi ipſe aliter *cap. 10. p. 227.* † *Baro in d l. 13.* proprium habere relatum ad iudicem *& Paurmeiſt. lib. 1. cap. 18. num. 3.* † *Muret. ad l. 1. §. 1. de off. eius* Proprium dici 1. quod ſuo iure habetur, nec inuito adimi poteſt ſic accipit *d. §. 1. 2.* ſingulare ac præter cæteros, ſic *d. l 13.* quia habeat quædam quæ præter ipſum nemo eorum, qui in comitatu proconſulis, † *Fopp. ad Aezema 2. diſert. 2.* proprium in *d. l 13. & l 4. de off. eius*, exponit certum vt ſit ſenſus: Antequam mandetur iuriſd. ea tantum expediet dum proconſulis adminiſtrationi iuuandæ adeſt quæ ſpeciatim mandantur, donec mandata generaliter iuriſdict. proprium & certum munus nanciſcatur. † *Cuiac. 7. obſ. 21.* diſtinguit legatum proconſulis ab alio cui mandata eſt iuriſdictio. Et illum plus habere ſtatuit, adeoque propriam iuriſd. Quod probat per *l. 2. Quis à quo appell.* quia à legato appellatur Proconſ. Ab eo autem cui mandata eſt iuriſd. qui mandauit non appellatur *l. 1. d. t.* Vult ergo habere iuriſd. ſuo iure, licet non ante quam mandata eſt, cum illi mandare cogatur Proconſul *l. 4. §. 11. verbo debet de off. procon.* Nec optat ipſe legatum, ſed ei quasi adiutor ex Senatuſconſulto datur. Et æquè vti Proconſul ſuos aſſeſſores habet *l. 9. §. pen. de pœn.* Cui conſent. *A. Gentil. 1. lect. 9.* per *d. l. 4. §. vltim.* verbo debet, non dicitur ſoler aut poteſt, aut quia inconſulto principe adimere, non debet *l. 6. §. 1. d. t.* Denique quia generalis eius iuriſdictio *l. 4. pr. de off. eius.* ideo ordinaria per *l. 2. C. de off. eius qui vic. &c. & Gæd. de ſequeſtr. cap. 1. nu. 66. Ioach. Steph. lib. 3. cap. 12. num. 8. Matth. Steph. lib. 1. lib. 1. cap. 16. num. 64. A. Fab. ad d. l. 13. & Couar. 3. var. reſol. 20. num. 11.* à lege habuiſſe poteſtatem ex nominatione Proconſulis, iudicemque ordinarium dici poſſe, ſicuti vicarius epiſcopi. † Aſt apertè pugnant iuriſdict. cand. mandatam & propriam eſſe, *Camil. Plautius ad rub. de off. eius lib. 1. cap 9. numer. 2.* eumdem pro ſuo imperio agere & alienis partibus fungi. Quin ſi haberet ſuo iure mandare & ipſe alij poſſet, quod nuſquam traditum, *P. Fab. ad l. 70. de R. I. p. 319.* Et quod in *d. l. 1. §. 1. de off. eius*, haberur, proprium nihil habere, qui mandatam ſuſcepit, ad legatum hunc æquè pertinere arguit *d. §. verſ. quare.* Ac legati in partem curarum ac laborum à Senatu & poſtea principe, dati, imperandi tamen ius à proconſulibus habuerunt *Bodin. 3. de Rep. 6. n. 320.* in quorum arbitrio fuit mandare vel non mandare *l. 6. §. 1. de off. proconſ.* Meritò, quia ſuuori ſuo renunciare licet, & poteſtate mandandi vti vel non vti, cum & alias mandatum liberrimæ ſit voluntatis, Nec obſtat *d. l. 4. §. vltim.* vocula debet. Ea enim non neceſſitatem iniungit Proconſuli, ſed ad tempus refertur, quo delegatio fieri debet, præſuppoſita voluntate delegandi. Quippe non ibi quæſtio expediturus an mandare poſſit vel debeat, ſed quando debeat nimirum poſtquam prouinciam ingreſſus. *Don. noſter ad l. 3. C. de pig. num. 5.* † Nihil ne igitur proprium habet legatus. Habet verò nonnulla quæ ei ſpecialiter tribuuntur, ita ſi mandata ſit iuriſdictio. Quæ propria quia non ea ſola ratione competunt quod iuriſdictio mandata, vt *P. Fab. d. l. 10.* in quibus eſſe vult tutoris dationem & ſuſpecti cognitionem, adde manumiſſionis confirmandæ auctoritatem & legis actionem, vid. s *lit. Ii.* quæ occaſione mandati habet, ſed non vi mandati *Plautius d. cap 9. num. 3 & lib. 2 cap. 13. num. 4.* qui & *li. 1. c. 12. n. 13* huiuſmodi eſſe mulctæ dictionem per *l 2. in fi. de iud.* ideoque in eo caſu appellari ab eo Proconſulem, alias non *d. l. 2. Quis à quo appell. & Marc. Lyclama 4 Membran. 13.* Et multa ſingularia habet legatus, licet quod iuriſdict. vſum & exercitium cum alio delegato conueniat, vid. *Scip. Gentil. lib 2. cap. 10.* vbi docet habuiſſe legatum faces lictores & tribunal. Quâ in re ſibi non conſtare videtur.

Nam *lib. 2. c. 9. p. 217.* negat legatum aliúmve cui mandata est iurisdict. tribunali præesse; *d. c. 10.* legatum habere tribunal, non alium cui mandata est, &c. Aſt *c. 13. p. 240.* eum cui mandata est iurisd. pro tribunali sedere (in quo consent. *Gouean. ad l. 16. h. t. nú. 3.*) probat, ex *Cic. de Orat.* vbi Crassus: Nobis, ait, in tribunali Q. Pompeij sedentibus. Quæ forsan sic concilianda: Quod legatus proconsulis habeat quidem tribunal at non dicatur ei præesse, quod id magistratus sit *l. 1. de iudic.* Alius verò cui mandata est iurisdict. nec præsit tribunali, nec habeat proprium, at pro tribunali mandantis sedere possit. † Sed legatum tribunal non habuisse, *Muret. ad d. l. 1. §. 1. de off eius P. Fab. d. lo. confer. Pollet. lib. 1. hist. fori pag. 42.* Vtut sit nihil proprium est legato *d. l. 1. § 1.* eorum scil. quæ mandata sunt, vt iurisdictio: aliquid proprium *dd. 13.* ea videl. quæ mandata non sunt, nec mandari possunt vt tutoris datio, &c. *Perrenon. 1. animadu. 26.* Quę licet propria non dicantur eo modo quo quæ iure magistratus habetur, eo tamen modo quod à Proconsule legatus illa non recognoscat. ooo Quia cum mandantis vice

ooo fungatur eius potestate finita necessariò finitur & sua *Cuiac. in Nou. 134. P. Fab. ad l. 178. de R. I. f. 719.* Et morte antequam res geri cœpta *d. l. 6.* id est antequam à litigatoribus aditus, per *l. 18. hoc tit. Goueun. add. l. 6. num. 9.* etiam ante litem contestatam, *Barro. ad d. l. 6. num. 13.* quod reprobat *Gentil lib. 2. cap. 19.* vid. *Castillo. contr. quotid. cap. 29* & confer *Bodin. 3. de Rep. 2. nu. 267.* Magistratuum vero potestas ordinaria morte principis non soluitur *Bod. d. lo.* quod probat *d. l. 6.* arg. à contrario Excipitur iurisd. ord. quæ alij cohæret, ceu accessoria & ab ea pendet vt in vicariis episcopi *s. h. cap, lit. Scip. Gentil. lib. 2. cap. 28. p. 309. Couar. pract. qq. cap. 4. num. 4. Matt. Steph. lib. 1. cap. 39. num. 14.* † In Francia mortuo rege omnium curiarum iurisd. omniaque officia regia; tanquam quæ expirauerint, confirmari à successore solent, vt *Bodin. 1. de Rep. 8. num. 85.* P. *Greg. 47. Synt. 20. n. 6. & 9. de Rep. 1. num. 34.* quia, ait, officia dantur à Rege sub clausula beneplaciti principis, quod morte exstinguitur. Hos verò modos finiendi communes vocat *Sc. Gent. lib. 2. c. 29.* quibus addit successionem, submoto à magistratu mandante, alioque substituto, per *l. vlt. C. Vbi & ap. quos in int.* Idem proprium soluendæ huius iurisdict. modum ponit abdicationem, cum se iurisdictionem non habere, etsi per errorem, pronunciauit, vt nec ex consensu partium, sine nouo mandato, recipiat *cap. significanti b. 38. de off. deleg. Facit L 55 de re iud. & Matth. Steph. lib. 1. c. 59. n. 36* Addit *Bodin. 1. de Rep. 2. n. 266* pars imperij adeptionem. Contra *Matth. Steph. lib. 1. c. 16. num. 43. Sc. Gentil. lib. 3. c. 12. in fin.* quia nec illa ab initio consistere vetat *l. 3. de off. eius.* Distinguo iuxta ea quæ *s. lit. Mmm.* Non finitur si priuatus antea iurisdict. ordinariam adeptus in alto loco, aliúve caussis, Finitur si ordinarius effectus in eadem caussa. † Exercitio quoque publici iudicij ex caussâ peregrinationis mandata, reuerso præside citra renouationem finitur, *Bart. ad l. 1. de off. eius n. 14. Fachin. 13. contr. 2.* Et ad tempus mandata solo temporis lapsu exstinguitur *Bocer. cap. 6. num. 62.* contra *Scip. Gentil. lib. 1. c. 29. fol. 316.*

CAPVT IX.

Iurisdictionis fines & termini.

SECVNDÒ (de primò vid. *s. c. 6. de 3. j. c. 21.*) VT SIT COMPETENS *t. C. si à non com. iudic.* sic vocatur & in *l. pe. pr. D. l. 1. C. de iurisd. d. l. 2. Si quis in ius voc.* quod competat ei rei qua de agitur seu ei contra quem, proprius ei rei vel personæ. Sic competens actio, *pr. & §. 1. I. de perp. & temp.* libertas *l. 8. §. vlt. de inoff.* vsuræ *l. 40. in fin. de reb. cred.* Qui & suus *l. vlt. C. Si à non comp. l. magistertæ 6. Cod. de iurisdict. l. 49. pr. de iudic. hoc tit.* Cuius IVRISDICTIO, si eam habeat *l. 2. Si quis in ius voc.* VEL generaliùs NOTIO EST *l. 5. pr. de re iud.* apud quem vt suum agere, quis aut conueniri debet, *rub. D. h. t. de iudic. & vbi quisque agere &c.* cuius forum competens *tit. C. de iurisdict. & foro compet.* [a] DE EA RE, VBI ad competentiam QVÆRITVR QVÆ ET QVANTA SIT. Et SI MANDATA, QVANTVM MANDATVM, si & mandari potuit, vt *cap. præced.* SIN PRIMARIA OMNIS TRIBVS FINIBVS CIRCVMSCRIPTA. [b] Loco qui territorium vsurpatur *l. vlt. de iurisdict.* [c] dictum à terrendo *l. 236. §. territorium 8. de V. S.* [d] extra quod priuatus est *d. l. vlt.* vt præses extra prouinciam *l. 3. de off. præs.* [e] & nec inter consentientes ius dicit *l. 3. C. de iurisdict.* Nam *L. 1. D. h. t.* loquitur de habente iurisdictionem. At extra territorium magistratus planè priuatus est, *d. l. 3. de off. præs.* nullam nec iurisdictionem habens nec notionem. [f] Quod autem sit cuiusvis magistratus territorium singulorũ constitutio declarabit, consulendæque cuiusque Reip. leges nec nobis quidem ad id proderunt tit. D. & C. de offi. magist. Rom. [g] cum formâ Reip. mutatâ illi planè exoleuerint. [h] CAVSSIS. Nec enim quisque magistratus in suo territorio quibuslibet caussis præfectus, quod itidem ex cuiusque gentis & ciuitatis scitis & legibus sumendum, quæ tamen rem non omninò expedient. QVIDAM SPECIALITER PRÆFICIVNTVR CERTIS CAVSSIS. [i] Sic Romanis alij criminales iudices, alij ciuiles *tit. de off. ciu. iud. & t. C. Vt om. iud. tam ciu. quàm milit.* Et in pecuniariis, alij præfecti caussis fiscalibus *tit. C. vbi ca. fisc. tit. D. de off. proc. Cæs.* alij priuatorum, & in his quidam certæ speciei vt prætores fideicommissarij *l. 2. §. capta 32. vers. post de O. I.* quidam omnibus, sed ad certam quantitatem *l. 11. de iurisdict.* [k] vbi si quæritur an excessa ea sit inspiciendum quãtum petatur, non quantum debeatur *l. penult. §. vlt. d. t.* [l] Et si plures caussæ, quæ singulæ intra modum cõsistunt, rectè agitur, etsi iunctæ eum excedant *d. l. 11. pr.* [m] Excipiuntur iudicia diuisoria, vbi etsi singuli partem petant, quæ non excedit, tamen si res tota excedat, ad iurisdict. iudicis non pertinet, ob adiudicationem totius rei, quæ in vnum conferri potest *d. l. 11. §. vlt.* QVIDAM GENERALITER IVRI DICVNDO, vbi exceptæ 1. caussæ meri imperij, quæ specialiter, non generaliter tribuuntur, vt *c. præced.* si cui tamen præsidi hæc competere cœperunt, etiam successoribus, in eumdem locum vocaris. 2. Quæ alteri specialiter tributæ. Quantum enim speciali magistratui datum, tantum de generali iurisdict, magistratus detractum, nec cõmunis est iurisdictio, aut præuentioni locus, sed alter solus index. [n] Quod probatur 1. per *l. 80. de R. I.* 2. exemplis. Sic quia Rom. Prætor fideicommissarius *l. 2. §. 32. de O. I.* Prætor alius de fideicom. cognoscere nõ poterat per *leg. 15. de iurisdict.* [o] Sic quia Procur. fisci aut Cæsaris, caussarum fiscalium notio non est præsidi aut procõsuli *l. 1. & 2. C. Vbi caus. fisc.* [p] Exc. est in iis qui in professionem aut negociationem aliquam exercentes cuius summa cura ad se spectat ius dicere possunt. [q] Vbi etsi horum notionem defugere illi nequeant, nec minus tamẽ præsidis iurisdictioni subiecti, vt iudex sit quem actor elegerit *l. vlt. Cod. de iurisdict.* [r] quæ exceptio regulam in aliis firmat. [s] EXTRA CAVSSAS IGITVR SVAS, seu vt in *l. vlt de iurisd.* supra iurisdictionem id est in territorio quidem suo, sed supra modum præstitum, [t] AVT extra caũssas & PERSONAS IVS DICENS NIHIL AGIT *d. l. vlt. & l. 11. D. l. 1. C. h. t. l. 1. C. de ped. iud. l. 6. t. §. 1. de iudic.* vbi latrunculator cui in latrones inquirere iniunctum est, [u] NISI INTER CONSENTIENTES de quo *c. seq.* ET NISI QVÆSTIO INCIDENS, alia principaliter ad iudicem delatâ. Eam enim examinare iudicis officij est, etsi super eâ caussâ principaliter cognoscere nequeat *l. 1. C. de ord. iudic.* [x] vbi species talis: Testatori natus est posthumus. Is per matrem & tutores, ad quos L. rescripta, hered. petit ceu rupto agnatione testamento. Scriptus negat eum filiũ esse fortè quod ex ancilla natus & ita seruus. Quæstio an caussa agi possit apud præsidẽ, quasi eius de statu non sit cognitio & posse agi, *etsi super caussâ status cognoscere non possit*, quæ verba non affirmanter, vt Dd. qui mirè illis se cruciant, [y] sed concessiuè

concessiuè & potentialiter posita augendi caussâ. Sensus: Tantum abest vt in præsenti notio præsidis impediatur, vt etsi principaliter non posset cognoscere de statu, quod falsum est *l. 2. Cod. eod. tit. leg. 1. Cod. de ord. cog.* non tamen impediretur. Et ratio dubitandi, quia videbatur differenda status quæstio in tempus pubertatis *leg. 1. de Carbo. ed.* Sed tum iubetur differri cum bona possessi tantùm petit, non cum hereditatem vt hîc. Et in proposito itaque dato quod principaliter non posset de statu cognoscere, incidenter poterit, *pertinet enim ad officium, &c.* quia omnium officium iudici incumbit, quæ ad rem in iudicium deductam agnoscendam pertinent *l. 25. §. 8. de ed. ad.* & sine quibus iudiciũ exerceri nequit, per *l. 2. de iurisdict.* Subiicitur *quoniam non de eâ, &c.* Nec nihil refert ita de incidente quæst. cognoscatur, an principaliter, nec effectus idem. Etsi enim adiudicans hereditatem vi ipsa filium & liberum dicit, indeque scripto heredi exc. rei iud. obstet, potest tamen idem seruum suum esse ex aliâ intẽdere. Deinde aduersus alios omnes pro libero non ita habetur, ac si de statu iudicatum esset, *l. 1. in fin. l. 2. & 3. de agnos. lib.*

NOTATA.

[a] *a tit. de extr. de foro comp.* & tribunal. competens *leg. 35. §. 2. de Proc.* Forum autem cuius sex acceptiones, ex *Festo lib. 6.* petere licet *P. Greg. 2. de Rep. 6. num. 1. Io. Monach. ad rub. extra d. tit. num. 3. & Pract. iudic. p. 2. cap. 5. principali nu. 4.* vt hîc sumitur pro iudiciali est locus litium exercendarum *c. forus* 10 *de V. S.* (vbi illatiuè in masculi. vsurpari volunt *Poll. lib. 1. hist. fori cap. 1. num 1. Vuesenb. ad hoc 1. C n. 78* cum fori tabulata nauium significent, *Virg. 6 Æn. Cic. de Senect.* Attamen ita *Lucil. lib. 3.* Romanis ludis forus olim ornatus lucernis, teste *Non. Marcello de Propr. serm. f. mihi* 1372.) vel vt *Pollet. d. lib 1. cap. 2.* vbi caussarum officina & veluti quoddam iuris diribitorium. Quod magistratus habent actiuè litigantes passiuè *Vult. ad leg. 1. Cod. hoc tit. num. 5. 6. 7. Matth. Steph lib 1. de iurisdict. cap. 27. num. 10.* Hinc Forum agere dicti magistratus prouinciales, cum iuris dicendi caussâ conuentus indicerent, de quo *Rauar. Protribunal. cap 14* Eodemque sensu ferè Magistratus vrbani indicere forum & edicere concilium, ibid. *cap. 16.* Nomen deducit Isidor. *d. c. forus 10. de V. S.* à fando vel à Foraneo rege Græcorum. Prior notatio vim insuper syllabæ quantitati facit, posterior indigenæ auctorem exoticum affingit, vt ait *Pollet. d. cap. 1. num. 3.* Aptius *Varro 4. de ling. Lat.* à ferendo, quo conferrent controuersias suas & quæ vendere vellent. Quod etymon vtrique foro conuenit, quod Romanis duplex Iudiciarum & Negociatorium seu venale, *Coras. ad l. 1. de O. I. numer. 8.* De priori hæc: ius fori *l. 7. Qui sat. cog.* disputatio *l. 2. §. 5. de O. I.* præscriptio *leg. vlt. C. de exc. & simil.* foro interdicere *l. 9. §. 4. de pœn. Vues. ad hoc tit. Cod. num, 79.* De posteriori: foro cedere *l. 7. §. 2. De positi l. vltim. de cur. bon. dan.* Et quia mercatores non solent præscribere, quanti merces vendituri, donec pro occurrente fori carritate consilium pluris minorisve vendendi capiant, inde ductâ metaphorâ. Prouerbium Vti foro, id est, rebus præsentibus se accommodare *Coras. ad d. l. 1. num. 10.* † De Græcorum ac Romanorum fotis à nostratibus diuersis, vid. *Pancirol. lib. 1. Memorabil. cap. 19.* † Iurisdictio itaque si intra limites, quibus definita est, se contineat, dicitur habere forum competens sin euagetur incompetens, *Vult. ad l. 1. Cod. hoc tit. num. 2.* illud ordinaria sedes dicitur *l. 4. C. h. t.* hoc vetitum examen *l. 5. C. eod. Vuef. d. lo. num. 83.* [b] ita & *Bocer. de iurisdict. cap. 7. num. 4. Vult. ad l. 1. C. h. tit. num. 28.* qui & *num. 16. & seq.* Iurisdictio inquit, quoad essentiam & sui naturam, omnibus eadem, nec recipit magis & minus, sed quæuis locis, caussis, personisque limitata. Quò respiciunt toties illa quasi concepta verba: pro suâ iurisdictione *l. 2 Si quis in ius voc. l. 16. de mun. l. 3. de postul. l. 3. §. 5. Ind. solui rub. C. Qui pro suâ iurisd.* secundum iurisdict. *§. 4. I de Attil. tut.* secundum ius potestatis suæ *l. vn. Si quis ius dic.* † Idem *ad l. vlt. C. Vbi in rem act. num. 3.* his tribus quartum addi posse censet. Tempus videl. (seu, vt mallem eum loqui, Ordinem) propter eum qui iudices plures subordinatos habet, vbi inferior prius adeundus, deinde proximè superior, & sic ordine vs-

que ad supremum. Quamquam idem *add l. 1. num. 149. p. 91.* superiores tunc æquè competentes esse velit, sed ordinem confundi non debere. Ac si coram superiore conuentus non excipiat; non propriè prorogasse, sed anteuertisse iurisdict. inferioris videri, etsi pragmatici hîc quoque prorogationis verbo vtantur, ibid. *num. 158.* Sed hoc malè incompetentia ordinis vocatur, quando inferior, cuius cognitio antecedere debet, præteritur. *ab eod. ad l. 4. C. h. t. num. 19.* Quibus verò modis fundetur iurisdictio superioris vt omisso medio adiri possit, vid. *Zang. de except. p. 2. cap. 1. num. 138. & seq. add. Vult. ad l. vltim. C. Vbi in rem. num. 19. & seqq. Otho Meland. Comm. Camera. p. 1. f. 48. & seqq.* † *Paurmeist. lib. 2 de iurisdict. cap. 8. num. 63.* Iurisdict. restringi iure communi quatuor modis: Quoad territorium, caussas, personas, & quoad partes iurisdictionis, seu actus iudicij. [c] Cui iurisd. passiuè & materialiter inesse vel inhærere, sicuti in persona magistratus actiuè & formaliter tralatitium est, *Hieron. de Monte tr. Fin. reg cap. 11. num. 15. Vuef. ad h. t. C. num. 26. Marta de iurisdict. p. 1. cap. 47. num. 5. Io. Monach. c. 2. num. 7. Obrecht. cap 12 num. 1. Loach. Steph lib. 1. cap. 5. num 25. Matth. Steph. lib. 1. cap. 33. num. 2. & 6.* Vnde *Hieron. de Mon. d. tr. Fing. reg. cap. 77. num. 1. & Knich. de Sax. non pronoc. iure cap. 4. num. 65.* iurisdict. adeò plantatam esse territorio, vt ab eo diuelli nequeat. Sed *Bocer. cap. 8 num. 3.* iurisdict. non inesse territorio, vt seruitus prædio, nec esse qualitatem eius, sed adiunctum quod versatur circa id, idem *cap. 8. num. 16.* territorium esse subiectum occupans, at non recipiens iurisd. *add. Luchin. de Curte alleg. iu mater. confin. num. 7. post Bart. ad l. 1. de iurisd num. 15. & seq.* Et nullam iurisd. inhærere territorio, *St. Gentil. lib. 3. cap. 23.* † *Paurmeister. lib. 1. cap. 28. num. 7.* pro subiecta materia ex diuersis acceptionibus territorij hoc definiendum statuit. Quod verò quidam ordinariam iurisdictionem generalem tantùm requirere territorium, ordinariam certarum caussarum vel personarum non item, *Matth. Steph. lib. 3. de iurisdict. p. 2. cap. 12. num. 29. & seq.* Vnde academicum magistratum territorium habere negant, idem *lib. 1. cap. 27. num. 26. & cap. 33. num. 7. Bocer. cap. 3. num. 93. Vult ad l. 1. C. h. t. num. 10.* Hoc ita admitto, quando territorium sumitur pro ditione, seu prouincia quæ alicui gubernanda commissa, vti cum de iure superioritatis tractatur, hodie significatur regio quæ statui imperij qui immediatè subest concessa, *Matth. Steph. lib. 2. p. 1. cap. 7. num. 10. & 2. seq. Knich. de sublimi territ. iure cap. 1. numer. 189 & seqq.* Verùm hic latiùs accipitur pro loco quo circumscripta est iurisdictio. Quo sensu non is solus territorium habet, cui subiecta est ea prouincia, ciuitas vel locus. Hoc enim pluribus vno non conuenit. Atqui apud Rom. plures in vno territorio, maximè in vrbe, fuerunt magistratus, singuli diuersis caussis præpositi. Plures igitur territorium habuerunt idem. Sic Procurator Cæsaris, vice præsidis non fungens, non habuit territorium sibi subiectum, habuit autem territorium id est certos fines, intra quos iurisdictio illius quoad illas caussas, quibus iudicandis constitutus erat cingebatur. *Vult. ad l. 1. h. t. num. 53.* Vnde etsi in lite priuatorum vtrinque inter consentientes ius dicere *d. l. 1 C. h. t.* non tamen extra prouinciã in qua mittebatur. Rectè itaque qui eum cui in certas personas iurisdictio est, propter easdem habere territorium circumscriptiuè, vt loquuntur, quos citat *Th. Mich. de iurisd. concluf. 144.* Quo sensu & Rectores academiarum territorium non habere videntur, vt *Matth. Steph lib. 1. cap 33. num. 8.* sed omninò habent. Vt & Episcopi, licet aliàs territorium temporale non habere dicantur, sed diœcesin, *Hieron. de Monte tr. Fin. reg. cap. 12. P. Gregor. 47. Synt. 21. num. 33. Io. Monach. de iurisdict cap 2. num. 10. Paurmeister. lib. 2. cap. 7. num. 20.* etsi iure nostro diœcesis prouinciam denotet *l. 1. C. de priuat. carc. Alc. ad d. l. 239 §. 8. de V. S. num. 2.* [d] id est submouendo, quia lictores cum fascibus nabebant magistratus, quibus mandabant vt turbam submouerent, *Alc. vt ad d. §. 8. num. 9. Baro ad l. vltim. h. t. Goueun. ibid. num. 4.* licet *Frontin.* sic dici velit, quod terrendi hostes caussa constituerunt. ref. Gouea, minùs aptè. Aliter *Seru. in Virg 5. Aen.* à terrendo quasi tritum bobus & aratro, ref. *Forcat. dial. 73. num. 5.* † *Varro 4. de ling.* à teretido deriuat terram & territorium quod maximè teratur, quod probat. *Cui. in l. 53. C. de decur. lib. 10.* quia pro terra & fundo ponitur *leg. 3. C. de nat. lib l. 28. §. 4: C. de ep. & cler. & Gou. d. num. 4.* † Olim in coloniis tantùm dicebatur, non aliis ciuitatibus *Turneb. in Varr. de ling. Lat. f. 273.* Postea nec oppidorum tantùm ac ciuitatum, sed & prouinciarum dicta territoria, vt ex *Siculi Flacci lib. de condit. agro.* docent *Vult.*

ad l.1.C.hoc tit.num.8.M.Steph.lib.2.p.1.c.7.num.5. & seqq. Et plura territoria specialia vnum generale, omniaque commune ei vniuersale, quod est vniuersum imperij Romani, constituunt, *Vult. d lo.* † Idem significare districtum *Gæd. ad d.§ 8.num.1.* quæ vox à distringendo, id est coërcendo dicta, legitur *1.Feud.5 in fi.c licei 9.extr. de Probat.* Ersi quidam putent propriè dici in mari & locis adiacentibus, *ref. Monach.de iurisd cap.2.num.9.* Alij latiùs patere ac denotare quicquid ex alieno ditioni, iure belli vel quo alio, adiectum, ref. *Alc. ad d.§.8.num.2. Hie. de Mon.tr.Fin.reg. cap.7. num.4.* † Sanè forum à territorio differt quod hoc locus est vniuersalis, in quo locus plerumque peculiaris assignatus magistratui, quo ius dicat *l.pen.de I. & I.* qui dicitur forum, *Vult. ad d.l.1.* e itemque Proconsul. Nam quod *l.vlt.de off. Proc.* habetur ingressu portæ Romanæ vrbis deponi imperium, non inde sequitur quasi vbique id extra Romam exerceat, sed id rectè Accurs. accipit de insignibus ac ornamentis, quæ vti assumit statim, atque vrbem egressus, *l.1 d.t.* ita deponit postquam regressus, *Cui.in Nov.95.* vbi & accipi posse censet de voluntaria iurisd. per ea quæ *lit. seq. add. idem 12. obs.33.* Sic Præfectus vrbi extra terminos vrbis *l.vlt.de off præf.vrb.* quam ita interpretatur, *Gæd. ad l.2.de V.S. num.2 & 3.* quod dignitatem quidem & maiestatem suam habeat intra 100. lapidem *leg 1.§.d.t.* Ius autem extra vrbem non dicat. Quamuis de omni causa quæ extra muros ad 100 vsque lapidem accidit, ius dicere, sed *in vrbe iudicem*, qui extra vrbem etiam iudicet, dare possit. Quomodo non necesse in *d.l.vlt.* vel submotâ voce *extra, intra* substituere, vt *Hoto.4 obs.22.* & in *Epitomat.eo. tit.num.3.* vel eidem vocula *nec*, addere, vt *Gotho.& A.Fab. ad d.l.vlt.* † Plures ad hanc regulam locos profert *Zoan.defens.tripart.p.43.& seqq.* docens si notorie limites iurisdict. iudex excedat posse de facto resisti ac si vim adhibeat vi contraria defendi, vid. *& Decia.tr.crim.lib 4 cap.19. Col. de Proceff p.2.c.1.num 6 & seqq.* Quin & principem extra ditionem priuatum esse nec inter subditos suos ius dicere posse. *M. Steph. lib.2 p. 1. cap.7 nu 197. & seqq.* f Ideoque iurisdict. quæ nulla est extendi nequit, deficiente subiecto. Atque hoc est quod vulgò: Prorogationem iurisd. de loco ad locum admitti si conueniatur, vt alio loco iudicetur, quam qui receptus, modo intra territorium (& modo is locus non exemptus *c.cum Episcopi & ibi gl. de off. ordi. Schrad. de feud. p. 2. 9. partis princ. sect.3. num.157. M. Steph. lib.1. de iurisd. c 33. num.15.*) veluti aut alibi quàm pro tribunali, vel vt Boc. vt iudex Noribergensis ex. g. Altorfij iudicet. Non verò admitti si extra territorium potestas iudicandi transferatur, veluti vt Noribergensis Erfordiæ ex. g. iudicet. Quod ipsum tamen licere eo casu docent, quo consensus iudicis illius loci accessit, *Bald. in l vlt. de iurisd. num. 6. Lud Rom.singul. 50.* (limitans tamen nisi iure speciali competat) *Monach.in c.significasti 18. extr. de foro comp num.12. & seqq. Knich. de sublim. territ. iure cap.4. num.6. Boc. de iurisdict. cap.7.num.40. Paurmeist. lib.1. cap.25. nu. 42. M. Steph. lib.1 c.21. num. 27. & seqq.* Et tunc requiri expressum consensum litigantium, nec tacitum sufficere *P. Foller in addit. ad Mavant. p.4. distinct. iudic. 12. num.4.* Quæ exceptio (nisi iudex loci consenserit) receptâ opin. nititur, ast iuri Iustinianeo vix conueniens, per eâ quæ Don hic & arg. *l. pen. de off. præf.* Nisi quis dicat consensum illum habere vim mandatæ iurisdictionis, quod difficultate non vacat, nec recipi potest, quando ex gr. inter ciues Lipsienses conuenit, vt iudex ipsorum ordinarius Magdeburgi ius dicat. † Aliam exceptionem plerique tradunt in iurisdict voluntaria, cuius actus extra territorium expediri posse rentur, cum in sui exercitio loco non circumscribatur *leg.36.§ 1. de adopt. l.2. pr. de off. proconf.* Vnde *d. l.vltim. de iurisdict.* de contentiosa solum exaudiunt. *Dtear ibid. Marc. de Mantua singul.141. Bocer. de iurisdict. cap.3. num 22. Knich. de sublim. territ. iure cap.1. num. 344. Couar. 3. resolut. 20. num.4.* reprobans distinctionem quorumdam, an iure communi ordinario competat, an speciali & ex priuilegio, *Math. Steph. lib.1. de iurisd. cap 33. num. 24 & seqq.* Idemque tradunt de inuestitura & quæcumque causa cognitionem non requirunt *d cap.33. num.30.& seqq.* Quamquam in priori illo speciale quid in Proconsule agnoscere videatur *Cuiacius 20. obs.37. & Thom. Mich. de iurisdict. conclus 245.* g De quibus si quis exactam cognitionem expetit, eam hauriat ex Notitia Imperij vtriusque, editâ & accuratis Comment. illustrata, a *Guid. Pancirollo. Eorsh. lib.1 de iurisdict. Rom. cap.1. P. Greg. 47. Synt. Polle. lib.3. hist. fori cap.4. & seqq. Obrechtus de iurisdict. cap.11. Iacob. Pontan. Progymmasm. volum.3. p. 2. &c.* h Et nomina magistratuum vna cum officiis frequentari desierunt, post *Gœden. conf.39. numer. 2. Bocer de iurisdict. cap. 8. numer. 69.* Iurisdictionisque ratio plurimum innouata. Vt si quis antiquas regulas sine delectu nostris magistratibus adaptare velit inanem sumat operam, grauibusque erroribus implicetur, *Heig. p.1. quæst. 2. numer.5. Matth.Steph. lib.2. p.1. cap.4. num. 1. & 2.* Quondam solà administratio reipubl. ad magistratus cum iurisdicendi potestate pertinuit, vid s. *cap.7.* Quin & Ducatus, Comitatus ac Baroniæ primo institutionis tempore munieris erant non patrimonij ac officia publica ad nutum, vt loquitur *Nicol. Cusa. lib. 3. de Concordantiâ catho. cap. 28.* remouibilia. Postea siue à Carolo Magno, siue, vt alij, ab Ottone 1. & in Gallia ab Hugone Capeto dignitates temporariæ antea, effectæ perpetuæ, vid. *Cusan. d. cap. 28. P. Heig. d. quæst. 2. Paurmeist. lib. 2. cap. 10. num. 8. & 9. Knich. de Sax. non pronoc. iure v. Duc. Sax c.4. numer. 56. & de sublimi. territ. iure cap. 1. num.90. Hotom. in Francogall. c. 17. & disput. feud. 18. Conna. 2. Com. 9. numer. 5. Bodin. 3. de Rep.5. num.303. Cabot. 2. disput. 30. &c.* Indeque quidam in consortium imperij quasi admissos fuisse Duces, Marchiones & status imperij, vt eodem ferè iam iure teneant prouincias adsignatas, quo Imp sibi retenta, vt *Math. Steph. lib.1. cap.1. num 3. & 4.* scribens licet imperium monarchicum manserit, eius tamen gubernationem (quam à statu aliam esse Bodi contendit *2 de Rep.2. num.* 189. *& 6. Rep. 6. num. 772.*) esse aristocraticam, de quo nihil hic statuo, neque huius loci est, fortè etiam vix conuenit. Hinc vulgatissimum illud Principem imperij in sua quemque ditione, imperatorem esse, & tantum posse, quantum Imperator in imperio, quoad subditos suos scilicet, quorum respectu dominium directum habeat, vtile verò respectu imperatoris & imperij *Vuef conf.27. num.28* vid. *Gail.1 de pos. publ. 6. num. 10. Dauth. de testam. numer. 36 Thom. Micha. de iurisdict. conclus 45. & seqq. Iacob de Puteo alleg. in mater. consp. num. 42. Bocer cap.8. num. 6. Matth. Steph lib. 2. p. 1. cap.1. numer.42. & cap.7 numer.33. & seqq. Knich. de sublimi. territ. iure cap.1. num.361. & seqq. Obrecht. de iurisdict. cap 4. num. 16. Sc.Gentil. lib.3. cap 18.* hodie quod ad iurisdictionem attinet, multos Cæsares esse scribens. Idemque tribuunt ciuitatibus imperialibus ac liberis *Scip. Gentil. lib 3. cap. 22. Bocer. cap.8. num.81. Matth. Steph. lib.2. p. 2. cap 1. num, 54. & seqq.* vt habeant iura principum realia, licet personalia non habeant. Quæ tamen captionem ex parte ad infinitum continere scribit *Paurmeist. lib.2. cap.vltim. cir fi.* Qui & prius illud de dominio directo, ceu falsiss. ac in principia iuris feudalis impingens reiicit, *lib.2. cap.4. num.70. & seq.* quod & alij restringunt ac declarant quos refert, *Gaspar Klocke dissert. de Contribut. conclus.8.* i Vnde *Paurmeist. lib.1. cap.10. numer.23.* iurisdictionem aliam generalem, aliam specialem facit: Sic causæ feudales à domino feudi vel paribus curiæ diiudicantur, vid. *Bocer.cap.3 num.55. & seqq. Matth.Steph. lib.2. p.1. cap.7. membro 4. Paurmeist. lib.1. cap. 10 num. 27. & lib.2. cap.5. num.90. & seqq.* præter Feudistieos Dd. quos referre non est præsentis instituti. Sola verò feudi cognitio ordinariæ iurisdictioni non subiicit vasallum aliàs non subiectum domino, nisi in controuersis feudalibus, vid. *Paurmeister. lib.2 cap.8. num. 41. & seqq.* exceptionem habens *num.49.* nisi ex spontanea eorum subiectione vel conuentione, aut præscriptione aliud obtineat. † Sicuti in Curia Electoris Saxoniæ Comites & Barones, qui extra ditionem illius domicilium habent, si feudum aliquod ab electore recognoscant, quin immò etsi nec feudum vllum possideant, sed de eo simultaneè tantùm inuestiti, in personalibus quoque respondere & actiones excipere tenentur, *Simon Vlric. obs. Curiæ. Lipf. cap.8. &9.* quæ habetur suppresso, vt plures aliæ, nomine tomo 3. *Consultat. Saxon. p.3. q. 11. & seqq.* k Veluti defensores ciuitatum, quibus olim ad 50. solidos vsque iurisdictio *l.1. C. de defens. ciuit.* postea ad 300. aureos prolata *Nou. 15. cap. 3. §. vltim. vbi Cuiac. Vult. ad l.1. Cod. de iurisd. num.36. P.Greg. 18. Synt.18. num. 5. Scip. Gentil. lib.2. cap.6. Matth. Steph. lib. 1. cap 31. num. 53. Paurmeist. lib.1. cap.11. num.21.* Vbi si 400. petita, sententia planè nulla, & nec in 300 valet. Licet enim minor summa maiori insit, coërcetur tamen magistratuum conatus qui modum excedunt, vt Baro *ad l. vltim.h.t.* Accedit quod instantia iudicij non diuidenda, nec eadem res coram diuersis tractanda *Hieron. Alban. addit. ad Bart. in l.vlt. de iurisd. tit.11.* Maioris verò summæ causas Proconsul audiebat, non obambulando omnes prouinciæ ciuitates iurisdicendi gratia, sed statò anni tempore, hyberno cumprimis cum à belli munitis vacaret, conuentum indicendo & forum agendo vt ex Cic. Liuio &c. bellè probat *Rau. Protrib.c.14.* † Iuxta hanc quantitatem duos gradus iurisdictionis pro ex *illis* vulgaris, constituit *Bocer. cap. 3. subst.* vt primus contineat causas quæ excedunt 300. solidos vel æstimationem non recipiunt. Alter quæ infra eam summam consistunt. Expedire enim reipub. censet. causas tenues ab inferioribus disceptari. † Aliquando sanè quantitas minor, quam vt cognitio sit eius magistratus, sicuti ordinatione Cameræ cautum est de non recipiendis causis infra 50. aureos Rhenanos, quæ summa postea ad 150. extensa est in Comitiis Spirensib. anno 1570 *§. ars vir dann. Mynf. 3. obs.89. & 5. obs. 83. Gail.1. obser.123. Vult. ad l.1.C.h.t. num.36.* & nouissimè ad 300. florenos iuxta deputationem Spirensem anno 1600. si rectè *Matth.Steph lib.1.c.31.nu.35.* l Attenditurque principium petitionis, nec si pendente lite valor rei creuerit, iudex sit incompetens, *Bart. in d.l.11. num.2.* vt in supremo imperij tribunali obtinuit *Mynf. 3. obs.* 100. m Non sit coacturiato summarum ad impediendam iurisdict. licet interdum fiat, vt in casu *l.9 de pact.* fauore debitoris *Gouean. ad d.l.11. numer.1. vid. Georg. de Cabedo p. 1. decis. 21.* n Vulgò contra sentiunt iurisdict. in vnâ specie causarum fauore publico concessam in dubio censeri factam cumulatiuè ratione ordinarij, cui iurisd vniuersalis, vt apparet ex *Menoch. 2. præsumpt. 18. num.26 & seqq.* plerosque pro ea Dd sententia textus producente, sed quos plerosque vel impertinentes, vel ad casus speciales pertinere ipse ostendit, exceptis *l.vlt. C.h.t. & l 1.C.de off. præf. vrb.* quamquam *in d.l.1.* quod nec diffitetur *Menoch. num.27.* cura annonæ, specialiter concessa præfecto annonæ, difertis Impp. verbis, seruatur etiam præfecto vrbi, cui generalis iurisdict. Vnde argum præbetur quod, absque eo esset omninò iurisdict. generali derogaretur Ad regulam Species derogat generi *Bt. Meno num 29.* locum habere in dispositione hominis non legis, quod *d.l.80.* refellit 2. locum non habere in iurisdictionalibus fauore publico. † Sed vt de his plenior habeatur cognitio, paucis de iurisdict. separatâ quæ priuatiuè, & communi, quæ cumulatiuè vulgò haberi dicitur, vt omissa à nostro suppleantur, dicemus. Vtroque modo vel haberi dicitur quoad principem superiorémve concedentem, vel quoad alium magistratum ab eodem constitutum Nam respectu huius priuatiuè competere potest qua respectu Principis cumulatiuè, *Bocer. cap.8. num.* 34. Forsan sic expeditè. *Respectu sui principis*, vel superior, *aut tributi* iurisdictionem, *per collationem*, concessionemve. Et ita in dubio censetur quod sibi eandem vel maiorem retinuerit, *Menoch. 2. præs.18. num.1. Coler.de Proceff. p.2.cap.1.num.127. & seq. Mynf 6. obs.99. num.2. & 3. Frentacinq lib.1 resol practi tit.de iurisd. resol.1. Zang. de exc. p.2. cap.1.num 65. P.Heig. q.1.q.9. num.20 & p.2. q.25. num. 18. Bocer. d.num.34.* tum quod in generali sermone persona loquentis non contineatur, tum quod iurisd. omnis in principe, ceu fonte resideat, vid. *not. s. c.7. lit.O.* etsi priuilegij titulo concessa *Zang. d. numer.65* per *c.dubium 13.§ his igitur de præbend in 6.* ac etsi titulo onerôso, vt *Heig d.q.25.num.21. iunctio num 2.* ideoque supremæ Curiæ Spirensi communicatam esse iurisdictionem non à principe abdicatam verius censent. *P.Heig d.q.9.n.19. & seqq. Gothof. Anton. disp. Antiuuli in Coroll.th.20.* fusè *Matth. Steph. de iurisd lib.2.p.1.cap.1 membro 1.num.218.* & seqq. *Aut per abdicationem.* Sic tribui volunt quæ in feudum conceditur, feudóve concesso annexa est, *Meno. d. præs 18. num.5 Coler.d cap.1. num 132.* volens omni iurisdictioni potestate tunc se priuare, solo retento iure superioritatis & regalium, *Bocer.d.lo.* quia ait, feudum instar vsufructus, qui solius fructuarij est Nec ferè aliàs: nisi de voluntate concedenti doceatur, aut ita præscriptione quæsita sit *Coler.d.lo.n.137. & seqq Parlador. 2. rer. quotid. 1. n.15.* Quam sibi vindicant ciuitates, quæ merum imperium habent ac magistratus suos sibi ipsis constituunt, *Zang. d. lo.* Vnde in prima instantia superior adiri aut contra eos præuentio induci nequit, *Coler.n.138. Math. Steph. lib,1. cap 26. num.18.* † *Respectu alterius* magistratus ab eodem superiore, constituti, tributur, *vel per communicationem & aut pluribus*, non vt singulis, sed, *vt vniuersis*, quam communem vocat, *M. Steph. d. cap.26. num.24.* vbi singuli separatim exercere non possunt, sed omnes simul *l.37. l.39. de re iud. c. prudentiam 21. de off. de leg.* nec præuentioni locus *Menoch.d.præs 18. num.8. & num. 38. Bocer. d. cap 8. n.46.* Exempla in *l.8. & l. vltim. C. Vbi ca.fisc.l 38. ibi, communi audientiâ, &c. C.de appell.* Maioris tamen partis præsentia & cognitio sufficiet si collegio alicui ita tributa sit, arg. eor. quæ habet, *Gail.2.de pa.publ.7.num.16 & seqq.* alias contra per *d. l.39.* dict. *Bocer. num.47. Aut singulis in solidum,*

vbi plures parem habent iurisdictionem, seu concurrentem ac quisque separatim eius exercitium habet, nec quis ab initio adeatur refert, sed vno adito alterius iurisd. præuenta est, *Vult. ad l.4. C.de iurisdict. num.25. Matth. Steph d.c.26. num.3. & seqq. Decian.4.tr.crim.20.num.2. Maria de iurisd. p.2. c.2. num.4.* Ita habetur quando iurisdict generalis & ordinaria eodem in loco pluribus tributa *Menoch. d præs.18. num.8.* Talem fuisse iurisdict. consulum, *Bocer.d.lo nu.43. per l vn.§ 1.de off.cons.* itemque Prætoris peregrini, quem causas etiam ciuium iudicare potuisse & concurrentem habuisse iurisdict. cum vrbano, *Menoch. num.27. Bocer, num.38.* per *l.2.§.28.de O.I. v plerumque* cum quibus non facio. Confer. *Sigon. lib.1.de antiq.iur.ciu.Rom.cap.20.* Sic Vicarius à lege vel principe assignatus iurisd. concurrentem cum magistratu illo habet, per *not.e,præced.lit.I.* Non item quando specialis iudex ad certas causas vel inter certas personas generali adiungitur, etsi vt s. *Dd.* regulariter & in dubio contra statuant. Et hæc est concurrens iurisdictio magistratuum ciusdem territorij. Aliquando concurrens iurisdictio inter iudices diuersorum locorum, vbi æquè præuentioni locus, vt cum in eadem causa alius iudex ratione *domicilij*, alius ratione contractus initi vel solutionis collatæ. Item si delictum in vnius ditione inchoatum, in alterius perfectum *l.1.C.Vbi de crim. Matth.Steph.d.cap.26. num.8.* Quandoque etiam iurisdictiones inferiores, inter se separatæ alias, concurrunt in vnâ superiore, quando scil. ne reus in diuersa iudicia distrahatur adiri potest iudex omnium communis, vid *Vult. ad l.4. C.h.t.num.25. Vel per abrogationem* (Nota. Per abdicationem dixi conferri, quando iudex ad priuatum concedentem iurisdict. habet priuatiuè, veluti vasalli, vt supra, per abrogationem verò quando iudex specialis ad iudicem generalem, qui vterque tamen ab eodem principe iurisd. agnoscunt. habet priuatiuè, vbi huius constitutione potestati illius aliquid abrogatur *l 1.C. de off præf.vrb.* principis autem nihil, ad quem nihilominus vterque iurisd. agnoscunt cumulatiuè, iuxta vulg. terminos) vti regulariter quoties specialis cognitio, certarum personarum caussarúmve ratione tribuitur, alias iudici vniuersali cæterarum caussarum competitura, vt hic noster. Quamquam verò *Menoch. cum Dd. vt s. & Georg. de Cabedo p.2. decis. 13. Marc de Mantua singul. 99* regulam contrariam constituant plures tamen casus excipiunt quibus priuatiuè iurisdictionem habere iudicem specialem ratione generalis concedunt. Vt quando magistratus ciuitatis alienius iurisd. habuit etiam in oppidis & castris subiectis, deinde datur iudex specialis illi castro, vel oppido, per *Non.115. cap 3 in fi. Menoch.d lo.num.11.* Item si iudex duobus ante oppidis ius dixit, quorum alteri nouus deinde iudex datus *Menoch. num.* 15. Aut si fauore personarum iurisd. alteri concessa *Cabedo d.decis 13. num.9. Menoch d.lo num.17.* vel priuilegio eius cui concessa est, idem *num.23* Item si præscriptione acquisita, maximè si contra quem præscriptum prohibitioni acquieuit, ibidem, *num. 24. &c.* Cumprimis verò quando per verba taxatiua ad certum caussarum genus concessa. *Menoch.d.lo.num 13 Bocer. d. cap.8. num.37 Frentacinq. d.resol.1 num 2.* meritò reprobans contra sentientes. Quæ enim aliàs vis erit taxatiuæ, Exempla *l. viros 8. C. de diuers. of. l. vlt.C.vbi cau. fisc.* ex quâ tamen quidam contrarium perperam adstruunt, quasi illo casu etiam rector prouinciæ cognoscat, per *l.8. C.eod.* atque ita nec per verba taxatiua *d.l.vlt* iurisd. illius generalis adempta censeatur. Nam species dd.ll. diuersæ ostendit *Menoch. d. lo. num.28. Boter. d.cap.8. num.39.* o vid. *Vult. ad l.vn. C. Vbi fid peti num.20. & seq. Sc. Gent. lib.2.de iurisd. cap. 22 p.280. & seqq. add. not. s. lib.7. c. 24 lit. A.* p Malè igitur & contra *d.l 2.* docent *Menoch 2.præs 18. num.28. & Bocer de iurisdict. cap.8. num.19.* iurisdict Procur. Cæsaris exerceri quoque à Proconsule posse, per *l.9.de off. proconf.* vbi voculam *melius* dicunt esse comparatiuam Sed imò positiuæ vim ibi habet, vt in *l. 1. de ineffi. test* q Non tamen nisi in caussis, quæ ad negociationem eam, seu artificium collegij spectant, vid. *Foller. in addit ad Mavant amp.4. distinct.iudic.9. num.88. & seqq. Gail.2.obs.20. num.9.* siue publicæ sint vniuersos collegas concernentes, siue priuatæ singulos Nam vt *Bald. in d.l.vlt. in fin.* Titius mercator duplicem respectum habet. 1. Vt mercator, sic subest præfecto mercatorum & statuto. 2. Vt Titius alius ciuis; sic subest magistratui ordinario & ciuitatis legibus ac statutis, *Vult. ad d.l.vltim. num. & Matth. Steph. lib. 2. de iurisd. p. 2. cap. 8. num 15.* Nec tantùm si adhuc collegiatus sit reus, sed etiam si fuerit tempore negociationis. Exemplum habet *Sich. ad d.l.vlt.n.3.* Pellio ex emptione pellium debet 100. Postea pellionum tribu relictâ associat se collegio mercatorum. Conuenitur

rectè coram iudice pellionum, *Vult. ibid. num.25. Matth. Steph. d. cap.8. num.8. arg. l. vltim. C. Vbi de ratiocin.* † Hos verò iudices putat *Duar de iudic. cap. de foro comp. f.* 165. non ab opificibus ipsis, vel mercatoribus constitui, ne obstet *L.3. C h.t.* sed cutam illam mandari *d.l. vlt.* scil. à ciuitate vel Republ. in quâ munus exercetur lege municipali. Licet enim ait, legibus se & pactionibus obstringere atque ita statuta condere possint *l. vlt de colleg.* (adde *l.2. in fin. C. de constit. pecun.* ac vid. *Bodin. 3. de Rep. 7. Vinc. de Franch. decis. 2 num.* 30. *& seq.* & intellige si sint rationabilia. cuiusmodi negat esse illud, vt quod vnus cœpit alteri perficere, non liceat, post *Moll. 2. Sem 15. num.1. Matth. Steph. d.c.8. num.24.*) tamen de his quæ suæ sunt negociationis, Iurisdictio verò publici iuris est. *Ita Duaren. &* probat *Obrecht. de iurisd. cap.6. num.*70. † Verùm rectè *Vult. ad d.l. vltim. C. h.t. num.*18. *ac Matth Steph. lib.1. de iurisd. cap.*38 *num.*30. *& lib.2 p 2. cap.8. num.*19. *Bronchor. 1. misc. ass.*10. eligi quoque posse hos iudices ab ipsis collegis, vel eorum potiori parte, neque specialem iurisdict. concessionem à superiore, quin nec confirmationem requiri. Sed eo ipso quod eliguntur, simul iurisdict. ipsis conferri: Non tam quod collegiati non singuli vt priuati spectantur, sed in vniuersitate, quàm quia collegio ab initio auctoritate principis constituto simul potestas data eligendi iudices de causis suæ artis ac
r professionis, qui sine iurisdictionis exercitio nulli, r vt habeant iurisdict. concurrentē, ille ex generali, hic ex peculiari potestate & coram vno conuentus forum declinandi ac ad alterum reuocandi ius non habet, *Vult. ad d.l. vlt. nu.26. Matth. Steph lib.2 p.2. c.8. num.3. & 4. Vincent. de Franc. decis.* 88. *n* 4. † Cauerit tamen collegij decreto posse censet *Bodin.3. de Rep.7. num.*334. sub certâ pœnâ, ne quis collegarum litem cum collegâ alibi tractet, iudicative patiatur, per *l. vlt. D. de decret. ab ord. fac.* vbi etsi vox διάνυτω versa legatur *iudicauerit* melius tamen forsan vertetur in ius vocauerit vel litigauerit Sic in Regno Neapol. artem Serici tractantes, coram consulibus eius artis conueniendi, *Vinc. de Franc. decis.*363. *&* 679 Ac certè vt *Bod idem num.*333. interest collegij causas collegarum aliis non committi, quia singulis ferè sua quædam sunt arcana, aliis nec percepta nec cognita. Nec quisquam commodiùs de mercaturæ negociis iudicabit, quàm illis exercitus. Vnde illud. Peritis in arte credendum esse. † De iudicio mercatorum eiusque specialibus, &c. vid. *Marant. Specul. aur p.4. distinct. 9.* & imprimis *in add. ibi P. Foller. num.*48. *& seqq. Gail 2. obs.*20.
s *Rainal. Cons. 2. indag 27. Benuen. Straccha de Merca.* s Non hæc tamen sola, sed & alia in *l.1. C. de off. præf. vrb.* vbi iurisd. præfecti annonæ specialis concurrit cum generali potestate præfecti vrbis. Itemque alia in *Nou. 60. cap. 1. §. 1.* vbi in causâ prohibiti sepulcri iurisdictio tribuitur magistro officiorum & præfecto prætorio, nec præfecti vrbi, cuius antea de eo notio *l. 1. pr. de off. præf. vrb.* quoad illam minuitur aut restringitur. *Bocer. de iurisd. cap.8. num.40. & seq.* Vnde *Menoch. 2. præs. 18. num.*21. quando odio certarum personarum iurisdictio alteri iudici tribuitur, cumulatiuè
t illam concedi, vid. not. s. *lit. N.* t ita *Cuiac, ad l 1. de V.S.* supra summam certam accipiens *d. l vltim.* de magistratibus municipalibus, arg. *l.*35 *C. de decur. add. Duar. ad tit. D. de iurisd. cap.6. num.*7. u *Duar. ad t. D. de iudic. cap. de Iudic. f.*154. *Coraf. 3. misc.17. nu.9. Cuiac.*19, *obseru.* 11. docent eos Græc. λιγοδικητὰς vocari, instituto Augusti profectos & *&* *Vult ad l.1. C h.t. num.*100. x *l 1. C. de off. rect. prouinc. l.3. C. de iudic.* quia cui concessum consequens, &c. *l.*56. *l.*62. *de Procur.* Nam si non expeditâ quasi incidente de principali negocio statui nequit. de ea summariè cognoscendum ne continentiæ causæ diuidantur *Vuef. ad d.l.3. num.* 3 *&* 4. † *Hotom ad d. l.3.* iudicem de incidenti cognoscere obiter tantùm quatenus ad principalis negocij cognitionem spectat, non autem statuere & pronunciare posse, quia non de alia re sententiâ valeat, quam quæ in iudicium deducta. Sed de eo vid. *Rob. 1. Sent. 12. Menoch. arbitr. ca. 167. P. Frider. de Proceff. extr. lib 3. de cont. cauff. cap.5. num. 13. Fachine. 1. contr.* 43. † Quid si incidat quæstio spiritualis in causâ ciuili, an suspenso principali negocio ad ecclesiasticam remittenda? Quidam id volunt cesi in facto consistat *Facin 1 contr* 44 Contra vid *Bart. in l.2. de iurisd. num.4. Vuesen ad d.l.3. num.8. Gœd de sequestr. cap.1. num* 38. *&seqq. Bocer. de iurisd cap.3. num.* 27. *&*
y *seqq. Thom. Mich conclus. de iurisd.* 41. *& seqq.* y Quomodo etiam nouiores, sed ita vt verba illa, non de præside, verùm de iudice dato exaudiant. Vnde ne priora refragentur, variè verba exponunt vel immutant. *Gouean 1. var. lect.* 34. *& Io. Tauard. ad* § 13. *I. de act. n* 15. *& Vuesenbec. ad d.l.1.* in verbo *docere* subaudiunt illa: iudicem à præside datum, quia illis verbis *adire præsidem*, necessitas cognoscendi præsidi non iniuncta est, *l.8. & seq. de off. præf.* † *Hotom. 6. obs.6.* post verbum *cognoscere* inserit vocalem *iudex*, causam sic constituens planè contrario modo, quam Donellus noster & alij. Scriptus heres petiit hereditatem. Obicitur agnatione posthumi ruptum esse testamentum. Replicatur posthumum non esse filium, fortè quod natus 11. mense: Quæritur an iudicio de petitione hereditatis pendente, apud pedaneum incidens causa status ad præsidem reuocari possit. Ratio dub. *in l.* 30. *de iudic. & sim.* Deciditur quod sic. Ratio decid quia quæstio hæc eiusmododi de quâ iudex delegatus statuere nequit *l.7. C. Ne de sta def.* Subditur, in *vers. pertinet*, Recuperatorium iudicium nihilo minus ad exitum perduci *l.3. C. de iudic.* quia aliud est cognoscere pronunciandi causa, aliud obiter & incidenter. Ita Hotom. Quæ expositio vix est vt probari possit, pluribusve reprobari debeat. Quia sic in d. *ver. pertinet*, nihil minus quàm ratio superiorum redditur, quam tamen reddi conuincit vocula *enim* quæ causalis. † *Goth. in d. l.1.* pro *præsidem prouincia*, reponit præsidis prouinciæ delegatum. Quo etsi omnem difficultatem colli existimet *A. Fab.* 17. *Coniect.* 8. displicet tamen illi quod vox *delegatum*, elegantia illius temporis, quo rescriptum editum non conueniat. Putat enim antiquos numquam verbum delegandi vsurpasse, nisi in specie nouationis, quæ delegatio nuncupatur. Quæ liquidi erroris arguuntur, ex *l. 1. pr. de off. eius cui mand. l. 1. de dam. inf. l* 2, *D. ad l. Iul pecul.* Ipse verò Faber verba *accepto iudice* interserit, *legens & accepto iudice ruptam, &c.* quia verbum *docere* probationem denotat, quæ ex veteri iudiciorum ordine non apud præsidem, qui cognoscere non poterat, sed iudicem datum, expediebatur. Sed absit vt huiusmodi depraua tiones textus vnquam probemus. Si cui Don, nostri solutio non satis faciet, facilè patiór vt accedat *Marco Lycklama 4. Membran. 9* sic exponenti: etsi super statu causa cognoscere non possit, scilicet ob personam cui status quæstio mouetur iurisdictioni suæ non subiectam, vt si ex alia prouincia sit, quam in quâ lis hereditaria mouetur.

CAPVT X.

Prorogata iurisdictio.

ET PERSONIS. Non enim qui exterus aut alterius fori, iurisdictioni magistratus subiectus est. Ac sanè quidam lege præficiuntur certis personis, vt iudices militares *l.6. C. de iurisd. d.t. C. Vt iud. tam ciu. quam mil. vid. infr. c.21.* Sic Procur. Cæsaris inter fiscum & alios *l.*11 *C. de pedan. iud.* a Rector academiæ inter studiosos *auth. habita Cod. Ne fil. pro pa. vid. infr. c.21.* Sed hi pauci sunt & aliquando inter alios etiam ius dicunt. Quare nos ita: AVT AGITVR CVM VOLENTE b ET INCONSENTIENTES EST IVRISDICTIO *l.1. h.t.* etsi priùs iure non subiicerentur, siue quod ex alio territorio, siue quod personæ causfæve exceptæ c TRIBVS CONDITIONIBVS, SIVE SVBIICIANT *d.l.1.* AVT CONVENTIONE d non nudâ, ei enim stare nemo compellitur *l.18. de iurisd.* non quasi de iurisd. subeunda paciscinon liceat, verum quia generatim ex pacto nudo nulla actio, e sed iusta ac legitimâ, id est stipulatione. f Nam nec alia ratio cur ex cõtractu quis subiiciatur iurisdictioni, quàm quia ita tacitè conuenit vid. *infr. cap.*14. Magis igitur rata aperta conuentio. modo ad actionem vtilis sit, AVT RE ET FACTO si vocatus ad non competentem eius audientiam elegit *l.1. C. de iurisdict.* id est, venit & præscriptione fori omissâ actionem suscepit, seu litem contestatus est *l.*52. *pr. h.t.* Maior quippe huius facti vis quàm nudi pacti extra, iudicium, g tum quia sic contrahitur *l.3. §.*11. *de pecul.* Ergo per ea quæ in principio opponenda *l. vlt. C. de exc. arg. l.*40. *§ pen. de Procur.* & sic de fugiendi iudicij potestas. Non autem quouis alio facto vt rectè *Ioann. ad l.1. h.t.* h nec si apud iudicem desideret sibi edi genus actionis *l.*33. *h. t.* quia nihil hîc fit quod prescriptionem fori adimat.

a
b
r. Conditio.
c
d
e
f
g
h

Et hoc

i Et hoc postulans non ostendit se litigare velle, sed
2. cognoscere quâ actione conueniatur i quo cognito
Conditio. cedere potest & litem fugere *l.1. de ed.* ET CONSENTIANT. Nam & qui superiora fecit, dissensum probaturus, k neque enim ab actore alia probatio consensus exigitur, auditur, si interuenerit error *l.15. de iurisd. l.2. pr. h.t.* l vel vis magistratus *d.l.2. in fin. pr.* m Aliorum autem consensus non necessarius & nec ipsius prætoris aditi *d.l.2. §.1.* AC IVDEX TRIBVNALI
3. Con- meto nymicè, id est iurisdictioni quæ in ea sede exer-
ditio. cetur, PRÆSIT, si suo iure habeat VEL ALIAM IVRISDICTIONEM, non si nullam, per regulam *l.3. C.*
o *de iurisd.* o HABEAT, QVALEMCVMQVE, ETIAM
p MANDATAM P 1. quia sermo generalis omnes speq cies continet *l.9. §.1. Quod met. ca. & simil.* 2. quia in *l.1. h.t.* duæ species opponuntur. Quare per aliam iurisdict. non intelligitur minor tantum, q quia species solâ quantitate non differunt, sed mandata vt rectè *Accurs. in gl.1. ad d.l.1.* licet malè inde recedat cumque eo Bart. & sequaces. 3. Quicquid iuris habet mandans id omne mandata iurisdict. transit *l.1. §.1. l. pen. de off. eius.* At illi inter cætera & hoc iuris est vt in cõsentientes eius sit iurisdictio. Ergo & huic. Obi. A priuatis dari nequit iurisdictio ei qui ex se non habet *l.3. C. de iurisd.* At hic nil proprium habet *d.l.1. §.1.* ℟. Haber tamen mandatam, mandâtis vice fungitur, eius iure vtitur *d. l.1. §.1. de off. eius, l.*16. *de iurisdict.* Ideoque etsi mandata sit in certas personas, si alij in eum consentiant, in eos iurisdictio erit, quia idem iuris foret in eo cui iurisdict. propria in certas personas
r *l.1. C. de iurisd.* r Obiicit *Bart. ad l.1. h.t. n.6.* Limitata causfa limitatum parit effectum *l.*16. *de acq. do.* ℟. 1. retorquendo. Et propria iurisdict. quæ in certas personas, limitata est. 2. Limitata verò vtraque & circumscripta aduersus inuitos non consentientes *d.l.1.*
f [QVANTAMCVMQVE ETIAMSI CERTIS FINIBVS
t CIRCVMSCRIPTA, t ET VEL LOCIS. Hinc vulgò:
u Partes ex consensu prorogare iurisdict. id est ampliare, u vt si exterus ad iurisdict. vocatus sit, modo iudex in territorio ius dicat, quia extra id priuatus vt *c. præced.* VEL PERSONIS vt si pagani militari iudici, priuati procuratori Cæsaris se subiiciant, aut contra *l.1. C. de iurisd. l. pen. C. de pact.* Et igitur si ecclesiastici
x *de ep. & cler. Nou.123. cap.21. & seq.* x vt scil. ad alios inuiti vocari nequeant, non verò vt ne volentes. Sanè iure Canon. iurisdict. politicæ penitus exempti sunt, nec se sponte subiicere possunt *c. significasti* 18. *c. si diligenti* 12. *de foro comp.* y *Rom.13. vers.1. & 2. Matth.*20.
y *vers.*25. *Luc.*22. *vers.*25. VEL CAVSSIS. z Exemplum
z *l.1. C. de iurisd.* in procur. Cæsaris, qui vt inter certas personas ita & in certis causfis, sc. fiscalibus, constitutus. MODO CAVSSÆ EXSEQVENDÆ SVFFICIAT. Non igitur si criminalis ad ciuilem iudicem deferatur, per *l.1. C. Vbi ca. fis.* vbi ratio quia constare, &c. locum habet etiam inter consentientes. Et quia hac prorogatione non noua fit iurisdict. sed quæ habita ante in hos exercetur. Sic in causfis ecclesiasticis & fidei non idoneus magistratus politicus. Præter has nulla excipitur. Non causfa status vt *Accurs. ad l.1. C. de iurisd.* nam cum de illa iureitur. transigi possit *l.3. §. 2. de iurei.* magis iudicio. Obi. *L.7. in fi. C. de pedan. iud.* ℟. Iubet ipsos præsides cognoscere si sc. aditi sint ne iudices dent inuitos. Quin volentibus possint non hæsitandũ. Ergo & si alium adierint litigatores cessat cõstituitio. Nec suspecti tutoris accusatio. Licet enim verè ea res solius præsidis cognitioni permissa *l.1. §.* 11. *ad Turpil.* id tamen ideo quia non transigitur hic vnquam ex consensu eorum ad quos res pertinet. Impubes enim ad quem causfa pertinet ipse accusare nequit, sed eius loco alij vid. *lib.3 cap.*16. Exc. itaque regulę non inest, manetque regula firma & perpetua. Obi. *1. L.18. de iurisd.* ℟. *§. h.c. lit. D.* Obi. 2. Cui definita est iurisdict. extra personas & causfas, nulla est, nihilque interest an planè non habeat an verse tur extra causfas commissas. Ergo à litigatoribus ipsi dari nequit *l.3. C. de iurisd.* ℟. Non inde est in consentientes iurisd. quod illi consensu suo iurisd. in se dederint iudici, contra regulam *nemo plus iuris, &c.* sed quia iurisd. quæ fuit in alios, in se admittant, & quam defugere poterant, exerceri patiuntur, ius suum remittendo, *l. pen. C. de pact.* Et ita propriè non dant (licet abusiuè dare dicantur *l.2. pr. h.t.*) iurisdictio, sed eius exercendæ potestatem. Obi. 3. Plus est in iurisdictione quàm arbitrio. At arbitrium iudici ex consensu deferri nequit, *l.19. §.2. de rec. arb.* Ergo ℟. Puerilis error: Quidni enim tam iudex aut magistratus quicumque arbiter sumi possit, quàm quiuis alius. Nulla ratio est nec vllibi prohibitio. Quin *d. §.2.* arg. à contrario contrarium probat; recipi videl. posse arbitrium à iudice aliàs futuro, si priusquam esse cœpit adeatur. Quod si iam factus iudex, non potest sumere duas personas contrarias vt simul iudicet ex iure, & quod sibi æquum visum sit. Immò suspectâ tunc receptio arbitri. Nam si vt iudex rectè iudicaturus, quorsum effugium; sin secus, nec iudex nec arbiter esse debebat. Nihil horum magistratui seu ordinario iudici competit, nondum susceptо iudicio. Susceptо autem eo vt arbitrium illi tribui nequit, ita nec iurisdictio, quippe quæ iam eius facta amplius fieri nequit §.14. *I. de act.* Effectus. Iurisdictio tanta, quanta futura esset si iure subiecti. Quare si in quem consensum est mandatam habuit iurisdict. eâ finitâ & in consentientes esse desinet.

NOTATA.

a Itemque priuatus vtrinque si actio occasione contractus cum fisco oborta, vbi in arbitrio actoris iudicem alium an procuratorem Cæsaris adire velit, si rectè *Vult. ad l.4. C. Vbi cau. fisc. num.*2. per eum text. improbans Accursium *n.*5. qui vult ibi prorogatam esse iurisdictionem. Omnis autem huius notio in pecuniariis. De fiscalibus causfis criminalibus præsidum vel proconsulum iurisdictio. Qua de re & de officio huius magistratus, vid *Briss. 3. antig.*18. *Cuias* 19. *obs.* 15. *Vult. ad l.1. C. de iurisd. num.*41. *& seqq. & ad l.1. C. Vbi cau. fisc. num.*7. *&* 8 *Bocer. de iurisd. c.7. n.*5. *Paurmeist. lib.2. c.*4 *n.*119. *Padilla in l. si manifesti 7. C. de fortu. num* 4. *Marcell. Donat. dilucid. in Sueton. pag.*641. *& seq. &c.* b *ita Paurm. lib.2. de iurisdict. c.*4 *n.*87. *& seqq.* † Eodem sensu *Vult. ad l.1. C. hoc tit. n.*69. Aut subiicitur volens aut inuitus. Vterque leges hic iubente, ille permittente. Hic lege sola & ita iure, ille voluntate sua in societatem legis adscita, & ita facto iure approbato. Hic regulariter ille irregulariter seu exceptiuè Hic competentia in thesi, illic in hypothesi. † Sic *Bocer. de iurisd. c.7. n.*1. Competens iurisdict. aut iuris auctoritate aut partium consensu. c Siue etiam quod litigans maior vel æqualis iudice *l.14. de iurisdict.* Etsi id in voluntaria iurisdictione non procedat *l.14. de manumiss.* Ratio diff. Indecorum est vt magistratus ipse ad æqualem, nedum minorem veniat, quod in voluntaria iurisdictionis actibus necesse, qui per alium expediri non possunt. Litigare autem per Procuratorem licet. Accedit quod quia actus iurisdict. voluntariæ apud se exsequi potest *l.vn. §.2. C. de off. cons.* frustra ab alio, petit, arg. *l. quin non 22. de cond. inst. ita Gouean. ad d.l.14. n.3. & 4. Vult. ad l.1. C. de iurisd. num.*76. *Obrecht. de iurisd. c.*1 *n.*18. *Bocer. c.7. nu.*16 *& c.9. nu.*9. *Scip. Gentil. lib.1. cap.*18. *in fin. Matth. Steph. lib* 1, *cap.*24. *num.*6. *& seq.* d ita & *Vult. ad l 1. C. h.t. num.*138. prorogationem fieri vel conuentione vel re & facto *& Matth. Steph. lib* 1. *c.*25. *num.*6. (qui tamen *n.*11. requitit vtrumque copulatè & consensum & additionem iudicis. Quæ vix secum conueniunt) *Paurmeist. lib.1. c.25. n.*4. vel aperta conuentione, vel tacita. Mallem dixisse expressa pro aperta, per ea quæ *s. lib.* 14. *c.*16. *lit C.* e Diss. *Coraf. ad d.l.*18. *&* 4. *misc.* 5. *per l. pen. C. de pact.* Qui & *d.l.*18, ita accipit si ab vtraque parte mutata

a
b
c
d
e

volun-

voluntas. Sicuti enim, arguit, priora verba, *si conuenerit*, in vtramque partem intelligenda, ita & posteriora *mutata voluntas*, Rat. dubitandi ponit in eo quod non videatur posse id fieri in præiudicium iudicis, cui ius esset quæsitum. Quæ & Alberici solutio ad pugnam *d.l.pen. & d.l.18.* quam reprobat *Loriot.de iurisd. axiom.44. & seqq. & Vult.ad d.l.1. C.h.t. num.146.* ita Responsum alienum fieri à grauitate Africani, remque indubiam reddi. In sententia vero conuenire videtur Loriot. dum *axiom.48.* accipit *d.l pe.* de pacto ex altera parte obligatorio, quod semper exceptio patit *d. l.18.* verò de mutuo, hinc inde obligatorio, quod exceptionem non parere docet, quia ab eo re integrâ recedere liceat, per *l.3.§.3.de cond.ex.da.* Inconcinnè. † Nec meliùs *Dua.ad tit. D.de iurisd. c.6. num.7.* pactum nudum hodie sufficere, & per *d.l.pen.* ius Pandect. *d.l.18.* emendari. Alij *d.l pe.* de pacto non nudo, sed incontinenti contractui adiecto, exaudiunt *Cui 7.ad Afr.in d.l.18 Brun.l.aff.41.pac.1. enant.q.60.Fach.1.con.1.lac.Ferrer.in not.ad Guid. Pap.decis.277. P.Busius ad d l.18. num.3.* Sed non conuenit ratio subiecta *d.l.pen. verbis nemini licere, &c.* Quare aptiùs & feliciùs quid discrimen pactorum agnoscunt, *fin dd.ll.* Nam in *l.18.* agitur de prorogatione iudicis incompetentis, vbi non tantum negat paciscens, sed & suum iudicem non reuocaturum, sed etiam promittit se alterius iurisd. subiecturum. Quia itaque ibi agitur de obligando reo vt coram incompetente compareat, necessaria est pactio non nuda, sed obligationi ac actioni pariendæ efficax. Ast in *d.l.pen.* pactio de non vtendo priuilegio aduersus formam aliàs competentis, seu non reuocando ad iudicem specialem quem ex priuilegio habet. Nec simul se obligat paciscens ad subiiciendum se ei cui nulla in ipsum iurisdictio. Sed tantum hoc agit vt liberet actorem à necessitate conueniendi coram iudice priuilegiario. Vnde quia exceptione aut replicatione pactio hæc seruari potest, valida est, neque hic æquè actio necessaria alteri vt priori casu, in hanc sententiam Don. noster *ad d.l pen. & Bocer.de iurisd.c.7.num.38.* Nec alieni sunt, sed non ita aptè se expediunt & diff. rationem explicant. *A. Fab.ad d.l.18. Vult. ad d. l. 1. numer. 149. Gæd. ad l.13. pr. de V.S. num. 45. Bronch.* sibi non constans 1. *eff.* 24. Sanè iure Canon. si talia pacta iuramento firmata omnimodo seruanda ea volunt *Gutirrez. de iuram. confirm. p.1. c.28. num.9 Zang.de except.p.2.c.1. num.32.* idque ita receptum *Schrad. de feud.p.10.sect 1.num.58. Matt.Steph. lib.1. cap.25.num.16. & cap.39 nu.42. Vult.ad d.l.4.C.h.t. nu.150.* † *Paurmeist.* ampliùs *lib.1. cap.25. num.6.* hodie differ. pactorum & stipul. sublatâ, ex quauis conuentione seriò ac deliberatò inita prorogari iurisdictionem ex eaque actionem dari etiam in foro ciuili. Quæ nituntur falsò præsupposito f Diff. *Vult, ad d.l.1.num.143. & seq.* volens quoad iurisdictionis prorogationem idem esse in stipulatione, quia vt ibid *num.148.* conuentionis verbum generale & commune, vt ante additionem vtroque casu pœnitere liceat. Hoc differre quod ex stipul. actio detur ad id quod interest eo loco quo conuentum est, quàm quò deinde reus agi vult litem iustitui ac finiri *Zang.d c.1.num.30. Bocer.cap 7.n.35. Matth.Steph.d cap.25.num.9 & seqq.* quia nec alia vis obligationum faciendi. g *Cuiac.7. ad Afric.in l.18. de iurisd.* Si post conuentionem aditus iudex & lis contestata, quæ ante nuda fuit, desinit esse nuda, & ex facto id est additione ac litis contestatio sumpsit effectum. Et tunc quæsita iudici adito iurisdictio eludi nequit ne maiestas prætoris illudi videatur *Baro. ad d.l.18. & Gouean. n.4.* h *ita Azo in d.l.1.in v. consentientibus Accurs.in d.l.18 de iurisdict. & Zas num.3. ref. Vult.ad d.l. 1. n.151.* vbi *n.154.* communem hanc vocat quæ in iudiciis & consulendo sequenda & probat *Duar. de iudic. cap.de foro comp. f.167. Zang. de except.p.2.c.1.n.31. & n.84. Matth Steph. lib 1. de iurisd. c.25. n.17. Bocer. c.7. n.36.* Facit *L.22. § 5.Sol.matr.* Et si verò *Vult.ibid n.154.* aduersam opinionem in theoriâ veriorem autumet, cum *l.18. de iurisd.* solius additionis fiat mentio, ex qua litis contest. inferri nequit, quæ longo sæpè interuallo sequitur *Baro.ad d.l.18.* Vnde *Meno.2.præsum.19.n.6. & seqq.* tres coniecturas prorogatæ iurisdict. refert. 1. Si exc. declinatoria non obiecta ante litem contestatam 2. Si reus sponte satisfecerit iudicio sisti. 3. Si reus obiicit non esse procedendum sine libello, eique actor contradicit. Et *Obrecht, disp.7. th. 171. & seqq.* quemlibet actum in iudicio factum sufficere. Quia etsi libellus offeratur, satisdatio præstetur, res desiit esse integra & conuentio ex re sumpsit effectum add. *Paurmeist. lib.1.cap.25. n.16. & seqq & c.vlt.num.24.* Ita tamen conciliandæ vt prior vera sit in tacitâ prorogatione citra conuentionem *l.1.de iudic.* posterior verò in expressa quando conuentio præcessit *l.18.de iurisd.* vbi sufficit secuta aditio, quæ per libelli oblationem aut satisdationem *Bocer. de iurisd.cap.7.num.39.* De qua etiam sentit Vult. dum *nu.154.* ita arguit: Sic citatus ab incompetente exceptione incompetentiæ tacitè consensisse censetur & ex omnium sententia regressum ad exceptionem non habet, multò magis si expresè conuenerit de adeundo eo qui certò incompetens, si aditio accesserit, ne expressum minus tacito operetur. i *Duar.de iudic.cap.de foro comp fol.167.* adde & an iudex de eo quod petitur seu in ea caussa iurisdictionem habeat Vult. *ad l.1. C.h.t.num.157.* Nam si dubium, an iudex competens, citatus comparare cogitur & except. declinator. fori obiicere. Hic ex aditione nec consensus intelligitur, ne dum prorogatio, ibid. *num.154.* k Ad quod cauto est vt protestatione vtatur comparens de non proroganda iurisdictione nisi quatenus & in quantum iure teneatur, *Matth.Steph. lib.1.de iurisd.cap 25.num.53.* l Quicumque siue in persona, siue in caussâ, siue in qualitate iurisdictionis *Io. Monach. ad l.18.de iurisd., num.2.* siue vterque erret siue alteruter, quia omnes debent consentire *Vult. ad l.1.C. de iurisd. num.179.* (quod & ipsum verbum consensus conuincit, vid. *not.s. lib. 12. cap.10. lit.E.*) Ergo & si plures litis consortes ac quidam errent, idem est nisi errore comperto in caussa processerint, post *Zas. ad d.l.15.nu.26. Vult. ad d.l 1.n.108.* Nec tantum facti error vt si prætor qui de reperundis quærit pro vrbano adeatur, sed & iuris, vt si eius prætoris iurisdict. in caussa ciuili quoque esse putent *Gouean.ad d.l.15. num.2. Decia. tr. crim. lib.4. cap.23 num.13. Vult.ad d.l.1.num.177. Matt. Steph.1.de iurisd.15.num.23* quia vterque voluntatem excludit *l.20.de aq.pl.arc.* Et vtriusque erroris exempla, in *d. l.2.pr.de iudic.* & per vocalem *aut* (pro quâ nullâ necessitate *vt* reponit *Rad. Forne. 5.rer.quotid.5.*) secernuntur, cum priora verba fiat de iuris, posteriora de facti errore. Diff. *Duar.ad d.l.15.* 1. per regulam generalem Iuris error nocet ℞. Sed non in damno admittendæ rei suæ, vti hic præscriptionis fori, vid. s *lib.1.cap.18.lit.G.* 2. quia error simpliciter significat facti impetitiam. 3. per *l.2. de confess.*℞. facilis diff. *Paurmeist. lib.1 de iurisd. cap.25. num.7.* Irnerius quoque inter hos errores distinxit si lis contestata sit. Quæ distinctio communiter reprobata *Bart. ad d. l. 15. num.3. Vult. ad d.l.1. num.178.* † Errorem autem hic, contra quàm alias, præsumi pluribus, *Schrad.de feud. p.10. sect.1. nu.14. Vult. ad d.l.1. num.176.* Facit *L.verius 21.de prob.* Quod declarant *Decia.4.tr.crim.23.n.13. & Meno. 2. præs. 19. n.12.* si idiotæ sint non si periti iuris *Paurmeist.* verò *d. cap. 25. num.8.* id admittit in Rep. ampla, vbi varia magistratuum & iurisdictionum diuersitas. m Vt mirandum sit quosdam m contra sensisse eo quod coacta voluntas sit etiam voluntas, ait *Vult.ad l.1. C. de iurisd. num.81.* nam certè consensus non est. Idem esse volunt in dubitatione arg. *l. vlt. C. de cond. ind. Vult. ibid. num.182. Matth.Steph.1. de iurisdict. 25. num.31.* n Hoc post Cyn. accipit *Vult.ad d.l.1.num.162.* n modo aditur non dissentiat aut contradicat. Inuitus, ait, iurisdict. prorogari non cogitur, sed taciturnitas habetur pro consensu. Et consent. *Bocer. de iurisdict.cap.7.num.37 Matt. Steph.lib.1.cap.25.nu.35. & seqq.* De quo haud abs re quis ambiget, per *d.l.2.§.1.* vbi vocula *sufficit* bis posita. Deinde idem traditur si iudex aditus *ignoret* consensum aut putet falsò se esse competentem. Qui error certè pro consensu haberi nequit. † Cæterum nec consensus iudicis proprij competentis iure Roman. necessarius, nec is prorogationem inhibere potest, vt post *Panorm.in c.P. & G.40. de offic.deleg. Vult.ad d. l.1. nu.66. Matth. Steph. d. cap.25.n.46. Anton. Capyc.decis.Neapol.9.* Quia nihil ordinario decedit. Neque enim dant iurisd. iudici adito litigantes, sed in se exercendam tantum admittunt & sic ius suum remittunt. † Nostris vero moribus ex quo iurisd. pattimoniales effectæ, ius prorogationis restrictum *Duar.de iudic.cap.de foro comp. f.166.* Et ordinarij subditis suis inhibere ne coram alio compareant, causlasque ad se auocare solent, quod maximè in vasallis obtinet, vid. *M. Steph d.cap 25.num.50. Paurm.1.de iurisd.25.num 42. & seq. Boc.c.7.n.49. Vult.ad d.l.1.n.168.* Et si non tam priuatorum fauorem concernat priuilegium quàm ipsius superioris prorogatio absque eius consensu non subsistit *Zang de except.p.2.cap.1. n.127. & seq.* neque tunc patientia pro consensu, quia quoties de iure nostro imminuendo agitur silentium dissensum arguit. Hinc priuilegio exemptionis statui imperij vel ciuitati dato, ne quis subiectum vel ciuem ad aliud tribunal vocet, prorogatio illicita *Gail 1.obs.40. num.3. Bocer, d.lo num.50.* Hinc quoque si studiosus iurisdictionem alterius prorogare velit, Rectorem causlam ad se auocare posse statuit Vult. *d.lo.* quia priuilegium non conueniendi alibi non fauore singulorum, sed vniuersitatis academiæ concessum, sed vid. *j.c.20.lit,K.* o Quia quod o non

non est prorogari & extendi nequit *l.5. de precar. Vasq. 2. contr. vsu freq. 14. num. 2. Bocer. de iurisd. cap.7 numer.4. Matth. Steph. lib. 1. cap.23. num. 3. & seq. Paurmeist. lib.1. cap. 25. num.27.* A priuatis enim fit, sed non in priuatum. Quare pactum irritum quo cauetur debitorem ex morâ capi posse ac priuato carceri includi. Nec notio arbitraria per compromissum data prorogata iurisd. dici potest *Paurmeist. ibidem numer.29.* † Requiritur vero iurisdict. eo tempore quo consentiunt. Nec si postquam consensum est obueniat, prorogatio tenet, ibid. *num. 32. pag.228.* Ordinatia verò iurisdictio regulariter prorogabilis, vt fusè *Schrad. de feud. p.10. sect.3. num.96.* addeus etsi non habeat territorium vt Rector academiæ & similes, *Vult. ad l.1.C. de iurisd. nu.78.* p Consentit *Accurs. in l. 1. C. de iurisd. in v. iudicibus Monach. ad l. 18. de iurisdict. cap. 1. num. 6. Bocer. cap. 7. num.20. Paurmeist. lib. 1. cap. 25. num. 23. num. 27.* Contra vulgò sentiunt, quorum opinio iure Can. probatur *c.P. & G. 40. de off. deleg. & simil. Marant.p. 4. dist. iudic. 5. num.34. P. Greg. 47. Synt. 22. num.20. Vult. ad l.1. C. de iurisdict. num.81. & Scip. Gentil. lib.2. de iurisdict.13.* quia fines mandati custodiendi & delegationes stricti iuris. *Vasq. 2. contr. vsu freq.14, num.16.* quia ordinaria est vniuersalis ac vniuersitas facilè recipit augmentum. Delegata verò particularis, *& Matth. Steph. 1. de iurisd. 21. num.22.* Sed hæc de prorogatione ad alias personas quidam accipiunt. Quam q solam delegari negat *Vasq. d. cap. 14. numer. 15. & seq. & num. 22, ac num. 29.* Prorogari enim concedit de loco ad locum *cap. statutum 11. §. in nullo 3. de rescript. in 6.* (Sed hæc nulla vera prorogatio) item de tempore ad tempus, per *l.2.§.2. de iudic. c.de causlis 4. de off. deleg.* Quem specialem quoque casum excipit *Vult. d. num. 81. & seq.* vt tamen restringat ex verbis *d. §.2.* ad delegatum principis, qui quodammodo quasi ordinarius, & tamen extra illum casum iurisd. ipsius prorogari non posse sentit. Verum prorogatio illa temporis, de quâ *d. §.2. d. cap.4.* omnino alia est. Nec de mandatario iurisdictionis, sed de iudice dato loquitur *d.§.2. Paurmeist. d. cap.25. num.41. Bocer. d. c.7. num.21. & num.4.* licet ipse, sibi non constans, communi errore labatur *c.præced.6.num.62.* Quin nec ibi prorogatio est cognitionis vel notionis, quam habet iudex datus. Neque enim cum ex præscriptâ formulâ agat, vllam aliam causlam, extra eam in quam addictus erat, siue ab iisdem siue aliis apud eum tractari vetus iudiciorum ordo & ritus patiebatur. Et prorogari dicitur notio cum quis initio litis sponte subiicit, non cum apud eundem iudicem, coram quo lis instituì cœpta est, perseuerat. Quin idem *Vasq. d. lo. num.17.* iurisdict. ordinariam non prorogari de tempore ad tempus, si magistratui tempus præfinitum quia eo elapso iurisdictio exstincta. Ac etsi fiat intra tempus consensio, confertur tamen in tempus prohibitum inutiliter *Foller. in addit. ad Maran. p.4. dist. iudic.12. num.6.* † Sanè ex ratione Don. nostri 3. hic efficitur aff. opinionem procedere in mandata iurisdict. generali, seu vniuersali eâ quam habuit mandans, quâ totum illius officium transit. Quod si ad causlam vnam specialiter mandata sit omnino putarem prorogationi locum non esse, quia extra mandatum delegatus nihil habet. Si vero non quidem vniuersum officium magistratus mandantis delegatum sit, sed causlarum certarum vniuersitas, ex. gr. hereditarium rationis esse reor, vt consentire in mandatarium possint quidem personæ mandanti non subiectæ, sed non de alia lite quam hereditariâ. Sin aliquod causlarum genus, e.g. hereditariarum, sed inter certas personas ex gr. certæ tribus vel regionis aut vicorum in vrbe ciues, iudicandum commissum, iurisdictio causlarum pariter ac personarum finibus circumscripta eos prætergredi non poterit. Quo pacto & superiori rationi, quod delegatio stricti iuris, satisfiet, & hic modus forsan non inconcinnus ius Canon. cum ciuili conciliandi, pugnantesque interpp. sententias ercifcundo dirimendi. Sic enim verum erit ad alias personas iurisdict. non prorogari, vt stant verba *d. cap.40. de off. deleg.* quando scil. in mandato certarum personarum facta mentio, quod conuincit vocula *alias* implicatiua. † Neque tunc aliud erit in delegato principis vel Papæ, nam de hoc ipso disertè loquitur *d. c. P. & G. 40.* Vnde minor quod *Bocer. d. cap. 7. num. 18.* tradit ex concordi Dd. opinione huius iurisdict. prorogari, per *l.5. §.C. de iudic.* Cuius rei fides sit penes ipsum. Suspicor autem viro doctiss. humanitus quid contigisse, cum à nullo id proditum repererim & textus *d. cap.40.* manifestè obloquatur. *Bart*, certè ad *l.1. de iudic. num.10. & seq.* in hoc quoque non aliam prorogationem admittit, quàm de tempore ad tempus vel re ad rem. Denique discrimen inter iudicis dationem, seu vt Dd. vocant, subdelegationem, de qua *d.l 5.* quâ causlâ eadem inter eosdem committitur alij cognoscenda, & prorogationem, alienæ iurisdictionis, nimis euidens. Immò *Vult ad d.l.1. num 85. & seq.* Commissariorum ab Imp. vigore ordinationis Cameræ imperatorum, iurisd. cum delegata sit *Mynf 2.obs 32. Gail.1.obs.33* non prorogati extra casum temporis (*vt* s. quæ tamen prorogatio; vt monui, alia est) itaque vsu seruari docet. q *vt Duar.de iudic. cap.de foro comp. f.165.* Aliter *Gouean.ad l.10. de iurisd. p.10.* intelligens notionem & iudicandi potestatem inter certas personas, veluti Procuratoris Cæsaris. Arqui & illa vera iurisdictio est, licet causlis limitata. Aliter *Bart, in d. l.1.nu.8.* qui non habent certum locum vbi ius reddunt, vt Doctores, item qui collegiis præsunt. r Quod tamen declaratum per ea quæ s. *lit.P. circ.med.* si & mandantis iurisd. ita restrictajea verò rota mandata. Tunc enim verum est mandatarium vice mandantis in omnibus fungi ex mandato vniuersali. Ergo cui rota mandata, Procur. Cæsaris delegata est potenit & inter consentientes causlam non fiscalem iudicare. Ast cui idem causlam vnam fiscalem inter Titium & fiscum commisit, non poterit causlam aliam fiscalem, nedum litem plauè priuatam inter Caium & Seium cognoscere, quin mandati limites transgrediatur. Quo faciunt, *not. j. lit.Aa.* s *Bocer.de iurisd.cap.7.num.20.* ℞. nihil huc pertinere regulam, cum iurisdictio non sit causlæ prorogationis, sed tantum subiectum circa quod versatur. t Conuenire videtur quod Dd. prorog fieri de persona ad personam, de causla ad causlam, de re ad rem, de quantitate ad quantitatem, de casu ad casum, de tempore ad tempus, de loco ad locum, vid. *Vasq. 2. contr. vsu freq. 14. Marantap. 4. dist. iudic. 12. num.3. Monac.in cap.1. de iudic.n.8. & in c.18. de foro comp. num.12. & seq. Bocer.cap 7.num.41. Paurmeist. lib.1.cap.25. num.23. Matth Steph. lib.1. cap.21. num.18. & seq.* Sed expeditius noster. Et prorog. ratione loci illi plane alitèr accipiunt quam vt hic Don. vid. *c. præced. lit.F.* Sed & de tempore ad tempus non admittitur, & quam illi sic vocant planè alia est, vt s. *lit.P.*

CAPVT XI.

Forum Competens ex personâ alterius.

AVT CVM INVITO (connecte c. præced.) ET VEL EX ALTERIVS PERSONA a ET IBI CONVENIENDVS & defendendus VBI IS CVIVS. VT SVNT HERES QVI, vt est in *l.19.pr.h.t.* ABSENS (non quod aliud sit in præsenti, qui facilius imò se ibi defendet, sed hæc verba adiecta vt distinguatur à præsente inconueniendi facultate, de quo seq. membro) IBI DEFENDENDVS VBI DEFVNCTVS DEBVIT, ET CONVENIENDVS SI IBI INVENIATVR, quia per naturam nisi præsens conueniri nequit. Conuenire enim est coram appellare & cum præsenti agere *Terent. in Adelph.2.Sc.2. & 4. Sc.5.* Ego ipsum conueniam *l.21.§.2. Ex quib.ca.mai.* Nec minus tamen absens ibi in ius vocandus, b qui b enim alia constabit eum non defendi vt missio fiat in possess. &c. Defendus autem ibi omnimodo vel per se vel per alium, etsi ex suâ personâ aliud forum habeat *l.34.h.t.* NVLLOQVE SVO PROPRIO PRIVILEGIO EXCVSATVR, quo videl. proprius iudex ei datur, ad quem reuocare possit, etiamsi ex sua personâ conueniretur. Siue illud priuatum sit, diplomate ex gratiâ vel ob dignitatem concessum, corpori iuris non inclusum, de quo omnes consentiunt, quia benefic. principum. in nullius iniuriam tribuitur, siue publicum legibus publicis vt militum *l.6. h.t.l.6. C.de iurisd.* studiosorum, ecclesiasticorum. c Nam c vocula *nullo* & hæc excludit, nec restringitur per vocem *proprio*: Quia licet ista communia sint si vniuersitatem generis & vtendi potestatem propria tamen, si singulos & vsum singulorum species, cum ad quemque cõmodum suo nomine pertineat. Ergo per *l.1.§. in propriâ 11. Quæ.app.sit.* Quin & cõmune pro parte quæ me attingit meum est, *l.239.§.vlt.de V.S.* Et qui in ius

ius alterius succedit, &c. *l.177. de R.I.* Iniquum enim vt actor cui cum defuncto negocium fuit, conditionem & priuilegium heredis sequatur per *l.3. in fin.pr. Quib. ex ca.in poss.eat.* Hinc priuilegium pupilli, quod eius bona possideri nequeant, negatur illi si vt heres conueniatur *d.l.3.pr.* Et fiscus si priuato succesſerit, eius iure vtitur, nec ius prælationis aut tacitæ hypothecæ habet *l.6.de I. fisc.l.17. §.5.de Vſur.* Nec obstat quod legati, Romæ conuenti, ius reuocandi domum habuerunt. Habuerunt enim si vt legati conuenti, non si vt heredes. II. DEFENSOR siue voluntarius siue necessarius vt venditor in causâ euictionis *l.vendi-*
d *ditor* 49. *h.t.* d quia defendere est eandem vicem, quam reus, subire *l.33.§.3.l.51. §.1.de Procur.*

NOTATA.

a a *Paurmeist.2.de iurisd.4.n* 91. *& seq.* Ex alterius, ait, persona apud iudicem non suum inuitus quis conuenitur vel iure communi, vt Heredes & defensores, vel singulari, actoris vel rei priuilegio b Sed *Cost.al.ad d.l.*19. Heredem absentem posse conueniri vbi defunctus debuit, quoad negocia cœpta. Quoad nondum cœpta autè in testatoris foro non conueniri, nisi ibi inueniatur & sit præsens, & *Zang. de except.p 2.c.1.num* 47. ita absentem respondere cogi, &c. si defunctus ibi iudicium acceperit *l.34.h.t.* quia per litis contestationem perpetuata iurisdictio. Quod tamen, vt apparet ex *n* 63. ita intelligit, nisi heres bona habeat in loco con-
c tractus cum defuncto initi. c Eaque sententia vicit *Bart. Castr. & Cost.al.ad d.l.*19. vid. *Paurmeist.2.de iurisd.4.n.*93. *& cap* 8.*n.*56. *Ant.Massa.Gales.ad formul.Cam.oblig.p.2.ad 2.oblig.particulam.q.2.num.*3. *Couar.pract.qq.cap.*7. *Vinc.de Franch. decis.*234. adi tamen *Prider.de Proc.extr.lib.*3.*cap.*51. *num.*7 † An heres ob iuram. defuncti æquè possit conueniri in foro ecclesiastico vti potuit defunctus? vid. *Seraphin.de Seraph. priuil.iuram.*67.*n.*22. *& seqq. vbi in addit. Martin.*
d *Benckendorf.n.*18. negant. d *l.1.l.2.l.vlt. C.Vbi in rem act.* vid. *Vuef ad d.l.*1. *Duar.de iudic.cap.de foro comp.f.*170. (vbi docet in *d.l.*49. mentionem priuilegij fieri, quia ex facto inciderat quæstio, non quia aliud sit in alio iudice.) *Gail.*1.*obs.* 37. *Suarzent hal.lib.*1.*proceſſ.iudic.c.*6. *n.*40. *& seqq.* Vnde *Paurmeist.lib.2.de iurisd.c.*4.*n* 95. notat directo statui imperij & imperio mediatè subiectum, si quid vendiderit ei qui immediatè subest, eique lis coram Imperatore motâ denuncietur, eiusdem tribunalis iurisdictionem subeat necesse esse. ϒ Idem esse etsi clericus sit defensor communiùs placuit teste *Monac. Pract. iudic p.*2.*c.*6.*principali n.*59. & in Senatu Spirensi seruatur *Gail.*1.*obs*37. *nu.*7. *P.Frider.de Proceſſ. extrab.lib*3.*de Contin.cauſſ.c.*5.*n.*8. dist. *Ioan. de Arnono singul.*69. † Fideiussor verò conuenitur coram suo, non principalis debitoris, iudice vid. *Hering.de fideiuſſ.c.*23.

CAPVT XII.

Forum domicilij prittati.

VEL EX SVA ET AVT IVRE COMMVNI (aut vid. *infr.c.*0.) VBI IV. CAVSSÆ subeundæ iurisdictionis, seu ex quibus quis forum sortitur. a 1. DOMICILIVM (*de 2.infr.c.*14.*l.*19.*§.*1. *&*
a *vlt.h.t.l.*2.*C.de iurisd.* Cum territorio enim homines, in quos propriè terrendi ius, vnde dicitur *l.*239.*§.*8. *de V.S.* subiiciuntur. HOC ROMANIS DVPLEX. ALIVD PRIVATVM, QVOD describitur pluribus, scitiùs quàm certius, in *l.cues*7. *C. de incol. lib.*10. *tit.*39. nos ita pressiùs: est locus in quo quis habitat animo
b ibi perpetuo consistendi, nisi quid auocet. b Duo itaque id CONSTITVVNT: HABITATIO non sola domus aut ædium, etsi plurium, possessio *l.*17. *§.sola domus* 13. *ad Municip.* c ET ANIMVS CONSISTENDI, vt sedem sibi fixam constituerit. d Non si ad tempus, legationis, mercatus, studiorum gratiâ ibi commoretur *l.*2.*C.de incol.* e Quod æstimatur tum ex muniis vitæ quotidianæ si ea obeat de quibus *l. eius* 27.
f *§.*1.*ad Municip.* f Et qui pluribus locis se ita instruxit totidem domicilia habet *l.Labeo.*5.*l.*6.*§.pen.d.t.* g Qui
g verò sedibus patriis eiectus errans sedes nouas quærit nusquam habet domicilium *d.l.*27.*§.*2.*h.* Tum ex conditione personæ; si ob eam ibi consistere necesse sit. Exemplo sunt Senator etsi liberũ commeatum acceperit, *l.*22.*§.pen.d.t.* 1. Miles vbi meret, si nil in patriâ possideat *l.*23.*§.*1.*d.t.*& relegatus *d.l.*22.*§.*3. k Ex k
alterius quoque persona hoc habent liberti, eorumque filij *d.l.*22.*pr.* seruus habitus ad libertatem proclamans, *l.*1. *C.Vbi ca.stat.* & vxor, etiam vidua, donec alij se iunxit *d.l.*22.*§.*1.*l.vlt.Cod.de inc.l.pen.pr.de iurisd. l.*65.*de iud.* l Spectatur vero id tempore quo conue- l
nitur, nõ quod ante habuit. Mutatio enim status mutat forum *l.pen.pr.de iurisd. l.vlt. C. de incol.* m Obstat m
l.C.de iurisd. verbis: vel tempore cõtractus habuit &c. tempore contractus, sc. ibi celebrati, vt caussa sit, nõ quia habuit domicilium illic, quod mutauit, sed quia contraxit. n Idque probat vocula *tantùm*, aliàs si dicta n
verba alium quàm contractus initi locum denotauerit, sequeretur, aut non duos esse locos conueniendi rei, sed tres, contra verba rescripti, aut non posse loco contractus conueniri reum, quod falsissimum (hîc & infra *ca.*19.) VBI ACTOR FORVM & domicilium REI SEQVITVR tum in ciuilibus, in personam vel rem *l.*2.*C.de iurisd.l.vlt.C.Vbi in rem actio l.*3. *C.Vbi ca. stat.* o tum in criminalibus *l.*5.*pr.C.de iurisd.Ratio in l.fa-* o
uor abiliores 125. *l. in pari caussa* 128. *de.*R. I. P Dubium hîc aliquando vter reus: 1. in caussâ status, vbi reus idem habetur, qui possessor, *l.*7.*§.vlt.de lib.ca.* q Et si q
seruus proclamans in libertatem sit in possessi. seruitutis, eius qui se dominum dicit *l.*4. *C. Vbi ca.stat.* sin ex possessione libertatis in seruitutem petatur dominus illius forum sequatur *l.*3. *C.d.t.* r nisi dolosè in pos- r
sess. venerit, fugitiuus *l.*1.*C.d.t.* s Idem est si de ingenuitate lis *l.circa* 14.*de prob.*2. in duplicibus iudiciis, vbi quia non æquè ex naturâ rei expedire licet, cum omnes pariter actores & rei sint, partem petant & pars ab eis petatur, is, quoad hoc, videtur actor qui priùs ad iudiciũ prouocauit *l.*13.*de iudic. l.*2.*in fi. Com. diuid.* quia ab eo litis initiũ, vt id ipsi non alij noceat: Quod si ambo, forte res discernenda *l.*14. *de iudic.* t Atque t
hæc non alia sententia est *l. Qui appellat prior, agit* 29.*d. t.* Nam nec de appellatione à sententia accipi potest, quia vnus ibi appellat, aut si ambo, itidem agunt. Nec de petitore qui mutuâ petitione conuenitur, vt Accurs. & Bart. u quia is & apertè prior agit vt indubia u
sit & nugatoria sententia, & non agit solus, sed ambo pro actoribus, cum sit vtriusque propria & distincta petitio *l.*1.*§.vltim. Quæsent.fine app.* Ergo aliter nequit quam de eo qui prior ad iudiciũ prouocat. Sic enim appellare pro interpellare legimus *Cic. in Quintiana pluries, Colum.lib.*1.*c.*7. Optima nomina mala fieri nõ appellando. Sic *in l.*16.*§.vlt.de fidei.* Obiicit Bart. Sic eadem sententia bis inaniter posita *d.l.*13 *& d.l.*29.*pr.* Quæ verbis diuersæ res eædem non protinus superfluę, sed aliæ aliis lucem cõmodant. Nec insolens plures, consentientes re, verbis alias, definitiones consultò proponi vt *l.*3.*& 3.seqq.l.*10.*& 3. seqq. d.l.* x x

NOTATA.

a Vulgò ita quatuor causſas constituunt ex *c.vlt. de foro* a
comp. Domicilium, Contractus, Delictum & Rem sitam, vid. *Vult.ad l.*2 *C.de iurisd.n.*2.*&* 9.*& ad l.* 5 *eod.n.*3, *& ad l.vlt. C.Vbi in rem act.n.*3. *Zang de except p.*2.*c.*1.*n* 4. Rectè verò diuersa caussâ & peculiaris statuitur delictum publicum, quando criminaliter agitur; Quando verò ciuiliter venit nomine contractus *l.*20 *de O.& A.* † *Matth. Steph.*1. *de iurisd.*27 *n.*11. addi forum continentiæ caussarum. & ita quinque causſas habet, *Alnod.de Reig.disp.Proceſſ.*1.*th* 77. ita bipartitò: Forum sortiri aliquem aut loco, & vel ratione domicilij vel rei sitæ, aut obligatione & vel ratione contractus vel delicti. b Quæ descriptio est domicilij habitationis, quod b
accidentale quidam vocant, & domicilio naturali seu originis opponunt. Verum huius effectus in munerum ciuilium delatio

relatione ac iniunctione, non in foro sortiendo vel iurisdictione subeundâ, vid. *Meno. 6. pr.sum.* 42. *num.*5. *Tiraq. de retr. lignag.* §.9. *gl.*2. *n.* 21. *& seqq. Coler. de Proceſſ p.*2. *c.*1. *num* 17. *Io.Monach. Pract. iudic. p.*2. *c.*6. *principali n.*9. *& ad rub. extra de foro comp. num.*9. *& seqq. Gæd. ad l.*190. *de V.S. num.*4. Nec in loco natiuitatis suæ parientisnve, sic enim ortum ab oriundo distinguunt, vt hic dicatur non qui ibi natus, sed genus duxit, seu oriri debuit *Alc.ad l.*147. *de V.S.n.*4. *& ad d.l.*190. *nu.*3. *Scal.lib.*7. *de ca.ling.lat.c.*149. etsi sæpe discrimen negligi à Iurisconsultis scribat *Gæd.d lo.n.*3. contra Cuiac.24. *obs.* qui docet voculam *oriundum* iure nostro semper notare originem paternam, non propriam & naturale solum) forum competens, nisi ibi reperiatur *Monach. dd. locis Gail.*2.*obs.*36.*n.*11. *Matt.Steph.*1. *de iurisdict.*28.*n.*75. *& seqq. Paurm.*2. *de iurisdict.*8. *num.*37. Quod tamen generali Germaniæ vsu non obtinere quin effectum domicilij originis generaliter sublatum esse notat ibid. *num.*38. *post Zang. de except.p.*2. *cap.*1. *nu.*28. *& vult. ad l.*2. *Cod. de iurisdict. num.*23. Domicilium tamen præsumi aliquem habere in loco originis idem *d.c.*1. *nu.*5. *per leg.*3. *Cod. de municip. & arg. l. princ. &* §. *vltim.l.*17. §.11. *ad Municip. l.*26. *de capt. & post l.* ideoq; si ibi conuentus dicat se alibi domicilium habere onus probandi illius esse. † In dubio appellatione domicilij venire habitationis non natiuitatis, post alios *Decian.*4. *tr. crimin.* 16. *num.*13. quia id specialiter ac propriè sic dicitur, *paur-*
c *meist. d. c.*8. *n.*25. c *l.*4. *C. de incol l.*53. *C.Th. de decurion. Cuiac.* 14. *obs.* 12. *&* 24. *obs.*23. *Vuef. cons.*1. *num.*57. Domus enim possessio facti est, domicilij constitutio iuris. *Matth. Steph.* 1. *de iurisdict.* 28. *num.*31. *& seqq.* Etsi Gallix moribus aliud *Hotom. cons.*52. *num.* 22. Contra vbi domicilium ibi necesse esse, vt si domus *Cuiac. d. obs.*33. *in fin.* Non tamen propria, sed etiam aliena vel conducta, precaria aut gratui-
d ta, vid. *Gæd. ad l.*203. *de V.S. num.*2. d Vbi larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit *leg.*7. *Cod. de incol.* vbi quid laris vocula significet scitè explicat *Zang. de except. p.*2. *c.*1. *num.* 9. Sanè si animus consistendi & domicilium constituendi expresse appareat incolam fieri, quem etsi maiorem partem bonorũ, vbi habitat, non collocauerit, *Meno.*
e 2. *arb. ca.*86. *n.*2. e Ideóque nec de contractibus alibi initis, in loco studij seu domicilio, studiosus conueniri potest, *Bart. ad leg.*19. §.2. *locrit. nu.*7. *Rebuff. priuil. Schol.*121. *pac. Com. ad aut. habita cap.*9. *num.*14. Tametsi gaudeant priuilegiis ciuium illius ciuitatis. *Rebuff. d. priu.*121. qui & tradit *priuil. seqq.* si ex statuto vel consuetudine habeantur pro ciuibus, tantum quoad ea quæ fauorem concernunt, non quæ damnum & odiosa sunt. Exceptio in *d.l.*2. *Cod. de incol.* nisi 10. annis transactis sedes ibi constituerint. Non igitur solus decennij lapsus incolam eum faciet. Sed factum cum tempore coniunctum illa verba requirunt, vt scilicet habitationem perpetuam constituerit, aliúdve fecerit vnde animus contracti domicilij appareat. Immò si certum sit studiorum gratiâ adhuc commorari, animumque suum declaret, nec per mille annos domicilium contrahet, *Vt Meno.* 2. *arb. cap.* 86. *num.* 6. *&.*7. *& num.* 22. *Vul. in leg.*2. *Cod. de iurisdict. num.* 19. *& seq. pruckm. Vol.* 1. *conſ.* 27. *nũ.* 71. *Zang. d. cap.* 1. *nu.*
f 19. *Matth. Steph.*1. *de iurisdict.*28. *num.* 49. f De coniecturis contracti domicilij, vid. *Alc. in l.*239. §. *incole* 2. *de V. S. Decia.* 4. *tr. crim.* 16. *num.* 8. *Meno.*2. *arb.ca.*86. *Zang. de except.p.*2. *cap.*1. *num.*5. *& seq* Quando autem animus consistendi verbis declaratus vel re & facto decennij lapsus non requiritur, *Gail.* 2. *obs* 35. *nu.*7. & *l.*27. §.2. *eod cap. ex parte de foro comp.* Vt si per semestre æstiuum, hîc; et hybernum illic habitet *Tiraq. de Nobil. c.*37. *num* 131. *Gæd. ad leg.*203. *de V. S num.*2. Quod si pro maiore parte anni vno loco habitet, ibi solùm, post alios *Zang. d. cap.*1. *num.*35. quod non omnino admittit, *pruckm. Vol.*1. *conſ.*3. *num.*72. Sed et si verobique possideat bona æqualiter habitans, vbi maior pars bonorũ *Decian. lib.*4. *tr. crimin. c.*16. *num.*10. Vbi verò plura rei domicilia, electio est actoris *arg. l.*4. *de eo quod cer. lo. Zanger. d. c.* 1. *num.* 16. *paurmeistor.* 2. *de iurisdict.*7. *num* 31. Post alios testans de communi. Exceptionem subdit nisi agatur de beneficio ecclesiastico, vbi iudex beneficij solus competens, nec alius adiri potest etiam consentiente reo sine illius li-
h centiâ *cap. significaſti* 18. *de foro comp.* h Vbi si vagabundus si reus aut fugitiuus detineri & iudicari potest, vbicunque reperirur vel vt Plurimum versantur *Zang. d. cap.* 1. *num.*38. *Decia. lib.*4. *tr. crim. c.*13. *Coler. de proceſſ. p.*2. *c.*1. *n.*78. *& seqq.* Quod restringunt nisi satisdare paratus de sistendo se & respondendo in loco domicilij: Idque *Monach. pract. iudic. p.* 2. *cap.* 6. *principali num.* 64. ita admittit si certum domicilium aliquando habuerit. Sed *Coler. d. lo. num.*85. *post panorm. in cap. fin. de foro comp.* restrictionem hanc in dubium meritò vocat, maximè verò quando contractus paratam habet ex-

secutionem, omninò reijcit. quem adi. Potest & tunc adiri iudex omnium communis seu superior *Gail.*1. *obs.*1. *num.*33. *& seqq. Vult. in l. vltim. C. Vbi in rem num.*23. k *l. pen. de Senat.* k
Senatoribus Italia egredi non licuit, nisi iure liberæ legationis dato, de quo vide *Zamosc. lib.* 1. *de Senatu pag.* 62. *& seqq.* † Eadem ratione Clericis domicilium est loco beneficij requirentis assiduitatem vel residentiam *Henric. Bouer. singul.*2. *n.*1. *Paurmeist.*1. *de iurisdict.*7 *nu* 30. *Decia.*4. *tr. crim.* 16. *num.*14. k Qui & in loco vnde arcetur id retinere potest. k
*l.*27. *§. vltim. d t.* cum ibi Procuratorem habere posse *Papinianus* 20. *de minor. P. Greg.* 18. *Synt.* 13. *num.* 26. † Vocant hoc domicilium necessarium, vti alterum, quod suâ sponte quis constituit, voluntarium, *Monach. S. d. cap.* 6. *n.* 9. *Matth. Steph. lib.* 1. *de iurisd. ch. cap.* 28. *num.*12. declarans *num.*15. hoc obtinere in relegatione perpetuâ vel saltem decenali l *add. S. lib.*13. *Cap.*21. *lit.F.* Et si marito Plura fuerunt l
domicilia eadem retinet vidua, nisi vnum eligat, ibique cum familia habitet, veluti quo dotalitium constituturn habet *Zang de except. p.*2. *cap.*1. *num.*37. Exceptio est nisi luxuriose viuat *Decia.*4. *tr. crim.*8. *num.*4. An verò etiam vxorum quod maritus iure speciali habet sortiatur, vid. *vinc. de Franch. dec.* 363. † Aliquando notant maritum domicilium vxoris sequi & ibi forum sortiri *Decian. d.c.*8. *num.*5. *Zang. d.c.*1. *n.*24. *mann der Mann zum weibe einfreyet.* Sed rectius dicemus, opinor, eo quidem casu vxorem non mutare forum sed retinere, vt *Decian. d. lib.*4 *cap.* 16. *num.*17. non ideo tamen maritum ex alterius, vxoris, persona forum sortiri, sed ex suâ & facto proprio, dum ibi animum consistendi declarat, & domicilium instituit, aliàs secus etsi in partiâ vxoris commoretur, vid. *Georg. de Cabedo p.* 1. *decis.*165. m m
Quare etsi ante contractum matrimonium diuersum habuerit forum vxor, eadémque ex caussâ antiquiori conueniatur, modo lis non ante inchoata fuerit, domicilium posterius mariti forum competens facit non anterius arg. à contrario ex *d.l. pen. pr. & l.*7. *de in d. Georg. Acac. Enenkel. lib.*2. *de priuileg. c.* 4. *n.*83. † Cæterum etsi domicilia habitationis pro arbitrio transferantur, cúmque ipsâ voluntate mutentur *l.*31. *ad Munic.* (licet nuda contestatio non sufficiat *l.*20. *d.t.*) Domicilium tamen originis, quia naturale, est immutabile iure Romano *l.*6. *pr.* Dd. *t.l. pen. C. de municip.* nec quis renunciare illi, aut se ei eximere potest, respectu honorum & munerum personalium *Zang. d.c.* 1. *num.* 25. *Decian.* 4. *tr Crim.*16. *nu.*19. *Vultei. ad l.*2. *Cod. de iurisdict nu.*18. *Bodin.*1. *de Rep.* 6. *num.* 59. Vsu tamen Germaniæ communi domicilio translato iusciuitatis patriæ eiúsque priuilegia & effecta, etiam in muneribus, sublata censentur *Gail.* 2. *obs.* 36. *num.*7. 1. *ult. d nu.*18. *Zang. d.l. nu.*28. n *Duar.* tamen de iu- n
dic. *cap. de foro comp. f.*167. Domicilium intelligit, quod vel habet reus vel tempore contractus habuit. Quæ sententia speciem æquitatis præ se fert, maximè si cum Dd. vt. *l.c.*14. *lit F.* ponas in loco contractus non aliter tenere, conuentionem rei quam si tempore litis intentatæ ibi versetur. Quid enim si quis Lipsiæ ex. gr. contraxerit cum eiue Dresdensi, Lubecam postea domicilium transferente. Iniquè videtur agi cum actore filiis instituendæ gratiâ Lubecam ipsi proficiscendum, qui si hoc euenturum sciisset, fortè non contracturus. Et pro eõ arg. duci potest ex iis quæ not. S. *cap.* 9. *lit. Q. V. nec tantùm.* Verùm an iuri consona sit ambigo, per ea quæ hîc noster o *l.*3. *pr. de al. iudic. mut. ca. c. cum. fit. ge-* o
nerale 8. *c. si clericus* 5. *de foro comp. c. experientia.*15. *n.*11. *q.*1. Atque hic legum solitus ordo *l.* 6. §. *q. C. de his qui ad ecclesiuris* ordo non conuertendus *d. leg.* 2. *Cod. de iurisdict.* Quamuis enim conuentione ab illo recedi queat, cum prorogatur iurisdictio, *Vt S. c.* 10. non tamen tunc conuertitur, eo quod fiat volente reo cuius fauore ita constitutum est, *Vult. in d l.* 2. *n.*7. *Matt. Steph.*1. *de iurisdict.*27. *n.*15. Et hæc regula generalis *d.c.*8. obtinens in petitorio & possessorio, siue ordinariè siue sumariè & extraordinariè agatur, *Vult. ad leg. Vlt. Cod. Vbi in rem act num.* 2. Cuius etsi plures excepr. proferantur à Dd. pleraque tamen eiusmodi vt regulæ non insint. vid. *vult. ad d.l. vlt. num.* 17. *& seqq.* P *& ll. simil. ad-*
notatis à Goth. ad d. leg. 125. Cuius rationes reddit *Aristot.* P
Problem. sect. 20. *quæst.* 13. 1. quia in potestate actoris est, an experiri velit, non rei. 2. Grauius periculum reo, qui metu dãnationis multa omittere potest, vt accidit grauiter commoris 3. quia nocentem liberare quàm insontem condemnare præstat. add. *Broid. e. in supplem. hist. fori Pollet. lib* 5. *c.*15. *p.* 528. *& seq.* Hinc Athenis vna clepsydra actori ad agendum, reo duæ defensionis gratia concedebantur, vid. *Ioach. Steph. lib.* 2. *de iurisdict. Iud. Grec. &c. cap.* 10. *num.* 14. Et apud Romanos lege Pompeia, actori ad causſam dicendam duæ, reo tres horæ datæ, *Dio. lib.* 40. *pag. m* 144. *Pollet. lib.* 1. *hist. fori c.*11. De reorum fauore *P. Fab. ad d. l.*125. *May-*

nard. lib. 4. decis. Tholos. 80. Alia regula de foro rei, &c. ratio, quod cogi non possit reus, in quem iudici non est imperium. Actor verò volens litigat *Vult. ad l. 2. num. 4.* Adhæc naturæ conueniens vt quem persequimur in loco vbi est
q quæramus, *Vult. ad l. 5. c. de iurisd. n. 2.* 9 ita & *Cuiac. in Par. C. vbi ca. sta.* Qui petitur in seruitutem vel libertinitatem, aut aduersus quem in libertatem vel ingenuitatem fit pro-
r clamatio, *Paurm. it. 2. de iurisdict. 8. num. 36.* Etsi enim seruus forum non habeat, quod est iuris ciuilis, tamen qui in possessione libertatis est, interim dum litigat pro libero
s habetur *l. 24. de lib. ca. vt Vult. ad l. 3. & 4. C. vbi ca. sta. n. 2.* s Quod enim ibi antequam fugeret, seruus fuerit in possess. seruitutis probant verba *cum tibi seruiret.* Edicto namque perpetuo cautum, vt qui dolo in possess. libertatis, simile habeat præiudicium ac si esset in possess. seruitutis *l. eam quæ* 31. *C. de lib. ca.* ne fuga domino noceat *l. 1. C. de seru. fug. vult. ad d. l. 1. C. Vbi ca. sta. n. 18.* vbi *n. 22.* tradit idem seruari
t in hominibus liberis, iure aliquo mancipatis, vt colonis & censitis ac quos hodie proprios vocamus. t Quam l. citans iudex Pantagruelinus omnia sorte dirimebat, inquit *Duar. ad tit. D. iudic. cap. de litigatorib. f. 158.* Quæ sorte desi-
u niantur, vid. *Gothof. ad l. vlt. pr. C. Com. de leg.* u Quibus ferè conuenit, *Forcat. Necyom. dial. 68. n. 5. & 6.* ita exponens: Qui *prior* in ius vocauit & litem instituit, prior auditur agendo, si modo lites & actiones æquè principales sint, *auth. & consequenter Cod. de sentent. & inter lo.* Sic enim appellare est denunciare in iudicio vel extra iudicium (in quo consentit noster) *leg. 15. §. 33. de iniur. Martial. lib. 7.* Ap-
x pellat rigidâ tristis me voce secundus. x Quid quod multoties sententiæ veterum prudentum, sanctionésque Impp. in libris Pandect. & Cod. iisdem verbis repetitæ reperiuntur. Nec in diuersis tantum titulis, vt ipse obseruauit, in *leg. 4. de off. assess. iunct. l. 19. §. vltim. Locati. l. 9. de Senat. iunct. l. 34. §. vlt. de vi, nupt. leg. 13. Quod met. ca. iunct. leg. pen. ad l. Iul. de vi priuat. l. 8. Com. diuid. iunct. l. 45. de acq. do. l. 1. §. 4. de O. & A. iunct. l. vlt. de extr. cog. l. 37. de iudic. iunct. l. 5 de vi publ. l. 55. §. 7. & seqq. de leg. 3. iunct. l. 167. de V. S. l. 127. vers. nulla de V. O. iunct. l. 88. de R. I. l. 51. Cod. de epist. & cler. iunct. l. pen. C. de pact.* & pluribus aliis quas referre tædiosum. Sed postea & comperi plurima geminationum exempla collegisse *Ant. Aug. 1. Emend. 7. Theod. Straitman. Harmon. tit. vtr. iur. p. 236. & seqq.* Et per 160. capita geminationes congessisse, *Praetium media Iurisp. lib. 1.* tradit *Lopex. animadu. cap. 36. & vlt.* Verùm etiam, quod miretis, in eodem titulo, ex eodem auctore, *vt l. 6. pr. iunct. l. 18. de re iud.* quod & notauit *Muret. obs. iur. c. 4.* & *l. 24. §. 4. iunct. l. 62. Sol. matr.* quod & obseruauit *Hot. 1. amic. 7.*

CAPVT XIII.

Forum Domicilij communis.

f ALIVD COMMVNE ROMA *l. 2. §. 4. & seq. l. 24. de iudic.* (quod cum imperij formâ
a exoleuit, a sed potest simile in cuiusvis Regni metro-
b poli b constitui) quæ communis patria *l. Roma 33. ad*
c *Munic.* c *Cic. Orat. 2. contra Rull. & 2. de ll. prine.* & alibi ac vt *Corn. Nepos in vitâ Attici*, domicilium orbis ter-
d rarum. d Omnes igitur exteri poterant Romæ conueniri, si ibi erant, non tamen ex suâ ciuitate absentes euocari *d. l. 2. §. 4. & seqq.* vbi hoc significat verbum conuenire iunct. *l. 19. pr. d. t.* NISI IVS ES-
e SET DOMVM REVOCANDI, e QVOD FVIT LEGATIS, ET QVI NECESSARIA DE CAVSSA, testimonij, tutelæ reddendæ, iudicandi ACCERSITI, vel qui ibi prouocationis exercendæ
f caussa *d. l. 2. §. legatis 3.* f Nisi illi in legatione (id est extra prouinciam suam, Romæ, an in Italia, an in prouinciâ aliâ nil refert *d. l. 2. §. 5.* quo pertinet *l. 9. d. t.* non autem si iam designati legati domino vel in prouinciâ) hi Romæ contraxerint *l. 24. & seq. de iu-*
g *dic.* g latiori sensu, siue verè, siue etiam deliquerint *l. 10. l. 24. §. 1. d. t.* Quo rectè refert Baro in manual. speciem *l. 42. d. t.* quia ibi culpa mariti causam de-
dit diuortio, nam si vxoris, non esset illis dotis petitio *l. 8. C. de repud.* h Exceptæ tres caussæ, in qui- h
bus priuilegio locus, etsi Romæ contractum sit 1. Si hereditatem adierint legati *l. 26. de iud* vbi ratio solis legatis conueniens, 2. Si cum aliquo Romæ egerint, iniuriam, furtum, damnúmve persequuti, vbi si mutuo ibid. conueniantur, non coguntur (quod aliàs regulare *l. 22 de iud.*) excipere actiones *l. 2. §. 5. ℣. sed etsi d. t.* vbi ratio conueniens etiam aliis quibus aliàs, nisi contraxissent, ius reuocandi domum, 3. Si in legatione constituerit legatus quod ante debuit *l. 8. de iud.* Hoc enim egit vt in constituti obligatione eodem iure sit quo in priori *l. 33. pr. de don. vid. c. seq. sub. fin.* Idem igitur in aliis S. dictis personis. Contra aliquando & extra causam contractus priuilegio huic planè non locus, quoties eius quod petitur præstatio facilis sine damno & impedimento vt cautio dam. inf. legatorum nomine *l. 26. & seq. de iud.* Aliquando cum temperamento, quod duplex 1. in actionibus temporalibus si periculum ne dies exeat, litum prius Romæ contestari cogebantur *l. 28. §. 4. d. t.* ne priuilegium aliis sit damno. Et hoc est quod habetur in *l. 2. §. pen. d. t.* in quibus protelatur, id est differtur *l. 4. pr. de dam. inf. §. vlt. in fi. l. de exc.* admonitio id est interpellatio seu conuentio vt in *l. 48. de V. O.* hoc procedere sine temporali damno oportet. Succurritur enim per litis contestationem *d. l. 28. §. 4.* non verò ipso iure seruatur actio, vt Accurs. quæ die exeunte non potest non amitti. 2. in omnibus aliis caussis reuocationem ita obtinebant, vt priùs caurent se iudicio stituros, in prouinciâ, die à prætore statuto. *d. l. 2. §. 6. de iudic.*[i] i

NOTATA.

a † Putant tamen *Imol. & Bart. in c. vlt. de foro comp.* hodie a in Curia & aula imperiali quemque conueniri posse, si ibi versetur, nisi necessaria caussa; vt iure reuocandi domum vti possit. Et hoc etiam casu conuentum præstare cogi cautionem iudicio sisti de respondendo in foro suo, ref. *Matth. Steph. d. c. 8. n. 11. & 10. Monach. Pract. indic. p. 2. c. 6. principali. n. 16. & 2. seqq. & ad rub. extr. de foro comp. n. 15.* b Quæ b prouinciæ caput vocatur *l. 9. pr. de of. proconf.* Nec à mensura origo vocis, vt in *c. cleros 21. dist.* sed ἀπὸ τῆς μητρὸς *Ant. Aug. lib. sing. ad Modestin. p. 244.* Hinc metropoles prouinciæ matres *l. 1. C. de metrop. Beryto. l. 11.* vrbes matrices *l. 4. §. penult. D. de off. proconf.* Quod ex iis cæteræ vrbes & oppida ceu coloniæ deductæ haberentur, quodq; præcipuæ essent, alias, vti matres filias, curent ac defendant. *P. Greg. 2. de Rep. l. n. 9.* Et quia pro parente & vetere patriâ, agnoscebatur metropolis dicta Maior patria, *Turneb. in Orat. 1. Rull. fol. 21. & in Varr. de ling. Lat. 277.* Sic Lutetiam, Francis communem patriam vocant *Rebuff. priuil. Schol. 77. Amanell. de Claris aquis sing. 236.* Et iure Hispanorum Curia Regis omnibus forum & tribunal, *Couar. pract. qq. cap. 5. prine.* c *l. 6. §. 11. de ex-* c
cus. tut. leg. vltim. de interd. & releg. † *Cui ad d. leg. 6. de excus.* Duplex air, patria: Propria veluti originalis & Communis Roma. d Ac vt *Athens. 1. dipnosoph. 15.* τῆς οἰκουμένης d
ἐπιτροπὴ vniuersi terrarum orbis seu totius habitatæ terræ compendium, quod omnes ibi nationes habitarent, ac in eâ omnes ciuitates commorantes facilè intueri liceret, *Forner. 1. select. 13. Hieron. Mag 4. misc. & var. lect.* qui hac de caussa communem patriam appellatam sentit, potiùs quàm quod omnes in orbe Rom. ciues effecti *leg. 17. de ita hom.* (vt post *Alc. 2. disput. 21. Ant. Aug. lib. sing. ad Modestin. pag 243. Vodin. 1. de Rep. 6. num 55.* qui Alex. Magni exemplum in hoc inuratum Antonium scribit. nam & is orbem terrarum ciuitatem communem, castrasua illius ciuitatis arcem nominabat, *Plutar. in Alex.*) Quia appellatio illa constitutione Antonini antiquior. † Vocatur & patria iuris *Cic pro Corn Balbo.* vrbis sacra *leg. 2. Cod. de naut. fœn.* æterna *Tibull. 2. eleg. 5. Ouid. 3. Fast. leg. 1. Codic. de Iurt. & suscept. liber. 11. & c. Coruas. ad l. 1. de O. I. n. 3.* Vbi quisvis imperio subiectos conueniendi potestas propter originem

originem & plenitudinem iurisdictionis *Iacob. Steph. li. 3. de iurisdict. cap. 1. num. 15.* e Dd. verò ius reuocandi domum gene- e
raliùs vsurpant. Quoties enim quis alibi quàm in domicilio conuentus, forum declinare potest, dicunt habere ius reuocandi. Vt si *in domicilio originis* conueniatur, posse reuocare ad domicilium habitationis, vid. *Zang. p. 2. de exc-cept. c. 1 n. 29. & seqq.* Sic & quando ex lege vel priuilegio extra domicilium quis conuentri nequit, dicunt ius reuocandi habere. Sicuti quibusdam ciuitatibus imperialibus hoc datum vt ciues non possint extrahi extra vrbem *Io. Monach. Pract. iudic. p. 2. tit. de Iure reuoc. domum in præfat.* Qui *& d. tit. c. 1. & in c. vlt. de foro comp. num. 10.* hoc conuenire ius reuocandi cum exceptione declinatoria fori, quia ab initio æquè opponendum ante litem contestatam differre, quia non prorsus negatur iurisdictio, sed caussa petitur
f remitti f item si ex caussâ quasi necessariâ seu probabili, religionis puta vel studiorum, post *gl. comm. receptam in d. §. Couar. pract. qq. c. 5. n. 1.* Quod & ad parentes filios studiosos visitantes, item que nuncios pecunias iisdem deferentes excendit *Rebuff. priuileg. Schol. 77.* Olim tamen ita si in prouinciâ, quò reuocabant, domicilium haberent. Nam si cautum inde oriundi coram Prætore peregrino conuenti sistere se compellebantur Quo spectat *l. 109. de V. S.* si rectè *Ioach.*
g *Steph. lib. 3. de iurisdict. c. 6. n. 23. & seq.* g Legatus autem domum reuocat, non tantùm si Romæ, sed etsi alio loco ex contractu aute legationem inito conueniatur, Aliis autem in hac specie ius reuocandi non est vid. *Monach. d. tit. de iure reuoc. domum c. 2. num. 2. Cou. d. cap. 5. num. 2. A. Gent. 2. de legat. 16. Suer. rep. lect. cap. 17.* Confer *Fr. le. vaier lib. de legation. cap. 5. Rulant. de Commiss. p. 1. lib. 7. cap. 10.* vbi quod de legatis dispositum est iure, ad Commissarios
h protrahit. h ita post *Castr. Monach. in c. vlt. de foro comp. num. 7.* Non igitur hoc speciale ob fauorem dotis, vt idem *Monach. pract. iudic. p. 2. tit. de Iure reuoc. domum cap. 3. num.*
i 18. *Dua. de iudic. cap. de foro compet. f. 159.* i Nuda tamen promissione *d. §. 6.* Vbi verborum *aliequin compellitur, & c.* hic sensus: Qui peregrinatur non facilè reperiet fideiussorem. Et ille leuius erit iudicium accipere quam inuenire qui satisdent. Quare non est cogendus vt quærat fideiussores. Et ita subintelligitur ibi *Magis* vel *potius* vt alibi sæpe vid. *A. Aug. 4. Emend. 8. Duard. d. lo. f. 159.*

CAPVT XIV.

Forum ex loco contractus.

2. OBLIGATIO CONTRACTA (de *I. S. c. 12.*) *l. 3. de reb. auct. iud poss. l. 19. §. 1. & 2. de iudic. h. t.* Idque ex contractibus veris tum ex conuentione tacitâ in ipso negocio & sic in continenti vt vbi contractum est ibi soluatur *d. l. 45. §. 1.* ex iure enim fumitur quod agi videtur *l. 6. de sol.* tum ex naturâ & lege obligationis, vt idem locus sit dissoluendæ qui contrahendæ *l. 35. de R. I.* In quasi contractibus & maleficiis, itidem ex conditione obligationis. Accedit quod veriora ibi documenta præstari possunt, vbi negocium gestum vel delictum commissum *l. vlt. in fi. C. Vbi de ræ. tem. pub quam priu.* VBI IV. EXPEDIENDA: I QVID CONTRACTVS VERBO HIC VENIAT?
a OMNIS OBLIGATIO *l. omnem 20. h. t.* a id est non propriè vinculum iuris, &c. quæ effectus est, sed factum ex quo obligatio nascitur, vt *l. 19. de V. S.* HABENDA non est contractus *l. 1. de reb. cred. l. 1. de pact. & 6.* PRO CONTRACTV, non vbique & generaliter. Sed in hac caussâ & parte iuris, per epigraphen *d. l. 20.* quia eo loco interpretatus est Paulus edictum, vbi se quisque defendere deberet, vt ostendit *L. 6. de reb. auct. iud. poss.* Non ex proprietate vocis, sed sententia ac ratione edicti, quia eadem in omnibus vis & conditio obligationis *l. 35. de R. I.* Ergò ita ius non tan-
b tùm in contractu vero *l. 19. §. 2. h. t.* sed & quasi *d. l. 19. l.* b nec excepta aditio hereditatis vt *c. seq.* item maleficiis *l. 24. §. 1. l. 42. h. t. l. & 2. C. Vbi de crim. vid. I. c. 16. 2.* QVIS SIT LOCVS CONTRACTVS? Qui non ÆSTIMATVR ex initio rei gestæ, sed ex
SOLVTIONE, in quam obligatio collata & sic ab effecta *l. 3. de reb. auct. iud. poss. l. contraxisse 21. de O. & A.* c Et si nihil cautum in quo res gesta *l 19. §. 2. l. 45. §. 1. h. t.* d fin cautum de quo *d. l. 19. §. vlt. l. 1. l. 4. pr. de eo quod cer. lo.* Idque etiam in re legatâ procedit *l. 52. §. 3. h. t. vid. c. seq.* Et perpetuo verum ibi contractum videri & agi posse, vbi res soluenda. Non autem vicissim vbi res petitur ibi & solui debere. Nam species debita etsi petatur loco rei gestæ præstari potest, vbi est nisi debitor aliò transtulerit. Generaliter enim vbi obligatio contracta pecunia solui debet, adeo vt alibi conuentus cogatur iudicatum facere vbi contraxit *l. 45. §. 1. h. t.*
e Neque tunc etiam verè alibi præstatur, quam vbi e petitur. Petitur enim ibi actione iudicati 3. *Necessitas iurisdictionis subeundæ: Reus se defendere debet* (ad eum refertur necessitas non ad actorem, qui conuenire potest etiam in loco domicilij *l. 10. §. 1. & vl. h. t. vid. l. c. 19.*) vbi contraxit *l. 3. de reb. auct. iud.* simpliciter, & si
f absit f aliàs bona possideri iubentur, *d. l. 19. §. 1.* NECESSITAS autem hæc NON PRECISA, *vt Io. & Azo ref. Acc. in l. 19. §. 1. h. t.* volentes remittendum esse reum à magistratu domicilij ad iudicem loci contractus, arg. *l. 1. C. Vbi ca. sta. Nou. 134. c. 5.* Sed iustè ab aliis notantur.
g Inaudita enim remissio in re pecuniariâ. Vinctus g enim si sponte iussui non pareret eò ducendus foret. Et *d. c. 5.* de criminibus specialiter loquitur, quia publicè interest exemplum in fontes edi vbi deliquerunt. Ac in *d. l. 1.* remittitur seruus fugitiuus, libertatem sibi vindicans & ita actor non reus, id est litigare iubetur in foro domini. h Denique reiecta hæc remissio iure h
Canon *c. 1. §. contrahentes 3. de foro comp. in 6.* SED CONSEQVENTIÆ, quia nisi defendatur bona possideri iubentur *l. 19. §. 1. h. t. vid. infr. lib. 23. c. 11. & seqq.* i Et hanc i
solam esse pœnam probat *l. 19. de in ius voc.* Quid si bona ibi non habeat? Nullæ partes iudicis, non quia ius deficiat, sed facultas iurisd. exercendæ; Nec potest magistratus in bona alterius territorij mittere *l. 12. §. 1. de reb. auct. iud. per l. vlt. de iurisdict.* Cautum tamen *d. c. 1. §. contrahentes*, iudicem loci vbi bona sita decretum exequi debere. Non iniquè sanè, sed iuri minùs consentaneè. k. Neque enim exsequi potest ex persona k
eius qui decreuit, per *d. l. vlt.* neque ex suâ, qui ius dicit mittendo in possess. iurisdict. suæ non subiectum. 4. AN HOC PERPÆTVVM? Ita ferè quia ratio vbique eadem. VNA EXCEPTIO, NISI CONTRA CONVENERIT *d. l. 19. §. 2. h. tit.* etsi ex interuallo, quia & inde reo exceptio per vulg. ETIAM TACITE: IDQVE VEL EX CONDITIONE PERSONÆ. Excepti enim 1. Mercator aduena *d. §. 2.* vbi requitur, vt sit viator confestim discessurus, nec merces venum expositurum. l & vt alter contra- l
hens id sciat. Tunc enim conditionem eius, qui non hoc animo est, vt iudicij caussâ iter cœptum interrumpi velit, in contrahendo hic sequutus censetur arg. *l. 3. pr. ad SC. Maced. 2.* Maritus in dote *l. exigere 65. hoc tit.* vbi ratio. Id enim actum, quia dos datur matrimonij caussâ, cuius conditio vt vxor ipsa in domicilium mariti veniat. m Ergo & res eius VEL EX m
GENERE OBLIGATIONIS IN CONSTITVTO *l. 8. hoc tit.* Quæ etsi de legatis, tamen nihil ibi speciale legationis, nam & legatus ex contractu si conueniatur ius reuocandi non habet, sed constituti proprium, & ad omnes ex aque, qui constituunt, pertinens, idque ex naturâ constituti cuius origo & caussa spectanda *l. 33. pr. de don.* id est principale debitum. Constituto enim non noua inducitur obligatio, sed vetus accessione confirmatur. At hic antilogia occurrit inter *d. l. 8. hoc ti. & l. 5. §. 1. de pec. constitut.* Varij variè nullus

expeditè. Non vitabitur dissensio si *d.* § .1. ita accipimus quod Romæ conueniri debeat. n At hoc necesse non est. Verba nihil inferunt aliud quàm quòd conueniendus. Rectè sed non Romæ *d. l.* 8. verùm in prioui̇nciâ. Nam *d.* §. 1. quæritus tantum an teneatur, non vbi Ratio autem dubitandi in verbis seqq. Nam si in prouinciâ constituit Romæ se soluturum denegatur actio in totum & Romæ, quia ante legationem contractum Ergo per *l.* 2. (§. 5. *h. t. & c. vt c. præced.* & in prouinciâ, quia aliò collata solutio. Idem ergo videri poterat in casu conuerso.

NOTATA.

a a *Cui.* 3. *ad Afric. in. l.* 3. *de leg.* 1. generali significatione contractus negooium gestionem quoque venire & delictum, ac *Duar. de iudic. cap. de foro comp. f.* 168. *Vult. in leg. Cod. Vbi de crim. ag. num.* 5. *Zang. de except. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 43. *Bocerus ad leg.* 23. *de R. I. cap.* 1. *num.* 2. b item in solutione indebiti, *per leg.* 27. *de cond. ind.* vbi vid. *not. Gothof.* Item in distractu cuius eadem natura *l.* 58 *de pact. Tiraq. post. ll. Connub. gl.* 5. *n.* 8. *Matth. Steph. lib.* 1. *de iurisdict.* 29. *num.* 4. *Io. Monach. pract. itid. p.* 2. *c.* 6. *principali n.* 28. Nec refert an agatur ad implementum & seruationem contractus, an ad rescissionem ac dissolutionem, per *l.* 14. §. 4. *ibi vel si abesse C. de non num. pec. Cou.* 1. *var. resol.* 4. *n.* 1. *Coler. de proceff. p.* c 2. *c.* 1. *n.* 18. *diff. Bald. ad l.* 65. *h. t. n.* 2. Quanquam *Coler. de Proceff. p.* 2. *c.* 1. *n.* 19. *& n.* 51. *& seqq.* forum ex loco destinatæ solutionis distinguat à foro contractus, vbi & docet *n.* 55 tunc in loco contractus celebrati non posse conueniri eum nisi ibid. domiciliumhabeat, &c. Qui verò certo loco soluere promisit conuenitur ibi non tantùm quoad solutionem, sed etiam quoad damna & expensas *c. dilecti*, & ibi *Panorm. de ivo. comp. cap. fin. eod. Matth. Steph.* 1. *de iurisd.* 29. *n.* 6. † An verò tunc alio quocunque loco possit, vid. *l. c.* d 19. *lit. C.* d Non verò vbi confectum instrumentum contractus probandi causâ, arg. *l.* 39. *de O. & A.* nisi placuerit contractum in scriptis fieri, vid. *Rob.* 1. *Sent.* 4. *Zang. de except. p.* 2. *c.* 1. *n.* 44. *Matth. Steph. d. c.* 29. *n.* 18. Confer *Tiraq. de retr. lig. §.* 2. *gl.* 1. Non etiam vbi contractus est confirmatus, si is locus alius, quia confirmatio nihil noui addit, per *l.* 3. *h. t. Gail.* 2. *obs.* 1. *n.* 4. *Io. Monach. in rub. extra* c *foro comp. n.* 26. *M. Steph. d. c.* 9. *n.* 21. Vix igitur conuenire videtur quod Coler. docet *d. cap.* 1. *num.* 22. regulariter & quasi semper post moram in soluendo abhibitam adeundum esse pro executione paratâ siue in res siue in personam debitoris, iudicem domicilij, &c. f Vulgò tamen interpp. requirunt, vt tempore instituti iudicij, ibi reus reperiatur vid. *Colc. de Proceff. p.* 2. *c.* 1. *n.* 36. *Monach. Pract. iudic. p.* 2. *cap.* 6. *principali num.* 8. *Paurmeist. lib.* 2. *de iurisdict. cap.* 8. *num.* 96. vbi idem ex omnium, vt ait, consensu requiri etsi in loco contractus per regulam tabernáque habeat, vt ibi consistere dicatur. *Vult ad l. C. de iurisd. n.* 27. vbi excipit, nisi eodem loco se soluturum promiserit, tunc enim actionem tenere vult, etsi ibi reus non sit. At inquam regulariter eo ipso quod contraxit ibidem solutionem promisit, modò nihil contra expressè tacitève conuenerit. Et si alio loco solutioni destinato, quam quo res gesta est, actio ibi tenet, si vel tabernam ibi habeat reus, vel bona possideat, etsi lite mota ibi non reperiatur, Coler. *d. c.* 1. *n.* 50. quia eo loco tacitè contractum consertur, & vt Coler. *n.* 51. fictè. Idem vtique erit in loco vbi vere contractum est, solutione in alium locum non collata. Quanquam fortè in effectu consentit nostro Coler. dum ibid. *n.* 50. docet non repertum in loco rei gestæ condemnari non posse vt contumacem quoad effectum personam concernentes, excommunicatione, &c. post: quoad effectus bona respicientes, vbi vid. & *Zang. d. c.* 1. *n.* 43. *& n.* 72. *Conar. pract. qq. c.* 10. *n.* 4. *Matth. Steph* 1. *de iurisd.* 29. *n.* 30. Qui *n.* 34. tradit non aliter in loco contractus conueniri efficaciter, quàm si vel ibi deprehendatur, vel bona possideat. Quod ab iis quæ hic Don. non abludit. Malè verò qui etsi inueniatur reus in loco contractus excipiunt, nisi confestim recessurus arg. *l.* 19. *§.* 2. *de iudic. Zang. d. c.* 1. *n.* 48. *& seqq.* Nam *d.* §. 2. non requiritur vt tunc non sit aduena quando agitur, quasi ex ea causâ ius sit reuocandi domum, sed ne tunc fuerit quando contractum est. Omnia enim ibi verba præteriti temporis referentia se ad tempus negocij gesti, non litis institutæ Quare si tabernam pergulámve habeat, qui contraxit eo loco, actio deinde contra eum tenet etsi tempore litis intentatæ ibi non sit. Quod omninò probat *d. l.* 19. *pr.* Nam si heres absens qui ex persona defuncti cõuenitur, ibi defendêdus vbi defunctus contraxit, sanè multo magis ipse defunctus si viueret ibi etsi abesset, lite pulsari posset. Absurdũ namq; duriùs quẽ adstringitur ex personâ alterius quàm propriâ, & heredẽ deterioris esse cõditionis defuncto. Ad hæc. Qui ex necessaria causa alicubi est pro absente habetur, quatenus scilicet ei expedit, per *l.* 2. §. 3. *de iudic. c. vlt. de dilat.* At qui ex necessaria causa (exceptа legationis) est in loco quo contraxit potest ibidem cõueniri, *d. l.* 2. *§.* 4. Ergo & si planè absit. g vid. *Duar. de iudic.* g *cap. de foro com. fol.* 168. *Couar. pract. qq. c.* 10. *nu.* 4. *Zang d. c.* 1. *n.* 55. *Suarzenthal. lib.* 1. *Pr. iudic. cap.* 6. *num.* 22. *Paurmeist.* 2. *de iurisd.* 4. *num.* 101. *& c.* 8. *num.* 97. *Matth. Steph.* 1. *de iurisdict.* 29. *num.* 47. *& seq.* quia sicut de domo sua quis inuitus ex causa ciuili extrahi non debet, ita nec de ciuitate vel prouincia *Gail.* 1. *de pa. publ.* 16. *num.* 32. vbi excipit nisi specialiter renunciauerit priuilegio fori ex *gl. comm. approbata in l.* 1. *verbo pro non dato, Si quis in ius voc Bart. ad l.* 19. *§.* 1. *hoc tit. n.* 1. *Couar. d. cap.* 10. *num.* 5. quam tamen alij communiter reprobari testati sunt, quos refert *Vasq.* 3. *contr. vsufreq.* 52 *n.* 4. etsi ipse eam probet, per *l. pen. Cod. de pact.* Enim verò admisso hoc casu, non ideo, vt reus criminis, in vinculis remittendus erit, sed compelletur à iudice domicilij remediis competentibus, vt eò vel ipse eat vel Procuratorem ad litem tractandam mittat, *Vasq. d. lo.* h Nec ibi est h remissio vera quæ fiat à magistratu loci vbi reperitur fugitiuus, magistratui loci vnde aufugit. Vt frustaneus sit labor, qui in conciliandа *d. l.* 1. *cũ leg.* 1. *Cod* Vbi *quis de curiali, &c.* insumitur tum ab aliis, tum à *vult. ad d. leg.* 1. *Cod. Vbi quis de cur. nu.* 28. *& seqq.* i Quomodo autem hic citandus i reus, an à iudice loci contractus, an per subsidium iudicis domicilij? *Zang. de except. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 64. *& seqq.* ita: Si iudex loci contractus superior est iudicis domicilij, sua auctoritate vocabit *l.* 33. *§.* 5. *vers. verum §. Cod. de ep. & cler. l.* 2. *C. de off. pref. vrb.* quia hic ab illo cumulatiuè iurisdictionem habere creditur, nisi, priuatiuè sibi concessam doceat. Sin æque inferior per subsidium illius etsi vterque sint sub eodem superiore, eiúsque nomine iurisdictionem exerceant, quia vtriusque iurisdictio territorio cohæret, illius finibus inclusa, nisi tamen debitor citantis subditus (vt addit *num.* 69.) Quod si iurisdictio suo nomine habeant non aliter quam per subsidium siue sint sub vno, siue sub diuersis principibus. Nec aliàs citatio reum arctat, aut in contumaciam contra illum procedi potest, ita *Zang. add. Couar. pract. qq. cap.* 10. *num.* 7. k Ita & *Paurmeist.* 2. *de iurisdict.* 4. *num.* 101. si k hoc ad rationes iuris ciuilis reuocetur dubium reddi. Et *c.* 8. *num.* 97. in foro ciuili locum non habere. Atqui non videtur iure ignotum, vt sequentiam in alio territorio dictam magistratus alterius prouinciæ exsequatur *leg.* 45. *§. vlt. hoc. tit. d.* 15. *§.* 1. *de re iud.* Iurisdictio enim vna aliam adiuuare debet *leg.* 1. *Cod. de Ep. aud. Gail.* 1. *obs* 113. *n.* 16. *& obs.* 115. *n.* 2. † *Zang. d. c.* 1 *n.* 73. *& seqq.* exceptiones quatuor refert vbi actio teneat in loco contractus etsi nec ibi tunc versetur reus, nec bona habeat, ad hunc scilicet effectum. t. Si malitiosè se occultet vel latitet *d. c.* 1. §. *contrahentes.* 2. Quando in casum moræ se ad sistendum personaliter aliquo in loco obligauit *cap. ex rescripto*, & ibi *CC de iureur. Coler de Proceff. p.* 2. *c.* 1. *n.* 88. 3. Quando de reddendis rationibus agitur ex administratione vel publicâ vel priuatâ tutelæ aut curæ. Vbi enim negocia gesta rationem reddi oportet *l.* 18. §. 1. *l* 36. §. 1. *leg.* 45. *pr. h. t. tit. C. Vbi de ratiocin. tam publ. & c.* Vnde vulgò in actionem ratiocinorum remissioni locum esse, *Couar. pract. qq. c.* 10. *n.* 4. *in fi.* † *Vult.* ampliùs in *l.* 1. *C. vbi de ratiocin.* peculiare esse ei actioni ac proprium fori locum gesti negotij adeò vt in loco domicilij conuentus reus ius eo reuocandi habeat, etsi vsu fori id non obtinere fateatur *n.* 9. Et ratio h beturin *l. vlt. C. d. t. in fin.* Quæ cum priuatis etiam ratiociniis, in act. negoc. gestorum, mandati, pto socio, conueniat generaliter hoc etiam de iis, cum *Cui. in Par. C. d. t.* intelligit *vult in d. l.* 1. *num.* 6. Quanquam *zanger. d. t. n.* 77. *& Matt. Steph.* 1. *de iurisd.* 29. *num.* 37. hoc restringant ad ea negocia, quæ ad magistratum loci spectant vel primariò si administratio publica, vel secundario in tutela vel cura, arg. *tit. D. & C. de magistrat. & munen.* Quam restrictionem nec conceptio generalis tit. C. Vbi de ratiocin. publ. *vel. privatis*, nec verba *d. leg.* 1. *sive ex quocunque alio titulo*, nec ratio in verbis extremis *leg.* 2. *& vltim. d. tit.* Nec etiam *leg.* 36. *in fin. leg.* 45. *princ. D. hoc. tit.* admittere videntur quatuor exceptiones, Si certo loco soluere ibique respondere iuratò promiserit *zanger. d. c.* 1. *num.* 78. *Couar. d. c.* 10. *num.* 6. *Matth. Steph. d. c.* 29. *num.* 40. *Monach. in rub. extra de foro comp. num.* 23. *Seraphin. de Seraph. priuileg. iuramentorum* 105. *numer.* 3. Quibus aliæ addi possunt ex *Couar. d. cap.* 10. maximè

maximè ea si priuilegio fori renuntiatum, vt S. *lit. G. & c.* Secus autem esse si citra renunciationem & iuramentum promiserit sibi responsurum, *Couar. d. c.* 10. *num.* 6. *V. undecimò.* l Si stationem ibi aut officinam pergulámve (de quâ voce vid. *Cuiac.* 11. *obs.* 13.) non habuerit vel conduxerit *d. §.* 2. Et ita si creditor eius fidem sequutus sit. Nam si fidem ei non habuerit ibi conueniri posse tradunt, vt aduersus recessurum arrestum impetrari possit, donec soluat vel satisfaciat, *Matt. Steph.* 1. *de iurisdict.* 29. *num.* 23. *& seq.* Quanquâ detentiones illæ arrestorũ moribus potiùs quam iuri Rom. acceptas ferendas verius sit, vtut. *P. Bus. ad l. t. de iudic. num.* 6. *& 7. ex Nou.* 69. *cap.* 1. profluxisse existimet. Nundinis quoque hoc datum est vt ad eas venientes de debitis alio tempore contractis conueniri nequeant *l.* 1. *Cod. de Nund.* at de contractis iis ipsis nundinis possunt, m *Matth. Steph. d. c.* 29. *num.* 52. m Quia ipso contractu matrimonij sit mutatio fori, ergò locus is spectatur in quem fit migratio, *Matth. Steph. d. cap.* 29. *num.* 58. Cùmque vxor viro subiecta eius domicilium sequi cogatur, videtur solutio dotis exigendæ & omnis virtus, qualitas ac effectus eiusdẽ conferri in locũ domicilij mariti. Et alibi is contraxisse tanquam aduena cen setur, *Gomez in l. Tauri* 50. *& 3. seq. n.* 50. n *add. Robert.* 1. *Sent.* 4. n vt Cuiac. 13. *obs.* 17. *& Bron.* 1. *aff.* 68. qui sic: Si legatus Romæ constituit se Romæ soluturum quod in prouinciâ contraxit, Romæ conuenietur *d. l.* 5. *§.* 1. Sin in prouincia constituit se Romæ soluturum, tempore legationis Romæ conueniri nequit *d. §.* 1 *V. sed. etsi*, alio, potest. Quod si Romæ constituit se soluturum simpliciter, non adiecto loco, quod in prouincia contraxit, Romæ non conuenietur *d. l.* 8. quia principaliter ibi non contraxit & constituti origo inspicienda *l.* 33. *pr. de donat.* † Aliter *Pac. 3. q.* 21. negatione inserta *d. §.* 1. legens *non debere*, quia ait si affirmatiua lectio, diceretur *posse* non *debere.*

CAPVT XV.

Forum in legatis & fideicomm.

ATQVE EA SOLA, NEQVE exceptio aut ius SINGVLARE IN LEGATIS, quoties ex quasi contractu, aditione heredis, agitur NAM & fideicommissum petitur vbi domicilium heredis *l.* 50. *§. vlt. h. t.* & extra id vbi obligatio contracta id est nonsemper vbi negoc. gestum vt hîc hereditas adita, sed vbi ex negocio res soluenda per ea quæ *c. præc.* Ergò LEGATVM PETI POTEST, VBI EX ADITIONE PRÆSTANDVM, ID EST VBI a TESTATOR VOLVIT, a voluntas enim illius præstationi legem dedit *l.* 50. *pri. h. t. l.* 47. *pr. de leg.* 1. cui se heres, adeundo subiicit. Quæ si aperta, res certa sit vel incerta, & an ibi aliquid sit ex hereditate nil refert. Quod SI IS NIHIL DE HOC CAVIT sequimur, quod sensisse verosimile *l.* 52. §. 1. *& 2. h. t. d. l.* 47. *pr.* id est quod minus onerosum heredi, arg. *l.* 67. §. 8. *de leg.* 2. Hinc DISTINCTIO b AVT b SPECIES, seu certa LEGATA, ET PRÆSTANDA VBI EST, etsi alibi petatur *l.* 38. *h. t. l.* 47. *pr. de leg.* 1. quia id expedit heredi, ne molestiâ transferendi & sumptibus grauetur. Sed & ibidem peti potest *l.* 52. §. 3. *h. t.* Potest autem & præter locum domicilij etiam peti, vbi maior pars hereditatis *d.* §. 3. Neque hæc sibi aduersantur. Quin vtrumque ex voluntate defuncti, qui vti loco rei sitæ præstari voluit, si heredi commodum sit ita & loco maioris partis hereditatis si hoc ipsi expediat. Et liberum c hîc eligere heredi vtro loco præstare velit. c Nisi dolo res aliò translata; tunc præstanda vbi petitur *d. l.* 38. *d. l.* 47. *pr.* AVT RES INCERTA ET PETENDA VBI HEREDITAS, VEL TOTA *l. vn. C. Vbi fid. peti op.* VEL MAIOR PARS *l.* 50. *pr. h. t.* quia ibi expeditior præstatio, seu vbi plus bonorum, ære alieno non detracto, nisi ei soluendo eius loci bona destinata *d. l.* 50. §. 1. Nisi aliò reuocet

procliuior coniectura vel ex consensu heredis, quanquam non tam vi illius, ne quis obstare putet *l.* 18. *de iurisdict.* quàm ex voluntate testantis, qui voluit præstari, vbi commodum sit heredi: etiam tacito, vt si cœpit fideic. alibi soluere, vel actione susceptâ fori præscriptione non vsus *l.* 50. *in fin. l.* 51. *& seq. h. t.* Vel ex genere rei legatæ, si pecunia relicta ad eam rem parandam, quæ solùm eo loco rectè præstatur, vt in specie *l.* 52. §. 1. *h. t.* quia tesseræ frumentariæ, quæ erant fragmenta chartæ ligni, vel plumbi certâ notâ insignita, solùm Romæ sumi poterant à præfecto annonæ *Nouel.* 88. *cap.* 2. quæ ad alios transferri poterant, de quibus & de frumentatione apud. Rom. eruditè Lipsi. 1. *Elect.* 8. d Vel ex conditione fideic. si propter munus publicum eo loco consistere cogatur, vbi minor hereditatis pars *d. l.* 52. §. 2. vbi ratio. d

NOTATA.

a Obiicit *vult. ad l. vn. C. vbi fid. pet. n.* 17. ex hac voluntate locum petendi æstimari non debere. Neque enim si hoc loco solui voluit defunctus, eodem etiam peti voluisse censendus, cum alibi peti, alibi solui possit. B. Sed apparet Don. hanc voluntatem colligere ex eo quod commodum heredi futurum. Si itaque interfit heredis eo potiùs loco peti legatum, vbi res est, & vbi præstanda, vtique eodem loco etiam agi vbi defunctus voluit. b *Accurs. & Dd. ref. Vult. ad d. l. vn. n.* 8. distinguunt, vt actio personalis intententur b vel in domicilio rei vel vbi maior pars hereditatis, per *l.* 50. *h. t.* Realis in his etiam locis & præterea vbi res sita *l.* 38. *§. vlt. l.* 52. *§.* 3. *h. t. Bald. in leg.* 38. *h. t.* Sed de reali act. hic Don. noster non tractat, sed *l. cap.* 17. † *Duar. ad tit. de iudic. cap. de foro comp. cir. med.* Actori electionem tribuit vt vel in domicilio agat vel loco rei sitæ; ita tamen vt si maior pars hereditatis, ibi non sit, vbi heres conuenitur reuocari ad eum locum possit, nisi liqueat testatorem certo loco præstari voluisse, † *Vult. ad d. l. vn. n.* 18. accusat indiligentiam compositorum, qui hanc quæst. ita explicatam reliquerint ac si vetereS differ, legat. & fideicommissorũ sublatæ non essent. Quare sic statuit *n.* 27. *& seq.* Tractari in *d. l.* 38. tantùm de legato vindicationis per versic. vlt. nec ibi quæst. esse, vbi peti res debeat, sed vbi solui. Eam decidi ex genere actionis intentatæ, quæ si personalis etiam alibi quam vbi actum est, si videl. alibi sit, nisi dolosè eò translata. Sin realis vbi actum est, quia nec agi alibi potuerit, tempore Licinij, quàm loco rei sitæ licet postea id anticquatum fuerit. At in *l.* 50. *& 52. h. t.* tractari de fideicommisso, de quo olim nec realis, nec personalis actio, sed persequutio; intentanda vel vbi res erat *d. l.* 52. §. *pen.* vel in *domicilio heredis d. l.* 50. §. *vlt.* vel vbi maior pars *hereditatis d. l.* 50. *pr.* Ex mente autem Iustin. legatis ac fideicom. exæquatis, putat, quo loco actiones de legatis olim *institui* poterant, eodem hodie posse de fideicommissis, & vicissim: ideoque tria fora hic esse. domicilij rei sitæ & hereditatis, electione actori data, non tamen promiscuè, sed actionum distinctione seruatâ. Vt in rem agi possit, loco rei sitæ & præterea etiam hereditatis ac domicilij. In personam verò vel domicilij loco vel vbi hereditas eiúsve maior pars. Quia hic locus (ait *n.* 32.) idem cum loco hereditatis aditæ; vbi enim est hereditatis adiri censetur. Proinde ibi quasi contrahitur, indeque forum. Idem *n.* 38. reprobat Donelli sententiam de re certâ actione personali in loco rei sitæ petenda, quia in personali actione non res spectatur, sed persona obligata. Variationemque eius arguit, qui *d. l.* 52. §. 3. modo accipiat de actione personali vt hîc modo de reali vt *l. c.* 17. (in quo Donello iniuriam facit) cum ex mente quidem Vlp. neutra intelligenda sit, sed persequutio extraordinaria. Hæc sententia Vult. paucioribus expressa. Quam pluribus examinare supersedeo, lectori iudicem relinquens. Oscitantia compilatores iustè hîc argui mihi vix probabile est. Satisque ferè expeditè in hac quæstione se explicare noster videtur. † Sanè *Hot.* 3. *obs.* 7. accipit *l.* 50. *pr. h. t. & d. l. vn. C. Vbi fid. pet.* de fideicomm. vniuersali; quod solum loco hereditatis peti debere sentit, reliquas verò leges de particulari. Atqui ex coniunct. ll. apparet de eodem fideicommloqui *d. l.* 50. de quo sermo est, in *l.* 52. quæ ex eodem li-

libro, &c. † *Zoanet. rer. quotid. cap.* 15. ita demum in loco maioris partis hereditatis conueniri heredem si & ibi reperiatur. Quod consequens est illi vulgatæ Dd. opinioni
c de quâ *c. prac. lit. F.* c Quare in domicilio conuentus poterit reuocare ad locum maioris partis hereditatis, & viciſſim hîc conuentus ad locum domicilij vt probat *leg.* 50. *pr. iunct. §. vlt. hoc tit.* itemque *leg.* 52. §. 3. *hoc tit.* vbi quia quando loco rei sitæ agitur reuocatio negatur, eo ipso si alio loco ageretur, puta domicilij, præscriptionem audiri inuitur. Quocirca hoc casu, contra quam aliàs *l.c.* 19.
d electio non erit actoris, vt *Vult. ceu. lit.* præced. sed rei &c. a vide *Sueton. in Nerone c.* 11. *Turneb.* 19. *aduerſ.* 26. *Robert.* 3. *Sent.* 26. *f. vlt. Scip. Gent. de alim. cap.* 14. *Marc. Vertran. Maur. de iurelib. cap.* 16.

CAPVT XVI.

Forum ex loco delicti.

FADEM SERVANTVR IN MALEFICIIS
a SI DE IIS CIVILITER AGITVR. Iſt[a] verò QVIDDAM SINGVLARE SI CRIMINALITER VBI conueniunt hæc. 1. Quod æque volens ſe iuriſdictioni, quam defugere licebat, ſubiicere potest, per *l.* 1. *verbis vbi inchoata C. Vbi de crim. agi op.* id est vbi cœptum iudicium, vt in *l.* 13. C. *de*
b *adult.* ſiue contra inuitum ſiue volentem. b 2. Quod inuitus conueniri potest & in domicilij loco *l.* 2. C. *d. t. verbis vbi degit iunct. l. vn. Vbi de her. ag.* c & vbi deliquit *l.* 1. *& auth. qua in prouincia C. Vbi de crimin. l.* 7. §.
d *pen. l. vlt. de accuſ.* d DVO DISCREPANT, iudicij criminalis propria t. QVOD REVS poſtulari &
e DAMNARI POSSIT VBI REPERITVR e etſi, ibi nec commiſerit, nec domicilium habeat, per
f *d. l.* 1. C. *Vbi de crim. verbis vbi reperiuntur* f Tametſi *Accuſ. Bart. & Dd.* in *d. l.* 1. diſſent. ibi ſubaudientes iſta *domicilium habere.* Malè & quia hæc ſe non arguunt, nec vnum ex altero infertur. Et idem probat, eorum opinionem reuincens, *l.* 3. *de off. præſ. verbis extremis nec diſtingui vnde ſint*, itemque *l.* 3. *princ. de re mil.* nec iuuat Dd. *l.* 5. *pr.* C. *de iuriſd.* Nam verùm ſanè est rei forum accuſatorum ſequi. Atqui & hoc forum eſt rei vbi reperitur ſi ibi accuſatur. Ac domicilium forum quidem est rei *l.* 2. C. *d. t.* ſed vnum è pluribus,
g non ſolum, g aliàs nec in loco delicti ſe defendere cogeretur. Ac ratio in vtilitate communi & vigore diſciplinæ publicæ *l.* 9. §. 5. *de publica. l.* 51. *ad l. Aq. d. leg.* 3. *d. offic. præſ.* 2. QVOD REVS ABSENS,
h deſiderante magiſtratu loci delicti amiſſi, h REMITTENDVS à magiſtratu loci vbi agit, cum perſequutoribus *l.* 9. §. *vlt. de accuſ. l. ſolent* 7. *de cuſtod. reor.*
i de quo plenius *Nouell.* 134. *c.* 5. i etſi apud alium accu-
k ſari cœptus, imò etſi condemnatus k Expedit enim exempla publicæ vindictæ edi vbi facinus commiſſum & cognitum, vt & bonis ſatisfiat, facto vel exemplo læſis, ac metus adimatur & mali terreanl tur. l Quare in *d. l.* 1. C. *Vbi de crim.* vbi dicitur quæſtiones criminum perfici debere, vbi inchoata ſunt regula eſt, cuius excepto *dd. locis* niſi à magiſtratu loci delicti reuocetur. Interdum tamen & magiſtratus loci admiſſi auditum reum remittere poteſt, cum elogio, ad magiſtratū, vnde is eſt *l.* 11. §. 1. *de cuſt. reor.*
m m non tamen ſine cauſâ vt ſi reus priuilegium proprij iudicis habens cò reuocet vt miles *l.* 9. *eod.* & delictum ad iniuriam prouincialium non ita pertineat, aliàs ſecus *l.* 3. *pr. de re mil.*

NOTATA.

a *vult. ad l.* 1. C. *Vbi de crim. n.* 4. *&* 5. **ideo de perſecutione ciuili nihil agi ſcribit, *in ti.* C. *Vbi de crim.* quod ibi eadem**

regula ſit de foro domicilij & contractus, qui generaliter delictum continet. *Paurmeiſt. 2. de iuriſd. 4. n.* 104. *& c.* 8. *num.* 105. *Zang. de except. p. 2. c.* 1. *n.* 79. qui benè hoc declarat vt tamen in delictis priuatis diſtinctioni illi quæ in contractibus obtinet, num aduena ſit & viator qui deliquit, locus non ſit. b Sic vulgò tradunt iuriſdictionem etiam in b
criminalibus, ſeu cauſſis meri imperij prorogari poſſe, modo tamen is iudex alias & inter ſuos ſubditos de illis cauſſis cognoſcere poſſit *Bart. ad l.* 1. *de iudic. num.* 9. Quæ ſententia etſi communis *Gail. 1. de pa. publ. 12. num.* 10. *Decian. 4. tr. Crimin. 23. num.* 2. *Vaſq. 2. contr. vſufreq.* 14. *num.* 30. veritati theoricæ non conuenit, vt rectè *Vult. ad leg.* 1. *Cod. de iuriſdict. num* 80. *& num.* 135. *& ad l.* 1. *C. vbi de crim. agi n.* 30. *Bocer. de iuriſdict. c.* 7. *n.* 23. *M. Steph.* 1. *de iuriſd.* 18. *n.* 56. *& c.* 24. *n.* 3. *P. Theodoric. diſp. crim.* 3. *th.* 2. *lit. B.* Quia criminalis iuriſdictio, quam vocant, & merum imperium ſolùm ſpeciali conceſſione legis competunt S. *c.* 8. *lit. Mm.* nec magiſtratus proprium eſt, ſed legis nec quiſquam amplius in eo habet, quam ei tributum, nec verum illius prorogationis veſtigium vllibi exſtat. Denique quæ mandari nequeunt, nec prorogari, ne priuatis conceſſum ſit, quod non eſt magiſtratibus, Ad *d. l.* 1. *verbis vbi inchoata. R. vultei. ib. n.* 32. ea accipienda eſſe de iudice competente, coram quo ſi accuſatio ita inſtituta, vt lis ſit conteſtata, tunc reum non amplius habere ius impetrandi reſcriptum à principe, quo cauſſa ad cognitionem principis euocetur. Deinde *n.* 33. R. Cum remiſſio fieri debeat, ita eam faciendam per dicta verba innui modo lis nondum conteſtata ſit re, adhuc integrâ. Poſtea enim iudicij acceptione quaſi contractum eſſe. Neutra reſponſio conuenit. Prior namque dura nimis & inconueniens, poſterior iuri non conſonat, quo remiſſioni locus eſt etiam, imò poſt condemnationem, vt *I. lit. K.* Sed & neutra neceſſaria. Quamquam enim illa verba de inſtituta accuſatione, potiùs quam de delicto inchoato alibi, alibi conſummato accipienda daretur, (quod haud abſurdè negat *Weſ. in d. l.* 1. *n.* 3. intelligens inchoata, ſeu inſepta delicta, quæ alibi perfecta. Quod enim vbi agi cœptum eſt, cauſſa terminanda, ſit ratione litis pendentiæ, de quâ *d. l.* 1. non agitur, neque in eo quidquam delictorum proprium) non ideo tamen remiſſionem inhiberent, non magis quam illa quæ ſequuntur, *vel vbi reperiuntur.* Sed neganda eſt conſecutio. Vbi iudicium criminale cœptum eſt ibi perfici debet Ergo, ſiue cœptum ſit contra inuitum, ſiue contra volentem. Hæc enim ratio petit principium, quia hoc inferri debuit, non pro certo ſumi, quod contra volentem æque vt iudicium ciuile inchoari poſſit, &c. † Enim verò contra opinio, quam vſus ſeruat, declarati ſolet. 1. Vt qualitas cauſſarum ſpecialis non generalis requiratur, *Vult. ad l.* 1. *C. de iuriſd. n.* 110. Quare qui de leuioribus criminibus ſolùm inter ſuos cognoſcit, de cauſſis ſanguinis & grauioris animaduerſionis inter alios non cognoſcet, *Paurmeiſt. 1. de iuriſd.* 25. *n.* 39. 2. Vt non procedat in caſu inquiſitionis *Decia. d. n.* 2. *Bocer. d. n.* 23. *Paurmeiſt. d. n.* 39. Meritò quia ad Prorogationem omnem conſenſus vtriuſque litiganti neceſſarius. Hic verò accuſator verus deficit. Addunt 3. Vt ſponte & ſcienter fiat. Sed in eo nihil peculiare, ſed omni prorogatione commune c *Clar. 5. ſentent.* c
§. *fin. q.* 39. *n.* 3. Num verò iudex domicilij poſſit ex officio per inquiſitionem procedere contra reum de delicto alibi commiſſo? *vid. Decia. 4. tr. crim. 16. n.* 2. *Farinac. q. crim. 6. n.* 23. *Cou. pract. qq.* 11. *n.* 6. *Matt. Steph.* 1. *de iuriſd.* 30. *n.* 12. *Coler. deciſ.* 239. *p.* 2. *Fach.* 9. *contr.* 20. *Knich. de ſublimi. territ. iure c.* 3. *n.* 420. *d. l.* 11. *de cuſtod. reor. l.* 3. *de off. præſ. l.* d
vlt. de noxal. act. Quod & in militibus obtinet *d. l. vlt. de accuſ. l.* 3. *pr. de re milit.* ita tamen vt *h. c. in fin.* ac clariſſ. perſonis *l.* 1. *C. Vbi Senat. vel clar.* Et hic locus maximè proprius ac principalis, *vinc. de Franch. deciſ.* 37. *n.* 1. cum exemplo torrendi ſint alij vt abſtineat, quod exemplum alibi non ita commodè ſtatui poteſt, *Vult. ad l.* 1. *C. Vbi de crim. n.* 15. *& num.* 22. vbi reliquos locos acceſſorios appellat & quaſi fortuitos. Neque enim, vt idem *n.* 35. concurrens horum iudicum iuriſdictio, quia iudex loci alterius cogitur remittere ad iudicem loci delicti. † Conueniri verò hoc loco poteſt etſi nec bonorum, nec domicilij reſpectu iudici ſubiectus ſit. Et ſanè ſi in territorio citatione apprehenſus, aut ſi illa priuſquā inde aufugit exiit, poteſt deinde contra abſentem quoque procedi ad effectus contumaciæ, etiam in perſonā *Decia. 4. tr. crimin. 18. num.* 1. *Weſ. ad l.* 1. *C. d. t. n.* 2. *Matth. Steph.* 1. *de iuriſdict.* 30. *num.* 23. *Rauchbar. p.* 1. *q.* 50. *nu* 10. Sin minus, nec ibi domicilium habeat, tantùm contra bona illius procedi poteſt, nihil verò in perſonam decerni, *Matth. Steph. d. lo. & Rauchbar.*

n. 12.

n. 12. Nam vt citatio realis, captura ſcilicet fieri nequit in alieno territorio, ita nec verbalis. *Clem. paſtoralis de reiud.* Niſi per ſubſidium iuris requiſitus iudex loci vbi degit. Nam ſi ab hoc iuſſus comparere coram illo non pareat, poteſt ab eodem, ſuo nempe iudice, contra eum procedi etiam quoad perſonam. Quod ſi is remiſſionem (quæ hodie neceſſitatis non eſt, vt *l. lit. I.*) recuſet non poteſt ille procedere contra perſonam abſentis *Weſ. d. n.* 2. Quoad effectum verò miſſionis in poſſeſſ. bonorum ibi exiſtentium, non requiri ſubſidiariam citationem ſtatuit, contra *Coler. d. c.* 1. *n* 33. *& ſeq. Rauchb. d. q.* 50. *n.* 18. † Quis verò locus delicti habeatur, an quo perfectum & conſummatum ac in ſpecie in homicidio, num vbi cædes facta, an vbi mors ſequuta & quid ſi delictum in confinibus admiſſum quis tunc competens, vid. *Decia. 4. tr. crim.* 17. *n.* 6. *& ſeqq. Farinac. pr. crim. q.* 7. *num.* 41. *& ſeqq. Zang. de except. p.* 2. *c.* 1. *n.* 89. *& ſeq. Bocer. de iuriſd. c.* 9. *num.* 12. *& ſeq. Matth. Steph.* 1. *de iuriſd.* 30. *n.* 31. *& ſeqq. Petr. Theodoric. diſp. crimin.* 3. *th.* 3. Quia enim hiſce libris de criminibus, vniuerſóque iure publico, nihil principaliter docere inſtitutum eſt, hæc non
c perſequor. c *Vultei. in d. l.* 1. *C. Vbi. de crimin. n.* 11. Triplex, ait, locus eſt vbi de crimine agi poteſt. 1. Delicti commiſſi. 2. Vbi iudicio agi cœptum. 3. Vbi reus reperitur, & *Weſ. ad d. l. num* 2. Quas tres cauſſas fori ſortiendi refert, Azo in ſumma *d. t. C.* Sed *Decian. 4. tract. crim. 3. n.* 2. longè plura ad hoc conſiderari debere docet, tum in perſonā accuſatoris,
f rei, iudicis, tum in delicto eiúſque qualitate, denique in iudicio ipſo, vel cauſsâ quæ agitur, quem adi. Ita & de loco in definito, ſeu quocunque interpretari ea verba quidam veterum, reſte Azone & probat *Cuiacius in Par. C. d. t. per l.* 1. *C. Vbi quis de curiali vel cohort.* & conſentit, *Paurmeiſt. lib* 2. *de iuriſdict c.* 4. *n.* 105. *& c.* 8. *num.* 104. *Vult. in d. l.* 1. *n* 40. teſtans ita vſu ſeruari etſi communiter ita reſtringat modo domicilium ibi habeat, vnde tamen excipiunt vagabundum, ibid. *n.* 37. *& ſeq.* Ac *num.* 41. ſtudioſum quoque in loco ſtudij de crimine alibi commiſſo rectè conueniri concludit, in
g quo diſſ. *Robuff. priuil. Schol.* 123. g ita *Vult. d. n.* 40. regulam illam inde non vitiari cum forum in criminalibus non deſiniatur domicilio, ſed locis etiam aliis. Quin imò locus
h maximè proprius hîc delicti commiſſi. h Tertitio iudicis delicti neceſſaria eſt ad neceſſitatem remittendi, ex vrbanitate autem fieri poteſt etſi non petatur, *Couar. pract.*
i *qq. c.* 11. *n.* 5. *verſ. Quarto Toming. deciſ.* 5. *n.* 9. *&* 10. i De quibus remiſſ. plenius *Couar. pract. qq. c.* 11. *Teſſaur. deciſ. Pedem.* 90. *Marc. de Mantua ſingul.* 603. *Decian.* 4. *tr. crim. c.* 9. *Rauchb. p.* 1. *q.* 150. *lo. Kæpen. q.* 43. *Fachin.* 9. *contr.* 21. *& 2. ſeq.* Plerique autem prodiderunt conſuetudine neceſſitatem remiſſionem habitam ſublatam eſſe, eaſdémque arbitrij effectas & vrbanitatis vt loquuntur, cum gratificare quandoque hac re ſibi inuicem ſoleant magiſtratus iure amicitiæ, aut vicinitatis, ſub antigrapho tamen (ſeu reuerſali) caueri poſtulantes remiſſiones iſtas iuriſdictioni ſuæ fraudi eſſe non debere, *Monach. ad l. vlt. de iuriſdict. num.* 31. *& ad rub. extra de for. comp. num.* 34. *Weſenb. in l.* 1. *C. Vbi de crimin. n.* 2. *in fi. Gail* 1. *de pa. publ.* 16. *n.* 31. *Decia. d. c* 19. *n.* 11. *Rauchb. d. q.* 50. *n.* 3. *& ſeqq. Vult. in d. l.* 1. *n.* 42. vbi notat rationē faciendæ remiſſionis ceſſare, quæ olim erat, quia omnes pronunciæ vni Imperatori ſubeāt ſuberant. Hodie verò ſtatus vnus non ita alteri deiunctus. *Paurmeiſt.* 2. *de iuriſdict.* 4. *n.* 106. *& c.* 8 *n.* 100. *Matth. Steph.* 1. *de iuriſd.* 30. *n.* 14. Tametſi *Bo lin.* 3. *de Eccl. 6. n.* 326. ſine ſumma alienæ maieſtatis iniuria, non poſſe principem vnum, alteri ſubditum ſuum fugitiuum denegare ſcribat. Sanè ſi vterque iudex eidem principi ſubſit, nec requiſito ſuperior requirens remiſſionum neceſſitas facilíùs obtinebit. Quod vt in ditionibus Sax. ſeruetur, vid. *Toming. deciſ. 5. nu. 4. Rauchb. d. q. 50. n.* 26. k ita *Ale*
k *lex. in l.* 15. §. 1. *de re iud Fulg. in l.* 1. *C. d. t. ref. Cou pract. qq. cap.* 11. Qui tamen diſſenſit, poſt plures alios, quos memorat, ſtatutum remiſſionem ceſſare non tantum ſi condemnauerit iudex de ea requiſitus, ſed etſi cognitione cauſſæ illum præuenerit. Et *Vultin d. l.* 1. *n.* 50. remiſſionem ita iure inungi, ſi in loco delicti præuenta ſit iuriſdictio per citationem, deinde reus aufugerit, aliàs, ait certum eſt, poſſe etiam in loco domicilij & vbi reus reperitur, agit. Atque ita hîc multò adhuc arctius remiſſiones coercet. Sed & *Decian. d. c.* 19 *num.* 12. præuentione excludi hanc neceſſitatem probat. 1. quia alias non rectè diceretur iudicem domicilij poſſe cognoſcere. 2. Ne concurrant tria ſpecialia 1. ipſa remiſſio, aduerſa communibus iuris regulis. 2. Quod non eſſet locus præuentioni. 3. Quod ſententiam ab vno latam inuito eo qui tulit alter exſequi poſſit. Et *Matth. Steph. d. c.* 30. *n.* 15. quia magis expediat vt iudex curet ſuam ſententiam exſecutioni mandare, quàm vt alij puniendum remittat. † Vult.

quoque *ad d. l.* 1. *nu.* 32. lite conteſtatā reum remitti neceſſe non fuiſſe fortè etiam non debuiſſe, quod à loco quaſi contractus, qui ſit iudicio accepto, partibus inuitus recedi nequeat. Qui omnes meā ſententia Don. noſtri non dimouēt. Et ſingulis ſatisfacere ſtuderem, niſi prolixitatem nimiam vereter. † Sane etſi maturè poſtuletur remiſſio, ſummariam quāndam cauſſæ cognitionem à requiſito priùs fieri debere rationis eſt, ne aliàs fortè innocens in vinculis remiſſus famæ notam incurrit, *Couar. d. c.* 11. *n.* 8. *Henr. Bouer ſingul.* 62. *n.* 1. arg. *l. vlt.* §. 1. *de publican. Decia. d. c.* 19. *n* 15. niſi, ait, delictum notorium aut fama vehemens! *l.* 28. § 15. *de pœn.* Et cōuenit iudicem eum habere ſatisfactionem ac vindictam, cu- l
ius iuriſdictio violata eſt *l.* 13. *de off. præſ. Monach. Practic. iudic. p.* 2. *c.* 6. *n.* 40. *& in rub. extra. de foro comp. n.* 27. Et vt expeditior ſit probatio cum facilius reperiantur teſtes in loco delicti commiſſi, *Decia. d. c.* 19. *num.* 8. cum & illos cum reis componi, ſeu inter ſe committi (confrontationem barbarè appellant) neceſſe ſit *Bodin.* 3. *de Rep. 6. n.* 326. Itémque ne offenſus ſi cogatur litigare in alieno foro impenſis deterritus accuſationem omittere, aut maiori cum moleſtiā proſequi teneatur, *Nou. 69. c.* 1. *Couar. d. c.* 11. *num.* 3. Denique ſicuti ſolutio pecuniæ fieri debet ad locum deſtinatæ ſolutionis, ita ſolutio pœnæ deſtinata inrelligitur ad locum ſceleris admiſſi *Decia. d. c.* 19. *n* 8. Quare vbi contigit malum ibi moriatur *c. ſi peccauerit* 19. *c.* 2. *q.* 1. & ibi vindicetur iniuria vbi plectibilis eſt orta præſumptio, *c. ſi illic.* 29, *ea.* 23. *q.* 4. m cum elogio, id eſt cum indiciis ac ſcripturis m
coram remittente factis *Decian. d. c.* 19. *num.* 21. † Et ſic in Francia receptum notat, *Duar. tit. de Iudic. cap. de foro comp. f.* 168. *in fi.* vt contra quàm iure ciuili iudex loci delicti ad iudicem domicilij reum remittat. Quod & ex vrbanitate fieri poſſe ſcribit *Decia. 4. tr. crim.* 19. *n.* 6. & 7. cum altera remiſſio ab hoc ad illum fiat ex neceſſitate, iure iubente. † Queritur, Cuius ſumptibus fiat remiſſio? Requirentis vult *Decia. d. c.* 19. *num.* 19. *Marta*, verò *de iuriſd. p.* 2. *c.* 32. *t.* 50. expenſis rei fieri ſentit; & ſi is non ſoluendo accuſatoris, vtrimo verò loco iudicis requiſiti, per *l.* 25. *in fi. pr. ad S. C. Silan.* quæ hoc non probat. Et melius poſt alios diſtinguit *Farinac. pr. crim. q.* 7. *n.* 39. vbi vide & *P. Theodoric. diſp. crim.* 3. *th.* 3. *ſub fin.*

CAPVT XVII.

Forum ex loco rei ſitæ.

3. RES SITA a (de 2. *S. c.* 14.) SI AGATVR a
DE POSSESSIONE, ſiue interdicto recuperandæ *l. vn. C. Vbi de poſſ.* in verbis vbi vis facta, b b
ſiue retinendæ *d. l. vn.* in verbis: aut momentaria poſſeſſio, ſcilicet alia quām ea vnde deiecti ſumus, ſiue adipiſcendæ. *l. vn. C. Vbi de her. ag.* AVT PROPRIETATE *l. vltim. C. Vbi in rem act.* c ET VTROBIQVE quod maximè proprium & notandum, c
ILLIC TANTVM NECESSITAS AGENDI ET IVDICANDI, nec cum inuito agi poteſt loco domicilij, licet vulgo diſſentiant. Nec tantùm ſi de poſſeſſione lis, d vt probant aperta verba dd. ll. Non d
dicitur conuentum ibi ſeu defendere debere, ſed ita: conuenit ibi iudicare id eſt oportet *d. l. vn. C. Vbi de poſſ.* poſtulandum eſt, *d. l. vn. C. Vbi de her.* Nec igitur loco domicilij ſi res alibi ſitæ reuocante ad eum locū reo, actio tenet. Pugnant quippe neceſſe eſſe agere alicubi & liberum eſſe ibi vel alibi agere. e Sed etſi de pro- e
prietate, f Quod prob. 1. verba *d. l. vn. C. Vbi in rem* iube- f
mus actionem moueri. Quod L. iubet facere neceſſe eſt, ac legem in agendo non ſeruanti denegatur actio *l.* 43. §. 4. *de Proc.* g 2. per *l.* 38. *circ. fi. h. t.* ibi peti *debet* vbi g
res eſt, id eſt neceſſe eſt quæ & vis vocalæ eſt & in cad. l. ter ita in prioribus accipitur. Nec impedit adiecta vocula *etiam*, quæ non ad vocalā *ibi* ſed ad vocalā *peti* referenda, vt præced. cōueniant. Senſus: nō tantū dari debet, vbi res eſt, vti ſi in perſonā agatur, ſed étiā ibidē peti. Quod cōfirmāt 1. vocula *debet*, aliàs dicendum erat *poteſt*, quod facultatis eſt & arbitrij h 2. Diſtinguū- h
tur ibi actiones reales & perſonales delegatis in loco:

Non autem dandi vt euidens est, quia is vtrobique idem, Ergo petendi. Iam verò si legatum per in rem act. peti poterit etiam in foro domicilij heredis, nulla erit differentia cum & actio personalis intentari possit vbi res est *l.*52. §. *pen. h.t.* Discrimen igitur in eo sit necesse quod in personam agitur rectè de legatis & vbi res est & vbi domicilium heredis, in rem verò tantùm vbi est, 3. De possessione & proprietate eundem iudicare necesse est *l. nulli* 10. *C. de iudic.* Ergo per verba *d. l. vn. C. Vbi de poss. l. vn. C. Vbi de her.* 4. Nec ratio huius iuris obscura, quia nec alibi commodè agi potest. Sæpe enim res mobilis exhibenda, Si immobilis in rem præsentem veniendum. Sæpe quæstio incidit quis & quandiu possideat; quæ probanda testibus, vicinis, & incolis, quos aliò pertrahere molestum
i & sumptuosum &c. Nec iudicium facilè exitû sortiri potest. Nam nec si condemnet iudex alterius loci, curare potest, vt possessio restituatur, nec si absoluat
k reum aduersus vim tueri *l.*12. §. 1. *de reb. auct. iud poss.* Obiic. *L. vlt. C. Vbi in rem.* Actor forum rei sequitur & in rem actione *d. l. vl.* Forum autem rei est vbi domicilium *l.* 2. *C. de iurisd* ℟. Sequitur sed ita, *ceu. in. seqq. hoc temperatur*, dummodo si in rem agatur, etiam res ibi constitutæ sint, tunc enim domicilium rei sequetur actor, etsi alibi aliud sit. Quod si res alibi, tum in iis locis iubent Impp. act. moueri *d. l. vl.* Nec obest vocalæ *sed &*, connectens & includens diuersa. Coniungi enim debet non cum vocula *locis*, quasi etiam alibi quàm in loco rei sitæ experiri liceat, sed cum verbo *iubemus*, vt implicet plura non loco, sed
l iussa, l quia id sententia loci exigit & vis verbi *iubemus*, quia aliàs necessitatem non inferet, si liberû ibi vel alibi agere, Facit L. 19. *de ll.* SED HÆC ITA SI RES SINGVLARES PETANTVR, ETSI MO-
m BILES L. 38. *in fin. h.t.* m Nec obstat *L.* 10. & 2. *seqq. de R. V.* Euenire enim tribus modis potest vt res alibi sit quàm vbi agitur. 1. Si pendente iudicio aliò translata. 2. Si alibi ab initio actum contra consentientem *l.* 1. *h. t.* 3. Si possessor ante iudicium dolo malo aliò, quàm vbi erat pro commodo debitoris transtulit, tunc enim loco domicilij conueniri potest, quasi ibi possideat, quia pro possessore dolus est *l.* 131. de *R.I* NON SI VNIVERSALES VT HEREDITAS, *l. vn. C. Vbi de her. ag.* quæ ideò superioribus non obstat. Hereditas enim res incorporalis, iuris intellectu consistens, certo loco constituta dici nequit. Ac licet in petitionem hereditatis veniant res singulæ hereditariæ, vt suo loco, per consequentiam tamen. Ideóque petitio hereditatis exercetur tantùm loco domicilij, nec loco rerum nisi sub conditione, si ibi degat id est domiciliû habeat *d. l. vn.* vt inaniter hoc exèplo moueantur Dd. qui contendunt duobus locis in rem
n agi posse. n Obiicitur, At *in l. vlt. C. vbi in rem*, regula. In rem actionem (qualis etiam petitio hereditatis) in locis, in quibus res constitutæ sunt moueri. ℟. Loquitur de speciali in rem actione, quæ & aliàs, vsu iuris, simpliciter ita dicitur, vnde & tituli distincti *Vbi in rem. & Vbi de heredit.* Quin nec verba, *vbi res constitutæ* conueniunt vniuersali actioni, ceu ostensum est.

NOTATA.

a a† Quin ratione rei etiamsi qui possidet honore superior, inferioris iurisdictionem subit *Monach. d. c. 6. num. 60.* Eóque respectu subditum quem tradunt etsi regiâ dignitate emineat. Quanquam impropriè subditus vsurpatur, vti & impropriè domicilium bonorum, *Paurmeist. lib. 2. de iurisdict. cap. 8. num. 26. & n. 110.* Cum aliud sit forum sortiri aliud subditum esse *Gail. de pignorat. obs. 15. num. 3.* Nam index loci rei sitæ iurisdictionem habet supra rem, non supra personam, nec vel rapere potest, vel excommunicare non subiectum, *Trentacinq. 2. pract. resolut. tit. de iudic. resolut. 4. n. 7.* Ac imò nec domicilium semper subditum efficit vt liquidò probat, *P. Frider. de proceff. extrah lib. 2. c. 46. n. 4.* Quin nec. si ratione eorum bonorum homagium præstitum sit, ordinariæ iurisdictioni eo solo tanquam subditum subiici contra quosdam contendit *Paurmeist. d. lo. num* 111. *& seqq.* Quare & Academicum ratione bonorum quæ in loco studij possidet coram loci magistratu de iisdem, vt & de præstatione tributorum ac onerum realium conuentum ad Rectorem reuocare non posse prioribus consequens est, vt rectè *Vult. ad l. vn. C. 1. quib. ea. mil. fori præscr. n.* 57. Quod in alienum sensum detortum capit *Matth. Steph. lib. 3. de iurisd. p. 2. c. 10. n. 14. & seqq.* tanquam inde sequatur academicos mercimonia exercentes immunitatibus suis non frui, quod ἀμεσοβίωτον est. Et quia verius esse putat Professoribus onerum etiam patrimonialium immunitatem iure tribui. Atqui hoc ita sit nec ne Vult. nihil in neutram partem ibi definit, sed præsupposito eo bona oneribus subiecta esse, vt certè vsus obseruat, vid. *Toming. decis.* 55. quis iudex sit decidit. Nam Præsupposito quod sint immunes nullus quæstioni locus.
b Quæ tamen verba de persecutione criminali ex ll. Iuliis de vi exaudiunt, Dd. plerique ref. *vult. ad d. l. vn. n. 8 & Zang. de except. p. 2. c. 1. num.* 116. vt ibi tractetur quis sit iudex, siue criminaliter, siue ciuiliter agatur. Quanquam autem *Vult. ibid. n.* 19. neutram quidem interpretationem absonam esse, attamen vel coniungendas esse, vel illam Dd. comm. expositionem præferendam; cum actio de vi sæpe significet criminalem *l. 37. h. t. l.* 5. §. 1. *de vi publ. l.* 5. *de vi priv.* Quia tamè ea expositio rubricæ non conuenit, cum criminalis illa actio non detur ad possess. sed aliam pœnam *d. l.* 10. §. *vlt. de vi publ. l.* 1. *de vi priv.* neque tunc de iure possessionis quæratur *d. l.* 5. §. 1. Adhuc eidem consequens foret reum vis publicæ vel priuatæ tantùm forum sortiri loco dilicti, non etiam in domicilio suo & vbi reperitur, per verbum *oporteat, d. rub.* quod falsum & improbabile, pet ea quæ c. præced. Denique cum, quando species generi inclusa est, quod in accusationibus de vi forû competens, tit. præcedens doceat, nec id alieno loco inculcandum sit. Donelli nostri interpretatio nõ modo vt probabilis prælaudabit, sed vt necessaria, sola vincet. Sicuti nec illud placet quod Vult. *n.* 40. verba rescripti solùm recuperatam possess. interdicto conuenire censet, cum momenti possess. vix aliam quam quæ ablata est de quâ recuperanda agitur, esse putet, ibid. *n.* 34. licet quod ad rem attinet nihil interesse fateatur, cum idem in omni possessorio obtinere sentiat. Nam si ita esset falsum vtique hoc vel saltem dubium foret. Quia enim *d. l. vn.* non ad consulentis preces emissa, sed Lex & Constit. generalis, vnius speciei expressio aliud iuris in aliis obtinere argumẽtum à cõtrario probabile præberet. Quin verius est quoduis interdictum vsu iuris sic vocari, vid. S. *c. 4. lit. P.* c Nec tantum si c
de re corporali agatur, sed etsi de incorpo. vt seruitute. Vbi spectatur locus fundi seruientis. Nam si ex. gr. fundus Mæuij, situs in territorio Seij, debeat seruitutem fundo Titij sito in territorio Caij, competens iudex non Caius, sed Seius *Zang. de exc. p. 2. c. 1. nu.* 94. † Idem est in actione de Emphyteusi *Myns. ing. 4. obs. 95. lo. Coler. meth. iur. emphyt. c.* 3. qui eidê seruari tradunt etsi emphyteusis sit ecclesiastica, in quo diff. *Valasc 1. imr. Emph. q.* 39. *n.* 11. Idem in act. hypothecariâ *Trentacinq. pract. resol. lib. 2. tit. de act. reso. 4. num.* 3. *Vincent. de Franc decis.* 177. *n.* 1. Itémque aliâ actione reali Rescissoriâ, Publicianâ &c. Quare cum moribus & iure nostro detentationes rerum debitoris, quæ arresta nuncupantur, ius hypotheeæ tribuant *Coler, decis* 209. *num.* 7. forum ibi competens vbi res est, siue debitor, siue tertius possideat *Zanger d. c. 1. n.* 95. Idémque esse in iudicio Famil. ercisc. Comm. Diuid. Fin. regund. quæ origine personales, fine & effectu mixtam causſam habeant, idem *Zanger. ibid. n.* 103. Itémque in rem scriptæ *Vincent. de Franch. decis.* 389. accensens iis act. pro iure ἀρχιερωσύνης *vt & Tiraq. de retr. lign. 8. gl. 5. num. 8. & seqq. Hotom. cons. 24. num. 6.* Non idem in actionibus aliis ad personam etsi ad rem agatur *Coler. de Proceff. p. 1. c. 3. n. 8. & seqq. Zanger. d. c. 1. n. 94. Trentacinq lib. 2. pract. resol. tit. de act. resol. 4 n.* 5. *Mynsing. de c. 8. Resp. 78. num* 19. diff. *P. Frider. de proceff extr. lib. 3. de comiss. cauff c. 4. num.* 14. & quodammodo *Vult ad l. 2. C. de iurisd. num.* 23. d Diff. cum Dd. electionem b
actori tribuentes *Wes. ad l. vn. C. Vbi de poss agi. sub fin. Saurzenthal. lib. 1. Pr. iudic. c. 6. n.* 7. † *vult. ad d. l. vn. n. 42. & seqq.* quoad momentaneum processum, qui extraordinarius est, Donelli opinio admittit, eò quod is instituatur, ne ad arma deueniant, quod præuidere magistratus est *l.* 13. §. 3. *de Vsufr.*

Vsufr. eius nimirum, in cuius territorio res sita, vbi hoc metuendum. At si ordinario processu agatur, ait omnes interpp. sentire, quod etiam in domicilio reus conueniri possit, si actori placeat. Primum Donellum dissentire, dum conuento in foro domicilij reuocationem ad locum rei sitæ tribuat, itáque locum domicilij arbitrio non actoris, sed rei relinquat. Sed rectè noster (qui non primus ita statuit *vt infr. lit.* F.) Nam imò inspecto iure nostra Iustinianeo nulla possessorij summarij & ordinarij differentia est, sed omne momẽtaneum dicitur. Neutiquam verò Donel. domicilij forum arbitrio rei reliquit. Quippe sit ita esset conuentus is loco rei sitæ; reuocare posset ad locum domicilij. Quod Donel. minimè sentit, verùm vt necessitatem illic cõueniendi actori iniungit; vtique & respondendi ac defendendi reo. Quod si reus loco domicilij conuentus non reuocet ad locum rei sitæ, præscriptione fori obiectâ, iudicium ibi perficietur, non quod ex arbitrio vtius rei, id forum fiat competens, sed quia ex vtriusque consensu prorogatio iurisdictionis fa-
e cta, per ea quæ S. c. 10. *lit. G. c Vultei. ad d. l. vn. n. 46. & 2. seqq.* ℟. Non pugnare hæc necesse esse ibi & liberum alibi agere, sicuti nec pugnant regula & exceptio. Discernendum esse locum actionis cuiusque proprium (veluti in personali cõtractus vel delicti, in reali rei sitæ, in causſis status domicilij) ab aduentitio. In illo ita agi oportere vt aduentitij tamen non excludantur si ita ferat occasio. Necessitatem igitur agendi in loco proprio semper manere, etsi aliquando quid de illâ remittatur re ita ferente. In loco proprio regulam esse, in aduentitio exceptionem. ita Vult. quæ satis mihi non faciunt, nec exemplum quod ceu simile adducit *nu.* 48. quadrat. Vbi enim de pluribus rebus in diuersis territoriis sitis lis est, superior omnium adeundus ne continẽtia causſæ diuidatur néve reus in plura iudicia distrahatur. Neutri rationi hîc locus, vbi de vnâ re lis. Quin ibi vtique nõ alius quàm iudex loci rerum sitarum iudicat, tametsi nõ immediatè superior. Subdit Vult. tot locis probari quod loco domicilij actio teneat, quod probatur domicilium tribuere forum & rei forum sequi actorem. Atqui sic sequeretur solùm loco domicilij agi debere. Et immò in actione reali hoc est forum conuenti, locus rei sitæ. Ad hæc regula
f illa in fauorem rei constituta non odium. Magis autem reo fauet Donell. nostri quàm Dd. contra sententia. f Consentit quoad interdicta & actiones reales *Zanger. de except. p. 2. c. 1. num.* 18. testans ita sentiri Hostiens. post *gl. in c. sane* 3. *in V. prouincià de foro comp.* Et de eod. Host. refert, licet non probet *Paurmeist. 2. de iurisd. 8. n.* 108. Ac quosdam si tenuisse memorat *Trentacinq. 2. pract. resol. tit. de act. resol. 4. n.* 10. † Non itaque solus & primus Donell. ab interpp. omnibus diuortium fecit, ceu putant *Vult. ad l. vn. C. Vbi de poss. num.* 44. *& ad l. 1. C. vbi in rem. num.* 5. *& seqq.* (vbi contrariam omnium Dd sententiam, quod conuentus loco domicilij ad locum rei sitæ reuocare non possit, vsu seruari prohibet) & *Matth. Steph. 1. de iurisd. 31. n. 8.* Quin firmioribus rationibus hanc Host. sententiam niti, nec ab eâ in iudicando & consulendo recedi debere, etsi communẽ aduersari fateatur, statuit *Zanger. d. n.* 118. † Et ipse *Vult. ad l. vn. C. Vbi fud. peti n.* 26. Quia olim, vindicatio nulla nisi iure præsenti, necesse fuisse eâ institui in loco vbi res ipsa erat. Id verò vel desuetudine, vel saltem lege Constantini *l. 1. C. de form sublat.* abrogatum esse. † Quod probabile non est. Si ius vetus ita fuit, vt certè fuisse vincunt veteres vindicationum ritus, vt solùm res, vbi posita erat, peteretur, manſit id vtique nisi expresse correctum liqueat. Quod tantum abest, vt potiùs ll. posteriores expresse suffragentur, ceu Don. hîc ostendit. Nec quia superſlitiosa scrupulositas formularum sublata *d. l. 1.* ideò eo ipso etiam in foro sortiendo quidquam immutatum. † Longiùs è nostro abit. *Cuiac. in Par. C. Vbi de hor. æg.* sentiens non tantum agi posse loco domicilij: sed nec forum ex loco vbi res aliter competens esse, quàm si reus ibi reperiatur. Quod iniquum sit cum ex domicilio suo, ad locum rei sitæ, cum dispendio rei familiaris, extrahi, Quomodo & ante *Cuiac. Sichard. in l. vlt. C. Vbi in rem num. 2. & Castr. num. 2. ref Zang. d. c. 1. n.* 100. cum quibus & quodammodo *Vinc. de French. decis.* 17. *& Trentacinq. d. resol. 4. n.* 6. restringens tamen ita nisi in loco rei sitæ etiam domicilium habeat, & nisi ibi habeat Procuratorem. † Sed contra vsu receptum esse testatur *Zang. d. n.* 100. quia leges generaliter loquuntur, nec adiiciunt id quod hi subaudiunt, quod facilè tamen fuit. Et Cuiacium refellit *Vult. ad d. l. 1. C. Vbi in rẽ n.* 20. 1. quia sic locus rei sitæ non per se, sed ex accidenti forum faceret, quod non admittunt ll. indefinitæ conceptæ 2. Sic plus deferretur personæ quàm rei, cum tamen hîc res potiùs ac primariò conueniri videatur. Et subuertit Cuiacii ordinem, cui ratio certa & constans est, quod res potissimùm hîc spectanda sit, ex ratione suâ, dependente ex cuentu incerto 3. Et quid si in loco illo inueniatur, nec ibi sit commorandi animo: maius illi facilè erit incommodum, si tunc ibi conueniatur, quàm si è lóco domicilij euocetur, siue permanendum ei ad finem litis dixeris, vbi æquè diu absfuturus est à laribus suis, siue domuitionem concesseris, iudicio in loco vbi cœptum est, retento, quia res redibit ad eum casum, à quo, ex mente Cuiacij, incipere non potuit † Lõgissimè vero ab omnibus discedit *Marc. Lycklama. 4. Mẽbran.* 3. volens in loco domicilij solo agi, etsi *id* pro diuersitate reorum diuersum. Quia liberum conuenire vel dominium possessionis, sits alibi domicilium habet, vbi habet; vel detentorum eius nomine possidentem, vbi res est, quia nec alibi huic sit domicilium, Et huc accommodat *d. l. vltim. Cod. Vbi in rem.* de illo prius membrum accipiens, de hoc posterius. Quæ falso vitiuntur præsupposito. Neque enim necesse est detentori ibi domicilium esse, cum plura ad domicilium requirantur vid. *supra cap.* 12. g *Vult.* g
ad l. 1. numero decimo. Resp. firmum argumentum fore, si Lex iuberet vt id solum pro iure obseruetur. Contrarium autem apparere ex ipsâ *l. vl.* vbi Don. fatetur duo iussa esse &c. vt infra *lit. L.* vbi vid. Sed & hæc ℟. non elidit neruum argumenti, qui in vocula *iubemus* h *Vult. ad d. l. 1. num.* 11. h
vim illationis non diffitetur, sed ait Licinium ius fuit temporis spectasse, quo adhuc formulæ erant in vsu, nec vindicatio tenebat, nisi in re præsenti. Quare compositorum incuriam exagitat, qui ius antiquatum, quod omittere vel inflectere decuerit. Pandectis inseruerint. Quæ probare religio est. Nihilo meliùs, idem *ad l. vn. C. Vbi fid. peti num.* 27. ibi esse Licinio propositum docere non vbi res peti debeat, sed an vbi petitur ibi etiam solui debeat. Quod verbis ipsis ICti conuenire nemo dicet, aliàs sic dixisset *etiam ibi solui debet*, vocula enim *etiam*, arguit illic præcipuè expediri de loco petitionis. Falsúmque imò eundem locum esse omninò præstationis, qui petitionis. Nam si personali actione de legato agatur, *de quo d. l.* 38. *pr.* alibi res peti, alibi præstari potest, *l.* 47. *pr. deleg.* 1. Præstanda enim vbi est *d. l.* 38. *pr.* cum agi possit loco domicilij & maioris partis hereditatis, *S. c.* 15. Et si daretur Vulteio actionem realem tenere in domicilio conuenti, vtique alibi peteretur tunc res immobilis, alibi presstanda esset. i ℟. *Vult. ad l. vn. C. Vbi de poss. num.* 49. 1. hæc i
incommoda fortuita, ex fortuitis verò leges non constitui. 2. Interesse ita maximè actoris, qui sibi imputet quod locum domicilij elegerit. Sic & *Ante. Fab.* 20. *Coni. 9. in fi.* reum conqueri non posse cùm commodius litiget in domicilio. Sed imò interesse non minus conuenti posse, tam in petitorio, quàm & maximè, in possessorio facilè rem rectè secum putanti aparet cum primis si, 3. vt *Faber d lo. vult.* nouâlite pro iudicati exsecutione in loco rei sitæ opus. Accedit & hæc ratio. In personali actione ideò loco domicilij etiam agi potest, quia cum debitoris persona obstricta sit, mirum non est si ibi conueniatur, vbi degit. At in realibus agitur ad rẽ ipsam eámque persequimur. Ergo ratio non est habenda personæ possessoris *Zang. de exc. p. 2. c. 1. 121.* k *Vult. ad. d. l.* k
vn. n. 50. ℟. se mirati incogitãtiam Donelli. Quia quod per se præstare iudex nequit per alium præstabit, qui sententiam exsequetur *l* 15. § 1. *de re iud.* Aliàs etiam actiones in personã, quando in iis res versantur, intentandæ erunt loco rei sitæ. † Agnosco hæc non temerè dici, ac patiter (pace Cl. ICti dixerim) mi or illius incogitantiam, dum hanc rationem non impedire scribit, quo minus qui ex priuilegio ius reuocandi habent ad iudicem certum, eodem etiam in realibus vtantur. Nam imò in realibus non est locus priuilegio isti, ne quidem in clericis, qui maximè præ cæteris proprios iudices habent, vt supra *h c. lit. A.* l *Vult. ad l. 1. C. Vbi in rem.* l
n. 10. fatetur plura iura haberi *in d. l. vlt.* Sed inde contra Donel. infert, quod si posterius iussum diuersumsi priore, necesse fore alium in eo locum intelligi, quàm in illo. Nam si idem iuberet in posteriori, iussum vnum est. Si vnus locus fo rúmque, ad quid duo iussa? Nunquid posterius solum non sufficit. Nec ratum duo iuberi disiunctim, quorum vni si parctur, fit quod iussum est. Sicuti hic 1. iubetur actor sequi domicilium rei. 2. intentare actionem in loco rei sitæ. Patet igitur si alterutrum faciat. † Sed etsi his obiectis occurri posset, maximéque posteriora hæc, quod duo alterutriue iubeantur, vitio laborent; cum vocula *sed &* coniungat &c. tutius tamen puto si in expositione *d. l. Vlt.* à Donel. nonnihil diuertentes, dicamus in priori versione definiri, quod regula vulgata. Actor sequitur forum rei, obtineat quoque in realibus actionibus. In posteriori verò versu definiri quodnam sit forum eius vnde petitur in realibus. Quomodo vocula *sed &* optimè connecteret, quæ non aduersatiuè, sed explicatiuè vt *Zang. d. c. 1. n.* 113. posita, vt in

l. 26.

l.26.pr. Ex quib. *ea ma.l.28.pr.D.h.t.* Quare nō largior, quod Donel. largitur, in verbis primis *d.l.vlt.* forum denotare domicilium. Sed forum ibi dicitur indefinitè, quod est vel esse potest in hac vel illa actione. Quale est in actione reali locus rei sitæ *Faciunt quæ S.ea.16.lit.G.& ibi not.ex ipso Vult. qui idem ad d.l.1.num.19.* maximè proprium forum in reali actione locum rei sitæ vocat. Verba autem potentiori significatu accipienda. Nec obstat quod *vult.d.nu.10.* debere id forum accipi, quod vtrique actioni, reali & personali, commune. Aliud id nullum quam domicilij: Neganda enim consequentia. Nam certè quando actor sponte reum conuenit vbi res est, itidem ille huius, non hic illius forum sequitur, nec tamen forum vtrique actioni commune. Hoc itaque intendunt interpp. non actoris personam spectari, sed rei, non reum ab actore ad forum suum trahi posse. Quod autem sit forum rei in sequente membro expediunt. † Obiicit quoque *Vult.num.22.* argumentum ex *d.l.1.C.Vbi in rem.* Quia nulla ibi mentio loci, in quo res petita posita, sed in quo litigantes consistebant. Et hoc ipsum in quæstione, an quia venditori in alia prouincia *domicilium*, *iudicium* eò transferendum sit, ℟. Deinus *id* ibi dubium fuisse consultori, anne locus domicilij actoris sui verum forum esset. Ad id non ex *iure constituto*, de domicilij foro in realibus sequendo, *aliàs id* solùm & vnicum esset, sed ex falsa opinione consulentis errore sibi ius eiusmodi fingentis, quasi ipse iudicium planè defugere & in auctorem totum transferre possit. Præsupponendum verò vt terminus habilis, rem fuisse in loco domicilij rei, qui ipse non per alios absens possidebat. m veluti si ciuis Noribergensis equo vectus Lipsiam veniat, Quæritur, an Lipsiæ equus, vindicari possit? Contentio hāc de re vetus inter Azonem, qui idem iuris esse in re mobili affirmabat; & Hugolin. qui negabat, sed in domicilio rei agendum esse contendebat, vt tamen cautionem iudicio *sisti* in loco illo præstare teneatur. Quam plerique ita dirimunt, vt Azonem sequantur si res aliquō delata vt ibi aliquandiu sit. Hugolinum verò, si transeat, non mansura; Communem vocat & amplectitur *Trentacinq.2.pract.resol.iii de act.resol 4. n.9.* quam *Mona.in c.sanè 3.de foro.comp.num.4* probat si res se mouens transeat. Verùm indistinctè Azonem sequuntur vsú-que forenſi probari prohibent, *Sichard.ad l vlt C.Vbi in rem.n.3. Vult.ad l.1.C.eod.n.19. Matth. Steph. 1.de iurisd.31. n.16.* Quia ratio, quod in his actionibus res spectetur, nec n persona nisi propter rem, vbique conuenit. n Sed hæc expositio dura. Nam vt *Vult.ad d.l.vn.C.Vbi de her.n.24.* Vocula *Vel* locum cum à loco domicilij secernit, nec congruit prius perspicuè dictum postea obscuriùs repeti. Nam etsi verba, *vel si*, non conditionem continere, sed pro *quamuis* posita esse dici possit, *vt l.10.§.vlt. Quæ in fr.cred.l.30.§. 1.de acq.poss.l.67. § 6.de leg.2. Zanger.de exc. p.2.c.1.num. 101.* ne hic tamen apprimè conuenit. Sensus enim erit, quod non eo tantùm casu, quo domicilium alibi possessor hereditatis *habet*, sed & eo, quando *in loco vbi res sitæ sunt* degit, domicilium forum comperens efficiat. Quomodo requireretur in casu posteriori plus dubij, qui tamen vtique minus dubius. Nam quod domicilium per se solum efficit, quis sanus dubitabit, faciliùs efficere, si quid aliud, puta quod ibidem res hereditariæ sunc, accedat. Præterea ratio Donelli impugnatur *à Vult. ad d.l. vn. n.24. & ad l.1. Cod. Vbi in rem num.13.* Licet enim ait, hereditatem nusquam esse, rectè dicatur in thesi & abstracto, vt & de quibusvis iuribus, non tamen in hypothesi. Quin hereditas est in rebus atque in illis ita residet, vt vbi illæ sunt, etiam hæc vnà, etsi vna sit res singularis, quia & eius ratione datur petitio hereditatis *l.9.& 10.de pet her.* Et hereditas certo loco relicta dicitur *l vn Cod.vbi fid.peti.* Ipséque Don. arguit *h.t.* à possessorio ad petitorium. Ergo vbi possessoriū de hereditate intentatur, ibi & petitorium. (Sed ad hoc responderi potest possessoria adipisc. de quibus *d.l.vn.C. Vbi de her.* in priori membro, non dari de iure vniuersali, sed de rebus singulis *vid.lib.15.c.31.*) Denique subdit Vult. rationi Donelli ab incommodis ductæ, si alibi peratur quam loco rei sitæ, etiam locus est in vniuersali iudicio. † Enimverò vix ibi ipsi in expositione *d l.vn.* constare videtur Vult. dum prius citatem membrum non est de interdicto possessorio, sed imploratione extraiudiciali officij iudicis accipiendam contendit, (etsi ferè consentiant *Wesenbec. in d.l.vn.* Idem verò *nu.25.* quod Cuiac. generale esse vult vt actio realis ita demum loco rei positæ teneat, si reus ibi reperiatur vt supra *lit.F.* admittit in petitione hereditatis solā. Non ex ratione Cuiacij, sed quia ita nominatim cōstitutum sit, propterea, quod non merè est realis, sed mixta actio. Quod igitur nec sola persona, nec solæ res efficere possunt, vtraque coniunctim efficiunt. In quo, dum probabilius quid suppetat, subsisto. Sanè vsu ita seruari vt simpliciter hic, ceu in alia actione reali, ex communi sententiā, duo sint loca sortiendi fori testatur, idem Vult. *nu.27. & seq.*

CAPVT XVIII.

Præuentio & Reconuentio.

4. IVDICIVM COEPTVM *l.30.h.t.* Caussa à prioribus in eo diuersa, quod illæ ab initio subiiciunt, hæc in eodem iudicio retinet, sed variè. Quod dupliciter dicitur. AVT INSTITVTVM TANTVM IN IVS VOCATIONE *§.vlt.l.de pœ.tem. litig.* AC EIVS VIS, si scil. iusta *l.6.Qui satisd.cog. & sim.* & quia verba cum effectu accipienda VT IN IVDICIO RETINEATVR REVS, qui postea alterius fori esse cœpit, domicilio mutato [a] vel priuilegio quæsito ex gr. miles redditus vel studiosus [b] *l.7.h.t.* vbi ratio, quia præuentus. Actori enim iam quæsita necessitas rei sistendi iudicio idque suscipiendi, atque ita præuenit actor priuilegium rei, iure sibi quæsito. [c] Nam & aliàs excusatio post iunctum onus quæsita ad detrectandum id non proficit *l.28. de excus. tut. l.34. ad Munic.* Obi. *l.12. pr. Si quis caut.* vbi ponitur nouo priuilegio vti qui se iudicio sistit, proinde in ius antea vocatus qui de sistendo cauit. ℟. Potest vti fi patiatur actor vt reus aliò reuocet. Potest & eo inuito non omni vti, sed aliquo. Quid enim si ex gr. dux belli factus ad operam Principi necessariam accitus alios à principe indices impetrauit etiam in caussis alibi cœptis [d] NON AVTEM ACTOR, qui si reus nondum venit, aut necdum iudicium subiit pœnitere potest, cum nihil impedimento sit. [e] Ideoque *d.l.7.h.* de reo definitè, ast *L.30.h.t.* generaliter concepta. AVT PROPRIE COEPTVM, seu acceptum, LITIS CONTESTATIONE, CVIVS VIS TRIPLEX: 1. Communis vtique parti. RETINET IN IVDICIO eodem *l. vbi 30. hoc titulo* TAM REVM per ante dicta à fortiori exemplum, *l.penult.mā de iurisdictione* [f] in puella quæ nupsit: TVM ACTOREM ne liceat ei aliò conuertere actionem, etsi forum rei sequi velit vt si qui egit prius loco contractus, velit agere loco domicilij. ℟ 2. RETINET EOSDEM IN CONIVNCTO IVDICIO, vti sunt possessionis & proprietatis *l. nulli 10. C. h.t. vbi ratio* quia continentia causſæ non diuidenda [h] id est coniunctio & connectio iudiciorum efficit vt pro vno habeantur, [i] quia possessorium quasi initium & vestibulum petitorij. [k] 3. ACTOREM SVBIICIT MVTVÆ PETITIONI & cogitur is actiones excipere, etsi aliàs ibi iudicium pati non cogeretur *l. 22. h. t.* [m] Obiicitur, At nec culpa obiici potest, quod eo loco egerit, iure iubente forum rei sequutus, nec in iudicem consensit. Et regula iuris est, persequendo, non fieri deteriorem causſam actoris. ℟. Ratio æquissima *l.6.C.de Compens.* [n] In omni iudicio semper iustè reus æquitatem compensationis postulat. Mutua verò compensationis causſā inducitur. [o] Quæ initio inspecto petitio est & vocatur, *sine* agendi defensio. [p] & ita pars iudicij prioris, quod constat intentione ac depulsione. Atque sic verè non duo iudicia, vti duæ petitiones, sed vnum ex vtraque constans [q] & vnum negocium, vt Imp. *in l. cum Papin.14. in fi. C. de sent. & interl.* Et de vtraque igitur simul & eadem sententiā iudicandum. [r] Vnde duo hæc recepta: 1. Licet actor antea de intentione suā non docuerit, non priùs ferenda sententia,

sententia, quàm de petitione rei constiterit *l. 1. vlt.* [s] *Quæ sent. si app.* [s] si constiterit absoluitur reus, vel, si non locus sit compensationi, alter alteri condemnatur. Quod tamen temperandum, modo mutua petitio tempore litis contestatæ aut non multò post illata, non si propè impletā petitione actoris, moræ iniiciendæ causſā *ex l. vlt. C. de compens. iunct. c. cum quid* [t] *vnā de R.I. in 6.* [t] 2. Etsi actor nihil probet, tamen de mutuā petitione idem iudex cognoscit, eaque probatā actorem condemnat ex sententiā Papin. *d. l. 14. C.* [u] *de sent. & interl. vbi ratio* [u] REI non cuiusvis alterius, qui hoc prætextu non audietur, cum nec mutua esse possit, nec compensationis æquitas ibi sit, nec res inter aliós acta, aliis prodesse vel nocere debeat, PENDENTE IVDICIO per verba *d. l. 22. h. t. si agat* non *si egerit*. Finito enim nec mutua dici potest, quæ [x] vna, nec compensatio per *l. 2. de compens.* [x] NISI FVRTVM, DAMNVM AVT INIVRIAM PASSVS EO NOMINE AGAT quod delegatis responsum *l. 2. §. 5. vers. sed etsi h. t.* ad omnes pertinet ex ratione communi, quæ in *d. §. 5.* Sanè legati si egerint Romæ extra causſas dampni aut iniuriæ ab omnibus etiam contra quos non egerunt, & sic etiam finito iudicio conueniri possunt per *d. l. 2. §. 5. verbis aduersus omnes.* Vt ita in eo durior sit causſa legatorum quàm aliorum. [y] Ratio quia legati nec poterant Romæ in inuitum agere nisi damnum vel iniuriam persequerentur *l. 8. §. vlt. l. 9. & 10. l. 11. §. 1. l. 15. de legat.* Quod si itaque reus non recusset actionem, pœna hæc contentæ legis, [z] quia auxilio legis indignus contra eam committens *l. 77. in fi. de mm.* Et qui Romæ sibi agi licere ius putat & actione contra se aliorum excipiat per *l.1. Quod quis iur.* CONTRA SI ALIO LOCO REVS MVTVAM PETITIONEM INSTITVAT, RECTE ACTOR DESIDERAT VT APVD EVNDEM IVDICEM CAVSSA AGITETVR & finem accipiat, *authent. & consequenter Cod. de sent. & interl.* vid. *cap. seq.*

NOTATA.

a [a] *Vult. ad l.4. C. de iurisd. num.19.* Non tantùm huic iuri locum esse scribit in casibus transiari domicilij aut prorogatæ iurisdictionis, sed etiam præuentionis vbi plures iurisdictiones concurrentes ac nullis superior vel inferior. Ibid. *num.24.* Propriè, ait, litis pendentiæ exceptio *est* cum iurisdictiones sunt concurrentes, quandeque tamen etiam obiicitur, si iudices inuicem subordinati, vt si coram inferiore causſa introducta nedum decisa, introducatur coram b superiore. [b] Aliàs verò studiosum variare posse vsque ad litem contestatam vult. *Rebuff. priuil. scholast.* 153. quod non probat *Pac. in auth. habita c.10 num. 3.* [c] Reum quoque criminis si se voluntariæ militiæ dedat, apud iudicem militarem audiri nec remitti vbi postulatus per *L.4. §.5. de re milit. Cl. Clotere. lib.2. de priuil mil. c.8.* [d] Quid si laicus post præuentionem habitum monasticum vel ordinem sacerdotij assumpsit? Variant Dd. vid. *Io. Monac. Pract. iudic. p.2. tit. de Præuent c.4. num.8. Io. n. de Arnono singul.29. Hieron. Alban. in add. ad Bart. l.19. de iurisd. lit. D. P. Ferder. lib.3. de Cour. caussſ. c.5. num.6.* Planè priuilegium non affectatum, sed principis motu proprio concessum prodesse etiam ad litem iam cœptam transferendam Senatus Lusitaniæ iudicauit, *Georg. de* c *Cabedo p.1. decis 24. & seq.* Præuentio itaque propriè dicetur ratione rei, hocque differt à litis pendentiā, quod hæc vtriusque ratione dici solet, nec veiè incurritur ante litem contestatam, vt Don. *l. lit. D.* Quin & *Mynſ 4. obſ. 26.* plura requiri ad litis pendentiam quam ad præuentionem docet. Etsi passim nonnulli hæc confundant, & vulgò exceptioné præuentionis non minus ac litis pendentiæ, à reo actori obiici vid. *Zanger. de except. p.2. c.3. & c.12. Gail. 1. obſ. 74. nu. 18.* tanquam si actor æquè præuentus dici possit. [e] *Decian. lib.4. tr. crim. c.29. num. 2.* duplicem statuit præuentionem 1. quā iudex præuenit alium vid. S. *not. c.9. lit. N. 2.* quā pars dicitur præuenta. Et *Mart. a p.2. de iurisd. c.2. n.4.* considerari eam 1. respectu iudicis præuenti, ne se amplius intromittere possit 2. respectu partium, ne forum mutare queant. Et *Pann- meiſt. 2. de iurisdict. c.5. num.106* Præuentionem expediri solā in ius vocatione vt qui parem iurisdictionem habet, eam impedire nequeat. Nam iudex qui præuenit alteri inhibere potest, ne procedat legitimisque remediis iurisdictionem suam defendere *Monach Pract. iudic. p.2. tit. de Præuent. c.4. n.* d 3. Imperator enim potuit ordinem & iurisdictioné turbare, & causſas ad suam cognitionem pro libitu reuocare *Vult. ad l. vn Cod. Quan. Imp. int. pup. num.11.* Sicuti & hodie Princeps quilibet causſas, in suā curiā vel ciuitate aliqua pendentes, ad se auocare potest *idem ad l. 1. C. de iurisdict. n.137.* vbi de auocatione causſarum seu litis pendentis ad alium iudicem citra appellationem transiatione pluribus agit *num.169. & seqq. & Zang p.2. de except. c.1. n.145. Bocer. de iurisd. c.7 num.19. & seqq.* Quæ auocatio sine iusta causſa nec à principe fieri debet *Wes. in auth. quā in prouinciā C. Vbi de crim. num.15.* e Conuenit *Zang. d. c. 1. num. 82.* Actori e eligendi facultatem tribuens, donec lis contestetur. Antea variatio libera arg. *l.112. pr. de V. O.* Sed nec propter litis cōtestationem electio amittitur, contra *l. nemo 87. de R. I.* verùm propter electionis necessariam remissionem. Iure verò Canonico quo vtimur, idem effectus tolius citationis, ait idem *num.84. & Frider. lib.1. de Processſ. extr. c.43. num.1.* Vnde solo citatione litis pendentiam ac præuentionem (plerumque enim confundi solent) induci scribunt, vt citatus primò ab vno iudice, cuius de eadem causſa iurisdictio postea- que ad alium vocatus, exceptione præuentionis seu litis pēdenciæ obiecta, huius cognitionem defugere possit, *Gail.1. obſ.74. num.18.p. Wesenb. cons.16 num.50. Mynſ. dec.3. Resp.14. num.21. Decia. a. tr. crimin. 21. Mart. a de iurisd. p.2. c.3. Monach. in c.p. ofſuisti pen. de foro comp. n. 4. & seqq. & Fratt. indic. p.2. tit. de præuent. c.3. Zang p.2 de except. c.3. & c.12. Vulrei. ad l. 2. C. de iurisd num. 12. & ad l.4. C. d. t. num.30.* Quod & *Cuia. 13. obſ 11.* ex constitutione quadam Græca quæ iam in Codice habetur *l vl. C. de in ius voc.* probat. Malè verò illi niruntur *l. 7. hoc tit & d. c. prosſuisti pen. de foro comp.* f Quia vtrobique necessitas manendi in iudicio reo iniungitur, non actori. Sicuti nec argumentum hoc quod ante litem contestatam nulla propriè sit lis, ideoque nec pendens dici possit, verè elidit ℟. Vulrei *d. num.30.* quod proprietas illa, ad iudicij instructionem pertineat. Quoad iurisdictionis autem exercitiū nil referat lis dicatur ante litē contestatam, an controuersia. [f] Vt tamen lis excitatione ante litis contestationem pendere, dicatur, hæc requirit *Mynſing. 4. obſ.26.* Vocatio apta, à iudice competenti perfecta, ad reum peruenerit, aut per eum factum ne peruenirent, ex eaque litis specimen ac forma cognosci potuerit, ac à nuncio legitimè insinuata sit. Quod si causſa citationi non inserta litis pendentiam non priùs, induci, quàm si actor in termino comparuerit & libellum porrexerit *Zang. d.c. 12. num.2.* † Sanè antequam citatio emissa, actor poterit alium adire, & tunc vter prius citauerit, eius iurisdictiò alteram præueniet *Zanger. d.c.3. num.8.* Sed & si reus contumax fuerit in iudicio, quo agi cœptum, exceptione hac non tuebitur *Zangel. d.c.3.n.5. Monach. d.tit. de Præuent. c.3 num.5. post Bart. in l.30. h.t. nu.3. Hipp. de Marsil. ping.239.* Hinc *Celer. decis 280. p.2.* conuentum priùs loco destinatæ solutionis, nec sui copiam facientem, si deinde adeatur iudex domicilij exceptione hac non defendi aut à illo locum reuocare posse, ne sua ipsis contumacia profit. In executiuis quoque huic iuri locum non esse volunt, sed actori variationem licitum. Ac pendente exsecutione coram vno posse alium adiri ac diuersa remedia intentari sine metu, exceptione litis pendentis. Veluti si quis in possessione missus, potest etiam capturam petere, nec pendentia litis fuer vno præiudicat alteri, *Trentacinq. post alios lib.2. resolut. præt. resolut. 10. de iudiciis.* † Vbi verba *post susceptam cognitionem*, litis contestationem arguunt, *Goneam. ibid num. 1. Vult. ad l. 4. C. de iurisdict. n. 32.* contra *Zasſ. ad d.l. pen. n.16. & Corasſ. num.4.* ‡ Quo & respicit *l. 4. C.* g *de iurisd.* Et ratio tum ex iudice ne desultoria lenitate adito alio illius spernatur auctoritas, iure publico constituta: tum ex litigatoribus. quia litis contestatione, quæ iudicio initium præbet, quasi contrahitur, à quo quasi contractu altero inscio recedere non licet *Vult. ad d.l.4. num.11.* & seq. h Cuius tamen alia ratio, quàm præuentæ iurisdictionis, h *Gæd. de sequestr. c.1. num.11. Matth. Steph. 1. de iurisd. 26. n.13. & seq.* Continentes enim & connexæ causſæ dicuntur quæ Communem rationem habent, ob quam vna sine altera plenè & liquidò cognitò cognoscit. Quod tribus modis fieri docent, *Gæd. d.c.1. n.29. & seq. Matth. Steph. 1. de iurisd. 32. n.14.*

Hackelm.

Mackelm. diſp. Pand. vlt. p. 2 th. 11. & ſeqq. 1. Ob cognatam facti iuriſque cognitionem. 2. Ob præiudicium 3. ob generalitatem actionis & cauſsæ, quæ facit vt rei diuerſi fori coram vno omnium ſuperiore rectè conueniantur. Ex quo capite de cauſſis in primâ inſtantiâ ad Cameram non pertinẽtibus, quotidie impetrari proceſſus, *Vult. ad l. 4. C. de iuriſd.* *num.* 27. Alij quadruplicem faciunt continentiam vid. *Paurmeiſt. 2. de iuriſd. 4. num.* 111. Et de hac materiâ *Mouo. 2. arb. c. 95. & c. 361.* vbi de pœna contrafacientis. *Gaſpar. Vveſenb. ad l. 10. c. de indic. Moland. Com. Cameral. p. 1. ſ. 59 & ſeqq. Trentacinq. lib. 2. reſol. prati. reſ. 3. de iudic. P. Frider. de. Proceſſ. extrah. lib. 3. de Comitiu. cauſſ. & c.* Continens enim vocamus quod cõiunctum eſt, vt contiuentia ædificia *l. 2. l. 87. de V. S. Duar. de iuſtic. dic. c. de var. iudic. præcept. ſ. 163. P. Frider. d. lib. 3. c. 1. n. 4. & c. 1. extra de ea. propr. & poſſ.* Non obſtat *L. 12. §. 1. de acq. poſſ.* Significat enim harum rerum diuerſa eſſe iudicia, eõque reſpectu diſſentire, non autem quoad fori competentiam *Zanger. de exc. p. 2. c. 1. num.* 111. Et origine ſua hæ cauſſæ ſeparatæ, quoad vſum verò procedendi, modum probandi, mediũ perueniendi ad dominij certitudinem, eiúſque deciſionem connexas habent partes *Gœd. de ſequeſtr. c. 1. nu. 53. 4. A. Fab. 20. Coni. 7. d. l. 10.* reſtringit ad caſum quo iudex datus ab eo cuius iuriſdictio de vraque poſſeſſionis & proprietatis cauſſa competens, alterutri verò priuilegium fori eſt per verba, *ex beneficij prærogatiua.* Quod ſi iuriſdictio non competens in vtroque negocio, abſurdum non eſſe cauſſam diuidi. Sicuti in cauſſis rerum ſpiritualium de poſſeſſione cognoſcit laicus, de proprietate eccleſiaſticus & conuenit *Georg. de Cabedo p. 1. deciſ. 32.* Sic nec eum cui mandata eſt iuriſdictio, in cauſſa poſſeſſorij, cognoſcere poſſe de cauſſa petitorij *Botcer. de iuriſd. c. 6. num.* 41. Quæ à Dd. Reconuentio vocatur qua fieri Psorogationem iuriſdictionis neceſſariam docent *Maranta Specul. p. 4. diſtinct. 6. n. 30. Matth. Steph. t. de iuriſdict. 21. n. 36.* quam legalẽ nuncupat *paurmeiſt. 2. de iuriſd. 7. num. 63.* Cei dicunt inuicem agere & petere. Et vſu iuris mutuæ actiones & petitiones *l. 1. §. vlt. Quæſent. ſi appel. l. 34. de Procur. l. 15. de exc. rei iud. l. 11. §. 1. de iuriſd. l. 38. Mand. l. 1. §. vlt. de extr. cog. l. 6. c. de compenſ. l. 1. C. Rer. amot. tit. extra de mut. petit.* Etſi has latius patere velit *A. Fab.* cum & diuerſis iudiciis agitari poſſint. Cuius, *conuentiones* haſce anguſtiſſimis finibus includentis, ſententia, cum ſpecioſa pariter ſit atque ab omnium interpp. opinione aliena, non temere fuerit, ſi breuem eius & perſpicuam ſummam hic inferendo, lectoris ſinceri iudicio & collationi exponam. Ita igitur Faber 20. *Coni. 5.* Iuri vetcri incognitæ reconuentiones, ad vſque Papinianum. Quia olim lite conteſtatâ debatur iudex preſcripta formulâ, qui non poterat eſſe competens in reconuentione, quippe in eam cauſſam non datus. Ergò ſi reus contra agere volebat, noua actione inſtituta, id fiebat, alio iudice accepto, etſi quandoque idem daretur ex iuſta cauſſa vt *l. 1. & 2. De quib. reb. ad eund. iud.* Vbi mutuæ quidem actiones, ſed non reconuentiones, verùm diuerſæ inter ſe & diuerſis iudiciis, etſi apud eundem quandoque (quianon idem iudicium) agitandæ. Reconuentio autem non omnis mutua actio, ſed quæ & diuerſa, & eodem iudicio exercetur. Addit *c. 8.* olim de duabus actionibus vnum iudicium fieri non potuiſſe, quia idem erat dicta iudicium, & dictare actionem, & obſiſtebat ratio *l. 23. de iudic.* Quare *pergit d. c. 5.* in iudiciis diuiſoriis nulla reconuentio, quia ibi vnica actio, ſui natura duplex. Et *l. 1. §. vlt. Quæſent. ſi appell.* de mutuis petitionibus loquitur, at non de reconuentione, quia ibi agitur de duabus ſententiis, diuerſo tempore prolatis. Primus Papinianus reo indulſit, vt actorem reconuenerit, modo ex negocio mutua actio proficiſceretur. Non ex ratione iuris, quæ aduerſæ vt ſupra, ſed æquitatis, quæ in *d. l. 14. C. de ſent. & inter. loc.* ita tamen vt non tollat exceptionem incompetentia iuriſdictionis, vt Dd. omnes, ſed iudicis tantùm. Hæc enim ſola remouetur *d. l. 14. verſ. nullâ opponendâ*, quia tempore Papiniani iudex alius, à quo dicente. Ergo, Papin. intelligi non debet niſi de iudice pedaneo, dato ab eo cuius iuriſdictio competens. Nec eadem ratio facit, vt actor in reconuentione ſubiiciatur incõpetẽti alias magiſtratui. Quando nihil ei imputari poteſt, quod eum adierit, cum, ex iuris ordine *l 2. C. de iuriſd.* alium adire non licuerit. Nec dici poteſt prorogata iuriſdictio eum quod quis ex neceſſitate facit, inde conſenſus inferri non debeat. Accedit quod agendo conditio non ſit deterior. *l. 86. & ſeq. de R. I.* Quoad iudicem verò pedaneum imputari poteſt, cur eum elegerit vel ſortitus fuerit, quia facere poterat vt alius daretur. Hoc igitur vult Papin. ſuppoſitâ competenti iuriſdictione (ſi vterque litigans eiuſdem fori, ac iudex datus Caio actori contra Titium reum ab eo prærore, qui idem Titio agenti contra Caium iudicem dare potuit) tolli incompetentiam iudicis, quaſi tacitè prorogatâ notione vltra quàm verba formulæ patererentur. Modo tamen reconuentio ſit de eodem negocio, ſuper quo iudex datus. Veluti ſi petentem 100. actione vendite, reconuenis actione empti ad id quod intereſt fundum liberum eſſe, qui ſeruus fortè vel pigneratus. Non ſi de alio vt ſi 100. petentem ex ſtipulatione reconuenis ex cauſſâ mutui. Atquè hæc ex ſententiâ Papiniani. Sequitur Cap 6. Quam Iuſtin. auctam voluit *d. l. 14.* In quo auxerit ibid. obſcurum. Videtur quod Papin. eo caſu admiſerit, quo reus abſolui poterat. Iuſtin. amplius etſi nec condemnauerit, nec abſoluerit reum iudex, in ſolum actorem poſſe ferri ſententiam. Iuter quæ intereſt. Illic tantum plus facit iudex, quam formula tribuit. Hic verò nihil eorum, quæ formulâ præſcripta ſunt. Planè magis extendit Iuſtin. in *Nou. 96. c. 2. authent. & conſequenter Cod. d. t.* Dum hæc nouè conſtituit. Reo actore duo. 1. Vt non poſſit reconueniri apud aliuin, niſi finitâ lite conuentionis. Olim verò licitæ mutuæ petitiones apud diuerſos, eodem tempore, vt ex *d. c. 2. apparet.* Vnde incommodum protractionis litium. Tametſi & olim qui priorvicerat, exſecutionem non impetrabat, niſi alterâ quoque lite finitâ *d. l. 1. §. vlt. Quæſen. ſi app.* 2. Vt ſi apud eundem iudicem reconueniretur in diuerſo negocio poſſit eum intra 20. dies, ſi forte ſuſpectus, recuſare, contra iuris rationem, quâ ſemel approbatus, recuſari deinde, niſi ex noua cauſſa, non poteſt. Sed ex quo inducitum, vt reconuentio teneat quoque ſuper diuerſo negocio, ita ſtatui conuenit, quia non ſuſpectus in vno negocio poteſt eſſe in alio. Pro reo hoc vnum, quod etiam de alio negocio viciſſim rectè agit apud eundem modò is non recuſetur, vt antea. Quanquam ex Holoandr. verſione *d. pr. Nou. 96. c. 2.* accipi debet de recriminatione, ſeu mutua accuſatione. Siue autem de hac loquatur ſiue de reconuentione ciuili, reſtringi debet ad eum caſum, quo iudex de vtroque negocio ab eodem magiſtratu dari potuit, ſeu quo dantis iudicem de vtraque cauſſa & in vtramque perſonam iuriſdictio. Subdit idem *c. 7.* non obſiſtere *d. l. 22. h. t. de iudic.* vbi verba *in aliquo loco*, arguunt incompetenti etiam iuriſdictioni actorem ex reconuentione ſubiici. Nam R. loqui eam non de eo qui non poteſt ibi iudicium pati, vbi magiſtratus incompetens, niſi expreſsè conſentiat iuriſdictionem prorogando, ſed qui *non cogitur* ex priuilegio ſcilicet (militiæ vel ſacerdotij *l. pen. C. de pact.*) habens præſcriptionem fori, quæ iuriſdictionem competentem (ſicuti exceptio actionẽ) præſupponit. Pone. Miles ciuis Romanus, alium ciuem conuenit coram. Prætore vrbano. Reconuenitur. Q. An eadem fori præſcriptio, quæ eſſet ſi reus vtrò conueniſſet? Neg. *d. l. 22.* ſed ad eundum iudicem mittendus, ſcilicet ſi iuriſdict. habeat in litigantes, qui ad eum mittit. Ergo Reconuentio tollit priuilegium fori, non tamen competentem iuriſdictionem facit. Quanquam Faber *& c. ſeq.* 8. vix ſecum in hoc conuenit, ſcribendo *d. l. 22.* non de reconuentione loqui, ſed de diuerſitate iudiciorum, quamuis in eodem loco exercendorum. † De qua ſpecioſa ſanè, & quæ facilè aliquem turbare ſaltem poſſit, aſt ab omnium interpp. traditionibus, & iudiciorum vſu nimium quantum ab horrente ſententia, malo te Lector iudicium pro libitu facere, quam accuratiùs ſingula expendere. Vnum iſtud, paucis haſce me arguias à recepta opinione non abducere. Quas vel inde conuelli puto, quod iure nouo *l. 2. C. de pedan. iud.* poteſtas dandi iudicis reſtricta nimis, ipſiúſque magiſtratibus cognoſcendi iunctæ neceſſitas vt infra *c. 22.* Nec igitur congruit vel *d. l. 14.* vel *d. Nou. 96. c. 2.* de iudicibus datis accipere, cùm & magiſtratus paſſim iudices vocari legamus, etiam mediæ prudentiæ ætate, vid. infra *c. 21. lit. C.* maximè verò Iuſtiniani ſæculo, & *d. c. 2.* vocet iudices *gloriosiſſimos* quod epitheton maioribus magiſtratibus, minimè verò pedanеis iudicibus, conuenit. Quin imò ex reconuentione actorem iuriſdictioni ſubiici probat *l. 2. §. 6. in fi. de iudic.* Et quanquam ad hoc regeri fortè poſſit ſubiici illic iuriſdictioni non planè alienæ, ſed quæ declinari poteſt iure domum reuocandi, iuxta ea quæ S. *c. 13.* non tamen video quæ maior ratio faciat, vt priuilegium fori reconuentus amittat, & quid hic potius actoris imputari poſſit, quod reum coram eo magiſtratu apud quem reconuenitur, lite pulſauerit, quàm quouis alio caſu quo magiſtratus illius iuriſdictio, apud quem conuentionis lis intentata, ab actore ſi prior ipſe conueniretur, nõ declinari tantum poteſt, ſed omninò incompetens. Vtur ſit hoc certè conſtat ex *d. ſ. 6.* defendere ſe reconuentum cogi non tantùm in iudicio apud pedaneum, ſed & in iure apud magiſtratum. Et *d. l. 22.* probat excipi actiones reconuenièdis apud magiſtratum & deinde mitti ad iudicem litigantes, ſeu de vtraque actione dari vnum iudicem, vnumque iudicium conſtitui. Quin ergo vetus iudiciorum ordo & ritus

zicus magis Fabro obſiſtit. Cui conueniens fuit vt ſicuti aliæ exceptiones ab initio nominatim conteſtandæ, atque ita in iure ante iudicium acceptum proponendæ, niſi naturæ actionis ineſſent, vt in actione bonæ fidei vid. *l. lib. 22. ea. 8.* ita & mutua actio coram ipſo prætore proponeretur, & deinde ſuper vtraque vnum iudicium conſtitueretur. Adeóque tantum abeſt vt coram pedaneo iudice ſolùm tenuerit reconuentio tempore Papiniani, vt nec vnquam coram eodem exerceri potuiſſe, niſi propoſita antea coram magiſtratu qui iudicem dedit, & niſi nominatim quoque is ad cauſſam reconuentionis datus, verius exiſtimem. Formulæ enim præſcriptum veteri iure ita præfractè cuſtoditum, vt vix eidem, æquitatis obtentu, vim facere auſum fuiſſe Papinianum probabile ſit. Et generalis eſt deciſio *d. l. 22. h. t.* Vbi verba *non cogitur* æquè conueniunt ei qui incompetens quàm cuius iuriſdictio ex priuilegio detractari poteſt, cum & illius iudicium ex conſenſu ſubiri poſſit. Et immò verba, *in aliquo loco* de incompetenti cum primis loqui IC. conuiencunt. Quia iudices proprij eccleſiaſticorum, militum, &c. non in alio ſed eodem territorio habentur. Denique *l. 1. §. vlt. de extr. cog.* de mutuis petitionibus præſides cognoſcere poſſe diſcerete traditur. Quod ſi ita accipi velis, modo vterque litigans eiuſdem prouinciæ & fori ſint, reſponſum dubium & Iuriſconſulto indignum reddetur &c. m Adeo vt & in Clericis, etſi ex conſenſu aliàs iuriſdictionem laici prorogare nequeant vid. S. *cap. 10. lit. Y.* reconuentionem coram iudice ſæculari, modo cauſſa non ſit ſpiritualis, crebriùs admirtant, vſuque fori ſeruari teſtentur *Trentacinq. 2. præct. reſol. tit. de mut. petit. reſol. 1. num. 32. Vaſq. 1. contr. vſu. freq. 5. num. 18. Maranta p. 4. diſt. 6. num. 3. Io. Petr. Molignat. de Reconuent. q. 32. Gail. 1. obſ 37. num. 6. Zanger. de excep. 2. cap. 1. num. 133. Chilian. Ronig. Proceſſ. p. 3. cap. 1. Vinc de Franch. deciſ. 193. & 349. Paurmeiſt. 2. de iuriſdict. 7. nuro. 63. & ſeq. P. Frider. de Proceſſ extrah l. 3 cap. 6. n. 6. Buſius. aul 1. de iudic. n. 16. Marta de iuriſdict p. 4. cent. 2 cap. 167* vbi communem hanc declarat & reſtringit. Diſſ. poſt alios *Ant Fab. 20. Coniect. 7.* quia ait, ſeparatæ planè iuriſdictiones & iuriſdictionum incompetentia reconuentione non tolliturr, quod iam reprobaui. Et Clericus nec volens ſe ſubiicere poteſt iudici laico expreſsè nedum tacitè. Ad quod R. hanc prorogationem non ab homine fieri ſed à lege *Molignat. d. lo.* † Studioſum tamẽ coram vibano magiſtratu contra ciuem agentem reconueniri ibi non poſſe firmat. *Matth. Steph. lib. 3. de iuriſdict. p. 2. ca. 12. num. 48. & ſeqq* tametſi ciuem coram Rectore agentem ibidem vt excipiat actionem teneri pluribus contendat *d. cap. 12 num 18. & ſeqq.* nec tantùm ſi cauſſa reconuentionis priori conuncta, ſed etſi aliud negocium contra *Pac. in auth. habita ca. 9. num. 15 vid. & Rebuff. preuileg. Schol. 160. Molignat de Reconuent. queſt. 30.* † Cæterum Reconuentionem inſtitui rectè volunt etiam coram delegato. Quod iure Canonico expeditũ *cap. 1. & 2. extra de mut. petit.* quia ratione connexorum, tacitè vnà cauſſa reconuentionis mandata cenſetur. Quanquam plures id ſic accipiunt, ſi ad inſtantiam actoris vnius impetratus ſit. Secus ſi vel vtriuſque conſenſu acceptus, vel motu Principis proprio datus, quia tunc ratio *quæ in d. l. 14.* ceſſet *Wurmſer. lib. 1. tit. 12. obſ. 1. Molignat. q. 24. & ſeqq Maranta d. diſt. 6. n. 3. Sichard. ad d. l. 14. num. 8. in fin. Trentacinq d reſol. 1. num. 46. & ſeqq.* Quam diſtinctionem reprobant *Menoch. arb. q. 44 num. 6. Monach. Pract. iudic p. 1. §. 8 ca. 3. n. 2. & adrub. extra de mut. pet. n. 5. P. Frider. d. cap. 6. num.* 12. Sic & in iuriſdict. prorogatâ diſtinguunt *Molign. queſt. 26. Mar. d. lo. n. 23.* vt teneat reconuẽtio ſi facto actoris prorogata ſit, non ſi communi partium conſenſu. At vix conuenit vt rei conſenſus accedens reconuentionẽ impediat. Sanè iuris ciuilis ratione inſpectâ, coram iudice quidem pedaneo mutuas petitiones exercesi non potuiſſe, niſi & ad eas addictus, verius puto vt lit. præced. Quoad mandatarium verò iuriſdictionis libenter diſtinguerem, iuxta ea quæ not. S. *cap. 10. lit. P.* † Illud conuenit coram arbitro ex compromiſſo ſumpto reconuentioni locum non eſſe *cap. cum dilectus 6. extra de arbitr. Facit l. 46. & l. 50. D. de rec. arb. Menoch. d qu. ſt. 44. num. 12. Molign. queſt. 22. Monach. d. §. 8. ca. 3. num 3. Mar. d. lo. nu. 20.* vbi aliud ſtatuit in arbitro iuris, qui electus ſit ex neceſſitate ſtatuti iniungenti fortè compromiſſionem in cauſſis cognatorum, &c. *Molignat. q. 23. diſſ. Ioan. de Arnono ſingul. 95.* † Quod ſi actor reſpondere renuat audientia ei ſuper conuentione denegatur *Mar. d. lo num. 9. Trentacinq. d. reſol. 1. num. 7. Molig. queſt. 96.* vbi amplius *queſt. 97.* ſi hoc non curauerit poſſe præcisè cogi, quia nec ſi à lite conuentionis deſiſtere velit, etſi ante litem conteſtatam, iuriſdictioni ſe iudicis in reconuentione eximat. *add. Menoch. d. queſt. 44. num. 5. Trentacinq. d. lo. num. 53. Paurmeiſt. 2. de iuriſdict.*

Pars 2a.

7. *num. 64.* n *Molign. de Reconuent. queſt. 3.* Si ſuper eodem negotio reconuentio ratio naturalis eſt, quia defenſio quædam eſt, & continentia cauſſæ non diuidenda. Sin ſuper diuerſis rebus aut cauſſis, aut reus conuentus coram iudice vtrique communi ad certam quantitatem, & reconuentio tener de maiori etiam quantitate *l. 11. §. 2. de iuriſdict.* vel eo qui ex priuilegio declinari potuit ac idem eſt *l. 2. §. 5. V. etſi h. t.* Aut coram iudice ordinario rei, qui actori penitus non ſuus, & hoc caſu iure antiquo nulla reconuentio. Ex *d. l. 14.* verò facultas reconueniendi non neceſſitas. Denique ex auth. ſeq. etiam neceſſitas ſi velit agere, lite pendente, vt & iure Canonico. Et *ita* quoque triplicem iuris veteris noui & nouiſſimi variationem notat *Matheſilan, at l. 14. C. de ſent. num.* 3. Et ratio hîc contra actorem vna, quia iudicis arbitrium agendo obſeruat, *d. l. 4.* Aliud igitur ſi de neceſſitate, aut voluntate, vtriuſque eum adiit, contra reum, alia ne actor ad diuerſa iudicia trahi & pluribus inſtantiis perturbari poſſit, ita Molignat. † Atqui *d. l. 14.* loquitur de reconuentione in eodem negocio, vbi ratio ibi adducta conueniens, quia etſi neceſſitate iuris aditus iudex rei, tamen quando cauſſa mutua petitionis, non diuerſa & ſeparata eſt, nihil cauſſæ eſt, cur cognitionem eius iudicis de illâ defugiat, cum ipſiúſque actoris intereſſit litem potiùs vtrámque vno iudicio terminari, quàm pluribus, nullúque periculũ ipſi metuendum ſit. Planè ſi diuerſa cauſſa reconuentionis rationi iſti *d. l. 14.* locus vix erit ſed illi, quæ in *Nov 96. c. 2. princ.* ne lites fiant immortales. Quam & ratione reconuentionis eſſe cenſet *Anton. Fab. 20. coniect. 6.* potiùs quàm reorum fauorem, eò quod reo faueatur in dubiis, non quando certũ eſt eum jure conueniri. Alia ratio *Molignati q. 21.* quia reconuent. cauſſa incidens, Ergo apud eundem tractanda firma non eſt per ea quæ S. *c. 9. lit. X.* Et qui dicetur incidens quæ ſeparata ſæpe & diuerſa ſit? A compenſatione tamen omnino alia eſt, quæ obtinet, ſi debitum vtrinque liquidum, & ex vtraque parte quantitas debeatur, Hîc verò etſi reus actori nihil debeat, recõuentio tenet, itemque etſi mutua petitio ſit ad ſpeciem. Caſusq; varij quibus locus non eſt compẽſationi, huic vero ita. *Maranta q. 4. diſt. 6. n. 6. Saurzenthal. Proc. iudic. lib. 1. actu iudic. pr ſpar. 4. cap. 1 num. 5. Tonning. deciſ. 16. num. 21. & ſeq. Monach. Pract iudic. part. 5. §. 8. c. 1.* Contra jure Sax. reconuentio non obtinet cõpenſatio verò ſic. *Nou. Elect. Sax. 8. p. 1. vbi Moll. num.* 1. in cauſſâ tamen depoſiti Reconuentionem æquè negat *Molig.* poſt alios de *Reconuent. q. 43.* quo declarat Mar. *d. loc. num.* 39. vt tamen teneat quoad prorogationem &c. Aliàs reconuentionem de omnibus cauſſis fieri poſſe, niſi, exceptæ ſint (Exceptas autem volunt quæ celeritatem requirunt maximè ſi animæ periculũ vertatur. *Monach. d. §. 8. c. 4. num. 2.*) regulam tradunt *Molig q. 37. Maranta d. Diſt. 6. num* 35. modo tamen iudicis iuriſdictio ratione cauſſæ, vel rei, quæ reconuentione continetur, fundata ſit. *Zang. de exc. p. 2. cap 1. n. 133.* vel ſaltem is de eâ cauſſa ex conſenſu partium vel prorogatione aliàs iudicare poſſit, veluti Procurator Cæſaris de lite priuatorum *l. 1. C. de iuriſd.* Municipales magiſtratus de cauſſis maioris ſummæ *l. 11. §. 1. cod.* Idemque in iudicibus, certorum negociorum veluti mercatorum &c. vid. ſupra *c. 9. lit. Q.* admittunt *Molignat. q. 29. Trentac. d. reſol. 1. n. 58. Mar. d. loc. num. 28.* Secus ſi cauſſa eius notionẽ planè reſpuat, vt cauſſa eccleſiaſtica iudicis ſæcularis, ſiue clericus ſiue laicus de ea reconueniatur, vt ſi cõuentus actione venditi velit reconuenire de conſummando matrimonio *Zang. d. loc. Wurmſer. l. 1. tit. 12. obſ 5. Molignat. de Reconuent. queſt. 57. & ſeq.* Item ſi apud iudicem ciuilũ cauſſarũ reconueniatur de criminali, *Maranta d. diſtinct. 6. num.* 33. Num verò aliàs in criminalibus reconuentio recipiatur & quomodo vid. *Molignat. queſt. 60.* & ſeqq. *Trentacinq. 2. præct. reſol. tit. de mut. petit. reſol. 1. num.* 38. & ſeqq. *Maranta d. loc. num. 56. & ſeqq.* Planè coram iudice appellationis non tenet reconuentio vid. *Molignat. queſt. 35. & queſt. 49. Maranz. d. loc. num.* 24. & ſeqq. *P. Frideric. 3. de Proceſſ. extrahen. cap. 6. num. 15. & ſeqq.* Poteſt autem tunc coram alio iudice pendente appellatione aduerſarius conueniri, *Wurmſer. d. tit. 12. obſ. 7.* † In realibus quoque actionibus hanc admittunt, Dd. Rosbach. *Proceſſ. tit. 46. num.* 8. *Monach. Pract. iudic. par. quinta, §. octauo. num. 2.* quos oppugnat *Anton. Fab. 20. coniect.* 8. contendens id, nec obtinere *ex ratione Iuris*, tum quia hic res conuenitur quæ reconueniri nequit, etſi reus eſſat poſſeſſor, tamen voluntarius, cum actionem in tem pati nemo cogatur *l. vlt. de R. V.* Neque itaque ſubueniri ei, quiſe periculo obiecit tum quia poſſeſſor quoties vincitur, malæ fidei eſt, etſi ante litem conteſtatam bona fide poſſederit. Nemo autem ex improbitate, actionem conſequi debet *l. 12. §. 1. de furt.* Quod ſi poſſeſſor vincat, actorem, dominum non fuiſſe, neceſſe eſſe, quo caſu

nulla vindicatio est, nec tam malè quàm nihil actum. Neque itaque reconuentioni locus, quæ conuentionem præsupponit. *Nec ex sententia Papiniani* 1. per *d.l.*14. *C. de sent. & interloc.* in vocula *obnoxius*. 2. Quia is non admisit nisi pro eodem negocio *d.l.*14. *in fin.* Realis actio non ex negocio, sed dominio actoris & possessione rei. 3. Quia ratio Papiniani cessat, quod iudicem elegerit, quia hic necesse est agere loco rei sitæ, nullo facto voluntario, vnde illa necessitas, præcedente. In personalibus cogitur itidem actor in foro rei experiri, sed ideo quia eum eo contraxit ad quod non cogebatur. In hoc tamen non persistit Faber, quia & in actione personali sæpe nullam voluntatem præcedentem spectari agnoscit, vt si agatur ex quasi contractu, delicto vel quasi nec ex mère Iustiniani *auth. & consequenter C. d. t.* tũ quia & is nomen negocij vsurpat, tum quia recusatio illa intra 20. dies non conuenit, cum iudex loci rei sitæ solus competens sit. Ad extremum facilius largitur vt personali actione conuentus in rem reconueniat, quàm vt conuerso casu: Quia illic persona cõuenitur & reconuenit; Hîc res conuenitur, quæ reconuenire nequit. Ita Faber cui satisfieri potest. Nam quod rem reconuenire non posse dicit, argutia mora est, quæ vix turbabit cordatiorem. Quod ex *d l. vnicâ*, arguit alienissimum est. Actionem in rem ita defugere licet, si possessor conuentus abdicare malit. Sic vtique & actionem personalem inuitus non suscipit, si sponte det faciat, quod actor petit. *Marc. Lycklam. 4. membra.* 8. Error verò grauissimus est, eo casu quo actor succumbit, dominio non probato, nihil actum censeri. Hac enim ratione vis sententiæ, & effectus rei iudicatæ, pro reo tollitur. Sicque pariter dici posset, nihil actum videri in personali actione, quando actor suam intentionem non impleuit. Voculam *obnoxius* ad realem etiam actionem trahere, absurdum non est, arg. *l.* 178. *§. vlt. de V. S.* cum & obnoxius pro reo vsurpetur, in capitalibus *l.* 10. *de relig.* vbi alia acceptio est, quam obligati: Et vt non posse largirer, dicerem exempli causſa, id verbi positum regulam non restringere. Planè voculam *negotium* pro lite quacunque sæpè sumi notum est *l.* 3. *C. de in lit. dan. tut. l.* 3. *C. de fruct. & lit. expens. l.* 3. *C. de pedan. iud.* Sic legimus negotia liberalia *l.*40. *C. de lib. ca.* status *l. vlt. C. de ord. cogn.* cum tamen actiones de iis, ipso Fabro contendente, reales sint, vt suo loco. Postremò neque hoc dandum, necessitatem agendi in loco rei sitæ, tollere recusationem iudicis suspecti. Quin nec hîc secum dogmata noua Fabri conueniunt. Nam si tota reconuentionum materia ad iudices delegatos coarctanda, vt Faber falso contendit vid. S. *lit. præcedent.* vtique etiam in realibus iudice recusato, litem in eodem loco, alio iudice à magistratu assignato, manere nihil impediret. Sed de his piget plura. † Enimverò in causſis possessorijs reconuentioni non semper locum Dd. tribuunt de quo *adi Molig. q. 66. & seqq Marc. d. diſt. & seqq. Trentac. de ver.* t. *num.* 18. *& seqq.* In extraordinariis cognitionibus admitti rectus est *l.* 1. §. *vlt. de extr. cog.* An & implorato iudicis officio; *Molig. quæſt.* 38. *Mav. d lo. num.* 37. admittens si in fortunam iudicij non per modum actus extra iudicialis. Num & in summariis causſis? Quidam indistincte affirmant per clem. *sepe* §. *verum de V. S. Matth. Steph. lib.* 3. *de iurisdict. p.* 2. *ca.* 12. *num.* 36. *& seq.* Alij negant *Monach. Pr. iud. p.* 5. §. 8. *c.* 4. *n.* 6. Alij distinguunt ita, vt si veraque summaria, sine dubio hoc procedat. Sin altera ordinaria, teneat, quoad prorogationis effectum, non autem quoad prosequutionem, vt simul veraque terminetur, *Mav. d. lo. num.* 38. *Molig. q.* 44. *Trentacinq. d. resſ.* 1. *n.* 13. Alij si prior causſa conuentionis, sui natura summaria, & altera ordinaria negant. Sed verò illa rescripto delegationis effecta summaria admittunt ita si & reus consenserit, *Svarzenthal. lib.* 1. *Proceſſ. actu* 4. *c.* 4. *num.* 3. p Nec tamen excommunicato permissa, *cap. cum inter* 5. *de except. Quintil. Mandoſ. in Caſ. annal. num.* 96. *P. Frider. de Proceſſ. extrah. lib.* 3. *cap. 6. num.* 4. *Molignat. de Reconuent. quæſt.* 17. qui idem *q.* 4. appellatione conuentionis hanc quoque venire in statutis & pactionibus, vt si quis promisit defendere in causſa q conuentionis &c. q Veraque enim vno processu prosequenda, vt lite in vnâ contestatâ sit contestanda in alterâ, simul in veraque calumniæ iuramentum præstandum, probationes, publicationes, conclusiones causſarum exercendæ, *Svarzenthal. li.* 1. *Proc. actu præpar.* 4. *c.* 5. vid. *Molig. q.* 82. & seqq. & quando libellus hîc necessarius vel non *q.* 14. r *cap. in fin. extra de mut. peric. ca.* 2. *V. quanquam in idem extra de ord. cogn.* Et vnam sententiam dici quoad vnicam scripturam, & prolationem, etsi duæ sint quoad iuris dispositionem docent *Mav. p.* 4. *diſt.* 6. *num.* 10. *Molignat. q.* s 88. *& seq.* t Quare etsi alterius expeditio facilior, priusve de illa liqueat, non tamen ante alteram definienda, vid. *Toming. deciſ.* 16. diſſ. *Maran. p.* 4. *diſt.* 6. *num.* 11. *Trentacinq. d. resſol.* 1. *num.* 9. t Sed illa propriè & vera reconuentio, t quæ in primordio litis ante litem contestatam vel in continenti post, opponitur. Quæ verò post iudicium cœptum non vera, nec retardat causſam conuentionis, aut effectum operatur simultanei processus. Sed post litẽ contestatam in quacunque parte iudicij, vsque ad conclusionem in causſâ, obiici potest ad effectum iurisdictionis prorogatiuum *ita Trentacinq. 2. pract. resſol. tit. de mut. pet. resſ.* 1. *num.* 4. *& seq. per clem. dispendia §. rem de resſer. Wurmſer. lib.* 1. *tit.* 12. *obſ.* 4. *Zanger. de exc. p.* 2. *ca.* 1. *num.* 134. *Rosbach. Proceſſ. tit.* 46. *num.* 3. *&* 4. *Molignat. de Reconuent. q.* 87. *Maranta p.* 4. *diſt.* 6. *n.* 5. *& in addit. ibi. P. Foller.* Quoad posterius diſſ. *Marta de iurisdict. p.* 4. *ca.* 107. *num.* 5. *Monach. Pract. iudic. p.* 5. §. 8. *ca,* 5. *num.* 3. *per ordinat. Cam. imp. p.* 3. *ca.* 30. quia tunc simplex conuentio est, & idem ad *rub. extra h. t. num.* 11. *& seq. Toming. deciſ.* 16. *num.* 5. u Neque enim eo ipso quod reconuenit, debitum u x fatetur in quo differt à compensatione *Molignat. q.* 10. x Quare quia in confessum nullæ partes iudicis, is reconuenire non poterit *Molignat. q.* 42. Vel nec si causſa paratam exsecutionem habeat, cui vis est sententiæ *Molignat. q.* 41. *Marta de iurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *c.* 61. *n.* 12. *Ant. Maſſa Galeſ. tr. ad formul. Cam. oblig. p.* 2. *ad* 4. *partic. oblig. q.* 2. *num.* 11. *Trentacinq. d.* 1. *resſol* 1. *num.* 14. nec impleta iam intentione agentis, vbi nihil nisi sententiæ latio restat. *Molignat. q.* 34. y ita & *Accurſ. ad d. l.* 2. *§.* 5. y quem plerique sequuntur teste *Couar. pract. q. ca.* 5. *num.* 4. qui tamen ita: contra omnes scilicet aduersus quos illi egerunt. Planè *Cuiac.* 22. *obſ.* 22. negat *d. §.* 5. loqui de legatis, quem series, & contextus legis satis refellit. z Conuenit *Monach. Pract. iudic p.* 2. *tit. de iure reuoc. domum cap.* 3. *num.* 8. † *Sverin. repet. lect. cap.* 16. Quod legatus negocia sua curare nequit *ad. ll. D. de legat.* id ita cum de iure publico & officio legati quæritur. Punitur enim contra facientes, pœna decertæ legationis. At cum de iure priuato actionem illi dictare licet *l.* 32. *§.* 9. *de rec. arb.* quæ ita concilianda, nec temere negatione adiectâ manus admouenda, vt *Cuiac. d c.* 22.

CAPVT XIX.

Electio vtrius, & an plures causſæ sortiendi forum.

EX SVPERIORIBVS QVÆSTIONES EMergunt I. DE ELECTIONE, an liceat his omnibus locis experiri. Et ex dictis ferè constat in speciali in rem actione tantùm loco rei sitæ; in petitione hereditatis solùm in foro domicilij rei, *supra cap.* 17. Aſt si obligatio contracta duobus locis, domicilij & rei gestæ ac electio actoris a quia vtro loco agatur dicitur reus ibi se defendere debere vid. *supra cap.* 14. Et ratio *in l.* 2. §. *Scæuola* 3. *verſ. quare & is de eo quod cert. lo.* Denique si cœptum iudicium ibi tantùm. Quo pertinet & mutua petitio, quæ vt apud eumdem iudicem ab actore suspici, ita & à reo moueri debet, nec aliò ad forum actoris eo inuito transferri potest *auth. & consequenter C. de sentent. & interl.* Idque contra summum ius, quod factum actoris non debeat reo electionem auferre, & reo pro se introductis renunciare liberum ex æquitate, quia vtilius actori vno loco litigare, minore cum dispendio. b Quin ipsi quoque b reo hoc prodest, nec malitiis indulgendũ *l.* 38. *de R. V.* II. DE NVMERO: AN ILLIS QVATVOR PLVRA LOCA &c. IN PECVNIARIIS CAVSSIS ET IVRE COMMVNI NON Obiicitur, Imò & locus domicilij quod fuit tempore contractus & mutatũ *l* 2. *C. de iurisdict.* &c. *vid supra cap.* 12. *lit. N.* Obiicitur, Quod certo loco promissum quocunque loco peti potest *l.* 43. *hoc tit.* & vbique *l.* 16. *§.* 1. *de pec. const.* &c. Sanè *Bart. ad l.* 1. *de eo quod cer. lo.* ea verba naturaliter accipit vt possit quocunque sine exceptione, dicens non lædi in eo ius rei quia in actione arbitrariâ æstimetur, quanti interesset suo loco potius agi *l.* 2. *princ. de eo quod cer. lo.* c Contra *Io. Azo Accurſ. & Dd. vulgo* rectiùs ea c accipiunt

accipiunt ciuiliter: non de omni absolutè, sed legitimo, quo nempe sine loci adiectione agi potuisset, vt verba ad ius referantur ex mente auctorum, & responsum accommodetur ad quæsita, ac absurditas euitetur *l.* 19. *de ll.* Absonum namque creditori, qui vno & certo loco sibi dari stipulatus, plus tribui quam qui nullo adiecto. Atqui hic non potest experiri nisi loco contractus vel domicilij Ergo. Absurdum item certi loci adiectionem, quæ minuere debet ius creditoris, id augere. d Quin idem Vlp. *auctor. d. l.* 16. §. 1. sui ipsius interpres *in l.* 19. §. *vlt. hoc tit.* scribens eum qui in Italiâ & sic certo loco soluere obligatus posse *vtrobique* & loco dicto & domicilij sui conueniri. Obiicit *Barth.* At ita *d. l.* 16. *d. l.* 43. erunt superuacuæ nihil arbitriæ actioni proprium continentes, cum duobus locis contractus & domicilij iure communi agere liceat 32. Non sunt; quia iusta dubitatio an alio quàm certo loco agi possit ex verbis conuentionis oborta *l.* e 1. *de eo quod cer. loc.* remouetur *in d. ll.* e

NOTATA.

a a *ca. dilecti* 18. *de foro comp. Duarenus de iudic. cap. de foro comp. fol.* 168 *Sauzzenthal. Proceſſ. lib.* 1. *cap* 6. *num.* 10. *Coler. de Proceſſ. p.* 2. *& seqq. Vult. ad l.* 2. *C. de iurisdict. num.* 10. *& num.* 26. *& ad l. vn. Cod. Vbi conuen. qui cer. lo. num.* 3. *Matth. Steph.* 1. *de iurisdict.* 29. *num.* 45. Nam vulgatum axioma: in alternatiuis electio rei, de rerum alternatione exaudiendum non locorum *Nicol. Sudor. lib.* 1. *diſput. ciuil. pag.* 19. Eligendi autem facultas quousque detur, vid. *cap. precedent. lit. E.* Sic & electio actoris quando duo pluréſve iudices rei, qui parem habent iurisdictionẽ, non coniunctim sed quisque per se solus in solidũ. *Vulteius ad l. vltimã C. Vbi in rem n.* 13. & 2. *seq.* quando scilicet vni ab altero iurisdictio non priuatiuè, sed cumulatiuè vt loquuntur vid. not. supra *cap.* 9. Nisi plures iudices dati in fauorem rei & priuilegium, *Decian.* 4. *tr. crim.* 5. *n.* 2. & 3. *Trentacinq. 2. pract. resſol. tit. de act. resſol.* 4. *n.* 10. *Vult. d. lo. Georg. de Cabedo p.* 1. *deciſ.* 54. *n.* 6. An verò illa electio actori adimitur intentato remedio legis diffamari? Negat *Couar.* 1. *resſol.* 18. *n.* 6. Distinguit *Blarer. in repet. l diffamari c.* 4. *n.* 39. *& seqq. vnde pete.* b Quod & iuri veteri consonum & hanc rationem esse in *l.* 11. §. 1. *de iurisd.* statuit *Molignat. de Reconuent. q.* 3. Quanquam *A. Fab.* ibidem tergeminâ correctione sententiam inuertere nititur, † Non tamen præcisè cogitur reus reconuenire, sed si modo pendente lite conuentionis experiri contra actorem velit. Lite autem contra se motâ terminatâ, mutua eius petitio coram iudice competenti aduersarij, eiusdémque in priori lite actoris, admittitur *d. auth. & consequenter Nou. 96. c.* 2. §. 1. Confer *P. Wes. conſ.* 50. *n.* 19. *& 2. seqq.* † Iure Saxonico in multa alia quoad reconuentiones, discessum est. Etsi enim non prorsus inhibitas, sed earum potiùs prosecutionem velit *Fr. Roman. in addit. ad Zobel. diſſ. iur. Ciu. & Sax.* 19. *p.* 1. effectum tamen simultanei processus, quem verum & præcipuum statuunt, vid. not. *c. præ. lit. T.* prorsus sublatum esse, euidens est, *lib.* 1. *iur. Sax. art.* 1. *& lib.* 3. *art.* 12. *& art.* 79. Ac etsi Elector. Augustus *Nou. suâ* 7. *p.* 1. sanxerit quod si causſa conuentionis diuersa sit, à causſa conuentionis nec vna ex altera originem ducat, vtraque coram suo iudice institui possit, eo ipso tamen non restrinxit ius Sax. *vt Zanger. de exc. p.* 2. *c.* 1. *n.* 136. *& Moll. add Nou.* 7. *n.* 3. aut aliquo casu reconuentionẽ, quo prius non obtinebat, induxit sed apertè declarat has mutuas petitiones, pro cõuentione & reconuentione non habendas esse. Neque enim reccõuentio dicenda, nisi quæ coram eodẽ & vna cum priori lite agitatur, quod iure Sax. nunquam conceditur. Quanquam fatear in eo omnia aduersa iuri ciuili, maximè Nouellarum constituta esse. Quo mutua petitio etsi à priori non dependeat, ex. g. si perentem 10. ex causſa mutui reconueniat reus ad alia 10. ex operis præstitis, apud ec undum excipienda &c. c Et *Vult. ad l. vn. C. Vbi conuent.* d *qui cer lo. n.* 4. *& n.* 51. d ita & *vvef. ad tit. C. Vbi conuen. qui certo lo. num.* 15. & consent. *Duar. ad tit. de eo quod cer. lo. c.* 4. *Zanger de except. p.* 2. *c.* 1. *n.* 81. *Matth. Steph.* 1. *de iurisd.* 29. *n.* 10. *& seqq.* quia sermo etiam generalissimus restrictionem recipit & interpretationem ad habilia e & idonea, *gl. in l.* 1. *C. de SS. Eccl.* e Rectè: Nam nec alibi,

scilicet in loco domicilij, agi potest sine commemo ratione c loci, in quo sibi dari stipulatus est *§.* 33. *V. Loco. & c. I. de act.* Nec nisi ex causſa, veluti quod debitor studiosè eum locum fugit aut moram quærit alibi, impunè agitur, vid. *Monach. Pract. iudic. p.* 2. *c.* 6. *n.* 30. *& ad rub. extra de foro comp. n.* 26. † Planè potest debitor se in contractu submittere omnibus curiis vt paratior sit creditori exsecutio; de quo *Gail.* 2. *obſ.* 16. *n.* 36. *P. Greg.* 49. *Synt.* 1. *n.* 6. *&* 7. *A. Maſſa. Galeſ. tr. ad Formul. Camer. oblig. &c.*

CAPVT XX.

Forum ex priuilegio.

AVT EX PRIVILEGIO a VEL ACTORIS a Pupilli, viduæ & miserabiles personæ b si res sit b cum potente aduersario c implorare possunt iudicium c Principis, ibíque is respondere & ita forum actoris sequi cogitur *l. vn. C. Quan. imp. int. pup.* d Simile d priuilegium aliis iure ciuili non datum, nec dari sine magnâ causſâ debuit, aſt ex statutis locorum reperietur. Sic Lugduni Batauorum studiosi agentes alios ad Rectorem vocant e VEL REI, si proprius e illi & certi loci iudex ita datus vt ad eum forum, conuentus loco domicilij, contractus, reſve sitæ, reuocare possit. Vt 1. Magistratus illustres & qui relati in *l. vlt. C. Vbi ſen. vel. clar.* f in criminibus causſam non dicunt, nisi apud principem vel quibus is commisit *d. l. vlt. §* 2. Militibus iudex, magister g militum *l.* 6. *C. de iurisd. l.* 7. *de iudic.* h etiam in delicto, militari alióve leuiori non graui *l.* 3. *pr. de re mil.* i 3. studiosis, Rector academiæ, *auth. habita C.* i *Neſil. pro patre.* k 4. Miserabilibus personis, si à potente agatur, princeps *d. l. Vn. C. Quan. Imp. int. pup.* l Sed l hisce duobus in ciuilibus, non si delinquerint, & ibi conueniantur *l.* 1. *B. Vbi ſen. vel clar. l.* 37. *in fin. de minor.* m NISI ID VOCATIONE IVS NOm VIVS ob præuentionem *l.* 7. *de iudic. vid. S. c.* 18. *lit. B.* n n

NOTATA.

a De foro priuilegiato plenius, ita *Vult. in l. vn. C. In* a *quib. ca. mil. fori præſer. num.* 6. *& seqq.* Priuilegium aut priuatum, per speciale reſcriptum tributum, vt coram alio quis conueniri nequeat, ob dignitatem personæ, vel ex gratiâ, quod in singulari persona occupatum. Aut publicũ, publicis legibus expressum, vel in corpore iuris. Cuiusmodi ex parte actoris duo 1. Miserabilibus personis. 2. in fisco, quia causſas fiscales, siue fiscus actor, siue reus sit, diiudicat Procurator Cæsaris. Ex parte rei quinque hominum generibus, vbi eodem modo quo hîc Donel. nisi quod addit ecclesiasticos, *de quib. S. c.* 10. *lit. X.* Vel in Nouellis imperij. Sic. ait *n.* 72. priuilegiatam instantiam faciũt *des Reichs auftrage*, ad quæ in Camera conuenti status imperij ius reuocandi habent, non tam ob præminentiam dignitatis, vt *Gail. 1. obſ.* 1. *n.* 17. quàm ne aliis deteriori conditione essent, si plurium instantiarum beneficiis priuarentur *Th. Michael. diſp. de iurisd. concl.* 38. De quibus austregis consule *P. Frid. lib.* 1. *de Proceſſ. extr. c.* 16. *& seqq. Otho. Moland. Com. Cameral. p.* 1. *f.* 16. *& seqq.* vbi *f.* 38. *& seqq.* disputat an hi iudices ordinarij sint vel delegati, *Matth. Steph. lib.* 2. *de iurisd. p.* 1. *c.* 3. *membro* 3. *Bocer. de iurisd. c.* 3. *n.* 97. & seqq. q. & *c.* 7. *n.* 25. & seqq. an prorogationi iurisd. hîc locus sit, tractat. b Et pupilli sanè qui orpha- b ni simul & impuberes *l.* 239. *pr. de V. S.* (secùs si in potestate patris vel aui *Vinc. de Fr. dec:* 671.) Etsi tutorem habeant, Malè enim *Caſtr. in rub. C. Quan. Imp int. pup.* his priuilegium istud negat, quod defensorem habeant. Nam immò cum in iudicio nunquam esse possint, siue tutore, nunquam ita locus esset priuilegio *Vult. ad d. l. vn. n.* 5. Non item minores, etsi patre orbati, quamuis in Hispaniâ, lege regia, idem receptum sit, *Couar. pract. qq. cap.* 6. *nu.* 2. Viduam verò etiam illam accipi volunt, quæ virum habet, sed inutilem, captum ab hostibus, proscriptum, ad triremes damnatum, *Meno. c.* 66. *n.* 9. *Cou. pract. qq. c.* 7. *n.* 2. *in fi. Wes. ad h. t. C. n.* 2. *Trent. pract. resſ. li.* 2. *resſ.* 2. *de in fi.*

Cit. n. 16. aut diutiùs abſentem; quia in his caſibus eadem ratio, quod marito deſtituta, à quo defendatur, iniuriis magis ſit expoſita. Sic *Plaut. in Stic. actu. 1. ſc. 1.* miſeram Penelopã vocat, quæ tamdiu vidua, viro ſuo caruit. Nõ item ſi adoleſcens nupta eũ ſene, licet & hanc viduã pariter ac nuptam vocet; *Plaut. Mil. 4. cap. 1.* + tſi enim viduas noctes, vt Petron. Arb. in Satyr. loquitur, hæc ducere cogatur, non tamen in eo ratio huius priuilegij poſita, & ſibi impuret quod illi nupſerit. Quanquam rectè, qui luxuriosã vitã priuilegium hoc perdidit *Horat. Carpan. Statut. Mediol. vol. 1. cap. 47. n. 109. Weſe. d. n. 2. Trentacinq. d. n. 16. Menoch. d. lo. num. 10. Couar. d. c. 7. n. 1.* Sed an in eadem cauſſa virgines? Ita puto per *l. 242. §. 3. de V.S.* vid. *not. S. lib. 8. c. 32. lit. K.* ſi videlicet parentibus orbatæ, etſi puberes ſint vel maiores quia & hîc rationi locus quæ in conſilij inopia, imbecillitate ſexus & mariti, à quo defendantur, ſiue priuatione ſiue carentia. Et ita Fulgoſ. *in d. l. vn.* de communi teſtans, ref. *Marta de iuriſdict. p. 2. c. 21. n. 5. Weſembec. ad hoc tit. C. n. 2. Trentacinq. d. n. 16. Georg. de Cabedo p. 1. deciſ. 180. Vincent. de Franch. deciſ. 599.* qui & de ſtupro conquerentem admittit, eò quod actio nata fuerit ex tempore delicti commiſſi, dum adhuc virgo eſſet. Diſſ. *Coua. d. c. 7. n. 2.* quia, ait, vidua propriè cuius maritus mortuus eſt *c. vidua. 34. diſt.* & *d. l. 242. §. 3.* accipiẽda eſt latiori ſenſu, & *Vult. ad d. l. vn. n. & 7.* ex interpretatione nominis, ſic dici virginem, non ſermonis proprietate; Addit quod conſonum ſit Imperatori ſe conformare voluiſſe ſacris litteris, quibus viduæ & orphani Principum fidei ſolicitè commendantur, vid. *Exodi. 22. Ÿ. 23. Eſaiæ 1. Ÿ. 23. Zach. 7. Ÿ. 10. &c.* diſſ. *item Gail. 1. obſ. 1. n. 42. Mon. in c. ex parte 15. de foro comp. n. 18. Matth. Steph. pr. de iterisd. 3 t. n. 29.* Quid ſi diuites ſint? Sunt qui hoc caſu priuilegium veriſque negant *Marc. de Mantua ſingul. 34. Marantæ p. 4 diſt. iudic. n. 195.* Qui iuſtè ab aliis notantur, cum & Lex indiſtinctè concepta ſit, & diuites non minus imò magis, inuidiæ & iniuriis expoſiti, *Gail. d. obſ. 1. n. 40. Meno. d. c. 66. n. 5. & n. 11. Vult. ad d. l. vn. n. 10. Cou. d. c. 6. n. 2. Teſſaur. deciſ. 177. n. 3. Marta de iur. p. 2. c. 21. n. 6. Bernh. Cravet. concl practi. Cam. imp. conſideravit. 1. Trent. d. reſol. 2. n. 16.* quia & alias nihil in his ſpeciale, cum in pauperibus generaliter obtineat. + Aliæ miſerabiles perſonæ quæ ſint recenſet, *Men. d. c. 66. n. 13. & ſeqq. Rebuff. tr. de Sentent. proviſ. art. 3. gl. vl. Trent. d. reſ. 2. n. 28. & ſeqq. Teſſaur. deciſſ. 177. d. 1. Vueſ. ad h. t. C. n. 2.* vbi iudicem hoc ex re definire permittit, ſed in caſibus tantùm iure non expreſſis, vt *& Meno. d. lo. n. 1. Georg. de Cabedo p. 1. deciſ. 54. n. 9. Sebaſt. Medic. de caſ fort. p. 2. q. 4. n. 5. Matth. Steph. 1. de iuriſd. 31 n. 36.* Sanè nimis hoc priuilegium extendere videntur, qui fugientibus ad eccleſias, iis ſeruientibus, mercatoribus in itinere gabellis grauatis, ludæis nouiter baptizatis, ruſticis, quibuſuis aduenis, id tribuunt, *Meno. d. lo. n. 15. & ſeqq. Teſſaur. d. n. 1. Vueſ. d. n. 2. Trentac. d. reſ. 2. n. 33. Magon. Cyneſ. ad uocat. c. 59. n. 3. & n. 11.* & ſi ſuperis placet, etiã meretricibus *Meno. d. ca. 66. n. 25. Magon. d. n. 11. Vinc. de Franch. deciſ. 233.* odio certè omni quam fauore vllo dignioribus. Quod & cũ eo, quo docent viduam luxuriose viuentem hoc priuilegio excidere, minimè conuenit. Eſto autem ſint hæ iniuriis hominum magis obnoxiæ, aſt nõ patiuntur indignè. Quî verò dicetur *fortunæ iniuria*, miſerabilis, quæ hanc ſibi fortunam ipſa fabricauit, turpiter vtique faciens quod ſit meretrix *l. 4. §. 3. de cond. ob turp. c.* Nimis tamen ſtrictè accipit *Vult. n. 8.* de iis qui morbo ſontico laborant, indéque inhabiles ad negocia gerenda effecti, vt furioſi, cæci, leproſi, muti, mutili, quia iidem, inquit, qui in *d. l. vn. cir. fin.* miſerabiles, dicuntur, initio *d. l.* diuturno morbo fatigati & debiles. Vnde pauperes quoque & captiuos excludit. Quibus tamen non iniuſtè, id tribuunt opinior, *cũ* certè hi ſint *fortunæ iniuriâ miſerabiles* vt requirit *d. l. vn.* Facit *L. 49. C. de ep. & cler. c. pauper 72. ca. 11. q. 3.* Rectè tamen excipiunt, niſi culpa ſua in egeſtatem
c incideric, *Couar. practi. qq. c. 6. n. 3. Trentac. d. reſ. 2. n. 22.* + Sed rectè *Menoch. d. c. 66. n. 27. Vueſ. ad d. t. C. n. 6. Vult. ad d. l. vn n. 18. Gaſpar. Schiſordegher. ad Ant. Fab. lib. 2. tract. 24. q. 3.* aduerſarij gratiam, vel potentiam, non æquè neceſſariam eſſe, vt miſerationem perſonæ per voculã *præſertim*, quæ includit caſũ oppoſitũ. Planè ſi iis vtrinque inter huiuſmodi perſonas, vt ſi vidua contra viduã vel pupillum iudicio conſiſtat, priuilegiis confuſis communi foro locus *Meno. d. c. 66. n. 38. Teſſaur. deciſſ. 177. n. 9. Vinc. de Franch. deciſ. 188. & 553. Trend* tac. d. lo. n. 18. quod pluribus firmat *Couar. practi. qq. c. 7. n. 4.* d Poſſunt tamẽ etſi velint corã iudice ſuo reũ conuenire, vt arguit prius membrum *d. l. vn.* Nam ſi rei hi ad curiam principis euocari nequeunt, neque ſi actores ſint in eadem inuiti litigabunt. His itaque iudices duo: 1 Ordinarius iure communi. 2. ex priuilegio Imperator. Sed inter hos ſtatuit *Vult ad d. l. vn. nn. 19.* non omninò concurrentem iuriſdictionem eſſe, ſed quodammodo, quia præuentioni locus, non ſit, eum etſi lis coram iudice rei ordinario cœpta, cauſſam incuria principis proſequi, & ita variare licere velint *Teſſaur. deciſ. 177. n. 6. Trentacinq. lib. practi. reſol. ref. 2. de Cit. at. nu. 10. V. nc. de Franch. deciſ. 294.* quibus etſi contradicant *Couar. practi. qq. ca. 7. ſub fin. Gaſpar. Schiſordegher. lib. 2. ad Ant. Fab. tract. 4. q. 3.* ex cauſſa tamen & ſi appareat non vexandi aduerſarij gratiã iudicium cœptum tranſlatum velle admitti illorum opinionem poſſe reor. Neque enim reliquæ Schiſordegheri rationes me mouent. Veluti quod lite conteſtata contractum ſit. Nam regula, Forum quis ſortitur loco contractus in his perſonis non neceſſariò obtinet &c. Dato tamen quod tacita renunciatio huius priuilegij eligendo, iudicem ordinarium variationem adimat, non ideo conſequens erit expreſſam renunciationem eiuſdem valere vt Schiford. *q. 3.* arguit. Nam & excepr. Senatuſconſulti Velleiani liberè non vtitur mulier conuenta, aſt efficaciter ei in contractu non renunciat *S. lib. 12. ca. 32. lit. D.* Et verius æquè vti receptius eſt hæc renunciatione ſi ſcilicet in contrahendo negocio accedat, nihil agi, quia cum priuilegium fauore miſericordiæ nitatur renunciatio eius bonis moribus aduerſa *Schrad. de feud. p. 10. c. 2. n. 36. Teſſaur. deciſ. 177. num. Trentacinq. d. ref. 2. n. 37. Sebaſt. Med. de caſ fort p. 2. queſt. 4. n. 57. Vinc. de Franch. deciſ 192. n. 7. Matth. Steph. 1. de iuriſdict. 31. num. 39.* Quo facit quod regula traditur iuri introducto ob renunciantis ætatem vel ſexum renunciari non poſſe, *Andr. Talner. de varior. iur. renunc. ca. 5. Diſſ Vult. in d. l. vn. n. 15. Schiſordeg. d. tract. 24. q. 1. & 2.* Enim verò hodiè in imperio vſus huius priuilegij non magnus, cum principes imperij hodie, non vt magiſtratus, ſed vt domini prouinciis ſuis præſint. Vnde illis ſubiectæ viduæ pupilliue proceſſus in Camera, omiſſo medio, nõ impetrant *Gail. 1. obſ. 1. n. 4. Paurme. 2. de iuris 4. n. 97. & n. 99. & c. 8. n. 9. 1. Mat. Steph. d. c. 31. n. 44. Bocer. de iuris d. c. 3. n. 4. Vulte. ad d. l. vn. n. 20. & ſeq.* vbi rectè nihil tamen impedire, quo minus ſtatus imperij, in ſua quiſque ditione, hanc Conſtitutionem in vſum reuocare poſſit. Quamquam *Vueſ. ad h. t. n. 19.* in ſpecie tradit de Sax. ducibus, quia & ipſi priuilegiati ſunt, vt ab eis prouocatio non ſit, ideò aduerſus ipſos vſurpari hoc priuilegium non poſſe. Quo ipſo aduerſus alios principes hodiéq; eius vſum ſtatuere videtur. † Volunt & Dd. miſerabiles perſonas aduerſarios ſuos coram Epiſcopo conuenire poſſe. Vnde earum cauſſas mixti fori quidam vocant, de quo *Marta de iuriſdict. p. 2. c. 21.* quod declarant ſi iudex ſecularis in iuſticiã adminiſtrandã negligens *c. ex tenore 1. extra de foro comp. Couar. practi. qq. c. 6. n. 1.* quidam etiam ad pauperes ſolos reſtringunt, *quos refert Paurmeiſt. 2. de iuris d. 7. n. 55.* Ac in hiſce cauſſis in vtroque foro iudicandum eſſe iuxtà ius Canonicum docet *Trentacinq. lib. 2. reſol. 9. de iudic. n. 6. & re. 2. de Cit. at. n. 37.* e Auguſtinus adhuc priuile- e giũ Montiſpeſſulanorum, de quo *Rebuff. priu. ſchol. 149.* anno 1437. à Carolo VII. (ita legendum, corruptè apud Rebuff excuſum Carolo IIX. qui id temporis nec natus erat) Franciæ Rege cõceſſũ, quo Doctores & ſtudioſi debitoris, iniuratores, (ſic loquitur) iuriũ detẽtores inquietatores & moleſtatores (atq; ita in actionibus realibus etiam) etſi per quinque diætas vulgares diſtent corã ſuis iudicibus, conſeruatoribus ſtudij, quos vocat, conueniunt & reſpondere cogũt. Etſi verò generaliter dici poſſit ſtudioſos eſſe perſonas miſerabiles Menoch. *d. c. 66. n. 26.* cũ *in auth. habita* dicatur, quis enim non eorum miſereatur &c. cuius etiam miſerationis cauſſas feſtiuè preconſet *Rebuff. in d. auth. p. 661. & ſeqq.* indéque priuilegium ſuperius ad eoſdem pertinere probabile videatur, ſicuti & *Rebuff. priu. ſcho. 162.* regulam generalem conſtituit, quod ſtudioſi actoris forum reus ſequatur, *add. P. Gregor. 18. de Rep. 7. n. 15.* vſu tamen contra ſeruatur: non tam quod ſtudioſi miſerabiles *fortunæ iniuriâ*, quos d. l. vn. requirit, non ſint, *ceu Vult in l. vn. C. In quib caſib. mil. fori præſcript. n. 10.* vel quod *in l. vn.* fiat collatio iudicis inferioris ad ſuperiorem, *in auth. habitâ*, paris cum pari, vt idem. Inde enim hoc ſanè efficitur, ad ſuum iudicem non poſſe trahere ſtudioſum actorem aduerſarium, qui alterius fori at non iſtud cauſſam in curiam principis introduci non poſſe. Nam *d. l. vn.* miſerabili perſonæ agenti hoc tribuit, non vt reum ad ſuum iudicem inferiorem, ipſi reo planè incompetẽtem trahat, ſed vt ad Imperatorem qui omniũ competens, omiſſo medio, & ordinè inſtantiarum nõ ſeruato. Quàm quia in ipſa *auth. habitâ* vindicatio iniuriarũ ſtudioſis illatarũ, rectoribus locorum, id eſt ordinariis magiſtratibus vti olim rectores prouinciarũ dicti præſides, præcipitur. Vnde patet ex eâ cauſſâ principẽ nõ adiri ſed nec cognitionẽ eſſe Rectoris academici, aut præceptoris, vel epiſcopi, quod poſterius etiã inde infert. *Pac. ad d. auth habitæ ca. 7. n. 10.* Simile verò Priuilegium ſuperiori eſt Senatoribus

ribus Luſitanis; reos ad prætorem Curialem vocantibus *Georg. de Cabedo p. 2 deciſ. 86.* item Sabaudis qui aduerſarios in ius vocant, ad Sabaudiæ iuridicum maiorem *Ant. Fab. 20. eoni. 8. p. 109.* Et Neapolitanis omnibus ſiue origine ſint ſiue habitatione, vt exteros ad ſuum tribunal vocent, ipſi enim f vocari nequeant *Vinc. de Franc. deciſ. 416.* f Atqui refertur ibi quoque Procurator Cæſaris, qui tamen coram Rectore prouinciæ accuſari, & ab eo ſupplicio affici poteſt *l. 9. C. Vbi cap. fiſc. R. Vult. ad d. l. 9. num. 6.* exceptionem ibi tradi in delicto cõcuſſionis, cui & grauiſſima illîc pœna ſtatuta ob ſingulare delicti odium ad rerorem incutiendum, Et quia dignus ille non eſt qui iudicem habeat principem, quem malè audire ipſe fecit & *l. ſi. grauius 16. C. de dig nit.* Illuſtres qui g fuerint, & de veteribus dignitatum gradibus *vide Tiraq. de Nob. ca. 2. n. 17. & ſeqq. Menoch. arbitr. ca. 68. Duar. 2. diſp. 1. & ad tit. D. de ſenat. ca. 1. Ioach. Steph. 3. de iur. 9. Vult. 1. Iuriſpr. 6. P. Greg. 47. Synt. 12. n. 12. & ſeqq. Forſt. de iuriſdict. parte. 1. cap. 1. n. 68. & ſeqq. Perrenon. 1. aminadu. & var. lect. 25. Fachina. 12 contr. 90.* Sic in Galliã Proceres regni nõ niſi coram Paribus Franciæ præſente Rege iudicantur *Bodin. 4. de Repub. 6. num. 463.* Et iure Hiſpanorum cautum, ne quemquam cuiuſque ciuitatis primarium, decurionémve, præſides capite damnent plectántve inconſulto Rege *Parlad. 2. rer. quotid. 1. n. 20. & ſeqq.* Quare & Germanos Principes quibus nulli illuſtriores ac nobiliores, ſi dẽ præſcriptione agatur iudicium Cameræ Spirenſis non pati debere, ſed ſolius Imperatoris &c. *P. Heig. p. 1. q. 9. num. 42. & ſeqq.* In officiales quoque & domeſticos Principis inferioris, non magiſtratus loci vbi deliquerunt, ſed principis ipſius cognitionem eſſe tractat *P. Heig. p. 2. q. 25. add. Matt. Steph. 1. 2. de iuriſdict. p. 2. ca. 2. n. 81. & ſeqq.* Quantò minùs dandum Vulteio qui ad *l. 1. C. Vbi Senat. num. 48.* ipſos imperio immediatè ſubiectos criminaliter conueniendos docet in loco vbi deliquere; Imperatori ita demum ius de eo ſtatuendi ſi quis alibi quàm in loco admiſ- h ſi criminis conuenire velit. h De iudicibus militaribus *adi Cotera. l. 2. de iure mil. cap. 6. Vult. ad l. 6. C. de iuriſdict. & ad l. vlt. C. vbi de ratiocin. & ad l. vn. C. In quib. ca. mil. fori præſcr. n. 17. & ſeqq. Georg. Acac. Enenkel. 2. de priu. milit. 5.* De magiſteria dignitate, *P. Greg. 47. Synt. 30. n. 24. & ſeqq. & 19.* i *Synt. 18. toto.* i *Vinc. de Franch. deciſ. 88.* vid *l. vlt. C. de agent. in reb. l. 12. tit. 20. l. vlt. C. de re. milit. l. vlt. C. vbi quis de curiali tit. C. de off. mil. iud.* Planè rector prouinciæ militẽ reũ capere & deinde ad iudicẽ ſuum remittere poteſt *l. 1. C. de exhib. reis* k vid. *Cotera. 2. de iure mil. 6.* k Etſi enim magiſter in *d. auth.* ſignificet præceptorum vt *l. 19. § vlt. de rec. arb.* vſus tamen ita fert vt non omnium Præceptorum & Profeſſorum, qui plures in Academiis ſit cognitio, ſed vt Rector creetur ſemeſtris, Don. noſter *ad d. auth. n. 20. & ſeq. Zang. de except. p. 2. ca. 1. num. 124.* qui cauſſas leuiores ſolus diſceptat, grauiores conuocato Senatu vel concilio, de quo *Matth. Steph. lib. 3. de iuriſdict. p. 2. ca. 12.* Putat quidem *Rebuff. priu. ſchol. 69.* non exerceri iuriſdictionem à magiſtris in diſcipulos, qui ad eos non veniunt. Quod ſi illos accederent iuris reddendi & accipiendi gratia in volentes adhuc eis foret iuriſdictionem quia nõ inueniatur adempta. Et idem priu. 158. poſſe eos hodiéque cognoſcere atque ſe hac iuriſdictione ſæpius vſum eſſe ſcribit. Qui & *in d. auth. p. 730.* ex illâ cõſtitutione quoſlibet doctores in ſuos ſtudioſos notionem habere, vt Theologiæ ſtudioſi, apud Theologum conueniantur, &c. *Pac. in d. Aut. ca. 9. num. 5.* ci tantùm hoc tribuit, cui dat operã ſcholaris, vt ſi pluribus æqualiter, ſtudioſi electio ſit. Quanquã verò communius velint ſtudioſi ex *d. auth. habita* tres eſſe iudices: Magiſtratum loci, Epiſcopum & Rectorem ſeu vt alij Doctorem quomodo in § *pen. conſtit. omnem de rat ac meth. iur. doc.* nominantur præſes, Epiſcopus & linguæ Profeſſores. (Quod & de præſide inde probari cenſet *Paurmeiſt. 2. de iuriſdict. 8. num. 89.* quia etſi loco ſtudiorum nõ contrahatur domicilium, ſtudioſi tamen priuilegiis ciuium & ſubditorũ vtantur. Sed ſibi ipſi vix conuenit dum more ſubditi id ad odiũ extendi nõ debere) *Rebuff. priu. Schol. 152. & interpret. at. d. auth. verſ. veruntamẽ. p. 730.* vbi ſcribit per *dominum* poſſe Rectorem intelligi, qui dominus in Vniuerſitate, poſſe etiam & conuenientius dominum loci *Vult. ad l. 8. de iuriſdict. num. 127. & ad l. 1. C. In quib ca. mil. fori præſcr. n. 5.* qui hoc tamen priullegium habere docet, vt coram alio quã Rectore conueniri nequeat, atque ita iuriſdictioni Epiſcopi & præſidis priuilegio, non iure, exemptus ſit. Ac coram ordinario loci vel Epiſcopo actionem excipere poſſit, ſi volet, vt ratum ſit quod agatur, neque tam illam prorogationem futuram, quàm iuriſdictionem competentis excitationem. Si verò cauſſam ibi tractari nolit, ius reuocandi ad Rectorem habere ex priuilegio add. *Bocer. de iuriſdict. ca. 3. nu. 92, & ſeq.* Verius tamen puto duos tantum iudices in *d. auth:* conſtitui dominique ac magiſtri velut in [illegible] vt *pac. c. 9. n. 3.* accipi debere. Quomodo & Don. *in d. auth. n. 27. & ſeq.* electionem tribui duorum, magiſtri & Epiſcopi non verò magiſtratus verbis, nec ad hunc reuocare poſſe coram illorum alteruto conuentum *& Sc. Gent. 3. de iurid. 17. in fin.* Et mouet me maximè, quod ibidem diſtrictè & ſeuerè vetantur ad *alium iudicem* (qui nullus puto alius commodè accipi poteſt quàm magiſtratus loci) trahi. Accedit quod in academiâ ſtudioſus domicilium non contrahat vid. *S. cap. 12. lit. E.* Quare nec, abſque ea conſtit. Friderici eſſet, magiſtratus ordinarius loci illiforet competens, per ſe, niſi alia cauſſa accedat, puta quia ibi contraxit vel deliquit. Denique & aliàs quantum ſpeciali certarum perſonarum, vel cauſſarum iudici datur, tantum de generali iuriſdictione ordinarij detractum vid. *S. cap. 9. lit. N.* maximè quando in certum genus perſonarum, & ad vniuerſitatem cauſſarum, vbi priuatiuè conceſſam iuriſdictionẽ tradunt *Vinc. de Franch. dec. 417. n. 7.* † Vere ſit, hodiè certè conſtat, nullam omnino magiſtratui loci iuriſdictionem in ſtudioſos tribui, adeò vt neceſſe ſit illius iudicio ſubire permittatur, nec prorogatio iuriſdictionis aut renuntiatio priuilegij fori valeat *Caler. deciſ. 296. Vult. ad l. 1. de iuriſdict. num. 128. & n. 168. Matth. Steph. 1. de iuriſdict. 22. num. 36.* Tametſi hoc poſterius moribus potius, quam ex iuris ratione obtineat, quæ prorogationem in ſtudioſo non impedit *Pac. add. auth. habita c. 9. n. 10. Bron. 1. aff. 24. Bocer. de iuriſdict. ca. 7. n. 14.* Quæ enim illa ratio, quòd non fauore priuato, ſed totius corporis ſeu vniuerſitatis hoc priuilegium iudicis proprij datum ſit. Planè & hoc diſplicet quod *Pac. c. 9. num. 3. & ſeq.* ideo Rectorem omitti putat in *d. auth.* quia eius iudicium declinare non liceat ob iuſurandum, quo ſtudioſi rectori adſtricti ſunt, atque ita electio iudicis, quæ d. auth tribuitur, Rectori non conueniat; itémque quia ea conſtitutio ad omnes ſcolas, non ſolas academias, pertineat, quod & idem tradit *ca. 4. n. 1. arg. l. 6. §. 2. de excuſ. tut.* Nam illud quidem, etſi ferè eo *Sichar. ibid. num. 19. Rebuf. priu. Schol. 153. & Matt. Steph. l. 3. p. 2. cap. 10. n. 7. & c. 12. num. 52.* moueantur quam rationem conſequentiæ habeat nõ video, niſi pariter inferre quis velit cuicunque iuramento obedientia promiſſa, eius cognitionem de rectari non licere. Quin inobediens nõ cenſendus, qui electione, iure publico tributâ vtitur. Denique admiſſâ opinione Pacij optio d. auth. tributa inanis erit; ex poteſtate aduerſarij pendens, qui Rectorem adeundo facere poterit ne ſtudioſus electionem vtatur. Hoc verò poſterius negandum eſt *Don. ad d. Auth n. 2. Paurmeiſt. 2. de iuriſdict. 8. n. 9.* Neque enim magiſtris in ſcholis triuialibus iuriſdictio, ſed modica caſtigatio *Matt. Steph. lib. 3. de iuriſd. p. 2. ca. 2. nu. 2.* vi moderatoriæ poteſtatis *S. lib. 3 ca. vlt.* Cæterùm eodem priuilegio frui volunt miniſtros & famulos ſtudioſorum, itémque publicos academiæ bidellos, typographos, &c. *Rebuff priuil. ſchol. 166. Pac. ad d. auth. ca. 4. n 15. & ſeq. Sic. ibid. n 11. Matth Steph. poſt alios l. 2. de iuriſdict. p. 2. ca. n. 86. & l. 3. p. 2. ca. 6* Diſſ. quodammodo *Zoan. tr. de Rom. imperio. num. 261. & ſeq.* Et ſanè alio atque alio iure academiæ in hoc vtuntur. (Generatim verò quando priuilegium fori, vel immunitatis, prorrahatur ad ſeruos, famulos, colonos, &c. tractat *Menoch. cap 561.*) Sed etſi cauſſa communis ſcolari cum alio, nec dividenda, hîc ex perſonâ illius forum ſortietur per ea quæ *Reb. priuil. ſchol. 106.* Et retinere hoc priuileg. abſentes intra quinquennium, quia eo vſque præſumitur animus reuertendi *l. 3. in fi. de caps. & poſtl.* poſtea à amitti per *l. 2. & 3. C. de commeatu.* vult *Pac. in d. auth. c. 4. n. 3. n & 13. Sich. ibid. n. 15* Cui promptiùs in hoc accederem, quàm in illo quod idem docet *c. 4. n. 8. poſt Sichard. in d. auth. n 9.* docentes vel diſcentes in patriâ, hoc priuilegio non gaudere. Nam immò rario quæ, in *Ÿ. dignum. d auth.* his quoque communis, quamuis ratio altera, in *Ÿ. quia n. non miſereatur*, non æquè conueniat. Notum autem eſt ceſſante vna ex pluribus ratione, diſpoſitionem non deficere. + Illud pluribus conuenit excipi Clericum ſcholarem, qui alibi quàm coram epiſcopo conueniri nequeat, nec voluntate etiam ſuâ Rectorem iudicem habere poſſit. *Rebuf. priu. ſchol. 52. Pac. d. c. 4. n. 9. Sich. in d. auth. num. 19. Decia. 4. tr. crim. 19. num. 65. Scipio Gentil. 3. de iuriſdict. 18. Marta de iuriſd. part. 4. centa. 1 ca. ſu. 39.* declarans hoc, niſi Clericus Rector electus ſit, vnde expedire cenſet, vt ſemper Clericus eligatur, qui in omnes indiſtinctè iuriſdictionem exercere queat, vid. *& Rebuff. in d. Auth. v. peregrinantur. pag. 624. & ſeqq.* Planè generaliùs omnes ſcholares Clerici vocantur vid. *Matth. Steph. lib. 3. de iuriſdict. part. 1. cap. 2. num. 4.* Studioſum quoque de rebus, quas extra locum academiæ tractat, alia quàm ſtudiorum contemplatione, videlicet propriarum rerum componendarum cauſſa coram iudice illius loci conuentum, ius reuocandi

non habere, argũ *l.vnd.C. in quib.ca.mil.fori præscr.* statuit, *Vult.in d. l. vn. num.*59. itemque si negotiationem exerceat in prouinciâ aliqua, ex causa illius coram ordinario loci respondere ibid. *num.*65. item si negotiis ciuilibus se implicet in controuersiis illorum occasione obortis, ibid. *num.*70. Et de alibi gestis, ac contractis, conuentum in loco studij exemplo legati, posse domum reuocare tradunt *Pac. in d. auth.cap.*9.*num.*14. *Sich.ibid n.*19. *Rebuff.priuil.*121. *Matth. Steph.d.p.*1.*cap.*12.*num.*68. *& seqq.* Quid si contra pupillum aliúmve miserabilem studiosolis? Quia hic magis priuilegiatus, ideo posse studiosum ad Principem vocari, non autem ad dominũ loci trahi sentit *Pac.d.ca.*8.*nu.*11. *add. Sich. in d. auth. nu.*20. Quaritur, Quis academiæ totius seu vniuersitatis (vt vocatur, siue quod vniuersa artiũ genera complectatur, vt *Perion.lib.*1. *de Græc. & Rom.magistr. in fin.* siue quod vniuersis ad eam aditus patet, atque professoribus & studiosis collegium & corpus habere licet, vt mauult *Matt. Steph.d p.*2.*cap.*1.*num.*16. *& seq.* Cui Gymnasij nomen non conuenire *Scal.lib.*1 *Poet.cap.*22. cum Gymnasia fuerint, in quibus gymnici ludi ab athletis nudis, puluere & arena conspersis, exercebantur. Vnde à præfecturis gymnasiorum dicuntur *immunes philosophi, rhetores,* &c. *l.* 5. §. 8. *de excus. vid. Ant. Aug. l. sing. ad. Modestin. pag.*248.) iudex comperens? Quidam episcopum putant *Sichard. in d. auth. num.*23. quod inde probant quia cùm nulla Clericis careat, ecclesiasticus iudex sit in causâ cum laicis communi, quam receptam esse opinionem, sed quæ vsu vix obtineat, testatur *Menoch. cap.* 272. *num.*13. Alij cum maior pars minorem trahat, distinguunt an clerici, an verò laici plures sint, & æquales exemptam iurisdictionem laici concedunt ref. *Decian.4.in crim.9.num.*42. Qui ipse *num.*43. in effectu consentit, dum ideo academias non exemptas iurisdictioni laicorum scribit, quod semper horum numerus maior. † *Pacius d. cap.*9 *num.*20. Cæsarem statuit, qui cum specialem protectionem studiosis polliceatur, vtique & protector totius vniuersitatis. Accedit quòd solius Imp. vel Pontificis auctoritate academiæ eriguntur, earúmque fundatio & priuilegiorum concessio à solo pendent *Matth.Steph.lib.* 2. *de iurisdict. p.*1.*ca.*1.*membro.*2.*n.*63 *seq & lib.*3.*p* 2.*cap.*2. Addit Pac. si alius protector Cæsare inferior, vti Princeps academiæ nullo modo prohibere poterit, quin adiri possit, &c. si eius iudicium oratum. Nam si malint coram ordinario suo inferiore respondere, ibi conueniri debent, forúmque principis declinare possunt. Et hoc quoque ipsis priuilegium, quod vt inuitos ad curiam principis trahunt, ipsæ verò extra domicilium trahi nequeunt. Quod etsi iure nouo commune sit, *Nou.*86.*cap.*1. tamen exceptio est nisi ordinarius sit negligens. Hos autem nec hoc casu posse censet *Trentac.*2.*pract. resol.tit. de Citat.resp.*2.*n.*1. de quo dubito. Sic rescripto principis potest trahi aduersarius ad incompetentem *l.*5.*C. de iurisdict.* Sed & id fallere in his scribit, *Trent.d.lo.n.*2. etiamsi clausula extaret, non obstante quacunque lege contrariâ, sed necessariam esse specificam atque expressam mentionem: non obstante quod sit vidua &c. (*add.Vinc.de Franch.decis.*178.) *Ibid.n.*8. declinari ab his forum principis, etsi ibi tunc existat, & *Menoch.arb. ca.*66.*n.*37. Et prodest hoc priuilegium litis quoque consortibus ne causæ continentia diuidatur, *Trenta. d.l n.*9. *Menoch. d.cap.*66. *num.*29. *Tessaur. decis.*177.*n.*5. nec amittitur si lite pendente vidua nubat, vel pupillus ad suam tutelã veniat. *Tess.*
m *n.*4. *Meno* 82. *Trent.num.*15. m Quod tamen de neutris expeditum. Nam quoad miserabiles contra docent *Trent. d.ref.*2. *nu.*13. *Meno d.ca.*66.*num.*34. Quoad studiosos consentiunt sanè *Mascorn. de iurisdict.n.*76. quia *litis* verbum d. auth. non conuenit causæ criminali, per *tit.C. de fruct. & lit.expens.l.*1. *de testib.l.*6. *de V. S. Vult. ad l.pen.C. Vbi ca.fisc.nu.*3. *Sich. in d. auth.num.*21. P. *Heig. p.*2.*q.*11.*n.*7. & *seqq*: quia merum imperium generali iurisdictionis concessione nõ venit. Aft in alia abeunt, ipse *Don.noster in d.auth. habita num.*14. *& seqq.* quia lis sit generaliter vbicunque contenditur. Et negocium criminale legimus *l.*5. *C. de iurisdict.* Quin si in priuatis causis prospectum voluit Imp. ne iudices iniquos habeant, magis in criminalibus, vbi maius periculum. Delinquens auxilio sanè indignus, sed quid si deliquisse non constet? *Scip. Gentil* 3. *de iurisd.* 17. fusè hinc inde disputans, vt & *Matt. Steph. lib.*3. *de iurisdict.p* 2.*ca.*12.*num.*97. *& seqq.* qui Rectori imperium merum competere adstruit (quod & statuit *Pac. in d. auth. cap.*9. *n.*13. ita tamen vt velit id ipsi vt iudici ordinario alibi competere, non verò ex *d. auth.* quam de Rectore in vniuersum non loqui sentit, vt S. sed episcopo, & magistro, seu præceptori, quibus cognitio criminalis neganda sit.) & post *Accurs Bart. & Clar §. fin. q.*5. *Paurm.*2. *de iurisd.* 8. *num.*91. Quicquid verò sit rectè idem hoc tempore odiosam inanémque esse hanc contentionem liquidem priuilegia ita hodie reguntur, vt vsus & principum voluntas, qui academias fundarunt, definit *Matth.Steph.d.cap.*12.*n* 80. *& nu.*130. sicuti tota magistratuum & iurisdict. distinctio inde pendet *P. Greg.*32. *Synt.*10. *n.*8. Ex specialibus itaque cuiusque academiæ priuilegiis, hoc omne meriendum. Sicuti Tubingensi Academiæ tributum ius gladij, *Sichard.in d. auth. num.*22. Et de Ingolstadiensi, Oxoniensi & Parisiensi refert *Scip. Gentil. d. cap.*17. Quanquam, ex *Rebuff priuil.*152. *& in d. auth.pag.*731. Rectorem tantum de certis causis, non adeo multis cognoscere apparet. Reliquas vel episcopos discrepare si clerici studiosi lis, vel conseruatorem regium si laici, † Gryphisualdensem cum omnimodâ iurisdictione mero & mixto imperio fundatam pethibet *Matth Steph.d.p.*2.*ca.*1. *num.*23. *& n.* 116. Lipsiensis hoc insuper peculiare habet, vt non tantum in vrbe Lipsiâ deprehensi, sed & extra ad tres dietas à magistratu loci capti Rectori auocanti cognoscẽdi puniendique remitti debeãt *Frideric. Ponsold. in addit. ad decis. Coleri* 296. Sunt & alij casus, quibus priuilegiatus iure communi in sortiendo foro vtitur, qui in *l.vn. C. in quib.ca. mil. fori præscr.* quos *ibid.* expedit Vult, quem adi. Quando priuilegium miserabilium cesset *Menoch. cap.*66. *num.* 38. & seqq.

CAPVT XXI.

Iudices dati.

3. VT NE SIT SVSPECTVS (de 2. vid. S. *c.* 9) Quia autem causæ suspicionis communes ordinariis & datis iudicibus, ac ad alios maximè pertinent, de illis dicemus infra *c.*25. Hæc vbi concurrunt. constituta est iudicis iurisdictio, & habetur iudex primi generis. Nam & magistratus rectè iudex nobis dicitur. Licet enim contentio sit an prætores Romæ, præsides in prouinciis, iudicare soliti, extrâ causas de quibus ex officio cognoscebant, potuisse tamen, non ambigitur. a Nam & olim vocati iudices, tùm a apud alios auctores *Liu. lib.*3. *Cic.*3. *de ll.* Iuris disceptator, ait, qui priuata iudicet iudicatiue iubeat, prætor esto. Quamuis autem quidem negent veras 12. tab. leges à Cic. proponi, b ipse tamen profitetur suas se ll. b ex lege 12. tab. aut more maiorum expressisse 2. *de ll.* Tum in libris nostris apertè *tit. de reb. auct. iud. poss. iunct. l.* 4. *de iurisdict. sic in l.* 1. *de iudic.* c Et quî aliàs c iudicandi potestatem ad pedaneos transferent *l.* 4. §. *vlt. de off. procons. l. nemo plus iuris* 54. *de R. I.* d Distincta d equidem ius dicere & iudicare, sed vt genus & species, nec cui illud tribuitur hoc negatur: facit *l.*3. *de iurisdict. in fin. v. etiam.* Nunc sanè res dubio vacat, nec cognoscere & iudicare licitum solùm, sed & quandoque necessarium. 2. *C. de pedan. iud.* hîc & S. *c.*6. Quia autem fieri potest vt magistratus non ipse cognoscat hinc SECVNDVM GENVS IVDICVM (connecte S. *cap. 6. lit. D.*) QVI TANTVM NOTIONEM HABENT e IVDICES DATI *l.*3. *de iurisdict. l.* e *l.* 46. *l. pen de iudic. tit. C. Qui pro sua iurisd. ind. dare.* Qui & delegati *l.* 5. *C. de iudic.* speciales *l. vlt. de off. prat. l.* 5. *de off. prat.* f pedanei *l.*3. *Ne quis eum qui in ius* f *voc. l.* 4. *de tut. dat. t. C. de pedan. iud.* 2 Græc. χαμαιδικαστὰι *Nou.*60. *ca.* 2. *Theoph. in pr. I. de Interd.* h quod h iudicarent sedentes ex imo loco, ac humum pedibus calcantes, i non vt magistratus sublimes in sellâ, i quæ tribunal dicta. k aut editioribus subsellis, VBI k DVORE QVIRVNTVR. I. VT SIT IDONEVS, IN QVO TRIA SPECTANDA.

NOTA

NOTATA.

a a Immò tam hoc quàm illud in dubium vocari, & vtrumque à quibusdam negari reperimus, Potuisse eos iudicare & consueuisse quoque docent *Baro var. qq. de iurisdict. fol.*41. *& seqq.* qui ex *Cic. de ll. Agell. & Ascon. &c.* constare scribit Prætorem vrbanum, sententiam etiam in iudicio, in quo de facto ambigitur, dixisse. *Charond. de iurisdict. n.*6. *Robert.* 4. *sent.* 23. *Bocer. de iurisdict. cap.*1.*n.*41. Nam & præsides causas diiudicasse, ait Baro probari liquido *l.*8 *& seq. de off. præs.* vnde arguit: Si præses, quem vnum prouincia tota habebat, facilius Prætor, quum in vrbe tot essent magistratus. Et iudicationem ac cognitionem magistratibus tribui *l.* 42. *de re iud. l.*4. *de off. eius l.*11. *de iurisdict. &c.* Lege enim conceditur iudicem dare *l.* 12. *de iudic.* non iniungitur, † Contra Magistratus non iudicasse, nisi in certis causis extra ordinem, *Cuiac.*9. *obs.*23. *in fin. Goueanad l.*13. *de iurisdict.n.*3. *& seqq. Menoch.*1. *arb. quæst.*2.*n.*9. *& seqq. Duar.*1. *disput.*53. *& de iurisdict. cap* 2. *& in apolog. adu. Baron.* vbi ad *d.l.*8. & 9. ℞. ibi non tractari de officio præsidis ordinario, sed vi ac potestate rescripti. Qui & ideò dictas extra ordinem cognitiones censet. Quod si munus prætoris ordinarium iudicare ait Duar. Vlpian in *l.*5. *de re iudic.* edictum non improbasset, sed ad iudices datos produxisset. Quæ tamen parùm roboris habent, † *Vaud.*1. *quæst.*10. Negocia caussarum, id est factum contentionis, & speciem veluti an heres sit, an debeat, &c. nunquam, in ordinariis iudiciis, ipsos magistratus cognouisse, † *Vult.*1. *discept.*1. *pag.*10. *& seq.* Magistratus pro iure potestatis suæ potuisse, vel iudicare ipsos, vel iubere iudicare. Rarò verò illud, tum quod vacare non potuerint, tum quod *maiestate* suâ inferius duxerint, denique quod noluerint. Sic enim *Cic. ad Q. Fr.*1. *epist.*2. Quid? Prætor solet iudicare deberi? *Solet* dicit non *Potest.* Et *Sueton. in Claud. cap.*15. in his quæ ordinarij iuris magistratus non cognoscebant, sed iudices dabant. Verba hæc ad factum referuntur, non ad ius & potestatem. Quod verò specialem iudicem ipse se dare nequit *l. vlt. de off. prat. l.*4. *de tut. dat.* id inde esse, quia ipso iure iudex existit, vi officij sui, nec vlla datione opus. † *Scip. Gentil.*1. *de iurisdict.*28. Non solitus, inquit, iudicare passim Prætor, sed non posse nemo posthæc dixerit, cum tot eruditi viri id refutauerint. At idem ipse, sui oblitus, *lib.*2. *cap.*21. iure ordinario, moréque prohibere, iudicare prætores non potuisse per *l.*2. *princ. C. de pedan. iudic* & nec debuisse, nec consueuisse ipsos cognoscere, nisi paucis de caussis, & rarò. In quo & consentiunt *Anton. Guib.*1. *quæst.*8. *Busius ad l.*1. *de iurisdict.n.*8. *& seq. Timæus Fab.*1. *annot.*23. *Gothofr. Ant. disput. Antiquit.*3. *th.*15. *& seqq.* Qui maximè vrgent *d l.*2. *C. de ped. iud.* verba: *non possent cognoscere* vid. *ca. seq. lit. D.* Et Ciceronem d. lo. ad ius potiùs & morem respexisse scopo eius attento liquere, quin imò si in Rep. Rom. ita obseruatum & magistratus ipsi non cognoscerent, vtique consuetudine veritos illos fuisse arguit, *Goth. Anton. d. disput. th.*26. *&* 2. *seqq.* Quin *Tim. Fab. d. lo.* pro hoc ipso adducit *d.l.*8. *&.*9. *de off. proconsul.* quia vt robique verbum *debeat* formam necessitatémque iuris denotet. Quo hoc eum velle apparet remissis negociis ad præsides, à principe ipsum vel cognoscere debere & non posse *iudicem* dare scilicet si causa prætoriæ cognitionis, vel iudicem dare debere & cognoscere non posse, scilicet si causa ordinarij iuris. b Et rectè vid. *Duar. in Apolog. contra Baron. num.*3. vbi ad hoc plures locos ex ipso Cic. profert. Ac scitissimè ostendit *Fr. Pollet. lib.*3. *histor. fori cap.*4 *p.*226. *& seq. add. Ant. Guib qq. iur. cap.*11.*n.*13. *Cuiac. ad l* 24. *de V. S. Mercer.*1. *Opin.* 17. Nihil quoque verat verba, *qui priuata iudicet*, ad cognitiones prætorias; illa verò *iudicarive inbeat*, ad ordinarias c referre. *Gothofr Ant. d. lo. th.* 29. c *l.*2. *Si quis in ius voc. non ier. l.*34. *Sol matr. l.*20. *Com. diuid. l. vlt. in fin. de Cur. fur. iunct. l.* 1. §. 3. *verbo decreto de tut. & rat distr. l.*4. *& l.*1. *de interr. in iure l.*32. *pen. de adopt. l.*32. §. 7. *de rec. arb. l.*1. §. 6. *cir. fin.* ibi pro æstimatione iudicis de postul. *l.*8. *princ. D. Qui sat. sd. cog. iunct. l.*1. *D. si quis caut.* (Satisdatio enim iudicio sisti est stipulatio prætoria *l.*1. §. 3. *de stip. prat.*) *l.*5. *C. de iudic.* à iudice iudex delegatus, id est à magistratu datus specialis *l. vlt. C. de pret., pign.* vbi pignora prætoria quæ à iudicibus dantur *l pen. D. de iudic. l. pen. iudic. solui l. vlt. de R. V. l.* 13. *Quod met. ca. l.*2. *C. de vsur. & fr. leg. rub. C. de iurisdict. om. iudic. Baro var. qq de iurisdict. fol.*44. & passim *Guibert. qq. iur. cap.* 9. *num.*6. *&* 7. *Goueanlib.*2. *de iurisdict. num.*38. *& seq.* Et priscos promiscuè Prætorem, Iudicem, Consulem vsurpasse docet, *Lipsde magistr. vet. pop Rom. cap.*7. Se & *Agell.*14. *Noct.* 4. iudicis officium describens magistratum intelligit, quia ea iudici delegato non conueniunt. Quod verò *Vvesd. ad tit. C. de pedan. iud. n.* 5. *&* 6. docet non vocari iudicem, nisi addito officij titulo, qui tribunali præest, nec absolutè nisi in materiâ, quæ propriè ad eorum iurisdictionem pertinet, id *dd. ll. pleraque* non admittunt. Sicuti nec illud probo, quod ratione earum tantùm caussarum, de quibus cognoscere poterat, vt *Guibert. d. lo. Tim. Fab. annot.*23. Immò etiam tunc cum ipse non iudicauit, vt per *rub.* D. *de reb. auct. iud. poss. probat Scip. Gentil.*1. *de iurisdict.*28. *& Don. noster infra l.*24. *ad tit. de iureiur. cap.*15. vbi vide. d Ad hoc ℞. *Gothofr. Ant. d. sp.* d *Antiquit.*3, *th.*30. distinguit inter potestatem iudicandi, quæ vi iurisdictionis semper competit, & exercitium, quod illis regulariter, ius ordinarium & mos per se expedire vetuit, Sicuti personæ illustres etsi actiones ipsæ habeant, non tamen per se eas exercere possunt, sed per Procuratorem. Et certè, addo ego, non debet cuiquam absurdum videri, si hoc magistratibus, in quibusvis caussis non licuit, quasi inde imminuatur eorum auctoritas, vel potestas. Immò augetur, si non possunt ea, quæ infra suam conditionem, quæque tanti non habita vt eò animos à curis grauioribus abstractos demittere deberent. e Non autem iudicandi et nec mandatum, vt Dd. vulgò errant vid. *infra cap.*23. Et ita *Duar.*1. *disput.*53. *ac ad l.*7. §. *& ideo de pact. Cuiac. in Par. C. de pedan. Camill. Plautius ad rub. D. de off. eius lib.*1. *cap.*5. *num.*5. *Anton. Guib. qq. iur. cap.*9. *num.*15. *Anton. Fab. ad l.*1. *de iurisd. Vult. ad l.*3. *C. de iurisdict. num.*14. *Gœdd. ad l.*99. *de V. S. n.*1. Qui tamen sui immemor *ad l.* 215. *eod. num.* 9: Iudici dato tribuit, & malè, ab imperio nudam iurisdictionem, qui plus imperij, ait, non habet quàm quatenus ei satis est ad caussæ datæ examen: Quomodo & *Pollet.*3. *histori fori c.*1. *& cap.* 6. *ac Goueanad l.*6. *de iurisdict.* sæpicule vocant iudicis dati iurisdictionem. Tametsi hic alibi *lib.*2. *de iurisdict. num.*5. illi tum iurisdictionem tum notionem malè negat, eò quod cognoscere nisi iussus nequeat. Immò notio huius propriæ vt *cap.*26. lit. F. Quanquam autem hi iurisdictione & imperio careant, tantum tamen illis potestatis, quantum satis est ad illius causæ expeditionem, *Gœd. de sequestr. cap.*1.*n.*11. Eáque ipsis cõcessa sine quibus negocium explicari nequit, argum *l.*3. *de iurisdict.* vt iubere partes coram se adesse, testium nomina edi, dare dilationes, iubere cauere, stipulatione iudiciali quæ ad merum iudicis officium pertinet *Goueanad l.*2. *de iurisdict. num.*3. de quibus vid. *Scip. Gentil.*1. *de iurisdict.*15. † Cæterùm his facti tantùm, non iuris notio. *Charond. de iurisdict.n.*25. *& vt Reu. Protribunal. cap.*11. nuda simplexque veritatis, quæ facti, & iuris certi inquisitio commendabatur. Nam si perplexa iuris incideret quæstio, iudex non poterat sumi ex ordine selectorum, vt *Seneca* 3. *de benef.*7. Sed controuersiæ edicto concilio siue conuentu, centumvirorum sententiis, apud Vrbanum prætorem dirimebantur vnde *Cic.*1. *de Orat.p.m.*189: Centumvirales caussas id iure positas dicit. Ac disertè *Quintilia, lib.*4. *cap.*2. Apud datos iudices, ait, de facto certoque iure, de iure incerto apud centumviros, decemvirósque, tractari solet *Reu. d. lo. & 2. de præsidio.*7. *Phil. Broida. in supplem. ad Pollet. lib.*5. *hist. fori cap.*5. *pag.*442. *P. Greg.*47. *Synt.*12. *num.*4. Ius igitur non dicebant, sed à magistratu in formulâ dictum pronunciabant, vt *Vult.* 2. *Iurispr.*1.*n.*13. nec illis licebat diuersum ius ab eo, quod formulâ præscriptum sequi *Duar. in apolog. de iurisd.n.*2. (vbi tamen agnoscit de iure & æquitate ex formulâ ipsa litem oriri potuisse) adeò vt nec condemnare, nec absoluere possent, nisi eiusdem formulæ permissu, *Goueanad l.*1. *de iurisdict. n.*3. Hinc iudex datus ad restituendum fundum, si apparebat fundum alterius esse, non poterat eum adiudicare, vt ex *Cic. in Prætura Sicilensi* probat *Goueand. lo. n.*3. Facit 1. *pen. D. de confess. add. Pollet.*3. *histor. fori* 15. Diss. quodâmodo *Baro. var. qq. de iurisdict. f.*41. *Ioach. Steph. lib.* 2. *de iurisdict. c.*5. *num.*16. *&* 2. *seqq.* Scribens si actio in iure versabatur, arbitros datos vt ex æquo & bono iudicarent, vel iudices formulâ præscriptâ. Sin de facto controuersia, Recuperatores. Qui idem tamen *l.*3. *ca.*4. *nu.* 16. *& num.*19. Recuperatores fuisse ordinarios iudices, iurisdictionemque ordinariam habuisse, prætorique aut præsidi eos assedisse statuit. Quæ nec secum ipsa conueniunt. Assessores enim vt j. *lib.*18. *cap.*2. *lit. T.* nec iurisdictionem nec notionem propriam habent. f Qui & selecti vid *I. ca.*24 *lit.* f *X.* addicti passim in veterum scriptis *Scip. Gentil.*2, *de iurisd.* 8. cognitores dati *l. vn. C. Qui pro sua iurisdict.* disceptatores vid. *Pollet* 3. *hist. fori* 12. arbitri iure dati. Hosce enim pro iisdem fere sumit & Iurisconsultos promiscuè vsurpasse contendit *Duar. de iudicib. ca. de iudic. datis & ad l.*7. §. *& ideo de pact. f* 55. *Et fac. l.*24. *Depos. iunct. l.*7. *de neg. gest. & l.*54. *Locati.* Quinquũm & arbitri à iudicibus separentur §. 1. *I. de act. l.*9. *l.*15. *pr. de re iud. l.*7. *pr. ad l. Iul repetund.* alij arbitros datos ad æquitatis cognitionem velint *Bodin.*3. *de Rep.*3.*n.* 277. vel vbi de iure controuersia *P. Greg.*47. *Synt.*12.*n.*4. Alij arbitros dictos in bonæ fidei iudiciis ac arbitrariis, iudices

in ſtrictis *Ant.Guibert.qq.iur.c.9.n.15.Vult.in § 1.1.de act.n. 47.Sigon.l.2.de antiq.iure ciu.Rom.ca.18.*Alij, & Melius, varias pro re ſubiectâ arbitri acceptiones eſſe, vt modo iudex datus quilibet ſignificetur,modo ſpecialiùs in bonæ fidei vel arbitrario iudicio, modo cui incidens tantùm negocium explicandum commiſſum *l.pen.de confeſſ.l.9. & 10. Qui ſatisfd. cog.*modo in locũ iudicis ſuſpecti electus,vt *l.ca.25.&c.*vid. *Paurmeiſt 1.de iurisd.29.n.4.*† Eoſdem Recuperatores vocatos rectè cenſent *Duar.d. lo.Poll.3. hiſt.fori 15.Renar. 3.var. 20.* Quia *Valer.Prob. lib. de litteris antiquis* veteris formulæ meminit. Quanti ea res erit,tantæ pecuniæ iudicium recuperatorium dabo *Plaut.Bacchid.1.ſc.3.*Poſtquam quidem recuperatores dedit,vbi Taubm. ex Hottom.ita dictos in priuatis controuerſiis ,quacunque de re ageretur & *Agell.20. Noct.11.*Prætores iniuriis æſtimandis,recuperatores ſe daturos edixerunt.Quin igitur non in ſolis interdictis vſurpati, vt ferè ſentit *Ioach,Steph.3.de iurisdict.8.num.16.& ſeq.*ſed & in mutuo & aliis; vt ſatis liquet exCic.Verr.3.vbi crebra recuperatorum mentio & , ex eodem *Cic. pro Flacco* probat *Poll.d.lo.*vbi vocatos vult;quod apud illos cerneretur de recuperando ,& quod in ſponſionem depoſitum. Feſtus verò *lib. 16.* quod de rebus priuatis recipiendis , reddendiſque cognoſcerent P.*Greg.4.de Rep.5.num.11.*vbi ſcribit in facti qq. datum fuiſſe vel iudicem vnum vel recuperatores ſaltem tres.Et iudicem quidem à recuperatore ſeparat *Cic.pro Cecinnâ*,non longè ab initio, ſed facilè ſeqq. conuincunt iudicem eum intelligere cauſſæ capitalis ,Plura de Recuperatoribus *Coraſ.3.miſc.18.Petr.Nann.9.miſcell.6.Sigon. l.2 de antiquo iure ciu.c.18,p.222.&ſeq.*E *l.1.§.6.verſ.itẽ Senatuſconſulto de poſtul.l.83.§.10.de pœn.l.pen.C.de pact.l.2.C.de libert. & eor.lib.l.vlt.C.Vbi & ap.quos in int.l.15.in fin.C.de iudic.*Qui loci & alij plures adducti à *Gouean.l.2. de iurisd.num.25.& Vult.I.Iurisp.1.nu.13.*cum vbique conſtans ſit ſcripturę fides, plus ſatis arguunt temeritatis eos qui pedarios iudices,non pedaneos legi debere contendunt,*Vacon.6.declar.83.Rainal. Corſ.2.& indag.21.& Marcell.Donat.dilucidat.in Tacit.l.3.p. 150.*† Enimverò *Pedanei* quidem *dicti iudices dati,vt t.1.C.de pedan.iud.*Nec aſſentiendum eſt *Muſcorno de iurisd.num.173. & Charondâ.de iurisdict.n.9.* putantibus ibi ſignificari quibus iurisdictio mandatur: tum per ſeriem *tit. Cod.*vbi *tit.*de pedan.iud.ſequitur *tit.* Qui pro ſuâ iurisdictione. Tum per *d.l.3.Ne quis eum qui in ius voc.l.38.§.10.depœn* quæ ad iudicem ſpecialem referri nequeunt. Denique quia *Anian.ad 5. ſent.Pauli 28*, pedaneos dici qui ex delegatione cauſſas audiunt. .Mandati verò & delegationis promiſcua vſurpatio. Nam hos omnes *ll.d.t.* C. diſertè refellunt,quæ dari hos iudices nimis clarè dicunt.Et imò,in *l.5.C.de iudic.*delegatus non poteſt accipi , cui mandata eſt iurisdictio , ne repugnet *l.12.D.eod.* Nec ſequitur delegatio idẽ ſignificat quod mandatum.Ergò vt ſuprà.Nam & iudici ſpeciali mandatur , non iurisdictio , ſed cauſſa,& delegatur *is*,ad iudicandum & cognoſcendum *Baro var.qq.de iurisdict.fol.42.* Ad quos autem *d.l.3.& d.l.38.*referri debeant mox dicetur. Diſpoſitio titulorum Cod.non aduerſatur. Nam tit.de pedan.iudic. eſt de perſonis qui dantur , ſequens verò de iis qui dant,ſeu delegant conceptus. *Sed non Solis*, his iudicibus *propria* hæc *appellatio, verũ*,vt rectiſſimè Ræu.3. Coni.20.*cõmunis omnibus qui in ſubſellis conſidebant*,quibuſque tribunal aſcendere fas non erat,*Siue illi magiſtratus eſſent Rom.minores* ; vt Tribuni Quæſtores,Triumuiri,*Aſcon.indiuinat.C.pa.*10.*Confer P.Fab. ad l.70.de*R.I.*p.321.*vbi ex *Dione li.44.* minores magiſtratus non *ἅμα*,ſed *βαθμῷ* habuiſſe docet *&Cornel.Vitell.annot.at.in Georg.Metulam c.22.P.Greg.2.de Rep.6.n.4.*[h]Quo ſenſu pedanei in *d.l.1.§.6.de poſtul.* cui ita nõ obſtat *d.l.1.§.2.*verbis apud eum qui iurisdictioni præeſt ,quod ſolius eſt magiſtratus. Nam & hi iudicia ſua minora , propriâ auctoritate exercebant.Sic & accipi vult Ræu.*in l.5.§.1.Ne quis eum qui in ius voc.*de quo ſuo loco *Siue magiſtratus municipales*,vt in *d.l.38.§.10.de pœn.*Nam vt offerri curiæ dicuntur,qui in decuriones recipiuntur,ita & ſubmoueri curiâ , qui decurionum ordine mouentur. Sic enim Curia in municipiis accipitur l.19.ad Munic *ſine* denique *iudices à magiſtratibus addicti vt t.8.C.de pedan.iudic.*[h] *χαμαὶ* enim ſignificat humi,in terrâ. Et *χαμαιπὴς* idem ſonat , quod humilis *Duar. de iudic. c.de iudic.Batiſol.155.* Etſi *Vult.2.iuriſp.1.n.13.*hoc epitheto magis illis ſub Impp.cõuenire,quàm ſub pop.Ro.vbi cauſſas etiam grauiores tractarint. Atqui non à cauſſis , ſed à loco [i] quo iudicabant hæc appellatio : ita Ræu.3. *Coniect.*20 quod non in tribunalibus aut ſellis curulibus ,ſed ſubſelliis conſiderent *Agell.14.Noct.2.Scip.Gentil.2.de iurisdict.8.Vvef.ad tit. C.de pedan.iud.n.13.*Quaſi imi ſubſellij iudices, *Briſſ.in Lex.* Qu.ſi agipedes aut planipedes , quod in ſubſelliis de plano iudicarent,collatitio aut fortuito ſcamno ,fortuito occipite, *Cuiac. in Par.C.de ped.iud.*Quod plano pede iudicarent non pro tribunali ſederẽtque humiles,vel litigatoribus conducentibus ſubſellia *Sueton.in Nerone* vel ærario præbente gratuita.*Cuiac.adNou.82.*† Aliter *Vult.2.iuriſpr . .n.13.*non autẽ loco,ſed à modò cognoſcendi dictos mauult, quod formulæ præſcriptæ tenaciter inhærentes,in ſententiam magiſtratus pedibus irent. Sed hæc notatio non conuenit magiſtratibus minoribus & municipalibus,qui æquè ſic vocatur vt *S.Ist.G.* Alij dictos volunt exemplo pedariorum Senatorum *Gouean, lib.2.de iurisdict.n.26.Broida.in Coroll.ad Poll.5.hiſtor.fori 8. num.6.*quod vt illi in curiam,ita hi in forum pedibus irent, nec ſellâ curuli veherentur, Vnde & pedarios,pro pedaneis reſtituunt *Vacon.Corſ.& Marcel.Don.*vt *S.Ist.G.*Sed hanc notationẽ reprobat *Duar.de iudic.cap.de indic dat.fol.115.* Alij quod ſtantes in Comitio iudicarẽt ex illo *Cic.de Clar.Orat.* In comitium veniant,ad ſtantem iudicem dicant : ſubſellia grandiorem vocem deſiderant. *Anton.Gusb.qq.iur.cap.9.nu. 14.*Sed *Vvef.ad t.C.de ped.iud.num.13.perNou.82.cap.3.verbo ſedebunt.*id reprobat.De ſubſelliis tum iudicum tum litigantium pluribus *Poll.1.hiſtor.fori 6.Corn.Vitell.annot.in Merulam cap.22.Ald.Manut.l.3.de quæſit.per epiſt.4.* k Tribunal locus erat ſublimis & editus, quo per gradus conſcendebatur ,capax admodum & ſpacioſus , curuatus paululum vt conciperet,quaſi in circuitu adſtantes , de cuius formâ vid. *Ranar. Protrib.c.7.Sibrand.Tetar.Steccama lib.1.de Centumvir.iudic. c.3.Pollet.1.hiſt.fori 6.P.Greg.2.d.Rep.6.n.11.Hot.ad l.8.§.17. de tranſact. Ioach.Steph.lib.3.de iurisdict.ca.3.n.34.& ſeq.* ac qualis fuerit in prouinciis, idem *lib.3.cap.12.nu.32.*In hoc tribunali ponebatur ſella curulis,vt ex *Valer.Max.l.3.cap.5. Siccama d.cap.3.*) licet eum locum de ſellâ in plano poſita accipiat *Ræu.d.ca.7.*)de qua vid.*not.Goth.*ex Briſſ.tacito auctore ad *l.1.§.5. de poſtul.* Sæpè tamen de plano Prætor vel Proconſul cognoſcebat. Et opponuntur hæc de plano & pro tribunali *l.3.§.6.de bon.poſſ.l.2.§.1. Quis ordo in bon.poſſ. ſeru.l.18 §. vlt de qq.* Planaria enim cognitio in plano loco & inferiore fiebat,cũ vel ex tribunali in aream deſcendebat magiſtratus , & obiter *κατὰ πόδας* eueſtigiò litem dirimebat, *Pollet.1.hiſtor.fori 5.pag.38* vel etiam, cum per vicos plateaſque vrbis obambulans,dum adeſſent operæ cuius indigiſſet ſellâ eburneâ in plano loco poſitâ, illiique inſidens controuerſias rerum minorum diſceptabat *t.iu lib.41 Ræuard.d.cap.7. Siccama d.ca.3.*vbi cognitionem hanc non tantùm ſolennibus ſeſſionum diebus,ſed etiam feriatis fieri ſolitam ſtatuit &c. Quanquam non eandem fuiſſe expeditionem de plano cum cognitione ſummariâ contra *Ræu.d.lo.& Forcat.dial.80.* contendat *Iac.Curt.3.coni. ad ſfr.41.* Ab eadẽque diſtare cognitionem leuato velo *l.pen. C.de Nauſfr.lib.11.tit.4. Forcat d.dial.80.n.5.*quam pro eadem habet *Broida ad Pollet.1. hiſt.fori.5.num.2.*

CAPVT XXII.

Cauſſæ in quibus iudices dantur.

1. CAVSSÆ de quibus agitur VT AD IVRISDICTIONEM DANTIS PERTINEANT *l.vn.C.Qui pro ſuâ iurisdict.*[a] alias ſententia nulla vt nec [a] appellatione opus ſit *d.l.vn.*[b] *Ratio l.4.§.vlt.de off.procõſ.* [b] *l.nemo plus iuris 54. de R.I.* Excepti ſanè *d.l.vn.in fin.* iudices à principe dati , qui poſſunt aliis cauſas indiſtinctè delegare. Nec tamen idcirco delegant cauſſas ſibi non delegatas, contra iuris & naturæ rationem *d. l.54.& Lin omnibus cauſſis 68.de R.I.*ſed,ideò *d.l.vn.* excipiunt , quia etſi delegent cauſſas ſuæ cognitionis, non tamen ſuæ iurisdictionis,cum eam propriam non habeant,ſed mandatum [c] ET POTESTATEM DANDI IVDICIS RECIPIANT, QVÆ quondam [c] liberior, nunc CERTIS FINIBVS COERCITA *l.2.C.depedan.iud.* IN QVIBVS CAVSSIS OLIM PRO ARBITRIO DABANT iudices , quod ipſi non poſſent cognoſcere(propter facti ſcilicet impedimẽtum,vt rectè Accurſ. publicum vel priuatũ quoduis auocamentum, non iuris) vt cuitetur abſurdum, vid.*c.præced.*d id eſt in omnibus præter eas quas ex officio iudicabant NVNC NON ALITER , NISI PROPTER OCCVPATIONES aut cauſſarum multitudinem. IN QVIBVS AVTEM ET ANTEA EX OFFICIO id eſt ratione muneris ſui,COGNOSCEBANT PLANE NON. Nec ideo omittetur earum cognitio,ſi multitudo cauſſarum non patiatur præſidem de omnibus iudicare, ſed cæteras delegabit, has ſibi reſeruabit. Tales fuerunt non omnes mixti imperij,vt quidam hallucinati, neſcientes id iuriſdictioni indiſſolubiliter coniunctũ eſſe: ſed 1. Crimi- [e] nales *l.1.C.l.ſolent 6.D.de off.proconſ.* [c] 2.Quæ dicuntur notionis prætoriæ *l.3.§.1.de lib.exh.l.1.§.1. de R.V.* non quod poſſet de illis prætor cognoſcere , qui & de aliis poterat vid. *c.præc.* ſed quod deberet : vnde cognitiones extraordinariæ dictæ, vt rectè *Duar.ad l.7.§. 2.de pact.* quod ordinem in iuriſdictionem receptum [f] *l.3.in fin. de iuriſd.*dando iudicem , ſeruare non liceret [f] vt ſunt 1. Quæ de honorariis profeſſorum , ludimagiſtrorum, medicorum, nutricum, obſtetricum , aduocatorum, &c.*l.1.de extr.cogn.* [g] 2.In integrũ reſtitutio [g] [h] *l.24.§.vlt.de min.*[h] 3. Si de poteſtate patris agatur contra filium *l.3.§.1.de lib.exh.l.1.§.1.de R.V.* 4. Fideicommiſſi perſequutio *l.178.§.2.de V.S.* [i] idemque placuit [i] in cauſſis ſtatus *d.l.2.in fin.*vbi rectè cohæret prioribus *verſ.non tamen.*Quod enim ibi eas ſolùm cauſſas neceſſario cognoſcere præſides , quæ antea eorum officij erant, id ſic reſtringitur,vt eadem cognoſcendi neceſſitas ſit in cauſſis ſtatus, tametſi antea potuerint quidem de iis cognoſcere,ſed non ex officio debuerint. [k] Et ratio huius diſtinct.quoad priorem partem,in *Nou. 60.ca.2.* quia vt ipſi iudicẽt magiſtratus ſi poſſint ſuadet integritas iudicij , cum præſentia ſuâ faciliùs in officio contineant , & metu poteſtatis à calumniâ cohibeant,& fides iudicati vt plus auctoritatis ſit ſententiæ. Quoad poſteriorẽ , quia vix tantæ occupationes, quin per eas vacare poſſint cognitioni paucarum & certarum cauſarum. Delectus itaque habitus earum in quibus vel maiore cautione opus vt ſunt criminales,& de ſtatu,item patria poteſtate,vel quæ magis ex auctoritate iudicantis,quàm iure certò pendẽt, vt ſuperiores reliquæ.Except. autem quoad hanc 1. in [l] iudicib.à principe datis *l.vn.C. Qui pro ſua iurisd.*[l] 2. in negociis humilioribus *l. vlt.C.de pedan.iudic.* id eſt non [m] 300. aureorum vt vulgò [m] per *Nou.81.cap.5.*Nam agitur *d.c.5.*de iudicibus à principe, non à magiſtratu cõſtitutis,nominatim ad certam ſummam in certâ vrbe Conſtantinopoli. Perſonàlis igitur illa & certi loci conſtitutio. Quin magna illa ſumma homini etiam mediocri.Sed vſq; ad duos aureos arg.*l.9.& ſeq.de dolo* Prior autem diſtinct. pars abrogata videri poteſt per *Nou.60.ca.2.§.1. auct.ad hæc C.de Iudic.*vbi ſola litis inſtructio ſententiâ reſeruatâ committi aliis poteſt ; Et ita priùs litem conteſtari apud magiſtratus neceſſe ſit. Sed abrogatum non eſſe rectè inter omnes conuenit : [n] At conciliationes variant [n] Crebriores duæ:1.*Accurſ. ad d.auth.adhæc* loqui *d.c.2.*de magiſtratibus , qui iudicem dent reſeruata ſibi ſententiâ , quia tunc neceſſe litem conteſtare apud magiſtratum eumdemque probata cognoſcere, proinde ſi det iudicẽ in totam cauſſam quando id ei per ius vetus *d.l 2.* licet nec *d. Nou. 60.* id impedire : Et facit vocula *agitandum* d. auth. *ad hæc* & *in d.ca.2.*Gr. verba *eq κινεῖνο* id eſt, non *quæ agitantur* vt vulg. verſio ſed *quæ agitari debent , vt Hal.* Verũ *agitanda*,rectius dicitur quæ ad magiſtratũ delata,quàm quæ ab eo alterius cognitioni cõmiſſa reſeruatâ ſententiâ. Ideo 2.*Bart. & vltramontanorum vt dicit* (ſic vocant Itali Gallos , quod illis vltra alpes ſint) eaque verior loqui *d.Nou.* de aſſeſſoribus,quorum alia cauſſa quàm iudicum datorum. Nec enim dantur, vt iudicent ſed vt iudicanti adſint vid. *lib 18. c.2.* Ipſis igitur delegari nequeunt cauſſæ, aliis poſſunt.Sed nec huic iuri derogatum per *Nou.82.cap.2.* vbi certi iudices definiti , quibus cauſſa delegari poſſint. Ea enim certi loci conſtitutio.

NOTATA.

[a] Competentia & incompetentia iudicis dati, adeóque omnis eius auctoritas pendet à competentia dantis *Vult. ad l.1.C.de iurisd.n.23.* [b] *l.1.C. de pedan.iud.l. 1.in fi.D. Quod quis iur.l.2.in fi.de pœn.tit. C. Si & non comp. iud.* Nec vllus maior iudicij defectus , cum habeatur pro inſanabili , quia iuriſdictio baſis & lapis angularis totius iudicij,vt ex *Vantio tit.de Nullit. ex def. iurisdict. Vult. ad l. vlt. C. Vbi in rem n.7.Pruckm.vol. 1. conſ.8. n. 308.* & ſeq. Atque hæc nullitas nullitatum vocatur interpp. *A. Fab.* 20. *Coni.* 5. quæ nec promiſſione iuratâ de non veniendo contra tollitur, *Seraphin de Seraph.priuil. iuram.61.n.* 23. nec ſtatuto de non opponenda nullitate *P.Weſ.conſ.5.n.20.*Sed hæc ita quando non potuit prorogari iuriſdictio , tunc enim poſſe opponi exceptionem incompetentiæ etiam poſt ſententiam tradunt, *Georg.de Cabedo p.1. decif.22.num.9.*quin imò poſt tres ſententiam conformes , *Hipp. de Marſil.plures citans ſingul.*10. Aliàs verò niſi præſcriptio fori in principio oppoſita , iudex non ſuus,ex conſenſu competens effectus *ſupra c.*10.*lit.F.& G.*Vnde *Vult. † ad l.5.C.de iurisd.*pœnæ *d.l.5.*litis iacturæ ſcilicet conſtitutæ litigantibus apud alios iudices locum tantùm eſſe in caſibus quibus prorogatio vetita , abſurdeque eam à Dd.generaliter accipi de vocante reum ad forum incompetens. Aſt immò *d.l.5.*generalis eſt , (vt & *l.6.G.Th.de iurisd.* vbi dicitur. Omnes iacturam lites incurrant qui non in proprio foro iurgauerint.Et i'li locum eſſe volunt,quando ad incompetentem vocatus ignorans coram eo litigauit ſuum iudicem errore putans,vbi iurisd.prorogata nõ eſt ceſſ nec prorogari tamen vetita *ita poſt Bart. Bal.Caſtr.& Dd.in d. d. l. 5. Trent. 2. pract. reſol. tit. de iudic. reſol. 8. n.5.*vbi & alias except.referr , quando illi pœnæ non locus , veluti ſi reus exceptione incompetentiæ obiecta,& à iudice reiectâ, non appellauit,ſed ſententiæ acquieuit , quo caſu iudicium nullum non eſt,ſed acta valent *Decia.4.tr.crim.c.34.n. 6. & n.* 13. Locum autem pœnæ eſſe vult , ſi excepit & iudex ſe agnouit incompetentem. Iuxta hoc reus pro condemnato habebitur,ex *d. l. 5.* quando coram vere ſuo iudice conuentus , ad alium tanquam ex priuilegio falsò reuocauit. Sic enim malo quàm delegis diffamari remedio , à reo intentato accipere , vt *Blater.in repet.l.diffamari c.4.n.10.* † Quandóque tamen ſententiam tantum hoc caſu annullari , non vero acta ipſa,ſed illa remitti ad iudicium competens , maximè ſi ex annullatione actus,pars non prætendat intereſſe monet ; *Georg.de Cabedo p.1.decif.159.* ac ceu optimam praxin ſeruariſque dignam,cùm ad lites citiùs finiendas faciat, notat *Valaſc. conſult. 65. in fi.* [c] Figurâ igitur orationis quæ apparet exceptio verè , ex ſententia noſtri non erit. Aliter *Fachine 1.contr.47.* quod nempe in delegato principis,non, vti in aliorum , inquirendum ſit , an cauſſa ſit alienæ iuriſdictionis, eò quod princeps , quem in cauſſâ ſibi mandatâ repræſentat ,in omnes iuriſdictionem habeat. [d] Diſſ. relati *S.præced. lit.A.* cumprimis *Sc. Gent.2. de iurisd.21.* quia hoc modo , arguit hic , Impp. nihil noui ſanxiſſent.Quid enim hoc eſſet. De quibus antea propter occupationes non cognoſcebant , de *iis* nunc cognoſcant , niſi occupationes impediant , quo nihil ineptius. † Quæ tamen contrà noſtrum non omnino vrgent, neque enim ineptè dicetur.De quibus ne cognoſceret olim magiſtratus etiam *priuatæ* cauſſæ & auocamenta efficiebant , de illis in poſterum ſit cognoſcendi neceſſitas , niſi *publicæ* impedimenta obſiſtant. Alia tamen etiã ratione reprobat,*Goth.Ant.diſp.Anti.vult.3.th.19. &ſeq.* 1. ex naturâ oppoſitionis. Quia enim poſterior pars oppoſitionis ius nouum continens ad ius refertur,idcirco & prior , quæ de iure veteri. 2. quia hæc verba, *quod non poſſent cognoſcere* in quibus ratio deciſionis æquè latè patere neceſſe eſt,atque illa *pedaneos iudices dabant.* Atqui certum eſt datos fuiſſe iudices etiamſi nullum facti impedimentum ſubeſſet. Ergo. † Puto & ego verba *cum poſſent* &c. omninò ad ius referenda eſſe. Inde tamen non infero, Prætorem antea eam conſtitutionem,de nullis cauſſis vel conſueuiſſe vel potuiſſe iudicare. Quin imò vbi de iure controuerſo quæſtio ad pedaneum iri non poterat , *vt not aui c. præced. lit. E.* ac ſanè cum Centum viris prætorem cognouiſſe fatendum eſt. Quib. iudiciis præſidebat tanquam caput adſignatus , *Ioach. Steph. 3. de iurisd. 5. num.* 1. Hoc enim tantùm cauetur quod de quibus olim poterant cognoſcere hodie poſſint. Quæ verò illæ fuerint cauſſæ *in d.l.1.*non definitur.

Fuiſſe

Fuisse autem dicendum est *ex iis quæ d. lit.* E. quibus de facto maximè contendebatur. Nam cum facti qq. Iurisconsulti quoque ad officium suum saltem primariò, spectare non putauerint vid. not. *S. lib.* 15. *ea.* 12. *lit. B.p.* 1297. vtique & prætoriâ cognitionem minores leuioréſque habitas fuisse congruum est, e *Cuiac. ad l.* 127. *de V. S.* Fatetur *Scipio Gentil. 2. de iurisd. 27. & lib. 3. cap.* 30. de causſis meri imperij iudices dari non licuisse. Aſt idem *d. lib. 3. cap.* 22. segregandas tamen has causſas ſtatuit. Quod cum speciali concessione habeantur, vt *S. c.* 8. *lit. Mm.* officium iuris dicentis ad eas non pertineat, aut saltem magiſtratus de iis non ex officio cognoscat. Differre enim putat hæc: Pertinere ad officium, vbi significatur vniuersa potestas, & ex officio fieri vbi significatur cognitio præsidalis. Diſſ. *Vaud. 1. q.* 10. *num.* 26. *Ioach. Steph. 2. de iurisd. 5. num.* 19. *& num.* 23. scribens prærorem etiam, cuius iurisdictio nulla in criminalibus; Quæſitores qui de criminibus quærerent & cognoscerent constituisse. Quæ quàm consentanea sint non video. Confer *Follet. 3. hiſt. fori 7. Siccama lib. 1.* f *de centumv. iudic. ea.* 5. f *Hot. 7. obſ. 4. Siccama lib. 1. de Centumvir. iudic. c.* 2. Sic enim *Sueton. in Claudio ca.* 15. cognitionem ordinario iure opponit. Quam & à iurisdictione discernit, idem in *Nerone c.* 15. Et *in l. 13. de minor.* apertè dato iudicio opponitur. Sic *Vlp. tit.* 25. §. 12. Fideicommiſſa non per formulam petuntur, sed cognitio est, g &c. g Quæ ſtrictiori significatu extraordinariæ dicuntur, quas ab aliis causſis cognitionis prætoriæ, quæ ius certum & constitutum habent, & discernendas esse monet, *Sci. Gent. 2. de iurisd.* 22. Et vt aliis fortè conuenit noratio Duareni, ita hæ veriùs sic dici videntur, quia non ordinaria aliqua actio de iis prodita, nec certo iure nituntur. Er hìc extra ordinem subuenit prætor, iure quodam imperij ex æquitate, contra ius ſtrictum, sine sollennibus & ſtrepitu iudicij sine formula, vt *Scip. Gent. d. lib.* 2. *ca.* 20. *p.* 271. *& A. Guib. qq. iur. ca.* 10. *nu.* 5. & seqq. Paulò aliter & fusè *Vult. in* h *pr. I. de act. num.* 37. *&* 2. *seqq.* h Quod de omni accipit *Hot. 7. obſ. 4.* de solâ minorum *Scip. Gent. 1. de iurisd.* 32. *&* i *lib.* 2. *ca.* 22. de quo fortè *I. lib.* 21. i Quæ consulum aut Prætoris fideicommiſſarij *Vlp. tit.* 25. *§.* 12. Nempe huius de summis mediocribus, illorum de maioribus. *Quintilian. lib.* 2. *ca.* 8. Non debes apud Prætorem petere fideicommiſſum, sed apud consulem. Maiore enim prætoriâ cognitione summa est, *Rau. ad l.* 33 *de R. I.* His addit *A. Guib. qq. iur.* 9. *n.* 8. cognitiones de appellationibus per *l.* 1. *quis à quo appell.* item de quæſt. in exſecutione sententiæ emergentibus *l.* 15. §. 4. *de re iud.* † Denique quoties quæſtio iuris k controuersi incidebat vid. *not. cap. præced. lit.* E. k Sentit igitur noſter in causſis ſtatus iudices dari olim potuisse. Quod etsi contra plerisque persuasum sit, placet quoque *Cuiacio ad l.* 127. *de V. S.* eas vocanti permiſtas, tertij generis, in quibus cognoscere vel iudicem dare liberum *& Vacon.* 7. *declar.* 81. Idque pluribus astruit *Rau.* 3. *var.* 20. 1. quia exempla recuperatori iudicij de causſis liberalibus *apud Plaut. Rudente* 5. *ſc.* 1. *& Sueton. in Veſpaſ. c.* 3. 2. quia *in l.* 7. §. *vlt. l.* 41. §. 1. *de lib. cap. l.* 34. *de ſtatu li.* generali nomine iudex qui de libertate cognoscit, non speciali Prætor, Præses 3. quia apertè hic litigantes dicuntur ad iudicem mitti, à prætore scilicet *l.* 8. *§.* 1. *l.* 9. *pr. de lib. cap.* 4. quia imò præsidem ipsum cognoscere non potuisse dicitur *l.* 1. *C. de ord. cog.* (verùm hanc rationem non probo, quin iudicium hìc requiro. Sic enim accepta *d. l.* 1. apertè contraria esset *d. l.* 2. *C. de ped. iud.*) 5. per *l. pen. C. vbi ca. ſtat.* vbi iidem auctores qui sunt *d. l.* 2. à se hoc ſtatutum esse, Antea igitur per iudices datos disceptari solitæ. At *l.* 32. *§.* 7. *de rec. arb.* quæ maximè obſtat ℟. *Rau. maiores iudices* non notari prætores vel præsides, sed maiores dici iudices datos seu pedaneos, pro argumento subiecto, maiores nempe arbitris compromiſſariis. Vt sensus sit: Quia causſa *libertatis* maior, quàm vt ei necessitati subiici debeat, vt siue æquum, siue iniquum arbitrium sit parere necesſum esset, vt in arbitriis ex compromiſſo sit *l.* 76. *pro. Soc.* ideo &c. Ad *l.* 1. C. de Ord. cognit ℟. ideo ibi præsidem cognoscere, quod maior quæſtio de crimine, minorem causſam ſtatus (quia tempore *d. l.* editæ liberales causſæ, ait, maiores non habitæ) ad se trahit *l.* 54. *de iudic.* Ideóque quia duo iudicia ibi concurrebant, iure magiſtratus præses de crimine cognoscit, extra ordinem verò de libertate. Propter causſæ enim coniunctionem, qui de maiore cognoscit, etsi de minore aliàs iudicare vix soleret, de eâ etiam disceptat vt *plurib. idem Rau.* 2. *de præind.* 7. primi igitur Diocl. & maxim. cognitionem de hisce causſis præsidibus iniunxerunt *d. l.* 2. *C. de ped. iud. d. l.* 5. *C. vbi ca. ſta.* Postea à Constantino, idem in vrbe Prætori impoſitum *l.* 1. *C. de off. præt.* vbi noranda verba, *fancientibus nobis*, quæ priùs aliud obtinuisse vincunt. Hæc Rau. cui accedo. Nam nec aliud per *d. l.* 2. *C. de ped.* verba *dum tamen* &c. ſtatui potest. Perquam enim ineptè aliàs, quod priùs in vniuersum definitum, in vna specie singulari repeteretur, figurâ cum primis orationes, quæ exceptionem arguit. Diſſ. *Hotom. 6. obſ. 6. Forner. 2. ſelect. 23. Gouean. 1. var. lect. 33. Ioach. Steph. 1. de iurisdict. 5. num* 18. *Vult. ad l.* 1. *C. Vbi ea. ſta. num.* 8. *& ſeqq.* quia ait *num.* 14. non iure magiſtratus & proprio hæc cognitio habebatur, sed quia nominatim concessa (verùm hoc ab ipso adducta non probant) ideoque nec prorogari posse ſtatuit idem *ad l.* 2. *C. d. t. num.* 5. Arguit idem vt & Forner. ex illo *Cic.* 3. *Verrinâ*: De iure libertatis & ciuitatis pop. Rom. suum putat esse iudicium. Sed Cic loquitur de supplicijs, quæ ciui Romano irrogari nefas, quod id esset contra libertatem & dignitatem tanti populi, vt agnoscit *Scip. Gentil. 2. de iurisdict.* 18. etsi ipse quoque diſſentiat. Qui & ad *d. verſ. non tamen &c.* ℟. ideo eum subiungi, quia non cognouerint de his causſis antea præsides ex officio suo, sed solebant, ait, & cogebantur ex officio proconsulari, vel prætorio, si cum eo in prouincias missi. Ideóque *in d. verſ.* non restringi sententiam priorum, sed augeri. Sensus hic: Non tantum eas causſas disceptant, quas & antea ex officio suo cogebantur, sed etiam causſam ſtatus, de quâ antea non est officio suo, sed iure proconsulari/prætoriove, postea ex suo id est præsidali cognoscant. In quâ expoſitione, ceu nouâ, sibi placet Gentilis, sed quid ea sibi velit percipere non datur. Quid enim hoc est. Non ex officio suo, sed iure prætorio? Quasi verò non tanta, imò non maior fuerit potestas præsidis in prouinciam missi à principe, quàm prætoris in vrbe *l.* 10. *&* 2. *seqq. de off. præſ.* l Consentit *Se. Gent. 2. de iurisdict.* 27. l & *lib.* 3. *cap.* 28. vbi tamen malè omninò etiam mandare eum posse merum imperium vid. not. *S. c.* 8. *lit. Iii.* Diſſ. haud scio an non rectùs *Obrech. de iurisdict. cap.* 5. *num.* 26. *& Meno.* 1. *arb. q.* 54. qui vti *S. d. lo.* citati, meri imperij causſas à delegato principis, subdelegari posse negat. Neque enim inter mandatum iurisdictionis, & dationem iudicis, diſcrimen attendit. Qui & *ad d. leg. vn.* ℟. *num.* 16. *& ſeqq.* Sanè exceptionem subdit *Gentil. d. c.* 27. niſi constet principem voluisse ipsum cognoscere, si specialiter eius fidem & industriam spectauit *cap. vlt. de off. deleg.* Aliúdque tradit in reſeruatis summo principi, vt tabellionum creatione, legitimatione spuriorum, quæ ab ipso cui delegata expediri debent. m Et *Cuia. in d. Nou.* 82. vnde paruam iurisdictionem vocant Dd. quæ infra 300. aureos *Ioach. Steph. lib.* 1. *de iurisdict. cap.* 5. *num.* 18. Etsi *Bald. in repet. l.* 3. *de iurisdict. num.* 2. causſas minimas vocet quæ infra 100. aureos. n *Bod.* 3. *de Rep.* 2. *num.* 265. *& ſeqq.* accipit *d. auth. adhæc*, de iudicibus à principe lectis extra ordinem; qui his instructionem non iudicationem aliis committere possint. Malè. Maior enim horum iudicum, in dando alio iudice, quàm ipsorum magiſtratuum potestas *h. c. lit. L.* Et *d. Nou.* 60. *c.* 2. *§.* 1. diserte vocat magiſtratus, *παρ' ἀλλοῖς γινόμενα τοῖς ἀρχουσιν.*

m

n

CAPVT XXIII.

Iudicem dare qui possint.

2. PERSONA DANTIS de quo obscurius Paulus *in l.* 12. §. 1. *h. t. de iudic.* Cui hoc lege, constitutione, vel Senatusconsulto conceditur, nec exemplis subiectis satis hoc expedit, cum dubium maneat, an illa sola sint. Planius ita: QVI IVRISDICTIONEM HABET *ex l.* 3. *in fi. de iurisd.* a vt magiſtratus vrbani *d. l.* 12. §. 1. prouinciales, non tantùm proconsul *de quo d.* §. 1. sed omnes per *l. ex omnibus* 10. *&* 2. *ſeqq. de off. præſ.* b ETIAMSI MANDATAM. Nec tantum legati proconsulis, de quibus *d.* §. 1. exempli causſâ, sed omnes *l.* 1. C. *de pedan. iudic.* c Obiicitur *l. vlt. princ. de off. eius.* ℟. Distinguuntur quæ Dd. malè confundunt d mandare iurisdictionem cùm imperio & exsequendi potestate, & iudicem dare seu delegare sine eâ Obiicitur. Non dat iudecem niſi magiſtratus *l.* 13. *princ. de iurisdict.* ℟. Sed hic vice magiſtratus fungitur. Ac non sanè est magiſtratus honore ac proprietate

a

b

c

d

e te iurisdictionis, est verò exercitio & vsu imperij. e Non verò distinguitur inter iudicem dare *d. l.* 12. §. 1. & g f iudicare iubere *d. l.* 13. f quia & hoc est iurisdictionis, g quam exercet cui ea mandata est, & alias fruſtratoria datio per *l.* 2. *de iurisd.* Ac is vti OMNIS ita ET SOLVS. Nõ priuati sibiipſus sumere *l.* 3. C *de iurisdict.* Nec iudex datus *l.* 5. C. *h. t.* vbi ratio; cuius sensus, non quia iudicare munus publicum *l.* 78. *h. t.* Nam tutela, quæ itidẽ est, alij gerenda mandari potest *l.* 5. §. 2. *de admin.* sed quia ei muneri notio tantùm ineſt, non iurisdih ctio. h Niſi à principe *d. l.* 5. quia eidem mandata iurisdictio, vid *S. cap.* 8.

NOTATA.

a a Diſſ. *Gouean. ad l.* 1. *de iurisdict. num.* 12. qui supra iurisdictionem hoc esse scribit & (specialicer tribui vult, & ad adventitiam ius dicentis potestatem refert, Ibid. *num.* 21. & seqq. prætoriæ quidem iurisdict. hoc proprium agnoscit, & mandatâ ab eo iurisdict. transire ius dandi iudicis, nec ad id legis beneficio opus esse, per *d. l.* 12. §. 1. *ibi more maiorum*, Prouincialibus hanc potestatem propriam non esse nec transire in legatũ, sed hoc ei lege nominatim dari. Idem *lib.* 2. *de iurisdict. num.* 19. iudicis dationem esse iurisdictionem quarenus significat munus ius dicentis, non autem veræ & propriæ. † Et lege tribui non iure magiſtratus, *Baro var. qq. de iurisdict. fol.* 25. *& fol.* 28. *Fachin. 1. contr.* 45. *Bocer. de iurisdict. c.* 1. *num.* 1. *& cap.* 6. *num.* 19. Sed rectè *Duar. de iurisdict. ea.* 5. *sub fi & de iudic. cap. de iudic. dat. fol.* 155. Etsi lege conceſſum hoc proconſuli, non tamen ſpecialiter, sed lex cauet, vt quæ magiſtratibus vrbis competebant iure magiſtratus sui, in ipsum transferrentur & *Scip. Gentil. 2. de iurisdict.* 10. *pag.* 228. *& ſeq. & ca.* 14. *cir. fin.* Quare lex non tam tribuit nominatim, quàm declarat hoc ius illi competere, vt sui imperij, seu magiſtratus. Alij hoc ius dandi, iudices miti imperij esse volunt, *Baro de iurisdict. fol.* 40. *Parlad. 2. rer. quotid. 1. nu.* 3. *Camil. Plaut. ad rub. D. de off. eius lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 6. *&* 7. *Ioach. Steph. 1. de iurisdict. 4. num.* 14. *& lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 23. Quod *Obrech. de iurisd. ca.* 12. *num.* 21. sanè admittit, sed ideo, quia putat quæcunque iurisdictionis sunt, eadem imperij esse & contra vid. *S. cap.* 8. *lit. Cc. Bocer. de iurisdict. ea.* 3. *num.* 7. esse iurisdictionis eo respectu, quod qui iurisdictionem habet, idem licentiam iudices dandi (in quo tamen à seipso diſſentit vt supra) imperij ratione iussus. Malo sic. Datio iudicis, est actus iurisdictionis, addicendo enim iudicem, iudicium que constituendo, ius vtique dicit, seu reddit prætor ligantibus. Quanquam non ideo omni, cui quæcunque iurisdictio est, hæc competit, vt magiſtratui municipali, per *d. l.* 12. *§.* 1. *in fin.* Nam vti imperium mixtum alij magiſtratui maius, alij minus, ita & iurisdictio. Potest igitur actus esse iurisdictionis, (maioris) æque vti imperij, etsi non omni magiſtratui iurisdict. (minorem) vel imperium habenti competat, Confer. not. *S. cap.* 7. *lit. R.* Sed iubere iudicare, seu compulsus vt addictus iudicare cogatur, b est imperij mixti. Ratio euidens. b Etiamsi ad certas causſas c constituti *vl. l.* 1. *C. de pedan. indic.* c vera sententia, sed quæ ex d. l. 1. non probatur, quia vice præsidis agens differt à mandatario iurisdictionis vt not. *S. cap.* 8. *lit.* 1. Satis autem probatur *d. l.* 12. *§.* 1. vbi id adeo expreſſum dicit *Duar. in apolog. de iurisdict. num.* 13. vt nullus dubitationi sit locus. Et consent. *Muſc. de iurisdict. num.* 160. *Ant. Fab. ad l.* 1. *& ad l.* 5. *de iurisdict. Scip. Gentil. 2. de iurisdict.* 10. *&* 20. Diſſ. qui legato proconsulis soli hoc largiuntur, tanquam id habeat ex speciali legis conceſſione non vi mandati, *Gouean. vt S. lit. A. Hottom. 3. obſ. 4. Vacon. 6. declar.* 87. *Bellon. 3. Supputat.* 11. *Fach. 1. contr.* 45. *Camil. Plautius ad rub. de off. eius lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 14. *& lib.* 2. *ca.* 13. *num.* 3. *&* 4. vbi tamen *num.* 10. ius hoc etiam alij concedit, cui vniuersa iurisdict. mandata. Quomodo & *Lychlama 4. Membran.* 7. specialiter hanc licentiam mandari non posse, ac generali mandato transire, quod sæpe vniuersitati accedant, quæ separatim non transeunt *l.* 29. *de contr. emt.* Sed hoc alienum est, & diſſimili simile. Quin imò hìc apertè regula contraria habetur in *l.* 1. *pr. de off. d eius.* d vt Accurſiani ferè omnes paſſim & cum iis *Gouean. ad l.* 6. *de iurisdict. Poll. lib.* 3. *hiſt. fori c.* 11. *P. Greg.* 47. *Synt.* 22. *& Weſ. ad tit. C. de pedan. iud. num.* 12. *& ſeqq.* vbi *num.* 14. ſtatuit quod vti proconsulibus fuerunt legati, quos non suo arbitratu eligebant, sed à senatu accipiebant, licet pro arbitrio illis iurisdictio mandaretur, ita præsidibus

iudices pedaneos à Senatu, vel principe adsignatos, quibus propter occupationes, iurisdictionẽ mandarint † *Gœdd.* quoque hæc apertiſſimè confundit de *Sequeſtr. ca.* 1. *num.* 71. *&* paſſim. Quanquam ipse ibid. *num.* 71. distinguat inter mandatam iurisdict. & delegatam, ac si iudici dato dicenda sit iurisdictio delegata, non mandata. At imò non ita distinguendum est Nam delegare idem est quod mandare; sed distinguendum inter mandatam seu delegatam iurisdict. & causſam seu litem. Sed & in eo. Vt hanc ἀναγλυφογλυφίαν non inſectemur labitur in præced. quod dum agit de reuocandâ delegatâ iurisdictione (& ita iuxta acceptam notione dati iudicis) multa mouet, quæ verè tantùm sunt mandatæ iurisdict. multa obiicit, vt delegati proconsulis potestate in consulto principe non reuocandâ, &c. Vt curas quis merito secundas illic exigat. Enim verò ex hac promiscuâ acceptione infiniti errores promanarunt, vt iuſtè Dd. veteres hac de causſa à nouioribus vapulent, iuſtiùs autem nouiores ij, qui hoc meliore æuo differ. perſpicuas non animaduertunt. vid. *Bodin.* 3. *de Rep.* 5. *num.* 206. *Baro var. var. qq. de iurisd. fol.* 29. *&* 30. *Muſcorn. de iurisdict. num.* 159. *Duar. de iurisdict. ca. vlt. &* 1. 16. *D. eod. & ad l.* 5. *de re iud. item ad tit. C. Vbi & ap. quem in int. A. Fab.* 17. *Coni.* 8. *Gouar.* 3. *var. reſol.* 20. *num.* 11. *Bron. 1. aſſ.* 21. *& 1. miſc.* 33. *Pac. 1. q.* 19. *& q.* 54. *Scip. Gentil. 2. de iurisdict.* 13. *Matth. Steph. 1. de iurisdict.* 16. *num.* 18. *& ſeq. Bocer. de iurisd. ca.* 6. *num.* 6. *Obrech. diſp.* 7. *num.* 153. *& ſeqq. Fachina. 12. contr.* 89. *Camil. Plautius ad rub. de off. eius lib.* 1. *ca* 12. *&* 2. *ſeqq.* Qui *cap.* 14. perplures differ. recenſet. Præcipuas autem sic in vnum cogere placet. Differunt. 1. Conſtitutione. Iudex addicitur ex consensu litigantium vid. *I. cap. ſeq. lit.* X. Mandat iurisdictionem magiſtratus pro libitu, 2. ille datus inuitus, Ideóque necesse est iurisdictioni datis subſit: Mandari etiam magiſtratui alij potest, itemque extraneo alterius dictionis, quia volens suscipit *S. ca.* 8 *lit.* N. Illic vt vult Plautius ſcriptura requiritur hic consensus sufficit. 2. Effectu & potestate. Ille iurisdictionem non habet, sed nudam notionem sine imperio & potestate exsequendi. Hic iurisdictionem cum imperio, adeóque totum ius dicentis officium. Ille habet notionem propriam & suo nomine iudicat, etsi non niſi iuſſus. Hic iurisdict. alienâ vtitur & mandantis vice fungitur. Ille non datur niſi ad vnam litem. Iurisdictio autem etiam omnis, seu vniuersa mandari potest. Ab illo appellatur is qui dedit: ab hoc non qui mandauit, sed eo proximè superior. Ille iudicem alium dare nequit, hic potest. Ille infimus iudex, hodieque regulariter tantùm causſarum viliorum: Hic cum repræsentet mandantem ex ius perſonâ honorandus, vt *S. cap.* 8. *lit. N.* neque vt potestas dandi iudicis ita & mandandæ iurisdictionis restricta. 3. Diſſolutione: Iudicis enim dati auctoritas morte dantis non finitur, vt mandata iurisdictio. Contra paris imperij adeptione *illa* finitur, hæc non æque, e ita & *Bron. 1. miſc. aſſ.* 33. *A. Fab. ad d. l.* 13. quia ex e §. 1. apparet id scribi non ad exclusionem eius cui mandata est iurisdictio, sed priuati qui nullam penitus iurisdict. haber. Expedicè *P. Fab. ad l.* 70. *de R. I. pag.* 319. Non hæc mens, ait, Vlp. vt eum cui mandata est iurisd. excluderet, sed vt doceret cogi non posse, vt iudicet ab eo, qui nec propriam nec mandatam iurisdict. nunc habet, licet *ille* ipse, cum magiſtratus esset cum iudicem dederit. f *vti* f *Carond. de iurisdict. num.* 24. *Baro & Duar. ad d. l.* 23. *& Muſcorn. de iurisd. num.* 160. maioris imperij esse iudicare iubere, quam iudices dare. g Hoc noſter inde ſtatuit quia g putat quæcunque imperij sunt, eadem iurisdictionis esse vt *S. cap.* 8. *lit. Cc.* Quod ibi non admiſimus. Conueniens tamen hæc ratio ita, quia etsi hic iuſſus sit imperij, id tamen mandatâ iurisdictione vna transit. k Facit *l. vlt. ff. ſed ne* k *quis ibi: vel apud. eos. C. Vbi & ap. quem in t.* † *Scip. Gentil.* 2. *de iurisd.* 14. *p.* 246. rectiùs reddit 1. ex *l.* 3 *C. de iurisdict.* Non placet, Nam & iudex datus, persona publica est, & priuati ibi significantur litigantes 2. quia ipse iudicare iuſſus & parere cogitur per *l.* 78. *de iudic.* Et hanc reprobat hìc Don. Ac certè magiſtratus, & ius dicentis officium non minus, imò magis publicum ex mandato tamen transit. † Putat *Cuiac.* 9. *obſ.* 22. arbitrum tamen dari posse à iudice dato, veluti rationibus excutiendis &c. In quo accedit Dd. iis, *qui* delegatum vnum causſæ articulum subdelegare, vt loquuntur, concedunt.

CA-

CAPVT XIV.

Iudices dari qui possint.

3 PERSONA DATI, de quo imperfectiùs *in l.* 12.§.2.*h.t.* Nos sic: Qui NON PROHIBEa TVR per *l.* 43.§.1. *de Proc. & simil.*[a] VEL IN TOTVM, ET AVT NATVRA quibus facultas eorum, quæ huius muneris sunt, quod officij potiùs est quàm b c honoris deest[b] VT SVRDVS, MVTVS, [c] perpetuò d FVRIOSVS *d.* §. 2. non si interualla habeat[d] etsi tempore quo datus in furore, si sanæ mentis factus iudicaueritl.39.*h.t*[quia in addicendo *ait Papin.* scientia non necessaria, id est, quia hoc munus inuito & ignoranti iniungi potest infra *cap.* 26.] IMPVBES. Nec hi soli, de quibus *d.l.*12.§.2.sed & IVRIS ac legum, rerumque gerendarum IMPERITVS, *Nou.* e 82. *in præfat.*[e] Quamuis enim & miles iudicare possit, non tamè alius quam peritiam habens *l.pen.C.h.t.* non f exactam equidem, sed quanta ad eas caussas sufficit.[f] Quomodo enim secundum leges moréque iudicabit, qui eos non nouit. ET MINOR qui neque inuitus g dari potest *l.* 41. *de rec. arb.* nec volens cognoscere.[g] Quod probatur 1. quia non admittitur ad munera publica *l.ad Remp.*8.*de muner.* Ergo per *l.quippe*78.*h.t. Harmenop.lib.*1.*cap.*4.2. Compromissarius eligi nequit *l.* 41. *de rec.arb.*E. vbi eadem ratio &c.3. Olim intra 35. annum eligi non soliti, & Augustus quinquennio detracto allegit ex 30. anno *Sueton.in Aug.ca.*26.*&c.*32. 4. Cui suarum rerum administratio adempta ex infirmitate iudicij, magis alienarum diiudicatio. Qui tamen si 18. annis maior, cognitione vltrò litigatoribus non reluctantibus, suscepta, sententiam h tulerit, eam tueri æquissimum *l.quidem* 57.*de re iud.* ob consensum partium, [h] dantisque auctoritatem, & quia in eam ætatem peritia cadere potest; summo autem iure irrita, ceu ab incompetente lata. Quoad hoc verò dissimilis caussa arbitri *d.l.*41. Etsi enim is à volentibus sumatur, tamen deest potestas & auctoritas dantis *l.* 3.*C.de iurisdict.* Hîc, quæ non prosunt singula, iuncta iuuant (hæc noster hîc, *& ad d.l.* 57.§. Quod si minor 18. annis non sufficit, vt sententia valeat consensus partium tacitus & non repugnantia, sed requi- i ritur scientia ætatis & aperta approbatio *d.l.*67.[i] Si autem magistratum gerens minor, ius dixerit valebit *d. l.*57.*in fin.* indistinctè etiam inuitis partibus, ac etsi 18. annum non excessit. Iurisdictio enim eiusmodi im- k probari nequit, ob auctoritatem principis.[k] Et maiores sæpe adolescentibus à principe mandatos vestig. l est *in d.l.*57. vti & à pop. & senatu *Cic.Philip.*5.[l] & probat *Duar.ex l.pen.C.de rel.g* sed minùs apertè. Nam *nobi-* m *lis puer* it i est successor imperii[m] Iure Canon. ætas 20. annorum definita *c. cum vicesimum de off. deleg. quod & Zusio displicet.* NON VERÒ COECVS, sed hic iudicare potest *l. cæcus 6.h.t.l.*1.§.5.*vers. casum de postul.* indistinctè etsi tunc sit cum datur, nec postea in calami- n tatem inciderit, contrà quam Accurs. & Dd.[n] Cœcitas enim mentis. *vt furorem vocat Cic.*3.*Tuscul.* non oculorum iudicium impedit. Quin Philosophi quidam sciipsos excœcarunt, vt rerum indagationi vacarent. Nec oculis, sed linguâ ac aurib. iudicatur, affectibúsque cœcus minus ducitur. Vnde Areopagitæ noctu o iudicarunt[o] Obiic. Ast ad magistratum aspirare nequit, licet cœptum retineat, *d. l.*1.§.5.R. Differentiæ ratio. In magistratu requiritur dignitas corporis, & p externorum splendor *l.rescripto 6.pr.de muner.*[p] Obi 2. At sententia ex periculo recitare nequit R. Olim iudice ferente sententiam, Prætor eam pronunciabit, vt Sigon. libb. de iudicis, Hodiè sanè contra *l.*74. h. t. potest tamen ea ab assessore, & si causæ breues ac humiles, ore proferri, *auth. nisi C. de sent. ex peric. recit.* & multos casus refert *gl.in c.fin.extra de re jud. verbo illustrium in 6. Obijc. l.*3.§.1.*&* 3. *de testibus.* R. Examinatio testium potest committi assessoribus vt & alia omnia præter litis contestationem & sententiam, *auth. adhæc. C. h.t.* AVT LEGIBVS VEL MORIBVS, in leges receptis *d.l.*12.§.2.9VT SENATVM MO- q TVS *d.* §. 2. ex l. Iulia repetundarum, ante quam animaduersio censoria ruborem tantum non ignominiam attulit vt Cic nec aditū ad honores etiam summos præclusit[r] FOEMIMÆ[t] SERVI §.2.& quibus s t foro interdictum *l.*9.§.4.*de pœn.* VEL IN EAM CAVSSAM DE QVA AGITVR: VTQVI NON SVNT EX ALBO vel ordine IVDICVM, si quis sit in Rep. qualis in Rom. duplex: 1. Allectorum institutus à Zenone, quibus propter occupationes magistratus caussas delegabãt, à Iustin. renouatus *Nou.*82.*c.*1.*& seq.* Tales olim Centũ viri, priuatas lites disceptantes in quatuor consilia diuisi, quibus prætor præsidebat *Budæ.ad l. vl. de Senat.*[u] & decuriæ iudicum, *de quibus* u *sæpe Cic.& alij*[x] 2. non ex numero, sed certo ordine ci- x uitatis constans, vt ex Senatorio, equestri, mixti ex vtroque.[y] Hinc tot ll. Iudiciariæ, Sempronia, Seruilia, y Liuia, &c. de quibus eruditè alij, ET SVSPECTI quos metus est imperitiâ, vel corrupti animi vitio prauè iudicaturos *l.*16.*C. h. t. c.secundò requiris* 41. *in fine extra de appell. Cic. in Cluentianâ*[z].

NOTATA.

a *Coler. de Proceſſ.exſ.p.* 1.*cap.*4. *num.* 52. Impedimentum, a inquit, iudicandi triplex. Naturæ in surdo, muto, furioso, Legis in ordine moto, & Morum consistens in sexu, & statu. † *P. Gregor.* 47. *Synt.* 9. incapacem esse, vel ex propriâ personâ, vel ratione assumptæ dignitatis aut officij, vel ratione litigantium qui de his tractat *d. cap.* 9. *&* 2. *seqq.*[b] b vbi etsi aduersa pars nihil opponat, non valet iudicium quia non est in arbitrio opponentis, huic vitio mederi *Wes. ad t.C. Qui pro sua iurisdict. num.* 5. *Vant.d. nullit.ex def. iurisdict. deleg. num.* 41. Et nec dispensationi hic locus, cum illa iudicium conciliare impuberi ex.gr. nequeat ob cuius defectum arcentur, argum. *l.vlt. C. de test.mil. Knich. de Sax.* c *non prouoc.iure v. Electorum cap.*5.*num.*78. *Vant.d.lo.num.*40.c Hinc audientia causſæ dicitur *l.* 10. *C. de iudic.* & sæpè litigantes interrogare expedit *l.*9. *eod. cap. iudicantem cap.* 30. *quæst.* 5. De his & de furioso pluribus *P. Gregor.* 47. *Synt.* 9. *num.*3.*& seqq. Zang de exc. p.*2.*cap.* 1.*num.*20. *& seq.* Item prodigus, qui furioso comparatur *Wes. ad tit. C. Qui pro* d *suâ num.*5. d Tutum tamen hoc non esse monet *P. Gregor. d. cap.*9. *num* 14. quia negocia offerri possunt, quæ moueant bilem iudici, & in furorem facilè concitent. e Ignorantia e enim iudicis plerumque est calamitas innocentis vt *Augustin.* 19. *de ciu. Dei.* 6. Et intolerabilis ignorantia in iis qui præsunt *cap.si in laicis* 38.*dist.* Vnde *Bald.in l.*2. *C.de sent. ex peric.* iudicem duplici sale instructum esse debere: Scientiæ ne sit insipidus, & conscientiæ, ne sit diabolicus *Menoch.arb.cap.*339.*num.*1. vid. *Coras.*5.*misc.*19. *Gomez.ad l. Tauri* 2.*n.*1.2.3. *Rob.* 3. *Sent.* 3. *Zas.ad d.l. pen.C.de iudic. Ant. Massa Galef.lib.*3.*de exerc.iurisperit.n.* 78. & seqq. (vbi *n.*82. de iudicibus imperitis meritò dici, quod apud Solonẽ Anacharsis se maximè admirari, quod apud Græcos homines sapientes dicerent, stulti iudicarent) *P. Gregor.* 4. *de Rep.*6. *num.*11 *&* 7. *Synt.*10 *n.*9 *& seqq. Ioach.Steph.* 1 *de iurisdict.* 5.*num.*2.*&* 3. *Suarzental. ad l. nemo.* 13. *C. de sent.& interl. num.*6.*& seqq. Beust.in l. admonendi.*31. *de iureiur.num.*457. Vulgò hoc restringunt, nisi accessores habeant per quos defectus scientiæ suppleri possit *Matth. Steph.* 1.*de iurisdict.* 17. *num.* 21. Vnde in magistratibus non requisitam fuisse peritiam, cum plerumque fuerint militares, nec ex imperitiâ assessorum ipsos pœnam incurrisse volunt *Coras.d. cap.* 19. *Bron.* 1.*ass.* 64. *Cic. pro Plancio. p.* 634. Pop. Rom. delegit magistratus, quasi Reip. villicos, in quibus si qua præterea est ars facilè patitur, sin minùs virtute eorum & innocentia

tia contenta est. Quotus enim quisque disertus; quotus quisque iurisperitus est, &c. Sed *Rob.*3. *sent.*3. distinguit inter magistratus eos, quibus non tantùm controuersias dirimere, sed & alia. Reip. munia exsequi incubuit. His ait vitio non vertebatur; si malè ius dixissent, sed eorum assessoribus *l.* 2. *Quod quis iur.* Et eos quibus vna cura dirimendarum litium forensium, qui legum periti esse debent *d. Nou.*82.*pr.* f Quique etsi cum assessoribus lapsi, litem suam faciunt. f Et ita probè declarant *Rob. d. cap.*3.*P. Greg.d.c.* 10.*num.* 11. *Cote. lib.* 2. *de iure mil. cap.* 6. Quisque enim suæ artis disceptator optimus. Hinc artifices de caussis sui artificij, & mercatores de caussis suæ negotiationis cognoscunt *leg. vlt. Cod. de iurisdict.* Vnde illud: Peritis in arte credendum esse g *l.* 12. *de stat.hom.* g Consentit *Rosbach. Proceſſ. tit.*4.*num.*13. *P. Greg.* 47. *Synt.*9. *num.* 16. *& seqq.* Exemplo enim perniciosum, ait, vt qui se regere non possunt, alios regant. Et *Plato* 3. *de Rep.* non iuuenem esse oportere, sed senem bonum iudicem. Cuius rei tres causſas profert *Muret.vol.*1.*orat.*18. 1. quia adolescentum mores incerti qui mutantur in horas, 2. Vehementes illis animi commotiones. 3. Longus rerum vsus in eos non cadit. Contra *Gouea. ad l.*2. *de iurisdict.n.*8. 1. argum. à contrario ex *d.l.*12.§.2. *hoc tit. vers. naturâ.* 2. quia eo ipso dum L. Iulia cauit ne, iudicare cogatur *d. leg.* 1. posse significat. Et consentiunt *Vvef. ad tit. Cod. Qui pro suâ iurisdict. num.*6. *P. Fab. ad leg.*2. *de* R. I. qui maiorem 18. annis esse posse iudicem statuit, infra eam ætatem verò planè non, sed minorem 20. annis non cogi. Maiorem 20. annis etiam cogi per *d.l* 41. *& Matth. Steph.*1.*de iurisd.*17.*n.*26. *Bron.*1. *ass.*65. *Zang. de exc.p.*2 *c.*1.*n.*16. *& seq. Arumæ. disp.* *Pand.*7.*th.*7. Ad *d.l.*8. *de muner* R. *Gouea. & P. Fab.* Aliam esse rationem administrandæ Reip. aliam cognitionis de priuatâ caussâ, vbi nec pleno arbitrio cognoscunt, sed ex formulæ præscripto, & peccatum appellatione corrigi poterit. Atq; his accedo. Quidni enim cùm maior 17. annis postulare, & si vsque adeo peritus, de iure respondere possit *l.* 1.§.3. *de postul* iudicandi eam facultatem, in causſis maximè leuioribus, quæque à magistratibus delegari possunt, tribuamus. Quin & maiorem 20. annis ipso iure arbitrium eligi posse quidam arguunt *ex ipsâ l.* 41. *de rec.arb.* quia ibi dicitur *succurendũ ei* nempe restitutione in integrum *si temerè auditorium receperit*, Ergo ipso iure gesta valent, per *leg.*16.*pr. de min.* Et aliàs R. posset disparem arbitri rationem esse, qui liberiùs iudicat nec prouocatione eius pro- h nunciarum rescindi potest, &c. h Atqui semper olim ex consensu partium accipiebantur, vt infra *lit. X.* Quare vel i hinc modo dicta not. lit. præced. confirmantur. i Sed veriùs puto si 18. annis minor nullo modo admitti, vt *P. Fab. ad leg.*2.*de* R. I. Et ex *d.leg.* 57. Scientiam litigatorum de ætate iudices requiri, etsi 18. annis maior sit, quia alias certè error facti consensum excludit, si pro maiore habuerunt, qui minor fuit. Quare quod, in *versic. & aquiss. d. leg.* 57. generalius dictum id in seqq. declaratur, vt in sententiâ magistratus omnimodo obtineat, quia vt is à superiore constituatur consensus subditorum, quibus præficitur, necessarius non est. In sententia verò iudicis dati ita; modo illi quibus ex consensu, vt solebat, addicebatur, ætatis eius gnari fuerint. k Modo is ætatem sciuerit. Quia promouendo inhabilem, ex certâ scientiâ princeps ad officium vel k dignitatem dispensare dicitur (vt vulgò, seu gratiam ætatis facere & II annariis soluere) ac defectum supplere *Menno.* 1.*prs.* 20. *Knich. de Sax. non. prou. iure V. Electorum cap.* 5.*num* 56. *Vvef. ad titul. Cod, Qui pro suâ iurisdict. num.* 6. l Aliter *Zas.*2 *intell. singul.* 22. l Quanquam alias legibus annariis certæ ætates apud Romanos definitæ fuerint cuiuis magistratui *Plin. ad Traianum*: Cautum est, Domine, ne quis capiat magistratum, néue sit in Senatu minor annorum triginta *Hippol. à Coll. in consiliario* vid. *Nicol. Gruch. lib.* 1. *de comit. Rom. cap.* 3. *P. Gregor.* 4. *de Rep.*5. *num.*34. *Pollet* 5. *hist fori* 8. *lbique Broida in Coroll. num.* 1. P. *Fab. ad leg.* 2. *de* R. I. *Lips. de vet. magistr. Rom. cap.* 4. *& seqq.* singularim perseguens, qui anni cuique magistratui legitimi addantur de ætate senatoriâ *Zamosc. lib.* 1. *de senatu p.* 27. *& seqq* de Consulari *Forner.* 1. *Select.* 12. Nec verùm omninò quod *Machiau. lib.* 1. *de Rep. cap.* 60. vult electos fuisse Romæ ad consulatum, & reliquos magistratus nullâ ætatis aut generis ratione habita, sed vnius virtutis respectu, etsi primis fortè temporibus id largiendum *Lips. d. cap.* 4. † Sanè hodie, quando iurisdictio sæpe patrimonialis, quæ cum territorio obuenit, ad pupillum etiam pertinere potest, vt tamen ipse non ius dicat, sed per tutores & consiliarios, P. *Greg.* 47. *Synt.*9.*n.*26. *Vvef. ad tit. Cod. Qui pro* m *suâ iur.n.*7. m vid. *Alb. Gen. Lect. Virg. c.* 9. vbi Principum filios pueros vocatos probat *Hort.*2, *Odar.*12.*&* 18.*&* 4.*od.* 4. *Ouid.* 2. *de Ponto.* 8. Et nobiliss. puero in subscriptione *l. vlt. C. de priu.eor. qui in sacro pal. mil. lib.* 12. *tit.* 29. legit *Cuiac. ibid.* n *& Bart. ad d. l.* 6. *h. t. Sebast. Medic. de cas. fort. p.*2. *q.*6. *n.* 51. *Rob.* 3. *sent.* 23. quia eadem, ait, ratio visum n in iudice exigit. Multa enim cœcus probè excutere nequit, multum momenti habet inspectio vultus *& Buf. ad l.*12. *h.t. n.*6. Sed nostro consentit *Duar.*1.*disp.*28. *& de iudic. cap. de iis qui iud. dari, poss. f.* 156. quia etsi non possit album à nigro separare, æquum tamen ab iniquo secernere potest *& Zang. de exc. p.* 2. *c.* 1. *n.*22. *A. Fab. ad d.l.* 1.§. 5. *de post.* Dissè diametro *P. Greg.*47. *Synt.* 10. *n.* 20. sentiens cœcum nunquam per se actu iudicare posse, cum multa oculis sint subiicienda fidelibus vt si de finibus regendis agatur, de cõparatione literarum, aliisve quæ auribus non percipiuntur. Sed ad *d.l.*6. nihil respondet. † His verò & similibus casibus cœcum officio iudicis fungi non posse, alias non arceri *M Step.* 1. *de iurisd.*17. *n.* 24. † Cœcum commissarium fieri non posse statuit, *Rulant. de commiss. lib.* 1. *c.*20. *n.*4. o ne aspicerent ipsos dicentes, sed quæ dicerẽtur obseruarent, vt ex *Luciano* o *in Hermotinio loach. Steph.*2. *de iurisd.*8.*n.*9. *Matth. Steph.*1. *de iurisd.*11. *in fin. add. Muret. vol.*1. *Orat.* 18. *pag mihi* 118. De religiosiss. Areopagitarum iudicio pluribus *Steph. d.* p *c.*8. *Vuilb. Possard. de magistr. Athen. cap.*4. Etsi *Pol. lib.*2. *hist. fori c.*153. *p.* 189. tritem & rigidum Areopagum plusquam Stoicum magis fungos aut saxa in subsellis suis habere videri, quàm homines scribat. P ita & *Hennequin. in not. ad Accurs. l.*1. *de postul.* Tametsi *Rob.*3. *Sent.*23. splendorem P ibi non significare corporis habitum, sed referri ad facultates & fortunas, vt se sudòque exhibere possit, sicuti Horat. epistol. Iam dudum splendet focus & tibi munda supellex, *A. Fab. ad d.l.*1.§. 5. *totum v. nunquid ergo d.* §. 5. Tribonianoadscribit, solenti sed insolenti audacia q *P. Fab.* q *ad l.* 2. *de Ref.* interpretatur iure gentium. Sed de iure non scripto accipit *Gouea. 1. var. lect.*6.*n.* 1. *& l.*2. *de Senatu vbi Baro.* Nisi restitutus sit vel tempus condemnationis elapsum *leg.*3. §. 1. *de decur.* Et nisi sine ignominiâ motus, veluti r minuendus numerus senatorum P. *Greg.*47. *Synt.*10 *num.*3. Quid si infamis ex aliâ caussâ? Idem statuit *Freher.*3. *de infam.* 28. *n.* 6. *&* 7. quia, ait, iudicina honor est *l. vlt. Cod. Quan. prou. non nec. c. vt debitus de appel.* Ergo per *leg.* 2. *C. de dign. c. infamib. de* R. *I. in* 6. Quin si iudicandi munere obtento deiiciuntur *l.* 12. *C. de dignit. c. insinuante* 25. *de off. deleg.* magis adipisci verantur. Obiiciendam autem hîc volunt, exceptionem infamiæ, alias sententiam subsistere *Zang. de except. p.*2. *c.*1. *num.*23. *Freher. d. c.*28. *n.* 10. Quod si Princeps eum ex certâ sententiâ dederit non arceri *Zang. d. lo. Freher. d. c.* 28. *n.* 9. † Sed an ipse se excusare poterit Quidam negant ne turpitudo propria prosit, alij aff. *arg. l.* 2. *Cod. si seru. lib. aut de decur.* Alij inter iudicẽ ordinarium, cuius iurisdictio dignitatem habet & delegatum, cuius munus onus est, distinguunt. Et rectè, licet non probet *Zang. d. q.* 1. *n.* 25. † Arcentur idem Iudæus *l. vlt. in fi. pr. C. de Iud. c. cum sit* 16. *c. eod. Monach. Proceſſ. p.* 1. *c.*21. *in fi. Vvef. ad tit. Cod. Qui pro suâ n.*9. Hæreticus arg. *leg. pen. Cod. de hæret. Vvef. d. lo.* Excommunicatus, cuius sententia ipso iure nulla *c. ad probandum* 10. *de re iud.* etsi aliàs esset ordinarius *Padilla in l.*1. *C. de Iur. & fact. ig. n.*52. adeò vt idem statuant, quandocunque hoc constiterit, etsi toto rempore iudicij pro tali non habitus *Freher.*3. *de infam.*10. Quod durum videtur & fortè reprobandum argum. *l.* 3. *de off. pret.* † Accensetur his *P Gregor.*47. *Synt.* 10. *num.* 4. viles negociatores, alióq; qui conditionis suæ humilitate, ac dignitatibus arcentur. Sed vix puto iudicis dati munus dignitati adscribendum esse, Planè iustè. idem *d. c.* 10. *n.*8. infectatur eos qui sordido lucro assueti mercantur officia, ex quibus iterum negocientur. s *Cic.pro Cluentio pag.mihi* 377. *& seq.* Quin C. s Gera Senatu motus, Censor deinde ipse effectus. De sanctissimâ verò hac potestate, magistrâ pudoris, & modestiæ, vt vocat *Cicer. in Pisonem* scueriss imóque mortum magisterio, quod illi ipsi qui eo fungebantur extimescebant, de quo cum exularet iam è Republ. nihil aut parum Tribon. nobis reliquit, vt inquit, *Cuiac.* 24. *obs.*7. consulat cui lubet *Trebell. Pollion. in Valeriano* vbi verbis Decij Impp. amplissimæ potestas describitur *Ascon. in diuinat. Cicer. Lips. de magistr. Vet. Rom. cap.*18. *& tr. sing. de censura & censu Zamosc. lib.*1. *de Senatu p.*12. *& seqq. & pag.*91. *& seqq. Scip. Amirat. Disset. polit. lib.* 11. *discursu* 2. *Bodin.*3. *de Rep.* 3. *& 6. de Rep.* 1. P. *Greg.* 4 *de Rep.* 12. *&.*47. *Synt.*16. *Rau., ar.*13. *Cuiac. ad l.*11. *de V.S.* auctor *Catalex. de O.I.* falsò adscriptæ *Emerico Rosbach. lib.* 2. *excus.* 4. i Quia indecorum, mulieres causſas virorum cognoscere, & contra ordinem naturalem, quos viris subsunt. inuerecundum eas se consortiis virilibus immiscere. Periculosum item ob infirmitatem iu-

dicij ac inconstantiam; eum affectibus nimis indulgeant. Iudicem verò expertem & constantem esse decet, à quo & auaritia, quâ male audiunt fœminæ, abesse debet. Hæc fusè *P. Greg. 47. Synt. 11. add.* P. *Fab. ad leg. 2. de R. I. & 3. Semestr. 14. Suarzenthal. ad leg. nemo* 13. *Cod. de sent. & interl. num. 35. & seqq.* Explosa enim à Romanis Platonis sententia 7. *de Rep. circ. fi.* fœminas pariter cum viris ad gubernacula reip. admittentis, contrariis tamen moribus alicubi iudicant *cap. dilecti extra de arb.* sicuti & abbatissa monialibus suis, & clericis subiectis ius dicit, ac contumaces coërcet *cap. dilecta* 10. *de maior. & obed.* cum consuetudo consuetudinem tollat, vti lex legem *Decia. 4. tr. crim. 27. num.* 2. Ac licet vbi iurisdictio planè hereditaria per consiliarios & curias iudicare eas velit *Vuest. ad tit. Cod. Qui pro sua num.* 11. alij tamen posse fœminam iurisdict. ordinariam per se ipsam exercere. *Zang. de exc. p. 2. c. 1. nu.* 26. Et fuerunt gentes apud quas de summâ reip. consulræ ac iudiciis præfuerunt *Muret. ad leg.* 1. *dell.* Nec desunt exempla fœminarum quæ regia sceptra tenuerunt, vti nostra ætate, Elizabetha Angliam diuturno & felici imperio texit. Cuiusmodi plura omnis ferè æui petere licet ex *Tiraq. de iure primigen. quæst.* 10. *P. Greg. 7. de Rep.* 11. *Vinc. Cabot.* 2. *disput.* 15. *Dann. 6. Polit. 3. p.* 396. *& seq.* qui nec diuinis, nec naturæ legibus id aduersari contendunt, obnitente tamen, nec temere *Bodino 6. de Rep. 5. num.* 738. *add. auctor. Vindiciar. secund. libert. Gall.* Planè nihil quoque interesse censet *Aristot. 2. Polit. 9.* fœminæ ipsæ ad gubernacula sedeant, an viri qui sedent, ex earum nutu pendeant, affectusque sibi dari & leges imponi sinant. *Rau. Protrib. cap.* 20. Quatuor consiliis à decemuiris hos conscribi solitos fuisse, & medium inter quatuor horum iudicum consilia sedisse Prætorem. *Pollet. lib. 1. hist. fori cap.* 7. in quatuor consilia & confessus distributos fuisse, quibus totidè hastæ erectæ & *lib. 3. cap. 14. p.* 392. Apud hos sub tecto concertabatur in Basilicâ, cum alia priuata iudicia agitarentur in foro subdiali areâ *Pollet. 1. hist. fori* 2. Et quamuis olim 105. essent, ex singulis 35. tribubus terni lecti, expeditoris tamen appellationis gratiâ sic vocati *Fest. lib.* 2. Ac etsi numerus deinde auctus. Nam, 180. fuisse post Augusti tempora arguitur ex *Plin. lib. 6. epist.* nomen tamen idem mansit *Pollet. d. cap.* 14. *ibique Broida. in Coroll. Sibrand. Siccama de centumu. iudic. l. 1. cap.* 8. *Knich. de sublimi territ. iure c. 4. n.* 134. Ineptit autem *Accurs. qui in l. p. C. de pet. her.* Centumuiros exponit Senatores, notatus à *Zas. in l. 2. §. deinde* 29. *de O. I. n.* 5. *Coras. ad rub. D. de Senator. n.* 12. *& seqq.* Ad hos verò quondã ventum fuisse probabile videtur, quoties iudicio priuato non de facto, sed de iure, & æquitate, certabatur. Neque enim certas tantùm causas disceptasse eos reor, nedum hereditarias solas vt vult *Vitell. annot. in Merulam cap.* 21. sed generaliter vbi ius dubium, cum iudices alij vel recuperatores dari non potuerunt vid. *not. S. c.* 21. *lit. E.* Nam *Cic. 1. de Orat. p. m.* 178. insigniores quasdam causas recenset, eanquam in quibus sæpius ius ambiguum. Subiicitque ista *ceterarumque rerum innumerabilium.* Verba eius hæc: Iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus, sæpe non de facto, sed de æquitate & iure certetur iactarese in causis centumuiralibus in quibus vsucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorũ, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, cæterarúmque rerum innumerabilium iura versentur, &c, sicuti & *Pollet. 3. h. fori* 13. ex hoc loco Cic. iuris priuati vniuersam cognitionem penes Centumuiros fuisse probat. Quãuis etenim Centumuiralia iudicia publica statuere videatur *Baro l. varr. qq. de iurisdict. f.* 19. (notatus eo nomine à *Gouea. l. 1. de iurisd. n.* 25.) Et *Rau. Protrib. c.* 20. *p.* 937. *si* formam eorum attendas, magis ad publicorũ quàm priuatorum iudiciorum formã inclinasse intelligi scribat. Quamuis item *Sicca. l. 1. de centum v. iudic. c.* 7. nec publici nec priuati iudicij formam habuisse doceat: Eadémque à priuatis æquè ac publicis seeernat *Cuiac.* 10. *obs.* 20. Verius tamẽ puto hæc iudicia verè priuata fuisse cum *Don. hic Gouea. d. n.* 25. *Pollet. d. c.* 13. *Sigon. lib. 2. de antiq. iure ciu. cap.* 18. Nam locos quosRæu. adducit ex *Quintil. lib. 5. cap.* 10. *& Plin. lib. 6. epist.* quibus à priuatis iudiciis separantur commodè exponit *Broida. in Coroll. ad Poll. d. c.* 13. *n.* 6. Vt priuatum iudicium ibi non opponatur publico & capitali sed domestico aut familiare arbitri vel amicabilis compositoris significet. De his iudiciis pluribus, *Cuiac.* 10. *obs.* 20. *Zas. & Muret. ad l.* 2. *§. deinde* 29. *de O. I. Cornel. Vitell. annot. in Georg. Merulam* 21. *in parte* 1. *Thesauri Critici Iani Gruteri P. Greg. 4. de Rep. 5. numer.* 10. *&* 47. *Synt.* 24. *Pollet. 1. hist. fori 7. lib. 2. cap. 6. & l. 3. cap.* 13. *& seqq. Rau. Protrib. cap.* 16. *& seqq. Ioach. Steph. 3. de iurisdict. 4. &* ex professo *Sibrand. Tetard. Siccama*

libb. de centumuir. iudic. x Olim quæ decuriæ cum tot essent indicantium ordines, ac iudicia patriciis & equitibus adiudicata. *Cic. Verrina 1. p.* 139. Hic alteram decuriam senatoriam iudex obtinebit. Tertiam adiecit Anton. Cons. post cædem Cæsaris, in quem acerbè inuehit *Cic. Philip. 5. p.* 872. *& Philip.* 10 Idem *Philip. in pr. p.* 826. Quid de eâ lego, qua promulgata est de tertiâ decuriâ iudicum, &c, Postea Augustus quartam addixit ex inferiori censu, quæ ducenariorum, (id est qui 200. sestertia in censu haberent siue 5000. coronatos dimidium census equestris *Budæ. lib. 3. de asse Cuiac* 21. *obs. 31. in fin.*) vocaretur, iudicarétque de leuioribus summis *Suet. in Aug. c.* 32. Quintam deinde additit Caligula *Suet. in Calig. c.* 16. Sextã demũ adiici à Galba precati iudices, sed nequicquam, idem in *Galba. c.* 14. *Pollet. 3. hist. fori. 9. Corn. Vitell. annot. in Merulam c.* 21. Decuria verò dicta classis iudicum, non quæ decem solùm caperet, sed decies centenos *Plin. lib.* 33. iudicum quoque ait non nisi quatuor decuriæ fuere primò, vixque millia singulas in decuriis inuenta sunt, nondum prouinciis ad hoc munus admissis. Vnde arguitur ætate Plinij plus quàm millenos singulas continuisse. Ac album decuriarum (matriculam hodie vsurpamus) in quo descripta erant per classes nomina iudicantium *Pol. 3. hist. fori* 8, asseruabatur in ærario quod in æde Saturni erat idem *d. lib. 3. cap.* 11. *Cic Phil. 5. p.* 872. Hos iudices legisset, horum nomina adærarium detulisset, Cæterùm non omnes decuriæ in continuò iudicandi officio erant. Nam & Augustus cõcessit vt singulis per vices annua vocatio esset *Suet. in Aug. c.* 32. Ex omnibus verò decuriis, demtâ eâ cui vacatio iudicandi tunc erat, cum lis iudicanda obueniret factique potissimùm controuersia dirimenda certus numerus adsumebatur, eorum nomina tabellis inscripta in vrnam coniiciebantur, Indéq; Prætor iudices sortiebatur. Hique ita sortiti, si reiecti nõ essent, vbi alia subsortitio fiebat, iudicabant vid. *Tiraq. de iure primig. q.* 17. *Opin. 1. n.* 54. *& seq.* P. *Greg.* 47. *Synt.* 23. *n.* 6. *& seq.* P. *Nann. 9. misc. 7. Phil. Broidæ. in supplem. ad hist fori lib. 5. c. 7. Sigon. l. 2. de antiq iure ciu. c.* 18. *p.* 234. *& seq.* Quanquam verò sortitionis huius præcipuus, & fortassis solus vsus in iudiciis publicis, vti ex dictis auctorib. liquet. In priuatis tamen quoque litibus iudices non ex promiscuâ plebe temerè, sed ex iisdem iudicum decuriis sumtos satis compertum est, frustra de hoc dubitante *Broideo d. lib. 5. c. 6. p.* 445. & in effectu negante *Poll. 3. hist. fori* 8 *& seq.* Quos locus *Senecæ 3. de benef. 7. in fi.* satis reuincit. Quin & *Sueton. in Aug. c.* 32. differrè quartam decuriam iudicasse de leuioribus summis. Et manipulares iudices vocat *Cic. Phil. 1. p.* 827. ex Antonij sententiâ in tertiam decuriam ab eodem lectos, in qua iudicent, qui liberè iudicare non audeant. Ac recuperatorũ decurias vocat idem *Verr. 3. p.* 170. Sed nec ex iisdem decuriis Prætor omnino dabat, quos volebat, sed vt verba sunt *Cic. pro Cluentio. p. m.* 376. Neminem voluerunt maiores nostri, non modo de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniariâ quidem de re minimâ iudicem esse, nisi qui inter aduersarios conueniisset. Hinc dicitur iudex ex consensu datus *l. 23. princ. de appell.* ex conuentione addictus *l.* 80. *de iudic.* Et facit *l.* 47. *hoc tit.* Nam si nominatus ab actore reo non displiceret, dicebatur iudex inter eos conuenire *Valer. lib. 2. cap. 3.* illúmq; Prætor addicebat *Rauard. Protrib. ca. 11. Broidæ. in supplem. histor. fori Pollet. lib. 5. cap. 5. p.* 413. *Muret. in tit. ad materiam iurisdict. pert. p.* 137. *& seq.* Et iudicis addicti mentio *d. l.* 80. *& l.* 39. *l.* 46. *hoc tit. l.* 59. *§. vlt. ad Treb. l. 4. in fin. de eo quod cer. lo.* pro quo malè *aditus* reponit *in d. l. 4. Curt. 2. Coni. ad fr.* 9. Ex decuriâ itaque & albo iudicium litigatores eligebant, vel sumebant *Cicer. pro Quintio*, Fecit te iudicem C. Aquili, sumsit. De reo non de prætore loquitur. Cùmque alteruter nominatim aliquem peteret iudicem dicebat, aduersariúmque sollenni formulâ rogabat: Si alium procas, niue eum procas *Fest. li. 14.* Hic si reiiceret eierebat vid. not. *c. seq. lit K.* Sin contentus eo esset condiebat. Inde Prætor addicebat in litis verba iure compositio, iudicióque constituto, y In ordinem Centum viorum primum temerè ex tribubus, vt oblati fortè per sortem essent cooptatos, Decurias verò ex certis ordinibus & collegiis patritiorum aut equirum, aut confusis his cum illis constituisse scribit *Pollet. 3. hist. fori* 14. *p.* 291. † Enim verò plures fuerunt leges iudiciariæ, nimiumque in hac re prouarietate temporum variatum fuit. Et primò quidem, iudicia nascentè Româ patritiis à Quirino tributa *Halic. li.* 1. in potestate Senatorum tota fuerunt, *Polyb. lib. 6.* Exque iis qui morum integritate & seueritate præstarent deligebantur, vsque ad tempora Caij Gracchi. Qui tum quod patribus infensus esset, tum vt equites sibi deuinceret latâ lege Sempronià effecit vt equestri ordini iudicia traderentur. Indeque vt ex *Varrone Non.* refert, bicipitem ciuitatem fecit discor-

cordiarum ciuilium fonte. Gloriatusque est se penitus neruos Senatorij ordinis incidisse, vt *App. ref. Sigon. l. 2. de antiq. iure ciu. c. 17. p.* 237. Nã quod *Plut. in Græcch.* legẽd Graccho latã prodidit vt 300. equites simul cũ 300. senatorib. iudicarẽt ex *Velleio Patere. Cic. Floro Ascon. & Tacito* erroris arguitur, *à Manut. lib. 6. de Legibus.* Etsi vero postea Lex Seruilia auctore O. Seruil. Cæpione Cons. de communicandâ inter patritios & equites iudiciis lata, ea tamen vel non accepta, vel certè longæua non fuit. Nam caussâ Norbani paulò post latam legem, apud equites solos actam docet Crassus apud *Cic. 2. de Orat.* Et animos, ait, equitum Rom. apud quos tunc caussa agebatur ad Q. Cæpionis odium, à quo erant ipsi propter iudicia abalienati, reuocabam. Et idem *Cic. act. 1. in Verrem pag.* 81. equestrem ordinem iudicasse annos propè 50. continuos, à tempore scilicet Gracchi vsque ad Syllanam legem. Tulit sanè & M. Liuius Drusius trib. pl. legem, vt æqua parte iudicia penes Senatum & equestrem ordinem essent, vt *Flor. in epit. Liu. lib.* Sed & hæc parum durauit, Liuius legibus omnibus, tanquam contra auspicia latis, eodem anno vno Senatusconsulto sublatis *Cic. 2. de ll. p. m.* 443. Postea M. Plautius Siluanus legem Plotiam tulit, vt singulæ tribus è corpore suo 15. qui per annum iudicarent, legerent. teste *Ascon. in Orat. pro Cornel. pag. mihi* 61. Ex quo factum vt & Senatores in eo numero essent, & quidam etiam ex ipsâ plebe. Septennio post L. Sylla dictator lege Syllanâ Senatores in possess. iudiciorum integram restituit. Verum exacto decennio *Ascon. 2. in Verr. pag. mihi* 22. L. Aurelius Cotta Prætor legem tulit vt Senatores Equites & Tribuni ærarij (hi autem ex plebe erant) iudicarent *Ascon. in diuinat. Cic. pag. mihi* 3. 3. *& in Corneliana p.* 55. *& in Pisoniana sub. fin.* Sicque Marco Scauro reo postulato sententias tulerunt Senatores 22. equites 23. tribuni ærarij 25. *Ascon. in Orat. pro Scauro sub fin.* Inde Lex Pompeia, in 11. Consulatu Cn. Pompeij promulgata, vt amplissimo ex censu ex Centuriis (quæ inferiorum dicebantur, vti decuriæ honestorum *Ascon. in 3. Verr. sub fin.*) aliter quàm ante lecti iudices, æquè tamen ex tribus ordinibus iudicarent *Ascon. in Pisonian. Cic sub fin.* Indéque effectum tradit *Dion. lib.* 40. *p.* 144. vt iudicia accuratiùs quam antea haberentur. Censum eum fuisse putat *Cuiac.* 10. *obs.* 21. Senatorium, qui duplo maior censu equestri *Sueton. in Aug. cap.* 41. aut plusquam Senatorium, vnde fortè Nongentorum appellatio apud *Plinium lib.* 3. Diuisus hic ordo, inquit, erat superba appellatione nominum, cum alius se nongentum alius selectum, alius tribunum appellarer. De hoc *Plin. in prœm. lib.* 14. Postexis laxitas mundi & rerum ampli udo damno fuit, postquam Senator censulegi cæptus, index fieri censu. Seneca 3. de benef. 7. Non potest ad hæc sumi iudex ex turba selectorum quem census in album, & equestris hereditas misit. Denique Cæsar dictator iudicia ad duo genera iudicium redegit? Equestris ordinis & Senatorij, Tribunos ærarij quod erat tertium sustulit *Sueton. in Iulio c.* 41. Inde tunc duæ decuriæ iudicum, quibus deinde tertia, quarta, quinta adiectæ vt S. lit. præced. Planè *Cuia. 10. obs.* 31. leges quæ omnem iudiciorum potestatem ad equestrem ordinem transtulerunt ad extremum obtinuisse scribit. Sed ei fine auctore temerè fidem habendam non puto; Quin diuersum mihi arguit locus *Vlp. fragm. tit.* 1. § 13. & alia. † Ex certo itaque ciuium genere, & vel vno, vel duobus, vel tribus erant ordinibus, Prætor in annum cum quo præerat decurias conscribebát, delectu & notatione habita Cic. Philip. 5. & optimum quemque in selectos iudices referebat, vt *Cic. pro Cluentio.* Qui & inde selecti vocati, *Senec. 3. de benef. 7. Ouid. 1. Amor. & 2. Trist Horat. 1. Sat. 4. Rau. Protrib. cap.* 11. Non verò ab electione & conuentione partium, vt *Muret. de iurisdict. p.* 138. *Hot. in l. 16. Cod. de iudic.* quia imò sic nuncupati, antequam litigantibus addicerentur. De his fusiùs, *Manut. libb. de ll. Sigon. lib. 2. de antiq. iure ciu. c.* 18. *Poll. 3. hist. fori 8. & seqq. 2. cap. quod suspecti vlt. cap. 3. quæst. 5.* Res certè periculosa sub inimico & suspecto litigare, vt & exemplo Socratis apparet, iniustè à inimicis capitalibus condemnati *Maynard. 1. decis. 87. n. 3. Couar. pract. qq. cap. 26. pr. Knich. de Sax. non prouoc. iure v. Lit. prouoc. nesc. cap. 2. num. 3. & seqq.* Vnde hæc materia fauorabilis statuitur *decis nouiss Rotæ 93. p. 1.* † An recusatio statim atque obiecta est, effectum suspensiuum habeat, & num si post eam iudex processit, acta ab eo nulla sint, an verò appellatio hic necessaria vid. *Myns. 4. obs. 59. Barth. Bertazol. lib. 1. decis. ciuil. cons. 67. nu. 20. & seqq. Knich. d. cap. 2. nu. 36. &* seqq. *Paurmeist. 1. de iurisdict. vltim. num. 47.*

CAPVT XXV.

Causæ suspicionis.

CAVSSÆ SVSPICIONIS HÆRI. SIDERE CIVDICIS; id est, vnde illi commodum vel damnum speratur *l. 1. §. 11. Quan. appell.* BAGATVR *l. 17. b h. t. l. vn. C. Ne quis in suâ caussâ iud.* c 2. SI INIMICVS c *l. 9. de lib. ca. c. secundò requiris 41. in fi. iuxta de appell.* d 3. d SI AB ADVERSARIO PETITVS, quia id iniqui exempli, nisi princeps dederit *l. 47. h. t. e 4.* SI AMICVS e ADVERSARIO *arg. l. 3. pr. de testib.* f Quin generaliùs quæcunque causa reiiciendi testem, ea hic iustior ob certius periculũ g. Pater igitur in caussâ filij g suspectus ac contra. Nam si magistratus ius dicere liberis vetatur *l. 10. de iurisd.* quidni & priuatus iudicare. Obi. *L. 77. h. t.* Potest aliquando scilicet nõ omnimodò & distinctè, nimirũ cõsentiente aduersario, per *legem 6. de rec. arb. Duar. 1. disp. 51.* h Ex iure enim quod h ibi deest interpretandum & sumendum. Dices: Ac sic nulla dubitandi ratio? imò (alias nulla quoque esset *dicta lege 6.*) nempè in patriâ potestate; & quæ inde, vnionis fictione. Natura verò exigit vt alius sit, qui litigat, alius qui iudicat. Maximè verò ea obstare videtur, ne filius sit iudex patri, quia patris est, iubere filij parere, sed ei occurritur *in lege sequenti 78. cui iunge l. 9. de his qui sui l. 13. §. vlt. & l. seq. ad Trebell.* CAVSSAM autem quæ affertur SCRIPTO COMPLECTI, libello recusationis porrecto *l. 16. C. h. t. 1* & PROBARI OPORTET *d. cap. 41. §. vlt. cap. cum speciali 61. de app. c. suspicionis 39. extra de off. deleg.* Quæ & consentanea & consequentia iuri ciuili veteri, k quorsum k enim certæ caussæ propositæ. Et qui suspectum dicit caussâ non allatâ nihil dicere videtur. *arg. l. 12. l. 13. pr. de pet. her.* Sed potestatem pro arbitrio recusandi dandam, *in l. apertissimi 16. Cod. h. t.* volunt *Dd. vulgò* l & *recte*. Quod probatur non quidem ex illis verbis: *licere recusare* quæ possunt intelligi secundum ius vetus, Sed quia necessitas imponitur recusantibus arbitros eligere, apud quos negocium principale agatur. Nam si cognoscitur de caussis recusationis, aut id fit apud iudicem reiectum, quod absurdum, m aut apud aliũ; m at hic nullus; aut apud arbitros: Atqui hi eligũtur vt de caussâ principali cognoscant, vel statim, vel ad summũ intra triduum. Interea autem caussâ suspecti ab alio cognosci non potest. Vsus tamẽ, *ve rectè Bart. in d. l. 16.* n hoc reprobauit. Nec iniuria. Est enim absurdum, & iniquum hoc poni in potestate litigatorũ. Et in electione arbitrorũ multa incommoda. Quid enim si reus qui actori actor qui reo suspectus sit eligat. Dabit magistratus aliũ *d. l. vl. vers. elect.* Atquid si & hic suspectus dicatur, res abibit in infinitũ. Dices cogẽtur cõsẽtire. At quis coget? Datur sane hoc executori *d. l. vlt.* id est, iudici recusato. At hic nec multa dicta, nec pignorib. captis cogere potest. Et satius erat magistratũ rectà adiri. Veteri igitur potiùs iuri, canonibus, & vsu cõfirmato insistendum. ET HÆ CAVSSÆ ETSI POST LITEM CONTESTATAM NATÆ, RECVSATIONI LOCVS *l.* 17. *D. h. t.* o Non obstat *d. l. 16. C. h. t. cir. med.* nam loquitur de eo, qui & ante potuit recusari. PAC POTEST QVOQVE RECVSARI magistratus, seu ORDINARIVS iudex. q 1. per *leg. 10. de iurisd.* quæ intelligitur inuito & recusante aduersario, non consentiente *l. 1. h. t.* r 2. Non minus hîc periculum. 3. per *c. cum speciali 61. de appell.* loquitur enim de eo qui iudicem dare potest *E. l. 5. C. h. t.* Non obstat. *auth. si verò, C. h. t. Nou. 86. c. 2.*

NOTATA.

a Quadraginta refert *Maranta Specul. aur. p. 6. v. & quandoque appell à num.27. vsque ad num.73.* Quinquaginta *Lancellot. ref Vult ad l.4. Cod. de iurisdict. num. 17. & Zang. de exc. p. 2. c. 4. num.* 10. De quibus & *Wes. ad leg. 16. C. h. t. num. 9. P. Rebuff. tr. de Recusat. art. 9. gl. vn. Maynard. lib. 1. decis. 78.* & seqq. *Menoch. præt. iudic p. 2 cap 3. prin. cipalis cap. 4.* qui quæ iusta sit arbitrij iudicis facit vti *Menoch. arb. cap. 152.* b Hinc *Bart. ad leg. 5. D. hoc tit. num. 1.* iudicis cognitionem non esse, an sit competens, si inde illi commodum ob decimas vel spurtulas. Alias verò ipse de eo cognoscit *Wurmser. lib. 1 tit. 1. obs. 5. num. 2. Anton. Corset. singul. 149. num 2. Georg. de Cabedo p. 1. decis. 41.* vbi *n. 4.* ex

c consuetudine posse, etsi ex eo commodum aliquod veniat: vid. not. S. c. 2. *lit. B.* Planè si principaliter sibi ius dicat, nec si aduersarius non opponat, aut recuset iudicem, procedere iudicium, secus verò si per indirectum, ac vt loquuntur per latus alterius, scribit *Wes. ad tit. c. Ne quis in sua cap. n. 21.* veluti si pro reo in ea causâ fideiussit *Ant. Hering. de fideiuss. c. 29. n. 9.* & seqq. Huic affinis causa est, si iudex similem litem foueat *c. causam quæ 18. de iudic.* quia non creditur aliter iudicaturus, quam vellet in causa suâ *Zang. d. c. 4. n. 10. Marant. d. lo. n 45. P. Greg. 49. Synt. 13. n. 4.* vt tamen in specie conueniat, nec sufficit similitudo in genere

d *Monach ad d. c. 18 n. 8. d. c. cum.* R 3. *de off deleg. Maynard. l. decis. 92.* etsi non capitalis *Wes. ad l. 6. C. h. t. n. 9.* ac etsi culpa recusantis *Rebuff. de recusat artic. 9. gl. vn num. 11. & seqq.* Quid si reconciliatus? Aliud statuit *Rulant. de commiss. p. 1. lib 1. cap. vlt n. 13.* & ne diffidentiæ materia oriatur & lis recrudescat, & quod sibi imputare debeat, qui re-

e cõciliauit cui fidere nõ audet dif. *Zas. in l 16. c. h. t. n. 12.* c Alias delegatum tum principis, quoque recusari posse volunt. Ac etsi cum clausula recusatione remotâ ex friuolis tantùm suspicionibus non licere ex grauioribus ita, *Gail. 1. obs. 33. num. 4. & seqq. Mynsi. 3 obs. 63. Zang. d. cap 4 num. 5. & 6. Monach. Præt. p. 2. cap. 2. num. 8. & in cap. 18. de iudic. c. 2. num. 27.* vel saltem aliis ei adiungendus *Wes. ad d. leg. 16. num. 17.* Quin sunt qui recusationem hanc, nec à principe tolli posse rentur, vid. *Rulant. de Commiss p. 1. lib. 2. cap. 15. num. 2. Hipp: de Marsil. sing. 292 Zas in l 16. c h t. n 23. Rebuff. de Recus. in Præfat num 11. & seqq.* Sed an appell. remota, prohibita quoque recusatio? Verior neg. quia hæc diuersa diuersósque habent effectus ac fines *Monach. d. cap.*

f *2. n. 10.* f *Sine iure cognationis cap. accedens 4. Vt lit. non contest.* quod quidam vsque ad 10. gradum admittunt, quousque successio porrigitur, *Trentacinq. 2. præt. resolut. t. de iudic. res 5. num. 21.* alij vsque ad quartum gradum inclusiuè, vt Tolosæ seruatur *Maynard. 1. decis. 98.* Sed in eo mores regionum sequendi P. *Greg 49. Synt. 3. num. 5.* Nisi æquo gradu vtrique coniunctus sit per *l. 67. §. 1. de ri. nupt.* P. *Greg. d. lo. Duar. ad leg. 10. de iurisd. Tritiac. d. res 5. num 18. Maran. d. lo. num 30. Wes. ad l. 16. c. h. t n. 13. etiam spiritualis* vid. *Maynard. 1. decis. 89. Zas. in l. 16. C. h. t. n. 17.* contra *Rebuff. de recus. art. 9. gl. vn num. 29. vel assistatis per c. absens 8. cap. 2. q. 9.* vid. 9. *Fr. Milanens decis. 15. lib 1. sine citra eam* vide de magna amiciriæ vi *Tiraq. leg. 8. Cod. de reuoc. don. v. liberis num 96. & seqq.* veluti *ex beneficio accepto Rebuff. de recu at art. 2. gl. ex communione officij*, si collega aduersarij *Maynard. 1. decis. 82. & 85. aut* familiari *conuersatione.* iuréve hospitij *idem 1. decis. 8. c. insinuante 25. de off. deleg.* maximè si domesticus *l. 10. de iurisdict.* in verbis quos secum habet, qui & *decis. 80.* familiaritatem eam quæ lusu foliorum, aleæve crebriori communione contracta admitti: contra tamen faciunt quæ habet *Knieb. de Sax. non prou. iure v. Lit. prouoc. nescium cap. 2. num. 31. & seqq. aut patria communi*, iuxta quosdam: sed hanc causam, si sola, reii. it P. *Greg. d c. 3. n. 11.* Forsan admitti tunc potest si vterque longè à patria absit, paucósque ibi sympatriotas iudex habeat, *aut officio in eadem lite præsito*, vt si aduocatus ante fuit *l. 6 pr. C. de postul. l. vlt. c. de ass. ff. Facit l. 17. D. de iurisd.* P. *Greg. d. c. 3. n. 14.* Si tamen in Senatorum ordinem allectus, quædam leuia circa ordinem processus mandet in causâ, quam orauit antea, nulla ea non esse vult *Georg. de Cabedo decis* 0. *p.* 1. Nam idem si Aduocatus, vel Procurator aduersarij, iudici sit familiaris *c. 1. de off. iud. P Greg. d c. 3 n. 7. Knieb. d. lo.* Idem verò, si filius patronus causæ in iisdem ædibus cum patre commorans *Maynard. lib. 1. decis. 61.* g Et leuiores etiam causæ faciliùs reiiciunt iudi-

g ces quàm testes, quia facilior aliorum iudicum copia, quàm testium *Ioan. de Arnono singul.* 18. P. *Greg 47. Synt. 3 num. 4. Maynard. lib. 1. decis. 88. num. 3.* h quia ait, ex consensu litigãtium iudices addici soliti vid. *c. præc. lit. X. & idem ad tit. D. de iurisdict. c. 6. n. 5. & de iud cap. de iis qui iud. dari poss f. 155. & ad tit. de rec. arb. f. 140. P. Gregor. 49. Synt. 3. n* 8. quia volenti nõ fit iniuria. *Hennequin. in not. Accurs. in rub. D. de iurisd.* Alij inter ius dicere *d. l* 20. & iudicare *d. l. 77. dist.* eò quod illius arbitrium liberum. Iudex verò formulæ adstrictus ex eius præscripto iudicet, *Costal. Baro & Ant. Fab. ad d. l* 10. *A. Guib. 1. q 9. n. 2. Bocer. de iurisd. c. 9. n. 8. Obrech de iurisd. c. 12. n. 10. & seq. Ioaca. Steph. 3. de iurisd 5. n. 9. Busius ad d. l. 10. n. 2. & 3. Vult. ad* §. 1. *I de act. n.* 48. (qui tamẽ strictiùs, quàm cæteri *d. l. 77.* de strictis solùm iudiciis accipit, cũ in bonæ fidei iudiciis arbiter dicatur, quódque is non æquè formulæ adstrictus sit) *Gouea. ad l. 1. de iurisd. n. 1.* Qui & *ad d. l. 10.* iudicare patrem posse probat ex *l. 5. pr de iniur.* quia cum lex Cor. de iniuriis in specie hoc prohibeat, in aliis causiis licebit arg. *l. 18. de testib.* Quod tamen declarat *n. 4.* nisi recuseturque tunc in iudicio priuato admittatur, non tamen in publico & criminali, vbi nec ius, nec humanitas ferat de capite, & fortunis filij vt iudex sedeat pater. Ius autem dicere indistinctè nõ posse. Rationem reddit *n. 12.* quia in potestate iustdicentis, omnes fortunæ nostræ sitæ, is iudices dat quos vult, sententias exsequitur, de appellationibus cognoscit, vt periculosius sit hoc committere, quam illud. Conuenit ferè dist. *Bart. in d. l. 10. n. 1. Bal. ibid. n. 1.* inter ordinarium & delegatum; alia tamen ratione, tum quia hic fungitur vice delegantis, nec aliquid proprium habet, tum quia ille recusari non potest iure ciuili. Hic cum possit sibi imputet, qui passus est apud eum causam agi & *Vvef. in tit. C. ne quis in sua cap iud. num. 30. Bron. 1. aff. 10.* i *Duar.* quoque *ad d. l. 10.* ius dicere simpliciter vetitum censet, quia ratio recusandi magistratus non recepta. Sed ratio, vtraque dubia & suspecta per ea quæ *S. cap seq. lit. E. & h. cap. lit.* Prior verò aliorum deformulâ reuellitur *à Lyclama 5. Membr. 5.* quia certè in notione facti, quæ iudici dato committitur, affectioni indulgere potest pater: Sicuti nec quis facilè probabit eam quam adfert, *Loriot. tr. 3. de iur. arte qui est de consanguin. ax. 35. & seqq.* quod ius dici non possit, nisi cum in possessione mittitur, Sententia verò iudicis simplicis sit cognitionis. Alij inter iurisdict. voluntariam & contentiosam distinguũt. *Hot. in Epit. t. D. de iurisd. n. 15. Goth ad d. 77.* Cuius dict. prior sanè pars vera *l. 1. de off. præt.* ast posterior non æquè *l. 13. §. vlt. ad Sc Trebell.* vbi filius cogit patrem adire hereditatem, quod est iurisd. contentiosæ; cum iniungatur inuito. Et alienum planè priuata negocia *d. l. 77.* restringere ad actus voluntariæ iurisd. nec ratio subiecta id patitur. Quid quod plerique iudicem, non nisi in cõtentiosâ lite agnoscãt. Eodem propè recidit quod *Coras. 4. misc. 9. & ad l. 1 de off. præt. n. 5.* priuata negocia exponit, qua ita propria patris & alij vt alium non concernant, vt si filius emancipetur aut in adoptionem detur, sic inquit; in *l. 13. §. vlt ad Trebel.* cogitur adire pater; quia id nulli damnosum, licet fideicommissario possit esse vtile † Alij *d. l. 10.* accipiunt si liberi agant, & extraneum prouocent; *d. l. 78.* si coram parte conueniatur, ref *Trent. 2 præt. resol. de iudic. res 5. n. 15. Matth. Step. 1. de iurisd. 34. n. 12.* Alij inter iudicia ordinaria, & extraordinarium distinguũt *Perrer. 1. in anim. 12. & ferè Lyeklama 5. Membr. 5.* Deniq; *Cuiac. 3. ad Afric. in d. l. 77.* in publicis quidẽ causis nec posse, nec debere, de capite filij iudicare &c. in quo Gouеano accedit, in priuatis verò distinguunt inter iuris necessitatem & honestatem, quod possit quidem & non prohibeatur *d. l. 77.* non debeat tamen hoc facere *d. l. 10.* propter suspiciones & alia incommoda, ideóque rectiùs facere, si se abstinuerit & probant *Pac. 1. q 58 P. Fab. ad leg. 144. de R. I. p 593. & seqq. Phil. Matth. ibid. num 1.* nec alienus videtur *A. Gentil. 2. Lect. 14.* † Habes iam, Lector, de hac antimoniã 30. auctorum, quos omnes adij, sententias, si Don. noſtrum connumeres. A quo nec hîc recedo, ac in ius dicente quoque idem, cum eodem, contra Duar. & alios quos retuli statuo, tum quod vtrobique consensus aduersarij suspicionis periculum tollat, tum quod ratio *l. 78. hoc tit.* communis Quæ ipsa tamen non aliud infert, quàm iudicare posse volente aduersario. Nec est quod *Coras. misc. 9. num. 3* obstrepat generalem regulam *d. l. 78.* non constringendam esse ac hunc casum rariorem, Immò non firma esset consecutio. Iudicare munus publicum Ergo pater etiam inuito aduersario, sed ita: Ergò *potest & debet* eo volente. Fictionem enim vnionis cessare faciunt munera publica, in quibus vt *Taurus apud Agell. 2. Noct. 7.* iura parẽtum interquiscunt & conniuen. Suspicionem autem affectionis cessare nec facium, imò nec vllo iure contra cauẽri potest *l. 10. de R. I.* Dixi & debet; contra Cuiac. & asseclas. Aduersario enim consentiente nec si velit, patrem filiúmve cognitionem detrectare posse sentio. Idque eadem ratio

efficit. Quibus enim casibus iudicare potest, iisdem inuitus cogitur *l. 18. §. 14. de muner. l. vlt. C. eod. c. 11. 8. de probat.* nec ore fieri potest *Gail. 1. obs. 33. n. 13. Zang. de exc. p. 2. 4. n. 9. Maynard. l. 1. decis. 88. Rulant. de Cõmiss. p. 1. l 2 c. 15. n. 8.* ita in Camerâ seruari testans. Quid eò libello exprimendum? k *Vvef. ad d. l. 16. n. 21.* k Sed verius puto cum olim non nisi ex consensu iudex addictus fuerit vid not. *cap. præced. lit. X.* recusationem vtrique liberam fuisse. Sufficiebat enim simplex eiectatio his verbis: Eierò iniquus est *Cic. 2. de Orat. p. 241. & Philip. 12. pag. 921.* nullo alio allato suspicionis argumento *Cuiac. 9. obs. 23. Maynard. lib. 1. decis. 87. nu. 2. Plin. in Panegyr.* Sors & vrna iudicem assignat, licet reiicere, licet exclamare. Hunc nolo *Ascon. in verr. 2. p. m.* 16. Permitti accusatori ac reo, vt ex numero missorum in vrnam reiiciant, quos putauerint sibi aut inimicos, aut ex aliquâ re incommodos fore, Etsi verò *Cuiac. d. lo.* velit *ex d. l. 9. de lib. cap. & l vlt. c. h. t.* causam declarandam ac plerumque comprobandam esse, qui eamen ex illis hoc eliciatur non video. Immò in *d. l. 9. in fin. pr.* dicitur si inimicum sibi esse affirmet.

l Nec Iustin. *in d. l. 16.* præ se fert, vt solet, quòd ius nouum in hoc inducat, &c. l Quod sufficiat allegatio suspicionis in genere, nec causa specialis libello inserenda, vel

m probanda, modo iuramentum præstet quod calumnioſè non recuset *Gail. 1. obs. 33. n. 14. Georg. de Cabedo p. 1. decis. 45.* m Etsi enim iudex de incompetentiâ ipse cognoscat non tamen de recusatione, quia illius causæ propriam & priuatam iudicis personam respiciunt *Gœd. de sequestr. c. 1. num. 13. vvef. ad l. 16. c. de iudic. num. 4. Gail. 1. obs. 34. n. 6. Wurms.*

n *tit. 1. obs. 5. Rulant. de Commiss. p. 1. c. 15. n. 3.* n *Gail. 1. obs. 33. n. 16.* (vbi tamen si de consuetudine non liqueat, in foro sæculari ius ciuile attendi debere) *Maynard. l. 1. decis. 88.* P. *Rebuff. tr. de Recusat. art. 1. gl. 4.* Nec improbandæ constitutiones, pœnas proponentes temerè recusantibus, nec causas probantibus P. *Greg. 49. Synt. 3. n. 21. Rulant. de commiss. p. 1. lib. 2. cap. 25. num. 8.* Et iure Canonico arbitri de solâ causâ suspicionis cognoscunt *Gail, d. lo.* Sed & arbitrorum electio ab vsu recessit, & de his causis delegans, vel superior; ad quem appellatio deuoluitur, cognoscit *Knieb. de Sax. non prouoc. iure v. Lit. prouoc. nescium*

qu de muner. l. 3. *§. pen. de teſtib.* aa ita & *Ant. Fab. ad d.* §. 6. *verſ. calumnia & St. Gent.* 1. *de iuriſdict.* 14. *p.* 51. priuato iudicio bb damnatum, infamen non fieri *leg.* 5. *de calumn.* bb Ille enim vitam & ſanguinem promercalem habet, hic duntaxat ſpectaculum ſui in re iudicra præbet *Baro in d. leg.* 3. Hic factum turpe: Illic non tam factum turpe: Puguant enim quidam virtutis cauſſâ, quàm propoſitum, & ipſa locatio dum quæſtus cauſſa, vitam quis proſtituit *Reu. 3. var.* 11. Eo ipſo enim quod locat, venalem ſanguinem exhibet, non quod pugnat. Contra, qui in ſcenam prodit, etſi gratis ac ſine mercede, infamiam non effugit, quia iudicris ſeſe maculauit, nec cauſſari poteſt, ſe virtutis ergò prodiſſe. ita *M. Verran. Maur. de iure l. c.* 11. *p.* 32. *& ſeqq.* ſed vid. infra *c.* 7. *lit. A.* Et quia multi ex delicto, olim damnati ad gladiatorium ludum, & beſtiarum venationem, qui operas arenæ locat, ipſe ſe veluti capitali ſceleri alligatum, quodammodo capitis damnat ſupplicio *P. Fab.* 2. *Semeſtr.* 12. *pag.* 185. Malè igitur *gl. in d.* §. 6. ibi puniri affectum, licet non ſequatur effectus, quia ſtatim facta locatione effectus ſequitus, & delictum conſummatum, rectè *Caſtr. ad d.* §. 6. *verſ. heſtiis* cc *num.* 3. cc Et ita honor pro mercede *leg. 6. pr. Mand. leg.* 1. §. 5. *de extr. cogn. Cicer. pro Roſcio.* Vnde honorarium *leg.* 1. *Si menſ. fal. mod. Duar. hoc tit. cap.* 5. *Sc. Gent. Orig. lib. ſingul. pag.* 347. Meliùs quàm *Ant. Fab. ad d.* §. 6. *verſic. niſi* eâ veluti mercede vanæ gloriæ, & acclamationis operas locaſſe videri, nec verè ſine mercede pugnaſſe. Gloriam ſequi, non appeti debere. Peius *Bartol. ibid. numer.* 5. probat dd aliam lectionem *enerarii* id eſt condemnari per ſententiâ. dd Etſi *Anton. Fabian. ibid.* verſ. eum ceu Triboniani emblema damnet 1. quia verba edicti tantum prohibent poſtulare, pœnam non irrogant Rr. ob idipſum pœna arbitraria, quia edicto non definita. Nam cum L. prohibet non adiecta pœna, ea arbitraria *gl. & Dd. in l.* 3. *Cod. de SS. Eccl. Freher.* 3. *de infam.* 26. *num.* 10. Quæ enim & quam ſancta interdictio, quam impunè violare aut ſaltem contra attentare licet. Eex nulla, aut inanis ſine exſecutione, & pœnâ contra facientis. 2. Quia vix conditio poſtulantium ignota eſſe poteſt Prætori, Ergo ſi admiſit, gratiam edicti fecit. Rr. Quidni ſæpe ignora. Nunquid mulichria aliquem paſſum, operas beſtiis alicubi locaſſe, æquè aſpectui obuia, vti ſexus conditio & cœcitatis vitium. Et vt non ſit ignota ipſe auſus temerarius, & poſtulatio, quæ de facto procedit, pœnâ hac mulctatur. Qui ſenſus eſt verborum *prætiù interdictâ poſtulatione repellitur*, id eſt tum poſtulatio ipſa ceu cõtra edictum facta nulla & inualida, tum, &c. *vt ſequitur* 3. per verba *æſtimatione iudicii* quia Iuriſconſulti iudicem abſolutè nunquam vocent prætorem Rr. Falſiſſimum hoc exemee pliſque refellitur infinitis vid. *S. lib.* 17. *cap.* 21. *lit. C.* ee Abſurdum enim non poſſe facere impunè, quod ſi non faciat, iuſtam deſerti officij reprehenſionem poſſit incurrere *Ant. ff Fab. ad l.* 6. *hoc tit.* ff Alij ſcilicet prætor eos qui in priore ordine relati, qui, grauiori infamiâ, cuius gradus ſunt, laborant *Freher.* 3. *de infam.* 26. *num.* 13. gg Poſtulationis officium non tantùm dignitatem habet, ſed & neceſſitatem, gg quæ ſi cum pietatis officio coniuncto, fauore digna, non tam ob perſonam poſtulantis, quàm eius pro quo *Ant. Fab. ad hh d. l.* 1. §. 8. hh Tradunt tamen cautelas, quibus ita vel aliàs prohibitus aduocare; clientem ſuum adiuuare poſſit. Vt ſi det Conſiliũ ei in Camerâ, ſeu intra domeſticos lares, cauſſæ deinde in iudicio nõ adfuturus *l.* 1. §. 11. *de extraz. cog. vbi Bart. Dec. ad l.* 2. *pr. de R. I. num.* 10. *Magon. Cynoſ. adu. p.* 1. *c.* 11. *n.* 5. *Weſ. in par. hoc tit. num.* 5. Item ſi allegationes partis ſuæ in ſcriptis iudici mittat *Capolla caut.* 156. *Magon. d. lo.* quia poſtulatio voce fiat in iure vel iudicio. Quod reprobat *Freher.* 3 *de infam.* 26. *n.* 15. *per d. l.* 1. §. 11. verbis quoquo modo. Vti & aliam cautionem Cæpollæ ibid. vt iudici priuatim colloquẽs, gratis quid ab eo impetret, per *l.* 2. *§. vlt. de legat.* ii quæ malè huc torquetur. ii Si tamen generaliter interdixerit. vero te deinceps *poſtulare*, nec apud ſucceſſorem licere putat *Freher.* 3. *de infam.* 26. *n.* 12. per verba: *ſiquidem apud ſe dict. leg.* 6. *§ vltim.* Sed id non temerè, nec niſi cauſſa cognitâ heri poſſe, per *d.* §. *vltim. verbis vt ſolent iunct. l. vlt. kkll de pœn.* kk *cap. nemo* 7. *de pœnit. dr.* l Speciale verò hoc in decurione, cui & alimenta decreti poſſunt, in aliis contra vt *Speculat hoc tit. §.* 1. *nu.* 27. vbi tamen conſultum tradit, vt cliens procuret, contra patriam acturo pro ſe patrono, hoc iniungi à magiſtratu. Quam & cautelam, contra principes, & dominos ditionis, cauſſas ſuſcepturus tradit *Gail. 1. obſ.* 88. *num.* 8. *poſt alios Iac. Ayrer. Proceſſ. p.* 1. *cap.* 5. *obſ.* 1. *num.* 4. *& ſeqq.* generaliter patriam aduocando, impugnari non poſſe, ob pietatem ipſi debitam. Quod iniquum ipſique ciuitati ac eius magiſtratibus inuidioſum, per *leg.* 9. §. *pen. in fin. de off. proconſ.* vocat *Ant. Fab. ad l.* 10. §. 1. *hoc tit.* nec veniã ex hac cauſſa petendam cenſens, attestánſque publicè reprehenſos, qui contra ciuitatem ſuam poſtulaturi, veniam à Senatu deprecabantur. Planè qui ſalarium ex publico habent, contra Remp. ſuam forſan non audietur, cum & Clericus, contra Eccleſiam ſuam poſtulans, bene ſicio priuari poſſit *c. vltim. de poſtul. Marta de iuriſdict. p.* 4. *cap.* 115. *numer.* 114. *Ayrer. d. obſ.* 1. *n.* 10. *Gail. d. obſ.* 88. *num.* 7. (vbi & *num.* 6. ex hac cauſſa donationem reuocari poſſe. Quod non omninò admittendum, vid. *S. lib.* 14. *cap.* 27. *lit. G.*) tamen *Chriſtian. Ronig. de aduoc. p.* 66. *vel gl. ad eum* aliud ſtatuat ſi ex debito, non ex liberalitate præſtetur, vt doctori ob lectu ram, &c. † Vaſallum quoque contra dominum patrocinantem, feudo cadere quidam volunt moti 2. *Feud.* 24. §. 2. *verſic. item ſi delator & argum. c. vn. 1. feud.* 17. quod & fudiciale certamen belli inſtar habeat, item argument. *cap. de formâ cap.* 22. *quæſt. vltim. Speculat. hoc tit. §.* 1. *nu.* 30. *Thom. Grammat. deciſ.* 80. *Gail. poſt alios d. obſ.* 88. *num.* 5. *Roshach. Proceſſ. tit.* 38. *num.* 5. *Marta d. cap.* 115. *num.* 155. *Ayrer. d. obſ.* 1. *num.* 11. Sed ex Aufrer. refert *P. Greg.* 49. *Synt. 6. num.* 13. quod poſſit impunè, niſi deipſo feudo contentio, & niſi cauſſa concernat honorem perſonæ domini. Maximè verò poſſe, ſi cauſſa domini notoriè iniuſta, mm Et monachi quidem nec in foro eccleſiaſtico, niſi expoſcat monaſterij vtilitas, abbate impetrante *cap. Mona.* 35. *cap.* 16. *quæſt.* 1. *c.* 2. *ext. h.t. Spec. h. t. §.* 1. *n.* 2. Clerici verò pro ſe & eccleſia etiam in foro ſeculari *cap. vltim. ext. hoc. tit.* ne prohibitio ad eccleſiæ vtilitatẽ deſtinata, in eius perniciem vergat *Vaſquius* 1. *ill. contr.* 31. *num.* 29. In foro autem eccleſiaſtico, poſſe etiam de ſecularibus negociis, ſtatuit *Marta de iuriſdict. p.* 4. *ca.* 115. *n.* 11. *& nu.* 13. poſſe quoque ſcriptis conſulere pro laicis, cum ſolùm hic prohibeatur, ne ipſi adſint in foro laicorum, Maxime verò in capitalibus cauſſis prohibeantur, vt per hoc irregularitatẽ incurrant, de quo *Ignat. Lopez. practi. crim. Canon. cap.* 102. vid. & *Magon. Cynoſ. aduocat. parte* 2. *c.* 11. *n.* 2. *& ſeqq. P. Gregor.* 49. *Synt. 6. num.* 24. nn *Specul. hoc. tit. §.* 1. nn *n.* 10. allegans *leg* 17. *§.* 4. *D. ad munic. leg.* 5. *verſic. in poſterum Cod. Qui mil. poſſ lib.* 12. & ſimiles quæ hoc parum probant. De pœna ſic iudicantis, & an iure ipſo repellatur. vt ſententia nulla ſit, an recuſari debeat fuſè *Barthol. Bertazzol. deciſ. criminal. conſ.* 550. † Iudicem prioris inſtantiæ in cauſſa appellationis, patrocinium præſtare poſſe victori *Ant. Fab. in Cod. Fabr. tit. de poſtul. defin.* 1. oo Aliàs edicti au- oo ctoritas, in litigantium arbitrio poſita erit *Anton. Fab. ad d. leg.* 7. *Forner. 2. ſelect.* 4. pp *Cuiac.* 12 *obſ. vltim* Quod hodiè im- pp primis obtinebit, cum horrere ſpinis videantur omnia, quæ de iure ab antiquis prodita, *vt Cuiac.* Adde quod magna acceſſio iuri ciuili facta per ius Pontificium, feudiſticum, nouiores conſtitutiones communes, & ſpeciales, conſuetudines *item nimis* quàm varias & commentationes interpp. propè infiniras. Vnde rectè qui aute quinquennium hoc expletum gradu doctoræ, vel licentiæ decorandum negant, vid. *Vult. in Proleg. de ſtud. iur. Ang. Matthæus. lib.* 1. *de iur. arte cap.* 5. *num.* 4 Hoc quoque fuit tempus Pythagoreis, quo ſilendo diſcebant, *Athen.* 4. *dipnoſ.* 19. *P. Gregor.* 49. *Synt. 6. num.* 26. *Val. Guil. Forſt.* 1. *obſ.* 19. † Cæterum *d.l.* 3. *§.* 4. *& d.l.* 5. *§.* 4. de cõſortio aduocatorũ, ſeu collegio loquuntur, ad omnem indiſtinctè pro ſe alióve poſtulanté non pertinẽt. Neque enim quiſquis poſtulat, aduocatus eſt. Et in iudiciis certè inferioribus, ac cauſſis tenuioribus, quæ peritiores patronos non facilè reperient, vtique non doctiſſimos quoque admitti neceſſe eſt, modo planè rudes ſint, litteras ipſas neſcientes. Quos dum admittit. Accuſi irriderut ab *A. Fab. ad d. leg.* 1. §. 3. *hoc tit.* Hi enim cœcis comparantur *c. poſt tranſlationem* §. *ſi quis de renunc.* Prudenter verò in Curiis ſuperioribus probè conſtituitis certus numerus aduocatorum definitus, nec recipitur, niſi requiſita ſcientiæ iuris, ll. ac conſuetudinem loci, fides ac morum integritas adſit, aut publicum teſtimonium doctrinæ habeat, gradúve Doctoræ vel Licentiæ inſignitus *Monac. Praxi iudic. p.* 6. *cap.* 8. *num.* 18. *& ſeq.* Sicuti in Camera alios non admitti *Gail. 1. obſ.* 43. *num* 7. Et tamen cum præſumptio ſcientiæ ex gradus inſignibus in pluribus Doctorellis, quos vocant, fallat, *Arume. lib.* 1. *deciſ.* 9. *nu.* 23. inquiritur adhuc in eruditionem *Otho. Meland. Comm. Camer al. p.* 1. *cap.* 45. *fol.* 115. Confer *qua ex Alâ Magon. Cynoſ. aduocat. cap.* 41. *num.* 28. *Lud. Suartzmeier.* 1. *miſc.* 3. vbi conqueritur *dd. ll.* noſtro ſeculo non ſeruari, ac rabulis qui ne prima quidem elementa didicerunt, aditum ad hoc officium fieri, *& Lancel. Polit. de off. aduoc. cap.* 9. *num.* 7. qq In Florentinis habe- qq tur, *animas & linguas*, ſicuti ſe ſcriptum vidiſſe, & legiſſe Florentiæ teſtatur *Ant. Aug.* 2. *Emend.* 1. *pag.* 64. vid. *Val. Guil. Forſt.* 1. *obſ. ſucciſ.* 19. † De Eloquentiâ aduocato neceſſaria ciiuſque vi, &c. vid. *Lanc. Polit. de off. aduoc. cap. vlt.*

Magon. Cynos. aduoc. p. 1. cap. 4. Pollet. 2. hist. fori. 13. Facundia verò requiritur, non stulta loquacitas. Que canina facundia dicitur *Prudent. in Hamartigenia.* Inde canina foro, latrat facundia toto, *Columellà in præfat. & alij quos refert Cuiac. 4. obs. vltim. Tiraq. de Nobil. cap. 29. num. 8.* Quia vt canes, dentibus ossa carnium rodunt, ita hi locutuleij linguis aures iudicis: & rabulario clamore sententiam, quam volunt, extorquere nituntur *Suarzmeier. 1. misc. 3.* Vnde blaterones hi, quorum sermo in ore nascitur, non in pectore *Agell. 1. Noct. 15.* qui in dicendo nihil possunt, inclamando bene robusti, & exercitate *Cic. in diuinat.* latrare ad clepsydram dicuntur *Cic. 3. de Orat.* Quos latratores vocat *Quintil. lib. 12. cap. 9.* clamantes ad stomachum litigatoris, non ad animum iudicis. Cui vt *Mich. hospital. lib. 1. epist. 2.* graue, pragmaticos inter subsellia raucos Latrantes audi re, canino more, &c. Qui & compescere linguæ inamen volibilitatem potest dicendo. Garrula pica tace, vt festiuè *Specul. hoc tit. §. 5. num. 2.* & ex hac caussa aduocatione interdicere *Barthol. Bertazzol. decis. criminal. lib. 2. cons. 321. ibique in addit. Claud. Bartaz. lit. A.* Meritò sanè, vt *P. Gregor. 49. Synt. 6 num. 30.* dolendum, quod forum tot inutilia, rabularum verba occupent, & impleant, tot parerga adferantur, & in rebus nihili ab otio, quod dicitur, res reperatur vel ex culice elephas fiat, tempúsque pro negociorum expeditionibus necessarium, diffugiis inanibus pereat. Iustéque ab allegationum modo immodico, & immoderato conqueritur *Lanc. Polit. de off. aduocat. cap. vlt. num. 10.* Quas ad pópam sæpius, quàm quod causse merita posceant, effundentes vanam doctrinæ laudem aucupantur. Sæpius autem verborum & auctoritatum copiâ obruere aduersarium, caussarum merita inuoluere, & impedire nituntur, vt quid verum falsúmve sit, iudici ægrè apparere, aut recto iudicio secerni possit. Qui nec sibi diserti videntur, nisi ad quoduis indubium enunciatum ex gr. Non entis nullæ sunt qualitates, filueseant in eorum ore, vt *Cuiac. cons 23.* consilia, opiniones, decisiones Dd. infinitæ. Cum ex verborum numero potiùs, quàm pondere operam suam æstimari velint. *Polit. d. num. 10.* Vnde crebro indiscussos ipsos caussæ articulos relinquent is, in parcebasibus & excussionibus toti sunt. Et vt *Martial. lib. 6.* lusit, cum lis est de tribus capellis. Hi Cannas, Mithridaticúmque bellum, & periuria
rr Punici furoris Magna voce sonant, &c. rr Facit *lege 1. §. 5. de extr. cogn.* vid. *Lanc. Polit. de off. aduocat cap. 3. Magon. Cynos. aduoc. cat. 57.* vbi de artibus Harpyiarum forensium, hirudinum generis humani vt vocat *Pollet. 2. hist. fori 3.* Quos *Scal lib. 3. Poët. cap. 25.* alienarum fortunarum atque etiam capitis mercatores, aut potiùs mangones vocat: Harpyias crumenimulgas, quæ nec sanguine quidem miserorum, ex-
ss saturari queant. ss vid. *P. Gregor. 49. Synt. 6. num. 9. & 10. Cuiac. 16. obs 22.* vbi docet aduocatus olim non fuisse perpetuos, sed hoc officio certo tempore functos, aliis suffe-
tt ctis, maiores honores adscendisse. tt *Fac. leg. 10. C. de professl. leg. 15. Cod de iur. immun. l. 1. Cod. de primicer. leg. 13. Cod. de prox. sacr. scrin.* Confer *Matth. de Afflict. decis. 1. n. 8. ibique in amstat. Cæsar. Vrsill. n. 13 & seqq. Io. Montan. de aucth. consil. Parlam. Gall.* (*habetur post decis. & cons. Boër. cum eiusd. add.*) *n. 90. & seqq. Ant. de Gamma decis. 1. Hot. cons.*
uu 105. *Decia. cons. Vol. 1.* uu Absint fraudes fallaciæ, illæque vt *Cland. Cantiuncula in Parenesi de rat. stud. legal.* barbarissimæ & nobili ingenio indignissimæ, ac vafertimæ iuris cautelæ, ex verborum legis aucupiis & prauâ in alienum sensum detorsione ortæ, præcipuum nunc tabularum pabulum. Sicuti aduocatū instruit *Speculator hoc tit. §. 7.* vt ambiguis & duplicibus sermonibus vtatur. Cæpolla vt vera falsis, vtilia inutilibus misceat in quem inuehit *Polit. de off. aduoc. c. vlt. num. 13.* dum ait, quæ fuisse illum iura quibus iuri aduersari posset. Nouerit autem cauillationibus occurrere & captiosas argutiolas diluere, & elidere. Ipse iis non temerè vtatur, nec nisi cum necessarium esse duxerit ad cauillationes aduersarij euitandas, aut caussam obtinendam *Cou. 1. var. resol. 2. num. 1.* cum cum liquido sibi de iustitia eius constet. Cum dolo malo facere non videatur, qui fraudem excludit *l. 77. §. 31 de leg. 2.* Et doli boni species sit, si quis per dissimulationem sua tuetur *l. 1. §. 2. de dolo.* vid. *not. S. lib. 15. cap. 40. lit. C.* Creriz andum enim contra Cretensem, & fallacia alia, aliam trudit. Malitiæ per malitiam occurrit iustè, nec calumniâ vtitur, sed prudentiâ qui alium fallit ne fallatur. *Alb. Gent. lib. 2. de armis Rom. cap. 2. p. 113. Gail. de arrest. imperij c. 11. n. 34.* Plurésque cauillationes, ac fraudes non melius, quin & aliquando non aliter omnino, quàm oppositis aliis redargui possūt. Et vt *Augustin. c. dominus 2. c. 23. quæst. 2.* cum iustum bellum susceperis, aperta pugnā, an insidiis vincas, nihil ad iustitiam interest. vid. *Tiraquell. praefat. de retr. lig. num. 70. & 2. seqq. Decia. 1. tract. crim. §. nu. 18. Myns. 3. obs. 6. Parlad. 1. rer. quotid. 2. num. 17. Magon. Cynos. aduoc. part. 2. c. 4. num. 11. Rosbach. Proceff. tit. 18. numer. 20. Gulierr. 1. pract. qq. 60. num. 4.* Quanquam verò *Cuar. d. lo.* vti *& Gutierr. Parlad.* & alij mendacio tamen, & falsitate omni, etiam contra fraudes aduersarij interdicant, cum illo nec ad mortem cuitandam vti licitum velint. *cap. ne quis 14. & seqq. cap. 22. quæst. 2.* Et quanquam omne mendacium indistinctè peccatum statui videatur *cap. mihi 12. & seqq. d. q. 2.* scirè tamen ostendit *Alb Gentil. disput. de abusu mendacij* à mendacio officioso, non omninò refugiendum esse. Quod & pluribus exemplis ex sacra pagina confirmat *cap. 15.* Ergo quibus Illustre est, illud *Iacobi Genes. 28.* Et vt idem *Gentil. c. 7.* cum dolum bonum admittant Iurisconsulti, isque non modo factorum sit, sed & verborum, eo ipso mendacium certis casibus licitum esse conuincitur. Et *Cic. 1. off.* iustum esse negare interdū, quæ ad veritatem pertinent. Quin officiosum mendacium, nec verè, & propriè est mendacium vt ibid. *Gent. c. 16.* Quare saltem in extremo casu, & prærupto amittendæ rei suæ periculo, non peccare dicemus falsa allegatione vsum. Quid enim si qui 100. mutuò accepit secretò, eadémque secretò itidem soluit, conueniatur condictione certi. Putat *Myns. 3. obs. 6.* posse eū etiam iuratò negare se quidquam accepisse. Nam si fateretur, ac de solutione excuperet onere probandi inse deuoluto, vtique in lite succumberet. Neque cauriones quas tradit *Gutierr. d. q. 60. num. 1.* qui numerationem veram negare non licere sentit, facilè ei prodesse potuerunt, &c. xx *Anton. Massa Gales lib. 3. de exerc. iurisperit. numer. 12. & seqq.* Habendus, ait, accuratus dilectus. Et nec suspicienda causſæ, nisi quæ sunt, aut videntur iustæ, nec obstet pudor quo minus susceptam, cum melior videretur, cognitâ iniquitate dimittat. Etsi enim iureiurando promiserit se operam ad finem litis vsque præstiturum, compertâ iniquitate causſæ licitè sine metu periurij desistit *Menoch. arb. cap. 494. Setser. 1. de iuram. 17. num. 16. & seqq.* Quæ verò hic cautio adhibenda aduocato, vt causſæ virtus, vitiúmve illi constare possit ex *Quintil. lib. 12.* tradit *Parlad. 1. rer. quotid. 2. num. 24.* Quod si tamen causſa dubia in facto, vel iure, & in veramque partem anceps, salua conscientia suscipi censet *Gutierr. 1. pract. qq. 26. &* seqq. etsi aduersæ partis rationes præstent, modo clientulum de eo moneat. nec vlla falsitate vtatur, proferens quæ pro sua faciunt reliqua subticendo. Sed hæc in ciuilibus. Criminalem autem dubiam contrà reum suscipiendam non censet, nisi maxima pro actore probabilitas. Idem *quæst. 28.* in causſa iniusta posse compositionem tentari, modo fraus, calliditas, mendacia absint. Contra *Caccial. de off. aduoc. quæst. 4. n. 5.* in causſa iniustâ nec licitè induci ad transactionem cum ita alienum iniustè quis accipiat. Aſt si sciens prudens iniustam litem foueat, mortaliter eum peccare & teneri clienti ad restitutionem damni idē q. seq. etsi quendam artic. suscipiat ad impediendam, differendam, perturbandámve causſam principalē: item teneri in foro conscientiæ parti aduersæ læsæ *Vasq. 1. contr. vsu froq. 10. num. 49.* Quod si per ignorantiam bona fide, non teneri vid. *Gutier. num. 5. & 6.* hoc declarans. Dequò, & quæ ignorantia, ac quando aduocatum hîc excuser *Parlador. 1. rer. quotid. 2.* † De litium iniquarum patrocinatoribus pluribus *Magon. Cynos. aduoc. p. 1. cap. 7. num. 31. & cap. 11. num. 9. & p. 2. cap. 20. n. 17. & cap. 39. ac c. 42.* & seqq. *Speculat. hoc tit. §. nunc tractemus 3. P. Greg. 49. Synt. 6 num. 30. & seqq. Ioan. Bapt. Caccialup. de off. aduoc. quæst. 4. Lanc. Polit. de off. aduoc. cap. 4.* vbi *num. 3.* conqueritur, in felicis ingenij haberi, nosse causſas probas defendere: disciplinæ verò altioris malas contra veritatem sustinere. Sicuti Demosth. causſā improbi hominis suscepera, amicis se ita purgasse dicitur: Probos & innocentes defensoribus non indigere *Iohan. Heid. eld Sphynge philos. cap. 24. p. 319.* In quos rabulas causſarum vulneratores vide grauem inuectionem *Zasij in leg. 2. §.* post hos quoque *46. de O. I. num 4. & §. seqq. add. Duar. de Pasculo aulico Polit. ax. 338. Hier. Pruckner. addit. ad Maynard. lib. 1. decis. 87. lit. A. Arume. lib. 1 decis. 9. num. 24. Hering de fideiuss. cap. 19. num. 32. & 2. seqq.* yy Cui simile iuramentum aduocatorum Cameræ *Ord. Cam. p. 1. cap. 64.* cuius quatuor præcipua capita *Rosbach. Proceſs. tit. 18. num. 32. Monach. Pract iudic. p. 6. c. 8 num. 20.* etsi *Bulgar. d. §. 1.* desuetudine, ab aulâ recessisse velit ref. Zasi ibid. qui malè hanc Iustin. sanctionem damnat, quasi sic detur cliens lacerandus perfidiæ aduocatorum, quiduis hisce minis; se deserturos causſam ex bona conscientia, à clientibus extorsuri. zz Si pro cliente fictitiè, dicis causſa, pro aduersario seriò re ipsa certet *Freher. 3. de infam. 6. num. 14.* vbi & mandati iudicio cum ob dolum

lum ceneri censet. vid. *Menoch. arb. cap. 323. Magon. Cynos. aduoc. p. 2. cap. 23. & cap. 48. numer. 10.* & seqq. *Gutier. 1. pract. quæst. 30.* Confer. de præuaricatione *Cuiac. 9. obs. Vltim. Pollet. 4. hist. fori 3. Matth. Klok. ad leg. transigere p. 3. cap. 3.* Si tamen salarium promissum iustúmve, ei qui spem dedit patrocinij præstare, renuat cliens, posse illum aduersam partem defendere statuit *Gutierr. d. quæst. 37. Magon. p. 1. cap. 8. numer. 31.* Qui verò pro vnā parte consulendo respondit, non debere deinde aliam adiuuare, nisi aliis rationibus, quàm de quibus consilio suo egit, eam niti compererit vt *Gutierr. d. quæst. 30. n. 5.* vel si sequuta facti, aut opinionis mu-
aaa ratio vid. *Freher. 3. de infam. 13. numer. 8. & 9.* aaa Etsi *Tacit. de Grat.* aduocatus offendere subitæ dictionis impetu, magnā impunitate peccantium. Et *Apulei apol. 1.* morem concessum rabulis, quo fecinæ linguæ suæ virus alieno dolori locare solent, vid. *Freher. 3. de infam. 13. numer. 4.* vbi imprimis monet, ne aduocatus erga iudicem iniurias, importunus, aut inuerecundus sit *add. Lanc. Polit. de off. aduocat. cap. 10. numer. 16. & seqq. Pollet. 2. hist. fori 9. p. 159. Magon. Cynos. aduoc. cap. 46. & c. 49.* Prauum autem consilium *Specul. hoc tit. §. iam nunc 4. num. 9.* vt si partis aduersæ patronus, sit melancholicus, aliqua ei dicantur, per quæ moueatur ad iram, vn-
bbb de non possit suum bene ordinare sermonem bbb Concinnatores causſarum vocantur *l. 9. §. 2. de offic. proconſ.* qui litem cauillis reprobis, in longum producere satagunt *Coras. ibid. numer. 1. & 1. misc. 4.* qui moratores *Cicer. in diuinat.* si rectè ibi pro *oratorum, moratorum*, reponit *Cuiac. 4. obs. vltim.* vid. *Magon. Cynosura aduoc. p. 2. c. 10. & c. 46. n. 17.* Vnde lites immortales hominibus superstites sæpe 100. annum superant; sicuti 150. annos de finibus litigarum, inter Gualdenses & Fabrianenses refert *Hieron. de Monte tr. Fin. reg. cap. 101. numer. 3.* ccc *Quin. lib. 12.*
ccc *cap. 7.* Pacíscendi piraticus mos, & imponentium periculis preria, procul abominandus *ref. Freher. 3. de infam. 13. numer. 2.* Quam *Cuiac. 16. obs. 16.* definit societatem futuræ victoriæ conuentam inter dominum, & Procuratorem. Est enim hæc redemptio litis alienæ, ἐπηρεασμὸς *Io. Steph. 2. de iurisdict. 12. numer. 7.* Euentus enim litis redemptus videtur *leg. 15. Cod. de procur.* Quæ & ratio coercendi cessiones nominum, quod illis plerumque, tacitæ pactionis tales sint *S. lit. 15. cap. 43. lit B.* Et hæc pactio, irrita etsi ita vt sumptus litis eroget aduocatus hac lege, vt si vincatur, eos perdat, sin vincat, partem victoriæ auferat *l. 15. de pact. Hot. ibid. & 5. obs. 20.* Quin nec sumptus in eam litem, cuius partem redemit, impensos repetere licet *l. 20. Cod. l. 6. §. vltim. D. Mand.* Licet enim vtile per inutile vitiari non soleat, pœna tamen hæc turpis redemptionis *Don. ad d. leg. 10. numer. 7.* Idem est si de re certā, seu particulari pactio non modum quotæ, veluti si lis de hereditate, pactio de re hereditariā *Ronig. Proceſſ. p. 1. tit. de Procur. p. 127. & tit. de adu. p. 164. Trentac. 2. pract. resol. 1. de postul. resol. 1. n. 4.* Sed etsi de certā summa, quæ in lite non versatur, in euentum litis prosperum veluti si vincam 100. sin causſā perdam nihil per *l. 7. Mand. ibid. Bart.* quia perinde lis redimitur *Trentac. d. lo. numer. 5. A. F. ad leg. 53. de pact. Stat. Mediol. cap. 431. vbi Horat. Carpan. Vinc. de Franch. decis. 265.* Aliud si simpliciter de certā summā, nullo habito respectu, neque ad rem litigiosam, neque ad exitum litis *Ant. Fab. d. lo.* Plura de conseleratis his pactionibus quæ aduocatos ab honestorum cœtu, iudiciorumque conspectu remouent vt loquitur *l. 1. C. Th. de post.* pete *ex Trentac. 2. pract. resol. tit. de postul. resol. 2. Meno. arb. cap. 522. Hot. & A. Fab. d. lo. Horat. Carpan. stat. Mediol. c. 429. vol. 1. Maynard. lib. 3. decis. Tolos. 12. ibique in addit Hier. Pruckn. P. Greg. 49. Synt. 6. numer. 32. Magon. Cynos. adu. cap. 8. numer. 32. & seqq. Ayrer. 32. Magon. Cynos. adu. cap. 8. numer. 32. & seqq. Ayrer.*
ddd *Proceſſ. p. 1. cap. 1. obs. 7. numer. 4. & seqq.* ddd Sed si ante litem initus, eā susceptā non irritatur, vid. *Ronig. Proceſſ. p. 1. pag. 163.* Munera verò pendente lite recipere, vt deceat vel non, vid. *Magon. Cynosura adu. cap. 24. Pollet. 2. hist. fori 11. p. 176.* Donatio facta, aduocato, lite finita ob patrocinium præstitum, quatenus va-
eee leat *Georg. de Cabedo p. 1. decis. 19.* eee Quando enim publicum hoc munus ad id inuiti, nisi iusta sit excusatio, compelli possunt *Gail. 1. obs. 43. numer. 3. Mynſ. 4. obs. 32. Rosbach. Proceſſ. tit. 18. numer. 11. P. Gregor. 49. Synt. 6. numer. 37. Couar. 3. var. resol. 14. numer. 1.* vbi reprobat gl. statuentem olim ideo potuisse, quia salaria publicè constituta, hodie cessante eā ratione non pos-
fff se. fff vid, *Cuiac. 13. obs. 1.* qui *d. l. vlt.* quæ de præfectura prætorianæ aduocatis non aduersarij ostendit *l. 7. §. 2. C. eod.* ibi trium annorum, quia illa de aduocatis præfecturæ vrbicariæ ggg Sic iubet *Nou. Manuelis* ggg *Comneni* (edita cum aliis 9. *à Carolo Labbæo*) *c. 2.* aduocatos cum modestiâ stare debere, nec adsidere iudicibus dum contendunt *Pliæ. lib. 1. ep.* In tribunatu abstinuit causſis agendis, quod deforme arbitrabat, cui loco cedere omnes oportet, hunc omnibus sedentibus stare *Cui. in Nou. 71.* Et litigatoribus etiam honoratis ius resistendi, dum causſæ aguntur negat *l. 1. C. de off. ciu. iud.* etsi aliàs sedendi illis cum iudice societas non neganda *lib. 2. lib. 5. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. t. 19. Ioh. Montan. tr. de auctor. magni consilij & Parlam. Gal.* (qui habetur post cons. Boërij cum eiusd. addit.) *numer. 41.* † Solis illustribus id priuilegium ac ius sedendi, si in crimen vocati *l. vlt. in fi. pr. C. Vbi Senat. vel clar.* Quamquam *Pollet. 1. hist. fori 5. p. 36.* necessitatem hanc mores, non ius introduxisse velit, nec in iuris ideo præscriptum peccare aduocatum, si sedeat. Cum *Quintil. lib. 11. cap. 3.* eorum qui sedentes agunt, mentionem faciat. Verùm addit. Quint. in ferè fieri in rebus minorib. Et idem *d. lib. 11. cap. 1.* Ridetur meritò, qui apud disceptatorem de re leuissima sedens, &c. In iudiciis ergò apud pedaneos fortè id necessarium non fuit; aſt secus pro tribunali & apud magistratus maiores. hhh ita vocatur hhh annua quæuis erogatio tuendi, vel exhibendi gratia, *lib. vlt. de in rem verso* à sale, vitæ necessario, vt *Plin. lib. 31. cap. 7.* elemento *P. Gr. 49. Synt. 8. numer. 4.* Honorarium, non merces. Hæc enim arti commensurata, aſt scientia ciuilis pretio non æstimanda *leg. 1. §. 5. de extr. cog. P. Greg. 49. Synt. 8. numer. 2. Pollet. 2. hist. fori 11.* vid. *not. supra lib. 12. cap. 14. lit. G. & Rulant. de commissar. p. 1. lib. 7. ranchbar p. 1. quæst. 25. nu. 17. A. gent. de actorib. fabul. cap. 15. M Ant. de Amatis dec. 52.* Palmarium verò dicitur, quod post victoriam eius nomine præstatur per *lib. 1. §. 12. de extr. cog.* Vocari idem suffragium *tit. C. de suffrag.* ab auxilio præbito sentit *P. Gr. d. cap. 8. numer. 3.* quia sic suffragari dicimus, & suffraganeos episcopi. *Sich.* verò ad rub. *C. d t.* exponit ipsam aduocationem, per quam merentur salaria. Sed veriùs, qui suffragium ibi esse intercessionem aulicorum apud principē, per quam quid impretatum, vid. *Alc. 2. Parad. 14. Dunz. 2. disp. 21. Reb. 2. sent.* † Olim lege Cincia caurum, ne quis ob causſam orandam pecuniam, donúmve acciperet *Tacit. l. 11. & 13.* Postea SCto Claudio imperante, modus capiendis pecuniis positus, vsque ad dena sestertia, quæ egressi repetundarum tenerentur *Dio ac. d. lib. 11.* Quæ 100. aureis à ICto, *in d. l. 1. §. 12.* taxantur. *P. Fab. ad l 1. de iust. & iur p. 13. & seq. Manut. de LL. Rom. p. 149. Pol. 2. hist. fori 11.* vbi dena sestertia 250. aureos vel coronatos nostratis, pecuniæ efficere scribit vt & *Hot. in lib. 13. §. 9. C. de ind.* Quia verò Nerone antiquior Claudius apparet errare *Pol. d. cap. 11. initio* dum ante tempora Neronis, qui teste *Sueton. in eius vitâ cap. 17.* certam iustamque parrociniis mercedem constituit, mercedes aduocatorum arbitrarius fuisse censet. Excipiunt tamen causſas criminales, & famosas, in quibus plus accipere licere statuunt, argum. *lib. pen. §. 1. de donat. Trentac. 2. pract. resol. tit. de post. numer. 2. Benss. in lib. admonendi 31. de iureisur. numer. 265. Menoch. cap. 513. num. 4.* Pluribus de salario aduocatorum *Gail. 1. obs. 44. Meno. arb. cap. 513. P. Gregor. 39. Synt. 8. numer. 5.* & seqq. *Magon. Cynos. adu. p. 1. cap. 8. Flores Diez. lib. 1. quæst. 8. numer. 46. & seqq. Hier. Magon. dec. Flor. 12. Ayrer. Proceſſ. p. 1. cap. 1. obs. 7. Pol. 2. hist. fori 11. Lanc. Polit. deoff. aduoc. cap. 3.* Sed num pro opera citra laboris impendium præstita debetur salarium si Aduocato consilium in promptu fuit, nec oportuit libros reuoluere? Hoc licet *gl. in cap. non licet cap. 11. quæst. 3.* negat & *Lanc. Polit. d. cap. 4. num. 8.* qui non scientiæ, sed laborum duntaxat, ac operæ impensæ, intuitu modum mercedis æstimandum vult, quia quod gratis acceptum est, gratis rependi debeat; Haud iniuria tamen affirmant *Ronig. Proceſſ. p. 1. tit. de aduoc. p. 162. Caccial. de off. aduoc. quæst. 1. numer. 8.* quia non legitima solùm ratio præsentis laboris, sed & exacti in iure addiscendo temporis. Aliàs quo quisque iura doctior, eo deterioris conditionis foret, &c. Cæterum & qui certo salario operam addixit, non tenetur pro eodem in causſā appellationis, quia etsi causſa eadem, instantia tamen diuersa *Sich. in l. 13. C. de Proc. n. 15. Ronig d. lo. p. 166.* etsi patrocinium promiserit vsque ad sententiā definitiuam, nisi vsus sit verbis nimis generalibus *Coler. decis. 230 p. 2.* Confer *Petr. de Bella Pertica q. 7.* Sed & ei, qui ad finem litis adesse recipit, debetur salarium, etsi iis amicabi-

li compositione transacta, ac etsi alio procurante, quia per aduocatum, non steterit, &c. *Ronig. Proceſſ. p. 1. tit. de Procur. p.* 128. Aliud tamen in palmario, ratione victoriæ promiſſo, niſi doceat aduocatus de victoriâ, ſtatuit *Sieb. ad leg. vn. Cod. de Suffrag. numer.* 13. Vnde etſi annuum in cauſsâ ſalarium, vt aſſolet, promiſſum, & aduocatus priori anno liti adſtitit, poſteriori verò transactum, nec præter epiſtolam fortè vnam quidquam toto anno conficiendum, integrum anni poſterioris ſalarium deberi cenſet *Iacob. Schult. quæſt. pract.* 5. tum quod non opera ſola, ſed & ſcientia, probitas ac ſtudium, ſemper paratum ſpectata fuerint; tum quod ſufficiat, per aduocatum non ſteriſſe, &c. Quid ſi quis annua ſalaria habeat à pluribus, pro litibus agendis, quæ eo anno occurrent: & inter hos ipſos clientes lites exortæ? vid. *Magon. Cynoſ. adu. p.* 1. *cap.* 8. *numer.* 56. Quibus act. ſalarium petatur *Gail.* 1. *obſ.* 44. *numer.* 3. *Martin. Monter. de Cueuâ deciſ.* 36. *Rosbach. Proceſſ. tit.* 18. *num.* 28. *Petr. de Bellâ Pertica quæſt.* 6. *P. Greg.* 49. *Synt.* 8. *numer.* 8. Denique pauperum cauſſas gratis ſuſcipere aduocatum compelli, pœna interdictionis fori tradunt, ac peccare qui operam illis gratuitam recuſat, *Menoc. arb. cap.* 269. *nu.* 4. *Gail.* 1. *obſ.* 43. *numer.* 11. *& ſeqq. Rebuff. priuil. ſchol.* 90. *Iohan. Bapt. Caccial. de off. aduoc quæſt.* 3. *Magon. Cynoſ. aduocat. p.* 1. *cap.* 10. *Thom. Actius de priuileg. infirmit. p.* 2. *lit. A. v. Aduocati numer.* 6. *Sebaſt. Med. decaſ. fort. p.* 2. *queſt.* 4. *n.* 11. *Couar. pract. q.* 6. *numer.* 4. *Barthol. Bartaz. lib.* 2. *deciſ. criminal. conſ.* 321. *vbi in addit. Claud. Bertaz.* Quin imò peccare, ſi ab eo oblatum recipiat *Rol. à Valle conſ.* 87. *numer.* 28. *& ſeqq. ref. Horat. Carpano ſtatut. Mediol. cap.* 83. *vol.* 2. licet datum repeti nequeat *Tiraq. de Nobil. cap.* 29. *numer.* 41. Expedit verò aduocato, pauperum ſalarium ex publico conſtitui *Carcial. d. q.* 3. *numer.* 2. *&* 10. *Couar. d. numer.* 4 Quis verò pauper æſtimandus iudicis arbitrio communius tribuunt *Menoch. arb. c.* 61. *P. Mat. Wehner. pract. obſ. de V.S.* verbo *Armuth.* Quod declaratur deciſ. nouiſſ. *Rotæ* 48. *numer.* 2. *p.* 2. ſi de paupertate abſolutè agatur, ſecus ſi reſpectu certi alicuius & determinati effectus, veluti debiti ſoluendi: In Curiâ verò Elect. Sax. iurato teſtari tenentur *daß ſie an allen ihren Gütern. beweglichen vnd vnbeweglichen Schulden vnd Gerechtigkeiten vber* 75. *Gülden Reimſch nicht werth haben.* iii Et priuilegia fori, aliáque ſtudioſorum retinebit, vid. *Math. Steph. de iuriſdict. lib.* 3. *p.* 2. *cap.* 5. *numer.* 41. *& ſeqq.* Quin & ab oneribus realibus, tributorum immunes eſſe contendit *Guido Pap. deciſ.* 88. *&* 388. quod pluribus operosè firmat, *Matth. Steph. d. p.* 2. *cap.* 10. *numer.* 16. *& ſeq.* Contra, vſu obtinere, certum eſt *Gutierr. pract. q.* 23. *Toming. deciſ.* 55. Diſcuſſionis quoque ſeu diſceptationis rationum fiſcalium onus perſonale, mandari aduocatis poteſt *leg.* 2. *Cod. de diſcuſſ. lib.* 10. *t.* 30. Quæ ne repugnet cum *d. leg.* 6. *Cod. de aduoc.* 1. *ibi nullæ diſcuſſio* ideo *Cuiac. in d. leg.* 3. eam leg. 6. ad illuſtrium & ſpectabilium iudi-
kkk cum aduocationem refert. kkk Quamuis enim *dd. ll.* nominatim de aduocatis fiſci loquantur. Vnde hoc in illis ſpeciale videri poteſt, communi tamen Dd. ſententia, honoraria annua, quotumcunque aduocatorum eodē iure cenſetur, *Flores Diez. var. qq. lib.* 1. *q.* 8. *numer.* 58. *Mynſ.* 3. *obſ.* 8. *Gail.* 1. *obſ.* 44. *numer.* 12. *Rosbach. Proceſſ. tit* 18. *numer.* 27. *Weſ. in Par. C. de aduoc.* 1. *numer.* 5 *Rauchbar. p.* 1. *quæſt.* 25. *numer.* 9. vbi *numer.* 15. & ſeqq. id in omnibus obtinere ſcribit, quibus annua ſtipendia ob operam & officium liberale præſtantur, non tam vt labor mercede, quàm vt beneficium antidoro compenſetur. Secus in ſalariis miniſtrorum, mercenariorum, opificum, &c. quæ proprie mercedes dicuntur Sicuti & ſalaria illa aduocationis, aſſeſſorij, &c. quæ non tam laborem, quam probitatem ſcientiæ principaliter reſpiciunt, etiam pro tempore licitæ, vel conceſſæ abſentiæ, deberi tradunt, etſi aliud ſit in conductis, reſpectu laboris & operarum, vid. *M. Anton. de Amatis deciſ.* 52. An verò ſalarium aduocato debeatur initio litis, quod vult *Ronig. Proceſſ. p.* 1. *tit. de aduoc. p.* 162. *Sich. ad leg. vn. C. de ſuffrag. numer.* 6. *&* 7. *Gail.* 1. *obſ.* 7. an medio, pluribus *Magon. Cynoſ. aduoc. part.* 1. *cap.*
lll 8. *numer.* 15. *& ſeqq.* Ill ita & *Salic. in d. l.* 13. *numer.* 1. *ref. Rauchbar. p.* 1. *q.* 25. *numer.* 7. † *Cuiac. in l. vlt. Cod. de domeſt. & protect. lib.* 12. *tit.* 17. ſalarium inſequentis anni heredibus negari, illis verbis, quod heredibus domeſticorum, & protectorum à ſubrogato præſtandum ex *d. lib. vlt*, in quâ dubitandi ratio.

CAPVT IV.

Poteſtas aduocati.

DE POTESTATE vbi primò habendum, non ita cauſsam eſſe in eius poteſtate, vt nihil ſine illo geri poſſit. Nam quæ eo abſente acta, hoc velamento non retractantur *leg. velamento* 4. *C. de poſtul.* a a PROBESSE AVTEM CLIENTI, SEMPER POTEST, NOCERE NON ITEM. NAM SI QVID FALSI in cauſsa DIXERIT dolosè, aut ab aduerſario dictum admiſerit; NEC PRÆSENTI NOCET. Quin & qui victus non prouocauit, colluſione compertâ, denuò agere poteſt *l.* 1. *C. de aduoc.* 1. *l. Diuus* 33. *de re iud.* SIN ERRORE, ABSENTI NON NOCET *l. vlt. C. de rer. aduoc.* PRÆSENTI NOCET, *l.* 2. *C. d. t.* niſi ante ſententiam intra triduū poſt falſam allegationem contradicat, poſt ſententiā appellet *l. vlt. C. de rer. adu.* Obi. At vtrique huic obſiſtit *l.* 7. *C. de I. & fac. ig.* vbi 1. error facti finito negocio nō nocet. Ergo quandocūque ante ſententiā, retractari poteſt. Rſ. Non nocet id eſt mutari poteſt, nō ideò tamē omnibus modis & quandocūque ſed quomodo, & quando poſſit aliunde petendum *d. l.* 7. *d. l. vlt.* b 2. b Cauſſa deciſa prætextu erroris, non inſtauratur *d. l. vlt.* Ergo appellatio non admittitur Rſ. Deciſa ſcilicet cum effectu, ſi tempora appellandi iam tranſierint, Etſi error iuris ſit, quia *d. l. vlt.* ſimpliciter errorem dicit. Et nec hic magis, quam ille nocere debet, vbi vertitur damnum amittendæ rei ſuæ *lib.* 8. *in ſi. D. de I. & fac. ig.* Imperitia itaque aduocati, ſiue in ponendo, ſiue omittendo, ita nocet ſi nec maturè contradictum, nec prouocatum eſt. c Cautum tamen *l. vn. C. Vt quæ deſunt aduoc.* vt c quod minus dictum iudex ſuppleat. d Quod tamen d ad errorem iuris emendandum pertinet, non facti *arg. l.* 6. §. 1. *de off. præſ.* e e

NOTATA.

a *lib.* 1. *C. de repud. bon. poſſ.* Etſi abſentia aduocati, iuſta cauſſa petendæ dilationis, per *leg.* 15. §. *vlt. l.* 23. §. *vlt. D. ex quib. ca. mai. leg. in ſi. ibi & neceſſitas C. de dilat.* b Aliter *Sich. in d. l. vlt. numer.* 2. *poſt Caſt.* videlicet a
intra triduum ſi reuocet, ſufficere nudam allegationem erroris, poſt triduum vero requiri probationem. c Quo- b c
modo autem aduocati imperitia, vel negligentia puniatur, & vt parti teneantur, vid. *Spec. hoc tit. §.* 9. *numer.* 17. *Ronig. p.* 1. *tit. de Procur. p.* 125. *& ſeqq. Caccial. de off. adu. quæſt.* 4. *Mag. Cynoſ. aduoc. cap.* 32. *&* 2. *ſeqq.* d Quare ſi ex actis, vel confeſſione conſtat actorem carere actione, iudex ex officio, parte etiam non petente, rectè repellit *gl. in leg.* 40. *verbo aut pœna Cod. de trans. Moll. ad Nou. Elect. Sax.* 25. *p.* 1. *numer.* 6. Sicuti & ex *d. Nouell. Sax.* præſcriptionis exceptio omiſſa, ſed de qua manifeſtè liquet, d
iudicis officio ſuppletur. e In facto tamen ſupplere poſſe, e
quando de iis, ex actis clarè apparet, per *cap. dilecti de iudic. Mynſ. decade* 3. *Reſp.* 25. *numer.* 7. Conſuetudinem quia facti eſt, etſi notoria ſit, ſi partes non allegant iudicem, ſupplere non poſſe vult *Sich. ad d. lib. vn. numer.* 5. Quod merito reprobat *Arum. diſp. Pand.* 5. *th.* 8. quia iudici non minus conſuetudinis, quàm legis ſcriptæ ratio habenda. Et ipſa conſuetudine facti non eſt, ſed cum quæritur an ſit. Sed & conſuet. notoriam excipit *Weſ. Par. Cod. Vt quæ deſunt adu.*

CA-

CAPVT V.

Aduocati Fiſci.

SED ET QVÆDAM PROPRIA ADVOCATORVM FISCI, quæ vt vſum in noſtrâ Reipub. facie omnimodum non habeant, aſt tum ad hiſtoriam iudiciorum Rom. tum ad imitationē conducunt. NVMERVS: bini præfectis prætorio; aliis præfecturis ſummis in prouinciis vnus *l. b. n.* 10. *l.* 12. *C. de aduoc.* 1. a a
TEMPVS, in illis annuum, in his biennale *dd. ll.* SALARIA de publico 600. aurei annui *l. per hanc* 7. §. 4. *C. de aduoc.* 2. vbi ſi in officio obierint, totius anni ſalarium ad heredes tranſmittunt *l.* 3. §. *vlt. l.* 5. §. *vlt. C. de adu.* 2. PRÆMIA propria; *de communib. ſupr. c.* 3. *l. Hhh.* ALIA DVRANTE OFFICIO, inter ſpectabiles conſiſtorij principes comites habentur, iiſdem commodis ſoluuntur *l.* 4. §. 1. *C. d. t.* nec lite pulſati ſportulas ſoluunt *l.* 7. §. *vlt. eod.* Item ſi priùs cohortalis conditionis, vna cum liberis eâ liberatur *l.* 2. *C. de adu.* 2. Etſi enim talis, nec in aduocatorum aliorum numerum recipi ſolitus *l.* 11. §. 1. *C. de adu.* 1. quid tamen, ſi receptus diſſimulantibus cohortalibus eiúsve conditionē neſcientibus. ALIA FINITO: Ex conſularis præſidis dignitate decorantur *l.* 13. *verſ. egredientem C. de adu.* 1. ab omni munere perſonali immunes *l.* 17. *C. d. t. l.* 5. §. *vlt. C. de adu.* 2. eorū liberi clariſſ. notariorum numero *l.* 4. §. 2. *C. de adu.* 2. OFFICIVM ne aduerſus fiſcum cauſſam agant, niſi ſuam, liberorū, parentum, b
pupillorū *l.* 1. *C. de aduoc. fiſci. l. pen. pr. D. de poſtul.* b nec fiſcalia commoda occultent, néve illis promouendis, calumnias moueant priuatis *l. pen. C. de aduoc. fiſci.* POTESTAS alia & maior. Nam niſi hoc præſente, de cauſſa fiſci agi nequit *l. vlt. C. d. t.* c c

NOTATA.

a Vnicum tamen fuiſſe fiſci patronum biennalem, Alexandriæ item in foro Præfidali Syriæ, & comitis Orientis *Briſſ.* 3. *antiq.* 21. quem adi *& P. Greg.* 49. *Synt.* 7. b Ne officium pu- a
blicum ſit damnoſum, ſi non poſſet retineri, niſi pretio vio- b
latæ pietatis, quo ita violaretur *l.* 6. *b.* 3. *Ant. Fab. ad d. l. pen.* c
c Quando tamen cauſſa deciditur, præſentiam non exigi, per *l.* 3. *ibi remotis omnibus D. de his quæ inteſt. d. l.* probat *Cæſar Vrſil. annot. ad deciſ. Afflict.* 366. *n.* 2.

CAPVT VI.

Infamia.

CVM INTER EOS QVI AB ADVOCATIONE ARCENTVR PRÆCIPVI ferè ſint INFAMES, conuenit vt DE HIS TRACTATIO SVBIICIATVR. Quæ & ratio eſt ordinis in *D. & C.* tametſi hæc cognitio latiùs pateat. Nam VI. infamiæ incommoda, & pœnæ. a Quæ adimit ius poſtulandi, a
vt ſupra *c.* 3. *lit. F f.* aſſidendi *ſupr. c.* 2. *lit. K.* Accuſandi *l.* 9. *de accuſ.* adipiſcendi honores & dignitates *l.* 2. *C. de dignit. l. vn. C. de infamib. lib.* 10. *tit.* 57. b fidem b
teſtimonij *l.* 3. *pr. de teſt.* & ius capeſſendæ hæreditatis, fratre præterito ſupra *lib.* 6. *c.* 15. Infames autem, qui & famoſi *l.* 6. §. 5. *h. t.* §. 6. *I. de ſuſp. h. t.* c ſunt c
qui iure notantur infamiâ rub. *& l. I. h. t.* VBI I. QVÆ SIT INFAMIA, quæ & ignominia *l.* 2. §. 2. *l.* 13. §. d
7. *D. l.* 14. *C. h. t.* d eſt famæ priuatio (nam vox *in* priuat) e ſeu damnum *l.* 8. *C. h. t.* f Fama ad perſonam e
relata, EST exiſtimatio cuiuſque *d. l.* 13. §. 7. Quæ dicitur *l. pen.* §. 1. *de extr. cogn.* dignitatis (latius ſumptæ pro cognitione perſonæ, non eā qua quis honore & reuerentia dignus, quo ſenſu *Cic.* 2. *de Inuent.* definit honeſtam cultu, honore, & verecundiâ dignam auctoritatem, quæ plebeiis non conuenit, qui nec tamē infames; Sed eâ qua quis non indignus iis rebus, quæ in ſuo cuique ordine tribui ſolent f illæſæ ſtatus. Planius ſic: Integra opinio alienius vitâ, & moribus. Contra Infamia EXISTIMATIONIS OB TVRPITVDINEM ALIQVAM VITÆ, CONTRACTVM, DAMNVM, *d. l.* 8. *C. hoc tit.* quo inter bonos, & honeſtos, non habetur. *l.* 2. *C. de dign.* g g
QVAM DVO hæc IVNCTA EFFICIVNT: TVRPE FACTVM *d. l.* 2. *& l.* 1. §. 5. *de poſtul.* h ET AVCTORITAS IVRIS id notantis *rub. D. & C. h. t.* Ideóque h
quorum exiſtimatio, grauium virorū opinione laborat, vt nec apud eos infamiæ notam effugiant, non tamen infames: Exempla *l. ea quæ* 13. *l.* 17. *l.* 19. *C. l. ob hæc* 20. *D. h. t. l.* 2. *de obſeq.* inſigniora hęctria: Ordine moti, relegati fuſtibus cæſi hominū opinione turpes, infames non ſunt *l. ictus* 22. *h. t. l. eos* 12. *de decur.* etſi his minui exiſtimationē dicatur *l. pen.* §. 2. *de extr. cog.* ſcilicet hominum opinione, nam ibidem ſeparantur ab iis, qui ex edicto perpetuo infames. Neq; hæc de verbis lis, ſed de re, cuius effectus, vt pœnæ infamium hos non teneant. Vnde Calliſtratus *d. l.* 12. negat eos arceri à honoribus, etſi, ſi alij ſint idonei, eligi hos inhoneſtum ducat. Quocirca error eſt Dd. vulgò ſtatuentium aliam infamiam iuris; aliā facti i cum hanc i
II. non agnoſcant, imò diſertè negent ſupra *all. ll.* Nec aliā ratione metus infamiæ, iuſtus non eſt *l.* 7. *Quod met. ca.* quàm, quia ius infamiam irrogat, non factum alienū, etſi quis turpe pari cogatur. k Tametſi & alie- k
ni facti infamia quandoque vocetur *l.* 9. *pr. de man. vind.* abuſiuè ſcilicet. l Quanquam verò & his non ſit l
eadem teſtimonij fides nec ius capiendæ hæreditatis fratre præterito, non tamē quia infames, ſed quia nominatim turpibus quoque & leui maculâ notatis, ea adempta, etſi non ſint infames. II. QVIBVS IRROGETVR: CAVSSARVM TRIA GENERA *l.* 43. §. *pen. de ri. nupt.* m QVÆDAM enim cauſſæ & propter m
eas perſonæ NOTANTVR LEGE, ſolâ ſcil. eo modo quo dicitur legitima hereditas vt ſupra *l.* 9. *c.* 1. (nam omnis lex, ſeu ius notat) eo ipſo quod delictum admiſſum. n n

NOTATA.

a Immò plures effectus, quos ſcitè, & plenè pertractat *Marq. Freher. lib.* 3. *de exiſtim. qui eſt de infamia c.* 24. *&* 5. *ſeq. add. P. Greg.* 31. *Synt.* 29. *n.* 11. Et grauibus ſane viris, grauior iactura famæ, quam vitæ *l.* 8. §. *pen. Quod met ca.* Improbis verò & leuibus hominibus non æquè, qui nullam ferè famæ rationem habent. Vnde in his ſæpe læuior hæc pœna reputatur *l* 1. §. 7. *de off. præſ. vrbi l.* 35. *de inter. Aut. Fab. ad l.* 1. *pr. h. t.* 1 *Iuuenal. Sat.* 6. Famam contempſerat olim. Cuius apud molles leuis eſt iactura. Et tūtum abeſſe ait *Tiraq. tr. de pœn. temperand. in præfat. n.* 17. *& Freh. d. l.* 3. *c.* 7. *n.* 4. vt dedecoroſi homines infamiam nimis expaueſcant, vt vel illam magnopere concupiſcant, eiuſque vt *Tacit. lib.* 11. *annal. de Silio* apud illos nouiſſima voluptas eſt. b Quin & honorem quæſitum b
adimit *l.* 8. *C. de decur. l.* 12. *C. de dign. Freh. de infam. c.* 25. *n.* 5. & nobilitate priuat, *l.* 2. *ibi nobilis perſonæ decore priuetur. C. de ſec. nupt. l. pen. in fin. pr. C. de dign l.* 8. *C. ad l. Iul. de vi publ. l.* 1. *in fin C. vbi Senat. vel clar.* quoad priuilegia ſcilicet & immunitates, non quoad onera, vid. *Freher. d. c.* 25. *n.* 13. *& ſeqq. Tiraq. de Nobil c.* 24. A muneribus autē quæ onus potiùs habent, quàm dignitatem, non liberat *l.* 7. §. *vlt. de interd. & releg. l.* 12. *C. de decur. l. vn. C. de infamib.* vid. *Weſ. in Par. h. t. n.* 8. *Freh. d. c.* 25. *num.* 9 & ſeqq. Hinc & tutores, ſui tamen facilius ordinis, ſuæque notæ hominibus dari poſſunt, cum tutela onus ſit, non honos *Freh. d. n.* 9. Quin & tabellionis officium, infamen exercere poſſe, modo non de falſo in officio commiſſo, condemnatus *l.* 12. *C. de ſuſcept. præpoſ. lib.* 10. *tit.* 70. *Weſ. d. n.* 8. *Freh. d. lo. n.* 10. Quem tamen manifeſtarium errorem vocat *Couar. pract. qq. c.* 19. *n.* 5. cū certè exacto iudicio deligendus ſit, cui auctoritas publica decernitur. Et abſurdum, fidem publicam haberi turpi ac infami c *l.* 16. *C. h. t. l.* 2. *C. de dign. & ſimil.* Sicuti & actio famoſa, quæ infamat: famoſa iniuria, libelli quibus fama aliena cum periculo pro- c

priè laceratur *Freh. lib. 1. de gloria c. 1. n. 7.* Vſurpatur tamen famoſus pro homine malæ famæ, ſeu diffamato, vulgaris famæ proloquio, qui de crimine aliquo in ſuſpicionem venit, etſi necdũ infamis verè reddtus *Freh. de infa. c. 3.* Quin nec in culpam ſemper cadit, hoc verò vt *Nigid. apud Agell. 4. Noct.* 9. ſed & famoſus dicitur, quacunque ratione *celebris*, qui omnium ſermone circumfertur: ſiue in culpam, Sic famoſi latrones *l. 28. §. pen. de pœn.* qui non tantum de crebris graſſaturis, & *populationibus* ſuſpecti & infamati, vt videtur ſentire *Freh. d. c. 3. num. 8.* Nec enim quiſquam ex ſuſpicionibus meris, licet vehementiſſimis condemnandus, vt ipſe Freh. ibid. Sed quos tales eſſe publicè, & certò conſtat, ſeu notorij, vt vulgo. Sic mererrix famoſa, iniquitas famoſa, hoſpes, pudor, luxus &c. *Freh. lib. 1. de gloria c. 1. n. 6.* Siue *in* laudem: ſic *Inuen. Sat.* Famoſos equitum cum dictatore magiſtros, famoſos equos, Sueton. Famoſiſſimam matronam, Hieron. dixere. Et Plin. in epiſt. negocium claritate perſonæ famoſum, Horat. Famoſúſque lacus, nomen memorabile ſeruat *Iac. Cruc. Bonon. annotat. in Papin. ſiluas theſauri Criticiſ p. 1. p. 673.* & ſeqq. & perpluribus aliis probat *Freher. d. c. 1. n. 8 poſt Tiraq. de Nobil c. 2. n. 38. & ſeqq.* d Tametſi *Cic. 4. de Rep. apud. Non. Marc. de propr. ſerm.* animaduerſionem Cenſoriam; ignominiam vocet. Vnde tamen malè *Bodin. 3. de Rep. 3. num.* 283. ignominiã plerõſque temerè pro infamiã abuti, cum ea ſit, quæ vulgò infamia facti, quod *d. l. 14.* itemque *l. 39. in fi. de furt. & ſimil. l. 2. C. & l. 20. D. h. t.* refellunt *Corn. Fronto* Ignominia imponitur ab eo, qui animaduerſione poteſt notare. Infamia ex multorum ſermone naſcitur. Vnde & apparet harum vocum vſum, apud auctores variare, cum infames paſſim legamus *dici*, qui malè vulgò audiunt, quos aptiùs diffamatos vocari, *Freher. c. 1. nu. 3. & 4.* Sic infamis iniuria ſeruo fieri dicitur *l. 2. de his qui ſui iur. §. 1. in fi. Inſt. eod.* Locus certè *Feſti lib. 4.* à Bod. adductus: Deprehenſa caſtigatione, maior ignominiã minor, quo tria militarium pœnarum genera conſtituit, cum redarguit. Et ignominia dicta quaſi ſine nomine, quod honeſtatis nomen habere deſinat, vt *Iſidor. lib. 5. Freher. d. c. 1. n. 6.* e *Weſ. in Par. h. t. n. 1. Freher. d. c. 1. n. 1.* ſic dici *ἀ ϛίνειν* ſicuri infortunium, iniuſtus &c. Sed idem *lib. 2. de exiſtimat. c. 10. num. 1.* mauult diminutionem dicere, quam priuationem, quod fama non planè perdatur, ſed quã retinet, malam nigrámque habeat. Et Caſſiodor. famã diminutos vocat, ac facit *l. pen. §. minuitur 2. in fi. de extr. cog.* Idem *lib. 3. c. 4. n. 1.* eum cuius fama *imminuta* eſt, f retinere famã, ſed læſam & inquinatã. Sicuti ait religionẽ paſſus, caput habet, ſed afflictum & debilitatum. f Ea hominis qualitas, qua in numero bonorum ciuium cenſeri meretur, munerum, bonorum capax, & ad actus ciuilis ſocietatis gerendos idoneus, iniuriã & obtrectatione *indignus* reputatur: ſis in *l. 14. §. 1. de ſeru. corr. & in Cod. paſſim Freher. lib. 1. de gloriã c. 1. num. 11.* g *Tart. in l. 1. h. t.* Latæ dignitatis ſtatus, legibus vel moribus improbatus & *Zaſ. in Par. h. t. n. 1.* vbi vox *legibus* ad iuris vox *moribus* ad facti infamiam refert. h *Accurſ. in l. 1. C. h. t.* diminutio, nota, ſeu priuatio famæ *Weſ. in Par. h. n. 1. in fi.* h *Freh. 3. de infam. 1. n. 2.* ſimpliciter diminutio famæ. h Sine delicto enim fruſtra meretur. Nec per iniurias aut contumelias fama verè minuitur, aliàs iniuriatione ante ſatisfactionẽ defuncto, iniuriatus infamis maneret. Vnde iniuria ad infamiã fieri dicitur *l. 1. §. 2. de iniur.* infamandi cauſſa *l. 15. d. t. paſſim.* minuendæ opinionis cauſſa *l. 5. C. eod.* Verè autem famam non tollit, vel inquinat *d. l. 3. Freh. lib. 2. de exiſtimat. c. 10. n. 6.* vbi monet aduocatos ſcitiores in libellis actionum iniuriarum ita ponere: conatus eſt, quantum in ſe fuit honorem meum violare, non ita violauit &c. i ita Accurſ. *Bart. & Dd. ad l. 1. h. t. Duar. h. t. c. 2. &* 1. *diſp. 42. Baro ad d. l. 1. P. Gr. 31. Synt. 29. n. 7. & n. 9. Loriot. de iur. arteir 7. de Exiſti. ax. 2 & 3. Bodin. 3. de Rep. 3. n. 283. Beuſt. ad l. admonendi 31. de iureiur. n. 599. & ſeqq. Gœd. ad l. 42. de V. S. n. 9. Freh. l. 3. de infamia c. 1. & 2. & c. 22. &c.* P. *Hei. p. 1. q. 21. n. 4. & ſeq. A. Gentil. de actor. fabul. c. 14.* Quæ diſtinctio, etſi verbis ll. non apertè prodita, commoditatis docendi gratiã retineri poteſt, quicquid noſter contra ſentiat & *Niell. diſp. feud. 2. th. 6. lit. D.* etſi fortaſſis, pro genuina ſpecierum diuiſione venditari non debeat. Planè definitio ab ipſomet noſtro hic tradita. & huic facti ignominiæ competit. Ac licet non eoſdem, quos vera iuris infamia, effectus habeat, ſuis tamen incommodis non vacat. cum nec Don. neget auctoritati horum teſtium quid detrahi, & à ſucceſſione eius, qui fratrem præteriit, repelli: Quiæ nec his portas dignitatum patere, probat *l. 2. C. de dign.* vbi notati, dum à famoſis ſeiungunrur, intelliguntur infamiã facti aſperſi *Freher. c. 25. num. 2.* Ac probabilem hanc diſtinctionem reddit *l. pen. §. 2. de extr. cogn.* Nam quod noſter dicit, minui hominum opinione, hoc ipſum eſt quod Dd. intendunt. Si enim infamia eſt, quæcunque exiſtimationis miuntio, & verò aliter quam iuris auctoritate minui exiſtimatio poteſt, aliam quoque, quam iuris infamiam ſtatui neceſſe erit; quocunque tãdem nomine nuncupes. Et *l. 2. de obſeq. par. præſ* maximè in verbis *reipſa* quod idem eſt, ac facto ipſo. Quæ enim re ipſâ fiunt naturalia, & facti dicuntur. Non ita inepta hæc, tum appellatio tum oppoſitio, (etſi alio ſenſu facti ignominia *in l. 39. in fi. de furt. Freh. d. c. 22. n. 1.*) Facti infamia, iuris ignominiæ oppoſita, non quod iuri, illa penitus ignota, omnive iuris effectu deſtituta, vt malè *Ant. Fab. ad l. 4. §. 4. h. t.* ſed quod certo iure non definita, quodque ll. aut iuris aliqua parte non irrogata in mero facto, & opinione hominum, non vulgarium (ne quis cum Niell. obiiciat ita ſiniſtris vulgi rumoribus, vaniſſimóque plebeculæ imperiæ iudicio, nec vnius aſſis ſæpe æſtimando famam proſtitui) ſed grauium & cordatorum; illaudari à laudatis, vt ſcitè *Alb. Gentil. de actorib. fabul. c. 14.* Eadémq; non ex falſa ſuſpicione, vt quandoque fit, quæ infamatio veriùs dicetur, ſed ex facto aliquo non dubio orta, vid. *Freher. d. c. 22.* qui regulam hanc tradit ibid. *n. 3. & n. 18. in fin.* Quicquid bonis moribus aduerſum, & grauium virorum incorrupto iudicio dedecẽs exiſtimatur, facti infamiam gignit. Hanc itaque inutilẽ omnia turpiter geſta, quæ ſi ſententia ſecuta eſſet, infamiam iuris parerent *lib. 42. de V. S.* Item quibus caſibus, modóque illa vitatur, vt ; ſi per Procuratorem litigetur, infra *cap. 8. lit. Ll.* Sicuti & facta turpia, iure non notata, vid. *Zaſ. in Par. h. t. numer. 20.* & ſeq. hac notari volens damnatus, Quod met. ca. ex l. Aq. Interd. Vnde vi &c. Et dicit ita, quod ex ſola facti improbitate oriatur, circa quam Lex nihil ſtatuat. Sed & ea ratione facti dici poteſt, quod hæc nota nominis, & nouus honoris, vt vocatur *Freher. cap. 1. numer. 10.* in facto conſiſtat, arg *lib. 24. de R. I.* id eſt, ex circumſtantiis æſtimanda, nec quis eã laborer certis regulis, vti infamia iuris, doceri poſſit, tametſi aliquo ſaltem modo definiri nihil impediat. Sicuti *Freher. d. cap. 22. 10.* caſus quibus incurrator, conſtituit. Eã præterea, quod ne quidem in iuris, aut legiſlatoris auctoritate, poteſtatéve ſitum, cui hæc macula ſuſtinenda ſit. Nam nec à Principe hæc tolli poteſt, non magis quam facta infecta reddi *Tiraq. de iure conſtit. poſſeſſ. p. 3. limit. 7. numer. 10.* Freher. *cap. vlt. numer. 12.* Hinc Claudius, cum cuidam notam, deprecantibus amicis, ademiſſet, *Litura* tamen, inquit, exſtat *Sueton in Claudio cap. 16.* Plane gradus ſunt huius ignominiæ pro grauitate, & leuitate cauſſæ, ex quo ortum habet, factique pudore, & turpitudine *Weſ. Par. h. t. numer. 2. in fin. Freher. cap. 1. numer. 9.* Vana tamen, illa Baldi, diſtinctio de qua *Weſ. d. lo.* in eam quæ incerto autore nata; quæ à iudice, patre aut viro honeſto, & quæ à ſectæ diuerſitate. Prior enim verè nulla, vt ſcitè oſtendit *Freher. cap. 2.* quo remitto, poſterior iuris infamia; media ſola huius loci. Etſi autem nonnulli viles homines, vitæ conditione his accenſeane *Gom. 1. reſol. 11. numer. 38.* qui & luſores ebrios, lenones hac nota inuſtos ſtatuit. add. *Rebuff. in auth. habita f. 70. & ſeqq. Gœd. in lib. 42. de V. S. numer 11.* Separat tamen ab infamibus vtriſque, perſonãs humiles ac viles *Freher, cap. 24.* qui nempe integra non ſunt dignitate, non ex delicto, ſed aut ex ſordido vitæ genere, vel quæſtu illiberali, in quibus, & ſunt vltimi negociatores quos vocat *lib. 6. C. de dignit.* id eſt propolæ, qui mercantur à negociatoribus maioribus, quod ſtatim minuatim reuendant, qui nihil proficiunt, niſi admodum mentiantur *Bodin. 3. de Rep. 8. numer. 360.* Cerdones, ac opifices ſordidi, latrinarum purgatores, cloacarij, ſandapilarij, rabarnarij, nautæ, publicani, apparitores magiſtratuum, lictores (de quibus accuratè *Lipſ. 1. Elect. 23.*) Carnifices *Bodin, 3. de Rep. 3. n. 285. & c. 8. n. 361. P. Greg. 31. Synt. 38. n. 5. & 6.* qui ſpeculatores *l. 6. de bon. dam. vbi*, vid. *not. Goth. Ran. 3. Coniect. 4. Rad. Forner. 6. rer. quotid. 24.* Cohortales *l. 11. &* ſeqq *C. de cohortalib. l. 12. tit. 58.* agitatores, vid. *not. c. ſeq. lit. A.* veſpillones, libitinarij; pollinctores (de quibus *Goth. ad l. 31. de euict. & l. 27. §. pen. de ſol Ran. ad ll. 12. tab. 15.*) quos percẽſet *Freher. d. c. 23.* quibus an rectè addat præcones *n. 12.* ſubdubito. Aut ob ſolã iniuriã corporis, vt Eunuchi, caſtrati, ſi rectè, idé *Freh. d. c. 23. n. 18 add. Andr. Laur. l. 7. hiſt. anatom. q. 1.* vel *originis* vt & ſpurij inceſtuoſi &c. *Freher. d. c. 23. n. 20. add. not. S. l. 6. c. 15. lit. B.* & olim ſerui, ac dediticij, & quodammodo liberti *P. Fab 2. Semeſt. 12. p. 182. & ſeq.* Ve quibus ſingulis plenius *Freh. d. c. 23.* Immò hic metus iuſtus *l. 8. §. pen. d. t.* vid. k *not. S. l. 15. c. 38. lit. N.* Rectè verò ex facto alieno, neminem fame labe aſpergi, verùm hæc facti infamia ex propriã turpitudine, & prauis moribus, etſi legibus non ita notatis.

Quos

Quos ſequitur factum illud alienum, in quo poſita eſt ſiniſtra honeſtorum virorum opinio, quam nec ius aut leges inhibere, & ſiſtere poſſunt, l Non puto. Quidni enim periculo veræ infamiæ dominum à ſeruo liberatum dicemus, ſi effecit ne damnaretur, eiúſve innocentiam probauit. Certè periculum infamiæ, ibi vitæ periculo comparatur, de quo, vid. *Freh. lib. 2. de Famâ c. 10. Gœd. ad l. 103. de* m *v. S.* Quod in perſonis vilibus non obtinet, vt *S. lit. A.* n Atqui nulla ibi pactionis mentio. Et alij, duo genera faciunt *Duar. h. t. c. 2. & 1. diſp. 42. Baro ad l. 1. h. t. Zaſ in Par. h. t. nu. 2. Freher. c. 4. nu 21.* Qui ita: Quædam facta ipſo iure ſine cauſſæ cognitione infamiam inferunt, quædam ſententiam iudicis requirunt. Quo facit quod qui pacíſcitur, confiteri intelligitur, infra *c. 8. lit. Rr.* Confeſſus autem pro condemnato eſt. Quod, ſi cui hæc ratio non ſatisfacit, ita ſæpe diſparticò poterit: Aut lex ſola factum turpe notat, aut accedente alio facto; vel iudicis condemnantis, vel rei pacíſcentis. Aliter *Vveſ. Par. h. t. n. 6.* tribus modis irrogari: ipſo iure, per ſententiam, aut genere pœnæ, quæ citra ſententiam extra ordinem imponatur, n Quæ irrogatur ſolo facto *Zaſ. Par. h. t. n. 2. qui n. 25.* differre iſta: facti infamiam incurrere, & facto, vbi lex videlicet factum notat. Atque hanc infamiam iuris, & de iure ſimul vocat *Beuſt. in l. admonendi 31. de iureiur. nu. 584. poſt Caſtr. in l. 1. h. t. num. 3.* quia his ſuapte ſponte lex, dedecus adhæreſcere voluit, quibus nec ferè aliam, quam probri pœnam infligit *Vveſ. in Par. h. t. num. 6. Freher. cap. 4. num. 23.*

CAPVT VII.

Cauſſæ infligendæ ipſo iure infamiæ.

HÆ CAVSSÆ XIV. totidémque perſonæ, quas non plenè continet edictum *l. 1. hoc tit.* 1. Qui artis ludicræ cauſſâ, in ſcenam prodiit a [quæſtum inde facturus, a quem deſidiæ deditum, apparet alios corrumpere cum & in ſcenâ multa obſcæne dicta olim fuerint, hæc ex lib. 2. *cap. 1.*] b 2. qui lenocinium fecit b 3. qui eam quæ in poteſtate eſt, antequam virum elugeret quem mortuum eſſe ſciuit, nuptui collocauit c 4. qui eandem ſciens ſuo nomine, non iuſſu eius in cuius poteſtate d vxorem duxit. 5. Qui eandem ab eo. quem c in poteſtate habuit, duci paſſus. c 6. Qui ſuo nomine non iuſſu eius, in cuius poteſtate, ciúsve nomine quem, quámve in poteſtate haberet, bina ſponſalia, aut nuptias, eodem tempore conſtitutas habuit. f *De his 6. cauſſis verbis edicti d. l. 1. hoc tit. 7.* Qui muliebria paſſus 8. qui operas beſtiis g depugnandis locauit de his *l. 1. §. 6. de poſtul.* g 9. h quæ palam corpore quæſtum facit h 10. Quæ in i adulterio deprehenſa i de his *l. 43. pr. §. 1. pen. & vltim. de ri. nupt.* 11. Qui venere præpoſterâ ſe polk luit *l. 31. C. de adult.* k 12. Qui fœnus improbum id eſt vltra modum *l. 26. §. 1. C. de vſur.* exercuit *l. 20. C. hoc tit.* Etſi enim vocula *irroganda* ibi videatur ſententiam requirere contra tamen dicendum 1. quia irrogari vult *exercentibus* non iudicatis. 2. Nulla hic actio infamans, quacumque conditione illicitè exactum reperatur *l. ceſſat 36. de O. & A.* l Ad vocilam *irroganda* &c. hoc arguere, quod iure id fiat, & meritò ab ipſis, qui loquuntur Impp. quorum voluntas ſtatim pro iure. 13. Qui maiorennis contra pactionem iureiurando firmatam agere co- m natus l. 41. C. *de trans.* m 14. Hæreticus *l. 1. C. de* n *S. Trin.* n

NOTATA.

a a *l. 2. §. vlt. h. t.* in verbis, propter præmium. Non ergò ſi gratis exercitationis, & oblectationis cauſſâ *Baro & Ante. Fab. ad d. l. 2. §. vlt. Rebuff. in auth. habita fol. 703.* fuse, contra *Goth. ind. l. 2. §. vlt. Vetran. Maur. de iure l. c. 11. Alb. Gentil. diſput. de actoribus & ſpectat. fabul. non notand. c. 15.* qui de hoc argumento pleniſſimè tractans, videatur, & *Ran. 3. var. 11. P. Fab. 2. Semeſtr. 12. pag. 183. & ſeqq. Menoch. arb. ca. 69 Tiraquel. de Nobil. c. 34. n. 6. & ſeq Rud. Forner. 5. rer. quotid. 29. Freher de ima. ca. 18.* vbi 7. modis reſtringit: 1. Vt non in editoribus obtineat, ſed in interlocutoribus ac ſcenicis, operas ſuas illis locare ſuetis. (Tametſi quidam velint hiſtriones, hos geſtibus nutis repræſentaſſe Comœdias, quas Comœdi recitauerint *Pollet. 2. hiſt. fori 12.* & ibid. *in Coral. Phil. Broida. A. Gent. d. diſp. de act. fab c. 17.*) 2. Nec in his, ſi poſtquam locauerunt, eos pœnituerit *l. 3. h t. 3.* Vt nec ſi in loco priuato operam artémve ſuam exhibuerint. 4. in actoribus Atellanarum, quæ fabulæ iocoſæ laſciuia ac petulantiã vacuæ, vid. *Scal. 1. Poët. 7. P. Fab. 1. Semeſtr. 20. ſub fin A. Gent. d. c. 10. p. 67. & ſeqq.* 5. Si hiſtrio, cætera, vir ſpectatæ probitatis, vt Roſcius. 6. Si minor *l. pen. C. h. t. 7.* Qui curam ludorum ex officio publico agit, qui ipſe ludorum gratiã, prodire dicitur *l 7. de man. vind. &c.* Scholaſtici verò qui Comœdias hodie agũt, artis cauſſa non prodeunt, ſed voluptatis & exercitamenti *A. Gent. d. lo c. 17.* Et infames ita ſunt geſticulatores, & circulatores, qui mirã manuum agilitate ea exhibent, quæ ſimpliciores arte demoniacã perfici credunt; vid. *Vier. lib. 1. de præſtig. dem. c. 18.* Quos præſtigiatores non ſatis aptè vocãt, cum vt *Iſidor. 8. Etymol. 9.* præſtigium inde dictum ſit, quod aciem oculorum præſtringat, vt res. aliæ, quam ſunt, appareant. Et ideò hi propriè Magi, illi, & faſcinatores, vid. *Gœdel. lib. 1. de Magis c. 3.* quos ipſos tamen, vt & ſortilegos, & ariolos, ipſo iure ac profeſſione ſua infames non ambigitur, vid. *Freh. 1. cap. 19.* Chironomi, funambuli &c. quorum ars ſchœnobatica dicta *Alb. Gent. d. lo c. 17. Freher. d. c. 18. num. 3. Zaſ in Par. h. t. n. 9.* accenſens ais Choraules, qui ad choreas ludunt fiſtulis, ſiue aulædos, rympaniſtas, cythatœdos. Quod in his quidem moribus noſtris vix obtinet, & vt æquum ſit obtinere vereor. Quin & legem ciuilem infamanté hiſtriones receptam nunc non eſſe in vſu ſcribit *A. Gent. de actorib. fabul. c. 14 in fi.* Aequiùs accenſebimus moriones & ſanniones aulicos de quib. vid. *A. de Gueuara Horol. Princ. lib. 1. c. 43. & lib 3. c. 46. & ſeqq.* + Non in eadem cauſſâ Athletæ *l. 4. pr. h. t. l. un. C. de athlet.* Quin imò in maximâ exiſtimatione habiti *Hieron. Mercurial. l. 1. de arte gymnaſt. c. 14.* Qui diuerſi à gladiatoribus, qui inter ſe capitaliter decertabant, quæſtus cauſſâ, *Cic. 7. epiſt. fam. 1.* Nunquid ego te athletas putè deſiderare, qui gladiatores contemperis. Hi enim perinde infames, vti qui operas beſtiis depugnandis locabant. Nec Thymelici id eſt non hiſtriones ſcenici, vt *Pius Anton. Bartolin. auctar. cap. 2* ſic enim pugnaret Vlp. ſecum ipſe & cum verbis edicti. Sed Muſici, qui modulos in fabularum actionibus faciebant, vid. *Scal. 1. Poet. 19. Freher. d. cap 18. num 28.* qui vereor vt rectè, ex verbis *vlt. d. l. 4. pe.* reſtringat ad eos, qui in certaminibus ſacris, organis ſuis ludunt. Cum vtique *Muſicis ſcenicis*, illæ rerum turpium imitationes, vocum obſcœnitates, motuum turpitudines, geſtuum fœditates, quæ in theatris fiunt, vt ſcribit *Saluian l. 6. de gubern. Dei. ref. Freher d. c. 18. num. 4.* non ita conueniant. Neque Exuſtici ſeu vt *Zaſ in Par. h. n. 6.* & *Bartolin. auctar. c. 3 emendam* Xyſtici qui in porticu, Gr Xyſto, per hyemem ſub tecto ſe exercent, vid. *Hier Mercurial. l. 1. de arte gymnaſt. c. 9. ſub fi.* neque agitatores qui in ludis Circenſibus, celeritate currutum certantes equos ad curſum excitabant, vid. *Ran. 5. var. 14.* quos curriculo, puluerem Olympicum collegiſſe iuuat &c. *Horat. 1. Od. 1.* Quos licet inhoneſtas perſonas vocet *l. 4. C. deſpect ac.* non ideo tamen infames, ſed viles & abiectos eſſe, ſequitur P. *Fab. 1. ſemeſt. 20. ſub fin. Ant. Fab. ad d. l. 40. pr. h. t.* Diſſ. *Freher. d. c. 18. num. 30.* cenſens hos, opinione hominum, & fauore populi, aſt non iuris cenſurâ, infamiam effugiſſe. Hoc *Vlp.* innuere dum dicit *ita omnes opinari* nec de ſe ipſe affirmat. Quod improbabile omnino. Omnes enim ICtos intelligit &c. diſſ. & *Cuiac. in d. l. 4. C. de ſpectac.* antinomiam agnoſcens. Nec qui aquam equis ſpargunt, id eſt curſu incalescentes perfundunt, & refocillant vaſe aquario, quod Naſiterna dicebatur *Feſt. lib. 12.* quod tres naſos, ſeu anſas haberet, vid. *Turneb. 7. aduerſ. 27. Coruas. 4. miſc. 24. Briſſ. 1. antiq.* 10. Nec deſignatores *l. 4. §. 1. h. t.* quos ludorum quorumcunque præſides & præfectos interpretatur *Buda. in annot ad Pand. & Freher. c. 18. in fi.* Tribuni voluptatum vocantur, *l. vlt. C. Th. de ſcenicis. Caſſiodor 7 variar. 10.* cum famã diminutis, ſaluâ opinione ſuâ verſantes. Sed deſignatores dictos, eos ſolos, qui funebribus pompis, & ludis præfuerunt, poſt *Alex. 6. gen. dier. 19.* plurib. contendit *Iac Nicol. 3. miſc. ephiphil. 25.* Sed de his ſatis. b Quod explic. *l. 4. §. 2. h. t. l. 43. §. 6. de ri. nupt. add. l. 2. §. 2. & ſeq. D. l. 2. l. 9. & ſeq C. de adult. l. 12. C. de ep. aud. l. pen. & vlt. C. deſpect ac. lib 11. tit. 40. Freher. c. 16. n. 27. & ſeqq.* Quin & ſeruus leno notatur, libertate acceptâ *l. 4.* b

§. 3.

§.3. h.t. Etsi contra videri poterat, cum ne priùs amitteret famam, quam habere cœperit, cum seruus existimationem nullam habeat *l.7.C.ad l.Corn. de falsi.* tum quia mulieris famæ non obest, quæstus in seruitute factus *l.24. h.t.* Sed ita placuit, siue quia grauius peccatum lenonis, quam meretricis *Nou.8. c.8.* cum aliis peccandi caussam præbeat *Bus. ad d.l.4.§.3. num.3. Pac.2.q.21.* Siue, quæ verior ratio, quia *d.l.* 24. de de muliere, lenonis imperio coacta. ¶ 3. de seruo qui volens flagitiosè fecit, dum ex peculio negociaretur *Forner. 4.ver. quotid.16. Freh.d.c.16.nu.30.* de ordinario scilicet prostituente vlcarios, qui peculiares dicuntur *l.21. de pecul.leg.* quia in peculio ordinariorum *l.7.§.4. de pecul.* Rau. *5.var.20.* c Secus autem si pater generum mortuum nesciuit, sed superare putauit *l.8. h.t.* Immò dices, sic mulierò iustiùs infamis, quia filiam duobus nuptam vult, & lenocinij reus fit. Sanè *Freh.c.17,n.21.* verbis illis *cum mortuũ esse sciret*, nihil se magis, dum hæc studia tractauerit, torsisse fatetur. ℞. autem, ideò hæc duo coniunctim requiri, mortem generi, & certam scientiam soceri. Quod si alterum desit, non simplex infamia, sed grauiores adulterij bigamiæ & lenocinij pœnæ, infligendæ. Verùm ita minimè satisfit dubio, nec expositionem hanc admittunt verba *d.l.8.* ne ignorantia puniatur. Incommodissimè verò *A. Fab.ad d.l.8.* ℞. quod duobus nuptam esse non tam illicitum, quàm impossibile sit §.7. *I. de nupt.* ideóque patrem hoc casu non tam malè, quàm nihil agere. Pessimè. Sic enim bigamis tribuetur impunitas, qui ex hoc ipso edicto infames, & directò aduersatur *l.13.§.4. h.t.* Ac scitissimus est actus nullitatem non excusare à pœna, & sufficere quid factum ad pœnam, etsi de iure non teneat *l.18. Cod. de adult. & c.2.* ℞. *Frh.* Quid si pater putauerit non morte, sed diuortio, dissolutas nuptias. Malè item. Verba enim generalia; ignorantiam mortis generi excusari, nec requiritur error, aut falsa opinio de diuortio. Quæ nec facilè probabilis. Qui diu abfuit, & peregrè decessit, viuere hunc pater facilè credet, nec etiam rumoribus quibuscùis *de morte fides habenda.* At diuortium, quod facti est, facilè generum cum non fecerit vnde error? Quid igitur! Sic coniecto, forsan aut rem acu tetigero. Malefacia, re consistunt *l.4. de O. & A.* & duo coniunctim requirunt, ipsum factum malitiosum, & consilium *l.fugitiuus 225. de V.S.* Quorum alterum si absit maleficium, verum, non est. Sic enim nec fraus dicitur, aut coërcetur, nisi ad fraudandi consilia, ipsa fraudatio accesserit, seu nisi eo alteri nocitum. Ac tametsi conatus aliquando puniatur, consiliúmque magis, quàm euentus, aut exitus spectari dicatur, id tamen in atrocioribus criminibus: Nec etiã in illis solus animus, & cogitatio facinoris perpetrandi, nisi ad exterius aliquod factum processerit, crimini ac pœnæ in foro ciuili facit obnoxium. Quare quando gener verè mortuus est, pater quis superstitem eum putat, filiam alteri copulando, lenocinium non committit, sicuti nec filia binuba efficitur. Tametsi nãque in illo lenonius, in hac meretricius, aut adulterinus animus non defuit, effectus tamen deest. Neque hoc facto, iunctione filiæ, nouo marito, leges de bigamis coërcendis vlla ratione læduntur, illísve vis, aut fraus fit. Planiùs: Huiusmodi delictum, & ad formam suam animum dolosum, & ad materiam ipsam, rem seu factum exigit. Quæ nisi vtraque adsint, non committitur. Ex assumto enim actu intelligi oportet, non solã animi propositione *d.l.* 225. Sic quippe, nec quæ ignorans alienum virum, experitur suum probabili errore putans, vt *Alcumena apud Plaut. in Amphitr.* vid. *Ant. Gent.6. de Nupt.* 12. Nec quæ suum, *alienum* existimans, & exspectans, adultera ex iuris ciuilis ratione (aliud enim posteriore hoc casu, iure diuino, & in foro poli obtinere non inuitus dedero) dici potest illic formã, hic materiã delicti deficiente. Proinde, & in proposito, nec polygamiam procurat parens, qui filiam alteri locat, priorem maritum falsò obiisse persuasus, nec qui superstitem eundem, dum verò obiit, pari errore credit, vt in *l.8.* Priori casu animo delinquẽdi, posteriori, re ipsa ac facto cessante. Ex quibus liquere potest, parentem, in *d l.8.* nuptui filiam tradentem secundo, nondum comperto primi obitu, nec in caput illud edicti, quod immaturas, neque in alterum quod iteratas, superstite priore vi. o nuptias filiæ procurant c notat impingere, itaque famam illi seruari. Non in illud, deficiente voluntate, quia nuptias secundas parando filiæ ne cogitauit quidem de legibus illis, quæ luctus tempus, nuptiis iteratis præuerri verant, violandis, cum ignorauerit posse iam in personã filiæ illis locum fieri, adeóque ignoti nulla cupido sit. Quomodo perquam conueniens ratio Vlp. *ne ignorantia puniatur.* Non in hoc; impediente rei ipsius natura, & conditione, seu deficiente facto ipso, ac delicti materia. Atqui in edicto factum notari, atque ita non nudam animi desti-

nationem, & propositum, dicitur *l.13.§.4.h.t.* Nec obstat *l.* 1.§.6. *de postul.* Quia ibi subest factum, & materia delicti. ipsa scilicet locatio, vt not. *S.c.3.lit.Bb.* Quo se secutã pœnitentiã, non exuit. Hic autem factum filiæ nubentis, & patris nuptui locantis, in nullius delicti speciem cadunt. † Cæterum ipsáque mulier luctus religione viro priori nõ præstans, labem pudoris edicto contrahit, *l.11. C.h.t.* etsi non ex verbis edicti in *l.1.pr.h.t. relatis*, at certè ex sententiã *l.1. & 2.C. de sec.nupt. l.4.C. ad SC. Tertyl. Nou.22.c.22.l.15.§.3. vers. & quis D.h.t.* qui malè Tribon. assignatur ab *Ant. Fab* quia, ait, FC. dixisset *si quæ* sed ℞. ex *l.1. de V.S.* Deinde inepta, ait Faber, illatio, cum in prioribus potiùs ratio dubitandi, quam decidendi ℞. Postquam in prioribus traditum, quinam lugeri debeant, & quæ except. non ineptè subnectitur regula, quæ scilicet locum habeat extra casus exceptos. † Itemque quæ intra idem tempus incontinentem, vel luxuriosè vixit *Ioh. de Garonis de pœn. secundò nubent n.8.* Tempus verò luctus legitimum, olim decem menses *Ouid. 1. Fast. Plutar. in Antonio*, qui annus Romuli *Macrob.2.Saturn. 12. Solin. Polyhist. c.3.* Duo verò menses primum adiecti *l.2.C. de sec. nupt.* Et loci itaque *Liu.lib.2. Seneca epist.65.* qui annum fœminis, ad lugendum constituisse, maiores scribit, de anno decimestri exponendi. Nam, idem *Seneca lib. de consol.* Maiores 10. menses iustum spatium lugentibus viros dederunt, vid. *Cuiac. de præscript.c.3.Rau.1.var.20. Goth. ad d.l.2. fors.7. desuesc.§.9.* Si verò diuortio solutum matrimonium, poterat statim alij nubere, nisi præg nans esset, vid. *Cui. de præscript.c.20. & 6. obs. 32.* vt & si vir, ex iis, qui lugeri non solent, si intra legitimũ tempus peperit *l.11.§.2.h.t.* Aliàs verò lugendus maritus, etsi nec purægnans sit, cum plures sint prohibitionis caussæ, vid. *Freher.c.17.n.13. & seqq.* Qui autem lugeri non soleant docet *d.l.11.§.3.* ad cuius explicationem adi *P. Fab.2. Semestr. 9. Iac. Durand. Casell.2. variar.3. Freher.d.c.17.n.6.* Ius Canon. ab hoc iure, recessit. ◦ Hic enim excusatur *l.11.§.vlt. h.t. vbi* d *ratio.* Neque enim hic casus, ex iis quæ atrocitatem facinoris in se habent, in quibus iussus superioris, non excusat *l.* 157. *de R.I l.20. de O. & A. Fab.ad d §.vlt. Freher. cap.17. n.24.* etsi potestate liberatus retinuerit *l.12.h.t.* Neque enim hic tam vitium in ipso matrimonio, quam temporis festinatione, quod ipso cursu temporis purgatum *A. Fab. ad d.l.12. Freh.d.c.7. n.25.* Nam nec huiusmodi nuptiæ, etsi festinatio puniatur, rescinduntur. *Don. S.lib. 13.c.19. lit.Z. Sc. Gent. de sec. nupt.c.18.* Alia caussa est incestarum *l.4. C. de in c nupt.* quia ibi vitium perpetuum. Obi. *l.66. in fi.pr. deri. nupt.* vbi si tutor, vel curator pupillam filio iungat, vterque infamatur, etsi filius in potestate. † *Freh. & A Fab. dd.lo.* ℞. ideo ibi aliud, quia matrimon. illud ll. vetitum, & per se nullum. Atqui adhuc obstat ratio *d.l.11. § .vlt.h.t* quæ generalis. Quare melius, idem *Faber 1. Iurispr.4. prine.1.ill;11.p. 349.* exponit. Vterque id est, non pater & filius, sed, tutor, & curator. Ac ratio cur pater ibi infamis: quia nempe habetur pro confesso, & iudicato, in caussã tutelæ infamante *l.7. Cod. de interd. matrim.* non habet locum in filio, qui nec condemnari potest viuo patre, nec mortuo, nisi vt heres alieno nomine, qui infamis non fit. Cæterum & luxuriosè viuens cum huiusmodi muliere, infamis *Ioh. de Garonis de pœn. sec. nubent. n. 28. & seq. l.11.§ vlt.h.t.* etsi non iusserit, sed tacite permiserit, e nec contradixerit. Nam qui patitur quod prohibere potest, facere ipse videtur *l.13.§.1.h.t. l.3. de n. act. & sim. A. Fab. ad d l.§. vl. Freh.c.17.n.26. & seq.* vbi hoc casu ipsumque filium infamari docet cum non habeat, in quem culpam conferat. Secus, si ratum habuerit *l.13.h.t.* quia comprobatur id, quod mutari nequit. idem esse si filium in concubinatu collocat *Carron. d.lo.p.243.* † *l.13.§.1. & seq.t.l.18. C. de adult.* etsi con- f iunctio corporum non secuta *Nou. Elect. Sax. 20.p.4.* vid. *Freher.c.17.n.29. & seqq. add. not. S. lib.13.c.19. lit.Ee.* Idem esse, si vxori, pellicem superinduxerit, *Freher.d.c.17.n.34. Iohan. de Garonis d.pœn. secundo nubent n.28. pag.237.* aliud verò, si duas concubinas simul habuerit; etsi & hoc vetitum *Nou.89.c.12. §.5.* non tamen hac pœnã adiectã. g de quibus 8. *c.3. lit. Bb.* g Atque hos arenarios, & venatores vocabant *Freher.c.18,n.16. & seqq.* De quibus exaudiendum, quod in *c.9. dist.86.* Venatorum ars nequissima dicitur, vt *Georg. Mor. de iure venandi p. 1.c.1.n.39. Gail.2.obs.68.n.8. Meno. arb.ca.413.* h id est publice h passim, ac sine delectu *d.l.43.§.1.* Quæ meretrices, à mereñdo, ac à Plauto se vendere dicuntur, vid. not. *lib.2.c.9. lit.O.* Et fornicariæ *c.4.* & seqq. *de vitâ & honest. cler.* à fornicibus, sub quibus prostare solebant. *Forner. 1. rer. quotid. 22.* exera mœnia vrbis, vnde submœnianas vxores vocat *Martial. lib. 8. P. Greg. 10. Synt. 2.nu.38.* & productæ *Pithœ. 2. aduers. subsec.17.* Quæ & impudicitiam antiquitus, apud ædiles profitebantur *Tacit. lib.2. Cuia. 1. in Nou. 14.* habitúq; ac vestitu dinerso, à matronali vtebantur, vid. *l.4. C. de epis. and. Briss. 1. antiq.4.*

tiq.4. & Goth. ad l.15.§.15. de iniur. † Neque has excusat pauperras *d.l.43.§. 5. ad quod* vid. *Fappius ab Aezema. 2. dissert.13.* Nec pœnitentia famæ restituit *d.l.43.§.4.* vid. tamen *l.23. C. de Nupt.* Idem si sine quæstu, modo palam e *seq. sub fin. lit. Xx.* Etsi *post Bald.* dissent. *Catellia Cotta in Memorabilibus v. Vsurarij.* Quis sit, & vnde probetur vsurarius manifestus, vid. *Menoch. arb. cap 235. Couar 3 var. resol.3.n. 4. Gutier. lib. 2. Canon. qq. cap.19. Andr. Gilman. lib.1. decis. Cam.5.nu.50. & seqq.* † Vsurariis adiungit *Freher.d. cap. 20. num.7.* Dardanarios, flagellatores scilicet annonæ, qui eam incendant, ac excandefaciunt, vt Varro seu vexant, vastant, & grauantur, vt *Lampr. in Commodo & Seuero*, vid. *Cuiac.10. obseru.19. Phil. Broida. in Coroll. ad Pollet. hist. for. lib.1. cap.* m *1.num.* 1. m Non item in alio periuro *Don. ad d.lib. num.2.* etsi Dd. contra *Beust. in l. admonendi 31. de iureiur. num.590.* n de quo fortè infra *l.24. cap.9. de iureiur.* n id est omnes non ortodoxi *l.12. Cod. de haret. l. vltim. Cod. Ne. Christ. mancip. Iude.* si tamen in nomen Christianorum sibi imposuerunt *Nouell, 109. in fi. pr.* Neque enim verè heretici Iudæi, & pagani, qui in ecclesiã nunquam fuerunt *Wes. Par. Cod. de haret. num.4.* nec apostatæ, qui in totum à fide, & professione Christiana, defecerunt. Et, vt *l.3. Cod. de haret. l.28. Cod. Th. eod.* sunt qui vel leui argumento, à iudicio catholicæ religionis deuiare derecti. Vbi leue argumentum opinionis significatur, non probationis *Wes. d.lo. num.1.* Seu qui errorem in articulo fidei vno, vel pluribus animo conceptum, præfractè fouent & defendunt. Nam verba sunt Augustini epistolã *162.* Qui sententiam suam, quantumvis falsam, & peruersam nullã pertinaci animositate defendunt, præsertim, quam non audacia præsumptionis suæ pepererunt, sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus, acceperunt, quærunt autem cautã solicitudine, veritatem corrigi, parati cum inuenerunt, nequaquam sunt inter hæreticos deputãdi, vid. *Rom.14.v.13. Galat.5.v.12.2. Timoth.2. in fine. Tit.3.v.10.* & 11. & c. Excommunicatione verò iustè separantur à veris, veræ ecclesiæ membris. Ne-

que sic vlla eis fit iniuria. Sunt enim αὐτοκατάκριτοι *Tit.3. v.* 10. Separationisque, ipsi auctores, hanc in se ipsos ferunt sententiam dum dissentaneæ se docere, non intentur. Eadem infamia effecti Iudæi, *arg. l. vlt. Cod. de Iude. cap. pen. extra, eod.* maximè cum & ferè, fœneratores sint manifesti *Freher. cap. 19. numer. 7.* & 8. & locus *Quint. lib.3. cap.9.* iam olim apud Rom. hanc gentem famosam fuisse, arguat. *Couar. in Clem. si furiosus de homicid. p.1.§ 2. num.8. sub fin.* Contra tamen videtur *argum. lib.3. §. vltim. D. de decur.* Etsi enim ibi Christianam religionem ab Vlp. per Iudaicam superstitionem notari censeat *Alc. 3. disp. 8. &* *Tiraq. de iure primigen. q. 66. numer.2.* Leges tamen Pandectarum omnes ex personã Iustin. accipiendæ. Ac iure imò veteri Iudæos, nec sub Christianis Impp. infames habitos fuisse, conuincit totus tit. *Cod. Theod. de Iude. lib. 16. tit.* 8. & in eo, perplures leges, quæ à contumeliis, & iniuriis, Iudæos vindicant. Quin & Patriarchæ eorum illustres vocantur *l.11. d.t.* Et dissentè *l.* 24. *d.t.* interdictam militiam Iudæis, pro notã æstimari non debere, ac eadem lege exercendæ aduocationis ius, illis tribuitur. Sed & collegia Iudæorum iure non improbata statuit *Cuiac.7. obseru.30.* & probat *l 9. Cod. Theod. de Iude* etsi dissent, *Brisson. 1. antiq.14.* Tandem *Nouell. Theod.3.* vnde desumpta est *l.vlt. Cod. de Iudeis.* omnis ad honores aditus Iudæis præclusus. Exindeque infamia illis iniusta videtur. Sicubi crebrior opinio est *d.l.3.§. vltim. de decur.* per *d.l.vltim.* abrogatam esse *Couar. d. §.2. in fin.* Et idolorum cultores seu pagani *arg. t. t. Cod. de Pagan.* ita dicti, quod *qui in pagis ruri morarentur*, tardiùs fide Christianã imbuti, retinentiores, ceu rudes & imperiti, priscæ superstitionis *Connæ. 9. Com. 5. num.2.* Qui & Gentiles, quia in gentilium, id est, maiorum suorum fide perstiterunt, nec religionis cultum mutarunt *Nicol. Perot, Cornucop. in 3. Martial. epigr. pag. mihi* 329. Sed & his, melioris sententiæ factis nota cluitur. Tametsi Neophytos, sic vocant à superstitione Iudaica, ethnica, vel hodie Mahumetica, ad religionem Christianam conuersos, nuperos militiæ Christianæ tyrones) ad sacros ordines non recipiendos, nec etiam ad seculatia omnino officia statuant *de quo Couar. d. lo. numer.8. Lopez. Pract. crimin. Canon. cap.92.n.1.* per ea quæ

1 vitam *Plutarch. in Lacon. Instit. f. m. 213.* ita & per has rationes *Freher. cap. 20. num.3.* & consent *Molinæ de Vsur. num. 614. Mathesilan. singul. 49. Beust. in l. admonendi. 31. de iureiur. num. 590. Couar. 3. var. resol.3. num.2.* dissent *Cuiac. 9. obseru. 28.* scribens lege proditam esse, act. de vsurã famosam *d.l. 20. Bocer. in disquisit. de l.2. Stellion. post. tract. de crim. laes. maiest. p. 239.* Infamis autem hic etiam post restitutionem, & actã pœnitentiam *Freher d.cap. 20. numer. 5. Ignat. Lopez. pract. crimin. Canon. cap.92.n.1.* per ea quæ *c. seq. sub fin. lit. Xx.* Etsi *post Bald.* dissent. *Catellia Cotta in Memorabilibus v. Vsurarij.* Quis sit, & vnde probetur vsurarius manifestus, vid. *Menoch. arb. cap 235. Couar 3 var. resol.3.n. 4. Gutier. lib. 2. Canon. qq. cap.19. Andr. Gilman. lib.1. decis. Cam.5.nu.50. & seqq.* † Vsurariis adiungit *Freher.d. cap. 20. num.7.* Dardanarios, flagellatores scilicet annonæ, qui eam incendant, ac excandefaciunt, vt Varro seu vexant, vastant, & grauantur, vt *Lampr. in Commodo & Seuero*, vid. *Cuiac.10. obseru.19. Phil. Broida. in Coroll. ad Pollet. hist. for. lib.1. cap.* m *1.num.* 1. m Non item in alio periuro *Don. ad d.lib. num.2.* etsi Dd. contra *Beust. in l. admonendi 31. de iureiur. num.590.* n de quo fortè infra *l.24. cap.9. de iureiur.* n id est omnes non ortodoxi *l.12. Cod. de haret. l. vltim. Cod. Ne. Christ. mancip. Iude.* si tamen in nomen Christianorum sibi imposuerunt *Nouell, 109. in fi. pr.* Neque enim verè heretici Iudæi, & pagani, qui in ecclesiã nunquam fuerunt *Wes. Par. Cod. de haret. num.4.* nec apostatæ, qui in totum à fide, & professione Christiana, defecerunt. Et, vt *l.3. Cod. de haret. l.28. Cod. Th. eod.* sunt qui vel leui argumento, à iudicio catholicæ religionis deuiare derecti. Vbi leue argumentum opinionis significatur, non probationis *Wes. d.lo. num.1.* Seu qui errorem in articulo fidei vno, vel pluribus animo conceptum, præfractè fouent & defendunt. Nam verba sunt Augustini epistolã *162.* Qui sententiam suam, quantumvis falsam, & peruersam nullã pertinaci animositate defendunt, præsertim, quam non audacia præsumptionis suæ pepererunt, sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus, acceperunt, quærunt autem cautã solicitudine, veritatem corrigi, parati cum inuenerunt, nequaquam sunt inter hæreticos deputãdi, vid. *Rom.14.v.13. Galat.5.v.12.2. Timoth.2. in fine. Tit.3.v.10.* & 11. & c. Excommunicatione verò iustè separantur à veris, veræ ecclesiæ membris. Ne-

Sunt alij ipso facto infamiã incurrentes, & hîc omissi vt Decurio qui Procurationem suscepit *l.34. Cod. de decur.* aduocationem præstans, vel intercedens pro reo perduellionis *l.5.§.2. Cod. ad l. Iul. maiest.* Incestuosi & omnes eis consentientes *c. consanguineorum 4. cap.3.q.4.* id est probãtes, & patrocinantes *Beust. in l. admonendi 31. de iureiur. n.590.* Quæ scelaribus iniuriam infert, vel repræsaliis, contra eos vtitur, item magistratus qui id vindicare negligit *ex auth. habita Cod. Ne fil. pro. patre* Supplicans contra sententiam, quam licitã pronocatione non suspendit *l. vltim. Cod. Vt lic. pend.* Rescriptum Principis contra eos qui impetrarunt cauillosè interpretans, alióve rescripto (quod obreptitium præsumitur) impetrato impugnans *l.2. Cod. de ll.* Item supplicans pro rescripto, vt transire formam statutorum liceat *l. vn. C. de Senatusconsultis*, quod explicat *Freher.c.12.n.15.* Tabellio qui contractus vetiti, veluti alienationis feudi, aut rerum ecclesiæ instrumenta sciens confecit *l.14.§.3. & seq. Cod. de SS. Eccles. & imperialem pr. vers. callidis de prohib. feud. alien. per Frid.2.F. 55. Beust. d.num.590.* qui aduersus patres armantur *c. omnes. 13 cap.3.q.5.* id est, conuitia, aut verbera ingerunt *Beust. d. lo.* si modo de eo verè constet. Non si pater testamento, filium increpauerit *l.13. Cod. h.t.* Quin nec exhereditatione verè infamare statuo, etsi caussa in eã expressã, quæ famosa, nisi de eiusdem veritate aliunde insuper liqueat, si ex iis sit, quæ iure ipso notant, vel nisi exinde condemnatus sit ex aliis. Neque enim eo ipso, quod non contra iudicium patris venit filius, aut si querelam inofficiosi. intra quinquennium non intentauerit, omnia fateri censendus est. Dissent. quodammodo *Freher. lib.2. de existim. mat. cap.10. num.11.* Denique sic infames litteriones, qui falsò sibi nomina magistratorum vsurpant *l. vn. pr. Cod. de stud. liberal. vrb. Romæ lib.11. tit.18.* Postremo decoctores infames post proscriptionem & venditionem bonorum sub hasta *Cic. pro Quintio.* Ergò hercule cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama, & existimatio, cum bonis omnibus possidetur &c. & paulò post: De quo pronuncis vox prædicat, & prætium conficit, huic acerbissimum viuo, videtúrque fundus dicitur *Tertull. in Apolog. cap.3. ref. Cont.2. lect.18.* Sed & iudicatos in partes secari, leges erant

Con-

natam, capitis pœna coniuncta est, bonorum adhibita proscriptione. Suffundere maluit hominis sanguinem (id est, ruborem inducere) quàm effundere. Huic tamen rei subuentum, remedio cessionis bonorum lege Iuliæ, quæ Cæsari accepto ferrur. Quo si vratur debitor, iuris infamia cessat, licet ex eâ causâ bona venierint *l.* 11. *C. h. t. vol C. Qui bon. ced.* quia venditio illa non fit, ipsis inuitis *Cuia. in Nou.* 135. etsi non careat ea res suggillatione, & ita infamia facti maneat *d. Nou.* 135. *& Nou.* 4. *Cuiac. d. lo. Freher. de infam. cap.* 20. *num.* 16. *Ant. Fab* 1. *Iurispr.* 6. *princ.* 4. *ill.* 4. Quod si debitor vti eo fraudandi animo recuset, iuri antiquo & ignominiosæ venditioni cursus locus. Itaque adhuc famosa reddit distractio, quæ fit latitante, vel inuito debitore §. 1. *Inst. de l. Iul. Quib. ex ca. man. non lic. Cont.* 2. *subsec. lect.* 18.

CAPVT VIII.

Caussæ famosæ ex sententia vel pactione.

QVÆDAM SENTENTIA, IVDICIIS FAMOSIS a QVALIA SVNT CIVILIA EX DELICTO VII. Furti b vi bonorum raptorum, c iniuriarum, c de dolo *l. 1. h. t.* expilate hereditatis *l.* 12. *Cod. h. t.* vbi verba vltima non arguunt, hoc furti speciem esse (immò delictum aliud est *l.* 2. *l. vlti. D. expil. her.*) sed quod eadem infamia hic, quæ furti d improbioris d sepulcri violati *l.* 1. *de sep. viol.* & quod cõtra missam per calumniam in possessionem ventris e nomine *l. notatur* 14. *& 4. seqq. h. t.* e Et hæc sola, quia f facta persequuntur singularis, præ aliis turpitudines f si damnati suo nomine *l.* 1. *h. t.* non si procuratores, tutores, heredes *l.* 6. §. 2. *h. t.* EX CONTRACTV VEL QVASI VI. PRO SOCIO, TVTELÆ, MANDATI, DEPOSITI *l.* 1. *h. t.* SED TRIBVS CONDITIONIBVS 1. SI SVO NOMINE *d. l.* 2. *l.* 6. §. 2. *h. t.* 2. NON CONTRARIO IVDICIO (quod in pro socio actione locum non habet, quæ vtrinque directa) *d. l.* 1. *h.* §. 2. 1. *de pœn. tem. litig.* quia in eo, non de perfidiâ, sed de calculo agitur *l.* 6. §. *vltim. h. l.* 5. *pr. Depos.* Nihil enim fecit dominus, quo falleret eum qui tutelam, mandatum, depositum suscepit, nec quidquam in se recepit, & si quid suscipienti abest, id à casu est, aut pro eius officio, ac fide erogatum: qui ferè iudicio dirimi potest *d.* §. *vltim.* scilicet directo iure pensationis *l.* 18. §. *vltim. Commod.* g Excipitur in iudicio mandati contrario g species ea, quâ mandans vicissim fidem dedit se quid præstiturum, nec præstitit *d. l.* 5. §. 5. Pone: Mandasti mihi vt pro te fideiuberem. Recepi id ita, si intra duos menses solueres. Non soluisti. Conuento mihi soluendum fuit. Mandati si te condemnauero, h id est effecero vt condemneris h famosum facio, quia i & hic de perfidia agitur. i Et quatenus tu promisisti resoluturum, ne ad me veniretur, ego mandator, tu mandatarius, vt rectè dicatur *d.* §. 5 verbis edicti hunc notari. 3. OB DOLVM, NON OB CVLk PAM. k quam conditionem edicto amissam Accurs. rectè addit *arg. d. l.* 6. §. *vlt.* cuius ratio alias vitiosa foret, & per *text.* §. 6. 1. *de susp. tut.* Suspectus enim imò grauius quid admisit, quàm ænitâ tutela conuentus. Ratioque id certa vincit. Infamia omnis, à turpitudine facti, supra *cap.* 6. *lit. H.* Culpâ leui peccare, infirmitatis est, non turpitudinis. Obiic. 1. Edictum generale nec distinguit, Ergo per *l.* 9. §. 1. *Quod met. ca. & simil.* R. Non verbis quidem, sed sententiâ, eo ipso quod contrarium iudicium excipit, cuius exceptionis non alia ratio, quàm quod eo, non vindicetur dolus, Ergo *l.* 6. §. 1. *de V. S.* Obiic. 2. L. 1. *Cod Mand.* vbi iunguntur hæc duo, pecuniæ, & existimationis periculum. At illud etiam ex culpâ imminet, Ergo Deinde ratio subiecta, ad culpam confertur R. Non dicitur ibi versari infamia, in mandati iudicio, sed periculum infamiæ, id est metuendum esse, ne fiat famosum. Quando verò fiat aliundè petendum, nam nec periculum pecuniæ, aliter ibi accipi potest. Neque enim semper in pecuniam condemnatur, vt si exequutus rectè fuerit, tempestiuè renunciauerit, mandantis nihil interfit &c. Ratio autem illa addita, vt tacitam obiectionem remoueat, quod rem suam quis impunè negligit, aliàs apertè vitiosa esset collectio: Culpa præstanda, Ergo damnatus fit infamis, cum plurimis certè iudiciis culpa præstetur sine infamiæ notâ Obi. 3. *L. probrum* 42. *de V. S.* vbi tutelæ damnari, ciuiliter probrum, non naturâ, quia in hominem idoneum cadere potest, quod dolo, & culpæ latæ non conuenit. R. Probrum ibi significat, non veram infamiam, quæ in iuris animaduersione, sed dedecus in hominum opinione positum. Nec enim dicit iure ciuili probrum esse, sed *ciuiliter*, quod exponit, *more ciuitatis*, arguens non ius sine scripto, sed morem ciuium, ita ferè iudicantium vix, nisi ob perfidiosam administrationem, tutorem damnatum esse l Obi. 4. *Cic. pro Roscio.* Si quis rem mandatam, l ait, non modo malitiosius gessisset, verum etiam negligentius, eum maiores summum admisisse dedecus existimabant, itaque mandati constitutum est iudicium, non minus turpe, quam furti. R. Loquitur de dissoluta negligentia, quæ fit à sciente, vt seqq. conuincunt meritò culpam hanc turpem esse, quod duas res sanctissimas violet, amicitiam, & fidem. Et addit perditissimum esse &c. Culpa autem etiam idonei est *d. l.* 42. *de V. S.* PRÆTER QVAM LATAM, quia dolo comparatur, vid. supra *lib.* 18. *cap.* 7. *lit. V.* & probatur tum *l.* 11. §. *vltim. h. t.* m quia exigo- m rantia iuris, quæ certè dolo vacat, per *l.* 1. *de dolo* [vid. supra *lib.* 1. *cap.* 18. *lit. K.*]aft lata culpa est *l. latæ* 223. *de V. S.* irrogatur: tum *d. loco Cic. pro Roscio.* Et HÆC SOLA *arg. l.* 12. *pr. de iudic. l.* 1. §. *ait.* 4. *de dolo l. cessat* 36. *de O. & A.* Atqui & iudicia emti, locati, aliáque bonæ fidei Cumprimis verò in Commodato, & precario, maior ratio seruandæ fidei, quàm in mandato, vel depositò, quia beneficium accipitur, pro quo reddere iniuriam, perditissimi est. *Cic.* 1. *off.* R. Rationem reddit *Cic. Roscio* de mandato, quæ communis tribus reliquis superioribus, aliis autem non: Turpis, ait, hæc culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiâ & fidem. Nam neque mandat quisquam, nisi amico, neque credit, nisi ei, quem fidelem putat &c. In reliquis sanè omnibus, æquè violatur fides. Aft in his quatuor solis per speciem amicitiæ. Et trium rerum occasione, quibus ad subueniendum quis excitari debet, vtitur ad fraudandum: nempe alterius indigentia, eius opinione de sua amicitia, & officij, ac amicitiæ ostentatæ simulatione. n Quæ conspicua in mandato, depo- n sito, & societate. Tutelam etsi non pupillus, sed Resp. committat, ob easdem tamen cautas, quod & pupillus omnino eo indigeat, quandoque vir bonus, ac illi amicus speratur. Non hæ rationes iunctæ in aliis. Emitur, venditur sæpe, ignotissimo. In commodato quoque, nec accipiens simulat amicitiam, sed suæ indigentiæ consulit, nec dans eget opera illius. Denique in omnibus aliis negocium contrahimus nostrâ caussâ, in his quatuor alienâ, vel tantùm, vt in tribus prioribus, vel saltem nostrâ simul, & alterius, in societate. CRIMINALIA

QVO

QVOQVE, QVÆ PVBLICA FAMOSA *l. infamem* 7. *de publ. iud.* ITEM, QVÆ licet non iudicij publici, IN IVDICIO tamen PVBLICO ADMISSA, vt calumnia, Prævaricatio *l.* 1. *hoc tit.* Tergiuersatio desistentis ab accusatione *l.* 1. §. *ad SC. Turpil.*) *l.* 6. §. 3. *de decur. l.* 1. *C. Vt int. cer. tem. crim. quæ term.* o quamuis de his iudicium publicum non sit *l.* 3. *de prævaric. l.* 1. §. 2. *ad Turpil.* quia Lex Remnia non est Lex publici iudicij *omissa l.* 1. *de pubb. iudic.* Quare in *l.* 1. *hoc tit.* non dicitur, qui iudicio publico calumniæ &c. iudicatus, sed ita *qui in iudicio publico calumniæ caussâ quid fecisse iudicatus.* Aliàs ibid. non intra has species criminum includeretur infamia, cum omnia iudicia publica infament. Obi. Nullum criminale iudicium infamat, nisi aut sit publici iudicij, aut ex ea act. quæ in priuato quoque iudicio famosa *d. l.* 7. *de publ. iudic.* Atqui de prævaricatione & tergiuersatione nulla est actio priuata, de calumnia, si quandoque est, at non famosa *l.* 1. *de calum.* Ergo R. Crimen iudicij publici caussam habens, vt loquitur *d. l.* 7. bifariam dicitur. 1. Si de eo sit iudicium publicum. 2. Si non sit quidem, sed crimen ex iudicio publico caussam & originem habeat, quippe in eo admissum. ALIA verò quæ neque publica, neque in publico iudicio admissa, VEL MILITARIA: AC VNVM FAMOSVM MISSIO IGNOMINIOSA *l.* 1. *h. t.* p cum aut nominatim hoc additur P aut miles exauq ctoratur, insignibus detractis *l.* 2. §. 2. *hoc tit.* q VEL NON MILITARIA ET ITA DEMVM FAMOSA, SI EX EA CAVSSA, QVÆ etiam IN PRIVATO IVDICIO INFAMAT, cum de eo duæ actiones, ciuilis & criminalis *d. l.* 7. *de publ. iudic.* QVÆ SEX SVNT: FVRTI *l. vlt. de furt.* INIVRIARVM *l. vlt. de iniur.* EXPILATÆ HEREDITATIS *tit. D. de crim. expil. hared.* SEPVLCRI VIOLATI *l.* 8. *vlt. de sep. viol.* SVSPECTI REMOTIO §. 6. 1. *de susp. tut.* Quia ex eadem caussâ, est quoque actio tutelæ. Ac licet hæc, non nisi tutelâ finitâ, tamen & cum suspectus postulatur finita habetur, & declarari petitur. ET STELLIONATVS *l.* 13. §. *vlt. hoc tit.* intellige ex dictis aliquando si nempe admissus sit in iis contractibus, quorum actiones priuatæ infamant, hoc est, si nulla priuata actio, eo nomine alia, quàm de dolo. Vt si debitor pignori dans, aut vendens rem alienam, adhibuit tertium quendam, qui mentiendo affirmaret rem esse debitoris, vel venditoris, aut illum esse soluendo, vbi contra hunc tertium, tum stellionatus iudicium est tum de dolo *l.* 3. §. 1. *vers. item si quis D. stellion. iunct. l.* 8. *de dolo.* Secus sit alia priuata actio, vt si ipse debitor, aut venditor mentitur *d. l.* 3. §. 1. *vers. vbicunque* quia tunc pignoratitiâ, & exempto agi potest. Et si concilianda *l.* 2. *stellion.* quæ regulam generalem habet, quia per se & sui naturâ hoc iudicium non famosum, sed accedentibus illis facti circumstantiis eum *d. l.* 13. §. r *vlt. hoc tit.* quæ eiusdem auctoris r vbi non est regula generalis, sed hoc dicitur si aliquando sit famosum, quod aliunde ex ratione iuris petendum, id non obstare, quod publicum iudicium non sit, vt & rectè sentit *Duar.* 1. *disp.* 42. etsi non satis explicet, nec aptè probet, ex *l.* 27. *pr. de pact. vers. nam nec nouare* ibi enim negatiua generalis. Aptius simile exemplum *in l.* 10. *de testam.* vbi itidem obiectio tantum remouetur, ac subaudiendum, si modo capax sit testandi, neque enim si pupillus, prodigúsve manus amiserit idem. Non addidimus, iudicium vi bonorum raptorum, quia si ibi criminaliter agitur, iudicium verè publicum est, ex legibus Iuliis de vi. Ita tamen huc pertinet, si aduersus raptorem, non vt raptorem, sed furem criminaliter agatur & sic intellig. *l.* 7. *in fin. de publ. iud.* IN HIS VERÒ OMNIBVS ciuilibus & criminalibus DAMNATIO notati REQVIRITVR s IDEOQVE β TRES SVNT CONDITIONES 1. SI CAVSSA FAMOSA PRÆCESSERIT, àliàs secùs, etsi grauis pœna vt fustium *l.* 22. *hoc tit.* t 2. SI EX EA t DAMNATVS iustè, & cum effectu, VBI tria SPECTANDA: PERSONA DAMNANTIS, iudex; non si arbiter ex compromisso *l.* 13. §. 5. *h. tit.* u GENVS SENTENTIÆ Definitiuæ, non si per interlocutionem obliquè notauit *d. l.* 13. §. 6. vbi pudor tantùm oneratur *l.* 20. *D.* x *l.* 17. *l.* 19. *C. hoc tit.* x ET AVCTORITAS REI IVDICATÆ, quia verba cum effectu accipienda *l.* 1. *in fin. Quod quis iur.* si non attentata appellatione *l.* 6. §. 1. *hoc tit.* y vel y restitutione in integrum *l.* 1. §. 10. *de postul.* z Vbi si z succubuit appellans infamis est ex tempore posterioris, non prioris sententiæ *d. l.* 6. §. 1. quia vna hic sententia firma, posterior nempe, cuius pars est prior, per eam confirmata, inque ea inclusa. aa aa Quod si vltrò cesserit appellationi, vel integrum postulationi, aut tempora lapsa sint retrò, infamis, *d. l.* 6. §. 1. bb Vniuersa hæc ita: NISI IVDEX IN- bb FAMIAM REMISERIT: AVT GRAVIOREM IRROGANDO POENAM, quasi sententiâ transactum sit, *vt l.* 13. §. *D. l.* 1. *C. hoc tit. l.* 15. *ad municip. l.* 5. *de decur. l.* 10. §. *vlt. de Pœn.* Sed obstat 1. Sententia contra leges quæ pœnas definiunt nulla, etiam sine appellatione R. Si nominatim contra leges non si contra ius partis vt suo loco. Quid enim si criminis non fiat mentio, Deinde circumstantiæ pœnam augere possunt cc Obi. 2. Facti quæstio in potecc state iudicantis, non iuris auctoritas *d. l.* 15. *& l.* 1. §. 4. *ad Turpil.* R. *Accurs. & Bart. ad l.* 13. §. 7. non esse in potestate post latam sententiam. In ipsa sententia esse, vt pœnam grauiorem, leniorémve infligat. Malè. Neque enim de hoc quæstio est cc, sed an grauiore pœna remitti possit infamia, cum de facto iudex pronunciauit. Negat IC. *d. l.* 15. initiori pœnâ remitti ideò, quod de facto pronunciauerit iudex, cuius infamia in iuris auctoritate posita. Pariter ergò nec grauiori remitti debet, quia & hîc pœna facti, de quo pronunciatum, nempe infamia, non est in potestate iudicantis R. igitur. Rectè IC. nec pugnantia loquitur; sensus hîc: Auctoritas iuris non potest infringi sententiæ iudicis, nec pœna alicui facto à legib. imposita; sententia tolli, aut minui potest. Non autem facit contra ius, qui vni pœnæ aliam substituit, atque sic non remittit, sed commutat pœnam quod fit, si loco infamiæ durior alia pœna imponitur. Obi 3. Præses non potest efficere, ne furti, aut iniuriarum damnatus, fiat infamis *l.* 63. *de furt. l.* 40. *de iniur.* R. Si scilicet simpliciter sic damnauit, nec aliam pœnam adiecit, quæ in locum infamiæ substituatur, veluti: Condemno te in duplum, vel quadruplum, salua existimatione. Obi 4. At ratio quia transactum, vitiosa, contrarium inferens. Quia transigens in caussis famosis, itidem infamis vt infra *lit. Qq.* R. Non hîc vera transactio, duorum consensu constans, sed in iudicis vnius voluntate, quia transigere dicitur per similitudinem, nam vt transigendo à lite disceditur, præstito aliquo, ita hîc ab infamiâ, grauiotis pœnæ satisfactione. Et meritò

hæc transactio non damnato, in quem inuitum ferri potest sententia SI TAMEN ILLA CORPORALIS, vt si qui aliâs parte bonorum mulctandus ee relegatus, aut fustibus cæsus *d.l.*13. §. 7. ee non si pœna pecuniaria, aucta, quæ priuato adiudicetur *d.*§.7. *vers. sed si*, quia per hanc non satisfit Reipu- ff blicæ ff AVT MITIOREM. *text. l.*3.*C. hoc tit.* Et exemplum *l.*4.*de susp. tut.* si tutorem ob dolum remouens, de dolo fileat, item in criminibus. *l.*3.*pr. de decur. iunct. l.*5. *eod.* Sed ne priùs dicta & ante all. ll. quæ grauiorem pœnam ad remissionem infamiæ exigunt obstent, cum primis verò quia apertissimè obloquitur *l.* 15. *pr. ad municip.* sic distinguendum. Quoties significatur dolum esse admissum, siue verbis sententiæ *vt d. l.* 15. siue genere pœnæ, tametsi leuioris, conuenientis tamen non nisi iudicio famoso, non seruatur existimatio. Veluti si ex caussa depositi actum, dolo probato, ac iudex qui condemnare potuit, quanti in litem iuratum, condemnet quanti res est dolum reticendo. Eo ipso enim ob dolum condemnatus, cum nisi ex dolo non agatur depositi. Quò referri potest *l.*3.*pr.* & §. 1. *de dec.* Quia etsi *d.* §. 1. loquatur de caussis falsi, aliisque grauioribus quæ famosæ; tamen ibi vt fama seruetur non distinguit IC. caussas damnationis, nec genus sententiæ, quia vtrobique ponitur leuior sententia dicta; sed separat genus pœnæ, vt si ea sit relegatio, etsi temporalis, cum perpetua conueniret, infamiam adferat *d. l.* 3. *pr.* quia genus pœnæ, quo crimine damnatus sit arguit. Sin verò ordinis motio secus *d.* §. 1. quia cum non hæc pœna criminibus istis conueniens sit, nec ex eâ crimen arguitur. Quoties verò neutrum horum apparet, seruatur famâ *d.* §.1. Neque enim ex sententiâ arguitur, factum famosum processisse. Ac iudex omissa criminis caussâ, de facto videtur pronunciasse, ac significare id à reo non admissum esse. Facti autem quæstio, in potestate iudicis *d. l.* 15. Exemplum *d. l.* 4. §. 2. *de susp. tut.* quia pœna remotionis conuenit etiam ei, qui culpam commisit. Ergo etsi ob perfidiam fortè remotus, si de eâ nulla mentio in sententiâ, benignior interpretatio accipitur *l.*47.*de O. & A.* Quo exemplo, & argumento, idem trahemus ad iudicium prosocio, tutelæ, mandati, si simpliciter quis sine doli mentione damnatus. Cum enim possit esse damnatus ob culpam, in dubio ita censetur *l.pen. de pœn.* Aliud verò in depositio vt ante dictũ. Et idẽ in criminibus grauioribus, si simul pœna mitior, & de facto fileatur *d.l.*3. §. 1. *de decur.* Quod enim ibi iudex de facto prius non pronunciauerit, prob. 1. quia infamiam metitur IC. ibi ex solo genere pœnæ. 2. Quia nominatim ex crimine famoso damnatus ad tempus, infamis perpetuo fit *l.*5.*eod. l.*15.*ad munic.* Obj. *L.*3.*C. h.tit.* quæ distinctionem hanc euertit, R. Sanè si verba *in numero infamium* verè infamem significant, inexplicabilis inde difficultas & pugna cum *d.l.*5. *&* *d. l.* 15. Sequitur enim 1. quod ab initio infamis, vbi visum erit iudici desinat contra *d.l.*15.2. quod ad tempus ordine motus ex crimine famoso, post tempus redeat in ordinem contra *d.l.*15. Malè *Accurs. ibid. & Bart. ad l.*13. §.7. *h.t.* gg gg distinguunt an mitior sententia ex caussa dicta *d. l.* 3. *verbis certis rationibus*, an sine caussâ: Nam id tum ad rem non pertinet: nam si ex caussa non est leuior: quàm ll. permitunt *l.*16.*de pœn.* de leuiori autem hic agimus, ac immò in *d. l.* 3. debuit feuerior sententia dici. Neque verba *certis rationibus* significant iustas, iure probatas, sed quibus priuatim iudex moueri potest. Tum falsissimum est, quia si ordinariâ pœnâ afficetur, vbi magis satisfit Reip. infamiâ notatur, quandò magis qui leuiore. Adhæc si quis ad tempus damnatus, infamiâ liberatur, statim id fit *l.* 10. §. *vlt. ibi etsi opere temporario. de pœn.* Semel autem infamis iudicis sententiâ, nunquam per eandem desinit *d.l.*15. *pr. d.l.*5. R. igitur *in d. l.*3. non est damnatio ex caussa famosâ. Proinde nec pœnâ leuiore ibi remittitur infamia post biennium, quippe quæ nec antea irrogata, sed decurionatus prohibitio, de quâ ibi quæstionem esse verba rescripti ostendunt. Et ratio dubitandi quia debuit seuerior sententia dici; Ratio decidendi quia sententiæ, etsi iniustæ, si non directò contra ll. nec appellatione suspensa, standum. Verba autem *in numero infamium* exponi possunt, vt significent non conditione personæ infamem, sed qui re ipsâ, in sui loci, & ordinis functione, eodem loco est quo infamis, dum perinde ab eâ remouetur, vti decurio à decurionatu, per tempus quo ordine motus est. Et ita etsi durius hoc videatur, debent, vt tot ac tanta vitia euitentur *l.*19.*d.*ll.hh Obj. *l.*4. *C. h. tit.* vbi in quinquennium relegandus, in annum relega- hh tus, infamiam effugit R. Sed si ratio subiecta illic conueniens, necesse est seueriorem ibi sententiam dictam fuisse. Quare leui temporum mutatione, in quâ error prolixius fuit, pro *relegatum & damnandum* restitue *relegandum & damnatum.* ii Sic species conuertetur, ratio responso congruet, & lex illa aliis con- ii ueniet. Ridiculus autem Accurs. intelligens *seueritatem sententiæ*, non dictæ sed dicendæ. Quasi verò quæ non est, nec fuit, nec esse postea potest, cum sententiam mutare non liceat, quicquam operari queat. 3. Conditio SI SVO NOMINE vt supra lit. F. EX HIS LIQVET TRIBVS MODIS VITARI INFAMIAM kk. 1. Si per procuratorem quis litiget. Nam tunc nec ipse notatur, quia Procurator kk condemnatur *l.*1.*C. de sent. & interl.* nec Procurator, quia alieno nomine *d. l.* 6. §. 2. *h.tit.* ll.2. Si det operam, ne ad sententiam veniatur, volente aduersario; ll transigendo in actionibus ex contractu *l.*7. *hoc tit.* mm inuito illo pecuniam debitam offerendo, ante litem mm contestatam, vel obsignando *l.*73.*de Proc.* nn Post litem contestatam si id faciet, res dirimetur officio iu- nn dicis *d.l.*73. *in fin.* qui comperiens integrum debitum oblatum esse, absoluet reum §. *vlt. de perp. & temp. act.* oo. Quia idem consequi datur post sententiam pendente appellatione, quia per hanc illa extincta *l.*1. §. oo *vlt. ad Turpil.* PP. 3. Operâ iudicis, si infamiam remiserit, *vti dictum.* QVÆDAM ETIAM PACTIONE pp *l.*1. *vers. qui furti hoc tit.* vel transactione *l.*18. *C. hoc tit.* quę pacti species. Et notatur pactus non de contractibus *l.*7. *hoc tit.* sed DE CRIMINIBVS FAMOSIS, NON CAPITALIBVS de his enim pacisci licet *l. transigere* 18. *C. de trans.* & non nocet *l.* 1. *de bo. eor. qui an. sent. vbi ratio* qq Ergo sine infamiæ no- qq cumento) Nec tantùm de illis quatuor relatis *in d. l.*1. *l.*4. *hoc tit. cuius ratio generalis. Excit l.* 29. *de I. fisci l. vlt. de Præuaric.* rr Sed si DATO PRETIO rr *l.*6. §.4. *D. l.*18. *C. h.tit.* etsi modico *per. l.* 2. *de I. fisci* SINE IVSSV MAGISTRATVS *d.* §. 3. ss Non si ss gratis ac precibus impetret, ne agatur *d.* §. 3. tt. nec tt si iurauerit se non deliquisse *d.l.*6.§.4. *D.l.*18. *C. h.t.* uu uu Ratio dubitandi *in l.*25. *& l.*26. §. *vlt. D. de iureiur.* Ad quam R. iurijur. ineft pactum, sed nullo pretio dato. SIC itaque INFAMIA CONSTITVTA habetur, quæ ex his caussis IRROGATA, PERPETVA ETS. *l.*15. *pr. ad Munic.* xx nisi in integrum restituerit xx Princeps, & olim quoque Senatus yy *l.*1. §.9. *&* 10. yy *de postul. l.*1. *C. de sent. pass.* Magistratus verò non nisi in iis

in iis quæ ordinariæ sunt iurisdictionis vt si minor, quod si non rectè defenderit, damnatus *d.* §.10. Non idem efficit gratia criminis, à principe facta, seu indulgentia *l.vlt. C. de gener. abol.* ZZ Effectus *vid. supra c.*6.

NOTATA.

a a Quam infamiam iuris tantùm, seu de iure tantùm vocat *Beust. in l. admonendi* 31. *de iureiur. nu.* 591. Pœna autem hæc legis est, sine operâ iudicis, & sequitur per se infamia damnatum, etsi sententia in bona feratur, ac etsi de facto tantum iudex pronuncset *l.*5. *l.*12. *C. h.t. Freb. cap.*5. *num.*21. *& cap.* 9. *num.*7. licèt non sine sententia, locus sit pœnæ legis *Sc. Gentil.* 1. *de iurisd.* 14. Sola verò actio hîc non infamat, nec etiam citatio. Nec absentis, vel latitantis euocatio, in ciuilibus, quæ tamen in criminalibus existimationem lædit *l. vlt. C. de requir. reis vbi Dd. Freb. cap.* 8. *num.*4. *&* b 5. *bl.* 4. §. *vlt. l.*6. *pr. D. l.*8. *C. h.t. l.*7. *de publ. iudic. l.* 63. *de furt.* §. 2. *Inst. de pœn. temer. litig.* quocunque genere sententiæ damnatus sit 2. *Sentent. Pauli* 31. §. 15. item is apud quem inficiantem, res furtiua deprehensa, nisi ignorans receperit. *l.*8. *C h.tit.* vid. *Zas. 2. intell. singul.* 2. *Freher. cap.*9 *nu.*9. qui *& num.*9. docet idem in eo, qui sciens à fure emit, per *l.*5 *C. de furt.* Quid in Condictione furtiuâ & actione rerum amotarum? *Cuiac. in Par. C. de cond. furt.* & hæc iudicia famosa statuit, tum quod delictorum omnium finis sit infamia, tum, per *l.*2. *C. Rer. amot.* Quem refellit *Forner. 2. rer. quotid.* 24. per *l.*36. *de O. & A.* & auctoritate Stephani *lib.*60. *Basilic. tit.* 10. item, per text. express. *l.*2. *D. Rer. amot.* Et delictorum, ait, comes infamia, si ipsa prosequamur, non si rem. Ast imò Cuiacio planè negandum est illud axioma, si infamiam iuris intelligit. Certa enim delicta, specialiter Prætoris edictum notat. Cui bono, si hoc omnium delictorum commune. Quis verò dicet damnatum lege Aquiliâ famam perdere? Ad *d. l.*2. *Rer. amot.* R. Forner. per famosam act. ibi intelligi furti iudicium. Certè nihil quidquam pro Cuiacio, ea lex facit. Quæ enim consecutio. Constante matrimonio neque pœnalis, neque famosa actio. Ergò dirempto eo, & pœnalis, & famosa de admissis matrimonio constante. † Sed & Cuiacium, tacitè licet, scitè refellit *Freher. cap.*8. *num.*12. *& seq. & cap.*9. *num.*11. Pudore enim & nexu matrimonij, atrox & turpis furti actio, in coniugem non datur *l. vlt.* §. *vlt. C. de furt.* Sed & conditio furtiua tectior est actione furti, nec vllam verborum atrocitatem habet: Formula autem verborum & sententiæ actionem famosam fecit, vel non famosam. Aliud est apertè loqui, scapham, scapham vocando, aliud verborum lenitate rem mitigare. Qui condicit, non palam dicit reum furtum fecisse, sed obnoxium sibi esse ex caussâ furtiuâ. Sic, ait, sepulchri violati, actio famosa *l.*1. *de sep. viol.* nõ item condictio ex caussâ violati sepulchri *l.* 9, *d.t.* Quod verò *Freher. d. cap.*8. *nu.*13. dicit interdictum de vi armatâ famosum esse, non item de eadem re act. in factum, non probatur *l.*13. *de vi arm.* ab eo adductâ, sed imò directè reprobatur, dum dicitur, nullum interdictum famosum esse. c *l.*4. §. c *vlt. D. l.*5. *l.*10. *Cod. h.t. l.*40. *l.*42. *D. de iniu.* §. 2. *I. de pœn. temp. litig.* æquissimâ talionis lege, vt cui alterius famam iudibrio habere, & suggillare libido est, propriæ iacturam faciat *Freher. cap.* . *num.* 13. *Wesenb. in Par. h.tit. num.*5. Et si personæ viliori illata, immò etsi seruo alieno *d. l.*10. *C. h.tit.* modo atrox fuerit. Nam nec aliàs de modicâ, leuisque iniuriâ damnatum infamem fieri volunt, per *c. cum te à B.* 23. *de re iud. & argum. l.*9. §. *vlt. & l. seq. de dolo. Freher.* post alios *ea.* 9. *num.*16. *Gail.* 2. *obs.*102. *num.*2. *& seqq.* vbi tamen *num.*6. contrariam receptiorem vocat, sed ita vt hoc casu facilior sit, restitutio in integrum. Sed & iudicis sententia, existimationem saluam seruari posse, stilus iudiciorum recepit, eóque nihil crebrius, etsi iuri vix videatur consentaneum, per *l.*63. *de furt.* de quo, vid. *Gail.* 1. *obs eq.*65. *num.*6. *& seqq. Dan. Moll. ad Nou. Elect. Snx.* 42. *p.*4. *num.*17. *& seqq. Farinac. quæst. crim.*105. *num.*61. & seqq. *Freh. r. lib.*2. *de existim. cap.*10. *nu.* d 25. *& lib.*3. *de infamiâ cap.*8. *num.*8. d Rectè & facit *l.*17. *C. de furt. ibi exemplo & cal.* 3 §. *fin. de susp. tut.* Nam quod expilatores, atrociores fures dicuntur *l.*1. §. 1. *de effract.* non de hisce hereditatis expilatoribus, vt *Goth. ad d. l.*12. sed aliis e accipiendum, vid. *not. lib.*15. *c.*29. *lit. B. c. l.*1. §. 1. *si mul. ventr. nom.* Grauiter enim peccat, quæ decipit prætorem in eâ ipsa re, in quâ beneficium petit. *Ant. Fab. ad l.*17. *hoc tit.* Excipitur filiafamilias *d. l.*17. tum scilicet cum patri se non præsentem adfirmauit, & is tamen sciens prudens in possessionem mitti passus est, vbi pater ipse notatur *l.*19. *in fin. hoc* f *tit.* f Nam igitur famosæ conditiones, etsi ex famosis caussis *l.*38. *de O. & A.* vid. *not. S. lit. B.* nec interdictum vnde vi, vllúmve aliud *l.*13. *de vi arm.* quamuis & hæc ex delicto, vt *lib.*15. *cap.*37. Nec actio quod metus caussâ, *S. lib.*15. *cap.*40. *lit. V.* Nec legis Aquiliæ, de damno iniuriâ dato. Quia nec imprudentia, nec iracundia sine consulto animo, tam atroci pœnâ digna *Horom. ad* §. *ex quibusdam* 2. *ipsi* 4. *de pœn. temp. litig. Freher. cap.*9. *num.* 27. Actionem tamen serui corrupti cum turpis dicatur, & furti ac rapinæ actio iungatur *l.*56. *pro soc.* famosis adnumerat *Freher. d. cap.*9. *num.*28. *Goth. in d. l.*56. *Vult. in* §. *omnes a.* 21. (*ipse* 19.) *&* *seqq. I. de act. num.* 10. Sed imò famosam esse, diserte negat *l.* 6. *&* 7. *princ. de obseq. par. præf.* Nimirum omnis quidem famosa turpis. At non contra; cum & turpis dici possit, quæcunque doli, vel fraudis habet mentionem, per *l.*5. §. *vlt. & d. l.* 6. *eod.* cum pudorem oneret, seu infamiâ facti afficiat. Sic turpitudo seiũgitur ab infamia *l.*27. *C. de inof.* Sed nec actionem de alea, famosam fuisse admitto, ceu vult *Cuiac.*9. *obseq.* 28. quod non detur in parentes, nisi verbis in factum conceptis *l. vlt.* §. *vlt. de aleat.* Et aleatorum nomen infame *l.* 26. *de iniur. l.*225. *dov. S.* Vnde *Cic. 2. Philipp.* Lenticulam aleæ condemnatum, quasi infamen notat. Et probant *Freher. ca.* 22. *num.*5. *Rauchb. par.*2. *quæst.*25. *n.*31. vbi & *num.*44. aleatores frequentes à testimonij dictione repelli. † Atqui *d. l.* 26. *&* *l.* 225. tantùm probant seruum aleatorem corruptum dici. Nec sequitur: actio vilis de alea datur contra parentes, Ergò directa famosa. Quia nec illæ actiones, quæ verecundiam condemnati onerant, etsi iuris ignominiam non inferant, in parentes dantur, nisi verbis temperaræ, vt ipse *Freher. d. cap.* 22. *num.* 4. Sed nec aleatorum, nisi fraude & falsitate vsus sit, aliâ pœnâ præter restitutionem, teneri docet *Menoch. arb. casu* 499. Tametsi *Isidor. lib.*18 *cap.*68. ab hac arte fraudem, & mendacium, atque periurium, nunquam abesse scripserit, & auctor *Polyeratici lib.*1. *cap.*5. *ref. Freh. d. nu.*5. aleam mendaciorum, & periuriorum matrem vocet. De aleatoribus pluribus *Menoch. arb. d. cap.* 399. *& seq. Rauchbar. d. quæst.*25. *Forner. 2. rer. quotid.*28. *Ant. de Gucuará Horol. Princ. lib.*2. *cap* 44. g Aliter *Freher. cap.*11. *num.*8. Calculus ita iudicio dirimitur, ne aliò vel foras ad populum g res promanet, sed arbitrio iudicis Planè componatur. Perfidiæ quæstio, & ipsa quidem iudicio dirimitur, sed ita vt damnato nota inuratur, quæ ad aures & notitiam populi, penes quem est famæ censura, perueniat. Mauult tamen Freher. voculam *sine* adiecta legere, qui ferè sine iudicio, id est, discreatore domestico, huiusmodi operâ amici, vt Cic. pro *Cæcinnâ*. Et sic pro *ferè, sine*, reponit, *Ant. Fab. d. l.*6. §. *vlt.* quasi sensus sit, caussæ cognitionem necessarium non esse, per *l.*29. *& seq. de dolo.* sed recte nostet, h vid. *S. lib.*4. *cap.* h 33. *lit. E. ibique not. add. Muret.* 19. *var. lect.*16. *Pollet.*4. *hist. fori* 5. *sub fin.* 1. Et ita in hoc cessat rario, quod non agatur de fide rupta, & contrario rationi, quæ in directis, locus est. i *Ant. Fab. ad d. l.*6. §. 3. *Freher. c.* 11. *n.* 9. k Diss. *Modestini ad l.* k 23. *Depositi.* Ex caussâ horum iudiciorum scribens omnem culpam, tametsi in minibus rebus admissam, sine vllâ specie doli mali, iniurere infamiam. Qui & ibid. omnem aliam actionem bonæ fidei infamare, si reus damnatur ob dolum. Malè omninò Nam vt alia taceam sic incommodiens erit ratio Vlp. *in l.*1. §. 4. *de dolo* cur sit dolo admisso, alia actione res salua esse possit, actio de dolo danda non sit. Et absurdum certè ob culpam, quæ in idoneum cadit, pretiosissimum hominis bonum perdi &c. At omnem hîc scrupulum, perquam expediteè eximit Don noster. l conuenit quod l *Gœd. in d. l.*42. *num.*12. ciuile probrum aliud iuris esse, aliud opinionis; quod cum lege, edictóue non noterut, moribus, & opinione ciuium ignominiosum habetur. m Quo m faciunt ea quæ *S. lib.*16. *cap.*7. *lit. X. ibique not. add. Zas. l.* *sing. respons.*2. *num.*36. *& seqq.* tractat quater us ignorantiæ iuris in latam culpam incidat Diss. etiam *Freher lib.* 2. *de existim. cap.* 10. *numer.*3. Sine delicto, inquiens, infamia non infligitur. Nullum verò delictum dolo caret. Sed hoc dãdum nõ est, quod refellitur *l.*1. *&* 2. *de leg. &c.* Quin idem *Freher. lib.*3. *de infam. cap.*11. *num.*9. *in mandati iudicio*, crassiorem negligentiam, famæ periculo corrigi scribit, tum per allegatum locum Cic. pro Roscio, tum quia plures in *tit. mandati* inculcatur latam culpam propè dolum esse. n Sic *Coras.*4. *misc.*19. *n.*6. Mouentur hæc quatuor iudicia n non nisi aduersus eos, quorum fidei, initio maximè credidimus, quique insigniter probos, nec vulgares amicos sese nobis ostentarunt. Quis enim negocia gerenda, liberos tuendos, rem custodiendam cuiquam mandet, aut cum eo societatem coeat, quem suspicetur, vel improbum, vel sibi parum amicum. Perditus igitur, & nefarius, qui eum fraudat, à quo ipse bonus, & amicus existimatus est. † *Ant. Fab. 6. conj.*17. *& ad l.* 6. §. 7. *h.t.* Caussa infamiæ in his iudiciis

perfidia seu fides rupta. Hæc autem dicitur, non quoties non fit, quod promissum est, sic enim maximè in stipulatione fides rumperetur, sed cum singularis perfidia elucet circa rem alienam, ex quâ futurum vt damno officiatur qui alterius bonam fidem sequutus. Cum primis verò depositi inficiatio turpissima, & maximè detestanda semper habita. Immo Pisidarum lex fuit Qui interuerterit depositum, capite plectatur. *Henr. Steph. in iur. civ. fent. & ritus pag.* 83. Et celebre est Turcarum Imperatoris iudicium, quo in depositum abnegantem capite animaduertit de quo *P. Aerod. lib.* 1. *decretr. tit.* 30. Quin & lex diuina in deposito eminere bonam fidem voluit *Ex.* 22. *v.* 8 vid. *Ioach Steph.* 1. *de iurisd.* 9. *num.* 3. *& seqq.* P. *Greg.* 23. *Synt.* 4. *num* 5. Et sane depositi caustæ sæpe subitaneæ. Commodans verò instrumento, pignorè aut testibus sibi de securitate prospicere potest. Sicuti & mutuum non ferè nisi sub pignoribus vel chirographo accepto datur, atque ita inficiationi non facilè locus vt *Rauard. ad l.* 42. *de R. I.* Ad hæc maior in depositorio fides requiritur, quem quis sponte elegit, probitatis fiduciâ aliis præstulit. Commodatum non ita sponte domini contractum. Qui perenti, & cuius fidem non adeo probabat, denegare noluit, vt post *Alc.* 2. *Parerg* 36. *Freher. ca.* 11. *nu* 13. Diff *Cuiac.* vt *S. lit. K.* Qua de re consule *Freher. lib.* 3. *de infam. cap.* 6. *toto.* Aequum verò vt qui alteri inurere infamiam per calumniam conatus, eam ipse incurrat *l. vlt. C. de calum. Cic. diuinat* Nulla salus, vt Reip. maior, quam eos, qui alterum accusant, non minùs de laude, de honore, de fama sua, quam illos qui accusantur, de capite ac fortunis suis pertimescere. Itaque semper ij diligentissimè, accuratissimèque accusarunt, qui seipsos in discrimen existimationis venire arbitrari sunt. Ceterùm hùc refert *Freher. d. cap.* 6. *num.* 4. *& seq.* Delatores, qui nempe fisco commissa nunciabant. Qui si probassent indicinæ ipsis præmium quarta pars, vnde quadruplatores dicti, sint minus, variis pœnis affecti: maculâque hac aspersi *l.* 3. *l.* 5. *C. de delat* de quibus *Cuiac* 19. *obs.* 3. *&* 5. *Sent. Pauli. 6. & ad d. tit. Codic. Briss.* 3. *Antig.* 17. *Menoch. de arb. iudic. quæst. cap.* 198. *Alberic. Gentil. ad l* 3. *C. d. malef & mathem.* † Planè aliquando ex temeritate litigandi, vel peruerso iudiciorum vsu, infamia sequitur, damnatum in causis aliis, quæque ad has classes à Don. hîc positas referri vix commodè possunt. Itaque infames fiunt tum litigatores si vel sibi ipsi ius dicant, vt si quis moribundum molestet, rebusve eius signacula imponat. *Nou.* 60. *cap.* 1. *in fin. princ.* aut si funus detineat, *d. cap.* 1. *§.* 1. *aut item qui C. de sep. viol.* vel lites alienas vexandi causâ redemerint, per *l. vn. in fin. C. de his potent. nom.* aut iis assiduè delectentur, argum. *cap. similiter* 10. *cap. nullus* 11. *can.* 3. *quæst.* 5. *Freher. cap.* 12. *nu.* 1. Item si qui appellauit, & refutatorios tulit, non destitit appellationem prosequi, & succubuit *l.* 19. *v. notatos vbi Goth. C. de appell. Freher. d. cap.* 12. *num.* 10. Aut si supplicauerit pro rescissione sententiæ, appellatione omissa *l. vlt. C. Vt li pend.* Nisi hîc potiùs ipso iure infamis, in quod proclivior sum, tum iudices si pretio corrupti gratiosam sententiam dixerint *Freher. cap.* 14. *num.* 2. si in eadem causa, quis aduocatum egerit *Freher.* ibid per *l. vlt. §. C. de assess.* quæ tamen infamiam, nominatim non infligit. Si acta mutila principi ediderint *l.* 15. *C. de appell.* Si exsecutionè militum interdictam præbuerint *l.* 5. *§.* 1. *C. de iurisdi. l.* 5. *C. de re milit.* Si decurtonem tormentis subiecerint *l* 33. *C. de decur.* Si violentiæ crimen, iusta pœna non coercuerint *l.* 8. *in fin. C. ad l. Iul. de vi publ.* Si denique i iurias studiosis factas non vindicauerint. Sed hic ipso iure *auth. habita C. Ne fil. pro patre Freher. d. cap.* 14. Tum aduocati & Procuratores vt si parti patrocinium negarint nec iussui iudicis paruerint, si rectè *Freher. cap.* 13. *n.* 1. si maledici, vid. *S cap.* 3. *lit. An. & not.* aut de quota litis pacti *d. cap.* 3. *lit. Ccc.* aut præuaricati fuerint *Freher. d. cap* 13. ¶ Alii secus, etsi princeps dimiserit *d. l.* 2 *princ. versetsi princeps* vbi male *Hot.* 7. *obs.* 16. pro *&* reponit *nec* quia alias, ait, ratio dubitandi nulla. Nam imò ipse Vlp. dicit: non dubitabis, Et tamen aliquod saltem dubium, in eo, quod & is dicitur ex edicto prætoris notatus. At obstat *l* 13. *§.* 3. *in fin. de re mil.* ℞. *A. Aug.* 1 *Emend.* 5. pro *nihilominus*, *nihilomagis* subsistens sententiam inuertit, & permutit, cùm ipsa series præcedd. correctioni resistat. *P. Fab.* 1. *Semestr.* 17 *sub fin.* accipit *d. §.* 3. quando per errorem obliuionémve, aut breuitatis, aliúve causa verba sollennia *ignominiæ causâ* omissa, si tamen delictum, quod missioni causam dedit, siue commune, siue militare sit, palàm prolatum fuerit. Et sic ferè *Ant. Fab. ad d. l.* 2. *§.* 2. esse necessariam expressionem causæ, id est criminis. ex quo pendet ignominia *d. §.* 2. non verborum, ignominiæ causæ & *Pac.* 2. *quæst.* 18. *Freher. cap.* 15. *nu.* 14. Et ita statuendum videtur, quod non fiat infamis ita missus, nisi aut infignia detracta, aut formulâ hac, *ob eas res ignominiæ causâ, ab exercitu meo te remoueo*, quæ apud Hircium seu Oppium (aut quisquis auctor libb. eorum qui Cæsari falsò tribuuntur) *lib.* 1. *de bello Afric.* vsus qui dimisit *d. l.* 2. *§* 2. *h. t.* aut delictum eiusmodi missioni causam præbuit, quod aliàs famosum, sententiâ reddit *d. l.* 13. *§.* 3. Nam & hoc ipsum probat, *d. l.* 2. *§.* 3. vbi adulterij damnatum ipsi sententiâ, sequitur hac missio cum infamia. Vbi arma primum, dein, gregalium militare deponere iubebatur, ac discinctus, vestibus militaribus exutus, & nudatus quasi in exilium ire cogebatur, vt ex *Sueton. in Vitell. cap.* 10. *Liu. lib.* 27. *Dione lib.* 49. probat P. *Fab.* 1. *Semestr.* 17. *pag.* 105. *& eq. add. Briss.* 2. *antiq.* 7. Plane verba *id est &c.* in *d. §.* 2. non explicant, sed coarctant latiorem exauctorandi significationem P. *Fab. de loc.* Exauctorationem enim realem arguunt, cum alia sit verbalis, non ignominiosa *l.* 4. *§.* 8 *in fin. de re mil. l.* 1. *C. Qui mil. poss lib.* 12. *l.* 19. *D. de lib. cap. Pac.* 2. *quæst.* 19. *Cuiac.* 27. *obs.* 8. *Freher. cap.* 15. *num* 7. † Cæterum supinè loquitur noster, dum dicit *vnum delictum militare famosum, missio ignominiosa.* Missio enim hæc non est delictum militare, sed pœna *l.* 3. *§.* 1. *de re mil.* Nec vnum, sed plura militaria delicta, missionem, & ignominiam merentia, quæ fusè persequitur *P. Aerod. lib.* 10. *Pand. rer. iudic. tit.* 5. *& seqq. ref. Frehero d. cap.* 15 *num.* 11. Et exempla *l.* 6. *§.* 7. *l.* 13. *§.* 4. *ibi veteres notauerunt D. l.* 13. *princ. l.* 16. *C. de re mil.* Ac certe de delictis militaribus quibus capitis pœna præfinitura est, si quacunque ratione eam euitare contigerit, damnatos famæ labe aspergi rationis est. Sic infame delictum contra sacramentum militare (de quo *Durant. Casell.* 1. *variar.* 8. *Briss lib.* 3. *Formul. initio & 2. antiq.* 6. ac ex eo non laudato auctore, *Goth. in l.* 2. *de veteran.*) clypeum ac arma abiicere, vexillum amittere, fugæ & formidinis causa, ordinem deserere *l.* 2. *§. vlt. de capt. & post. l. pen. verbo notatus de re mil. cap. infames. cap.* 6. *quæst.* 1. Confer *Plato dial.* 12. *de ll. Cotera. lib.* 3. *de iure mil. cap.* 9. *&* 10. Olim & detractatio militiæ, graue crimen habitum, nec famosum modo, *Cic. Philipp.* 7. Ignominiâ notandos censuerunt eos, qui militiam subterfugissent, sed & quod libertate priuaret *Cic. pro Cæcinnâ l.* 4. *§.* 10. *de re mil.* vbi ab eo recessum dicitur. Missio verò hæc non militibus tantum gregariis conuenit, sed omnibus à milite caligato, vsque ad centurionem præfectum cohortis, & ipsum militiæ ducem *l.* 2. *princ. hoc tit.* Vbi caligatus dicitur villor, & inferioris ordinis, à caligâ, calciamenti genere. De quo, vid. *Briss.* 2. *antiq.* 5. & quæ ex eo ad verbum, tacito auctore, exscripsit *Goth. in l.* 9. *de custod. reor. add Ioseph. Castulio decade* 2. *obs aq. in Critico cap.* 4. *&* 5. *Marcell. Donat. dilucid. ad Sueton. in August. cap.* 25. † *Anton. Fab. ad d. l.* 2. *princ.* caligatos dici vult, ad differentiam tyronum, & eorum, qui lecti quidem, sed necdum in ordinem recepti, quia nondum admissi, non dici possunt dimissi. † Sic autem amissi neque Romæ, neque in sacro comitatu, seu vbi Imp. est, agere possunt *l.* 2. *§.* 4. *h. tit. l.* 13. *§* 3. *de re mil.* indéque à tutelis vrbicis illis excusatio *l.* 8. *§.* 9. *de excus Cl. Cotera. de iure mil. lib.* 3. *cap.* 14. aliàs morandi eis vbi velint potestas *l.* 3. *Cod. de re mil.* præterquam locis, in quibus specialiter arguentur, id est, vbi delictum, cuius gratiâ missi, admiserunt. Etsi *Cuiac. in d. l.* 3. pro *arguentur*, legat, *arcentur.* Sed ita dicendum esset, à *quibus*, non, *in quibus* &c ita & conciliant *Iob. Accurs. in d. l.* 13 *§. vlt. Baro ibid. Cuiac.* 10. *obseq.* 26. *Rob.* 4. *Sent.* 17. *Henric. Salmuth. ad Pancirol memorab. lib.* 1. *cap.* 14. *pag.* 64. *Menoch. arb. cap.* 381. Et rectè. Quod nouè confirmo ex *l.* 2. *Cod. de crim. Stell.* vbi Pater, à filio, stellionatus crimine petitur, in specie tamen eâ, qua actio ciuilis non infamaret. Necesse igitur famosum hoc iudicium, non esse. Ac facit *l.* 3. *§. pen. hoc tit.* verbis: pœna nulla legitima. Etsi sciam multis contranit i *Ant.* Fab. 4. *coniect.* 2. cuius rationes hæ: 1. quia Vlp. vtrobique indistincte loquitur. 2. interdum nulla ciuilis actio concurrit, vt *l.* 3. *§.* 1. *versitem si quis impo-turam D. Stellion.* 3. Etiamsi non concurrat act. ciuilis famosa, semper tamen dolum adnexum habet. 4. quod in priuatis est de dolo actio, id in criminibus stellionatus persecutio *l.* 3. *§.* 1. *Stellion.* De dolo autem actio semper famosa Ergo Nec obsistere ait *d. l.* 7. *de public. iudic.* Quippe ibi tradi regulam generalem. Exinde excipi Stellionatum *d. l.* 13. *§. vlt.* Ratio exceptionis quia ad exemplum act. de dolo inducta, Denique infert in *d. l.* 2. superesse negationem, eaque resectâ dubium penitissimè tolli censet. Sed & *Freher. de infam cap.* 10. *num.* 5. semper infamare sentit, quia talem habeat coercitionem, quæ & genere pœnæ infamet, opus metalli, relegationem, ordine motionem *l.* 3. *§. pen. d. t.* Vnde ipsique vulgatam nouâ, lectionem mutans, pro *famosum* substituit *publicum.* Denique *Boeer. in in disquisit. de*

concil. huius antinomiæ subiectâ tractatui de crim. læs. maiest. pag. 243. & seq. famosum in *d. l.* 2. interpretatur publicum, quia ibi famosum, & extraordinarium opponuntur vt species disparatæ. Publicum autem iudicium species opposita cum priuato, cum etiam extraordinario *l* 3. *de extr. crim. &c.* & quia famosum quoque dicitur, quod celebre, & clarum, & denique, quia aliàs vitiosa segregatio cum omnis coërcitio extraordinaria damnato infamiam irroget, † *Marc. Lyclama lib.* 1. *Membran. eclogâ* 10. *§.* 3. non pro *non solum* accipit in *d. l.* 2. vt significetur, non sufficere huic crimini expiando infamiam, sed præterea extraordinaria coërcitione opus esse. Sed in hac expositione non perstat eod. *lib.* 3. *eclog.* 21. Alicet *Martin & Bulgar. in d. l* 13. *§. vlt.* non esse famosum ex se, & sui natura ipso iure *d. l.* 2. sed infamare per sententiam *d. l.* 2. Quæ conciliatio etsi certissima videatur *Bocero d. disquisit.* p. 240. *&* seq. rem tamen non expedit, cum nec ex vllo crimine alio, etiam publico, infamia ipso iure irrogetur, extra causas cap. præcedentis. Probabilius aliquantò *Gill. Reg.* 1. *Enant.* 3. cum extraord. pœna ingeratur, infamare ita demum, si iudex hoc ipsum sententia comprehenderit, seu nominatim infamiam adiecerit, & ferè *Pac.* 2. *quæst.* 27. Quod reprobat *Boeer. d. lo. p.* 238. quia infamia, ex arbitrio iudicis non pendet. Peius verò *Lorior. de iur. arte tr.* 7. *de Existim. axiom.* 5. non esse famosum ex ipsa apprehensione, vt delicta publica (falsum hoc) sed ex damnatione. Sed, vt ante dixi, à distinctione Don. nostri aliorúmque, quam crebriùs probaram faretur *Boeer. d. loc. p.* 231. non recedo. Nam rationi 1. Fabri satis hîc à Don. occurritur. Ad 2. ℞. negando consequentiam: nam etsi quis id largiatur, non ideo eo casu famosum esse obtinuerit, cum ad id *d. l.* 7. *de publ. iud.* concursum cum actione ciuili famosa exigat. Ad 3. ℞. Non semper dolum infamia coërceri, neque in ciuilibus, neque in criminalibus. Ad 4. ℞. *d. l.* 3. *§.* 1. vt præcedd. arguunt, hoc tantùm vult, quod stellionatus persequutio, æquè subsidiarium sit remedium, vt actio de dolo. Non ideò verò hæc in omnibus comparantur. Nam ferè actio de dolo ordinaria est, stellionatus extraordinaria *Cuiac.* 10. *obs.* 26. Ad obiecta Freheri ℞. relegationem, & ordine motionem, infamiam non infligere, etsi ita quoque velit *Boeer. d. loc. pag.* 233. *contra l.* 22. *D. l.* 16. *C. hoc tit. & sim.* Deinde sæpe etiam leuiori pœnæ locum esse. Famosum verò, exponere publicum incongruum, eum hæc vtique non æquipolleant. Sed nec acceptio famosi pro celebri & noto, & si insolens non sit, vid. *not. S. cap.* 6. *lit. C.* hîc conueniet, vt ostendit *Rob.* 4. *Sent.* 17. Minus dandum *Bocero d. loc. pag.* 235. contendenti omni extraord. crimine damnatum, infamiam sustinere: Nam nec ll. ab eo adductis hoc probatur, ac regula *d. l.* 7. directò aduersatur. Sed de hoc satis † *l* 4. *§.* 4. *l.* 19. *D. hoc tit. l.* 7. *de public. iudic.* ibi: infamem sententia facit. Nec delatio sufficit aut accusatio, etsi interim ab honoribus repellat *l.* 7. *princ. de muner.* Pœna enim non nisi nocens afficitur, qui an sic ex sententia constat *Freher. cap.* 5. *numer.* 11. Nec carcer aut vincula notant *l.* 1. *C. hoc tit. l.* 1. *C. Gregor. de postul.* Proprius enim eorum vsus custodia, non pœna *Cuiac. ad l.* 216. *de V. S. A. Gentil.* 2. *Lect.* 10. *Delrio ad l. transigere numer.* 45. *&* seq. *P. Gregor.* 31. *Synt.* 33. Quanquam olim seruorum existimationi obesset, ita vt manumissi fieri non possent ciues, aut Latini, sed dediticij. Nisi iis catenas non soluerent, sed securi inciderent, vel, abrumperent. Quod Iosepho à Vespas. contigit. vid. *Cuiac.* 15. *obs.* 7. Nec tortura *l.* 14. *C. hoc tit.* quæ immò tolerata purgat indicia, ac innocentiæ testimonium perhibet *Freher. d. cap.* 5. *num.* 14. Quanquam eidem *numer.* 16. verba *ob crimen quæstione habitâ* suspecta sint, tum quod, in *C. Gregor. l.* 2. *de postul.* absint, tum quod aliis rescripti verbis vix conueniant. Quomodo enim sententia potuit præcedere quæstionem per tormenta. Quo facere videtur, quod de liberis hominibus quæstiones haberi leges Romanæ vetuerunt Salust. in Cati. Vnde Cic. in Partit. acerbissimum dicit, quod apud Athenienses, & Rhodios etiam liberi torquerentur *Alb. Gentil. ad l.* 7. *C. de malef. & mathem. Paul. Manut. lib. de ll. Rom. pag.* 128. Vnde & *tit. D. & C.* passim, de seruorum tormentis agitur. † Sed nihil resecandum. Nam fragmenta tenuia Cod. Gregor. longè corruptiora, & minùs integra. Nec pugnant verba, si sententia non præcessit, quæ ita accipi possunt, vt rationem responsi reddant, *si* posita pro, *quia* vt alibi, vid. *not. lib.* 15. *cap.* 12. *lit. B.* Possunt & ita vt conditionem habeant, si sententia non præcessit scilicet tempus quo Imp. Gordian. consulrus. Fustes verò ad eruendam veritatem adhibitos, probat ipse Freher. ex *Actor. cap.* 22. *v.* 24. Denique iure illo veteri, quo liberi à quæstionibus immunes, eo tempore non viuebatur. Sed *specialiter excepta corpora honoratiorum l.* 12. *l.* 16. *& seq. C. de qq. l.* 7. *C. de malef.* Nec sententia inter alios lata, alios notat, vt si contra testis depositionem iudicatum fuerit, non ideo hic infamis *l.* 21. *D. hoc tit.* Neque enim necesse est testem falsum dixisse, & periurium. Quid enim si iudex ideo non attendit, quòd singularis esset, aut ex causa aliqua suspectus *Ant. Fab. ad d. l.* 21. *Freher. cap.* 5. *numer.* 18. Damnatio autem infamia etsi per modum inquisitionis processum. *Freher.* post *alios d. cap.* 5. *numer.* 22. ac etsi executio non facta, sed pœna remissa *l. vlt. C. de gener. abol. l.* 7. *C. de sent. pass. Freher. d. cap.* 5. *numer.* 27. Eadémque vis confessionis, etsi sententia non secuta, vt post *gl. in l.* 22. *hoc tit Freher. d. cap.* 5. *num.* 23. etsi de hoc iure quis ambigat. Item adnotationis inter reos absentis contumacis *text. l. vlt. C. de requir. reis.* Nam & in hunc pœna, existimationem contingens statui poterit *l.* 1. *princ. de pœn.* In ciuilib. verò requiritur, vt causa cognita damnatus sit. Non si sententia, contra contumacem dicta, quia magis propter contumaciam, quam causæ merita prolata censetur *l.* 55. *princ. de iudic.* ita *post gl. notab. in l.* 1. *C. de mo. mult. & Bart. in l.* 22. *D. hoc tit. Freher. cap.* 8. *numer.* 17. † *l.* 14. *C. hoc tit. l.* 12. *de decur. inuit.* l. 2. *C. de dign. l. pen.* §. 2. *de extr. cogn.* vbi separatur fustibus cæsus, ab infamibus. Nec igitur conuenit ea verba *d. §.* 2. ita accipere, si ex causa famosa eam pœnam sustinuerit ac si *d. §.* totus de iuris infamia loqueretur, vt *Freher. cap.* 4. † Causæ autem non famosæ fustibus coërcitæ in *l.* 7. *in fin. de I. patron. l.* 2. *in fin. de term. moto l.* 18. *§.* 3. *de pœn. l.* 3. *§. vlt. & l. seq. de off. pref. vig. l.* 9. *de incen. rui. naufr. l.* 12. *de decur. Freher. cap.* 4. *numer.* 11. vbi fustium pœnam, non atrocem habitam scribit, cum vocetur admonitio *l.* 7. *de pœn.* & causâ famosa non accedente, nec infamiam facti sequi, per *d. l.* 14. *verbo nullum.* Sicuti hodieque Turcæ teste *Busbeq.* leuiora delicta fustibus coërcent, ac mira patientia in furis, in soleis fuspe vltra centum plagas excipiunt, &c. Tametsi & quædam fustuarij pœnæ mortem intulerint, vid. *Delrio ad l. transigere numer.* 42. *&* seq. Flagellis autem liberi cædi non poterant, sed serui, vid. *not. S. lib.* 2. *cap.* 9. *lit. T.* cum Portia lex virgas, ab omnium ciuium Rom. corpore amouerit vt *Cic. pro C. Rabirio*, † Sic nec excommunicatio infamat, nisi ex causa famosa, vel contumacia in ea commissa, post alios *Freher. cap.* 4. *num.* 9. Sicuti & bannitus pro debito ciuili, integræ famæ, & status est. Ex causa autem famosa, crimine publico, vel contumaciâ, in eodem verò infamis fit, & infamia iuris, quia ciuitatem perdit, & omne beneficium inductum iure statutario illius ciuitatis, à quâ bannitus *Freher. d. cap.* 4. *num.* 20. Iure Sax. *ist der ienige so in die Konigliche Acht mit Recht brachte vnird, im ersten Jahr antrüchtig, im andern Ehrloß. Vueichb. art.* 5. *& ibi gl. diff. iur. ciu. & Sax.* 44. *num.* 5. *p.* 2. ℞ Ex compromisso enim, tanquam priuatâ conuenanone, existimatio alicuius minui nequit. Quia quicquid per contractum fieri nequit, id nec per potestatem arbitri, quæ omnis est ex contractu *Freher. cap.* 8, *num.* 9. *&* 10. Neque arbitro vlla iuridictio vera, cuius sententiæ stari oporteat, magis metu pœnæ, quàm illius auctoritate *Ant. Fab. ad d.* §. 5. Quin nec de act. famosâ eâ, quæ ex delicto datur, ad arbitrium iri potest *l.* 32. §. 6. *de rec. arb.* ‡ Sed *Ant. Fab. 6. Coniect.* 6. contendit in *d. l.* 20. non interlocutionis exemplum esse, sed sententiæ definitiuæ, præuiâ causæ cognitione. Idémque sano ac bene valenti loco, audacem potiùs, quàm artificem manum adhibendo, voce *mandatoris*, sede dimotâ, reponit *damnatoris*, vt verba *qui exhortatur* referantur ad præsidem, non ad eum in quem prolata sententia, eum instigatorem, immò infamem fieri probet *l.* 1. §. 13. *ad SC. Turpil.* Sententia igitur *d. l.* 20. iuxta Fabrum hæc: His sententiæ verbis, *callido commento &c.* non tam id egit præses, vt de calumniâ condemnaret, quàm vt exhortaretur, vt ad melioris vitæ frugem se reformet *l.* 19. *C. hoc tit.* Infamiâ igitur non est irrogata, quia condemnatio non secuta, quæ vt infamis calumniator sit, requiritur *l.* 4. §. 4. *l.* 19. *hoc tit.* Ita Faber. Quæ se mutuis ictibus confodiunt. Putat hanc sententiam esse definitiuam, & tamen nec condemnationem, nec absolutionem continere. † Ad boni iudicis, inquit, officium pertinet, non tantùm vt absoluat, aut condemnet, sed etiam vt interdum exhortetur, maximè si probationes minùs plenas habeat. † Vnde

hæc licentia nouum, & tertium genus sententiæ *l.* 3. *C. de sentent. & interloc.* comminiscendi, auctoribus iuris nec per somnium cognitum nec fando vnquam perceptum. Nec minus alucinatur Faber (nisi quod hic error minus grauis priori, non ita in principia, sed historiam iuris impingens) dum interesse putat. Præses sic dixerit *instigator fuisti* an ita: *videris instigator fuisse* cum imò solemnis pronunciandi formula ita concepta fuerit *videri reum fecisse de quo notabo* infra *lib.* 26. *cap.* 1. Nec obstat *d. l.* 1. §. 13. Nam qui instigat, verè incidit in Turpilianum, itaque infamis fit, sed si eo nomine damnatus. Hic autem interlocutio significatur vt Don nostet quomodo malo, quàm cum *Frehero ca.* 6. *numer.* 11. de simplici suasore exaudire *d. l.* 20. qui ex consilio non obligetur *l.* 47. *de R. I.* Nam *d. l.* 47. dicit consilij, non fraudulenti. Aft in *d. l.* 20. dicitur instigator callido commento, Aliter, & y scitè *Lycklama* 4. *Membran.* 18. y Quia hæc vis appellationis, vt exstinguat iudicatum *l.* 1. §. *vlt. ad Se. Turpil.* reducatque negocium ad terminos litis contestatæ, *A. Fab. ad d.* §. 1. Quin nec intra decennium, appellationi præfiximus infamis est, quia id tempus datum, ad remorandum vim sententiæ, vt *Barro ad d. l.* 6. etsi diff. videatur *Freh. cap.* 8. *numer.* 19 Quare pulchra hic cautio, vt famoso iudicio damnatus semper appellet, & appellatione oblatâ, deinde per alium curet transigi cum aduersario, vt is iudicij instrumenta sinat perpetuò cum tineis rixari. Ita enim in Cal. Græcas differet infamiam, verba sunt *Baronis in d. l.* 6. z Quia & hæc suspendit iudicatum. Et loquitur *d.* §. 10. ℣. *ana.* de restitutione contra sententiam, cuius hæc vis est, vt denuò causa cognoscatur, & vi posterioris sententiæ absolutoriæ fama seruatur. Quare temerè est quod *Faber, d.* §. 10. totum Tribon. adscribit 1. quia excepto in vers. *nisi ficubi*, inepta fit, nec regulæ, quæ de restitutione contra pœnam, non contra sententiam, conueniat. ℟. Imò verò *nisi* ibi verè restringit aut saltem declarat, nam & hæc illius vis. Nam etsi restitutio hæc prætoria non directo tollat pœnam, secuta tamen absolutione infamiæ, periculo eximit. 2. quia vocula *speciebus* pro *caussis* familiaris Triboniano, ℟. Aft vnde hoc probat, Nonne idem Vlp. in *l.* 18. §. 1. *de minor.* speciem finitam dixit pro caussâ; & quis omnia exempla conquirat, quibus species pro facto sumitur. 3. quia verba *sub titulo* non conueniunt Vlp. qui Commentarios suos in libros digessit, non in titulos. ℟. Aft ad edictum perpetuum respexit, quod (etsi Faber id insicietur) in titulos distributum fuisse probat, non tantùm §. *seq.* cuius verba *sub titulo &c.* pari, aft intoleranda, audacia, Faber Tribon. adsignat, sed & *d. l.* 1. *princ. de postul. l.* 1. *pr. de reb. cred. & simil.* Nec obstat, quod iurisconsultis passim capitum edicti mentio. Nam Partitio titulorum generalior fuit, specialior capitum cuiusque tituli. 4. quia imperita argumentatio *in* ℣. *pro quâ sententiâ* cum Pompon. loquatur de restitutione ad redintegrandam caussam. Tribon. verò velit restituere prætorem aduersus solam pœnam. ℟. Aft hîc sibi obloquitur Faber. qui paulò ante ipse *vers. nisi ficubi*, de restitutione aduersus cognitionem

aa exposuit &c. aa Hinc pragmatici condemnationem capere vires à confirmante, non confirmato, quia appellationis sententia, ab alio iudice fertur ac plerumque ex nouis actis *Anton. Fab. ad d. l.* 6. §. 1. vbi tamen aliud statuit, si constet frustrandi caussâ prouocatum esse argum. *l.* 41. *de*

bb *Vsur.* bb Putat tamen *Freher. cap.* 8. *num.* 21. si hic interea testimonium pro alio dixerit, illud ceu infamis reiici non posse, cum tempore illo fuerit idoneus, licet postea inhabilis factus, nec factum testis non prosequentis appellationem nocere debeat ei, à quo productus est. † Cum quo

cc non facio argum. *l.* 3. §. 6. *l.* 20. *D. de testib.* cc Verum hoc, de quo *Freher. de infam. ca.* 7. sed hic non conuenit. Vt enim transactum intelligatur, necesse est auctam pœnam esse, non ex sententiâ legis, ob delicti aliquam natiuam, eiue cohærentem qualitatem, sed ob extrinsecam, & aduentitiam caussam *Scip. Gentil. 1. de iurisdict.* 35. Et, vt *Freher ca.* 7. *num.* 9. & 10. Oportet vt grauior sit pœna, non tantùm vltra legem, sed etiam vltra merita delicti. Non enim si hoc circumstantias aggrauantes, nec si respectu personarum, ex gr. militum, pœna exasperata, nec etiam si ad exemplum aliorum, ob frequentiam delicti (in quo diff. *Gentil. d. cap.* 35.) sed ad hoc, & eo

dd sine, vt infamia minuatur, dd *Freher. ca.* 7. *numer.* 7. Nec vera, ait, transactio est, ideoque nec omnes effectus parit, nec voluntaria, nec super delicto, sed super famâ rei, genere quodam transigitur. Et ibid. *numer* 11. Iudice augente pœnam legis, lex minuit suam pœnam. Pœnæque grauitas cum famæ integritate compensatur, quia generaliter æquum est, vt qui grauatur in vno, releuetur in altero. Et *Ant. Fab. ad d. l.* 13. §. 7. Non iudex transigit, sed ipsa seueritas sententiæ *l.* 4. *C. hoc tit.* quæ alioqui non valeret in eo, quo legitimam pœnam egrederetur ee *l.* 10. §. *vlt. de pœn.* Excipiunt *Scip. Gentil.* 3. *de iurisd.* 35. & *Freher. d. ca.* 7. *numer.* 23. nisi post damnationem in pecuniam, corporalis ei imposita, quod iudicatum per inopiam facere non posset. ff Et quia hoc casu versatur sententia circa patri-

ff monium; Infamia verò personam concernit, & fama res pecuniâ inæstimabilis *Sich. ad l.* 3. & 4. *C. hoc tit. num.* 7. *Freher. cap.* 7. *numer.* 17. Cui rationi cum & locus sit, etsi fisco pœna pecuniaria peratur, vix eo casu aliud statuendum etsi diff. *Gentil. d. cap.* 35. gg & *Baro ibidem.* Si certâ ratione, gg inquit, sententia clementior lata, famam retinet reus; contra, si sine ratione. *Duar. ad h. t. D. cap.* 4. quia, ait, iudex propter circumstantias pœnas minuens, ostendit reum infamiæ notâ dignum non esse. Aliud igitur si nulla ratione, sed gratia tantum ductus. Et *Freh. cap.* 7. *num.* 12. sic: Aut ex caussâ minuente delictum; vt iuuentute, senectute, ira, &c. (quæ fusè persequitur *Tiraq. de pœn. temp.*) & tunc cessat infamia, Aut ex alia caussa iudex pepercit reo, vt propter dignitatem natalium, merita maiorum, vitam anteactam, intercessionem aliorum, artificium insigne, ex mera gratia, & tunc non cessat. Ibid. *num.* 11. reiicit distinct. gl. an caussæ cognitio processerit quia im-

hh mò nunquam pœnâ infligitur, nisi eâ præuiâ. hh Aliter *Cuiac.* 20. *obs.* 38. secundum ius vetus pœnæ legitimæ, vel mitioris immortalem infamiam esse, sed ex edicto Antonini ad tempus ordine motum, post rempus honores recipere *d. l.* 3 §. 1. *de decur. l.* 1. *C. de his qui in exil. dari lib.* 10. *tit.* 59. & *Freher. cap.* 7. *n.* 13. & 2. *seqq. ac Ant. Fab. in l.* 8. *de postul.* quod in *d. l.* 5. dicitur rationi seueræ conuenire scribens. Sed corrigi eam sententia in *d. l.* 8 *vers. nec adh. betur distinctio.* Nouum enim ius constituisse Antoninum *d. l.* 1. *C. de his qui in exil. verbo post hæc & Cuiac. in d. l.* 1. Sanè *Duar. ad tit. de postul. cap. pen* ℟. *ad d. l.* 8. finito tempore sententiæ, infamiam quidem perseuerare *d. l.* 5. *de decur.* aft nō eam, effectum suum ad postulationem porrigere *d. l.* 8, Quod durum est cum imò omnes infames, ab aduocatione pro aliis arceantur. Tutius dici puto, hunc sensum esse *d. l.* 8. non adhiberi distinctionem quo crimine pœna irrogata, id est, non inquiri in illud, tunc cum, nec nominatim sententiâ delictum famosum expressum est, nec ex genere pœnæ de eo apparet. Subditur ratio: Nec pœna tempore determinata vlterius porrigatur. Quæ infamiæ non conuenit, quia hæc tempore non determinatur, nec facto iudicis condemnantis infligitur, sed ab ipsâ lege sententiam notante *l.* 34. §. 12. *in fin. de ri. nupt.* Aft aeriter adhuc obsistit *d. l.* 1. *C. de his qui in exil.* vbi differte: post implerum temporis spatium, non prorogati infamiam. Nisi dicamus *infamiam* ibi latiùs sumi, pro opprobrio quodam ipsam remotionem ab officio comitante, proindeque recepto eo cessante. Quod si cuius palato non faciet, necesse habebit statuere quandam infamiam temporariam, Sicuti *Vvef. in par. h. t. num.* 8. infamiam ex crimine ipso iure famoso perpetuam statuit, cum legis effectus sit perpetuus, ac iuris auctoritas in potestate iudicantis non sit, quòd alias fieret, sicuti & Don. hîc arguit. At si ex delicto, cui pœna arbitraria est, infamiam nominatim iudex imponat, cum vnâ coërcitione, tunc eius tempore elapso, & hanc ceu ii accessoriū vnà tolli. ii ita & *Cuiac. in l.* 1. *C. de his qui in exil. dati l.* 10 *tit.* 59. & *Boeer. in disquisit. de l.* 2. *Stellion subiectâ tr. de crim. l. s. maiest. pag.* 233. Mitiori malagmate locum sanat *Duar. h. t. c.* 4. qui ibi duplicem iudicis sententiam ponit. 1. Proconsulis de relegatione annali, à qua prouocatum, sed interim reus sententiâ, non excessit, nam si excessisset pœna iustè augeretur *l.* 8. §. 7. *l.* 18. §. 13. *de pœn.* 2. Præfecti prætorio, iudicis appellationis, qui dū quinquennali exilio, & ita grauiùs damnauerit sententiæ seueritas, cum damnis temporis longioris transigere videtur; kk Septem modos, sed kk qui his ferè continentur refert *Vvef. in Par. h. t. num.* 9. *add. Freher. de infam. cap.* 8. *n.* 27. ll vbi aprio vulgata lectio *nec ego.* quam probant *Hot. 7. obs. 16. Cuiac. ad l.* 3. §. *ergò etiam de dolo* cum Florentiæ legatur *nec ergò.* Ad infamiam enim & condemnatio, & caussa, seu delictum, requiritur. Alterum in Procuratore deest, alterum in domino *A. Fab. ad d.* §. 2. Et quia dominus non condemnatur, nisi fiat, nec in eum obligatio descendit à Procuratore, quæ non in huius personâ, prius initium cœpit *l.* 11. *de O. & A.* Quare infamia, quæ non inhæsit in personâ Procuratoris, per eam, ad dominum transire nequit *ita Marc. de Mantua singul.* 26. Hinc mirabile consilium hoc dicit *Bart. in d.* §. 2. pro eo, qui act. famosâ conue-

nitur

nitur *Ant. Fab. ib. Freh. cap.* 8. *nu.* 8. *Gail.* 2. *obs.* 102. *n.* 7. *Beust. ad l.* 9. §. 2. *de iurei. num.* 9. *& seqq.* Quare & Syndicus in caussa famosa patriam defendens, & damnatus, non fit infamis *l.* 9. *G. h. t. l.* 4. *C. de delator. Freh. cap.* 6. *nu.* 6. Facti tamen infamia, illic vitari nequit *l.* 2. *de obseq. par.* Sed & qui litigare ipse cœpit, iudicium in Procuratorem transferre posse, volunt *Freher. d. nu.* 8. Adeo vt & domino, qui totam litem ipse per se prosequitus, consuli censeant, si det Procuratorem ad audiendam sententiam *Marc. de Mantua singul.* 26. & 384. vbi tamen subdubitat, num non possit iudex sententiam hoc casu, in ipsum dominum ferre. Et obsistunt extrema

mm *d.* §. 2. argumento à contrario. mm Ratio dubitandi illa eadē ratio præsumptæ confessionis *l.* 5. *h. t.* E. R. decid. *ind. l.* 7. non tam turpis hîc pactio. Ratio rationis, quia in contractibus perfidia, non tam caussa, quàm materia actionis. Caussa enim est obligatio ipsius contractus. In delictis autem est, & caussa, & materia. Et qui paciscitur de contractu, fatetur quidem se contraxisse, at non item se fidem violasse, nisi fortè per consequentiam *Ant. Fab in d. l.* 7. meliùs quàm *Freher. cap.* 8. *nu.* 25. quia in iudiciis ex delicto, pœna semper venit, quam nummis pacisсens, redimere frustra co-

nn natur. Alia autem rei persecutoria sunt. nn Quod etsi *Freher. cap.* 8. *nu.* 26. non absurdè videatur restringere ad iudicia ex contractibus; Nam ex delictis si transactio infamat, per seqq. ob præsumptam confessionem, magis solutio, ex maiori ratione *l. pen. C. de re iud.* receptius tamen est, idem in delictis locum habere. Quod in specie de actione iniuriarum, quod æstimatione soluta collatur, tradit *Beust. ad l.* 9. §. 2. *de iurei. nu.* 10. *& addit. ad diff iur. Ciu. & Sax. 7. p. 4. num.* 14. *& num* 19. & fusiùs firmat *Gail. 2. obs.* 103. vbi conclusum fuisse docet, etiam post conclusionem in caussâ, & sententiam præambulam ratione æstimationis, ante tamen sententiam condemnatoriam, reum ad solutionem admitti, vt infamiam effugiat, quia, *ait n.* 3. soluere potest, vt iudiciū euadat. Sicuti cautionem dat *Mathesilan. singul.* 83. vt ex delicto conuentus, torum, ad quod condemnari potest offerens, dicat se malle pecuniæ iacturam facere, quàm iudici aleam

oo subire, quia lites agere non didicerit. oo vid *Wes. in Par. h. t. num.* 9. vbi distinctionem Socini refert quod si caussa ipso iure famosa, necessaria sit oblatio ante litis contestationem. Sin iudicatus demum infamis, licita vsque ad sententiam. Quam licet vero consonam putet, contra tamen indistinctè seruari scribit. Ego non video, quomodo vnquam in caussis ipso iure famosis, oblatio notâ eximere possit. Nec qui hæc, sine aperta pugnantiæ implicatione, accipi queant. Diff. *A. Fab.* 12. *Coni.* 16. qui ℣. *sed hoc cōstat, d. l.* 73. glossema Tribo-

pp niani statuit. pp *Facit. l.* 14. §. 8. *de bon. lib.* vid. *not. S. h. c. lit. T.* qq

qq Quæ ratio à plerisque redditur, quos laudat *Delrio ad d. l. transigere num.* 35. Cuius rationis ratio, quia si & hic pro confesso haberetur, sponte sua semet iugulare, & sibimet ipse mortem consciscere videretur. Aft leges neminem supplicio perire volunt, nisi qui liquidis probationibus tenetur, *Connan. 7. Com. 5. n.* 2. & probat *Matth. Klock in d. l. transigere p.* 1. *cap.* 2. licet & aliam rationem adiungat sed ita obscuram, vt quid eâ sibi velit, non facilè liqueat. In reliquis autem, transactio pro confessione, quia cum sponte suâ liceat exulare, aut bonis suis exui, eandem pœnam confessione suâ quis subire potest. Quia vero in *d. l. transigere* crimen capitale dicitur, quod sanguinis pœnam ingerit, ideo hoc ad vltimi supplicij pœnam restringi vult *Delrio ibid. num.* 37. & *seqq.* nec idem statuit in iis quibus pœnā fustigationis, vel mutilationis membri, cum sanguinis pœnam, non aliam, quàm mortis denotare statuat *l. vlt. de prænaric. l. vlt.* §. *vlt. C. de Iud. a.* † Etsi verò *Zas in Par. h. t. num* 19. transactionem quidem valere, scribat, sed tamen eandem, ceu fictam confessionem, infamare, rectè tamen hîc notset & *Mynsi. 6. obs.* 22. *Vult. in tit. I. de pœn. temp. litig. nu.* 29. *Gail. 1. de pa. publ* 11. *num.* 21. Nam & ratio *d. l.* 1. *de bon. eor.* conuincit transactionem hîc, pro confessione non haberi. Et confirmat *Nicol. Valla de reb. dub. tr.* 17. *num.* 4. quia in his, ad infamiam requiritur damnatio *l.* 7. *de publ. ind.* Et *num* 8. *pag.* 394. rationem differentiæ bellè reddit. Quia cum in his non tantùm de re familiari, & priuata iniuriâ agatur, sed & de publicâ vindictâ, ac principaliter quidem, pactio, vel transactio efficit sanè, ne accusator idem crimen repetere possit, aft non impedit, quo minus alius de eodem agere, & iudex cōtra reum procedere possit, quod & contra *Cuiac. 6. obs.* 11. *& Ren. 4. var.* 6. adstruit *Delrio dict. loc. num.* 59. *& seqq.* Quare exspectatur sententia, ad inurendam infamiæ notam. Quid enim si transactionem, absolutio sequatur. Absurdum certè ex pacto notari, de cuius innocentiâ, iudicio constiterit. In priuatis iudiciis alia ratio, quia nulla superest, nec exspectatur alia sententia, cum post pactum, lis de eo negotio, nec ab eodem, nec ab alio, moueri possit; Planè iure Sax super furto (quod eo iure capitale) alióve crimine, sub notâ infamiæ, transigere vetitum *lib.* 1. *art.* 37. & 56. *lib.* 2. *art.* 13. *diff. iur. Ciuil. & Sax.* 34. *p.* 4. rr *l.* 4. *de* rr *iure fisci.* Metu enim pœnæ, & conscientia delicti, censetur pepigisse, cum non credatur suum indebitè iactare *Wesen. in Par. hoc tit. numer.* 5. *Freher. cap.* 8. *numer.* 22. qui & hoc argum. concludit *ibid. num.* 24. *& cap.* 12. *numer.* 9. cum qui in caussa famosa iusiurandum calumniæ detrectat, exinde infamem fieri, quia & is pro confesso sit *l. vn.* §. 7. *C. de in rei. pro cal.* † Cum verò ratio illa *d. l.* 5. maximè autem rationis ratio, cuiuis pactioni, etiam extra iudicium initæ conueniat, rectè *Freher. d. num.* 24. satis esse ad hoc quomodocunque confessus sit, etsi si pactio extra ius inita, confessio prō iudiciali haberi nequeat. Quamuis *Wes. in Par. h. t. nu.* 5. requiri litis contestationem scribat; vt quis ex pacto noreturq quod ante litis contestationē vtique pactio licita sit *l.* 56. *l.* 58. §. *pen. D. l.* 13. *C. de furt. l.* 17. §. 1. *de pact.* Et quia nec verā confessio extraiudicialis, nedum præsumpta, ad damnationem sufficit. Cui consentit *Klok in l. transigere p.* 3. *cap.* 2. quia non temerè hæc iuncta edicto, *damnatus pactus sue*, quo innuit vult, de cā solùm pactione, quæ in iudicio, ante sententiam interponitur, Præterē intelligi voluisse, Quos refellit *d. l.* 6. §. 3 *h. t.* verbis, *ne secum ageretur.* Ponitur *ibi* apertè pactio inita, ante litem ordinatā, & tamē nisi gratiùta sit, famosam esse inde colligitur. Sed &, quod hi non attenduntur, planè diuersa sunt paciscentē notari infamia, & pacta non valere. Quin imò in delictis priuatis etiam post litis contestationem pactum semper valet ad hoc, vt reus actione liberetur, & ita accipiendæ *dd. ll. pluresque similes*, sed non vt fama integra seruetur reo paciscenti. Nam & vbi infamia infligitur pactio, vel transactio rata est *Valla de reb. dub. tractat.* 17. *num.* 1. & 2. *Freher. d. cap.* 8. *n.* 24. *Delrio in d. l. transigere num.* 167. Ex quibus & ratio altera *Wesenbecij* concedit. Neque enim huius fictæ confessionis ea vis, vt paciscens sententiā iudicis, in pœnam delicti condemnetur, sed lex ipsa, vel edictum, ignominia pactionem notat, sine vlla iudicis opera. Obi. At si honesta ratio redimendi sanguinis, etiam redimenda existimationis, cuius par cura habenda. ℟. *Ant. Faber ad d. l.* 5. alia ratio vitæ, quam si redimere velit reus; quanticunque criminis, dignus cui ignoscatur. Est enim aliqua etiam improbissimi vita. At existimatio nulla est, nisi quam videri debeat amisisse. Eo enim ipso, quod deliquit, parui fecit famam. Quare non debet Prætor plus indulgere ei, quàm ipse sibi. ss Non quod edictum interpretari, & ss lenire Prætor ita videatur, vt *Ant. Fab. ad d.* §. 3. Neque enim famam edicto, prætoris ablatam, Prætor ipse reddere potest, vt idem *Faber ad l.* 1. §. 10. *de postul.* sed quia confessio eius fingi nequit, qui parere coactus. Ideòque iussus iudicis in pœnis, iustè excusat *l.* 167. §. 1. *de R. Iur. ea. quodquis* 23. *ood. in* 6. *Wes. in Par. h. t. num.* 5. *Freher. cap.* 8. *n.* 27. Vnde ita transigentes, circumspectos esse iubet *Gail. 2. obs.* 103. *num.* 16. vt iudicis ordinarij auctoritate transactiones ineuat. Sed in Camera, denegari confirmationes transactionum in caussis iniuriarum testatur. Putauerim verò rationis esse, vt nō quælibet comprobatio transactionis, sponte partium prius initæ, huius effectus sit, aliàs pœna legis posita erit in voluntate iudicis. Sed iussus demum casibus iis, quibus ad compositionem partes compelli possunt, & vbi caussa anceps & controuersa, vid. *Freh. d loc.* tt *l.* 18. *C. h. t.* Quia tunc reus nec tt suum iactat, nec aliud quid facit, vnde suspicio delicti admissi oriatur. Quare præsumtio confessionis cessat. Vnde in *l.* 4. *de l. fisci* pacti ita demum pro confessis, si pretium dederint *Wes. in Par. h. t. num.* 5. *Freher. ca* 8. *n.* 23. *Delrio ad l. transigere num.* 129. *& num.* 193. Ac etsi & hic pro confesso esset, vt esse putat *A. Fab. ad l.* 5. *& ad l.* 6. §. 3. *h. t.* quod nulla aperior confessio sit, quàm si precibus quis impetret, cum non magis his, quàm pretio egeat innocentia. Quia tamen offensus deprecatione demulsus, damnum, iniuriāmve, cum vindictā remisit, delictum ferè pro infecto habetur, itaque plenā venia reus pōtitur, bellè *Freher. d. cap.* 8. *n.* 24. uu Tradunt & alias cautelas euitandæ hoc casu infamiæ: veluti vt uu in transactionis instrumento declaret reus, se non conscientiā delicti, sed odio litis, & ad euitanda illius impendia, & vexationes, paciscī, aliāve caussa exprimatur, quæ præsumtionem confessionis excludat. *Wes in Par. h. t. n.* 5 *p.* 165. *Freher. cap.* 8. *nu.* 27. Quod si simpliciter admittimus, via facilis parata iuri huic fraudem faciendi. Quin igitur, ita demuni infamiā lib erandus paciscens, si docere paratus, se non prō malā conscientiā dedisse, sed studio litis fugiendæ, seu si innocentiā suam probare possit arg. *l.* 18. *C. h. t. Ant. Fabin l.* 5. *h. t.* xx Nec pœnitentiā facti tollitur *l.* 43. §. 4. *de vit. nupt* ta- xx metsi hic principis restitutio facilior impetratu *l.* 23. §. 1. *eiū.*

med.C.de nupt. Exceptio est in hæresi, vid. *not. cap. præced. lit.* N. aut sublatâ causâ, ob quam contracta est, aboletur *Tiraq. tr. Cess. causâ 1 lim. 22. n. 12.* Quin nec morte, quæ omnia soluere videtur, penitus aboletur *Plaut. in Perſa act. 3. ſc. 1.* Hominum immortalis est infamia. Etiam tum viui, cum credas esse mortuam, etsi effectus qui personæ adhærent, cum eadem exstinguantur. Liberos verò & heredes non onerat, aut ab honoribus arcet *l. pen. §. pen. De decur.* Tametsi *Plato dial. 9. de ll.* liberis opprobria parentum serenda voluit, si parens auus, vel proauus, capitis damnati. † Excepti in crimine perduellionis vbi liberos infamia paterna comitatur *l. 5. § 1. C. ad l. Iul. maiest. cap. felicis 5. nulli prætrea de pœn. in 6.* tum quod in iis paterni criminis exempla metuantur. Ideóque illis omnes neruos, ad res nouas moliendas præcidi debere visum fuit. Tum vt parentes hoc ipsi supplicium in liberis luant, maiúsque eorum probrum post obitum maneat, Quo ipso alij à nefariis eiusmodi ausis deterriti, amiciores Reip. redderentur, vid. *Decian lib. 7. tr. crim ta. 41. n. 18. & seq. Mercer. 2. opin. 14. Scip. Gentil. 1. de coniur. 1. & 2. p. 76. & seqq. P. Fab. 3. Semestr. 8. Rad Forner. 3. rer. quotid. 17. P. Theod. disput. crim. 5. th. 6. lit. K. Bocer. de crim. la. maiest. cap. 3. n. 55* A quo tamen hodie benignius recessum est, vid. *Pet. Theod.* & ab eo alleg. *d. lo.* † Non placet quod *Freher. cap. vlt num. 16.* libertate, seu manumissione tolli infamiam, in seruitute contractam statuit. Nam immò seruus, ciuili ratione, nec caput nec personam nullâ habet *l. 3. in fin. l. 4. de cap. min.* nec existimationem nullam *l. pen. §. vlt. de extr. cog.* Et itaque ex admisso in seruitute, noratur post libertatem *l. 4. § 3. h. t.* cum ex delicto, etiâ manumissus teneatur *l. 4. C. an serv. pro suo fac.* Nec obstat *l. 24. h. t. vid. not. cap. præced. lit. B.* Quia verò personam afficit, eámque ceu lepra leprosum comitatur, effectus exserit, non tantùm vbi contracta est, aut sententia dicta, sed vbique, & apud omnia tribunalia ligat; vid. *Freher. cap. 24. n. 7.* yy Quod *A. Fab. in d. §. 10.* ad infamiam ex Senatusconsulto aliquo irrogatam restringit. Est autem hæc infamiæ abolitio, ex *iis* quæ propria supremæ maiestatis. Nec qui superiorem profitentur, plenariè restituendi *ius* habent, sed *intra* suas ditiones, si scilicet infamia iure communi inflicta. Secus si ex suâ prouinciali, vel municipali lege, vid. *Freher. cap. vlt. num. 8. P. Greg. p. 2. q. 22. nu. 45.* Papam verò, clericos qui de foro ecclesiæ sunt, famæ restituere posse, non laicos, nisi in terris sibi subiectis scribit *Aegid. magister decis. de appell. ab abusu cap. 8. n. 2.* Causas ex quibus, hanc gratiâ pollicentur principes pete, ex *l. 1. §. 2. de l. Iul. amb. l. 23. §. 1. V. præsenti C. de nupt. l. 4. C. ad SC. Tertyl. Nou. 22. cap. 22. §. 1. Freher. d. cap. vlt. n.* 10, qui vereor, vt rectè addat *l. 5. §. vltim. de vemil.* Nam ex eâ causâ de quâ ibi, parci potest transfugæ, non à principe tantùm, sed & à iudice. Eáque res facit no condemnetur, vt ita infamia irroganda vitetur, non autem maculosa nota, vitiatæ opinionis abstergatur. Atque ita restituto omnis macula direpta, neque vocabulum inhonestum ei de cætero inhæret, vt verba sunt *d. l. 23. §. 1. cit. fin.* Quare obiici ei exinde crimen infamiæ nequit, vt in formulâ restitutionis, apud *Cassiodor. 3. variar. 46. Freher. d. ca. vlt. num. 10. & sequent.* Tametsi aliqua litura maneat, ac infamia, quæ vulgò facti dicitur zz *Duaren. h. t. cap. 2.* vid. *not. S. cap. 6. lit I.* zz *l. 7. C. desent. pass. & restit. Pac. 3. quæst. 17. Freher. cap. vlt. num. 13.* Obstat tamen *l. vltim. §. vlt. C. d. t.* vbi indulgentiæ restitutio, dicitur bonorum, & dignitatis (multo magis famæ) vno nomine amissorum omnium recuperatio. Qua referre videretur princeps solo indulgentiæ, aut æquipollenti verbo vsus sit, an dicat se restituere, etsi absolutè, non adiecto ad famam, vel ad omnia, quia hæc vis verbi restituere *l. 75. de V. S. l. 173. §. 1. de R. I.* Confer *Gai. 2. de pa. publ. 19.* Planè, & tacitè, infamiam remittere princeps videtur, si famosum sciens ad officium promoueat, cuius capax non est, nisi cui honor illibatus. *Freher. d. cap. vlt. num. 14. & seq.* Quod *facilius* obtinebit, si munus *illud* perpetuum. Secus Princeps dispensasse tantum videtur, & habilem effecisse ad exsequendum commissa, vt si iudicem in causâ certâ dederit, vid. *not. S. lib. 17. cap. 24. lit. K.*

CAPVT IX.

Procuratorum vsus & origo.

2. PROCVRATORES (connecte *S. cap. 3.*) Hi vsu iuris qui negocia aliena, mandatu domini administrant *l. 1. hoc tit.* Hîc verò generaa liter accipimus, qui quoquo modo, etiam sine, mandato litem alienam procurant, actionemque mouent, vel excipiunt, siue necessitate muneris vt tutores, b Syndici, siue suâ voluntate. Ad b hos omnes enim edictum quod in *l. 33. §. 3. hoc tit.* pertinet. Sanè in rub. *D. hoc tit.* à Procuratore distincti defensores, qui ad defendendum reum dantur vel accedunt. c Quorum vsus necessarius *l. 1. §. 2. c hoc tit.* vbi ratio, cum sæpè quis agere ipse, aut nequeat, impeditus valetudine, ætate, absentiâ occupationibus *tit. 1. de his per quos ag.* aut caussa sit cur nolit, si agatur famosa actione, si sit rerum forensium imperitus, vir grauis, matrona honesta, & generatim, si forenses molestiæ & tædia terrent. Ne his tempora actionum exeant, debitores facultatibus labantur, indefensi bonorum possessionem patiantur DE HIS IV. QVÆSTIONES EXPEDIEMVS. PRIMA Pertinens ad aduersarium (*de 2. I. cap. 16.*) AN INVITO ADVERSARIO INTERVENIRE POSSET? OLIM sanè NON licuit, nisi iure singulari pro populo, libertate d tutela *d. tit. I. de iis per quos ag.* Idque ex d mero iure, e quod nemo cogi debeat litigare cum eo e cum quo nihil gessit. Procurator autè non contraxit, nihil ipsi delicto nocitum est &c. Nam cum, nemo, cum alio inuitus contrahat, nec vt iudicium suscipiat, par esse videtur. Adhæc conditio aduersarij, peiòr reddi per hoc potest. Quid enim si Procurator litigiosus & vafer. Quid si non probè instructus, vt necesse sit litem diutiùs extrahi &c. Sed CONTRA, generaliter, DEINDE OBTINVIT ad incommoda illa vitanda, vtilitatis causâ, contra ius summum, f ne aliàs pluribus mos dis ius agentis, vel indefensi periret. Neque sic minuitur actio, aut defensio aduersario. Et si quid incommodi est, quod fatendum, in mutationepersonarum, certiori vtilitate contrariâ vincitur. Obstat definitio actionis vocula *sibi*, &c. Procurator actionem habet, non propriam suo nomine, sed mandatam. Obi. At sic inuitus contrahere cogetur, per *l. 3. §. 11. de pecul. &c.* Nemo cogitur contrahere, ab initio scilicet vbi nondum alij obligatus sit. Quod si sit, vtique iudicio contrahere tenetur, quod in inuitum datur *l. 83. §. 1. de V. O.* Prior enim obligatio spontè contracta, posteriorem obligationem iudicati secù trahit. Si itaque reus, domino litis iudicio cogitur, etiam Procuratori, quia per hunc agere ille videtur *l. 5. §. 3. de adm. tut.* Ac licet directa iudicati actio quæratur procuratori, nihil tamen nocet reo *l. 27. in fin. l. 28. hoc tit.* NON TAMEN OMNIMODO recipitur, sed quod eius sine fraude Reip. & iniuriâ aduersarij, in quam beneficium alterius tendere non debet, fieri potest. VNDE in potestate dandi Procuratoris, certis finibus inclusâ QVINQVE SPECTANDA.

NOTATA.

a Quam ita exponit *Duar. h. t. cap. 1.* Administrant genus á competens etiam Syndico, tutori, curatori, negocia extra iudicium, vel in eo (& ita quascumque lites hæc verò suo ambitu complectitur, vt vel hinc refellatur *A. Fab.* volés *negocij* verò conuenire actioni reali, vid *not. lib. 17. cap. 16. lit. O.*) alienа non si sua, etsi alterius consilio, vel iussu *l. 5. §. vlt. mand.* Et hæc etiam tractat Procur. in rem suam, etsi ad suum commodum *Wesen. Par. h. t. nu. 3. A. Fab. ad l. 1. h. t.* vid. *j. cap. 11.* Tametsi hunc æquiuocè Procuratorem dici, & in statutis, nomine Procuratoris non venire velint. *Cæsar. Constard. in l. diffamari 64. num. 162. & seqq. Gisan. ad l. 1. h. t. n. 22. Io.*

Bapt. Asin. Praxi iud. § 28. c. 4. Tretac. l. 2. pract resol. tit. de Procurat. n. 2. Schrad. de feud. p. 10. sect. 18. n. 5. Vasq. 2. contr. vsu freq. 23. num. 10. & seq. & cap. 39. n 8. & 9. excipiens, nisi statutum fauorabile, mandato ad differentiam negocij gestoris (cuius 9. ab hoc differentiam tradit *Gisan. ad rubr. D. h. t. num. 61. & seqq.*) addit quod Procuratoris nomen est iuris negocij gestoris, facti, gestionem ipsam, non ius faciendi domestrans *Ant. Fab. ad l. 1. h. t.* domini ad discrimen tutoris, & curatoris, qui auctoritate dantis, scilicet testatoris b legis, magistratus, b Plures verò adeoque 19. differentias tutoris à Procuratore percenset *Gisan. in rub. D. h. t. num. 34. & seqq.* Ex quibus reliquæ alterius, illæ huius loci, quod Tutor agens nõ præstat cautionem iudicatum solui, *l. cap. 13. lit. Ll.* Quod condemnato tutore, actio iudicati datur in pupillum *l. 2. pr. de admin.* Quod mulier tutelam liberorum rectè suscipit, non item procurationem litium. Et quod tutor, actorem c ad litem constituere potest. c Nam & defensor rectè dicitur, qui mandatũ habet *l. 10. Iud. solui. l. 12. C. h. t. l. 34. §. 1. de iurei.* etsi specialiùs defenior, denotet eum, qui sine mandato absentẽ defendit *l. 51. l. 61. l. 64. l. 76. h. t.* Præsertim vbi Procuratori opponitur *Elb. Leonin. 1. Emend. 15. n. 2. vt l. 9. §. 6. l. 34. §. 3. de iur. l. 2. in fin. l. 6. ad SC. Vell. l. 13. § pen. de pig. l. 6. Rem rat. hab. l. 18. §. vlt. de cast. pecul* Nam qui ex mandato defendit, ipséque Procurator vsusuris dicitur *l. 8. § vlt. D. l. 2. verbis ab vtraq. parte C. h. t. d. l. 10. Iud. solu. l. pen. § 1. de publ. iud.* Cõfer d *Gisan. ad p. 2. rub. D. h. t. & Sverin. rep. lect. C. 12.* d In caussâ liberali, siue ex seruitute, ad libertatem proclamaret, siue ex hac, in seruitutem reuocaretur, assertor necessarius erat, qui litem susciperet, cum ipse cui status controuersia erat, agere non posset, torque erant assertiones, quoties caussa liberalis repetereretur *tit. C. de assert. toll. Pollet. 3. histor. fori 15.* Et hic differebat à Procuratore, quod sine mandato, vltro asserebat in libertatẽ caussamque suo periculo agebat *l. 1. & 2. C. Th. de lib. cap.* Vnde & mortuo homine, renebatur actione pœnali *Paul. 5. Sent. 1. § post. susceptum 5. Gisan. ad rub. D. h. t. n.* e 57. *& seqq.* e Quin iure 12. tabul. nullos Procuratores fuisse inde probat *Hotom. in pr. I. de his per quos ag. Enunc. 2. Pollec. 2. hist. fori 1. sub fin.* quod nec in ius vocatum morbus ætasve, quò minùs ipse venire cogeretur, aut eo deportaretur, excusaret. vid. *Agell. 20. Noct. 1.* Sed & apud Græcos non licuisse Procuratorio nomine agere ex *Quintilian. l. 2. cap 16. Pollet. d. l. 2. cap. 5. Hotom. d. loc.* Apud Francos item olim actori, per Procuratorem comparere non licuit, nisi speciali Regis f permissu *Damhuder. praxi ciuili cap. 84. n. 4.* f Contra directi iuris rationem, cum antiquitus alieno nomine lege agere nemo posset *l. 123. de R. I.* ait *Hotom. 6. obs. 16.* Sed *d. l. 123.* non de litibus, sed legis actionibus loquitur *Ant. Fab. ad l. 1. §. 2. h. t.* déque actibus iis, qui nec hodie per aliũ expediuntur, *Gisan. in d. §. 2. n. 35.* Nec placet quod P. *Fab. in l. 95. de R. I. fol. 441.* scribit, aut illi regulæ hodie locum non esse, aut ita accipiendam, vt cum lex alteri, vel alterius nomine actionem, defensionémve non imponat, inuito vel ignorante creditore, a iusipsius no mine litem contestari nequeat. Itémque, vt inuito debitore alius non rectè iudicium, ipsius nomine suscipiat. † Sensim autem hanc licentiam inualuisse, & primò actoribus constrictam finibus docet locus *lib. 2. ad Herenn.* Ex, æquo & bono institutum vt maior 60. annis, & cui morbus caussa est cognitorem det, † Quando verò ex necessariâ, aliáve caussâ iudicio adesse impeditus, teneatur mittere Procuratorem, maximè si impedimentum longius &c. tractat *Trentac. l. 2. pract. resol. tit. de Procurat. resol. 13.* Et quando per caussarium nuncium vt *Buda. vocat in forensibus.* vel excusatorem caussæ absentiæ doceri possint, *Chil. Ronig Process. p. 1. t. Boa de Excusatoren p. 167. & seq.* Sic enim excusatorem, à defensore distinguunt, quod ille absentiæ, hic caussæ, seu innocentiæ caussas alleget *Parl. ad. 1. ver. quotid. 20. num. 1.* Hic iudicium in se suscipit, ille non item *Bouer. sing. 28. num. 1.* Et vt excusatores absentiæ, etiam minor, & fœmina admittũtur, per *l. 33. § 2. h. tit. verbis à quibuscunque Sichar. ad l. 2. C. h. t. num 6. Farinac. quæst crimin. 99. nu. 286.* De quibus fusiùs *P. Rebuff. in constit. Reg. Franc. tr. de Excusatoribus & Damhuder. praxi ciuil. cap. 75.*

CAPVT X.

Caussæ Procuratorem recipientes.

1. CAVSSA PECVNIARIA OMNIS *l. 26. C. h. tit.* quicunque dederit, modo actionem habeat, saltem vtilem, suo nomine, vt filius famil *l. 8. princ. h. tit.* Seruus quoque de statu litigans *l. 33. § 1. h.* a a SIVE PRIVATA SIVE POPVLARIS, modo in eâ, de priuato actoris dãno agatur *l. 42. pr. h.* Aliàs ab actore dari nequit, à reo potest *d. l. 42. princ. & l. 5. de pop. act.* Rectè. Nõ quod caussâ id in actore impediat, sed quia Procurator non nisi à domino litis datur. Popularem verò actionem exercens, nec damnum suum persequens, dominus actionis non est, nec intelligitur inde locupletior *l. pen. de pop. act.* Ast rei caussa, semper propria, quia condemnatus, de suo dependere cogitur. b Vna hic caussa excepta; b actio seu interdictum de liberis exhibendis quæ per Procuratorem agi nequit, nisi caussâ cognitâ, & duabus conditionibus, si & nominatim mandatum sit, & pater iusta caussâ impediatur *l. 40. princ. h. tit.* Quia nõ temerè petitio exhibendi, & ducendi ciuis Romani, libertatem quasi imminuens alij, quàm patri, qui in potestate habet, permittenda. c Sed & in cæteris hæc c cautio *l. 26. alias vltim. C. hoc tit.* vt si quæ iustiores ac vehementiores caussæ, reum ipsum requirant, veluti si de iureiurãdo litigatores præstando agatur, aut facto obscuriore, cuius veritas facilius ex rei vultu, & sermone eruatur, à maximo iudice, qui imperium habet, & ius mulctæ dicendæ, d adesse, & respondere cogatur. CRIMINALIS, SI IVDICII PVBLICI NVNQVAM *l. pen. §. vltim. de publ. iudic.* e nec ad persequendum; 1. ne pœnam talionis e & calumniæ, cui se inscriptione in crimen obligat, euitet, iudiciúmque eludat. f 2. ne per Procuratorem f absens mentiatur, quæ præsens dicere erubesceret: nec ad defendendum, quia rei præsentia requiritur, tum ad veritatem eruendam, cum ex vultus pallore, consternatione, titubatione, ac inconstantiâ sermonis multa indicia admissi arguantur *l. 10. §. pen. de qq.* tum ad pœnam, cui se facilè aliàs subducet. g NISI g AD EXCVSATIONES ABSENTIÆ *d. l. pen. §. vlt. h. tit. l. 10. de public. iudic.* Quomodo accipi debet, quod *in l. 33. § 2. D. h. tit. l. 3. C. de accus.* in capitalibus, absentium defensionem dari. Scilicet non plenam, vt absolui possint, h sed vt sententia differatur h *d. l. pen. § vltim.* cum absens ob contumaciam per triduum, per singulos dies ter, citatus aliàs condẽnari possit *d. l. 10.* Sic enim Lex vna, ad aliam trahenda *l. 26. & 2. seqq. de ll.* SIN PRIVATI ACCVSATOR DARE NEQVIT, nisi sit illustris *l. vltim. C. de iniur.* i Quia vindictam criminis prosequens, non i agit de re priuata. Ergo argum *l. 42. princ. h. tit.* Ac non minus hîc, inscriptioni in crimen locus *l. vlt. C. de furt. l. 3. ad Turpil.* Denique si per se accusare potest, quid per alium hoc agit, si nequit, omittat, cum nulla necessitas rei familiaris adigat. REVS verò ita POTEST SI POENA PECVNIARIA k *l. 1. D.* k *An per alium ca. app. reddi.* Nullus enim metus ne eam effugiat, cum ex bonis eius etiam si absentis sumi possit, non si corporalis vsque ad legationem *d. l. 1.* l Excipiuntur illustres, qui crimen iniuriarum persequuntur, & defenduntper Procuratorem, vt tamen sententia contra dominum, non Procuratorem, feratur *l. vlt. C. de iniur.* m m

No-

NOTATA.

a Etsi ex possessione seruitutis se in libertatem vindicet *d.* §. 1. quia post litem de statu ordinatam, pro libero habetur *l.* 24. *D. l.* 14. *C. de lib. cap. l.* 12. *Ex quib. ca. maior.* Quod tamen intelligunt de aliis causis, & ad alia iudicia: Ad ipsum enim iudicium liberale hoc casu, nec olim verius Procurator interuenire poterat, sed assertor, vid. *not. at. cap. præced. lit. D.* nec hodie potest, si quis ex seruitute ad libertatem prosiluerit, sed tantùm si ex possessione libertates, ad seruitutem ducatur, vt *l.* 1. *princ. C. de assert. toll. Gifan. in d.* l. 33. §. 1. *Pac.* 2. *quæst.* 39. *Menoch. arb. quæst.* 79. *num.* 18. Dissent. *Ant. Faber. ad d.* l. 33. §. 1. b *Ant. Fab ad* l. 42. *princ.* Reus hic propriâ rem tuetur, dominique iure vtitur, nec interest eius, populi, an priuati nomine, conueniatur. Actor verò si eius nihil interfit, alieno nomine, scilicet populi, agit, cuius Procurator est, à quo tacitum quasi mandatum habere videtur (quod tamen cum grano salis accipiendum. Neque enim in omnibus Procuratori similis est *l.* 43. §. 2. *h. tit.*) Aliud ratio Fabri: Quia contra bonos mores vt qui populi procurator esse noluit, in eodem negocio agat procuratorem priuati. Et *Cuiacij ad d. l.* 42. *in lib.* 8. *Pauli ad Edictum &c. Gifan. ibid. num.* 3. quia frustra agit nomine alieno, qui potest proprio, cùm hæ actiones cuiuis competant. c *Wesenb. in Par. h. t ir. num.* 5. *in fin. Gifan. in d. l.* 40. *pr.* addens hic non agi, quidem, sed attingi causam status: Quæ ratio tanti non est. Neque enim probatur in causis status ex parte actoris procuratorem non admitti. Ex *d.* verò *l.* 40. *pr.* colligunt quidam, in petitione arresti, speciale mandatum requiri: Quod non omninò admittit *Petr. Peck de iure sistendi c.* 3. *num.* 3. d *Gifan. in d. l.* 26. *num.* 3 maximum iudicem, ibi esse magistratum, ac eo verbo distinguit iudice minore, subdelegato, seu pedaneo. Quod vix probabile videtur. Ipsius verò principalis præsentiam exigi non posse, nisi præcedd. indiciis ne auferatur ei *ius procuratorem* mittendi vult *Anton. Rosell. inter. Cœpolla crim. cons.* 46. *num.* 5. Quin potiùs maximus iudex *in d. l.* 26. ipse imperator, quem & *Aristides Orat. de laudib. Romæ* vocat δικαιῶν μίσγων, ὃν ἐν πόλει ἕξὸν ἀνθρώπων πάντων *Phil. Berter. Pithanon diatriba* 1. *cap.* 7. Planè, ex *d. l.* 26. vulgò inferunt in causis arduis, & grauioribus Procuratorem non admitti, quod criminalibus æquiparentur, cuiusmodi & matrimoniales esse volunt. *Iac. Ayrer. aliis Proceff. p.* 1. *cap.* 5. *obs.* 2. *n.* 11. *& seqq.* Sed hæ non respuunt Procuratorem, licet mandatum speciale requirant, vt *not. I. cap.* 12. *lit. Kk.* Quin imò & in causâ adulterij, si agatur ad separationem, in foro ecclesiastico Procurator admittitur *cap.* 5. *ext. h. t. Meno. arb. q.* 80. e *num.* 172. *Farinac. q. crim.* 99. *num.* 12. e *c. absens* 18. *cap.* 3. *q.* 9. *cap. in criminalibus* 2. *ca.* 5. *q.* 3. *c. veniens* 20. *de accusat.* Quod in accusatore equidem expeditus iure communi. Vt nec exceptio sit in illustribus, vel clarissimis personis *l.* 15. *C. de accus. l. ultim. ll. adeo a.* 1. *C. vbi Senat. vel clar. Rauchbar. p.* 1. *q.* 7. *num.* 2. Ac nonnulli indistinctè statuunt, etsi pœna relegationis minor, ac etsi pecuniaria sit *Duar. h. t. cap.* 6. *Farinac. q. crim.* 99. *num.* 3. scilicet bens maiorem esse prohibitionem ex parte accusatoris, quàm rei. Contra tamen si pecuniaria, alii communius. *Schrad de feud. p.* 10. *sect.* 18. *nu.* 82. & seqq. tum *per l.* 1. *cir. fin. vers. idemque erit D. An per a. ca. app.* tum quia inscripto in crimen, tunc necessaria non est. *l. vlt. de priuat. delict. Meno. arb. q.* 80. *n.* 9. Quod in causâ publici iudicii pecuniariâ facilius admittetur post litem contestatam. Antea enim frustra alieno nomine se admitti postulat, qui potest proprio. Nisi accusator pro quo interuenit, prosequatur proprium interesse *Farin. d. num.* 3. aut suam, suorumue iniuriam *Wes. in Par. h. t. num.* 5. Et nisi pro alio, *inque* causâ grauiori, ex quâ pœna sequi solet, vsque ad relegationem *d. l.* 1, causas absentiæ allegat, ne de calumnia damnetur *l.* 10. *de publ. iudic.* Iure verò Sax. ex parte accusatoris indistinctè admittitur, cum eo iure, pœnę talionis locus non sit, sed sumtuum refusioni, & mulctæ pecuniariæ *Wuesemb. d. num.* 5. *Reusner. lib.* 3. *cons.* 3. *n.* 18. & sequent. Itémque ex vsu fori etiam in locis vbi viget ius cõmune ex quo sollennitas inscriptionis, in desuetudinẽ abiit *Gail.* 1. *de pa. publ.* 10. *num.* 7. *Conar.* 2. *var. resol. num.* 1. *Sigism. Saccasin* l. 1. *de iudic. causs. ciuil. crimen. & hæret. cap.* 101. *nu.* 44. *Alc.* 9. *Paverg.* 8. *Farina. d* q. 99. *num.* 6. (Diss. quodammodo *Meno. q.* 79. *n.* 5.) Accedit Ord. criminalis Caroli V. artic. 12. in verbis *Sol der Anklager oder sein Gevualthaber* &c. *Reusner. d. cons.* 3. *numer.* 15. *& seq. Rauchbar. p.* 1. *quæst.* 7. *num.* 3. *Gifan. in ll.* 33. *§.* 3. *h. t. num.* 12. addens: quia plerumque accusatores hodie publicæ personæ. Quoad reū verò, res variis dissentionibus agitata, mirisque, si vlla alia, criciis hæc quæstio inuoluta. Vt facilè liquet ex iis, quæ de eâ tractant *Cuiac.* 20. *obs. Robert.* 1. *Sent.* 2. *Vult.* 1. *disceptat.* 11. *Parlador.* 1. *rer. q uotid.* 20. *Clar.* 5. *sent.* 5. *fin. q.* 32. *Gail.* 1. *de pa. publ.* 10. *Rauchbar. p.* 1. *quæst.* 7. *Godofr. à Bauo tr. Reatum q.* 8. 70. *Ant. Rub. tr. de potest. Procur. in cap. crim. Luncell. Conrad. de off. pratoris in causs. crim. rub. de comparitione inquisitorum Virgil. Pringitz. ill. quæst.* 16. *Farinac. quæst. crim.* 99. *Menoch. arb. quæst.* 80. *Capolla cons. crimi.* 40. *& cons.* 45. aliique decem συγχρονοι eiusdem, in eadem causâ consulti, quorum Responsa inserta ibid. *cons.* 10. *seqq.* Ac mihi sane perlectis exactóque (si quid in me exactum est) iudicio, perpensis horum auctorum traditis, post multam cogitationem, qui aliquantò, quàm aliàs soleo, longiùs hisce immoratus sum, ita tandem, vt infra postquam bis térue chartæ tradita litura induxi & cancellaui, statuere iuris rationi, legumque in specie pugnantium sententiæ, congruum visum est: Priùs verò hic interferam, quid communiùs probatum, vsúve fori obtinere perhibeatur, vt & quatenus is conueniens iuris rationi, vel discrepans, detur perspicere. Summa verò distinctionis communis receptæ teste *Claro. d. quæst.* 32. §. *hoc. a. Farinac. d. quæst.* 99. *num.* 66. *& seqq. Bonifac. de Vitalinis lib.* 1. *de malef. cap.* 5. *n.* 3. *& num.* 26. *Io. Ant. Rub. d. tr. de potest. Proceff. in crimin. dum.* 279. *& passim Rauchb. d. quæst.* 7. *num.* 17. hæc. Admittitur Procurator, vel defensor, etiam quoad merita caussæ ad plenam defensionem, in caussâ ex quâ pœna, vel leuior relegatione, vt pecuniaria. Etsi enim *Parlad. d. cap.* 20. *n.* 4. idem esse vt arceatur Procurator, si relegatione mitior pœna: Ac etsi *Don. h. cap. I.* hanc distinctionem in priuatis criminibus tantum admittat ac *Duar. hoc tit. cap.* 6. idem esse statuat in criminali iudicio, vbi pecuniaria pœna, vt *l. vn. de ambitu*; quia regula *d. l. pen. de public. iudic.* generalis. Et alia regula, quæ in pecuniariis admitti vult, Procuratores accipienda sit de caussis, in quibus pecunia parti, non fisco applicatur: Proinde nullam criminalem hoc argumento pecuniariam esse, quod pecunia non ad rem familiarem pertineat. Etsi denique huic opinioni nõ temerè accedat, post *Rub. d. tr. n.* 44. *Menoch. d. quæst.* 80. *num.* 5. *& seqq. & n.* 132. Contraria tamen receptior *Farinac. d. quæst.* 99. *num.* 76. *& nu.* 90. nec differtur *Menoch. d. loc.* ab eâ, ceu mitiori iudicando recedi non debere. Quam & obtinere volunt, etsi pœna criminis eius, iure cõmuni capitalis, municipali lege, aut consuetudine in pecuniariam conuersa, (sicuti exempli gratia hodie in adulterio Lubecensium *lib.* 4. *lit.* 6. & Hamburgensium parte 4. *artic.* 29 aliarumque ciuitatũ imperialium, plerarúmque statutis, nec probis, nec probandis) vt pœnæ quantitas magis spectetur, quàm origo, aut qualitas delicti vid. *Farin. d. loc. n.* 97. *Menoch. num.* 17. *& seqq. & num.* 149 *& seq. Vas. 2. contr. vsu freq. 19. nu.* 10. Quod si verò in defectum pecuniariæ, imponatur corporalis, siquidem iure communi, ex vulgatâ regulâ; Qui non habet in ære &c. expeditum putant. Sin autem speciali lege, inspiciendum volunt, anne pecuniaria à reo facilè haberi possit, vt ad corporalem detineriendum non sit, vt si reus dives habeatur, si fideiussores det Procurator de pecunia soluenda, in casum, quo victus erit. Sed & & alia hìc spectari debere censent *de quibus.* vid. *Petr. Gerard. singul.* 63. *n.* 2. *Menoch. d. loc. num.* 19. *& seqq. & num.* 145. *& seq. Farinac. num.* 77. *& seqq.* Ac etsi pariter infamia sequatur damnatũ *d. l. An per al. ap.* Aliud tamen vult *Menoch. num.* 77. *& seq.* si infamia principaliter, vel sola ex ea caussa inuratur, tum quia morti comparatur. Ideóque relegatione maior pœna, tum ne iudicium illusorium redderetur, cum per Procuratorem damnatus infamis fieri non possit. *S. cap.* 8. *lit. l. l.* Quanquã cum hoc casu ius, in ipsũ reum sententiam ferri permittat *l. vltim. C. de iniur.* id forsan restringendum ad pœnam ignominiosam, quę præsentiam rei requirit, *Farin. n.* 22. vt cũ mitra dehonestatus, in publicum producitur, quo exemplo vtitur Menoch. aut cum moribus nostris numella collum innodatus præ foribus templi, alióve loco omnium oculis publicatur; & prostituitur. *Vuird. an dep Pranger geſtelt*, vt *cap. ſtatuimus. 2. de malef. Nou. elect. Saxo. 1. par.* 9. vel ipsa relegatio. Nam & hìc admitti receptius est, vt plurium testimoniis comprobat *Farin. d. loc n.* 67. etsi non temerè contra sentiant *Rob. Fach in Menoch. &c.* de quo infra in expositione nostræ sententiæ. Ac etsi *Vasq. 2. contr. vsu freq.* 17. *num.* 7. admittat tantùm in relegatione temporali, non verò in perpetuã, quæ deportationi affinis sit, eiúsdemque effectus. Si verò pœna relegatione grauior, vt Deportatio *Farinac. d. lo. num.* 44. & probat *d. l. An per al. capp. iunct. l.* 103. *d. V. S.* Bannum perpetuũ, vnde ciuitas perditur, *Bened. de Banzis inter conf. crim. Zilletti* 91. *tomo.* 1. Carceris perpetui *Menoch. n.* 81. *Farinac. num.* 46. & quæuis corporalis *Menoch. num.* 13. etsi leuior, vt fustigatio *Farinac. nu.* 21. Etsi ea non absolutè statuta delicto, sed arbitraria, quando arbitrium iudicis huc extendi, potest.

possit, *Farinac. nu.* 23. *Menoch. num.* 65. *Anchoran. cons.* 272. Idque ratione ducij cuentus, cum solam potentiam, & aptitudinem, vt loquuntur; ad imponendam hanc sufficere velint *Farin. num.* 33. Vnde idem statuunt, si diffunctum pœnam lex imponat, vel pecuniariam, vel corporalem, quoties electio iudicis, vel accusatoris *Farinac. n.* 32. *&* 34. *ac seq. Menoch. num.* 66. *& seqq.* Si verò accusati electio, tunc demum admittunt Procuratorem, si is pecuniariam elegerit, quam & eo ipso tacitè eligere vult *Menoch. num.* 71. quod Procuratorum admitti petit. Sed *Farinac. nu.* 37. nec posse eligi à reo corporalem pœnam, præ alterâ, cuni membrorum suorum dominus non sit. Multoque magis idem si conjunctim, indicta pœnâ, & corporalis, & pecuniaria *Farinac. num.* 39. *Menoch. num.* 53. *& seqq.* nõ admitti volunt siue publicum crimen, siue priuatum *Farinac. num.* 20. Etsi procedatur, per inquisitionem, etiam iure Canon. *Farinac. nu.* 9. Quamuis *Cœpolla cons crim.* 40. *num.* 12. *& seq.* in caussâ inquisitionis admittere Canonistas scribat, nisi crimen enorme sit. Alia verò si ex caussa per se capitali ciuiliter (vt potest *Rauchbar pag.* 10. *q.* 1. *n.* 13. *& seq.*) agatur *Rauchbar. pag.* 1. *quæst.* 7. *num.* 9. item si caussa criminalis iuncta ciuili. *Godofr. à Bauo tract. Reatuum quæstione* 8. *tit. auo, numero septimo* pro reo ac eius nomine. Aliud si suo nomine, ac pro eo quod sua interest. Siue pecuniariter interfit, vt si vxor ratione doris, filii ratione legitimæ, cum Lex eam relinquit, bonis confiscatis *Tessaur. decis* 265. *num.* 17. Si ex lege vel statuto pro delicto filii, ad condemnationem aliquam teneatur pater. Tunc enim admitti non solùm vt defensorem, sed & si velit in se recipere iudicium pro suo interesse post *Bartol. in ca. veniens* 20. *de accusf. Cœpolla cons. crim.* 40. *num.* 15. *add Farinac. d. quæst.* 99. *num.* 1 4. vbi *num.* 155. idem statuit in creditore intercniente, pro debitore suo ne capitaliter damnatus, soluendo esse desinat. Sic seruũ accusatum dominus, vel per se, vel per Procuratorem suum rectè defendit *l.* 9. *C. de accusf. l.* 9. *d.* 11. *de public. iudic.* quia caussa, domini, est ob pretium seruj; qui in bonis habetur. *Forcat in d. l.* 2. *num.* 3. Siue ratione affectionis, Sic admitti volunt patrem, filium, coniugem, abbatem pro monacho, episcopum pro clerico, dominum pro vasallo, vniuersitatem pro ciui, de quo *Meno. num.* 97. *& seqq. Farin. n.* 154. *& seq.* 7. qui non obscurè *num.* 158. hoc sibi non vsque quaque probari, quo admisso vix dari poterit reus, pro qua non aliquis interuenire possit. In specie vero quoad patrem ita tradunt ac pluribus fitmant *Cœpolla cons crim.* 45. *num.* 4. *& seq. Laurent. de Palazolis inter cons Cœpolla* 48. *Modestus Palenton. inter. ead. cons* 54. *Godofr. à Bauo tr. Reatuum quæst.* 8. *num.* 9. *& seqq. Arume. lib.* 1. *decis.* 7. *num.* 23. *& seqq.* Quia cum eadem persona iure filius, cum patre habeatur, seipsum defendere videatur *Cœpolla & Palenton d. loc.* Quæ ratio specialis non conueniens, nisi cum filius in sacris paternis constitutus. Aliâ autem insuper ratione nimiæ affectionis mouentur idem, ob quam & caussa propria dicitur *l.* 2. *§. vl. Quan. appell.* Quin & si pro filio, qui ad seruitutem trahitur, atque ita in caussâ liberali audiendus pater vt *l.* 1. *& seqq. de lib. cap.* magis pro eo qui ad mortem ducitur, cui seruitus comparatur. *Aruma d. loc.* Qui & statuit *nu* 47. non tam defensorem esse hunc patrem, quàm propriæ caussæ actorem. Ideoque si parens succumbat, id non nocere filio verùm hanc caussam redintegrare posse ibid. *num.* 51. Quanquam *Cœpolla d cons.* 45. *num.* 5 *God. à Bauo. d. loc.* & alii quos citat *Farinac. num.* 164. Patrem non aliter admitti velint quàm præstita cautione de sistendo filio reo, in casu sententiæ adueríæ, ne fiat elusoria. Quod tamen menti aliorum, qui absolutè patrem admittunt, non conuenire, *sit. Farin. ibid. nu.* 165. absente. Aliud in præsente, & incarcerato de quo *Farin. num.* 134. *& seqq.* id receptius perhibens, præterquam in tribus articulis ibid. *num.* 139. ad sententiam nimirum, contestationem litis aliúmue actum, in quo reus interrogatus respondere debet, & actum torturæ. add. *Scaccia. lib.* 1. *de iudic. causs. ciuil. &c.* 101. *num.* 44. Sed & *Menoch. num.* 83. *& seqq.* vbi interrogationibus respondendum iudicis arbitrij esse vult, an Procurator audiri debeat, si fortè reus fatuus vel imprudens. Sed nihil hìc speciale esse, & immò minus licere præsenti patrebit ex ijs quæ I. ad totã causam. *Farinac. num.* 171, vt scilicet iudicium ex mandato, & nomine rei suscipiat exceptiones non alias solum, sed & ipsum crimen concernentes oppoitat, probationes accusatoris, vel iudicis (in inquisitione) elidat, contrarias instituat &c. atque in his omnibus principali suo tam nocere, quàm prodesse possit. Et nec casibus iis, qui bus contra absentem procedi, ac sententia ferri potest. *Menoch d quæst.* 80, *num.* 135. *& num.* 137. (quod infra reprobabitur.) Ac nec si accusatus abesse cœperit, lite contestatâ *Farinac. d. quæst.* 99. *n.* 136. vbi distinct. contrariam Martini glossatoris antiqui passim reprobari scribit: quam & refellit. *Modest. Palenton. inter cons. crimin. Cœpolla cons.* 47. *num.* 3. Quin imò nec si post publicatas attestationes liquidato iam negocio. *Gomez in l. Tauri.* 77. *n.* 1. Adeò vt si parte vel iudice non opponente admissus Procurator, processum iudicii nullum statuant. *Wurmser tit.* 5. *obs.* 5. *& abser.* 11. *Vasq.* 2. *contr. vsu freq.* 21. *num.* 5. & seqq. ex receptiori opinione, quia ait cum vitæ suæ prodigo nulli esse liceat ideo nec capitis sui defensionem alteri committere. Quid enim si per incuriam Procuratoris, accusatus condemnatus. Ac jus simpliciter admitti Procuratorem hic vetat, iudicique negatur facultas hac in re Procuratorem recipiendi *cap. veniens* 10. *de accus.* ac probat tandem *Farinac. num.* 243. *in fin.* Contra *Chilian. Konig. Proceff. p.* 1. *tit. de Procur. pag.* 120. *Guido Papæ cons.* 24. *num.* 6. quos citat *Farinac. d. lo. num.* 242. qui & ipsi suam opin. communem vocant. Neque exceptio in personã minoris, vel pupilli doli capacis. Nam vna cum tutore, vel curatore ipse adesse debet, *Farinat. num.* 15. *& seq. Menoch. nu.* 103. *l. clarum* 5. *C. de auct præstanda.* Neque in consorte litis. Sic enim vsu seruari, etsi multis contra visum sit, testatur *Farinac. num.* 132. *& seq. add. Trentac.* 2. *pract. resol.* 7. *num.* 12. *Farinac. Proceff. tit.* 17. *num.* 6. *Meno. d. quæst.* 80. *num.* 107. Nec in coniunctâ personâ *l.* 2. *C. h. t arg. à contrario vbi Sich. num.* 4 *P. Gerard. de Petra sancta singul.* 63. *num.* 1. *Farinac. d. quæst.* 99. *n.* 7. Quod iuxta huius mentem intelligẽdum sit nomine alieno vt conijsctus se velit admitti. Secus si pareat pro filio accusato nomine proprio adsit, vt supra. Est verò exceptio vna in vniuersitate accusata, cuius nomine Syndicus respondet *Men. n.* 105. *Farin. n.* 148. *Ioseph. Cumia Practica Syndicatus c.* 17. *n.* 54. *Gail.* 1. *de pa. publ.* 9 *n.* 3. *& probat.* 18. §. 2. *in fin. C. de re milit. lib.* 12. *tit.* 36. Et alia quando mortuo faciendo, procedi tur ad damnandam memoriam defuncti, vt in crimine maiestatis & hæresi *God. à Bauo. d. q.* 8. *num.* 13. *Farinac. d. loco n.* 210. admitti scribens non filios solùm, & quorum interest memoriam non damnari; sed & iis deficientibus, allos & *Menoch. num.* 173. *& seq.* ac rectè. Ex necessitate huc deuenitur, cùm ipse, qui non est amplius, defendere nequeat. Aliàs cuiusuis defuncti existimatio, & bona, calumniis subiacerent si non hìc plenaria defensio (atque ita non tantùm innocentiæ excusatio, per probationem negatiuæ) defuncti concederetur. Admitti verò non tantùm excusatorem contumaciæ, ad caussas absentiæ allegandas, de quo regulariter inter omnes conuenit, per *l.* 10. *pen de publ. indic.* Adeò vt hoc non admisso, si caussæ quas adducere volebat iustæ, processum & sententiam ipso iure nullum statuatit *Farinac. d. quæst.* 99. *num.* 294. *& seq. Vasq.* 2. *contra vsu freq.* 17. *num.* 9. *Parlad.* 1. *rer quotid.* 20. *num.* 5. Quæ si necessariæ, ac factã quæ omnino impediunt etiam volentem, vt quia in carceribus alibi detentus, ægrotus &c. admittitur quoque sine mandato *Farinac. in num.* 280. etiam qui iure à Procuratione arcetur, vt fœmina miles, infamis, *Farinac. nu.* 286. *Menoch. num* 89. vid. *not. c. præc. sub. fin.* vt nec iudicatum solui, nec iudicio sisti nec de rato satis det *Vasq. d. c.* 17. *n.* 8. *Farinac. nu.* 285. sed cogitur iuramentum malitiæ præstare idem *numer.* 294. Si verò caussæ probabiles vt suspecti itineris, loci nõ tuti pestiferi, quia his reus renunciare potest, non filii cum mandato, quod necesse sit, vt de eius voluntate constet. Item si iuris & voluntariæ, vt quod iudex incompetens. *Laur. de Pallazolis inter cons. crim. Cœpolla* 48. *sub fi. & quos citat Farinac. d. n.* 280. Sed contra sibi placere, quoad illis ostendit *Farinac. num.* 281. nec temerè quia crimen non adsit ipse reus; dubium prædictum cessat. Quoad has verò restringit, nisi notoriæ sint, ac de iis ex actis constet *n.* 282. *Dominic. Quirin. inter cons. crim. Zilletti* 16. *num.* 6. *tomo.* 2. ac nisi satisfactionem offerat, quæ vices mandati supplet *Farin. num.* 283. Sed & aliquos actus maximè iudicii substantia & meritã caussæ non concernentes. Vt excepti. dilatorias vel declinatorias, quæ crimen propositum non contingunt; vt præscriptio fori, & quæ ex iudicis, accusatorisue inhabilitate, libelli ineptitudine &c. vid. *Farinac. nu.* 238 *& seqq. Bertazol. cons. crim.* 137. *num.* 4. tradens admitti, quoties excepto obiecta separatim à crimine examinatur, nec ad id excludendum venit. *Duar. h. t. c.* 6. *in fi. Chil. Konig. Proceff. h. t. pag.* 2. 47. *p.* 1. *Gail.* 1. *de pag. publ.* 10. *num.* 16. Et sic admittitur ante litem contestatam, sed non ad totam litem; nec excep. reiecta, iudicium suscipere potest. Aliud si exceptio principalem caussam concerniat, etsi dilatoria *Modest. Palent. in* 1. *cons. Cœpolla* 45. *num.* 5. *Menoch. d. quæst.* 80. *num.* 112. Admitti itẽ si aliquid particulare agere velit, veluti testes, & probationes producere *Bapt. Ioa. de Bellantib in t. cons. Zilletti* 80. *num.* 4. + *Sed contrà Konig. Proceff. pag.* 120. *& quos citat. Farinac. num.* 172. vbi priorem opin. probat, si contra absentem

absentem procedi possit, posteriorem si nequeat. Quo faciunt quæ sequuntur. Et denique quoties absens damnari potest, l. 33. §. 2. h. t. siue iure communi. Cuiusmodi casus tres Gomez. in l. Tauri 76. num. 7. quinque verò refert Meno. num. 139. & seqq. 1. Si non pœna relegatione grauior l. 5. de pœn. Sed hic casus pertinet ad priorem regulæ partem, quæ affirmatiua. 2. in specie l. 4. §. vlt. de sicar. qui spadones fecisse arguuntur. 3. apparitores perfidi l. 21. C. de pœn. Sed & hic casus ad priorem partem referendus, cum pœna videatur amotio ab officio, & adempto bonorum l. 5. C. de exact. tribut. l. 10. tit. 19. 4. rei maiestatis extra iud. ad reprimendum Henrici VII. quæ habetur post usus feudorum. 5. Rei hæreseos c. cum contumaciâ de hæret in 6. siue municipali vigore statutorum, vel consuetudinis Farinac. d. q. 99. num. 124. Gail. 2. pa. publ. 8. num. 6. & qui mox allegati. Cuiusmodi statuta per totam ferè Italiam Vasq. 2. contr. vsu freq. 17. num. 4. Et generalem consuetud. vocat vt absens ex contumacia pro cõfesso sit Flamin. Chartar. de exsec. senten. contumac. 1. num. 9. & seqq. Nec absimilis iuris Sax. processus vt 1. pag. 352. vt & iuris regij Hispanorum Gomez in l. Tauri 76. num. 8. admitti defensorem innocentiæ d. l. 33. §. 2. Ac quidẽ quod vt defensor admittatur Dd. omnes vno ore consentire scribit Parlad. 1. ver. quotid. 20. nu. 10. ac indubitatam conclusionem vocat, quod admittatur quilibet ex populo ad probandã innocentiam Bapt. 10. de Bellarm. int. conf. crim. Zilleti 80. nu. 1. Flami. Chartar. d. tr. de exsec. sent. cont. in pr of at. n. 39 & seq. Et si verò de hoc nõ vno modo variẽt Dd. de quo Far. n. 230. & seqq. receptius tamen videtur, quod tantùm audiatur, vt defensor, seu instructor & informator veritatis. Cuius officium vt iudici assistat, super innocentiâ rei eum instruat, eius causas alleget, probationes offerat Parlad. d. c. 20. num. 8. & seqq. Gail. 2. de pa. publ. 8. num. 6. Rosb. Proces. tit. 13. num. 15. Capol. cons. crim. 40. num. 7. & seqq. & cons. 45. num. 9. & seqq. Modest. Palens. inter cons. crim. Capolle cons. 47. num. 10. Ant. Rosell. inter ead. conf. 46. num. 8. qui similem esse assistenti iudicio, vbi collusio suspecta vt l. 29. pr. de inoff. test. & ad hoc quem vis etiam aliàs inhabilem admitti. Et Ang. de Castro inter ead. cons. 50. num. 3. qui communem hanc esse testatur & Thomas Decius inter cons. crim. Zilleti 76. num. 3. & 4. tomo 1. Quod verò sic vt minimùm auditi debeat liquidò probant. 1. Quia etiam si nullus pro defensione rei interueniat: iudicis tamen officii est, veritatem modis omnibus, quibus potest inuestigare aut, qui semel ibi & perquisita veritate C. Quomodo & quan. ind. cap. indicante vlt. e ap. 30. q. 5. & de innocentiâ rei inquirere l. 19. de pœn. etiam cum vltro de maleficio fatetur l. 1. §. vlt. de qq. Parlad. d. lo. num. 10. Capolla d. cons. 40 num. 11. & cons. 45. num. 9. & 10. 10. Fichar. cons. Lat. 66. num. 3. Docc. ius d. loc. plenius Farin. d. quæst. 99. num. 232. scitè Palenton. d. num 10. pag. 165. Quarè magis igitur, vbi non verè fassus, sed pro confesso habetur. Vel hic quãdo absens definitiuè damnatur, id fit ob tacitam, & fictam confessionem Ang. de Castro. d. cons. 50. n. 3. Atque ita ex præsumptione iuris quę necessa est vt veritari, ac probationi cõtrariæ cedat l. 137. §. 2. in fin. ac V. O. 2. Paria sunt abesse, & præsentem non respondere, eademque contumaciæ pœna l. 11. §. 4. de interr. in iure fac. At pro eo qui præsens non defenditur, quilibet innocentiam probaturus admittitur l. 19. de pœn. etsi ipse petire festinet l. 6. D. de appel. Cæpolla d. cons. 45. num. 10. 3. Licet exactus constare posset de maleficio, vel innocentia rei, si ipse adesset, tamen cum non possit hoc modo veritatẽ habere index, debet velle eo modo quo potest, ait Aug. de Castro. d. cons. 50. n. 3. Quæ ratio egregiè illustrata à nobis. l. pag. 352 vers. nam etsi satius. 4. Et vt Palenton. d. cons. 47. num. 7. & seq. rationi quæ præsentiam rei requirit, quæ ex l. 10. §. pœn. de qq. petitur, locus tunc cum simpliciter factum negat, vbi necesse est de eo, ab accusatore vel iudice inquirente, illum conuinci. Hîc verò defensor susciptens ipse probationem ad euitandum iudicii onus, audiendus. Et tendit hæc allegatio innocentiæ (ait) ad exclusionẽ processus. Quocirca ex Dd. sententiâ, auditur pro reo interueniens ad probationẽ negatiuæ, vt quod non ab accusato occisus, quia is eo tempore alibi fuerit, si hoc non requirat examen exactius Farinac. d. q. 99. ampl. 19. nu. 61. Item ad allegandum qualitatem occisi, vel impunitatem delicti, veluti quod bannitus occisus, qui iure potuerit, aut vxor in adulterio deprehensa Menoch. d. q. 80. num. 177. Bertazol. cons. crim. 137. n. 3. Laur. de Palazolis inter cons. crim. Cæpollæ cons. 48. num. 3. (qui idem statuit si alius probare velit, quod defendendi causâ occiderit reus de quo & Farinac. d. q. 99. limit. 31.) Vinc. de Franch. decis. 314. Seu vt Rhetorum more loquar (quæ mens horum Dd. videtur) quando status non est coniecturalis, an fecerit postulatus reus quod arguitur, sed iuridicialis an rectè, Sic & defensorio nomine rectè allegari, quod necatus, non ex vulnere mortuus sit. vult Cæpolla cons. crimin. 45. num. 2. quod & hîc rationes præcentiæ cessent, cùm hæc non consistant in facto accusati, de quo conuenit, quod vulnerauerit, sed in aliis &c. add. Farinac. d. 99. lim. 30. num. 185. Atque hunc defensorem non onerari cautione iudicio sisti, nec iudicatum solui Parlad. d. c. 20. nu. 13. Nec nocere posse ei, per quo interuenit sed prodesse Cæpolla cons. crim. 45 n. 12. vt scilicet absoluatur; & nec contumacia, seu ficta confessio plectatur pœnâ delicti ordinariâ. Non autem effugere alias contumaciæ pœnas Parlad. d. lo. num. 12. Non verò vt Procurator ad merita causæ, super eluenda, repellendáue criminatione, vt non tantum iudicẽ instruere aut pro negatiua, & innocentia rationes proferre, sed & pro affirmatiua probationes ab accusante, vel inquirente exigere: prolatas diluere possit. Menoch. d. quæst. 80. num. 137. Farinac. d. quæst. 99. limit. 43. n. 236. & seqq. & omnes iam citati dd. locis. Est sic quod etsi possit definitiuè absens condemnari, adhuc non admittatur Procurator omnes contra Dyn. sentire scribit Bald. Perusin. de statutis v. absens n. 2. Et testatur Sigism. Scaccia l. 1. de iudic. causs. ciuil. crim & hæret cap. 101. nu. 44. vers. amplia. his verbis: Ita semper practicatus sum, & vidi practicari, & nunquam audiui, vel vidi contrarium seruatum fuisse. Discrimen inde putant: 1. Quia sic ipsi accusato expedit, ne nocere defensor malè procedẽdo possit, sed tantùm prodesse. 2. Quia sic dispositio statuti volentis contumaciam accusati, damno condemnationis coërceri eluderetur. Procuratore enim admisso non esset contumax qui abest, proinde nec pro confesso haberetur, paroque damnationi locus fieret, quia Procurator semper negaret contenta inquisitionis, vel accusationis. Et probatio iungeretur iudici, vel accusatori difficilior vtique futura, quam si reus adesset per d. l. 10. §. vl. de qq. ita Parlad. d. c. 20. num. 12. Thomas Decius inter cons. crimin Zilletti 76. num. 5. Quæ difficultates cessant, si vt instructor veritatis recipitur. Quia enim ex contumacia, seu fictâ confessione rei, fundata est intentio accusantis, vel inquirentis, ea nisi aduersa probatione elidatur, condemnatio sequitur. Cuius exsecutio, quamuis in personâ absentis contingere statim nequeat, postea tamen si quandoque reuertatur, aut iudicis potiatur, fier sine nouâ sententiâ, in personâ rei, & interea in bonis Vasq. 2. contr. vsu freq. 17. n. 4. † In Fracia, in absentis damnati effigiẽ animaduertitur, eáque publicè in loco supplicij appensa manet. Ann. Robert. 1. rer. iudic. 10. pag. 186. † Accedit 3. quod Procurator rei satisfaciat iudicatum solui l. 6. 13. lit. Hh. Hic verò nec ipse potest, quia adstringeret se ad pœnã corporalem, quod non licet, neque dominus pro eo exponere cautionem potest. Meno. d. q. 80. n. 135. Planè si quod habeat mandatũ ab accusato, qui se vt instructorẽ veritatis admitti postulat, non ideò minus admittetur, neq; obstabit ei, quod sit Procurator, sed perinde, vt quiuis alius de populo carens mãdato, Laur. de Palazolis inter. cons. crim. Cæpollæ cons. 48. n. 4. Ant. de Rosell inter ead. cõs. 46. n. 4. qui hc exponit verba l. 3. C. de accus. etiã per Procuratorẽ &c. modo nõ vt Procurator suscipiat iudicium, sed vt quilibet alius, causas innocentiæ alleget. Et Palen. inter ead. cons. 47. n. 10. argu. re in d. l. 3. voculam etiam id est, non solùm per Procuratorẽ, hoc tamẽ modo, sed & aliũ quẽuis, Quia si nõ quemuis, ait iudex admitteret, litem suam faceret. † Atque hæc de cõmuni, vsúque iudicorũ probatâ sententiâ ordine, qui nobis visus est, conuenientissimo. Paucis iam quid ipse sentiam, quidque in eâ desiderem pari modo processurus. Summa meæ distinctionis, quæ ferme totidem diuersarum legum, in speciem dissidentium, verbis constat hæc: Si pecuniaria causa est, potest & per Procuratorem hoc agi, Vlpia. l. 1. An per al. ea appel id est, si iudicij priuati, ea enim sola verè pecuniaria, etsi ignominia sequatur d. l. 1. id est, etsi reus, si ipse iudicium subiret, infamiâ notaretur. Hic namque modus vitandi infamiam, si litigatur per Procuratorem vt S. c. 8. lit. Kk. Et de his per occasionem cum extra propositum sint. Sin autem non sit pecuniaria, sed, capitalis, per Procuratorem agi non licet, ita in rescripto D. fratrum relato d. l. 1. Capitalis sanè causa strictius, vsu iuris, ex quâ mors, ciuitatis amissio, vel seruitus l. 2. de pœn. l. 103. de V. S. l. 1. §. 1. de requir. reis l. 10. de iure patron. nõ item, vnde relegatio, cæteræque pœnæ ad existimationem pertinẽtes l. 21 §. 1. de pœn. l. 11. de bon. poss. Vnde & publicorũ iudiciorum diuisio, in capitalia, & non capitalia l. 2. de publ. ind. Latiùs verò, & vsu Latinè loquentium, omnis causa existimationis d. l. 103 Cic. pro Quint. & pro S. Roscio. Quo sensu in l. 12. §. vlt. de accusat. relegatio, seu capitis pœna, seruis conuenire negatur (de quo P. Fab. 2. Semestr. 5. pag. 67. & seq. Muret. obs. iur. c. 2. Ræv. ad l. 157. de R. I. Pac. 7. q. 60. etsi aliter ac quod vocula sicuti ibi faciat rationẽ contrarij nõ expli, exponat Cuiac. add. l. 103. de V. S. & Briss. l. sing. de adulter. c. 9.

Itemque

Itemque in leg. 1. §. 13. ad SC. Turpil. leg. 4 pr. Si quis caut. vbi ita clarè, qui in exilium salua ciuitate abiit, rei capitalis condemnatus dicitur, vt miser contra videri posse Vulteio 1. disc. Schol. 11. pag 90. Confer. P. Fab. 2. Semestr. 13. pag. 208. & seqq. (qui scitè & fusè de homonymiâ vocũlæ capitalis tractat, ostendens strictissimè, solam decollationem denotare, strictiùs quoduis vltimum supplicium (ad quod & per plures ll. producit Iac. Curt. 2. cons. ad Viu. 8.) strictè & ordinaria acceptione vitæ, libertatis, vel ciuitatis redemptionem. Latiùs verò relegationem, &c. complecti) Muscorn. de iurisd. n. 106. Moller. ad Nou. elect. Sax. 1 p. 4. num 12. & 2. seqq. Atque hoc populari vsu quoque D. fratres in rescripto d. l 1. accepisse videntur, eò quod pecuniariam causam, & capitalem opponunt. Ergo quæcunque non est pecuniaria, eam sua capitali comprehendunt. Sicuti & aliàs cum pecuniæ iudicium, à capitis iudicio separatur, vt l. vlt. de ser. l. 7. in fin. pr. ad l. Iul. repet. l. vltim. §. vltim. ad SC. Turpil. per hoc, quoduis publicum significatur. Quod etsi pœnam grauiorem non habeat, rectè sic vocari argutè P. Fab. d. cap. 13. pag. 212. quia cum non rem familiarem hic persequamur, sed criminis publici vindictam principaliter, non modo fortuna, sed & caput rei peti videatur. Itemque quia quodcunque publicum iudicium famosum l. 7. de publ. iud. nam vix est, vt non eius, cuius opinio grauatur, caput deminutum videatur, cum eius persona, vel frons non integra dicitur l. 4. de pop. act. l. 13. de testib. Quanquam ne de hoc dubium alicui suboriatur, subiicit IC. siue, quod magis est, explicando verba rescripti, ecquid per Capitalem significent Impp. siue (si quis omninò hunc latum sensum repudiet) perficiendæ sententiæ rescripti, ne indecisum reliquatur quid in causâ, nec capitali (strictè) nec pecuniaria, veluti relegatio est, seruandum sit. Sed etsi ea causa sit, ex qua sequi solet pœna, vsque ad relegationem. Quæ sanè verba Dd. vulgò exaudiunt de pœnis solum relegatione grauioribus; ipsamque relegationem vocula vsque excludi sentiunt. Sed contra Euch. 1. cont. 20. releg includi, probans in his criminibus Procur. arceri, ex l. 11. §. 2. de adult. ita: In adulterij causa Procur. reiicitur d. §. 2. Eius autem pœna relegatio. Quod arg. veræ sententiæ non bonum. Falsum enim hoc quod alibi (si Deus, & dies dabit) refellemus. Et Rob. 2. Sent. 3. ac relatè à Farin. d. qu. 99. num. 68. † Men. verò etsi d. qu. 80. num. 129. voculam vsque accipiat, vt non contineatur relegatio, tamen quod Procurator in causis relegationis recipiatur, restringit ad iudicia priuata num. 132. Nec agnoscit se pugnantia loqui, dum num. 134. accipit l. 3. C. de accus. quæ aperrè de publicis iudiciis loquitur, de iis vnde pœna relegationis, vel leuior. Ergo verò d. vers. sed etsi accipio de cæteris causis publicis, strictè & propriè non capitalibus: Patum referre putans, siue vocula vsque stet inclusiuè, vt Ddd. loquuntur siue exclusiuè. Eodem res recidit. Hoc enim vult. IC. idem (quod rescripto Impp. de capitali causa expressum) statuendum de quauis causa alia cui pœna leuior, modo non sit causa pecuniaria. Siue iam vocula vsque contineat relegationem, (quod magis est arg. l. 5. pr. de pœn. vbi hoc sensu eandem ponitam arguunt illic mox seqq. verùm si quid grauius) sensus erit; nec si relegatio sequatur, nec si pœna ea leuior Procurat. admitti. Siue non contineat sensus hic: Etsi non relegatio sequatur, sed pœna mitior, tamen non oportere causam, per alium agi. Atque ita relegatio excludetur, qui iam ante sub causa capitali comprehensa. Nam quod vulgò d. Vers. interpretantur de causa grauiorem relegatione pœnam habente, series d. l. 1. non admittit. Alias nec explicabit d. vers. vim rescripti, & quousque in eo causa capitalis accipiatur, neque extendet decisionem eius ad casus non decisos, sed tantum odiosam, & inanem repetitionem habebit eorum quæ in ipso rescripto, verbis tantum aliis. Quod durum, ac resistit insuper vocula sed & coniunctiua, ipse auditorio adesse debet. Et sic in quocunque publico iudicio, quamuis pœna leuior, etiam pecuniaria, vt rectè Parlard. Duar. Men. & alij citati S. pag. 337. vers. Admittitur Procur. Neque enim ideo causa pecuniaria, vt rectè Duar. Nam cum duæ principales rationes arcendi Procuratoris hic referantur, vid. l. litt. G. in capitali sanè causa vtraque locum habet: In non capitali, si præsentia haberi potest, saltem altera. Certum verò est vna ex pluribus ratione deficiente, dispositionem non ideo cessare Quid quod, & in non capitalibus, ac etiamsi relegatione leuior pœna, iudicem ex causa desiderare posse tradunt, vt ipse reus compareat potiùs, quàm Proc. mittat, si id ideò, vt ex vultu, & sermone, &c. facilius de facinore, vel innocentia appareat. Quod iudicis arbitrio tribuit Men. arb. cap. 264. Atqui nec iuxum, nec conueniens rem hanc, vere in auct. iuris posi-

tam (Edictum quippe de Procur. prohibitorium est) ponere in facultate iudicis. Non obst. arg. vulgatis dict. Vbi relegatio, eáve leuior pœna absens damnari potest l. 5. pr. de pœn. Ergo Procur auditur, per l. 33. §. 2. h. t. Nam Resp. est fallacia com positionis, & diuisionis. Quia in d. §. 2. dicitur pro eo sc. qui abest. Et ratio redditur, quia publicè vtile, &c. Hæc vilitas cessat, vbi potest copia rei haberi; cum hic non vertatur periculum, ne innocens damnetur. Sed hæc ita demum effectum fortiuntur, si vel teus præsens. De hoc enim loquitur d. l 1. An per al. Fach. 1. contr. 24. Ant. de Rosell. Iunior inter cons. crim. Cæpolla cons. 49. Alex. de Tartag. inter cons. Zilleti cons. 90. to. 1 n. 59. Mod. Palenton. inter cons. crim. 47. n. 2. & relati à Vves. cons. 43. nu. 167. Agitur enim de eo qui iam sententia condemnatus, ipse appellauit, non alius pro eo. Nam de Procuratore appellante tractat l. seq. 2. Et quæritur an appellationis ab ipso reo, & sic iudicio præsente, interpositæ causæ per alium reddi possint. Accedit, quod inaniter præcipiatur, ipsum adesse reum debere, nisi eius copia haberi queat, vt inferius declarabitur. Probat idem l. 3. C. de accus. arg. à contraria, quia vocula absentes adiecta, non quod significet moram absentiam excusari, quæ dura exposirio, vt l. sed ad remotionem præsentium, quod in iis aliud fit, qui se ipsos defendere possunt, & debent. Atque hic sentiõ cum Gomez. 3. var. resol. 1 nu. 14. Alex. de Tartag. inter cons. Zilleti 90. tomo 1. n. 59. & aliàs iam ratetis qui d. l. de præsente exaudiunt, contra Dd. vulgò qui pro incarcerato admittunt, vt S. p. 340. vers. Aliud in præsente. Neque enim quæ vna ratio tunc cessat, pe, ieulum elusorij iudicij, idcirco, & dispositio cuius hæc ratio non vnica. Et multa sunt quh hic Procuratorem disfluadent. Quin imò quæ ratio ex l. 10 §. vlt. de qq. potitur, ei non nisi in præsente, vel cuius copia haberi potest, locus. Hoc omninò largior & ratio facit, quod aduocatus incarcerato negandus non sit l. 2. C. de exhib. reis S. h, lib c. 3. lit. R. Sed nulla ratio vincit, quod Procurator qui pro reo subeat & suscipiat iudicium. Planè iustructor veritatis iustè admittetur pro carcerato præsenti. si aut nequeat ipse innocentiam suam manifestare, aut etiam perire festinet l. 19. de pœn. l. 6. de appell quia quiuis commiserescere potest eius, qui reus factus, salutis suæ curam nullam habet Cui. 20. obs. 20. Nec temerè vltroneæ confessioni fides habenda. scitè P. Fab. 3. Semest. 3 pag. 72. & seqq. vel copia eius haberi queat. In hoc enim verè vtraque ratio præsentiam requirit, tum quæ in periculo elusoriæ sententiæ, ne admisso Procuratore, reus qui initio capi potuit, si comperiat sententiam sibi aduersam dicendam, postea fugam arripiat, &c. tum quæ in commodius eruenda veritate, ad quam præsentia rei confert d. l. 10. §. vltim. de qq. Quare exinde, quod aliquis se Procuratorem, vel etiam defensorem, aut instructorem veritatis offeret, non ideo cessabit iudex reum delatum, & legitimè suspectum perquirere, aç peruestigare, vt custodiæ tradat, ipsumque pro se respondere compellat. Neque hic quidquam speciale puto in coniuncta persona, vt & rectè relati supr. pag. 340. ac ne in patre quidem. Nam nec hunc aliter rectè admitti statuo, quàm quo casu filij præsentia haberi nequit. Neque per interuentionem patris, contumaciam filij purgari censeo. Nam si proprij commodi ratione, & vt causæ propriæ actor comparet, hoc filio prodesse non debet, per regulam Res int. al. acta. Neque ideo minus iudex reum filium fam. inquirer ac, si poterit, carceribus mancipabit. Si verò vt innocentiam filij docturus, admitteretur, fane aliquantò meliori iure, quàm quiuis alius de populo, tunc cum quiuis admittitur, scilicet vbi vel præsens reus, vel absens condemnari potest. † Interest equidem patris, vt supersit filius. At hoc interesse priuatum, non debet præiudicare iuri publicò nec facere, vt tantò magis per patrem rectè defensus intelligatur, qui aliàs per alium non rectè defenditur. Nam vti charitate liberorum, antiquior disciplina castrorum. l 19. §. 7. de capt. & postl. ita, & magis, criminum vindicta. Et quæ ratio aliàs præsentiam rei requirit, vbi haberi potest, ne impunitas delicti sequatur, ei & hic locus. Argumentum quoque à causa liberali ductum non concludit. Quia illa recipit Procuratorem vel assertorem, vt S. lit. A. Criminalis non recipit. Et ibi quoque fratres, & cognati audiuntur leg 3. §. 2. de lib. cap. Non vtique & hic. Quin & Dd. relati S pag. 340. versic. In specie v. &c. in iis fere terminis loquuntur, vbi ad iinnocentiam absentis, qui in fuga est deducendam se offert pater. Quo casu alium quemuis audiri receptius est, vt supr. Quòd si rei copia habert nequeat, tunc quando absens damnari nequit, vt si quid relegatione grauius irrogandum leg 5. pr. de pœn. leg. 1. de requir. reis. Procurator ad criiren iudicij publi. i defendendum interuenit frustra, verba l. pen.

§.1. *de pub. iud.* Quæ non aliis conueniunt, quàm qui absentes damnari nequeunt, vt *recte Cuiac.20.obs.20.& Vult.* 1.*discept.*11 *pag.*94 nequicquam contrauitente *Goth.Anton, disput.Antiquit.*3.*th.*170 *& seqq.* Atque hæc vis est voculæ *frustra.* Quomodo frustra crimen persequitur, vel accusat per alium, qui per se potest, ita & frustra Procurator venit, ad merita causæ, vbi nullum reo damnationis principalis per iculum, imò vbi nec accusari potest *l.6.C.de accus.Paul.* 5.*Sent.*5.*§.pen.* Defensio autem accusationem præsupponit, & ad euitandam damnationem opponitur *Vult.d.lo.* Sed excusationes absentium allegantur *d.l.pen.* vid. S. *pag.*341. *versic admitti verò non tantum,&c.vsque ad* Vers.*sed & ad aliquos,* & si iusta rationem habeant differtur sententia felicter non definitiua ad pœnam ordinariam delicti. Hanc enim nec ferri tunc posse ponimus t sed annotationis inter reos delatos, aut publicationis bonorum, quæ eam sequebatur. Nam qui copiam sui non faciebat, reus absens annotabatur, seu inter reos requirendus referebatur, Annotatus edicti, adesse iubebatur, bonis interim obsignatis. Quod si intra annum neque aderat, neque qui absentiæ iustas rationes adferret, habebat, in bona fiscum cogebantur & sequebatur infamia, vid.*tit.D.& C.de requir.reis l.*4 *§.5.de re mil. Cuiac.*20. *obs.*11.*Vult.*1.*discep.*16.*p.*102. *P.Greg.*32.*Synt.*24. *n.*11. *Parlad.*1.*rer. quotid.*20.*nu.* 2. Vbicunque verò absens quis damnari potest, sicut iure communi in absentes pœnæ pecuniariæ, vel quæ existimationem contingunt, si sæpius admoniti per contumaciam desint, statui possunt, & usque ad relegationem procedi *leg.*5.*pr. de pœn.* Item in capitalibus, certis speciebus, vt *l.*4 *§.vlt.ad l.Corn.de sicar.* (& vbi damnatur memoria defuncti, vt S.) Et in capitalibus quoque cognitione inter accusatorem, & reum receptâ *l. inter* 10 *de publ.iud.* id est, si lite contestata iam inter reos receptus postea abesse cœpit, vt *Cuiac.*20.*obs.*c.11.*&c.*20.*ac seq.* Tunc enim ex vetusto Rom. more, reum peragi liquet, ex *Cic.pro Cluentio & 3.Verrinâ Ascon.in Milonianâ P.Fab.ad l.*59.*de R.I.pag.*270. Quæ & opinio olim Martini ref. *Meno. arb.q.*80.*num.*136.*& Modesto Palentono inter conf.crim. Cæpolla conf.*47. *num.*3. etsi hi eam non probent. Et ratio Martini, quia cum non in alium ferri sententiam oporteat, quàm qui iudicium accepit, si ante Litem contestatam admitteretur, Procurator ipse condemnari deberet, *l.*1, *Cod.de sent. & interl.* Si verò postea, ipse dominus condemnatur. † Malè verò *Cuiac.d.c.*20. receptos inter reos publico iudicio, non capitali, absentes defendi non posse *l.*11.§.2.*de adult.* quod nec condemnari possint. Nam imò hi etiam necdum recepti, lite contestata condemnari queunt *d.l.*5.*pr.de pœn.* Ergo & defendi. Ac illa *nam, & in capitalibus, &c.d.l.*33.§.3.*h.t.* conuincunt minus dubij esse in reliquis *Vult.*1 *disc.*11 *pag.* 99. Et immò *d.l.*11.§.2.*D.* vt *&* l.15.*C.de adult.* (*item* l.13. *arg.à contrario C.d.tit.*) conuincunt *præter alia,* iudicium adulterij capitale fuisse, non tantum excusatio pro absente iustis rationibus admittitur, ne per triduum, per singulos dies ter citatur reus damnetur *leg.*10 *de pub.iud.* Quæ quod de condemnatione vera, quæ post litem contestatam ex contumacia fit, loquatur probat *Cuiac.*20.*obs.*11. quia ibi habetur accusatore, nisi defendatur, calumniæ damnari. At si lis contestata non esset, non posset ita damnari, sed extra ordinem *l.*3. C. *Qui accus. non poss.l.*2.C. *ad* SC.*Turpil.* Sed & quemuis verba pro eo facientem, & innocentiam excusantem, audiri æquum est, & publicè vtile est absentes, à quibuscunque defendi: nam & in capitalibus defensio datur, *verba l.*33.§ 3. *hoc tit.* Quæ vti, & similia verba *leg.*3. *Cod. de accus.* de sola caussarum absentiæ allegatione prædurè exponit Don. noster. & cum eo plures relati à *Vult.dict.c.*11. *p.*93.*& Anton. Fab ad dict.leg.*33.§.2. M. *Anton. de Amatis decis.*163.*num.*11. quia, ait, qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, per *leg.*4.§.1. *de noxal. & Goth.Anton.disput. Antiquit.*3.*th.*180. Sed *Cuiac. dict c.*20. verba tam ampla ita non aptè coangustari. Ac coactum nimis expositionem vocat *Vult.d.lo.pag.*94. quia nocens, vel innocens non inde quis est, quod adest, vel abest. Nec allegatio caussarum absentiæ, rectè *defensio* dicetur, cuius voculæ vis plenior est quam voculæ *excusatio.* Accedit quod hæc ex Senatusconsulto *d.l.pen.de public.iudic.* illa, ex ll. publicorum iudiciorum *d.l.*3.C. *de accus.Cuiac.dict.c.*20. Denique & aliàs vbi *absens defendi* dicitur, plenaria defensio significatur *l.*19.*pr. de iudic.l.*11.§.2.*de adult.* Quamuis verò arguté *Rauch p.*1.*qu.*7.*nu.*22.*ex ipso Cuiac.* Iustitiam absentiæ, allegando innocentiam quodammodo defendi, & excusari *& Goth.Anton.dict lo.th.*182.*& seqq* diuersa esse: *excusare* innocentiam, cum ostenditur, non conscientiâ delicti latitare reum scilicet & iustis de caussis abesse: *& docere* innocentiam. Nec his tamen opinione dimouear. Quid enim si reus is qui condemnari potest, verè lateat. Quid si absentiæ eius rationes proferri nequeant, si nec iustæ vllæ sint, aut defensori ignotæ, nunquid si compareat alius, liquidò probaturus innocentiam rei, hunc audiri, anne reum damnari, expedit. Expedit imò quemuis pro eo audiri *d.*§.2. *& l.*12.*in fi.C.h.t.* Nam etsi sarius esset ipsum reum audire, pro se verba facientem: Attamen cum hoc fine potiri non liceat, ne aut impunitas sequatur delicti, si plane non posset procedi, aut iniquitas admittatur, si semper damnaretur, qui forte sis non conscientia facinoris, sed carceris metu latitat (de cuius vi, vid. *Anna.Rob.*1.*rer.iudic.*10.) huc necessitate quadam delabimur, quæ licitum facit, quod aliàs illicitum. Vbi enim copia rei, qui verè cõtumax, haberi nequit, necesse est, aut simpliciter in eum sententiam dici, quæ exsecutione in reuersum quandoque mandari possit, aut audiri defensorem non absentiæ, ponitur enim contumax, sed innocentiæ quem instructorem veritatis Dd. appellant, vid. *S.pag.*343.*versic. Etsi vero hoc, &c.* Ius sanè præcisè requirit, iustè iudex desiderat, vt reus ipse adsit, tum ad eruendum meliùs veritatem, tum ad sententiæ exsecutionem. Iussui huic, qui non paret reus contumax est, nec inde esse desinit, quod aliquis pro eo se offert, quia per hoc non satisfit ll. & iudicis mandato. Astu his iussus, effectum sortiri nequit, quàm vbi consequendi rei facultas est. Qui si fuga sibi consuluit, nec scitur vbi sit, etsi non minus iusta requisitio eius præsentiæ, tamen inanis. Et necessitas aliò deducit, vt cum hac via non succedat, alia aggrediamur. Proinde vbi præcepti iudicis, iubentis reum ipsum comparere, effectu deficitur, hoc relinquitur, vt in absentem perfecutio criminis fiat, Quod iure ciuili in capitalibus, post receptionem inter reos lite contestata, & aliis paucis casibus, de quibus S. consuetudinario verò plurium locorum generalibus receptum est, vt absens definitiuè condemnetur. Sicuti & in foro Sax. intra 42. dies seu 6. hebdomadas tet citatus copiam sui non faciens, condemnatur ad probationem legitimi impedimẽti; *Tff. die Chebaffi.* Quam si non exhibeat, post 4. citationem facer pronunciatur, vt à quouis impune offendi, & occidi queat, vid. *Coler.decis.*108 *nu.*2. Quæ proscriptio Frid. II. tempore quoque recepta, & dicta Forbannitio, vid. *Petr. de Vineis lib.*5.*epist.*107. Hæc cõdemnatio, quia ex præsumpta confessione, publice vtile est ab probationem contrariam, pro reo contumaci, quemcunque, etiam ignotum, extraneum, aliàs ad Procurationem inhabilem, audiri. Iunge his nostris quæ ex aliis supr. *p.*343.*vers. Quod verò sic audiri, &c.* Denique quæ potiores arcendi Procuratoris rationes, vt j. *lit.G.* hoc tãtum efficiunt, vt perpetuò audiatur ipse potiùs reus, quam pro ipso alius, vbi audiri potest. Vbi nequit, neutra ratio in considerationem ampliùs esse potest. Etiam per Procuratorem *l.*3. *C. de accus.* Quomodo quod & in caussa principali, eiusque meritis, admittatur contra Dd. vulgò relatos supr. *pag* 344. statuit *Pac.* 2.*q.*40.*Vas q.*2.*cont.vsu freq.*17.*num.*2. *& ab eo relati num.*1. *Ant.de Rosell. Iunior inter cons crim.Cæpolla* 49.*num* 6. *&c. Tessaur.decis.*265.*n.*16 *& seq Vult.*1.*disc.*11.*pag.*93. Et *Vasq.* quidem *d.lo.* posse hunc & probationes pro reo facere, & aduersarij rationes impugnare. Ita verò statuo: Admittitur Procurator ex mandato rei contumaciter absentis, qui damnari potest. Et quidem non modo vt nudus iudicis informator, ceu Dd. vulgò, vt s. nec vt defensor quiuis mandato carens *d.l.*33.§.2. Sed vt Procurator *d.l.*3. Mandatum enim certè efficiet, vt si alius vna se ad defensionem admitti postulet, hic præferatur, propter mandatum. Nam quo casu istius est, defensorem qualemcunque audire, quàm absentem contumacem, & indefensum, graui condemnatione afficere *l.*1.*in fin.*C *h.t.* Eodẽ iustius est idoneum, quàm inhabilem aliàs Procurationi, mãdato instructum; quàm eo carentem, quem fidiorem & vtiliorẽ putauit reus ac elegit, quàm qui se sponte offert, audire atque illum huic præferri. Certe vix est, vt vllus in iure ciuili casus reperiatur, in quo si quis auditur sine mandato, non potior sit mandatum habens, illo, qui destituitur. At non per hanc Procuratoris missionem contumax esse desinit reus. Neque ex absentia, & latitatione iure elicitur præsumpta confessio solo Procuratoris interuẽtu elidatur, sed necesse est vt ab hoc contraria innocentiæ probatione, aut aliàs legitimè elidatur. Neque enim per id reus præc. ll. satis obtẽperauit, quæ ipsum adesse iubent *l.*1.*An per al.ca.app.* Tãtum huc necessitate quadam deuenitur, vt quia spes non est potiendi, in præsentia, ipsius rei, potiùs pro eo audiatur aliquis quam nullus, vid. pag. præced. & potius is, cuius curæ magis confidit, quàm alius. Quomodo concidit 2. ratio Dd. contra sententium posita S. *pag* 345.*versic.Discrimen inde, &c.* Ad rationem 1. quæ ibid. *d.vers.* Resp. Mala ratio: Procuratorem non admitti, ne reo præiudicet. Nam hic in eo sumus casu, quo si nullus (siue Procurator, siue defensor) pro reo verba faceret is, ex contumaciâ condemnaretur. Ergo vbi aliquis adest, si ritè innocentiam non probat, vel accusatorem non refellit, id non tam nocet reo, quàm non prodest. Nec vlla ei fit iniuria, quod condemnatur. Condemnaretur enim æquè, si defensor non interuenisset. Neque potest, nisi de se queri, si dicat se ipsum si adfuisset melius caussam suam acturum & obtenturum fuisse. Cur enim non adfuit, cum sciuerit se adesse debere. Sed de his satis f ita & *Bart.ad leg.pen.* §.1. *de publ.iud.ref.Menoch.arb quæst.*79 *num*3.*P.Gregor.*32 *Synt.* 24.*num.*3. Accedit, quod frustra alieno nomine accusat, qui potest proprio, vt *Don.h.cap.infr.& Decia lib.*3.*tr.crimin. cap.*36.*num.*2.*Meno d.num.*3. g Potiores hæ rationes, eademque veræ, & genuinæ, sed quibus locus non est, nisi quando copia rei haberi nequit, vt ex iis quæ not. supr. *litt.* E. passim apparet. Ex conueniunt in priori reddenda *Forcat. ad leg.*3. *Cod de accus.n.*1. *&* 2. *Cæpolla conf.crim.*45.*num.*2. *Modestus Palenton inter.ead.conf.crim.*47.*num.*3. *M. Anton. de Amat decis.*163.*num.*2. *Arumæ libr.*1.*decis.*7.*num.*12. *& seqq.* Nam & vultus, tacitus mentis sermo, & animi sensus *Cic.in Pisonem,* vid. *Rob.*2.*Sent.*23. *Phil.Camerar.cent.*1.*op. succiss.cap.*57.*& cent.*2.*cap.*5.*&* 9. Et oculi, animi indices, ac animæ speculum, vt ex *Alex. Andr. Laurent.libr.*1.*histor. anatom.cap.*13. Sermo verò index animi, morumque fidelis. Haud dubiè testis vt *Marcell.Palingen.libr.*1. *Zodiaci vitæ.* Et oratio, quodammodo pictura, animi *Scal.libr.*3.*Poet.cap.* 35. interpres animi, & quasi color quidam morum, idem *d. lib.*3.*cap.*24. certissimum cordis & animi speculum *Cassiod.* 6.*epist.*9.*Io.Spinæ,lib.*3. *de Tranquill. animi pag.*125. Et improbi lingua cordis malè affecti præco est *Ant.de Guevara Horol.Princ.lib.*1. *cap* 33. Quæ animi interpres *Lucret.libr.* 6. turba cordis *Bald.cons*160 *li.*1.ref.*Tiraq.* quam adi in *leg.* 8 *Cod. de reuocat. donat.*v. *Libertis num.*17.*&* seqq. ἴνα ὁ δίκαιος ἐστι, τοιαύτας λέγει χρὴ τραγῴδιας *Arist.*4.*Eth.*4. (*al.*13. Et vt Græcum est prouerbium εἷος, ὁ βίος, τοιοῦτος ὁ λόγος, *Isaac. Casaub.Comm.ad Pers.Sat.*1.*pag.*144. Qualis vir, talis oratio. *Anne. Boetius libr. de Moribus.* In posteriore *Gomez.*1. *var.resolut.*1. *num.*12. *Virgil.Pingitz quæst.*16 *num.*19. *Menoch.arb.quæst.*80.*num.*2. *Farinac.p.crim.*99 *num.*2. *Gisan. ad l.*33.§.2.*hoc tit.num.*12. *Bron.*1. *aff.*50. *Arumæ.d.decis.*7. *num* 10.*& num.*47. *Capolla d.consil.*45. *num.*2. *Forcat d.loc. Godefr.à Bauo tr. Reat.quæst.*8.*numer.*6. Aliqui has rationes addunt. 1. Qua sententia ferenda esset in Procuratore. Atque facinus debet insequi suos auctores, vt *Cassiodor.*2.*variar.*11. Et nemo ex alieno delicto, corpus suum ad pœnam obligare potest *l.*70. *§.vltim.de fidei. Amatis & Pauo dd.locis P.Gregor.*32.*Synt.*24.*numer.*3 *Vuesen.consil.*43 *num.*172. *Ayrer.Processp* 1.*c.*5.*obs.*2.*num.*8.*&* 9. Quam reprobat *Gomez.*3.*var.resol.*1.*num.*12. *Modest.Palent.d.consil.*47. *num.*3. quia vbi sententia non cadit in Procuratorem, ferri potest in dominum *leg vltim. Cod de iniur.*2. Quia subtrahens se iudicio, & latitans, suspectum se reddit. Nam cum de vita, & fortunis periciliterur, vix est vt ab alio defendi malit, si sceleris purus sit, *Forcat.d.loc. Ayrer.d.loc.num.*10. *Cæpolla d.consil.*45. *num.*7. 3 Quia caussæ hæ grauis præiudicij, alij non committẽdæ & principalis ipse caussam suam diligentiùs aget. *Alexan.de Tartag.inter cons. Zilletti* 90.*tomo* 1.*numer.*61.*Vasq.*2.*contr. vsu freq.*21.*num.*6. *Alciat.lib.de singul. certam.cap.*12.*num.*4. Reprobat *Forcat.& Palenton.dd.locis.* Quid enim si Procurator diligentiss. principalis inexpertus. h Sed hoc iam refelli, in not. S. *lit. E.pag.*351.*& seqq.* i Et hæc communis *Menoch.arb.quæst.*79.*num.*12. Excipitur autem & Syndicus, nomine vniuersitatis accusans *Menoch.d.l.numer.*14. k Etsi omnium bonorum, si delictum merè priuatum ex communi, *Menoch.arb.quæst.*80 *nu.*121. l Atque ita noster *d.l.*1. restrictè accipit, de solis delictis priuatis. Sed verba eius ampliora, vid. not. S. *litt. E.* Quin imò arguté *Vasq.*2.*contr. vsufreq.*39. *num.*24.& seqq. in delictis priuatis, semper Procuratorem recipi contendit. m nam & hi per alium litigare cogũtur *l.*25. (aliis penult) *Cod. hoc tit.vbi Sich.Nou.*71 *vbi Cuiac.Pac.*2 *qu.*45. vid. *Farinac. quæst.crim.*99.*num.*115.† Nam vsu iudiciorum nostrorum, ex quo iniuriarum pœna, pecuniaria leuiori obrogara, arbitraria ab Electore Augusto *Nou sua* 42 *p.*4. statura est, Procurator in actione iniuriarum criminali audiatur, vid. *Moller.*1.*Semestr.*24 & qui ei contrarius *Rauchbar parte* 1,*qu.*7. *numer.*27. *& seqquentibus.*

CAPVT XI.

Persona Procuratoris.

2. PERSONA PROCVRATORIS, ne prohibeatur *l.*43. *§.*1. *hoc tit.* PROHIBENTVR QVIDAM CONDITIONE PERSONÆ, quos, cum obire possint, honestas, vel disciplina publica arcet. SERVVS *l.*33.*pr.* a *h.t.* a quia ciuile hoc officium *l.*2. *de R.I.* b FOEMINA *l. neque* 54.*D.l.*18.*l.*21. vbi ratio *C.h.t.d.l.*2.*de R.I.* MILES *l.*7.*l.*9.*C.h.t.* adeò vt & qui ante litem contestatam admissum voluit, in lite contestanda rectè remoueat *l.*8.*§.*2. *D.h.t.* c Et nec quasi suffragator accedere potest *d.leg.*7. qui scilicet in criminalibus ad excusationes absentiæ interuenit d vbi ratio dubitandi in *leg.*33.*§.*2.*h.t. vox quibuscunque.* Sed quoscunque ibi accipere decet, alioqui idoneos Exc. in vtrisque NISI IN REM SVAM DATI, actionesque illis mandatæ; de fœmina *l.*4. de milite *l.*9.*C.h.t.* (dum modo ex honesta caussa *d.l.*9. quæ scilicet redemptionem litis non habet *d.l.*7. vt si actio donata, legata, in solutum data, &c.) Subtilitate enim iuris actiones ita mandatæ sunt alienæ, & Procurator est, qui dicitur in rem suam, *l.*55.*h.t.l.*8. *Cod.de her. vend. & pass.im,* si exsecutionem actionis spectas. Reuera sunt propriæ, & si exitum, ac commodum spectes, est dominus litis, e quæ eius propria dicitur *l.*25.*vers.planè h.t.per l.*1.§.11. *Quan.app.sit* [Agitur autem alieno nomine, si ius spectamus, & præsentem statum, indeque dicitur Procurator infr.*c.*13.] & nisi caussam communem agant *l.*8.§.2.*h.t.* f Ratio in *l.*3.*Fam.erc.* IN FOEMINIS EXCEPTÆ CERTÆ PERSONAE nisi scilicet pro parentibus, caussa cognita, si morbus, aut ætas impediat, nec quemquam, qui agat habeant *l.*41.*h.t.* Quod & in iisdem caussis morbi, vel absentiæ, (ætas enim hic consideràri non potest, nec in liberis, qui si pupilli illis petendus tutor *l.*18.*C.h.t.* g ad liberos & maritum extendi ratio eadem necessitatis, & pietatis, suader. h Obi. Atqui sic si mulier mutuò conueniatur, nomine patris, pro quo agit, eum defendere cogetur, per *l.*33. *§.pen.h.t.* contra SC. Vellei B. Rectè cogetur, eoque nomine canebit se excepti. Senatusconsulti non vsuram: Senatusconsultum enim improbat intercessiones eas, quæ ex infirmitate, vnde damnum metuitur. Hîc verò facit mulier ex officij necessitate, & pietate. i idem admittemus in milite, vt & hic pro parentibus, liberis, vxore admittatur iisdem conditionibus. Quia par in eo ratio pietatis, & charitatis; hoc amplius, officium hoc virile, minùs à milite alienum, quàm à fœmina. k Nec obstat *d.l.*7.*C.h.t.* qui generale id exceptione temperandum ex sententia *d.l.*41. Nam & de fœmina, regula generalis *l.*4.*C.h.tit. Quidam quia hoc officio idoneè & sine fraude,* aduersarij FVNGI NEQVEVNT. Cuius cum quinque propria sint, aduersariè præstanda; hæc nempe, vt agẽdi non opprimendi caussa accedat, iudicio semper adesse possit, idem suscipere cogatur, litem tractare non it, cautioneque procuratorias præstare queat, hinc totidem arcendi caussæ, ordines; personarum, 1. POTENTIORES, qui tenuiores opprimere, vi gratiave, &c. possunt l de l quib. vid. *l.*3.*& t.t.C.Ne lic.poten.patroc.litig.* vbi pœna tum in aduocãtes hos, tum in suscipientes. m Quibus m accenseri potest Fiscus. & B. *l.*3. *& t.t.C.Ne fis.vel* B. *proc.* qui æquè remouentur, ob metum gratiæ, & potentiæ, etsi nulla pœna adiecta, quia nõ æquè corruptelæ, ac affectibus obnoxij. 2. Qui iudicio sæpè adesse nequeunt, VT REIP. CAVSSA ABFVTVRVS, n morbo perpetuo laborãs *l.*54.*h.t.* REVS CRIMINIS postulatus *l.*reũ 6.C. *h.t.* cuius hæc ratio aptior, quia aut carceris metu fugiet aut in eum coniicietur, &c. o quàm o

quæ peti posse videtur, ex l. 5. *de publ. iudic.* quia alia ratio accusatoris, alia procuratoris in lite priuata, aut quod ipse defensionis indigus, alios defendere non debeat. Quid enim impedit? 3. Qui iudicium suscipere non coguntur, vt MAGISTRATVS aut magistratum initurus *d. leg. 54. iuncti l. 48. de indic.* p 4. Qui, quæ ad causas pertinent dicere, non possunt, vt MVTVS ET q SVRDVS *l. 43. pr. h. t.* q PVPILLVS, FVRIOSVS, PRO- r DIGVS. r 5. MINORES, quibus in causis satisdatione opus, quia cauere vtiliter nequeũt, ob restitutionem s in integrum *l. 51. D. l. 12. C. h. t.* s Atque hi omnes reiici possunt, in lite contestanda, exceptione procuratoria *l. 40. §. vlt.* Quã non obiecta idonei sunt, (modo non serui t etiam milites *l. 13, l. 24. C. l. 8. §. 2. D. h. t.* [& iudicium constitit. Obstat enim his, sola voluntas aduersarij u cui datum est, vt reiicere possit. *Si non reiecit initio, excepi. dilatoriam omittendo amisit, l. pe. & vl. C. de exc. hæc ex c. seq.*] Minor quoque repelli nequit si pro absente indefenso interueniat *l. 12. C. h. t.* Quia iustius est eum *audire* purgantem scil. absentis *innocentiam*. Non dicitur *admitti*. Neque enim legitimus defensor est, quia ius vetat, vnde ibidem dicitur depelli posse à iudice. Aliàs fieret aduersario iniuria, cui satisdationes frustra præstarentur.

t

u

NOTATA.

a a Vera sententia, sed ad quam probandam *d. l. 33. pr.* impertinens, quæ de seruo non dato, sed dante Procuratorem loquitur. Et sensus hic, quod possit dare ad negocia peculiaria, non ad lites. Quia eius sunt aliqua negocia, quorum gestio facti est, lites verò & iudicia, quorum exercitio iuris, b nulla *Gifan. & A. Fab. ad d. l. 33. pr.* b Quare & arcetur deportatus, per *§. 2. I. de cap. min.* etsi suo nomine acturus non omuino repellatur, vid. S. *lib. 17. cap. 4. lit. G.* Et bannitus itaque iure nostro per ea quæ *d. c. lit. G.* licet diss. *Tiraq. post ll. connub. gl. 5. num. 173.* Et excommunicatus is, qui nec suo nomine agere potest, vt *d. lit. G. cap. vlt. extr. hoc tit. c. extr.* c *de except. Ayr. Proc. p. 1. cap. 5. nu. 3. & seqq.* c Ne propter priuata negocia à militia auocetur *l. 31. C. de loc.* Quæ ratio quia in veterano cessat, ideo hic non arcetur *d. l. 8. §. 2.* vbi *Gifan. n 14. & A. Fab. Duar. h. t. cap. 4.* Vnde & milites nostri temporis, qui non in expeditione, sed in plateis vagantur, non repelli vult, *Zoan. tr de Rom. imperio n. m. 53.* Aliàs quo tempore verè militant, idem in militibus nostris, quod in veteribus iuris, vt cõtra *Bart.* & alios *Gifan. ad l. 7. C. hoc tit. num. 5.* vid. *Georg. Acac. Enenkel. lib. 2. de priuil. mil. priuil. 2. Claud. Coter. lib. 2. de iure mil. c. 10.* Clerici quoque procurare vetantur *Nouell. 123. c. 6. cap. denique 10. can. 14. qu. 3. c. 2. Ne Cler. vel monachi*, tum ne à sacris auocentur, tum quia iudex laicus, si quid forte deliquerint, eos coërcere non posset *Duar. hoc tit. cap. 4.* Et quæ ratio eos ab aduocatione repellit, vt *S. cap. litt. Mm.* in procuratione fortior, quæ officiũ vilius, *Marta de iurisdict. p. 4. c. 116. nu. 4.* Planè iure Pandectarum sacerdotium obueniens, excusationem tribuisse à procuratione suscepta, & causam mutandi procuratoris fuisse, ast non volentes remouisse arguunt *l. 18. h. t. l. 32. §. 4. de rec. arb.* In foro tamen ecclesiastico recipi volunt, vti & in ciuili, pro causis ecclesiæ suæ, vel monasterij. *Nou. 123. ca. 27.* item pro miserabilibus, & cõiunctis personis, vid. *Bouer. singul. 26. n. 38. Marta. d. c. 116 nu. 14.* Sic Abbatissam nomine cœnobij, rectè experiri probant, per *c. cum dilectæ 4. de confirm. vtili.* Etsi *Busius l. 41. h. t. n. 3.* rescriptum illud singulare esse velit, nec extra personam tranhendum d Non placet per not. *S. c 9. in fi. & per l. 6. C. Th. h. tit.* verbis: ad cognitionem alieni iurgij suffragator. † *Accurs. in d. leg. 7.* exponit aduocatum. Meliùs, qui intercessorem apud principem, in impetrandis honoribus, &c. pro quo honorarium dari solebat suffragium dictum de quo *t. Cod. de suffrag. Gifan. in d. l. 7. n.* e *5.* e *Adrian. Pulua. ad Ed. de alien iud. mutt. cap. c. 11.* Probe *Castrens. ad leg. 1. hoc tit nu. 25.* hunc propriè Procuratorem dici, respectu habito ad ius, quia non deducit in iudicium, actionem directam suo nomine. Respectu autem vtilitatis, dici dominum, non Procuratorem. Etsi plerique hunc indistinctè Procuratorem, non nisi impropriè dici sentiant, vt retuli S. *c. 9. lit. A.* f Non quamuis, sed omnis sui numeri *d. §. 2.* Quia hæc res ad commodum militiæ refertur Ergo per *leg. 25. D. leg. 6. Cod. d. ll.* Aliud si causa vnius, pluriumve excommilitonibus *Anto. Fab. in d. §. 2.* g *Si tamen pupillus* g *in ea causa sit, vt tutor, ei tam citò ad agendum constitui nequeat, matrem admitti censet Anton. Fab. ad d. leg. 41. post Sich. ad d l. 18. n. 2.* Quid si mulier tutrix liberorum? Admitti volunt *Sich. ad rub. Cod. hoc tit. nu. 3. Duar. hoc tit. c. 4. Chil. Ronig. Proc. p. 1. hoc tit. p. 155.* nec reprobat *Gifan. in d l. 41. n 9.* Planè iure Sax, ersi à tutela hac non arceatur, quia tamen in causis suis quoque curatoris auctoritate indiget, vtique etiamsi vt tutrix experiatur *Zang. de except. p. 2. c. 8. nu. 25.* h h Diss. *Gifan. ad leg. 4. Cod. h. t. in fin.* quia, ait, ex iure nostro, liberi parentibus plura debent, quàm coniuges sibi inuicem. Sunt & alij casus excepti. Vt in causa liberali, pro necessariis personis *l. 3. §. 2. de lib. ca.* Quia cum ea honorem totius familiæ concernat, quodammodo causam suam agit. Atque hinc quia carcer quasi species seruitutis, vxores pro liberandis captiuis audiri scribit *Gail. 1. obs. 133. n. 9.* Item mater pro filio, in causa appellationis *l. 1. §. 1. de appel. recip.* Alios glossographi addunt, vt in causa, ad salutem animarum pertinente, repetitione vsurarum, decimarum, &c. *Tiraq. post. ll. Connub. gl. 5. num. 171.* & vbi ex æquitate, non ex stricto iure proceditur *Sich. ad l. 18. C. h. t. n 3. Ayrer. Proc. p. 1. c. 5. obs. 5. num. 46.* vt inter mercatores. de dote, in foro Canonico. Quæ ceu commenta explodit *Gifan. in d. l. 41. num. 11.* Denique in abbatissa, vid not. *S. litt. C.* i Hoc si ita est, vti est, nec re- i nunciatio Senatusconsulti necessaria erit, quia nempè hæc intercessio, Senatusconsulto non prohibita. Frustra verò quis renunciat, iuri sibi non competenti. Et rectè *gl. in l. 1. de app. recip. ac Cyn. in l. 18. Cod h. t. ref. Sich. ibid. n. 6.*, mulierem hic non iuuari Senatusconsulto & argum. *l. 12. in fin C. h. t.* & ne alias aduersarius legis auctoritate deciperetur. Etsi ipse Sich. post Bart. contra sententiam argum. *auth. matri & auiæ C. Quan. mul. of. tut.* Sed ratio dispar. k Diss. *Gifan. in l 7. C.* k *h. t. n. 2.* quia disciplina castrorum, charitate liberorum, & parentũ, Romanis antiquior *l. 19. §. 7. de capt. & postl. & Anton. Fab. ad l. 8. §. 2. hoc tit. in fin. & Iac. Ayrer. Proc. p. 1. c. 5. obs. 5. n. 23.* quia magis patriæ miles, quàm parentibus adstrictus sit. l Qui gratia, vel opibus pollent, vt *Cuiac. in Par.* l *Cod. dict. tit. Ne lic. &c.* Sed imò potentior hic, ratione officij, dignitatis, vel magistratus, quo metus aduersario incuti potest. Secus, si respectu diuttiarum, vel existimationis *Azo in Summa Cod. d. tit. n. 1. Sich. ad rub. Cod. d. tit. nu. 1. Trentac. l. 2. pract. resol. tit. de Postul. resol. 2. n. 6.* Idem tamen esse vult, si potentior sit ratione conueniendi, vt si per laicum fiat cessio ecclesiæ. Tametsi *Sich. d loc.* hoc interesse sentiat inter *h. tit. & tit. D. ac C de al. iud. mut ca* quod hic posteriorloquatur de iis, quorum ratione fori conuentio durior, vt militis. Sed *Cuiac. 8. obs. 31.* potentiorem vtrobique pariter accipit, & diff. titulorum has tradit 1. Tit. de al. iud. mut. pertinet ad reum. Hic noster ad actorem. 2. Ille de re translata, hic de actione. Prius discrimen reprobat *Trentac d. resol. 2.* cum statuit, quod pœnæ huius tituli æquè locus sit in reo, tum ob generalitatem rubricæ & *l. 1. C hoc t.* tum ob correlationem naturam. m In illos iactura litis *leg. 1. & 2. Cod. d. tit.* non m *tamen ipso iure per voculam afficerẽtur d. l. 1.* non *affecti essent*. Nec ex officio iudicis mero, sed ad petitionem partis; Eò quod pœna hæc, illius, non fisci, commodo cedat *Sich. ad d l. 1 n. 10. & seq.* In hos, cum exprimatur *d. l. 1. in fi.* arbitraria, pro caussæ, & circumstãtiarum ratione *Sich. ibid. n. 12. & seq.* Nec tunc tantùm, cũ redimunt actiones, sed & cum gratia procurationẽ vsurpant *d. l. 1. cir. med.* Diss. *Menoch. c. 276. n. 6* † Legibus Wisigothorum *l. 3. t. 2. l. 8.* cogitur potentior, patrocinium prębiturus, iudicio exire, vel in duas libras auri damnatur. *P. Greg. 49. Synt. 4. nu. 11.* † Pœnæ verò huic locus est, siue assumetur patrocinium, per viam procurationis, siue per aduocationis, vt *Trentac. d. loc.* (etsi *Cuiac. in Par. C. d. t.* patrocinij verò solam Procurationem intelligat, Postulare quẽlibet contra quemliber posse scribens) Et siue gratiâ suscipiat, siue mercede data, si actionem & litem vexandi gratia redemit, Procurator in rem suam, vel accepta, si agendam suscepit ceu Procurator alius, vid. *Cuiac. 8. obs. 31.* Eidem locus non est, in causis capitalibus arg. *l 18. Cod. de transf. l. 1. de iis qui sibi mort. Sich. in d. l. 1. n. 8. Trentac d. resol. n. 9.* Item si hos aduocaus litiget cum æquè potentiori, quia id fecit, non vt incuriat merum, sed excutiat arg. *l. 77. §. 31. de l. 2. Trentac. d. loc nu. 8.* n in quo hæc ratio verior, quia causam persequi n non cogeretur *l. 9. h. tit. Gifan. in l. 54. h. n. 4.* quàm illa A. Fabri ibid. quia huic paratũ sit restiturionis auxilium, o ita & o *Gifan ad d l. 6. n 3.* non reprobans tamen & aliam, quod impudens videatur, qui de vita fama bonisve periclitans ipse, alienas lites suscipiat p *Gifan. in d. l. 54. n. 7. & A. Fab.* quia p non præsẽs tantùm tempus, quo idoneus est attendendũ, sed totum

totum iudicij tempus, cum translato in alium damnosa ferè sit. q Etsi ad negocia admittantur, *d. pr.* quæ sine verbis, & auditu peragi possunt, licet non ita commode. Sibi enim imputet qui præposuit *Gifan. in d. leg. 43. num. 3.* Malè verò *A. Fab. vers. forsitan & ipsi*, ceu Tribon. adiectionem damnans, hoc negat, quod tutor, & curator mutus surdus, dari non possit, quodque ad agnatos deducendus videatur, qui eum eligit. Nam tutoris alia ratio. cuius officium non in personæ tantùm tuitione, & rerum gestione, sed & iudiciorum persecutione, & auctoritatis interuentu. Et mutos certè ad negocia, quæ vocem non requirunt, peragenda non inhabiles, sæpe etiam solertes experimur. Quid quod nec exempla desunt eorum, qui muti surdi nati, legere & scribere edocti. *Fr. Vallesi. de sacra Philos. cap. 1. pag. 57. Vasqu. 3. ill. contr. 103. num. 2. Phil. Camerar. operar. succis. cent. 1. c. 37.* r De furioso text. *l. 2. §. 1. h. t.* vbi negatur absentis loco esse, ad hoc scilicet vt, Procurator dari possit Cauillationi enim cuiusdam occurrit IC. Aliàs omninò absentis loco est *l. 124. §. 1. de R. I. & simil.* Imò plus quàm absens *A. Fab. ad d. l. 2. Cuiac. ad l. 173. de V. S. Forner. ad l. 209. eod Pac. 2. q.* 30. In prodigo ratio, & quia furioso comparatur, & quia iudicio quasi contrahitur, vid. *Iac. Ayrer. Proc. p. 1. c. 5. num.* f *49. & seqq* f De quibus pluribus *S. c. 3 lib. T.* vbi vide not. Sunt & quidam de quibus iusta dubitatio in certis causis, sed qui non arcentur vt t heres fiduciarius, in act. hereditariis datus, a fideicommissatio *l. 42. §. 3. h. t.* vbi in eandem personam concurrunt actiones directæ, quas retinuit heres, & vtiles, quæ in restitutione translatæ: sed diuersis respectibus Illæ enim quas Procurator datus suo iure habet, inutiles & inefficaces: Hæ verò vtiles. Sic enim & contrà Procurator, in rem suam habet actiones vtiles iure suo directas ex persona alterius, qui cessit *Anr. Fab add. §. 3. 2.* Dominus pignoris datus à creditore ad act. Seruianam *d. l. 42. §. 4.* Spectatur enim hic non tam res ipsa, quæ peritur, ne videatur Procurator rei suæ, *contra l 1. h. t.* quam ius credi. toris, in re, quod alienum. Paulò aliter. *Gifan. & A. Fab. ad d. §. 4. 3.* Correus credendi in actione de constituto, facto correo. Quia etsi inter eos communis obligatio fuerit, vnde quisque suo nomine actionem habuit, si tamen alteri constitutum, postea alteri solui nequit *leg. 10. de constitut. pecc.* Et in act. constitutoria non sunt correi, *Gifan. ad d. §. 4. num 30.* Aliud igitur, si datur ad agendum ex priori obligatione contra quam *Ant. Fab. ad d. §. 4.* tum ne rei suæ procurator sit, tum per d. § 4. argument. à contrario. Tam etsi 4. Correus debendi indistinctè dari possit, etiam in eadem actione *dict. §. 4.* Non quod vna numero obligatio non sit vtriusque, sed specie, vt Gifan. ibid. Nec quod olim sola electione vnius liberati cæteri, vt A Fab. Hoc enim refellitur, per ea quæ *S. lib. 16. cap. 25. lit. G.* Sed quia alia ratio hic rei, quàm actoris. Frustra agit alieno nomine, qui ex eadem causa potest, proprio. Aft non temerè defensionem suscipit correi conuenti, cum vtique nomine proprio, non possit suscipere litem, quia creditor, cui libera alterutrius conuentio est, contra hunc experiri non vult. t Intellige si ciuili, non naturali ratione arceantur. Quis enim dicet, non obiectâ except pupillo furioso muto, surdove iudicium consistere? Nec exceptio omissa in primo iudicio, potest opponi in iudicio appellationis *l. 13. C. h. t.* quia persona semel approbata Gifan ibid. & causa eadem cum priori, eoque effectus suos litis contestatio portigit *Sichard. in d. leg.* t *13. num. 12* Si tamen post litem contestatam ortæ fuerint, vel ante, iusto errore ignoratæ tunc demum competæ exceptiones admittentur, vid. *Ayrer. Proc. p. 1 cap. 5 obs. 5. num. 60.* & seqq confer ea quæ supr. *lib. 17. cap. 25. lit. O.* Si post litem contestatam constituitus Procurator, necesse est vt in primo actu, protinus repellatur, aliàs ille quoad hoc, pro litis contestatione est *Sichar. ad leg. 13. Cod. hoc tit. num. 5.* u Hæc ratio non apta est, quoad militem, qui nec u *si velit aduersarius Procuratorem dare potest d. l 8 §. 2.* & tamen lite cum eo contestata, iudicium consistit. Non quasi ex voluntate aduersarij: Nam & eo tacente, iudex militem repellere potuit: sed propter auctoritatem, & formam iudicij constituti, si & iudex, & aduersarius adfuerint, vid. *Anton. Faber in d. l. 8 §. 2. & Gifan. num, 18* Nam iudex sanè ex officio, repellere potest, argum. *l. 7. de postul.* sed ante litem contestatam, quia cum pro parte supplet, ad obseruantiam eiusdem iuris, & termini adstringitur *Sichar. ad l. 13. C. h. tit. num. 9 & seqq.* † Minori si non obiecta hæc exceptio, an processus valeat, varie tractat *Trentacinq. 2. pract. resol. tit de Procur. resol. 3. num. 35. add. Zang. de except. part. 2. cap. 8. numer. 24.*

CAPVT XII.

Mandatum Procuratorium.

3. MANDATVM quod tamen nec vbique requiritur, nec cum requiritur, semper certò probandum. VBI ALIA CAVSSA DEFENSORIS, QVI SINE MANDATO admittitur a *l. 33. §. publicè 2. h. t. l.* a *1. de neg. gest.* vbi ratio, aliàs certa pericula imminerent fortuitis absentium, qui diuinare non possunt, quando conuenienter, etiam pro inuito *l. 23. de sol. l. 39. de neg. gest.* Excipitur caussa famosa in quâ sic distinguitur. Si ita abest, vt de volunrate eius, cognosci nequeat, & prætor cogniturus est, b quilibet admitti- b tur: Sin non procul, aut in eadem ciuitate est, mandatum exigitur *leg. 39. §. vlt. h. t.* quæ licet de suspecti accusatione, ex ratione tamen ad alias causas famosas protrahenda, quia famæ causa, non cuiuis temerè committenda, ne malè agendo lædatur, absentis existimatio *l. 2. de obseq.* c ALIA PROCVRATORIS act. c mouentis, QVI NON SINE MANDATO *l. 5. §. vlt. de præs. verb.* quia nullam habet actionem Ergò *l. 6. §. vlt. ibi, quoniam, & c. de neg. gest.* ne quidem si satisdare de rato velit, quando certum est, carere mandato, arg. *l.* 40. *§. vlt. D. l. 1. C. h. t.* d Et ratio differentiæ Defensor d rei conditionem meliorem, actoris, non deteriorem facit, neque enim actor cogitur litigare. Hic verò admissus, faceret rei conditionem peiorem, si nullo iure suo, iudicium pati cogeret. e Adeò vt etsi post e litem contestatam, falsus Procurator, id est mandato carens, inueniatur, iudicium nullum *l. 24. C. h. t.* quia nulla hîc actio, nec propria, nec mandata. Ergò per definitionem actionis. In quo alia caussa eius, qui personæ conditione remouetur, in quod initio litis inquirendum, an idoneus sit. Quod si tunc admissus iudicium consistit, vt c. præced. lit. V. Hic verò consistere nequit; deficiente actione. f Nec obstat voluntas aduersarij, qui admisit, quia tanquam Procurator admisit, & in illum consensit. Ergo Denique error consensum excludit. Planè & de hoc ipso, an mandatum habeat, in principio quæstionis inquiri debet *d. l. 24.* Nimirum ad hoc, vt non possit post litem cõtestatam hæc controuersia fieri, an Procurator sit, & ità in dubio. Secus si res certa esse, & per se cõstare cœperit confessione, vel obnuntiatione domini; vel ex instrumentis causæ. g In dubio verò admittitur, etsi g non probet mandatum (contra videri poterat, ex regulâ *l. 2. D. l. 23. C. de prob.*) si ratihabitionis cautionem præstat *l. 1. C. h. t.* vid. I. *c. seq. lit.* X. Idq; suadente vtilitate, ad lites citius dirimẽdas, ne longiori inquisitione de mandato, mora iudicio iniiciatur, cum & sic abundè reo caueatur. Vna caussa est, vbi mandatum liquidò probãdum in *l. 66. §. 1. ad Treb.* EXCEPTÆ verò, vbi mandatum non requiritur h *quædam personæ*, vt h liberi masculi sc. non fœminæ, nisi iis cõditionibus, vt c. præc. *lit. G.* etsi sint in potestate, i parentes, fratres, i affines, k liberti *l. sed & hæ 35. pr.* maritus *l. 21. C. h. t.* l k duabus conditionibus. 1. Si non apertè repugnet l voluntas eorum, pro quibus agunt *leg. 40. §. vltim. h.* quæ & tunc videtur repugnare, si speciali mandato de certâ lite dato, agat de alia *d. leg. 21.* quia illud procurationi modum fecit, ac in cæteris ademit arg. *l. 12. §. 43. de instr. leg.* m 2. Si satisdent de rato, ac m defensione *dd. 40. §. vltim. leg. 35. pr. h. vt cap. seq.* n ET n QVÆDAM CAVSÆ vt 1. Negocium commune, si plures consortes litis iam effecti, lite contestata o & vnus abesse cæperit, cæteri persequi possunt, o modò satisdent rato, & absentem defendant *l. vlt. Cod. de consuid. lit.* tum quia caussa connexa *l. 3. Fam. erc.* tum quia hic præsumpta absentis voluntas, qui iam litem contestatus, censetur iis partem suam litis

commissurus, quos consonum est, ob communionem commodi, & periculi, ex fide caussam administraturos. 2. Qui cum alieno nomine in possessione esset, colonus, inquilinus, hospes, eâ deiectus suo nomine tirè non experitur, domini verò nomine, sine mandato; & sine cautione quoque; cum & seruis id concedatur, qui cautione obligati nequeunt
P *lib.1.C.si per vim vel al.mod.* P MANDATVM AVTEM HIC EORVM QVIBVS MANDANDI IVS. VT SVNT LEX, rerum nostrarum domina, quæ mandat tutoribus, qui ideo de rato non cauent *l.1.§.2. l. vulgò* 2 3. *de admin.* ET DOMIMVS LITIS *l.24.C.h.*
q *tit.* q id est, cuius actio propria est, non cui, & ipsi mandata, vt Procuratores, tutores ante litem contestatam *l.8.l.11. C.l.74. D.h.t.* Etsi enim pro dominis, ita tamen dum mandati iure vtantur, cuius fines
r excedunt, si alij mandent.r Potest quidem Procurator administrationem negocij, alij mandare *l.8.§.3. Mand.* sed hactenus, vt is cui mandauit, ipsi obligetur, non etiam, vt mandatum noceat reo, qui inuitus non cogitur, secundum hunc Procuratorem admit-
s tere; s Actorem quoque aliquando constituunt, tu-
t tores, & curatores *d.l.11.* sed decreto magistratus, t caussa cognitâ *leg.24.pr.de admin.* t si pupilli fari nequeant, aut absint; aliàs ipsi Procuratorem consti-
u tuunt, auctore tutore. u OMNIS; SIVE PRIVATVS,
x etiam filiusfa. & seruus, vt supra *cap.10.lit.A.* x SIVE VNIVERSITAS. *t.D. Quod cui.vniu.* Nam vti ciuitates & municipia, ita omnia corpora & collegia licita, res communes, & arcam communem habere possunt *l.1.pr. & §.1. d.t.* Et siquidem vniuersitas ad vnum redierit, per se conuenire & conueniri potest, cum in eo stet, nomen vniuersitatis *l.7.§.vlt.eod.* etsi tres ab initio collegium faciant *leg.8 §.de V.S.* Sin maneat vniuersitas ET POTESTAS EST ACTORIS, & defensoris CONSTITVENDI *l.1.§.2.l.2.d.t.* Quia vero quod omnes tangit, ab omnibus probandum videtur *c. quod omnes d.R.I.* in 6. contra difficilis sæpe omnũ ciuium in vnum coactio, ad Syndicum constituendum, ad hæc, de re ciuitatis publica, non singulorum priuata agatur, res eò deducta, vt ceu est *in l.3.d.t.* ciuitatis nomine experiatur, quem Lex scilicet municipij scripta, vel consuetudo *l.6.pr.eod.* dedit veluti si ita: Qui primus, aut qui postremus erit decurionum, Syndicus est; aut ordo scilicet decurionum *d.l.6.§.1. & t.D. de decret.ab ord.fac.* Vbi non requiritur vt omnes decerint, nec sufficit si maior pars, sed vt plures partes ordinis, vt ex tribus duæ *d.l.3.eod. l.45.Cod. de decur.* Pone. Decuriones sunt quindecim Actorem non rectè dabunt nouem etsi maior pars sed decẽ. Aliud in pluribus iudicibus, & arbitris, vbi sententiæ, maioris partis statur, *l.17.§.vlt.de rec.arb.l. 39.de re iud.* Quia illi per se singuli dantur, & spectantur. nec vnum corpus efficiunt, cuius partes considerari possint. Duæ autem partes dare possunt, etiã cæteris absentibus *d.l.45.* (omnibus tamen priùs in Curiam conuocatis *l.2. Cod.eod.*) in quo itidem aliud, in iudicibus, & arbitris *d.l.17.§.vlt.d.l.39.* Nihil tamen refert ipse ordo designet, an dicat se constituere, quẽ duumuiri elegerint *d.l.6.§.1. Quod cui.vniu.* perl.5.§.3. *de admin. tut.* QVI SI AD OMNES CAVSSAS præsentes. & futuras CONSTITVTVS, DICITVR SYNDICVS, sin ad certam caussam, actor *l.vlt.§.defensores 13. de mun.* & sic accipiuntur Syndici *d.l.6.§.1. in fin.*
y Quos si loci consuetudo non fert, non potest dari actor, nisi ad certas, & præsentes caussas, non verò ad controuersias quæcunque inciderint *d.§.1. vbi* ratio, quia decretum non potest esse, de re, quæ adhuc in controuersia non sit, cum nullum sit sine caussæ cognitione, cui in proposito locus non est, vbi caussa ignoratur. z DVPLEX VERO DOMINVS LITIS. A- z
LIVS ANTE LITEM CONTESTATAM, vt relati antea, quibus accensendus defensor, qui iudicatum solui satisfecit, quo obligationem in se suscepit *l.76.h.t. de quod vid.* Specular. *tit. de Procur n.17.& seq.* aa ALIVS aa
POST, qui nempe litem contestatus est, licet egerit alieno nomine *l.11. l.22. & seqq. C.h.t.l.11.de doli exc.* bb quia eo ipso, sibi iudicati obligationem quæsiuit, bb
aut ea se obstrinxit *l.3.§.11. de pecul.* & tunc is solus, nec quod postea cum eo, qui mandauit, iudicio sit ratum est *d.l.22. l.vn.C. de satisd.l.1, C. de sent.& interl.* cc cc
propter nouationem *l.vlt. C.de vs.rei iud.* Idque summo iure, vt iudicium inter quos cõstitutum, inter eos transigatur. Reuera & emolumẽto res est prioris domini. Ad quem commodum & damnum litis redit, act. vtilibus. Vnde & ex caussa mutandi Procur. potestas, vt infr. *ca.17.* QVOD mandatum NON SIT FINITVM, AVT REVOCATVM, etiam tacitè, vt posteriore dato *l.31.l.vlt.h.* dd item si plures simul dati, & dd
vnus agendo occupet *l.32. h.* QVODCVNQVE SIT, MODO CONTINEAT CAVSSAM eam, QVA DE AGITVR, ee QVANDO AVT SPECIALE, quod reliquas ee
caussas remouet *l.21.C.h.t.* ff exceptis illis, sine quibus mandata actio exerceri nequit: vt si ad vindicationem datus, ad exhibendum agat, vel ad legatum petendum, interdicto de tabulis exhibendis vtatur *l. 56.l.62.h.t.* gg AVT GENERALE, vbi non interest no- gg
minatim, libera omnium bonorum, vel actionum potestas data, an simpliciter. hh Vtrobique enim, ex ver- hh
bis omnis caussa cõtinetur ii vt probat *l.58.h.t.iunct.* ii
l.12. de pact.l.113. de R.I. Ex sententia autem excepta quædam caussæ mandatum speciale exigentes: vt interdictum de liberis exhibendis *leg.40.pr.h.tit.* omnis caussa famæ *l.39.§.vlt.h.* & restitutio in integrum *leg. 25.§.vlt.de min.* quia & hîc caussa existimationis ferme vertitur, cum gesta contra fidem rescindantur. Ac vt de fide non agatur, confessio hîc imperitiæ, & stultitiæ eius, cuius nomine petitur restitutio. kk Et quæ- kk
dã personæ, vt si ex duobus Procuratoribus generalibus, vnus debitor sit mãdantis *l.46.§.vlt.& 2.seq.h.t.*

NOTATA.

2 Et hic specialius defensor dicitur, vt not.*S.c.9.lit.C.* De a
vid. Rosbach Processꝰ.tit.13.nu.10.& seq. Chilian. Ronig. processꝰ.p.1.tit. Bon.dem Beistretter oder defensore p.183.& seqq. Suerin rep.lect c.12. Vbi differentiam Procuratoris & defensoris huius persequitur. Et defensorem hunc, voluntarium vocant, secernentes à necessario, qualis est Procurator in reconuentione. *Rosbach d.t.13.n.2.& 3. Gisan.in l.43.§.vlt. h.t.n.17.* b Si scilicet edictis euocatus, copiam sui non fe- b
cerit, præuia diligenti inquisitione *l.7.§.vlt.de susp.tut,* c c
Recte. Nec probo quod *Wesenb.in Par.h.tit.n.5.& Bronch. 1.assert.55.* quoad caussas famosas ita distinguunt, vt si pœna certa iis præstitura, relegatione leuior, admittatur Procurator *l.42.§.1 hoc tit.* Sin arbitraria & incerta petatur, repudietur idem, quia hæc augeri, & ad mortem extẽdi possit. Et sic exaudiunt *dict. 39.§. vlt.* Nam si hæc ratio *dict. §.vlt.* quia suspectus corporaliter puniri potest, ne quidem cum speciali mandato, procurator audietur, extra casum, quo absens damnari potest, per ea quæ supra *tap.10. lit.E* Ac rectè *Menoch.arbit. quæ 80.nu.12. in d.§.vlt.* caussam esse ciuilem principaliter, ac Farinac. communem hunc intellectum esse testans *q.crim.99.n.41.* Peius *Ant Faber.in d.l.39.§. vlt.* totum vers. *Sed non facilè d.§. vlt.* ceu ineptum Triboniani emblema damnat d Vulgò ita: Aut certũ est habere man- d
datum, & cautione non oneratur, aut certum est non habere, & nec cum ea admittitur, nisi sit vnus ex coniunctis, & vt coniunctus adsit. Aut dubitatur de mandato, & cum cautione admittitur. *Duar.h.tit.c.7.P.Greg.49.Synt.4.n.9. Azo in Summa C.h.tit.n.23. Magon. Cynoſ. aduocat. capitul.17.n.18. & 2 seqq. Gisan. ad libro 39.§.1.h.num.7. & 8. Vasqu.2. controu. vsu freq.16. numer.3.* e Etsi enim videatur cautio- e
ne rati,

ne rati, de indemnitate prospici, expedit tamen intacta potius iura seruari *l.vltim. C. In quib caus.rest.* Adhæc interest, aduersarij molestia diuersorum iudicium non vexari *l.6.de minor.* cuius molestiæ æstimatio vera, iniri nequit
f *Time.Fab.1.annotat 21.num.1.* f Hinc insanabilis reputatur nullitas, defectu mandati *Oldan. Vestr. pract. aul. Rom. lib.5.cap.13.num.3. ibique in annot. Granat.lit.G.* Et ideo in quacunque parte litis, etiam in exsecutione iudicari, opponi exceptio falsi procuratoris potest *Duaren.h.t.cap.7 initio Magon. Cynoſ. aduocat. cap.7.num.35.& numer.38. Ant. Fab. ad l.8.§.2.h.t. Sichar. ad l.13.C.h.t.num 4.& ad l.24.num.2.* Etsi enim exceptionem procuratoriam hoc quoque casu, dilatoriam dicamus, non vero vt *Ant. Fab. d. loc.* post alios quos citat Sigism. *Scaccia lib.1. de iudic caus. ciuil.& c. c. 101.n.46.* peremptoriam, tamen regula, de dilatoriis initio opponendis fallit, quando dilatoria tam efficax, vt probata processum inualidet, veluti hæc, vt & exceptio incomperentis iudicis, malè concepti libelli &c. Probatâ enim tali exceptione, cum acta nulla fiant, perinde iudicatur, ac si nec vlla litis contestatio fuisset, ait *Sichar. in d l. 24. num.4.& 3.* Et censetur itaque ante litis contestationem obiecta, quia deficiente vna personâ ex tribus iis quibus iudicium consistit, necesse est omnes actus iudicij, proinde & litis contestationem, nulla fieri *Gail.1.obser.47 numer.2.*
g *add. Ioan. Bapt. Asin. praxi iudic.§.13.cap.2.lim.1 8.8* Vnde si post litem contestatam obiiciatur, onus probandi falsitatem Procuratoris, incumbit excipienti *Sichar. ad l. 24. C.h. t. numer. 6.* Nec tantùm si mandati instrumentum priùs approbatum, deinde id falsum esse, vel reuocatum contenditur; Sed etsi mandatum planè nullum antea exhibitum: Eo enim ipso, quod litem cum illo contestari, passus est, constituit eum in quasi possessione Procurationis; & sibi imputet, quod non exegerit Vasq. de communi testans *2.contr.vsu freq.16 num.4. Zang. de except. p.2 cap.8. num.17.* Vbi tamen iudicem ex officio posse exhibitionem mandati, etiam litè contestata, desiderare; cum id litibus citiùs finiendis, & ne iudicia fiant elusoria conducat, itaque vsu seruari perhibet, add. *Vasqq. d cap.16. numer.2. & 3. Alexan Stiaticus Pract. obser.cap.3.num.5. Rulant de Commissar p.1.lib 5 cap.8.n 3. Magon. Cynoſ aduoc cap.17. n.26. & seq. Nicol. Ant Granat. annotat. ad pract. Vestrij lib.4 c.5. lit.A. & Sigism. Scaccia lib 1. de iudic. caus. crim. & haret. cap.101.num 33.* qui hanc æquiorem, & receptiorem vocant, licet contraria quoque, dicatur communis † Iudicium verò cum falso Procuratore susceptum, tametsi nullum sit respectu principalis, ratione Procuratoris ipsius asserti valere volunt, per *l.61.h t l.4.pr.de re iud* Quæ tamen
h II. de eo qui se liti obtulit loquentes, non de Procuratore actoris, exaudiendæ, quia is condemnari nequit in caussa principali, proinde, nec actio iudicati in eum dari potest, licet si de rato cauerit commissa stipulat. teneatur ad id quod interest, vt infra *c.14.lit Ff.* Sed de defensore rei, qui sine mandato admittitur, vid. *Donell. ad d l.4.pr. Cuiac.14. obserꝰ.20.* † Sed quid si sententia pro falso Procuratore lata, nunquid domino prodesse poterit, ex ratihabitione post sententiam, vt inde ipsi iudicati actio, itemque vtilis ex stipulatu, ob commissam iudic. solui, cautionem huic Procuratori præstitam, detur? Sicuti inter omnes conuenit, ex eadem obesse illi posse *l.3.§.vltim. Rat.rem.hab.)* Et quanquam hic varient Dd. nec desint, qui non, nisi in sui præiudicium probare posse contendant, *Mynsing.1.obs.44. Fachin. 8.contr.61.* quod ratihabitio congruo tempore interponi debeat, instantia necdum perempta: Crebriùs tamen eò itum est, vt indistinctè valeat hæc ratificatio, siue à maiore, siue à minore facta, per *l licet 56.de iudic.* Imputet enim sibi pars aduersa, quod iudicium cum falso Procurat. peregerit. Et quando actus alterius nomine gestus, ab initio habuit omnia essentialia, solo deficiente consensu illius, superueniente eo rectò validatur *l.16.§.1. de pign. Gail.1. obs. 47.numer 4.* rebus iudicatis firmans *Tessaur.decis 7. num.1. Martin. Monter à Cueua decis.40.num.67. Trentac.2. pract. resol.tit.de Procur.resol.2.num.2. Tim.Fab.1.annot.20.* qui hoc præter alios comprobat, ex *l.3.§.2. & seq. Iud.sol.l.22. §.5. Rat.rem hab.* quas eleganter inducit, quæque hoc firmissimè probant. Absurdum certè stipulationem rati semper in eum finem interponi tam, vt ratum habeat dominus, nunquam eum finem sortiri, sed semper committi caussa ab aduersario obtenta. add. not j *cap 14.lit. A. & B.* h Quos
tamen tacitum habere mandatum præsumi, ex coniunctione, & affectione personarum, quæ facit vt nulli facilius, libentiusque non daturus credatur dominus, vult *A Fab ad l.35.§.1.& ad l 40.§.vlt.h.t.* Nec ideò tamen veri sunt Pro-

curatores, vid. j. *cap 14. lit. B.* aliàs nec de rato cauerent Nec mandatum habent à lege, vt quidam, *Io. Bapt. Leonell. de subrept rescriptor.q 3.artic.10.* quia L. agere tantùm permittit non mandat. Vnde nec in statutis, nomine Procuratorum veniunt *Vasq.2.vsu freq.23.numer.9.* Ac nec sententia pro iis dicta prodest, nec aduersa nocet domino litis *l.7. C. de reb.cred.* nisi ratum habeat, ita vt lit. præced. Quin immò necesse est vt tanquam coniunctus aliquis horum interueniat. Nam si vt Procurator, nihilominùs exigi mandatum poterit. Quare forma comparitionis animaduerrenda, si rectè *Sichard in l.12.C.h.t.nu.14.* i Non tamen na- i
turales, contra quàm vult *Peck. de iure sist. cap.3 numer.4.* quia, iure ciuili, vt liberi non considerantur, Procuratio verò officium ciuile *l.2.de R. I* Minùs spurij, vel incestuosi *Sich.in l.12.C.h.t.num 13. Rosbach. Processꝰ tit.14 numer.7.* Filiusfam. autem sine mandato patris in omnibus caussis, vid. *Sc. Gentil de bon. matern.cap 26.p.173. & seqq.* k Puto k
proximos solùm significari, puta soceros, generos, vitricos, & sorores. Quia enim cognatorum, qui sunt vltra fratres in *d.l.35 pr.* nulla mentio, ius verò hoc singulare, extra personas non trahendum, consequitur eodem gradu admitti affines, quo cognati. Tantum verò abest, vt transuersales ad decimum vsque gradum, quousque porrigi successio creditur, admitti cum *Sich. ad d.l 12.num 6. Rosbach. Processꝰ.cap.14.numer.3.* statuam; vt ne quidem ad quartum vsque gradum, cum *Chil. Ronig Processꝰ tit de excu & defens. p.186.* aut tertium, vt statuta *Hamburgens p.1 tit 10. artic.1.* audiri putem; nullis hanc facultatem, nisi quibus ipsa legis verba dant, tribuendam censeas, cum fratrum appellatio propria, agnatos, cognatosque vlteriores non complectatur *Goth de tutelis Elect. lib 3. pag.52.* Tametsi contraria sententia à pleriisque omnibus recepta sit ita tamen, vt multi, iudicis arbitrio, pro more regionum, definiendum, quis hic coniunctus habendus, relinquant, vid. *Ioan. Monach. Pract. iudi p.6.cap.4 num 10 & seqq.* Vnde Dd contentio an hoc ius obtineat in amico, non leui notitia coniuncto. Quod etsi negent *Peregrin. Iasnin. de Citat. reali lib.3.cap. 3.num.1. Chil. Ronig. Processꝰ.p.1.tit.de Excusat.p.187.& 191. Gail.2.de pa.publ.10.num.18 & 1 obs 133. num.2.* aduersam opinionem vsu reprobari scribens & *Gisan. ad l.35. pr h.t. numer. 4.arg l.20. de neg. gest.* ac communem esse testatur *Vasqu.2. contr. vsu freq. 23. numer.7.* Admisso tamen illo pr. suppositio, de cognatis ad decimum vel saltem ad quartum gradum admittendis omninò afforet, cum *Sich. in l.12.C.h.t num 7. Tiraq. in L8 C de reuoc. don. v. libertis nu. 102.& de pœn. temper. cap 22.num.34. & seqq. Vasqu.d.num. 7. P Peck. de iure ſiſt. cap.3.num.8. Rosbach. d.tit 14. num.14. & seqq.* Quia certè amicitia interior, præferenda coniunctioni sanguinis, & affinitati remotiori, non tantùm ex Philosophorum *Cicero 1. off & in Lelio Valer. libr.4.cap.7* pulchrè *Fr. Petrarcha lib.1. de remed. vtriusque fortunæ Dial. 52.* sed & nostrorum sententia *l pen.pr. D.l.cum allegas 4. C. de castr.pecul.* scitè *Decian.3 tract.crim. 5.num.13. Tiraq. de pœn.cap.22.num.44.* Et quis neget maiorem esse plerumque, affectionem erga familiarem intimum, quàm erga cognatos nimis remoto gradu iunctos, quos multi plurimos quandoque habent inuisos & ignotos. Quare prior sanè sententia absolutè verior, posterior verò hæc ex prædicta hypothesi vtriusque opin assertorum probabilior. † Planè & in coniunctis exceptionem tradunt; nisi contra conuentum in pari gradu agant P. *Gregor. 49. Synt. 4.num* 8. Et si plures concurrant, coniunctiores præferendi, per *l.5 § 5. de his qui dese. Sich. ad d.l. 12.num.12. Ronig. d.tit.p* 186. vel, si omnes æquales, idoneor arg. *cap 6.§. vlt h.t in 6.* † Canonicum quoque, ceu coniunctam personam, pro ecclesia sua audiri, per *c.coram 34. & ibi not. de of. deleg.* vult *Bouer singul.16.n.18.* Et generaliter Clericos, ac monachos in caussis ecclesiæ, vel monasterij sui, sine mandato admitti, per *cap. 14 de censib cap 4. de confirm. vtili vel inut. Ayrer Processꝰ.p. 1.c 5.obser.2.num.32.* Sed & magistratum pro ciuitate, & subditis ita rectè experiri vult *Vourmser.tit.5.obs.18.num.6.* Quod ita admittit *Gail 1.obserꝰ.125* si ipsius domini aliquo modo, saltem in consequentiam, interfit, vt si alius ab iis collectas exigat, in agricolatione turbet &c. Neque nimis generale illud, quod interest domini, subditos habere locupletiores, hic attendi. Denique socios inter se inuicem, habere tacitum mandatum à lege vult *glo. in l.nemo 68. Pro soc. de quo Trentacinq. 2 pract. resol.1. de Proc. resol.8.* hoc declarans *numer.2.* circa ea scil. circa quæ expressè contracta societas, non quoad alia. l De quo ratione bonorum, hæc vulgaris distinctio est Aut agit maritus de dotalibus, & nec l
cautio rati exigitur. Idemque ius in paraphernalibus, per *l.*

vltim. Cod. de pact. conuent. Aut de aliis, quæ sibi peculiaria vxor tetiuit, receptitia vocant, & tunc satisdatio solennis requiritur. Atque ita restringunt *d. l. 21. Sich. ad l. 2. C. h. t. num. 2. Bus. ad l. 35. D. h. t. num. 2. Mynſ 1. obſ. 53. Gail. 1. obſ. 133. num. 7. Zang. de except. p. 2. c. 8. num. 7. Brunch. 1. miſc. aſſ. 27. Ranchbar. p. 1. qu. 2 n. 42.* Sed illam dist, ceu absurdam, reprobat *Gifan. ad d. l. 21. C. h. t. num. 4.* & seqq. volens immò receptitia, non alia esse, à paraphernis, nec rectè tria rerum vxoris genera statui. Sic enim *Agell. 17. Noct. 6.* docet receptitia nuncupata, quæ doti, non data, sed retenta, vid *Curt. 1. Coni. ad fr. 39. Ant. Hotom. de veter. rit. nupt. cap. 8.* Quanquam & *Cuiac. ad tit. 6. Vlpian.* diuersa censet paraphernа, quæ extra dotem ad virum delata, & receptitia quæ non delata. † Verè sit *d. l. 21.* indistinctè de rebus vxoribus loquens, ad hasce angustias se cogi non sinit. Planè in dotalibus, nec mandatum, nec cautionem exigi nihil verius, sed id inde, quia illarum dominus est maritus, maximè quoad actiones mouendas *l. 9. C. de R. V.* atque ita agit nomine suo; nullus autem rei suæ Procurator. Quare incautè *Mynjing. d. obſ. 53. num. 3.* si in illis mandatum recipiat maritus, amplius non posse eum sine mandato agere & *Trentac. 2. pract. reſol. h. t ref. 5. num. 10.* non cauere pro dotalibus si suo; cauere si vxoris nomine experiatur. Nam imò nomine vxoris de his agere nequit, per definitionem procuratoris. Ad *d. l. vltim* ℣. *Gifan. d loc. num. 8.* esse specialem casum in nominibus, seu cautionibus fœneratitiis. Apparere id 1. quia marito vsuræ ex hisce cedunt. 2. quia vxori hypotheca in bonis mariti, ob pecunias his cautionibus debitas exactas; quæ alieua à natura paraphernorum, quorum vtilitas omnis vxoris. Aliter *Zobel. p 2. diff. iur. ciu. & Sax. 25. numer. 5.* post alios quos refert, ipsa traditione instrumentorum, in *d. l. vltim* concessum esse mandatum ad agendum & *Alciat. reg 1. præſumt. 33. Caſtillo contr. quotid. cap. 23. num. 32. add. Peregrin. Iannin lib 3. de citat. reali cap. 16.* Sic & *Trentacinq. d numer. 10.* in paraphernis requiri mandatum; sed id vel expressum, vel tacitum, vt si maritus habeat instrumenta facientia ad causſam, atque tunc non cauere eum de rato tenebiti, si probet contignationem sibi, ab vxore factam, sin minus cauere. † Ad hoc verò vt sine mandato ita admittatur, requirit, vt agat tanquam maritus. & legitimus administrator, aliàs, si vt Procurator, exhibere mandatum teneri, quia sibi imputet, quod hanc viam elegerit *Mynſ. d obſ. 53 numer. 6. Trentacinq. de reſol. 5. numer. 8.* vbi *num. 3. & 7.* idem iuris esse in sponso de præsenti, nec admitti sponsum de futuro, ac requiri hanc coniunctionem tempore actus celebrati, nec prodesse si postea maritus effectus fuerit. † Iure Sax. etsi cautio quoque rati à marito non exigenda videatur, tum quia eo iure legi imus est curator vxoris suæ. Ergo per *l. 23. de adm. tui.* tum quia totorum vxoris bonorum administratio, & vsusfr. ipsius. Sanxit tamen Elector. Augustus *Non. ſua 15. p. 2.* nomine vxorum agere, vel defendere voleutes, non, nisi exhibito mandato, vel cautione rati præstita audiendos. Qua de re, & quis modus vxori maritum à satisdatione immunem præstandi, vid. *Rauchbar p. 1. qu. 2 numer. 38.* & seqq m *Duaren. h. t. c. 7.* Quare habens mandatum, etsi generale, præfertur coniuncto, quia illud plus operatur, quàm coniunctio, per *l. 3. §. 3. iunct. præcedd 1. ud. ſolui Vaſqu. 2. uſu freq. 23. num 9.* Sicuti & in casibus, qui in speciale mandatum exigunt, non audirur *l. 27. pr de min. Fr. de Caldas ad l. 3. C. de in int. reſt. in definit. v implorandum num. 8. Couar. 1 var. reſol. 6. numer. 5. Sich ad l 2. C. h. t. nu 11. Nicol. Ant. Graual. annotat. ad pract. Veſtrij lib. 3. cap. 4. Chil. Ronig. p. 1. pag. 187. Rosbach. Proceſſ. tit. 14 num. 12.* Et si dominus litis propinquo in loco degat, exquiriri eius voluntatem debere vult *Hippol. de Marſil. ſingul. 118. num 2. arg. l. 43. §. 3. h. t.* n *l 8. pr. de neg. geſt.* Quam cautionem exigi vult *Vaſqu. 2. contr. vſu frequ. 23. numer. 6.* etsi sciente ac patiente domino egerint, quia tacens, in hac materia, non est pro consentiente *l. 8. §. 1. h. t.* Et nec filius patri litigando præiudicat, nisi is ratum habeat *l. 7. C. de rob. cred.* Non verò exigitur eadem, si pro suo iure, & interesse interueniant *Chil. Ronig. Proceſ. p. 1. h. t pag. 188.* Quare patet de aduentitiis filiorum agens, ceu legitimus administrator, non satisdat *P. Fab. ad l. 16. 156. de R. I. pag. 639. Pinel. in l. 1. C. de bon mat p. 2. num. 67. Rauchbar. p. 1. qu. 2. num. 4.* o Ita *d. l. vltim* verba *poſt litem ordinatam* exponunt *Sich. ibid. Pac. 2. enant. qu. 44. Trentacinq. 1. pract. reſol h. t reſol. 7. num. 3.* quia ante litem contestatam, nec verò sunt consortes, cum nec lis dicatur, sed controuersia, & consentiunt *Couar 1. var. reſol. 6. num. 6. Tima. Fab. 1. annot. 2. num. 3.* Dissent. *Cuia. in Par C. d. t. P. Frider. 3. de Proceſſ. extrah. 16. membro 12.* & *A. Fab. ad l. 40. §. 3. h. t.* volentes ordinatam litem aliam esse à contestatâ, ac dici ordinatam per præparatoria *l. 24 pr. D. d. l. 14. C. d. liber. eau.* Quod ordinare, sit præparare personam actoris, rei, & iudicis, ac te præmunire *l 8. §. 1. de inoff. teſt. l. 20. de pruſ.* Aliàs cautioni de rato non esset locus, quippe exigendæ ante litem contestatam *d. l. 40. §. 3.* Ad quod ℣. *Pac. d. loc.* species esse multum diuersas. In *d. §. 3.* de extraneo Procuratore, *d. l. vlt.* de consorte litis. Illic non quæri, an possit cauere de rato Procurator post litem contestatam, sed an cogatur. Quod ideo negatur quia post eam dominus litis effectus. Hic verò consors nondum admissus fuerat, tempore iudicij accepti, pro parte consortis, sed tantùm pro sua. Et *Sich. in d. l. vtim. numer. 3. & 4.* ℣. hic dilatoriam excepit. post iudicium acceptum originem sumsisse, ideoque quin opponi possit, nihil impedire. Planè, in causſis circa rem indiuiduã, posse vnumquemque agere & defendere initio in solidum statuit *Trentac. d, reſol. 7. n. 1. & 2. per l 4. D. ſi ex nox. ea. l 4. §. 3 ſi ſer. vind.* scilicet respectu iuris in iudicium deducendi, non respectu præiudicij generandi, consorti absenti, ac ita sententia prosit illi, non noceat *d. l. 4. §. 3. l. 71. §. vlt. in fi. de cond. & dem l. 17. §. pen. de adult.* Quid si causſa requirat speciale mandatum? Non admitti consortem plures volunt, cum nec coniunctus recipiatur, vt not. s. *lit. M.* cui tamen maior potestas cum & audiatur lite, à domino, non contestata *Coua. 1. var. reſol. 6 numer. 6.* Contra alij, quos laudat *Trentacinq. d. lo. num.* 10. quia cum his contestata, videntur & de hoc casu speciali cogitasse, & agitur hic de communi commodo, & damno. Planè in criminalibus non admitti, verius est, vid. *not s. cap. 10. lit. E pag.* 341. Quid si inhabilis ad agendum? Ita distinguit *Trentacinq. ibid. num. 12* In indiuiduis admittitur, quia habilitatus pro parte sua, etiam pro parte consortium, ratione connexitatis. In diuiduis secus, quia ea ratio connexitatis cessat. p Dissent. *Menoch. recup. poſſ. remed 6. numero* 30. putans seruos eo casu cauere de rato compelli, post *gl ibid & Bart. num. 7.* Et sanè etsi seruus ipse ciuiliter obligari nequeat, fideiubentes tamen, pro eo efficaciter teneri possunt. q Qui vel Procurem initio dare potest, vel lite contestata, iudicium in eum transferre *l. 46. pr. D. l. 20. C. h t* Iure vero Saxon. post litem contestatam constitui nequit *libr. 2. art. 30. diff. iur. ciu. & Sax. 7. numer. 6. p. 1. Color. deciſ. 139.* r Dantur enim tutores, vt per se negocia sibi commissa gerant, cum eotum industria sit electa *A. Fab. ad l. 74. h. t.* Post litem verò contestatam, rectè à tutore dari Procuratorem, non tantùm, si ipse impeditus sit agere, sed & si nolit, vult *Harim. tit. 5. obſerv. 6. num. 4.* Idem, quod de tutoribus, iuris esse in œconomis, rerum ecclesiasticarum administrationibus, Syndicis & aliis defensoribus rerum publicarum scribit *Duar. h. t. cap. 6. Vnde gl. in l. 11. C. h. t.* Episcopum, cum sit administrator ecclesiæ, non posse Procuratorem dare, æquè vti tutor, cui similis sit. Sed à Dd. omnibus notatur, teste *Sich. ibid. num. 8.* quia immò, ait, non est nudus administrator, sed propter vsumfructum plus iuris habet. Et in rebus suæ ecclesiæ, est Procurator in rem suam. Sic & patrem, de aduentitiis, in quibus vsumfructum habet, rectè constituere Procuratorem volunt, vid. *Sic. in d. l. 11. num. 9. Pinel. in l. 1. C. de bon. mat. p 2. numero 66.* s Vulgò traduntur differentiam quod Procuratorem ad negocia, quandocunque substituat *d. l. 8. §. 3. cap. 1. §. vltim. h. t. in 6. Petr. Gregor. 49. Syn. 4. numer. 6. Vuurmſer. tit. 5. obſer. 1. Hartm. titul. 7. obſerv. 3. numero 6.* nisi talia negotia, in quibus industria requiritur, & electa est, *Rosbach. Proceſſ. tit. 19. numer. 27.* Sic vniuersalem negociorum Procuratorem, non posse alium itidem generalem, substituere *Trentacinq. 2 pract. reſol. h. t, reſol. 1. num. 26.* Et nisi negocia ardua, & maioris momenti, vt si datus ad matrimonium contrahendum *c vltim. h. t. in 6.* Ad lites verò datus non ante indicium acceptum, nisi in rem suam datus *l. illam 33. C. de donat. cap. 1. §. pen. h. t. in 6.* Quam vnicam excepit iure ciuili proditam agnoscit *Gifan. ad l. 8. C. h. t nu. 4.* vel nisi substituendi alium, potestas concessa *d. c. 1. §. pen. & c. 3 h. t. in 6.* Quod iure ciuili receptum non videri, nullam tamen rationem hoc vetare scribit *Gifan. ad l. 1. §. 1. h. t. n. 33.* quia ipse dominus mandans, videtur substituere per alium *Aluiſ. de Albert ſingul. 88.* Neque enim, data hac potestate, ex suâ personâ substituit Procurator, sed mandantis. Quæ res magni effectus. Nam substitutus cauet de rato, in personam non substituentis, sed domini. Deinde mortuo substituente, etsi re integra, non expirat mandatum, vel substitutio, principali domino superstite *Sich. ad l. 11. C. h. t, n. 4. & 5.* Ex eadem ratione, facto substituti non tenetur substituens, si culpa aliqua ei imputari nequeat. *Vinc. de Franch. deciſ. 212.*

Hinc

Hinc & postquam substituit (posse autem etiam post sententiam ad appellandum *Achill. de Graſſis deciſ. Rom 64.*) functus est officio suo, nec potest substitutum reuocare, (modo is habilis sit, & acceptauerit, *Tiraquell. in l. boues §. hoc ſermone de V. S. p 7. limit. 6. num. 5.*) nisi & hoc ei concessum *c. 3. h. t. n. 6.* Et nisi data potestas substituendi vnum, vel plures. Tunc enim ex substitutione semel facta, Procurator non desinit post alios *Vinc. de Franc. deciſ. 465.* add. *Nicol. Ant. Graual. annot. ad pract. Veſtrij. lib. 4. cap. 5. lit. D.* † Coniunctam quoque personam, ante litem contestatam alium substituere posse, statuit *Trentac. d. reſol. 3. nu. 16.* per *c, accedens 11. extr. h. t.* quo hoc non probatur, & rectè reprobat *Gifan. ad l. 8. C. h. t. num. 4.* Ibidem *Trentac. n. 17.* si substituto ante litem contestatam oppositum non fuerit, postea non posse reiici, quia hæc exceptio dilatoria. t *l. vlt. C. de act. à tut. dand.* vid. *Gail. 2. obſerv. 107. Mynſ. 2. obſ. 38.* & confer. *Petr. de Vineis lib. 5. epiſt. 30.* Et horum constitutionis duo modi, 1. à tutore, qui postea adit iudicem, vt confirmet. 2. à Iudice cõstituente per decretum, petente tutore. Qui modus tutior, cum ille actor caueat, tutorem ratum habiturũ, hic ipsum pupillum, vid. *Sic. in l. 11. C. h. t. nu. 6. Hartm. tit. 5. obſerv. 6. nu. 2.* Et hi necesse est, vt vna cum actorio exhibeat documentum legitimè dati, vel constituti tutoris, vulgò tutorium, vel curatorium appellant *Gail. de obſ. 107 n. 1. Vvef. conſil. 35. n. 2. Zang. de exc. p. 2. c. 8. n. 13. Vult. ad tit. Inſt. de iis per quos ag. nu. 12.* Et finita tutela, actorium cessat. *Sich. in d. l. 11. n. 6.* u *Duar, h. t. c. 6 Mynſ. 2. obſ. 38.* Idem est in minore *d. l. 11. & l. 14. C. h. t.* Nec tantùm, si iam ante curatorij habeat, sed & si eo careat. Cum enim suo ipse nomine experiri nequeat, nec liti suæ Procuratorem solus constituere poterit, præterquam in casibus quibus sine curatore rectè agit, vt in causſa matrimoniali & spirituali *P. Greg. 49. Synt. 4. num. 4. Monach. Pract. iud. p. 6 c. 3. num. 6.* Sed & in causſis aliis si dederit, ac admissus sententia secundum eum dicta, valida est *d. l. 14. vbi ratio.* Quin & si pars sententiæ pro minore, pars contra eum, vt fieri potest in duplicibus iudiciis, illam ex parte vna sustineri vult *Sich. ad d. l. 14. nu. 1.* † Fœmina quoque, cum iure Sax. sine curatore in iudicio esse nequeat, nec Procuratorem constituere potest, adeo vt nec, quæ à Procuratore, à fœmina, propria auctoritate, dato, gesta ratihabitione curatoris, confirmari posse censeat *Moller. 1. Semeſtr. 18.* x etiam mutus & surdus *l. 43. pr. h. t.* quia consensus, nutu significari potest, & per scripturam, si literas calleat. Et hoc itaque intelligendum, de eo qui casu vtroque sensu priuatus. vel à natura alterutro. vid. *A. Fab. ad d. l. 43. pr.* & confer *not. s. lib. 6. c. 5. lit. R.* Sic accipiendus *Monach. pract. iud. p. 6 c. 3. n. 2.* mutuum & surdum referens inter eos, qui Procuratorem dare nequeunt. Cæterum qui, & quibus casibus, inhabiles sint ad agendum, iidem ad Procur. constituendum *Zang. de except. p. 2. ca. 8. n. 26.* Quæ cum, ex dictis *s. li. 17. c. 4.* huc transferri possint, hic repetere nihil attinet. y ita & *Vuurmſer. tit. 4. obſ. 2. P. Greg. 49. Synt. 5. n. 1.* Actor ait, in certo genere causſarum, defensor vniuersitatis, Syndicus in vniuersis. Sed hæc distinctio confunditur, vt *c. vn. ext. de Syndico.* Sic Syndici ab Atheniensibus creati meminit *Demoſth. pro Cteſiph. & pro Corona & P. Greg. d. c. 5 n. 3.* Tametsi Aeschylo, Syndici consortes litis ὁσίοισιν μέτεσιν, ἐν τῇ δίκῃ τῆς αἰτίας. *Cuia in Par. C. de conſort. litis* & Suidæ ac aliis plures causſidici, vel Procuratores *Alciat. 1. Pareg. 5.* vocantur apocrisarij *Nou. 6. c. 2. ſub fi.* † Syndicum administratorem ciuitatis vocat *Trentac lib. 2. pract. reſ tit. de Procur. reſol 1. nu. 2.* qui habeat administrationem cum libera, si datus ab vniuersitate, quæ territorium habet, non si ab alia, veluti academia &c. Sed rectè *Gifan. ad rub. Dd. de Procur. n. 32.* & seq. alios à Syndicis esse Curatores ciuitatis, seu administratores rerum ciuitatis, qui & Curatores Reip. *l. vlt. de off. aſſeſſ.* λογίσῳ *l. 3. C. de mo. mulc.* quique veluti magistratus municipales. Eorumque officium publicum, non ad causſarum, sed negociorum publicorum administrationem. † Quanquam verò Syndicum, à Procuratore differre vt speciem, à genere scribat *Gifan. d loc. num. 30.* & seq. itaque Donel. nostrum sentire appareat, rectè tamen *Dua. ad tit. D. Quod cui. vniu. c. 1. Vuurmſer. d obſ. 2.* propriè non esse Procuratorem, quia vniuersitas, subtilitate iuris & verborum attenta, domina dici nequeat. Tametsi, si Procurator vocetur, per hoc, instrumentum non vitiatur, *9. ext de Procur.* quia vbi de intentione constat, verba non curantur. Quid verò hoc mandatum & constitutio Syndici requirat. & an nomina singulorum cõstituentium exprimi debeant, consule *Mynſ. 1. obſ. 76. & 3. obſ. 18.* Plura de Syndicis expetens, adeat *Vuesenb.* qui pulcrè in *Par. D. Quod cui. vniu. Nicol. Loſa. tr, de iure vniuerſitat. p. 2, cap. 1. Chil. Ronig. Proceſſ. p. 1. pag. 199. & ſeqq. Rauchbar. p. 2. q. 1. Rosbach. Proceſſ. tit. 12. Rutger. Rulant. de Commiſſar. p. 1. l. 5. c. 8. & ſeq. Trentacinq. 2. pract. reſol. 1. tit. de Procur. reſol. 2.* z ita & *A. Fab ad d. l. 6. §. 1. d. t. & ad l. 3. de Procur.* quia causſæ cognitio, non potest controuersiam præcedere. Diuersa ratio est Procuratoris *d. l. 3.* quia is sua voluntate constituitur, nec causſæ cognitione opus aa *Suerin. reper. lect cap. 12. Konig. Proceſſ. p. 1, pag. 110.* Idem, & si nuda cautione, seu repromissione, aduersarius contentus arguni. *l. 45 in fin. pr. vbi Ant. Fab.* Quin & idem videtur, si dominus reus, pro Procuratore suo, hunc stipulationem dederit, per *l. 8. §. 3 l. 15. h. tit.* Etsi *A. Fab. 12. Conject. 16.* totam eam legem, ceu iuris rationi aduersam & à Triboniano obtrusam damnat & exagitat. bb Et tunc itaque alium rectè substituit, *l. 23. C. h. t.* ex persona sua, non mandantis, cõtra quam

Quod *Trentacinq. lib.2.quæst.resol.h.t.res.4.n.7.&* 8.extendit ad constitutos, à rectore ciuitatis, seu vniuersitatis, & à quocunque administratore: † In quibus verò caussis, lis non contestari solet, primus actus, qui in ordinariis iudiciis fieri consueuit, post litis contestationem, idem operatur, *Trentac.d.res.*4. Vsus tamen seruat, vt mortui principalis heredes citentur, ad assumendam litem *Zas. in l.*23.*C.h.t n.*6. *Gail* 1.*obs.*109 *n.*6.*&* 7. cui is, nec temerè, displicet, cum ita heredum, sæpe de industria litem extrahentium, malitiis ansa præbeatur, tutiusque sit contra Procuratorem procedi; atque in eum sententiam ferri ee Et modò, si in scriptis fiat, forma mandati (sic vsurpatur instrumentum, quo mandatum continens pro re contenta) sit legitima *c.*1 *h.t.in* 6. Quam inuii tradunt in *l.*65.*h.t.* de quo *Vult.*2 *Iurisp.*30.*n.* 27.& seqq *Vuesemb. Par.h.t.n.*7. *Rosbach.Proceſſ.tit.*20.*n.*18. & seq. *Ayrer.Proceſſ.p.*1.*c.*4.*obſ.*5. *Rulant.de Commiſſ.p.*1.*l.*5. *c.*8.*n.*4.& seqq. Requirunt verò, vt exprimatur nomen (aliave demonstratio, nominis vice fungens) constituentis, in prima, vel tertia persona, nihil refert; item Procuratoris constituti. Nam is certus esse debet *l.*2.*pr.h.t* Certus autem dicitur quoque relatione ad aliud *l.*6.*de reb.cred.* Vnde etsi illa constitutio, non valeat: *Qui primus Capitolium adscenderit*: vel ista: *Titium do Procuratorem*, si plures sint Titij, nec aliunde appareat, quis designatus, valet tamen hoc: *constituo mihi omnes Procuratores*, qui *in istâ Curiâ* Procurationis officium exercent, vt pro expressis habeantur, & litem persequatur, qui primus occupauerit, vid. *Boer.decis.*274.*Vasq.*2. *contr.vsu freq.*15.*num* 10. *& seqq. Ant.Massa Galesi. ad For. mul.Camer.oblig.parte* 2.*ad* 5.*partic.oblig.q.*1.*Rulant.d.c.*8. *num.*4. *Ant.Fab.ad l.*2 *h.t.* scribens posse dari incertum, ex certis personis, non verò incertum, ex incertis. Deinde contineat nomen aduersarij contra quem; vbi Q. si ei debitus honor tributus non fuerit, an exinde mandatum vitiosum? Et huiusmodi exceptiones reiectas, fuisse prodidit *Rulant. d.c.*8.*nu.* 5.& iudicis, coram quo. Itemque caussam in quâ, & actus, ad quos deputetur. Potest enim iure communi, & ad vnum actum iudiciarium eligi *l.* 2 §.1. *C de his quiven. æt.l.*4.*C.Mand.& facit l.*3. *h.t. in verbis vsque ad diem*; sed ex ordinatione Cameræ *p.*3.*tit.* 12. non nisi ad totam litem *Gail.*1.*obs.*51.*num.*11. *Mynſ.*1.*obſ* 46. *&* 5.*obs.*84 *num.*1. Ac solent præcipui actus exprimi, vt ex formularijs apparet, vid. *Rotschitz Proceſſ.p.*1.*art.*6.*n.*2. *Rosbach tit.*20.*num.*52. Quod, ceu abundans, in iis, quæ speciale mandatum non exigunt? neque enim ideo minùs Camerales, Procuratorium administrant, in quo litis cõtestationis, conclusionis in caussa &c. nulla mentio *Mynsing.* 4.*obs.*99.) nocere nequit, conducere autem potest amputandis cauillationibus. Subscriptionem quoque quæ tamen non necessaria, quâdo totum Procuratorium, manu mandantis conscriptum, isque de hoc, in eodem testatus est. *arg.pr.I.de Emt.& vend.vers.ſi & inſtrumenta & l.*28.§. *vlt. C. de teſt. ac tradit in ſimili Cra. uer.de antiq.temp.*1.§.*quæritur numer.*42.*p.m.*58.& sigillum mandantis requirunt, quem & alieno signo vti posse, censet *Rulant d.c.*8.*num.*7.*arg.eor.quæ* s.*lib.*6 *c.*8.*lit.B.* Ibidemque tradit in Principe & episcopo, sigillum adpositum sufficere, etsi ipse non subscripserit. Quamuis verò *Menoch.*2.*præſ* 57. *n* 37.*& arb.ca.*213 *n.*10.*&* 5.*q.* solam sigilli positionem, absque suscriptione, alias fidem facere sentiat: Rectè tamen sanxit D. Augustus elector Sax post visitationem, anno 1576. habitant sub tit. *Mandata vnd Bollmachten*: Procuratoria, vt multiuariis abusibus occurratur, non tantum partium sigillis, sed & subscriptionibus muniri oportere, ac si quis litterarum rudis, per tabellionem, vel ad acta iudicij, mandatum perfici oporrere. Comitibus & Baronibus hoc datur, vt si subsignare ipsi nolint, secretariis suis, aliisve egregiis ministris, id mandent, sigillo tamen adposito. *Zang.in prælect. ad ca.*1.*ext.h.t.* De sigillo, quando loco subscriptionis confer *Crauetta de antiquit. temp.p* 1.§.*quæritur num.*44.*&* 5. *seqq.pag.m* 58.*& seq* † Sed num & clausulam ratihabitionis inseri necesse est? Quod videtur, per *l.*65.*h.t.Vuesin Par.h.t. n.*6.*&* 7, P. *Greg.*49. *Synt.*4 *n.*7. *Rulant.d.c* 8.*n.*6.*& alij quos allegat Rauchb.p.*1.9.2 *nu.*1 Qui tamen ipse, contra nititur, contendens, neque eius omissione mandatum vitiari, neque adiectione ampliari, vt nec idem operari eam, quod clausula cum libera) ceu plures censent) quia, inquit, libera administrato, specialiter concedenda *l.*7. §.1. *in fin de pecul.* Neque etiam Procuratorem rei, à satisdatione, iudicatum solui liberare velit. contra *Couar.* 1 *var.resol.*6.*num.* 6. Ad *d.l.*65 *&. Rauchb.d.*9.2 *num.*37 illam vel ad ius vetus referendam, quo quilibet Procurator, etiam quem verum esse constabat, de rato cauit. vid. *not c.seq.lit.*Z. vel speciale esse in eo, quem absens, litteris, ad aduersarium directis, constituit; Secus esse, si mandatum actis insinuetur, vel dominus apud acta, Procuratorem constituat. † Sed etsi ita Viterbergenses iudicauerint, priori tamen opinioni, vtutiùs assisti puto, ita tamen vt mandatum quidem verum sit, quod dicta clausula careat, ast iustè eo casu ratihabitionis cautionem aduersarius exigat, *d.l.*65. Hac quippe, procuratorio nomine inserta, dominum de nulla negligẽtia, imperitiave, Procuratoris teneri, ne quidem in caussa, vel actibus iis, quos mandauit, rationis reor. Mandauit enim sanè, vt ageret Procurator, litem contestatur, testes produceret &c. Sed mandati istius nulla alia interpretatio, quàm vt ritè agat: Quicquid igitur negligenter, imperiteve gestum, id, ceu extra mandati fines, domino nocere nequit, nisi de omni, quod actum, rato habendo promiserit Quin itaque, si absit hæc clausula, etsi mandatum certò probatum, ratio exigendæ cautionis, quæ *c.seqq.lit.V.* non cessat, cum dominus denuò agens, excipienti de lite, ex mandato eius finitâ, &c. replicare posset, rem non ex mandato gestam; procuratoris culpa, iniuriave caussam perditam, id sibi fraudi esse non debere, qui mandauerit sanè vt ageret, non verò vt negligenter in lite versaretur, cum nec generale mandatum perdendi licentiam tribuat *l* 6.*pr. de cond. ind.l.*60.*l.*63.*h.t. & simil.* Proinde satisdatione hac nec verus Procurator releuatur, nisi dominus ipse de rato cauerit *d.l.*65. Sic nempe, sine periculo elusorij, vel redintegrandi iudicij, procedi potest, omneque litis damnum, fraude culpave contigerit, modo circa litem, actusve litis mandatos, dominus agnoscere debebit: Non sanè ex ipso mandato, (quis enim hoc voluisse dominum dicet, & alias actio non daretur exinde, contra Procuratorem si per hoc mandato satisfeciſſet.) Sed ex hac promissione rati mandato adiecta. Quapropter magnæ vtique vis est hæc clausula, ac vtrumque effectum operatur, cum vtà satisdatione relenet *rex. l.*65.*h.t.* tum vt idẽ, quod plena administratio, mandata contineat Quamuis enim specialiter hæc concedenda *d.l.*7. §.1. *de pecul.* hoc est coniecturis indici non debeat, sed verbis expressis, quibus tamen id verbis fiat, nil refert, vt j. *lit.Hh.* modò clarè mens loquentis liqueat: Qui verò apertius poterit, quam ex hist *Ratum habebò, quicquid Titius egerit*: Aut quomodo hæc minus cõtinebunt illis: *Do Titio, liberam agendi facultatem*, Dices: Atqui, cui omnium negotiorum, vel litium administratio concessa est, differt ab eo, cui libera, vt j, *lit.Hh.* Rectè inquam? Sed quid interest? omnes lites exercere posse, & in omnibus (vel etiam vnâ) liberè omnes actus geri licere, vel etiam quidquid in omnibus (vel vnâ lite, vno, vel pluribus actibus, prout nempe mandati forma, plus minusve continet) gestum fuerit ratum habẽdum. Interest immò! Illic non sequitur, si in omni re versari licet, igitur & quolibet modo. Hîc vero, nec ipsa versa alium sensum admittunt, cum in his: *quidquid gesseris* vox vniuersalis, non ad res, seu lites (nam & vbi vna lis committitur, sic caueri potest) sed ad modos versandi in lite, referatur. Proinde complectitur quidquid, quocunque modo, etsi malitiosè, vel socorditer, modo non extra causſam commissam, gestum erit. Et bene *Vuesen. in Par.h.t.nu.*7 clausulam ita concipi debere: *quidquid* gesseris; non verò ita: *quidquid legitimè* gestum fuerit. Nam dominus semper cauillari posset, non legitime gestum esse Ex quibus liquet, eiusdem effectus esse, hanc ratihabitionis clausulam, cuius est concessio, cum libera, siue generali mandato subiiciatur, siue speciali, vt nimirum hoc casu specialis mandato, cum libera æquipolleat. Prædicta eximie probat *l.*10.*C. h.t.*ex qua patet iudicatum, ex fraude, dolove Procuratoris, ita demum rescindi non posse, si plena illi potestas agendi data. Quare si ea non data cautio rati, adhoc periculum aduertendum, iuste desideratur. Data verò ea, cautione non onerandus Procurator, æque ac si clausula ratihabitionis inserta, quia hæc eiusdem effectus. Quanquam, si pensiculate loqui volumus, potiùs dicendum, clausulam cum libera, idem operari quod clausulam ratificationis, quàm vice versa (etsi vtro modo dicamus in reipsa nihil refert, (quia vti in hac promissio domini, de rato habendo verbis expressa, ita illa implicitè contineur. Quia verò non tantum Procuratoris gratia (aut in eius commodum, qui immò de mala gestione nihilo sociis tenetur *d.l.*10.) sed & aduersarij, vt commodam ei secutitatem præstet, hæc clausula adiicitur, hinc est, quod litteræ aduersarium dirigendæ *d.l.*65.*h.t* vid. *not.c.seq. lit. Bb.*† Malè verò *Rulant.* s.*de c.*8.*num.*6. Clausulam substitutionis quoque exigit, ea si absit, mandatum reiici posse sentiens. Liberum enim constituenti, an hãc potestatem tribuere velit, non necessarium. † Et hæc de instrumento mandati legaliter facti. De aliis probationibus, vid. *not. c. seqq. lit.Bb.*

ff *lit.Bb.* ff Specialis verò Procurator vt *Duar. h.t.c.*1. duplex: 1. Cui specialiter vna causſa; 2. cui certum genus negociorum forensium commissum. Sed aptiùs forte hic dicetur generalis, vt is duplex sit 1. Cui certum genus causſarum; 2. cui omnes indefinite lites commissæ. Specialis verò ita duplex: 1. Datus ad vnam litem, sed totam: 2. ad vnus causſæ actum vnum, vel plures, sed non omnes.† Dari autem potest & ad litem futuram *l.*3.*h.t.* id est quæ metuitur, modo tamen ex personis litigaturis & negocij qualitate, cuiusmodi futura sit appareat. Nam ad litem specialiter vnam plane incertam, inepte quis dederit A. Fab. *ad d. l.* 3. Vt & datur in diem, sub conditione, ad diem *d.l.*3. Vnde, A. Fab. infert Procuratoris dationem, actum legitimum non esse, contra *Horo.ill.q.*32 *& Cuiac.*15.*obſ.*16., gg Vnde generaliùs *Vuesen. in Par.h.t.num.*9. *& Rosbach.Proceſſ.tit.*20. *n.*28. datum ad petitorium, intelligi etiam, ad possessoria & hh præparatoria. hh Consentit *Baro in l* 58.*& l.*60 *h.t.Cuia. 6.diff.Modeſt.ad l* 63.*h.tit. Gisan. ad l.t.h.t. num.* 16. quia pro eodem sumuntur, administratio absolute, & libera administratio *l.*41.§.1.*de R.V.l.*7.*de pecul.* Diff. *Duar.h.t.n.c.*1. *Vuesemb.Par.h.t.n.*3.*& relati s.lib.*4.*c.*15.*lit.D.* ac Dd.com. teste *Rauchb.p.*1.9 2.*nu.*20. Sed & dist. hæc iure Canonico probata, quo is cui mandatum est cum libera, potest ea quæ speciale mandatum requirunt *c.*4.*h.t.in* 6. *Couar.*1.*var.resol. 6.n.*3. *Ronig. Proceſſ.p.*1.*pag.*111.*&* 114. *Tiraquel.de retr.lign.* §.1.*gl.*13.*n.* 22. Eiusque vi omnia Procuratori licere, quæ dominus ipse facere posset scribit Ronig. *d.p.*111. Et concedi potest hæc libera potestas, aliis verbis idem significantibus, veluti data plena administratione, arbitrio, potestate faciendi, quidquid domino licet, *Rauchb.d.q.*2.*n.*16.& seq. *Rosbach.Proceſſ.tit.*20. *n.*21.† De vi clausulæ, in omnibus & omnia, vid. *deciſ.Rotæ nouiſſ.*8.*n.*7. Differunt verò generalis cum libera & specialis cum eadem, quia hic extra causſas, ad quas datus est, nihil potest *Decian. vol.*3.*Reſp.* ii 91.*n.*23. ii Enim futuras vt *Gisan ad l.*37. *h.n* 6. *&* 7. *argum.l. vlt.C. Quæ res pign.Vasq.*2.*contr.vsu freq.*16.*n.*12. & seq. *deciſ.nouiſſ.Rotæ p.*3.*lib* 1.*deciſ.*57.*& lib.*2.*deciſ.*65. Sed specialis Procurator præsertur generali. *Decian.vol.*2. *Reſp.* 109.*n.*52. Secus, si simpliciter datus ad lites, vbi accipiuntur præsentes, nisi in præsenti nullas habuit, qui constituit *Roder. Suarez. in lect. l.post remiudic.* 56. *de re iudic.in declar.* kk *legis Regni* §. *Quia ſupra n.*9.*fol.*573. kk Vix hæc genuina ratio, etsi aptior forte priori, Meliùs *A.Fab.ad d.l.*25.§. *vlt.* quia mutatio voluntatis in eo, qui rite rem gessit, non præsumitur, sed probanda. *l.*22.*de probat* Conuenit *c.coram* 7.*extr.de in int.reſt.* vid. j. *lib.*21. *c. vlt. lit. A.* Sunt & aliæ causſæ similes, vt matrimoniales *l.*3.*pr.de ri.nupt.c. vlt.h.t. in* 6. iuramenti delatio & relatio *l.*17.§. *vlt.de iurei.* præstatio iuramenti calumniæ *Gail.*1.*obſ*83. item iusurandum pro impetranda dilatione *Gail.*1.*obſ.*91.*num.*19. *Mynſ.*1.*obſ.*70. *Sigiſm.Scaccia lib.*2.*de iudic.cauſſ.ciu.&c.*3.*n.*129. petitio compromissi *c.pertinens* 9.*de arb.Gu. Papæ conſ* 118., prorogatio iurisdictionis, vid. *Gu.Papæ ſingul.*962. *Vult.in l.*1.*C.de iuriſd.num,*114.*&* *seqq.* Renunciatio appellationis, item litis pendentiæ & præuentionis *Io.Mochedan.deciſ*89. & aliæ de quib. *Zang.de except.p.*2.*ca.*8.*n.*18. *Gisan.ad l.*60.*h.t. n.*9.& seqq. *P. Greg.*49. *Synt.*4.*num.*9. & 10. *& Peregrin.Iannin. de Cit.at.regali lib.*3.*c.*21.*n.*87.*m.seqq.* qui casus 83 recenset. Sed si aliquibus horum expressis, subiecta clausula generalis, ad non expressos extenditur *c.*4.*h.t. in* 6. Itemque si generali mandato adiecto, exceptio aliquorum, speciale mandatum requirentium, vbi cætera continentur *Couar.*2. *var.res.*5.*n.* 8. Denique, vbi speciali mandato non subintellecto, generale frustratorium reddetur. *Vigel.methodo iur.controu. lib.*2. 63.*membro* 3.*reg.*4. *exc.*6.*rep.*2.*dupl.*1.*triplic.*1.*n.*3.

CAPVT XIII.

Cautiones Procuratoriæ.

4. PRÆSTATIONES ad indemnitatem aduersarij idoneæ, TVM AGENTIS, (tum vt infr. *h. c. Hh.*) DVAE ex edicto prætoris *l.*33.§.3.*h.t.* quarum ratio, inde quod per Procuratorem aduersarij conditio deterior reddi nequeat, quàm futura, si dominus ipse experiretur. a DEFENSIO, in mutua petitione, seu reconuentione, de quo sic cautum *d.*§.3. VT QVICVNQVE, siue Procurator à domino datus sit, siue tutor, qui tamen satisdatione non oneratur *l.vlt.*§.3.*C.de admin.* siue actor ciuitatis *l.*6.§.3. *Quod cui vniu.* ACTIONEM SIBI DARI POSTVLAT latiori significatu, vt præiudicia, interdicta, stipulationes prætoriæ veniant *l.* 35.§.1.*l.*39.*pr.l.*40.§.1.*h.t.* quia vbique ratio eadem. b Non autem, si extra iudicium b rem administret, quia pœna non defendentis, quæ in *l.*43.§.4.*h.t.* huic non conuenit. Quare quod in *l.*3. *C.h.t.* dicitur, qui res agunt heredum, ab administratione prohiberi, nisi conuenti heredes defendant accipiendo, si iudicio agant & administr. intelligenda exercendarum actionum, per verba: *secundum formam iurisdictionis iunct. d.l.*43.§.4. c Sanè tutor vtrò conuentus, defendere cogitur, aliàs remouetur *l. vlt.pr.* c *Cod de admin.* Sed eius munus publicum, & suspecti accusatio omnibus patet, atque sic etiam creditoribus: Procuratoris priuatũ, in quo, si delinquat solus dominus statuit & agit. ALTERIVS NOMINE, non si suo, ne quidem in populari actione *l.*43.§.*h.*2. d d Nihil verò refert alienam si postulet actionem, ah suam, quæsitam tamen, per causſam alienæ litis, vt in specie *l.*39.§.1.*h.t* Si Procurator iurauit domino deberi, & ex iurisiurãdi causſâ agat, vbi actio propria, ex suo contractu nata. Item si debitor dilatione datâ, constituit se Procuratori soluturum. Hic itidem ei soli actio *l.*5.§.2.*&* 6.*de pec.const.* Cautioni tamen de rato, locus §.1. & ex eadem igitur ratione, etiam defensioni, quia res aliena agitur. Obi. Atqui, ibidem dicitur, non tantùm suâ actione agi, sed & suo nomine. R. Suo nomine, si proximam causſam rei gestæ spectes. Alieno verò, si tum initium, tum exitum, e e quia domini certè negocium geritur, ad quem commodum redit, cui & eodem nomine actiones vtiles, f quibus Procuratori præfertur *l.*27.*in fin.l.*28.*h.t.* f Sed nec aliud, etsi in rem suam Procurator interueniat *l.*33.§.*vlt.h.* Etsi enim eius propria lis *sup. c.*11.*lit. E.* suoque nomine agat, fine & exitu inspecto, alieno tamen, si ius spectamus & præsentem statum actionum, quas ex personâ mandantis exercet. Vnde & Procurator dicitur. Obi. At quoties quæritur, an nomine alieno quis videatur agere, huius alia conditio. Vt fœmina & miles alieno nomine non agũt; Actiones autem ita mandatas exercent *d.c.*11. Ad hæc talis Procurator in lite mouendâ domino præfertur *l.*25. *in fi.l.*55.*h.t.* R. In cæteris causſis omnibus Procurator hic, pro domino litis, in hac vnâ non, cum postulatur vt mandantem dominum defendat. Quia *in illis* aduersatio non fit iniuria, hîc verò aliter posito iure fieret. Quando mandatas actiones exercens, omnem reconuentionem adimeret, si scilicet nec ipse mutuo conueniri posset, nec dominus, cum quo, prius non actum. Excip. *d.l.*33.*§.vlt.* Nisi ex necessitate factus. g e Etsi enim hic idem periculum reo amittẽdæ reconuentionis, ratio tamen differentiæ quòd ille voluntate suâ susceperit actiones mãdatas, hunc necessitas excusat, cum ius sæpe subueniat coactis *l.* 8. §.4. *Qui sat.cog.* Vel iudicio, si sententia iudicis actiones adiudicatæ *l.*3.*C.Fam. erc.* vel extra iudicium, necessitate rei familiaris cogente, vbi periculum rei amittendæ. Sic habetur actio cessa contra contutores *l.*2.*C. de diuid.tut.* aut confideiussores *l.*11.*C. de fideiu.* hereditaria actio ab emptore hereditatis *l.*34.*h.t.* Empta equidẽ est hereditas, libera voluntate, Sed postea transiit necessitas actionum exercendarum, nisi eas petire velis. Et spectanda necessitas, in ipsis actionibus hereditariis, quæ non emptæ, nisi per consequẽtiam. h Modo h non in fraudem eorum, qui in vicẽ agere vellent, negocium gestũ *d.l.*34. id est; modo non simulatè emptio contracta sit, vt qui se vendere dicit, dominus maneat, & per emptorem fictum experiatur, ne mutuo cõueniri queat. i Hinc ex conuerso apparet, non i ex necessitate factum dici, vbi neutrum horum. Ex-

emplum in actione ex cauſſa legati ceſſa *l. pater* 70. *h. t.* k Idem in ceſſis, ex cauſſa emptionis, donationis &c. Sed hæc ſi directis actionibus agatur, Secus ſi vtilibus, quas ex ſua perſona & nomine habet, nec earũ ratione Procurator eſt, vid. ſupr. *lib.* 15. *t.* 43. *lit.* l EVM BONI VIRI ARBITRATV. m Qui defenſionem hãc auger in eo, vt caueat idoneè *l.* 35. §. 3. *h.* id eſt, ſatisfdet *l.* 53. *h.t.* n videlicet iudicatũ ſolui, §. 1. & 3. 1. *de ſatisd.* quo ipſo iudicium ſuſcipere, ac dolum malũ à ſe abeſſe continentur & inſunt *l.* 6. *Iud. ſol.* Et hoc ex boni viri arbitratu, quia æquum eſt; & vt conſulatur mutuo agenti, eademq; præſtentur, quæ à domino ipſo ſi ageret, & ne temerè cogatur, alium debitorem ſequi, quam cum quo priùs egit. Minuit in aliis, ne grauiùs oneretur, quam dominus *d. l.* 35. §. 3. *l.* 51. §. 1. *h.t.* In quo 4. hæc 1. Vt non cogatur vbiuis, ſed apud eundem iudicẽ *d. l.* 35. §. 2. o 2. Exceptione domini vt poſſit, etiam perſonalibus *d. l.* 51. §. 1. *l.* 13. *& ſeq. ſol. matr.* p 3. Vt non aduerſus omnes, ſed eum ſolum, contra quẽ egit, ex mente edicti, quod indemnitati rei conſuli vult, & quia nec dominus ipſe, ab alio recõueniri poſſet. 4. Vt & qui iam ſatisdedit, non cogatur, ſi iuſta cauſſa omittẽdæ actionis interueniat *d. l.* 33. §. *vlt. vid. infr. c.* 16. DEFENDAT, id eſt, mutuo conuenienti reſpondeat, ac iudicium ſuſcipiat *l.* 35. §. 39. *pr. h.* Pœna non defendentis denegatio actionis *l.* 43. §. 4. *D. l.* 5. C. *h.t.* q Quid verò ſi ab initio vltro ſatisdederit, ſe dominum in mutua actione defenſurum & iudicatum ſoluturũ, deinde agat, ſed act. mutuam excipere nolit; num iudicatum ſuſcipere cogitur; an ſtipulationem committi ſufficit, vt agatur ad id, quod intereſt? Eadem pœna *d. l.* 35. §. 3. *verſ. & Iulianus.* Generaliter enim conceptum edictum non diſtinguit, an non ſatisdederit prius, vel ita. Quin imò hic pœna dignior. Nec obſiſtit cõmunis obligationis faciendi conditio ſup. *l.* 5. *c.* 3. Nam ſi quis ex ſtipulatione agere velit, ſanè non aliud conſequitur, quàm quod intereſt. Hic verò alia inſuper pœna ſtatuta, contra non defendentem, quæ per ſtipulationem non tollitur. r Obi. *l.* 45. *pr. h.t.* 82. Loquitur de defenſore, nõ neceſſario, qualis eſt Procurator in reconuentione, ſed voluntario de quo quæſitum in *l.* 43. *§. vlt.* cui ea l. ſubnectitur. Qui ſcilic. defendẽdi abſentis gratiâ, iudicatum ſolui, cum non cogeretur defendere, ſponte ſatisfdet, s qui cum nullam actionem poſtulet, nec illi conuenit actionis denegatio. Exigi autem debet hæc defenſio, in exordio litis, ante cõteſtationem. Poſtea fruſtra deſideratur *l. vn. C. de ſatisd.* quia hæc poſtulatio, eſt exceptio procuratoria, proinde in lite conteſtanda, omiſſa repeti nequit *l. pen. & vlt. C. de exc.* II. RATIHABITIONIS SATISDATIO *l.* 33. §. 3. *h. l.* 40. §. 3. *ibi ſic vocatur h.t.* quæ & cautio ratihabitionis & de rato *l.* 39. *§.* 1. *l.* 40. §. 2. *D. l.* 1. *C. h. l.* 2. §. *vlt. ſol. matr.* Cuius præſtandæ ratio, vt reus abſolutus liberetur, non minus, ac ſi dominus ageret, nec ſit perior cõditio litigantis, cum Procuratore. Quia ſi dominus denuò aget, quaſi non mandauerit, quidquid aberit, inde reo hac cautione conſequetur. VT EI, QVO NOMINE AGET, id eſt reo. Alius enim his verbis accipi nequit, neque inepte ſic dicitur, *quo nomine*, id eſt, propter quem, qui in cauſſa eſt, vt agatur, quia ſe aduerſarium iudicio præbet. ID quo nomine ſcil. egit, vt ita verba illa, *qui nomine aget*, referantur tum ad reum, tum ad rem, qua de agitur RATVM HAPITVRVM, id eſt, comprobaturum quod actũ eſt *pr. l. de ſatisd. l.* 12. §. 1. *Rat. rem hab.* EVM AD QVEM EA RES PERTINET, id eſt, dominũ eius litis, non alios rei creditores *l.* 39. §. 2. *h.t.* Etſi enim & eorum interſit, quid cum ſuo debitore agatur, qui fortè præſtando, aliis ſoluẽdo eſſe deſinet, non tãmen res de qua agitur, ad illos pertinet. t BONI VIRI t ARBITRATV. Quæ verba, etſi in priori clauſula referuntur ad modum defendendi, *vt ſupr.* hic tamen potiùs ad tempus, id eſt, quando cautio neceſſaria, cum ſuperuacua nemo onerandus ſit *l.* 14. §. 1. *Vt leg. nom. cau.* Seu quando periculum, ne iudicio cum Procuratore tranſacto, dominus ſuo iure iterum agat *pr. l. de ſatisd.* u CVM NEMPE INCERTVM AN MANDATVM SIT ei negocium, *l.* 1. *C. h. t. l.* 6. §. 3. *Quod cui. vniu.* Quod ſit 1. Si non probetur mandatum. Quãuis enim *Bart. ad l.* 39. §. 1. *h.t. & Dd. com.* ſemiplenam, ſiltem probationẽ exigant, rectiùs tamen, Accurſ. ibid. admitti quoque hanc cautionem offerentem etſi nihil probauerit, (niſi reus cõtrarium mox probaturus, quo audiendus *arg. l.* 3. *pr. Vt in poſſ. leg.* veluti ſi dominus non procul abſit, qui facilè conſuli poſſit.) Quia & tunc incertum eſt, ac res dubia, intentione agentis & negatione conuenti effecta *l.* 3. C. *Qmb. ad lib. prou. non lis.* Sed nec ius aliam, quàm plenam probationem nouit *vt ſuo loco.* Et rectè *Ioan. in gl. Accurſ. d.* 1. §. 1. cum de mandato dubitatur, procuratoris electionem eſſe, cautionem offerat, an mandatum probet, quia in hac præſtanda reus eſt. Rei autem electio eſt in dubio. *l.* 10. §. *vlt. de l. dot.* x 2. Si probetur quidem, ſed probationes non ſint in poteſtate rei, vt eas, contra dominum expedire queat, veluti ſi teſtibus probet, inſtrumentis, quæ in poteſtate rei, non futura. Plane iuſta probatio ſit teſtibus, ſed Procurati. At non iuſta in propoſito ſit reo, nec prodeſſe poteſt, vt quandoque contra dominum vſurpet *tit. C. Res int. al. act.* Et poſſunt interea teſtes mori, variare, à domino ex cauſſâ reiici. y Hinc in *l.* 65. *h.t.* vt à ſatisdatione hac, releuetur Procurator litteræ domini requiruntur & quidem directæ ad aduerſarium. Vnde liquet, nec de inſtrumentis priuatis, mãdatum domini teſtantibus, ſed quæ in poteſtate rei non ſint futura, aliud iudicandum. NON VBI CERTVM z vti tunc dicitur, cum fidem de eo facere poteſt reus, quando velit. Vbi dubitari nequit, quin, ſiue condemnatus, ſoluerit procuratori, ſiue abſolutus fuerit, plenè liberetur, nec metuenda illi noua domini actio. Quod ſit non niſi inſtrumentis, neque omnibus, ſed aut actis iudicij, horum enim certa fides & petenti reo edi ſolent, *l.* 2. *C. de ed.* Vt 1. ſi dominus apud acta, de eo profeſſus petierit, vt ad acta referretur, ſeu vt *§. ſin a.* 3. 1. *de ſatisd.* ſi actis inſinuatum, figuratè quaſi in ſinum receptum. aa 2. ſi præſens Procuratorem confirmauit *d. §.* 3. quia & hoc in acta redigi ſolet. 3. Si de eo, in libello principi dato, profeſſus ſit *l.* 21. *Rat. rem. hab.* Nam & is libellus, deinde fit pars actorum, aut priuatis inſtrumentis, ſi ea tradantur reo, in poteſtate eius deinde futura *l.* 65. *h. t.* bb IS QVI ALTERIVS NOMINE ACTIONEM SIBI DARI POSTVLAT, ſiue tanquam Procurator *l.* 1. C, *h.t.* ſiue Syndicus, aut actor vniuerſitatis *l.* 6. §. 3. *Quod cui. vniu.* cc ſiue etiam tutor, aut curator, ſi ſcil. dubitetur, an ſit tutor *l.* 23. *de admini.* dd Neq; hic aliud in Procuratore in rem ſuam ex neceſſitate facto, ſi an talis ſit incertũ eſt. Quæ vna in omnibus cõditio ex antea dictis præterquam in actore à tutore dato, in quo hoc ſingulare vt omnimodo cauear *l.* 9. *Rem rat. hab.* id eſt, etſi certum ſit, actorẽ eſſe conſtitutum, decreto magiſtratus. quia hic, non à domino conſtitutus eſt. Ac ſemper hic imminet periculum, ne pupillus, vel adoleſcens denuò, de eadem re agant. ee SATISDET ſcilicet datis fideiuſſoribus *l.* 1. *Qui ſat. cog.* Quare etſi ſæpe leginus cautionem abſolutè vocari, quæ alias, & in dubio, nudam denotat

l. ſancimus

l. ſancimus C. de V. S. hîc tamen non ita, cum ius certum, edicto conſtitutum ſit *d. l.* 33. §. 3. *h.t.* ff Pœna verò, & hîc erit denegatio actionis, tum quia eadem parte edicti exigitur ſatisdatio, quâ defenſio, tum quia hinc reo actio prodita non eſt, ſed exceptio procuratoria, ante litem conteſtatam opponenda gg *l.* 40. *§. pen. h.* TVM DEFENDENTIS *(connecte ſupr. h. cap. initio)* SATISDATIONES EÆDEM, SED CONVERSO MODO. (Nam Procurator iudicatum ſolui non ſatisdat, niſi defenſio ab eo poſtuletur, quod rarò fit, de rato verò, quoties de mandato non conſtat, quod crebrum. Hic contra) JVDICATVM SOLVI. Quæ exigitur in omnibus cauſſis *l. vn. in fi. C. de ſatisd.* ab omni & ſemper §. 1. *& §. vlt. de ſatisd. l.* 46. §. 2. *h.t.* hh Neque remittitur propter facultates, aut dignitatem *leg.* 51. §. *vlt. leg.* 52. *& ſeqq. h.* Quò pertinet *l.* 166. *de R.I.* vbi numquam locuples defenſor habetur ſcilicet non ſimpliciter, ne ius veritati repugnet & quod ii res eſt neget ii ſed ad id, vt immunis ſit à ſatisdatione. Neque ideo ſuperuacua cautio exigitur, *contra l.* 14. §. 1. *Vt leg. nom. cau.* tum quia inter moras iudicij, facultatibus labi poteſt, tum quia quò potentior, eò faciliùs ſolutionem detrectare poteſt. Quod non ita metuendum fideiuſſoribus ab eo datis, quorum moleſtias verebitur. kk Nec propter mandatum domini, licet actis inſinuatum *d. leg. vn. in fin. Cod. de ſatisd.* niſi dominus ipſe ſatisdet *§. ſi v.* 4. 1. *de ſatisd.* quo caſu abunde actori ſatisfactum. Nec obſtat, quod Procurator vbi de mandato conteſtat, de rato non cauet, vt ſupr. *h. cap.* Alia enim ratio, quia ibi abundè cautum eſt reo, dum de mandato liquet, ſiue condemnatus ſoluerit, ſiue abſolutus, vt ante dictum. Hic verò non de liberatione, ſed de re petitâ conſequendâ ll agitur. ll Excepti tamen tutores & curatores, qui non ſatisdant *l. vlt.* §. 3. *C. de adm. tut.* Siue quod ita nouè conſtitutum eſt *d. l.* quæ vna eſt ex 50. deciſionibus, ſiue quod verbis regulæ non continentur, quia *in* adminiſtratione, & ſic etiam defenſione, pro dominis. Neceſſitas hic eadem, quâ pœnam, quæ eſt denegatio defenſionis, cum ſine ea, negetur eſſe idoneus defenſor, & quâ tempus exigendæ in exordio litis *l. vn. in fin. C. de ſatisd.* Nam & hinc aduerſario exc. Procuratoria, quæ dilatoria eſt. ET CAVTIO DE RATO, verùm non ſemper, ſed tunc, cum contra reum agitur, de re, quæ eius eſt, vel habetur, vbi ſcilicet periculum, nec is poſtea, de eadem agat. Vt ſi lis de cauſſa famoſa *leg.* 39. *§. vlt. hoc tit.* de libertate *dict. leg.* 39. *§. ſi ſtatus.* 5. de re ab abſente poſſeſsâ, ſiue vindicetur *leg.* 40. *§.* 2. *h.* vbi & venditori, ſi defenſor ab eo defenſionem ob cauſſam euictionis poſtulet, cauendum *leg.* 75. *hoc tit.* ſiue in integrum reſtitutione, repetatur *d. leg.* 39. *§.* 6. Summatim itaque neceſſaria hæc cautio, cum reus abſens, poteſt etiam eſſe petitor & mm de eadem re priori actori, litem mouere. mm Secus ſi de pecuniâ, aut ad æſtimationem alicuius rei, agatur. Quia hic non verendum, ne ſi iudicatum fecerit defenſor, ſoluendo ſuam pecuniam, ad repetendum quod ſolutum eſt, reus denuo agat.

curator domini. Ratio decidendi Procurator non niſi viuentis. Ergo quo tempore agit actio ſupereſt, quæ vt contra dominum exerceri poſſet, ita & contra Procuratorem. At quo tempore heres eſt, actio iam intercidit & nulla eſt *A. Fab. ad d. l.* 37. c Aliter *Gif. ad d. l.* 3. accipiens eam de actore, ſeu diſpenſatore negociorum, quem idem *ad rub. D. h.t. n* 74. *& ſeq.* comparat Procuratori, tutori, curatori, inſtitori, ſcribis, ſed hoc diſtare, quod is actor, ſeruus ſit, &c. Quæ expoſitio peccat in eo quod ſeruum nomine domini, iudicio conſiſtere & experiri permittit. Rectiùs fortè accipiemus *d. l.* 3. de Procur. negociorum vniuerſali. Nam generaliter ad negocia datus, cenſetur etiam ad agendum, vel defendendum *l.* 12. *de pact. c. qui gener.* 5. *h.t. in* 6. *& facit l.* 46. §. *vlt. h.t.* Sic officialem principis agere poſſe, nomine domini ſui pro cauſſis in officio ſuo contingentibus ſcribit *Vvurmſer. tit.* 5. *obſ.* 2. d *Giſan. ib. num.* 8. Nam & publicè intereſt, in populari actione admitti quemuis, citra onus ſatisdationis præſtandæ, aut defenſionis, ſuſcipiendæ *A. Fab. in d. leg.* 43. §. 2. Atqui pater de dote agens & cauere debet, ratam habituram filiam & defendere debet *d. l.* 39 §. 3. 82. Etſi dotis act. pater habeat ſuo nomine, ea tamen filiæ communis *l.* 2. *ſol. matr.* nec ſine eius voluntate, moueri poteſt. Quare non poteſt agere ſuo nomine, quin agat etiam alieno *A. Fab. ad d.* §. 3. Et idem hic periculum, ne reuerſa filia denuò agat *Gif ib. n.* 23. e Sic *A. Fab. ad d. l.* 39. §. 1. Illic ſuo nomine quis experitur, & tamen tanquam Procurator, inſpectâ totius negocij origine, ſi actionem ſibi quæſierit quaſi Procurator, non habiturus, ſi Procurator non fuiſſet. Nam in *d.* §. 1. agit propter ſuum iuſiurandum, dominus enim non iurauit. Et iurando, non magis quæri poteſt domino actio, quàm ſtipulando, imò minus, quia iuſiurandum eſt perſonaliſſimum, quod animæ adhæret. Et hoc ipſum tamen, quod iurauit, fecit tanquam Procurator. Et *Giſan ibid. n.* 14. *& ſeq.* Etſi, inquit, iurauit domino deberi, non ſibi, hoc tamen proprium iuriſiurandi, vt ad iurantem ſolum pertineat, licet eius vtilitas, ad alium referatur. Ob periurij enim periculum, nemo iurat alieno nomine, ſed ſuo, licet hodie peſſimo more contra inualuerit ita Gifan. f Et ſic accipienda *l.* 9. *§. pen in fi. de iurei.* & concilianda cum *d. l.* 39. §. 1. *verſ. neque n. Giſan. ibid. nu* 15. *Pac. 2. enant. q.* 42. g Vulgò hoc ita exponunt, ſi ceſſæ actiones, ex cauſſâ oneroſâ. Et ita quoque diſtinguit *Giſan. ad d. l.* 33. §. *vlt.* Quia contractus omnes, ab initio, voluntatis, etſi poſtea neceſſitatis eſſe incipiant. Et ſuccurritur ſanè neceſſitati, ſed niſi quis ſe ipſum ſponte in eam conicerit *l.* 7. §. 8. *Qui ſat. cog. l.* 14. *de fidei. l.* 3. *de ſepar.* Ac regula eſt, quod ex qua perſona quis agat, eius factum præſtet *l.* 149. *de R.I.* cui non eximitur cauſſa oneroſa. Nam quæcumque cauſſa ſit, perinde eſt, ſi Procuratorio nomine agitur, ac ſi ipſe agat, qui mandet. Ac licet æquum non videatur, vt alienis litibus implicetur Procurator in rem ſuam qui cauſſam ſuam agit, ſibi tamen imputet, cur mandatis actionibus directis, nomine alieno experiatur, cum vtilibus poſſit proprio. Denique verba *d. l.* 33. §. *vlt.* indefinitè concepta; & incongruum, regulam coarctari ad cauſſas rariores, excepr. verò ſubiectam continere crebriores, quando longè ſæpius mandari ſoleant actiones, ex cauſſa oneroſa. h Rectè. Quomodo h non neceſſe eſt in *d. l.* 34. pro *procuratorio* ſubſtituere *procur. proprio* vt *A. Fab. ib & 12. Coni.* 10. quaſi eo ipſo, quod nominatim loquatur Caius, de emptore hereditatis, arguatur cum tractare, de illo, qui proprio nomine agere poſſit & agat. † Quæ, quam conſequentiam habeant, non percipio. Neque enim imò de hoc ſpecialiter loquitur, ſed generaliter, de Proc. in rem ſuam, tantùm exemplum, quo regulam non reſtringi, notum eſt, ponit in emptore hereditatis, per vocalem, *veluti.* Et quia, ait Faber, verbis edicti tenetur, ſi alieno nomine agat, neque tunc de fraude quærendum, ſed quando ſtricta ratio emptori fauet, ne teneatur defendere. 82 Etſi verbis edicti hic teneatur, interpretatione tamen prudentium, ex ſententia excipitur. Et hic itaque inquirendum de fraude, non an in fraudem, ceſſio actionum facta, quæ emptionem ſubſecuta (neque enim ipſa venditione actiones transferuntur, ſed ad præſtandas eas, ex empto agitur *l.* 2 §. 8. *de her. vend.*) ſed an ita ipſa emptio celebrata. Ac ſanè fatetur Faber, ex neceſſitate factum dici, ſi neceſſe habuerit, mandatas actiones exercere, quod vtiles

NOTATA.

a a ita. & *A. Fab. ad l.* 33. §. 2. *h.t. & Io. Petr. Molignat. de Reconuent. q.* 16. *per l.* 2. §. 3. *Quib. ex ca. in poſſ eat.* Accedit quod ita minuuntur lites, ſi per eaſdem perſonas, eodem iudicio, conuentio & reconuentio peragantur, nec diffundantur, per diuerſas perſonas & iudicia *Gifan. ad d. l.* 33. *num.* 23. b Et interrogationes *d. l.* 39. *pr.* quia licet non ſint actiones, earum tamen præparatoria, & actiones nouas pariunt, quæ interrogatoriæ Ant. Fab. ibid. Sed & actiones illæ, quæ in heredem non dantur *l.* 37. *pr. h.t.* vbi ratio dubitandi Heres magis repræſentat perſonam defuncti, quàm Pro-

non potuerit, item si aliter, suum consequi non potuit, quàm accipiendo in solutum, mandatas actiones. Atque hic æquè, initium voluntarium videtur. Quamuis enim necessitas coëgit, ita in solutum accipere, non debito suo excidere velit, si cedenti, alia bona non sint, vnde ipsi solui possit. Nulla tamen necessitas coëgit, ab initio, contractum eum inire, vnde is, qui postea cessit debitor effectus. Non absimili modo in *d.l.*34. liberâ quidem voluntate, hereditatem emit, ast postquam emit, necessaria ipsi, actionum hereditariarum cessio & exercitio, ne aliàs, periculum amittendæ rei suæ incurrat. Et ita hic, pariter, vt ille, qui fortè vendidit, vel mutuo dedit, non quidem emptor hereditatis est Procurator in rem suam ex necessitate factus est. Planè hoc rectè Faber contra Castrensem eum, qui lucratiuam causam habuit, vt, cui donata centum etsi illa centum, aliter consequi non potuerit, quàm cesso nomine alicuius, totidem donatori debentis; ex necessitate factum, non rectè dici, proinde cogi, si agat, donatorem defendere. Non, quo mouetur Faber, quod initio inspecto, liberalitatem in eum cõferri, collaramque agnosci, nihil necesse. Eadē enim ratio adaptari posset, causæ onerosæ. Sed quia, non æquè subueniendum aduentitio lucro, vti repetitioni *l.* 41. *de R.I.* i Potest & in fraudem geri, si verè quidem vendidit, sed consilio eludendi creditores hereditarios, conscio emptore, vt si postea peregrè abeat. *Gisan. ad d.l.*34. *in fi.* quia tunc alias, nec emptor conueniri posset *l.*2. *C de her. vend.* nec venditor absens. Item si post eam venditionem, non soluendo reddatur *tit. Quæ in fraud. cred. A. Fab. ibid.* Sed verius est, hoc casu potius rescindi venditionem, actione Pauliana, tametsi fortassis creditores, iidemque aliâ ratione debitores, si rescissionem non postulent, sed conuenti ab emptore, k actiones mutuas, eum excipere velint, audiendi sint. k Vbi, nomine alieno agit fideicom. Negatur quippe, ei aliter dari non actio simpliciter, sed mandata actio, id est directa. Vtilis etsi, ex causa mandati habetur, non tamen ipsa mandata est. Pugnantia enim hæc, mandatam actionem esse & suo nomine exerceri. Non verò placet, quod *A. Fab. in d.l.*70. & 22. *coni.*10. inde probat, ibi non actum fuisse vtili actione, quia nec potuerit. Cum & si ex legato nominis, vtilis actio data *l.*18. C. *de leg.* non tamen ad fideicommissa iure ciuili incognita, rescriptum D. Pij, de quo *l.*16. *de pact.* protractum fuisse. l Et tunc non cogi defendere, nec si lucratiuam caussam habeat. omnes fatentur, excepto Castrensi ait *A. Fab.*12. *Con.*10 *p.*112. Verba enim hic edicti deficiunt. Et facit *l.*70. m *h.t. vt lit. præc.* m *l. pen. h.t.* id est ad eum modum, quem arbitrati retur verus æstimator æquitatis. Hic enim vir bonus, non iudex, non IC non orator, sed æquitatis sacerdos & arbiter, qui intellectu solo comprehenditur; Cuius arbitrij, certa perpetua, & stabilis Lex est *Cui, initio tr. 6. ad Afric.* n Et in hoc vno durior conditio *d.*§.3. Ratio diuersitatis Reo imputari non potest, cur sit reus, quando inuitus conuenitur. Procuratori potest, cur officium susceperit, quod scire debebat, nec nisi hac condițione posse suscipi *A. Fab. ad d.*§.3. Petitur autem hæc cautio, ex communi Dd. sententiâ, quando non statim reconuenire vult reus, quia nec potest quod iura sua non habeat in promptu. Secus, si in præsenti reconuenire posset *Io. Petr. Molig. de Reconuen. q.*13. Frustra enim tunc desideratur cautio, de futura defensione, sed præsens requiritur Cauetur verò actionum iam competentium nõmine, non futurarum & quæ nondum natæ *Gisan. ad l.*37. *h.t. n.*5. o Quia coram eodem mutuæ petitiones expediri debent, *leg.*22. *de iud.* vid. s. *lib* 17. *c.*18. *lit. M.* Planè si quo mutuo petitur, excedat iurisdict. eius, coram quo prior actio instituta, quo casu, coram alio agendum *l.*11. *de iurisd.* etiam coram alio, vt defendat, cogi, modo non in aliâ prouincia, vult *Gif. ad d.l.*35. *n.*10. & 11. Ast *d. l.*11. coram alio, eo casu agendum esse, non probat, sed contrarium *in* §.1. Malè verò ex *d. leg.*35 §.2. infert *A. Fab ibid.* Reconuentionem, non tollere incompetentiam iurisdictionis, de quo vid. *not. s. d.c.*18. *lit. L.* Quasi inde sequatur; quod possit quidem reus, in quem egit Procurator, in prouinciâ conuentus, Romæ reconuenire & debeat quoque, hoc tamē casu non teneatur defendere. Nam *d.*§.2. potiùs hoc arguit, quod non alibi teneat reconuentio, quam vbi conuentio. Quia defensor, omnino eo loco est, quo dominus, nisi quod in vno durior eius conditio, quod cauere debet. Si igitur dominus, alibi reconueniri posset, durante scil. iudicio conuentionis priori, etiam Procurator, alibi cogeretur defendere p itaque melior causa defensoris, quàm, vel heredis, p vel fideiussoris. Satis enim habet actor, si tantum consequatur, quantum consequeretur, si, vt spes est *d.l.*51. §.1. maritū ipsum conueniret. Quo circa inspicitur, quantum maritus, qui defenditur facere possit, non quantum defensor *A. Fab.* *ad d.* §.1. Nec aliud statuendum in defensore spontaneo, qui mandato caret, contra quam *Gisan. ibid. n.*16. ne quicquam motus argum. *l.*46. *de min.* Nam dispar omnino causa condemnationis, quæ ex iure proficiscitur, à causa restitutionis restitutionis in integrum *d.l.*46. quæ ex æquitate, *A. Fab. ad d. leg.*46. Non ergo in plus condemnatur, etiam hic defensor, at non contra sententiam restituitur, qui eandem vicem subit, in eodem iudicio. Restitutionis verò nouum est & aliud. † Quia verò eodem iure est, quo dominus, etiam pati potest ea, quæ & dominus pateretur. Ergo & defendit, etsi in possess. venire patiatur *l.*35. §. *vlt, in fin. h.t.* Dicitur equidem missio, pœna latitantis, qui non defenditur *l.*2. *pr. l.*7. §.1. *Quib. ex ca. in poss. eat.* Sed illa, quæ sit solius prætoris auctoritate, non quam vltro, quis patitur *A. Fab. in d.* §. *vlt.* Quandoque enim cautio damni infecti petitur, magni damni nomine, cum vilis domuncula sit, in cuius possessionem mittendum, vbi expedit, pati possessionem, quàm satisdationem præstare *Gisan. ibid. n.*24. q *l.*7. *de op. no. nunc.* Ratio dubitandi. Pœna deber sequi actorem Hæc vero cedit damno domini absentis, maximè si dies actionis temporalis interea exeat Ratio decid. Pœna non latius pateat delicto. Et in eo ipso puniendus quis, in quo deliquit, non in aliis *l.*11. *de his quæ vt indig. l.*59. *ad l. Falc* Ergo & hic eatenus, vt non sit Procurator. Ad rat. dub. p. 1. indemnis dominus, actione mandati contra Procuratorem. 2. Sibi imputet, cui talem elegerit *l.*23. *in fin de minor.* belle *A. Fab. ad l.*43. §.4. *h.t.* 1 Rectè. Sed & præterea puto hoc casu, aliis quoque remediis prætoriis compelli posse, nempe pignorum capione & mulctæ dictione *Gisan. ad d.*§ 3. *vers. præter. num.*22. Nam si recusat iudicium accipere, iniuriam quoque facit prætori, cuius auctoritatem contemnit. Etsi itaque per stipulationem commissam, satisfieret aduersario, non tamen prætori *A. Fab. in d.*§.3. *vers. compellendum.* Ac certè *in d. vers.* verba: nisi agere *caussâ cognitâ* recusauerit, omninò probant, quod nec si desistere velit ab actione audiendus sit, nisi ex caussa iure probata, *quæ in l.*9. *& seq. h. t.* Et ita *Vvurmf. t.*5. *obs.*6. cautione hac præstita, à Procuratore præcisè cogi defendere. f ita & *Gif. ad l.*43. §. *vlt iunct. d.l.*45. *pr. h.t. n.*18. Et conuenit *Cui.*22. *obs.*13. Alia ratio est Procur. ad defendendum dati, à reo, pro quo is iudic. solui satisfecit. Nam hic compellitur *l.*8. §.3. *leg.*15. *h.t.* omnimodè *Cui. d. loc.* sc. remediis prætoriis, pignoribus captis & pœnarum comminatione. Quia in hoc neque locus est denegationi actionis, cum actionem non habeat, neque præstationi eius, quod interest, ex commissa stipul. quia non ipse satisfecit, sed dominus pro eo. Quare necesse est, eum alio modo compelli, ne impunè actor eludatur, & reus, qui constituit eum, decipiatur *A. Fab. ad d.*§.3. *Pac. 2. enant. q.*31. *Bron. 1. ass.*53. Malè verò *Petr Grangia. Paradox cap.*9. ita conciliat, quod *in d.l.*45 *pr.* sola sit stipulatio pro re defendenda, quam satis sit committi ipsa detrectatione iudicij, vt ad id quod interest teneatur. In *d.l.*35. §.3. autem cautio, iudicatum solui. Ideoque compelli, vt iudicium subeat, ne decipiatur, qui satis accepit, quia aliàs, sententia sequi, & stipulatio committi, non posset. Quomodo enim iudicatum soluetur, vbi nec iudicatum est, nec iudicari potuit. † Speciosa hæc imperitis, sed inania. Nam & *in d.l.*45. *pr.* non minus de iudicatū solui cautione agitur, vt liquet ex connectione, cum §. *vlt. præced. l.*43. Et imò iudicatum solui cautio cõmittitur, etsi nec iudicatum fuerit, videlicet non ex priori, sed secunda clausula vt *c. sequenti.* Nec peculiaris est stipulatio prætoria. de re defendenda, sed clausula tantum, & membrum illius, quod tacitè inest. t Interest verò eorum, non principaliter, sed per consequentias, quæ non valde curantur *leg.*1. *de auct tut. A. Fab. ad ad d.*§.2. Et si per hoc definet, soluēdo reus, imputent sibi reliqui creditores, quod non ipsi prius egerint, quia ius vigilantibus scriptum *Gisan. ibid. nn.*20. u Atque hinc, opinor, ratio petenda *ad leg.*39. §.4. *hoc tit.* cur pater, iniuriarum agens, filij nomine, de rato, non cauerer. Quia videlicet, hic nullum periculum, nec filius, iudicio cum patre transacto, denuo agat. Cum etsi duæ sint actiones, vna patris, altera filij, nec filio tamen experiri ipsi licet, nisi pater absit, nec Procurator ibi sit, qui eius nomine agat *l.*18. §.1. *de iudic.* vid. *supr. lib.*17. *c.*4. *lit. L.* † Accedit quod etsi filij nomine agat, tamen per filium, actio acquiritur patri, vt ita non minus agat, ceu principalis *Pac. 2. q.*43. *Orrolph. Foman. disput. Instit.* 33. *th.* 9. Nec placet quod *A. Fab in d.*§.4. verba: *filij nomine.* exponit, ob iniuriam filio illatam, proprio tamen iure & nomine, vt ratio adiecta conueniat. Nam & expositio hæc dura & sententiam inducbiam reddit. x Et verba illa *cum duæ, &c.* non rationis, sed declarationis caussa addita, quomodo, nempe filij nomine agi possit. Planè si extraneus de iniuria filiofamilias illata

agat, etsi patris nomine, necesse est, caueat verumque & patrem & filium ratum habiturum *l.* 22. *§ pen. Rat. rem hab vbi ratio.* Si nempe, de mandato patris, non constat. Nam vbi id certum, nec de rato patris mandantis cauet. *per ea quæ h cap.* nec de filij, quia is, vt contra factum patris veniat, non mouetur. x *Azo. in Summa C. h. tit. num.*23. *Bronch.*1 *misc. asser.*26. *Chil. Ronig. vel additionator ad eum Proceff p.*1 *pag.*153. cum, contra Placentinus optionem dederit, reo conuento, an velit exigere probationem mandati, an cautionem rati. *Bartol.* verò distinguit reusne dicat, non habes mandatum, vbi probandum Procuratori, an ita: dubito an habeas, vbi electio eius, qui se dicit Procuratorem. † Quicquid verè hîc noster, etsi non temerè, sentiat, potius accedo iis quorum opinionem, vius forensis probat, quod audiendus sit, hanc cautionem offerens, si proferat mandatum, aliquæ parte mutilum, aut imperfectum, non verò, si nullum planè exhibere possit, nisi pro coniuncta persona interueniat *Vvesenb. in Par. h. t. num.*6. *pag.*184. testans ita plerosque sentire *Rosbach. Proceff. tit.*45. *num* 7. & 8. Nisi aliquam saltem, de voluntate domini, fidem faciat, forte per vnum testem *Vvurmer. tit.*5. *obs.* 18. *numer.* 2. vel leuiorem aliquam præsumptionem, quàm vt ex ea citra cautionem admittendus sit. Ac certè verè dubium dici nequit, nisi vtrinque caussa aliqua subsit, quæ dubitationem faciat. Cumque paria habeantur, non esse, & non apparere *l.* 30. *de test. tut.* perinde erit, siue quis non habeat mandatum, siue de eo nihil planè doceat. Sanè ita dubiæ caussæ dicuntur *in l.*31. *de iureiur.* vbi aliquid, sed non perfectè probatum, de quo *j. lib.*24. Licet verò Don. noster, Duar. & alij, dubias ibi aliter interpretentur, hoc tamen modo sufficit, quod inter omnes conuenit, dubias caussas, ibi accipi non posse, ex simplici affirmatione vnius, & inficiatione alterius. Frustra equidem toties inculcatum esse: nullam actionem, alieno nomine, sine mandato esse, quod alij debetur, alium sine illius voluntate, non posse exigere *l.* 6. *§. vltim. l.*39. *de neg. gest. l.*5. §.4. *de præs. verb. l.*9. §.3. *de admin. tut. & simil.* de suo non alieno iure agere oportere *l.*5. *si vsusfr. pet.* si cuiuis integrum, oblatâ modo cautione, negocium cuilibet facessere. Nec is aliter, litem eius, quo cum nihil antea ipsi negocij intercessit, declinare posset quàm si contratiam eorum voluntatem, pro quibus hi interueniunt, ostenderit *Tim. Fab.*1. *annot.*22. Et speciale immò in coniunctis, vt ab iis mandatum non exigatur, præstitâ tamen ab illis, cautione rati. Qui quid ita præcipuum habebunt? Nisi hoc fortè, quod admittendi illi, etsi nec mandatum allegant, vel etsi se nullam habere profiteantur. *Bronch.*1. *misc. ass.*26. Quod quidem non controuerto. Ast eo ipso, quod coniunctos mandatum probare non cogi, leges dicunt *l.*12. *C. h.t.* probationem aliis iniungunt; Non sub conditione, nisi cauere malint; Quia sub eadem adstricti sunt coniuncti probare: sed absolutè. Et in coniunctis non exigitur, vt habeant voluntatem, vel mandatum, sed ne contraria probetur, quamuis de rato cautionem offerant *verba l.*40. *§. vlt. h.t.* Ergo per argum ab except. ad regulam, in iis qui non coniuncti, etsi offerant cautionem, exigitur (non ne contraria voluntas probetur, vt Don. vult) sed vt habeant voluntatem. Nec vlla firma ratio, cur cum voluntarius Procurator, seu negociorum gestor *Cuiac. 7. obs.*26. ad agendum, nec oblatâ cautione rati, admittatur *l.*6. *§. vlt. iunct. l.*8. *pr. de neg. gest.* admitti debeat Procurator falsus, ex nudâ assertione quod voluntatem domini habeat, etsi de eo fidem non faciat. Sic enim in merâ huius voluntate, mentiendique licentia positum erit, reum ad suscipiendam litem compellere. Cui etsi dicas cautione satis prospici, interest tamen eius molestias litis euitari. Denique vtilitatis publicæ pariter & litigantium caussâ, inuenta videtur cautio, ne nimiis altercationibus de mandato, satisne validum, aut probatum sit, lis extrahatur. Vbi igitur nihil planè habet, qui alieno nomine agit, quo voluntatem domini ostendat, nihil nudæ dictioni fidei habendum, protinusque à limine iudicij repellendus. y Consentit *Castr. in l.*1. *C. h.t. num.* 7. & plures quos refert *Vasq.*2. *contr. vsu freq.* 16. *num.* 6. vbi contrariam opin. receptiorem, vsuque iudiciorum probatam post plures, quos citat sequitur, *& Sich. in d l.*1. *C. h.t. in fin. Boër. decis.* 281. *num.*1. *Vvesenb. in Par. h t. num.*7. *Georg. à Rotschitz Proceff. part 6. sect.*7. *Gisan. in l.*1. *h.t. num.*4. *Zang. de except. p.*2. *cap.* 8. *n.*14. requirens, vt in continenti, per eos probare possit, *Tyrtacin.*2. *pract. resol.*11. scribens, per duos testes probari mandatum priuati, secus esse in mandato principis. Ex pro his facit *l.*1. § 1. *h. tit.* vbi per nuncium dicitur constitui, item per epistolam inter absentes, seu non coram: & ita directam, non ad aduersarium, sed ad ipsum Procuratorem *Vasq. d. loc. num.* 8. dicens ostensâ ea in iudicio, apparere substantiam & probationem Procurationis. † Enim verò, nudo consensu contrahitur mandatum, ideoque scriptura sollemnia non exigit, quæ ad nullius dispositionis probationem requiritur, extra casus iure expressos *l.*15. *C. de fid. instr. & sim. Vasq. d loc. num.*7. Cumque, coram testibus, contractus hic perfici possit, per eosdem quoque probari *Vsq. d. num.* 7. Quocirca testes à Procuratore in iudicio producti, facient fidem contra dominum absentem. Ac si pro eo pronunciauerit iudex, etsi verè non erat Procurator, solùm superest domino absenti, remedium agendi de falso contra Procuratorem, sicuti si vigore falsi instrumenti, falsus Procurator, verus iudicatus fuerit *Chil. Konig vel additio ad eum Proceff. p.*1. *h. t pag.*152. Nec obstat *tit. C. Rēs int. al. act.* Quia, cum probatum est, quocumque legitimo modo perfectè Procuratorem esse, qui actionem sibi dari postulat, iudicium non censetur, inter alios actum, cum quod quis per alium facit, ipse videatur. Quin si vsu probata est, testium depositio ad perpetuam rei memoriam, nullo necdum iudicio instituto, quæ deinde fidem contra quoscumque facit, quantò magis depositio idoneorum testium in actis iudicij consignata, si dominus litem cum Procuratore transactam redintegrare nitatur, eidem obstabit. Quod si non in totum eum repelleret, saltem contrariæ probationi adstringeret. † Cæterum hæc ita declarat *Alex. in l.*1. *C. h. t. ref. Vasq. d. loc. num.*9. vt tamen præstetur cautio rati. Quomodo tantum abest, vt noster dissentiat, vt is potiùs cum cautione hac, etsi nec scripturam, nec testem vllum habeat, admittat. Sed nec hic cautionem magis exigi puto, quàm quibus casibus aliàs; si scil. mandato, non inserta clausula ratificationis, vid. *not. c. præced. lit. Ee.* Quare, & vbi per nuncium, hic absenti aduersario significat se ratum habiturum, &c satisdatione Procurator releuabitur. Quamuis n. *l.*65. *h.t.* litteras ad hoc exigere videatur, non tamen refert, quid ex æquipollentibus fiat, cum *l.*1. §.1. per nuncium æquè constituti probet. Et rationem vnam, satisdatione releuandi Procuratorem præscribit ibi IC. modumque tutiorem. Nec vocula *debet* illic præcisam necessitatem arguit, aliósve modos omnes excludit. Nam quid si Procurator absens, aduersarius verò præsens Quis dubitet, præsenti ad acta iudicij idem significati & de rato promitti, &c. posse, vt deinde cum Procuratore, qui iam ante de eo cum domino conuenit, teuerso iudicium procedat, *l.*1. *§. vlt. h. t.* Quomodo æquè releuabitur satisdatione, nec tamen hic casus *d.l.*5. expressus. z Cautio enim inuenta est, vt si quid desit mandato, per eam impleatur *Sich. ad l.*1. *C. h. t. num* 4. adde quod retuli s. *not. c. præc. lit.* D. Olim autem indistinctè Procuratorem, de rato causse putat, *Vult. ad tit. I. de satisd. numer.*13. *& Rauchbar. p.*1. *q.*2. *num.*37. *per pr. I. d.t. vers. Procur. verò & §.* 1. Sed & hodie, non aliter satisdatione releuatur, quàm si mandatum domini non modo certum sit & verum, sed & perfectam clausulam ratihabitionis continens *l.*65. *h.t.* vt pluribus, contra *Rauchb.* adstruxi s. *not. c. præc. lit. Ee.* quæ huc transferri possunt. Conser *Cui.* 28. *qq. Pap.* ad *l.*1. *Rem rat. hab.* aa Sic *Symmach. lib.*1. *ep.* 90. quæ nunc insinuare non decuit *& lib.*2. *ep.*55. *& epist.*80. † Et hoc rutiss. esse tradit *Chil. Ronig vel additionator ad eum Proceff. p.*1. *h.t.p.*14. vt coram iudice pro tribunali sedente, aduersario præsente constituat. Quia contra tale mandatum, nihil deinde opponi poterit, ob calorem iudicij. Expedire autem scribit, si iudex mandata legitima pronunciet. Aliàs enim etsi sciuerit Procuratorem falsum & personam approbauerit, nisi tamen de mandato cognitum & pronunciatum sit, quandocumque opponi poterit, quod mandatum non habeat vel sufficiens, adde ea quæ *c. præc. lit. F. & ibi & not.* bb Quidni verò idem obtineat, si instrumentum, actis iudicij insinuatum fuerit, etsi non à domino præsente · forte ab eo, in longè remotis regionibus versanti, confectum: sed à Procuratore; Etsi ad neminem directum fuerit, vti hodie solei indefinitè concipi, sed Procuratori traditum. Qui quamuis iudici & parti ignotus, si mandatum exhibeat, seque eum, quis in illo nominatus, profiteatur, ex præsumptione, illi creditur *Menoc.* 2. *præs.*35. † Planè litteras ad reum dirigi vult IC. *dict. leg.*65. ad hoc vt satisdatione releuetur, per clausulam ratihabitionis. Nam quia eâ hoc agitur, vt plenè securus reddatur reus, de iudicio à domino non instaurando, eo prætextu, quod Procuratorem non ex mandato gesserit, vt *not. s. cap. præc. lit. Ee.* necesse est hac de re conuentionem inter actorem, ac reum iniri. Per epistolam itaque, sic conuenitur *l.*2. *pr. de pact.* Nam si litteræ ad alium directæ, vel indefinitæ etsi dominus promittat se gesta quæcumque ratificaturum, hæc tamen promissio inefficax, vel quia nuda polliti-

tatio est, vel quia alij quàm cuiùs interest facta, vnde reo exceptio quæri non potest, non magis, quàm ex stipulatione alteri facta actio. Ex mero itaque iure est, vt ad exonerandum cautione Procuratorem, dominus ipsi reo, siue coram, siue per litteras significet, se ratum habiturum quicquid gesserit Procurator. Quippe id si acceptet reus conuentio celebratur & pactũ de non petendo ampliùs posteaquam Procurator iudicio egerit, per ea quæ *c. sequent.* Hoc enim huic ratihabitioni domini consequens est. Idem erit si dare se Procuratori liberam potestatem agendi aduersario significet, per nor. *d. lit. Eo* quia videlicet isti libera ratihabitio, huic v. amplius non petitio consequens. Pacta verò sæpè tacitè siunt & per consequentiam alterius, quod principaliter fit inducuntur *l. 2. de pact. l. 3. de reb. cred.* Sufficit vero nuda conuentio, nec vti si Procurator satisdat stipulatio, quæ nec inter absentes, nec per litteras celebrati potest, exigitur, quia nec hoc casu, vlla actio reo necessaria, sed exceptione illi abundè caurum, siue iudicio cum Procuratore suscepto condemnatus fuerit, siue absolutus. Atque hæc ita opinor, ex iuris ratione. † Ex vsu verò iudiciorum non ambigitur, æquè tutum nunc præstari reum, de lite denuò non mouendâ, clausulâ ratihabitionis inserta, etsi mandatum ad neminem directum ita: Ego, &c. profiteor, vel Notum sit vniciuis, &c. † Cæterum & præsumptionibus probari mandatum vult *Vuef. Par. h. t. num 7.* Vt si instrumenta litis, credit, vel alterius negocij principalis producat, vbi si probetur ea à domino tradita esse, nec cautione oneratur, maximè si accedat coniunctio personæ, vt *l. vlt. C. de pact. conuent.* vid. *Menoch. 2. præs. 34.* Aliàs de rato caucat, *Sigism. Scaccia lib. 1. de iudic. causs. ciuil. crim. & haret. cap* 101. *numer.* 35. nisi ad eorum productionem, multas expensas fecerit, cum suum iactare non credendus sit. Et sic ex pluribus coniecturis, præsumi mandatum, cumprimis vbi aliàs expensæ Procuratoris essent frustraneæ scribit *Cæsar de Grassis decis. Rota* 18. *add. Bortazol. cons. crim.* 259. *num.* 8. Ex solâ verò temporis diuturnitate non præsumitur, ex communi *Vasq. 2. contr. vsu freq.* 16. *num.* 11. *Anton. Gabr. Rom. lib. 2. comm. conclus. tit. de Procurat. concl.* 1. nisi alia concurrant, vid. *Menoch. 2. præs.* 33. *num* 14 *& seqq. Boër. decis.* 281. *num.* 17. *Crauetta de antiq temp parte 2. num.* 58. *& seqq. Adr. Gilman. lib.* 1. *decis. Cam.* 17. *numer.* 137. *& seqq.* Vnde *addit. ad Chil. Ronig Proces. p. 1. h. t. pag.* 141. etsi quis ante 20. annos litigauerit alieno nomine, si nunc comparere velit contra me, aliter necesse esse vt probet mandatum, quàm quod tamdiu se pro Procuratore gesserit. † Sed num ex patientiâ principalis præsumitur, præsertim si præsens iudicio videat causſam tractari, nec contradicat? Aff. *P. Fab. 1. Semestr.* 13. *pag.* 74. *Trentac. 2. pract. resol. h. t. ref* 11. *Bouer. singul. 26. num.* 3. *Bertazol. cons. crim.* 259. *num.* 37. *plures* ſq *citati à Menoch. d. præs.* 33. *num.* 7. *Zang. de exc. p 2. cap.* 8. *num.* 15. *per l.* 18. *Mand.* Sed *Vasq. 2. contr. vsufreq.* 23. *num.* 3. *& seq.* inde mandatum non induci, vt gesta tanquam à vero procuratore, domino litis profint & obsint pluribus rationibus adstruit. *Et pinel in l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. cap. 1. num.* 19. illud per *d. l.* 18. non probari ostendit, cum loquatur de tacente in sui commodum. Et ad silentium ibi accessit factum aliquod accipientis mutuum. Et *Crauetta de antiq. tempor. p. 1. §. quartò limitatur nu.* 57. *& seq.* id communiter improbari refert, admittens tamen in coniuncto, amico, ac socio. Sanè si aliquod mandatum habeat, eiusque fines sciente domino excedat, ex patientiâ illud extendi statuit *Pinel. d. lo. num.* 18. *& Vasq. d. cap.* 23. *num.* 5. *Mascard. de probat. conclus* 1153. *num.* 19. *& num.* 27. *decis. Rotæ nouiss.* 132. *num.* 7. *p.* 2. Confer *notata supra lib.* 12. *cap.* 27. *lit. A.* † Quando quis præsumatur Procurator, quia à Principe sic vocatus, vid. *Hartm. Hartmannitit. 7. obs.* 4. cc Et tamen Syndicum, ad sui legitimationem, non posse de rato cauere, scribit *Vantius de nullit. ex defectu mand. n.* 150. † Audenter verò *A Fab. in d. l.* 6. §. 3. hoc quod *in d.* §. 3. *vers. interdum* falsitatis coarguit. Neque, pro more suo, in Tribonianum stilum stringit, de suppositio suo fœtu, illum incusando, sed in ipsum ICtum, rationibus tam frigidis, vt referre fermè pigeat 1. Procurator quilibet esse potest. Actor non, nisi cui lex, vel ordo permisit *l.* 3. *Quod cui vniu.* Ergo in illo cautio, vice mandati, cedere potest, in hoc nequit. Bz Nihil diuersum in personis. Nam Syndicus potest omnis esse, quicumque Procurator *Monach. Pract iudic. p. 6. cap* 8. *num* 33 Et quod in illo mandatum, in hoc lex, vel decretum. (Nam & in tutore, locus est, cautioni *lit. seq.* nec tamen mandato.) Vtque *d. l.* 3. dicitur actor non admitti, sine lege, vel decreto, ita per pluribus locis Procurator, sine mandato. Quare vt in illo cautio supplet quod deest mandato, non si nudè alleget se Procuratorem esse, *vt malè Faber vid. not. s. h. c. lit. X.* sed si aliquam, aut non plenam, fidem de eo faciat, ita & in hoc, &c. Vnde concidit, quod Faber ex vocula *permisit d. l.* 3. infert. Neque enim ita sit, vt alij permittatur, sed cautio rati efficit, vt is ipse præsumatur, per ea quæ ipse *Fab. ad l.* 49. §. *vltim. h. t.* 2. Ratio Fabri. Quia decreti probatio, præcisè exigi nequit. Quid enim si is sit, cui ex lege agere licet. Bz. Aſt non de alio actore loquitur *d.* §. 3. quam, qui decretum se habere allegat. In alio enim nec locus est quæstioni, & semper supponendi sunt termini habiles dd item an agenti administratio commissa, an rem pupilli, saluam fore satisfecerit. Et sic accipit *pr. I. de satisd. vers. tutores verò Gœd. de contr. stip. cap.* 5. *num.* 319. ee Rectè. Vbi & id singulare, quod hic de rato pupilli cauet, cum aliàs à Procuratore substituto, post lit contest. caueat ratum habiturum, non priorem dominum. sed suum mandantem, vid. not. *c. præced. lit S. & lit. Bb.* ff Vt nec coniunctæ personæ, cum cautione iuratoriâ admittantur, vid. *Zang. de exc. p. 2. cap.* 8. *num.* 19. vbi hodie receptum testatur, vt & pignoribus ita caueatur. Sicuti &, ex *Nou. Elect. Sax. Augusſ. 5. p. 1.* possessio immobilium, Procuratorem quoque à satisfactione releuat. gg Nisi Procurator, post litem contest. interuenerit *Ronig. Proc. p. 1. h. t. pag.* 123. *Vvurſ. tit.* 10. *obſ.* 4. *Fac. nor.* 1. *præc. lit. O.* † Ex Ord. Cameræ *p.* 1. *tit.* 21. cautio de rato recipitur, vsque ad litis contestationem exclusiuè. Quod si postea mãdatum non verè probent, in expensas litis damnantur. vid. *Mynſ. 5. obſ* 49. hh *Nou.* 88. *c.* 2. *ſub fi.* etiamsi filius, vel pater sit, *l filiuſ.* 14. *Qui ſat. cog.* ac etsi consors litis *l.* 1. *& 2. C. de consort. lit. P. Vvef. conſ.* 29. *num.* 2. Sed si litis defensor. *d. l.* 46. §. 2. Secus si causſas absentiæ alleget *l.* 31. §. 2. *de negot. geſt.* Nam hic verus defensor non est. vid nor. *s. cap.* 9. *in fin.* Tametsi *Sich. in l.* 12. *C. h t. num* 3. ita hunc non satisdare velit, si causſa absentiæ posita in facto, ex. g. quia ægrotat, &c. Secus si in iure, vt quia incompetens sit, qui citauit. Idem *n.* 4. non satisdare, quando defensio potest doceri, exactis, veluti si dicat: Compareo pro Titio, petens vt iudex inspiciat acta, & secundum illa pronunciet. Quia hoc iudex, vltrò facere posset *tit. C. Vt quæ desunt aduoc.* Moribus Saxonum hanc cautionem, nec à principali reo, nec à Procuratore præstari, sed cautionem rati iuxta dist. in actore positam, *s. lit. Z.* notat *Vvesenb. Par. h. t. nu. 6. in fin.* Sed vid. *Nou. Elect. Augusti 5. parte 1. & supr. not. lit. Ff.* ii Præsumptio enim necesse est, cedat veritati *l.* 24. *& seq. l.* 29. *& seq. de probat.* Quare cum constat locuplerem esse, cessat regula iuris, quia pugnantiam inuoluit, vt qui certè diues est, non habeatur *A. Fab. in rat. dubit. ad l.* 53. *h. t.* kk Pulcrè *Anton. Hering. de fideiuſſ. cap. 5. nu.* 20. *& seqq.* quod expediat, fideiussores habere minus potentes, pro potentioribus, per quorum latus, principalem pulsare liceat. Vbi exempla profert summorum principum, qui fideiussores dederunt, multò se ignobiliores. Accedit, quod iniquum sit, onerari actorem longa, ac difficili sæpe, inuestigatione, an sit idoneus defensor, cum plerumque lateat æs alienum. Proba hæc ratio *A. Fabri ad d. l.* 53. vti aha eiusdem reproba, quod alienæ rei se immisceat defensor, & quamtis bonâ fortè mente id faciat, tamen sit quod imputari illi possit, cuius pœnam hanc eum subire æquum, vt pro locuplete non habeatur. Malè. Alia verò ratio, cur dominus ipse reus, si locuples, non satisdet, quia eius fidem iam antea secutus est actor. Defensoris non item, sed in eum incidit. † Malè verò, qui simpliciter contenti ratione *d. l.* 46. §. 2. neque rationis eius rationem reddunt, in eámve inquirunt P. *Fab. ad l* 95. *de R. I. p.* 439. *Gif ad d. l.* 46. §. 2. *n.* 12. *Arumæ. lib.* 1 *dec.* 7. *num.* 6. Placuit aliquando hæc ratio, quia nisi satisdaret, non posset in eum actio iudicati dari *l.* 61. *de Proc.* Sicuti *Vvef. Par. h. t. num.* 6. *ſub fin.* sine hac cautione, non rectè cautum esse aduersario, de exsecutione. Sed nunc displicet, quia non minus actio iudicato datur, etsi non satisfecerit, fortè reo, cautionem, non exigente. Et actio iudicati, non ex cautione, sed ex litis contestatione Procuratoris, & quasi contractu. ll Aliter *Hortenſ. ad* §. *fin. n.* 3. *l. de satisd.* quia maior vis actionis, & condemnationis, aduersus reum, vnde actio quam absolutionis aduersus actorem, vnde exceptio. mm Et vbi non potest exsecutio fieri, in Procuratorem. Hæc enim ratio, non exigendæ cautioni rati, à defensore, in personalibus regulariter, quia iudicati exsecutio, in ipsum, non in eum, quem defendit *l.* 28. *in fi. h. t. l.* 10. *Iud. solui*, atque ille, vt Accurs. loquitur, de bursâ suâ soluit. Nihil verò interest actoris, à quo suum recipiat. *A. Fab. ad l.* 39 §. *vlt. h. t. Gisan. ad l.* 40. §. 2 *n.* 20. Aſt in realibus, nec iudicato satisfacit defensor, patiendo possess. rei in actorem, ex sententiâ transferri, Nec aliter potest actor, securus reddi.

Et

Et ibi itaque cautio de rato, veluti pars quædam est cautionis, iudicatum solui *A. Fab. ad d. l.* 40. §. 2. Idem igitur, si actione in personam, species debeatur, & petatur, ex. g. equus commodatus *Gisan. ibid. num.* 22.

CAPVT XIV.

Cautionum Procuratoriarum commissio, & effectus.

HÆc de satisdationibus Procuratoriis. Vbi & hoc notandum, illarum alteram, de rato, Procuratoris, alteram, Iudicatum solui, defensoris propriam esse. Neque enim ille, hanc præstat, nisi quando & quatenus est defensor, neque hic illam, nisi quatenus est Procurator, eius, cuius petitio metuitur, per ea quæ *cap. præced.* NVNC, VIS HARVM STIPVLATIONVM COGNOSCENDA. ad depositionem *tit. D. Iud. sol. & Rat. rem hab.* ET DE STIPVLATIONE IVDICATVM SOLVI Q. I. QVOMODO RECTE CONTRAHATVR? Si stipuleturis, cui agendi facultas, vt dominus, aut Procurator *l.* 3. §. 1. *h. t. it. Iud. sol.* verus, cui mãdatum est, vel actio ab eo institutio, rata
a habita *d. l.* 3. §. 2. a tutor vel curator *d. l.* 3. §. 1. non tantum verus, sed & cuj administratio est. Non si honorarius, aut si non tanquam tutor agat *d. l.* 3. §. *sed etsi* 5. aut extra administrationem, si ea diuisa *d. l.* 3. §. 7. Quare etsi hi, vel aliàs non veri tutores, procuratores, &c. admissi præstitâ cautione rati, quod fit in dubio vt supr. *c.* 12. illisque à defensore rei cautum Iudicatum solui, inutilis stipulatio, & stipulanti, & domino. Adeo vt nec, qui sine mandato rectè agunt, liberi, parentes, mariti, vtiliter ita stipulentur *d. l.* 3. §. 3.
b quia quod eis agere ita permittitur, non facit eos Procuratores. Quod sic declarandum. Qui alieno nomine agit, etsi Procurator, nec tutor sit, tamen tanquam talis agit. Ergo defensor ei prõmittit, tanquam procuratori qualis si non est, consensus obligationem destit, b quæ etsi summo iure valeret doli
. excẽptione elideretur *l.* 2. §. 3. *de doli exc.* Quod si ergo inde stipulanti, non quæritur actio, minùs domino, obsistente insuper regulâ *l.* 38. §. 17. *de V. O. & simil.*
c Vbi autem verus procurator, vel tutor stipulatur, c vti ipsi directa actio quæritur, ita domino vtilis *l.* 28.
d *l.* 68. *de Procurat. l.* 5. *§. pen. de const. pecun.* d II. QVOMODO COMMITTATVR, & ad quid? VARIE, VT SVNT CLAVSVLÆ TRES, id est, tria membra suis
e clausulis distincta, quæ promittuntur *l.* 6. *h. t.* e J. eâque sola verbis expressa vid. infr. *lit. Z.* DE RE IVDICATA se videl. iudicatum soluturum *pr. I. de satisd. l.*
f, *pen. h. t.* vnde stipulationi nomen. f Quæ ceu conditionalis COMMITTITVR SI IVDICATVM EVERIT
g § *l.* 21. *§. 2. de op. no. nunc.* (quia verba, quod iudicatum erit, demonstrationem ex futuro habent, cui conditio inest,) A QVO OPORTET, in quem reus & fideiussores conseruent. Non igitur si stipulans, qui ostendit se ad certũ iudicem iturum, postea apud
h alium egit, consentiente licet reo *l.* 3. *pr. h. tit.* h non si ventum ad iudicem appellationis, de quo in cautio-
i ne nihil conuenit *l. pen. h. tit.* i QVA DE RE OPORTET non si de aliâ, nec si stipulatus, quasi in rem acturus,
k agat in personam *l.* 13. *§. vlt. h.* k ET CONTRA QVEM
l OPORTET, id est, vt non tantum cõtra eum, qui promisit, l sed & vt in eadem causſâ is fuerit, tempore iudicij accepti, quâ tẽpore stipulationis *l.* 7. *h. t.* In alia autem causſâ vt ibid. fit tribus modis. 1. Si qui verus fuit procurator rei, ante iudiciũ acceptum à domino
m prohibitus, idque actor sciens egerit. m 2. Si dum satisfecit mandato caruit postea Procurat. datus iudicium accepit. n 3. Si defensor ante iudicium acceptũ
n reo heres exstitit. Committitur autem vbi conditio

hoc modo exstitit, statim, sed exactio in tempus, reo principali indultum differtur *l. 1. h. t.* o IN ID QVOD IVDICATVM EST. Hinc dicitur, habere expeditam quantitatem *l. 9. h. t.* id est, certam videlicet, tempore, quo committitur, quia, & hanc sententia contineat, oportet, *tit. C. de sent. quæſi. cer. quant.* Etsi eadem dicatur incertam continere *l.* 2. §. 2. *de stip. præt.* scilicet: ab initio, ac ipsa. conceptionẽ stipulationis p 2. DE RE DEFENDENDA, VBI DVÆ RES LIBERANT per se singulæ, quę contrariæ iunctæ stipulationem committunt *l. hæc stipulatio* 15. *h. t.* SI AVT RES DEFENDI DEBERE DESIIT, id est, si lis quoquo modo finita *l. 2. h. t.* solutione, transactione, confusione, &c. *l.* 13. *id fi. pr. l.* 8. *h. t.* item si res periit citra moram, secus si post litem contestatam *l.* 11. *h. t.* Et hoc est quod in *l.* 18. *h. t.* dicitur de quâ prætor iudicium accipere non cogat, id est, cuius obligatio & actio sublata, ipso iure, vel per exceptionem proinde nullum de eâ iudi-
q cium esse potest, & sic nec defensio in iudicio. q Secus est, si reus ob conditionem personæ, iudicium accipere non cogatur *vt l.* 3. §. 8. *l.* 12. *h. t.* quia hîc res, ab alio defendi potest. AVT DEFENSA EST, id est, iudicium acceptum *l.* 35. §. 3. *de Procur.* RECTE *l.* 5. §. *vlt. h. t.* vbi 4. spectanda 1. Persona, Rectè defendit etiam alius quiuis, eius qui satisdedit, aut principalis nomine, & sine nouâ satisdatione, si quæ personæ in stipulatione demonstratæ *l.* 5. §. 3. *h.* aut si dominus ipse, etsi lite cum vno fideiussorum iam contestata,
r modo ante rem iudicatã *l.* 3. §. *vlt. l.* 4. *l.* 5. *pr. h.* Cum r eadem verò, si extraneus *d. l.* 5. §. 3. qualis etiam fideiussor is, qui stipulatione hac non comprehensus *d. l.* 5. §. 4. 2. Modus. In solidum *l. ex clausulâ* 17. *h. t.* Ergo si plurium fideiussorum vel heredum vnus pro parte suâ solùm defendat, res in totum indefensa censetur & committitur stipulatio, etiam aduersus hunc, quia hæc stipulatio indiuidua *l.* 139. *de V. O.* f Hinc, si plu- f res fideiussores, vel heredes per alium defendere volent, actore postulante, vnum Procuratorem dare coguntur *l.* 5. §. *pen. h. t.* 3. Locus, vbi agi debet *d. l.* 5. §. *vlt.* scilicet in foro rei. 4. Tempus. Omne *l.* 3. §. *pen. h.* modo nondum actum, ob rem non defensam, ac lis eo nomine cõtestata *leg.* 13. *vers. proinde hoc tit.* t COMMITTITVR autem contra quam superior, IN INCERTAM QVANTITATEM. Nimirum ad id quod interest, ceu faciendi obligatio *supr. lib.* 15. *c.* 3. Hactenus autem interest, quatenus debetur, aut actione, ob rem non defensam, aut damnum fuit. Obi. Atqui hac ratione ageretur veteri actione, si id quod ex eâ debetur, petitur. Deinde, quod sic debetur, est certũ. Bz. Certum est, si actione veteri agatur, contra paratum defendere. Sed quid si actionis tempus exiit. Hic solùm, exstipulatione, agi potest, quia incertum petitur, quia incertum, an actio, & quatenus perierit, adhæc impensæ quoque futuri iudicij, petuntur, quæ quantò maiores, minorésve futuræ, quàm si olim actum esset, incertum: Quid si integra veteri agitur, contra defensoris fideiussores, qui, licet in solidum defendere debeant, singuli tamen tenentur dumtaxat, pro parte sua *l.* 16. *h. t.* quia pecunia diuidua est.
u STATIM si tamen cum fideiussore agitur, cauere u debet creditor, se dominum priore iudicio absoluturum *l.* 14. §. 1. *h. t.* 3. DE DOLO MALO, quæ nouissima dicitur *l.* 19. *h. t.* Committitur ad id quod interest, si aut malitiosa fruſtratio efficit, ne lis perducatur ad exitum *l. vlt. de Procur.* x aut si dolus, vt perperam iu- x dicetur, subornatis testibus, iudice corrupto. Et continetur dolus defensoris, ac heredum, non verò extranei, nisi adiectum sit. Si huic rei dolus non aberit, tantam pecuniam, aut quãti ea res erit, dare spondes

y *d.l.*19 y Atque hæc, de tribus his clauſulis, quarum
z duæ poſteriores non ſunt ex verbis, ſed ſententiâ, z
quia prior ſine his præſtari nequit. Nec enim poteſt
iudicatum ſolui, niſi ſit iudicatum, nec iudicari po-
teſt, niſi ſit iudicium rei defendendæ cauſsâ, nec iu-
dicari videtur, quæ perperam iudicata eſt. Omnes au-
tem hæ clauſulæ, vnâ quantitate, nec in perſonâ eiuſ-
dem ex pluribus clauſulis, committi ſtipulatio po-
teſt, ſed ſi ex vno caſu commiſſa, ampliùs nequit *l.* 5.
§. 2. *& vlt.h.* Nam aut defenditur res, & vel tunc rectè
iudicatur, & non poteſt committi, niſi prior clauſu-
la, vel perperam dolo malo, & non niſi poſtrema.
Aut non defenditur, & non poteſt, niſi ſecunda, niſi
fruſtratio doloſa interuenit, vbi, & ob hanc vnam
cauſſam committetur. Species tamen vna, dubium
habet *in l.* 13. *pr.h.t.* Defenſor iudicatum ſolui ſatisfe-
dit, ac defendere cœpit. Poſtea ob litem defertam,
ceu contumax condemnatus. Videtur quod hic, &
res defenſa non ſit, & iudicatum. Sed Vlp. ſtipulatio-
nem tantùm committi, ob rem iudicatam, ratione
aa adiectâ. Quo facit quod eſt in *l. vlt. in fin. h.t.* aa In
plurium autem perſonâ, ex diuerſis cauſſis commiti
poteſt. *d.l. vlt. h.t.* SEQVITVR SATISDATIO, REM
RATAM HABERI. QVÆ RECTE CONTRAHITVR,
SI STIPVLETVR IS, QVI POTEST vt reus, tutor,
curator per *l.* 5. *§. pen. de pec. conſt.* non autem procura-
tor conuenti, etſi verus. Aut enim hoc intendit ne
dominus, cuius nomine agitur, denuò contra ſe agat;
& fruſtra hoc veretur, cum actio illi non contra ſe, ſed
principalem ſuum ſit. Aut ne idem denuo, contra
dominum ſuum, quem, defendit agat, & ſtipulatio
alteri facta, inanis, quæ nec ſi à Procuratore, rectâ in
dominum collata, vtilem illi actionem acquirit *d.l.* 5.
bb §. 6. *de pec. conſtit.* bb *impletur, ſi ratum dominus habeat*, et-
ſi cum falſo procuratore actum, quia per ratihabitio-
nem, quæ mandato comparatur, verus effectus *l.* 12.
cc *§. vltim. de ſol.* cc *Committitur ſui ratum non habuit.* Hinc
Q. Quando conſter ratum habuiſſe. Nam & ſi ratum
non habeat, pecunia Procuratori ſoluta, repeti po-
teſt conditione ob cauſſam dati. Ratum habere, eſt
[illegible] habeat, quod à falſo procuratore, actum *l.* 12.
§. 1. h.t. Rem rat. hab. Id declaratur verbis, vel actu *l.* 5.
h.t. Vt 1. ſi litem à Procuratore cœptam perſequatur
d.l. 5. Nam quoties ſuo nomine, & alieno quis facere,
quid poteſt, ſi ſimpliciter faciat, ſuo nomine creditur
facere *l.* 51. *Pro ſoc. l.* 4. *de ſol.* Non poteſt autem cœpta
perſequi, niſi illa agnoſcat, per *regulam*: *Qui vult conſe-*
quens. &c. 2. Si procuratore victo appellet *l.* 3. *§. vlt.*
dd *hoc tit. Ratio eadem.* dd Improbatio itidem verbis &
factis probatur. Facta autem tria. 1. Petitio, vel domi-
ni, vel qui ab eo petendi cauſſam habet, vt emptor
ee fundi *l.* 16. §. 1. *h.* ee Quia & damnum dediſſe vide-
tur, qui dat occaſionem damni. Contra reum, vel
eius fideiuſſorem, qui aduerſus ipſum regreſſum ha-
bet *l.* 1. *l. ſi quis* 14. *h.* de eadem re *pr. I. de ſatisd.* etſi par-
tem petat, vt fundum ex hereditate, de qua prius iu-
dicium *leg.* 22. §. 8. *h.* ac etſi quid adiiciat, & plus petat
l. 4. *h.* Non autem ſi de alia. Exemplum *l.* 8. *pr.h.t.* Pro-
curator in rem egit, & de rato cauit Reus abſolutus,
quia non poſſidebat. Idem poſtea, poſſeſſionem na-
ctus, à domino conuenitur. Alia res eſt *d.l.* 8. Etſi e-
nim idem fundus, alia tamen poſſeſſio, ob quam a-
gitur *l. vn. C. de al. iud. mut. ca.* 2. Exactio extra iudicia-
lis *l.* 12. §. *vlt.h.* Aliud tamen, ſi non cautum de rato,
ſed dominum ampliùs non petiturum *l.* 15. *h.t.* At
quæ eius vim habent, compenſatio, deductio *d.§. vlt.*
d.l. 15. 3. Temporis, quo ratum haberi poteſt præter-
lapſus, vt ſunt dies ratihabitioni præſtitus *l. Celſus* 23.
pr. de rec. arb. Sine die interpellatio rei. Ratum enim
habere debet cumptimum certior factus, & ad hoc
interpellatus, ſpacio aliquo intermedio conceſſo *l.* 12.
§. 4. *h.t. l.* 13. *de ſol.* Sine vtroque dies actionis finitus
l. vlt. §. 1. *h.t. vbi ratio.* Finitâ namque actione, cum non
poſſit ſolui obligatio, quæ non eſt, nec rata haberi
poteſt ſolutio ff AD ID QVOD INTEREST *l.* 13. *l.* 19. ff
h.t. Quare ſi nihil interſit, nulla actio *leg. vlt. pr. h.t.* Ac
ſi pro parte interſit, hactenus tantum *Exempla l.* 17.
& ſequent. l. 22. *§. 5. h.t.* Et ſi ſæpius intereſſe poteſt, ſæ-
piùs committitur. Nam ſi impenſæ particulatim in-
ciderint, etiam particulatim, atque ita pluries agi
poteſt *l.* 18. *h.t.*

NOTATA.

a Etſi poſt ſententiam. Nam & tunc geſta falſi Procura- a
toris, dominum etiam in ſui commodum ratum habere poſ-
ſe, verius, & receptius eſt, vid. *not.* 5. *c.* 12. *lit. G.* Quod & *d.l.*
3. §. 2. probat, quia indefinitè loquitur, nec id ad ratihabita-
tionem, quæ pendente iudicio fit, reſtringendum. Planiùs
vero idem conuincit *d.l.* 3. §. 3. *iunct. l.* 8 *pr. de neg. geſt.* Nam
coniunctæ perſonæ facta hæc ſtipulatio, ita committitur, ſi
dominus ratum habeat *d.* §. 3. Et imputatur eidem, ſi nego-
cia geſſit, cur non oblata cautione rati egerit *d.l.* 8. *pr.* Su-
per vacuo ſanè niſi poſtquam ille egerit, & obtinuerit, com-
modum ſententiæ, ad ſe deriuare dominus poſſit. Itemque
l. 22. §. 3. *Rat. rem hab.* Quæ à contrario probat, petitâ pecu-
niâ à falſo Procur. qui de rato cauit, fideiuſſores eius liberari,
ſi dominus ratum habuerit. Quare vt ratum habere poſſit,
neceſſe eſt, alias indiſtinctè teneretur, fideiuſſores *Timæ.*
Fab. 1. *ann.* 20. b Arguta ratio, cui firmandæ adiici poteſt b
hæc haud ſcio an non fortior, quia geſta cum falſo Procura-
tore, quandocumque deinde, etſi poſt ſententiam falſum eſſe
conſtiterit, inualida, & iudicium nullum reddit, vt §. *c.* 12.
lit. E. Neque igitur, vel ex verbis ipſis iudicatum ſolui, ſti-
pulatio committi poteſt, neque ex priori clauſula, cum nec
iudicatum quidquam cenſeatur, Sed nec ex poſteriori bus
clauſulis, cum illæ propter priorem interponantur, nec dici
poſſit, rem non rectè, ex bono viri arbitratu, defenſam eſſe
iudicio, vbi nullum fuit iudicium. Nec dolo factum, quò
minus iudiciũ procederet, aut ad exitũ perduceretur. Cum
quando hic aliquis dolus intertenit (quod non ſemper con-
tingit) is ſit Procuratoris falſi ſtipulantis, qui ex mandato ſe
agere mentitus, non verò rei, vel defenſoris promittentis, &
contra quem, committi debet cautio, qui ſi ſciuiſſet Procu-
rat. falſum eſſe, non vtique ſatiſdediſſet, cum hoc ipſi onus
fuerit, nec commodum inde ſperauerit. Cumque eo caſu,
quo Procurator falſus, aliqua, ſed non plena de mandato, fi-
de facta, vid. *s. c.* 13. *lit. X.* vel coniunctus, citra vllam man-
dati allegationem, rati cautionem præſtitit, iudicium cum
illo ſuſcipere, eique iudicatum ſolui, cauere neceſſum ha-
buerit Atqui hinc clara lux accendi poteſt *d.* §. 3. cur coniun-
cti (ad agendũ admiſſi, etſi fateantur ſe non habere manda-
tum, vt *s. c.* 12. *lit. I*) Procuratores non ſint. Nimirum, quam-
uis iudicium cum illis aduerſarius ſubire compelletur, id ta-
men non ex coniunctione hac conſiſtit, ſed interim proce-
dit, ex præſumptione iuris, ob ſpem ſecuturæ ratihabitionis
domini, quia licet non mandaſſe conſtet, ob affectionem
tamen, inter huiuſmodi perſonas naturalem, ratificaturus is
poſtea, ceu probè, & ex fide bona amici, geſta, creditur. In
pendenti itaque eſt, an iudicium valiturum, quod procedit.
Sicuti æquè in incerto eſt, vbi alius, quàm coniunctus, qui
mandatum ſe habere aſſerit, ſed non perfectè docet, cautio-
nem rati expoſuit. Quamuis hoc intereſſe poſſit, quod illic
ex futuro euentu, ſperato ſane, incerto tamen, ratificationis
domini ſemper pendeat iudicium, hic verò natura certũ eſſe
queat, quod ex præſenti valeat, aſt incertum nobis. ſi nempè
verè mandatum ſit Procuratori, ſed illud non verè probatum
ſit. Procedit verò vtrobique iudicium, ex ratione, quæ *s. d. c.*
12. *lit. G.* cum & cautione rati, indemnis reddatur aduerſa-
rius. Itaque ſi dominus geſta, coniuncti alteriuſve falſi Pro-
curatoris, rata habere recuſet, iudicium domini, reique con-
uenti ratione, inualidum. Ne tamen hic impunè deluſus ſit,
cum vtrumque iuris neceſſitate admiſerit, ſtipulatio quidem
rati, pro reo contra coniunctum, aliumve, qui ſine mandato
agens eam expoſuit, committitur. Quo ipſo & huius menda-
cium, & illius inconſulta temeritas punitur, & quod rei in-
tereſt, lite non inaniter vexari ipſi præſtatur, etiam tunc, cum
ſententia contra reum dicta, ſi illam dominus acceptare no-
lit, ſed litem ipſe inſtaurare malit. Iudicatum verò ſolui ſti-
pulatio pro coniuncto hoc, falsóve Procuratore committi
nequit, tum quia vtrique, vt Procuratori promiſſum, quæ
quali-

qualitas, vt *hic noſter*, tum quia, vt nos modò diximus, iu-
dicatum dici nequit, vbi iudicium nullum. Iudicium autem
non minus nullum, quod cum coniuncto ſuſceptum non
ſecutâ ratihabitione, quàm, quod cum alio quouis *leg.* 7.
Cod. de reb. cred. Denique (quæ ratio ex mera æquitate
priori, quæ ex intimo iure, accedit) quia abſurdum, illum
ex improbitate, hunc ex temeritate ſuâ, lucrum captare,
cum manifeſtaria fraude rei conuenti, iudicioque (ſed quod
nullum eſſe apparet) condemnati. Committeretur quippe
ſtipulatio, non domino (hunc enim ponimus geſtis non
acquieſcere) ſed coniuncto, vel Procuratori qui domini
nomine egit. Quod ſi itaque huic ſolueret reus, obligatio-
ne tamen ſe non redimeret, cum nec vero litis Procuratori,
facta ſolutio liberet *l* 86 *de ſol.* quin domino vero, actio, &
exactio integra eſſet. Itaque in euidenti damno poneretur
is, cui nihil imputari poteſt, quod iudicium prius ſuſcepe-
rit, quod iure cogente debuit. Quin itaque etſi iudicium
conſiſteret, ac iudicatum verè eſſet, (cum contra ſit) doli ta-
men exceptione agens, ex ſtipulatu repelleretur, per ea quæ
j. lit. D. Vbi verò ratum habuit dominus, ſtipulatio com-
mittitur *d.* §. 2. etſi id fecerit dominus, poſt ſententiam, vt
not. lit. præced. Quæ & ex his lucem accipiunt. Aliàs coniunctus agens, pro coniuncto nocere ipſi tantum poſſet, ſe-
cutâ ratificatione, prodeſſe ne ſic quidem: Itaque ille finem
ſibi propoſitum, qui fuit, vt agendo inferuiret commodis
c amici, numquam aſſequeretur. c Veri autem nomine intel-
lige ex ſententiâ Don. noſtri vt s. *lit. A.* etiam qui initio
falſus, vel ſi coniunctus egit, & vtriuſque geſta rata habita.
d *l.* 5. *de Prat. ſtip.* Eademque potior directa cum ſi Procu-
rator agat exceptione repelli debeat *d.l.* 28. ſiue Procuratoriâ, quod non amplius ſit. Procurator, lite finita, vt *Gifan.*
ibid. num. 2. ſiue doli, *vt Ant. Fab.* & meliùs, quod dolo
exigatis, cui ſolutio facta, debitorem non liberat *l.* 16 *pr. de*
pact. Atque ſic exponenda, verba extrema, *l.* 27. *de Procurat.*
neque ex illis Tribon. corruptioni, & inſcitiæ, cum Fabro,
ibid. *&* 12. *Coniect.* 4. arguendus. Ac etſi egerit Procurator
& exegerit, domino actio ſupereſt *d.l.* 28. quia ſibi imputet
reus, quod exceptione non vſus. Eadem obtinent etſi à Pro-
curatore in dominum, aut à domino, vel procuratore in
Procuratorem iudicium tranſlatum, quia litis translatio,
prætore auctore, *d.l.* 27. *in fi. pr.* facta, translationem actio-
nis inducit, ſed vtilem, *Gifan. in d. l.* 27. *n* 9. Neque priori
caſu, ceſſio actionis neceſſaria, vid. *Gœd. de contr. ſtip. c.* 10.
num. 30. Mirum verò, quod *A. Fab. d.l.* 25. §. 1. totum eum §.
ideo Triboniano adſcribat, quod eſt iuris ratione, nec vti-
lis actio quæri poſſit domino, ſtipulatione Procuratoris,
niſi vel præſente illo, vel ex re eius facta ſit. Idem tamen *d.*
l. 28. vbi idem habetur, Vlp. eſſe agnoſcit. Huiuſque rei ra-
tionem hanc, non nihili, reddit quod ſtipulatio hæc, ceu pre-
toria, interpretationem ex mente prætoris capiat *l.* 52. *de V.*
O. l 9, *de ſtip. præt.* Is verò in hunc finem iniungit, vt iudica-
ti actio ſit paratior. Cui itaque iudicati actio eidem & ex
e hac ſtipulatione e Vna verò hæc ſtipulatio, ſicuti paſſim vo-
catur, non tres, vt & probat *l.* 5 §. 2. *& l.* 13. *pr. ac l. vlt. h.t.*
quia non niſi ſemel committi poteſt. Nec igitur probanda
emendatio *Vult. ad tit. I. de ſatisd. num.* 19. pro iis, quæ vulgò
in §. 4. *I. d.t.* leguntur *ſatisdationem ſolemni ſtipulatione re-*
ponentis *ſatisdationis ſollemnes ſtipulationes.* f Quia præci-
pua eſt, eâ ſublatâ per acceptilationem, ſolutionemve eua-
neſcunt cæteræ, quæ propter hanc interponuntur, vt iudicari
poſſit *Cuiac.* 10. *obſ.* 29 g verè non ſi nulliter, veluti non præ-
miſſa citatione, nec ſi ſententia effectum non habeat *Matth.*
h *de Afflict. deciſ. Neap.* 182. *n.* 3. h *l.* 64. *de iud.* Hinc vulgaris
theorica: Mutatio iudicis, liberat fideiuſſorem *Cæſar. Vrſill.*
annot. ad Afflict. deciſ. 182. *n.* 4. vbi *nu.* 5. idem tradit, etſi no-
tarius appoſuerit clauſulam, quod coram alio iudicio tenea-
tur. Contra tamen videtur, ſi illa ex ſcientia fideiuſſorum,
nec mero more & ſtilo appoſita, per *text. l. pen. in fin. h.t.*
Quin imò *Gifan. ad l* 27. §. 1. *h.t. num.* 6. hoc ita demum
admittit, ſi ſtipulatio in certum iudicem cõcepta & *Teſſaur.*
deciſ. 202. *num.* 14. ſi nominatim indeſignatus, eiuſque iudi-
cio ſe arctauit. Quamquam hanc reſtrictionem vix pro-
bandam putem, etſi & noſter eo inclinet, quia textus gene-
rales, & in iudicio ferè interponitur hæc cautio, vbi in præ-
ſentem conſentiunt, & fideiuſſio ſtricti iuris. Quin nec me-
diante iuramento fideiuſſorem trahi, ad alium iudicem, poſt
plures relatos *Anton. Hering. de fideiuſſ. cap.* 20. §. 26. *num.* 2.
Sed hæc in mutatione, iudicis ordinarij. Secus ſi ab eodem,
quis delegatus, *Cæſar Vrſill. d. loc. num.* 6. *Teſſaur. d. loc.*
num. 12. *Hering. d.* §. 26 *n.* 6. vel illi ſucceſſor datus *Teſſaur. d.*
num. 12. quia tunc idem iudicium manet, vid. *s. lib.* 17. *c. vlt.*
lit. M. niſi nomen iudicis, in ſtipulatione expreſſum. Quo-
modo accepta dicta declaratio, Gifan. & Teſſauri probari

poterit. i Facit *l* 8. §. 3. *de fideiuſſ.* §. 4. *in fin. I. de ſatisdat.* i
Quia verò in ſpecie *d. l. pen.* nominatim iudex deſignatus,
inde *Teſſaur. deciſ.* 202. aliud eſſe, ſi ſimpliciter fideiuſſit, plu-
ribus contendit, itaque in Curiis omnibus iudicari teſtatur
num. 12. & in Rotâ Romana ſic iudicatum refert *Ant Gabr.*
Rom. lib. 3. *comm. concluſ. tit. de Fideiuſſ. concl.* 4. *n.* 2. Quam-
uis verò *Hering. de fideiuſſ. cap.* 20. §. 20. idem etſi ſimpliciter
acceptus, ſtatuat quia, ait idem *n.* 9. & ſeq. etſi cauſſa ea-
dem, quoad merita, inſtantia tamen differt. & ita pleroſque
ſentire ſcribat, quos refert, ibid *num* 4. *&* 5. Et *Fachin* 8.
contr. 57. quia iudicium appellationis, diuerſum à priori ideo
etſi, in eo prior ſententia confirmetur, fideiuſſionem exten-
dendam non eſſe. Placet tamen magis Teſſauri opinio, quia,
vt idem ibid. *num.* 13. non verè mutatur iudicium, nec his
dicitur finita. Et quo maximè mouear, ne in poteſtate ca-
lumnioſa aduerſarij ſit, an fideiuſſores ſuos teneri velit, ſic-
que aduerſarius, contra bonam fidem decipiatur. Planè ad
vitandas cauillationes monet idem expedire, vt fideiuſſio
extendatur in omni inſtantia &c. † Quod ſi ab interlocu-
toria appellatum, fideiuſſionem non expirare, minus dubij
videtur, cum *d. l pen. h.tit.* de hac accipi non poſſit, ceu iure
ciuili non probata. Ita tamen, poſt æmulam demum diſce-
ptationem obtinuiſſe, innuit *Cæſar Vrſill. annotat. ad deciſ.*
Afflict. 182. *num.* 6. Qui in inſtantia Reuiſionis? vid. *Anton.*
Hering. d. §. 20 *n.* 26. *& ſeq.* k qua de re, vid. *A. Hering. de* k
fideiuſſ. c. 20. §. 26. *num.* 24. *& ſeqq.* vbi *n.* 38. & ſeqq. inqui-
rit, num poſſit ad actionem priorem reuerti, quod ita ſta-
tuit, ſi eodem iudicio errorem corrigat. l Non ſi translа- l
tum iudicium, à perſona defenſoris, in dominum *l.* 1. §. *fi.*
Quib. mod. pig. ſolu. quia ea perſonæ mutatio neceſſe eſt
perimat ſtipulationem cum fideiuſſores non pro re, ſed pro
defenſore interuenerint. Etſi aliud ſit iudicia, à perſona Pro-
curatoris, actoris translato, vt *not. ſupr. lit. D.* quia hic perſo-
na mutatur, non iudicium, quod cum omnibus qualitatibus
tranſit *A. Faber ad d.l.* 27. Nec obſtat verbis ſtipulationis
ea mutatio, quæ in illa non ſolet comprehendi. *Gifan. ibid.*
num. 7. m Vt verò ſciri poſſit, intimanda eſt reuocatio Pro- m
curatoris, iudici, vel parti, aliàs geſta per eum tenent, quo-
ad præiudicium reuocantis *c. mandatum* 13. *extra h.t.* n n
Quia, qui antea ceu defenſor ſatisfecit, poſtea tanquam
Procurator in iudicio verſatur, & ſic mutata conditio eius,
pro quo fideiuſſerunt. Aliud eſt, ſi qui mandato carens, ſa-
tis accepit, poſtea mandato accepto, egit *l.* 11. *Qui ſatisfd.*
cog. quia eadem eſt perſona eius, cui ab initio voluerunt
obligari fideiuſſores ita *Ant. Fab. ad d.l.* 11. Et ille tanquam
Procurator ſatis accepit; Vnde mandatum, poſt interpoſitam
cautionem ſecutum, firmat geſta & gerenda, vim habens
mandati, quoad futura & ratihabitionis tacitæ, quoad præ-
terita *Vaſqu.* 2. *contr. vſu freq.* 15. *n.* 9. o Et committitur igi- o
tur, contra Procuratorem, qui promiſit, & fideiuſſores, in
dominum verò, ex ſtipulatu actio non datur *l* 28. *de Pro-*
cur. Neque enim vti melior domini conditio, ſtipulatione
Procuratoris reddi poteſt, vt *s. lit. D.* ita & deterior promiſ-
ſione, *Gifan. in d.l* 28. *num.* 5. Et malè itaque Ant. Fab. nega-
tione, ceu irreptitia ſubmota, legitima *actio datur*, quia ait
idem, domino actio ex ſtipulatu vtilis, quia eidem actio iu-
dicati. Ergo & contra dominum reum, actio ex ſtipulatu,
quia in eum, & ſolum regulariter, iudicati actio. Sed ne-
gatur conſequentia, ex prædicta ratione. Accedit, quod
per alium, litigantis conditio, non deterior eſſe debet,
quam ſi per ſe. Dominus vel Principalis, actor ſi ipſe egiſſet
vtique à Procuratore, vel defenſore rei, itidem ſatis acce-
piſſet, ſicque præter iudicati actionem etiam, ex ſtipulatu
haberet. Dominus verò reus, eodem caſu, cautione præſtan-
da non oneraretur, *l.* 5. §. *vlt. Quib. ex ca. in poſſ.* Quare, ni-
hil eſt, cur actor ex ſtipulatu, actionem in dominum deſi-
deret. Inauditum denique ex promiſſione alterius; alium,
vel vtiliter, obligari. Nam regula quidem *alteri ſtipulari*
non licet exceptiones plures habet, illa verò *de alio promit-*
tere non licet, nullas, vid. s. *lib* 12. *cap.* 16. *& ſeqq.* Tan-
tum abeſt vt hic, qui non de alio, ſed de ſe promiſit, a-
lium obliget, Quia, vbi ex facto alieno quis tenetur, vt in
actione. Quod iuſſu, exercitoria, inſtitoria, non illa tamen
actio, quæ ex geſtione cum altero oriri ſolet, ſed peculiaris
& propria. Ex geſtis verò cum Procuratore contra domi-
num, nulla actio prodita s. *lib.* 15. *c.* 48. *lit. Z.* p cum non p
conſtat, in quantum reus damnabitur, euentuſque iudicij in-
certus *Pac.* 7. *enant. q.* 48. q poteſt & ſic accipi *d.l.* 18. ſi vna q
aliqua cauſſarum interuenerit, de quibus j *cap.* 16 *lit. R. &*
ſeqq. Quomodo *Cuiac.* 6. *ad Afric. in l. vltim. de Procur.* tres
vel quatuor intellectus recipere *d.l.* 18. Sed iungendam eſſe,
l. 44. *de Procur.* Species ait, ſic ponenda. Cauit defenſor, vel
Procurator iudicatum ſolui; Recuſat litem conteſtari,

causâ reddita, quod capitales inimicitias, exem. gr. in se ceperit reus. Hic præter iustam caussam, necesse est nulla sit captio actoris, propter temporis tractum. Alioqui nihilominus defendere cogitur, hactenus vt præscriptio interrumpatur, *l.* 12 *de Procur.* Si igitur & iusta caussa & nulla captio actoris, non committitur stipulatio, quia id vir bonus, non
r arbitraturus, r Et sic dominus potest purgare moram, quia lis, non secum contestata est. Ergo per *tit. C. Res int. al. act.* Fideiussor autem sic liberatur non ex purgatione moræ, sed
f accessionum naturâ *Don. ad l.* 91. §. 3. *de V. O. num.* 13. f Et ne defensione scissâ, durior reddatur, actoris conditio. Contra, vbi plures sunt fideiussores, si vel vnus ex his, pro solido defendat, non committitur contra eos, qui non defenderunt *l.* 42. §. *vlt. de Procur.* quia hæc stipulatio, non ad personam, sed ad factum ipsum, impersonaliter refertur *Ant. Fab. ad d. §. vltim.* † Quid si stipulatus à duobus fideiussoribus, vnum liberauit, num actio, contra alium, in solidum tenet, vid. *Matth. de Afflict. decis. Neap.* 182. *n.* 10.
t *& seqq.* t Ergo si lis nondum contestata, etsi actum sit, stipulatio nondum commissa, quia adhuc defendi potest *l.* 3 §. *pen. h. t.* Quare priùs actum erit, quàm stipulatio commissa, quod absurdum. ℟. *Don. ad l.* 9. *de V. O. num.* 10. verè hic ante commissam esse, quia in stipulatione faciendi duæ obligationes: vna ad factum, altera ad id, quod interest. Et hæc, ad interesse, quæ conditionem habet in non faciendo incipit, non à conditione, sed aliàs stipulatione. Ergo per *l.* 113. § *vltim. de V. O.* Creditur autem non commissa *d. vers. proinde*, quia non præcisè, & efficaciter, sed potest reus euitare actionem, ad interesse, offerendo defensionem, quod & aliis facti obligationibus generale est. *l.* 84. *de V. O. l.* 1. *de pen. leg.* u Malè verò *Gœd. de contr. stip. cap.* 5. *num.* 240. cautionem hanc, non interponi, vt noua quæratur actio, contra principalem, vel defensorem, sed vt dominus litis, & qui satisdat, permittat secum, iudicio agi, & iudicatum faciat, id si recuset, vt fideiussores pulsentur. Nam imò iudicati actio regulariter, contra Procuratorem qui satisdedit, non datur *l.* 31. *de Procur.* Et noua hinc actio, diuersa, ab actione iudicati, quæ & priùs instituenda contra eum, qui satisdedit, nisi fideiussores, excussionis beneficio renunciauerint. Neque, hic finis est cautionis, quem Gœd. ponit. Quidni enim periude actio iudicati teneat, contra dominum, etsi forte hæc cautio à Procuratore, defensoréve eius, non exacta. Sed is, vt plenius caurum sit actori, si actionem iudicati fortè contra dominum intentare nolit, eave egestate illius, inanis
x futura, &c. x Sed ex verbis *d. l. vltim.* apparet committi hic, ex secunda clausula *Cuiac. 6. ad Afric. in d. l. vltim.* quia non in solidum defendit, qui defensionem non peragit, *Gisan. ibid num.* 5. y *l.* 38. §. 13. *de V. O.* quia alieni facti promissio, nisi certæ, vel incertæ pœnæ stipulatione muniatur, irrita *Gœd. ad l.* 69. *de V. S. num* 4. *&* 5. z Immò, dices, ex verbis, si rectè *Duar. ad h. t. cap.* 3. ita concipit censens. Quod iudicatum erit, ab hoc iudice, nisi appellatione, id irritum fiat, rem boni viro arbitratu defensam iri, dolum malum abesse, absturumque esse spondes. Et perfectionem formulam, clausulas has distinctè continentem refert, *Cuiac. 10. obs.* 29. *& in lib.* 8. *Pauli ad Edictum ad l.* 14. *h. t.* Sed rectè noster. Nam *l.* 3. *pr h. t.* dicit priorem clausulam reliquas in se habere, & stipulationem vnâ clausulâ claudi, scilicet, quoad verba. Planè nihil impedit, omnes has clausulas diserte exprimi, itaque cauillationibus vitandis expedit, & necessarium tunc, si in aliqua earum plenius sibi prospicere, actor velit, veluti, vt & dolus extranei contineatur. Nam vt adiici possit *si huius rei, &c. vt d l.* 19. §. 1. necesse est verba ista ad quæ, se hæc referunt *dolum malum abesse, &c. d. l.* 19. *pr.* præcedere. Et huius pleniotis cautionis formula est, apud *Cuiac d. cap.* 29. *ad*
a a *d. Briss. lib.* 5. *de formul. p.* 393. a a Tametsi illa verba, ceu Triboniani glossema damnet *A. Fab.* 12. *Coniect.* 7. sed malè. Sensus enim est, quod vbi in eiusdem persona videri potest, vtraque clausula commissa, tunc ex sola priori effectum sumat. bb Vtilis actio, non quæri potest, domino, nisi Procuratori directa quæratur. Hic verò directa non po-
c c test consistere in persona Procuratoris. cc *Nicoll. Valla de reb. dub. tr.* 18. *num.* 30. Consumit hanc stipulationem, ratihabitio subsequens, vel mandatum præcedens. Si nempe verus Procurator fuit, qui cauit, sed mandatum non perfectè probatur. dd Etsi enim hic rescindere gesta nitatur, non tamen inde improbat, quasi Procurator mandatum non habuerit, sed & idem facere posset, etiamsi ipse petierit *Duaren. ad h. tit. D. cap.* 2. vide tamen, *Ant Faber C. Fabr. h. t. de fin.* 19. Quando ratificatio domini secuta præsumatur,
e e vid. *Menoch. 2. præs* 38. ee Qui in heredibus, & an si nulla eorum, in cautione facta mentio, comprehendantur, vid. *l.* 22. §. 7. *h. t. Nicol. Valla de reb. dub. tr.* 18. *num.* 31. *& seqq.* ff Finge: Reus tenebatur redhibitoria. Procurator exegit debitum, præstita cautione rati. Priusquam ratum haberet dominus dies exactionis exiit. Postea, is ratum habuit. Q. an reus possit ex stipulatu agere, in pecuniam, quam soluit. Aff. *d.* §. 1. quia inutilis ratihabitio facta reo, iam tempore liberato. Non enim liberat solutio, quæ sit falso Procuratori, antequam ratum habitum *l.* 86. *de sol.* Hic ratihabitio, si ante diem exeuntem facta esset, liberasset retro acta, ad tempus solutionis. Nunc non potest liberare, iam ante liberatum. Nam quod retrotrahitur, ita verum si in medio nihil obstaculi inciderit, sed omnia paria permanserint *Cuiac. 6. ad Afr. in d. l. vltim.* §. 1. Plura de huius cautionis vi, *Valla de reb. dub. tr* 18. *num.* 29. *& seq. Gœd. ad l.* 82. *de V. S. ac de cont. stip. cap.* 5. *num.* 279. *& seqq. Cuiac.* 28. *qq. Papin. ad l.* 1. *Rat. rem hab.*

CAPVT XV.

Plures vnius litis Procuratores.

§. NVMERVS DATORVM. Vbi regula: VNIVS LITIS, nam si plures lites in singulas singuli dari possunt l. 37. §. 1. *h. t.* QVÆ VNIVS PERSONÆ SIT PLVRES PROCVRATORES, siue ad agendum, siue ad defendendum DARE NON LICET. a Quæ a
regula probatur, quoad actorem *l.* 31. §. 1. *h. t.* quia quod sub conditione illic, si plurium personarum lis sit, affirmatur, &c. *l. 1. pr. vers. huius rei de off. eius.* 2. arg. à maiori *ex l.* 24. §. *vlt. de adm. tut.* Quod tutoribus, quibus plus iuris in administratione, non licet, minus licebit Procuratoribus. Quoad reum prob. *l.* 37. §. 1. *& l.* 38. *h. t.* Et ratio quia Procuratoris ita dare ius est, ne tamè cum aduersæ partis incommodo fiat. Quod fieret defensione, per plures scissa *l.* 5. §. *pen. Iud. sol. l.* 31. §. 5. *de æd. ed.* in quo tria incommoda: molestia euocandi omnes, inde iudicij mora & denique, difficultas præstationis: Ita scilicet, vt omnes eodem iudicio, aduersarius admittere debeat. Possunt equidem plures dari, sed vt vnus tantùm, & is certus, iure agat. Sic enim reipsa & exitu vnus. Vt si plures dati, diuersis temporibus, quia solus Posterior, est Procurator *l.* 31. §. *vltim. h.* Obi. Atqui posteriore tutore dato, non reiectus prior *l.* 2. *C. de test. tut.* nec res, diuersis temporibus duobus legata priori adempta *l.* 33. *de leg.* 1. ℟. Ratio diuersitatis. Possunt iure plures tutores dari, itemque res eadem pluribus legari. b Procuratores verò, in vna lite, ab vno nequeunt. Ergo b
vt valeat posterior datio, necesse est, priorem concidere, quia in voluntatibus diuersis, quæ simul consistere nequeunt, nouissima tenet *l.* 12. *C. de pact. l.* 12. §. *vlt. de leg.* 1. c Nisi datus sit posterior, lite iam cum c
priore contestata, vbi hic solus, per *l.* 22. *C. h. t.* Quod si plures, eodem instrumento dati simul nominatim, inutilis datio, quia nec omnes admitti possunt prohibente iure, nec vnus, prohibente voluntate, dantis. *Facit l.* 40. §. *vlt. h. t.* d Sin simpliciter, interest, an con- d
currant ad agendum, ac simul se admitti velint, quod frustra sit, per *l.* 24. §. *vlt. de adm. tut.* Sed etsi ita, vt velint quidem vnum agere, sed vterque se eum dicat, mutuo concursu se impedient *arg. l.* 34. *pr. de vsufr.* Nec vnus, vt idoneior, à iudice eligendus, quia vtriusque fides, à domino mandante probata est *arg. l.* 26. §. 2. *D. Mand.* Quamuis enim forte alter altero peritior, fieri tamen potest, vt dominus fortè alterum, vt fideliorem & amiciorem præferat. Absurdum ergo rem, quæ ipsius voluntatis, alieno iudicio æstimari *l.* 36. *de bon. lib. Facit l.* 30. *de test tut.* An vero singuli separatim, & diuerso tempore agant, vbi occupantis melior conditio *l.* 32. *h. t.* Qui enim prior egit, ac litem contestatus, eo facto, dominus litis effectus
e e *l.* 22. *C. h. t.* e Neque hoc mutari poterit, per clausulam

lam notariorum vulgatam: ne occupantis, melior sit conditio, quia nec dominus ipse, post occupationem Procuratoris, litem persequi potest *d. l.* 22. Cuius tamen hic effectus erit, vt si qui prior occupauit litem, persequi nequeat, aut nolit, alter admittatur, & hoc quidem rectè statutum in *c. si duo* 6. *de Procurat. in* 6.
f Aliàs in multis *d. c. si duo* contrarium est iuri ciuili f 1. quod duobus procuratoribus simul datis, vtrumque admittit, cõtra certam regulam s. probatam. 2. Quod vnum, sine altero, agere non finit, nec vt occupantis melior sit conditio, permittit contra *d. l.* 32. Nam etsi *d. c.* 6. distinguit an in solidum constituti, an simpliciter non adiecto *in solidum*, in eo ipso tamen error. Nam & non adiecta verba *in solidum* intelliguntur *l.* 60. *§.* 2. *Mand. l.* 55. *pr. de admin.* Dati enim singuli, non ad partem caussæ agendam, sed ad caussam ipsam, quod nisi in solidum fieri nequit, cum caussam agere, sit factum indiuiduum *l.* 4. *in fin. l.* 72. *l.* 138. *de V. O.*
g g Quin imò, si singuli pro parte dati essent, nihil caussæ foret, alterum sine altero reiiciendi. 3. Quod in caussis spiritualibus, siue nominatim in solidum, siue simpliciter dati, vnum tantum admittit, ne negocium implicari contingat. Cui rationi æque locus in ciuilibus. Nam nec in his Procurator dari debet, cum damno partis aduersæ. 4. Quod vbi vnum admitti vult, tunc si omnes concurrant, idoneiorem à iudice eligendum statuit, quod supra reprobatum est per *l.* 36. *de bo. lib.* Mouit fortè Pontif. *l.* 2. *de pop. act.* Sed mouere non debuit, Dispar quippe ratio, duorum actorum, in populari actione *d. l.* 2. qui, à nullo dati vltro accedunt, proinde pro se quisque ita idoneus æstimari potest, vt verè est: Et duorum Procuratorum, cum de re priuata domini agitur, cuius vnius est æstimare, quem litibus suis persequendis idoneum putet. VNIVS AVTEM LITIS, PLVRIVM PERSONARVM, si scilicet vel pluribus debetur, quid indiuiduũ, vt seruitus, vel vni à pluribus *l.* 2. §. 2. *l.* 72. *de V. O.* Nam si diuiduum actio, diuiditur, & plures fiunt lites *l. 6. C. l.* 25. §. 9. *D. Fam. erc.* proinde plures Procuratores admitti indubium. PLVRES DARI PROCVRATORES NON EST PROHIBITVM, *vt sunt verba l.* 31. *§. 1. h. t.* Quod perpetuum est in pluribus eiusdem litis actoribus, siue eis principaliter res indiuidua, ex: gr. seruitus, pluribus sociis, deberi cœperit, siue vni primò debita atque in eius locum plures successerunt *l.* 5. *§. pen. in fin. Iud. solui.* Quia cum, heredum pro se, quisque separatim litigare possit, quidni & Procuratorem dare? Si quidem hic distractio actionis ex iure nascitur, non ab heredibus. In pluribus verò eiusdem litis reis, (sicuti & in iudiciis diuisoriis *l.* 48. *Fam. erc.* quia in illis, vterque reus) disting. Aut sunt principales, vt domini fundi communis debentis viam alij fundo, & singuli suo nomine defensorem dare possunt, quia ab initio distinctas personas habuerunt. Aut ab vno principali, obligatio ad eos peruenit, & per vnum litigabunt, vt heredes rei & fideiussores
h *l.* 5. §. *pen. Iud. sol. l.* 31. §. 5. *de æd. ed.* Etsi aliud in heredibus actoris *vt supr.* Ratio differentiæ Heredes actoris, singuli pro se agere rectè possunt: Heredes verò rei singuli in solidum tenentur & habentur pro vno *l.* 4. §. 3. *& 4. Si ser. vind.* h Obi. At regula *d. l.* 31. §. 1. generalis, nec inter Procuratorem actoris & rei principalis, vel heredum distinguit. ℟. Sed loquitur de Procuratore actoris solum. 1. *per l. litis* 36. *de V. S.* 2. Vbi plures conueniuntur, rei indiuiduæ nomine, magis lis vnius personæ. 3. Procuratores vsus iuris dicuntur dati, ad agendum, vti defensores dati, à reo *rub. D. h. t.*

NOTATA.

a a Sic & quando vniuersitas litigat, posse cogi vt vnum Syndicum constituat *arg. l.* 9. §. 9. *cum gl. in verbo vnumque de fid. lib.* scribit *Vinc. de Franch. decis* 309. b Aliam solutionem Accursij refert *Gisan. ad d. l.* 31. §. *vlt. num.* 10. quia *in d. l.* 2 prior tutor datus testamento, posterior codicillis. Ergo cum codicilli ex testamento pendeant, eiusque pars censeantur, ambo simul dati videntur. Sed præsupponit hæc solutio, quod noster negat, simul dari posse plures, vt omnes sint Procuratores. c *A. Fab. ad d. l.* 31. §. *vlt.* In iis, quæ ambulatoriam admittunt voluntatem, posterior actus semper vincit priorem, vt in testamentis, codicillis, donatione mortis caussâ, & similibus. Sicuti contra, in iis, quæ pœnitentiam non recipiunt prior actus, si validus sit, semper vincit posteriorem *l.* 5. *l.* 8. *C. de O. & A.* Quæ tamen sic declaranda, modo actus vterque consistere nequeat Malè verò *Gisan. in d.* §. *vlt. num.* 11. si posteriorem dando, testetur dominus se priorem non reuocaturum, vtrumque esse Procuratorem, quia expressæ voluntati tacita cedat, *& Menoch.* 2. *præs.* 36. *num.* 22. Quasi verò tota hæc res ex voluntate dantis, nec etiam ex iure, quod hac datione ius aduersarij minui non finit, merienda sit d Diss. *A. Fab. ad l.* 32. *h. t.* qui d
posse statuit, eodem tempore plures haberi Procuratores, ita vt coniunctim, omnes sint, nec quidquam, in lite per vnum, sine alio expediatur. Aft non posse ita, vt singuli sint Procuratores in solidum, Sed hæc, per *ea quæ Dom. h. cap.* refelluntur. e *Ant. Fab. ad d. l.* 32. Quia ait, dominus non po- e
test efficere vt ambo admittantur, necesse est, vt aut se mutuo impediant, aut occupans potior sit. Neque enim melior conditio priùs nominati, quia solus ordo scripturæ, vel sermonis, non immutat rationem iuris, vel voluntatis *l.* 77. §. 12. *de leg.* 2. f Quod & Fulgosium testari scribit *Gisan. ad l.* 37. f
& seq. h. t. num. 12. g Rectè. Sed contra vsus obseruat, ex g
d. c. 6. Et itaque si plures simpliciter dati, non censentur in solidum constituti *Dd. in d. l.* 32 *h. t.* quibus & ferè consentit *A. Fab. vt supr. lit. D.* Quod si quis constituat duos simul & adiiciat hæc; *& vtrumque eorum* censeri in solidum datos, plurieſque sic iudicatum refert *Mynsing.* 1. *obser.* 47. h ita h
Ant. Fab. ad d. l. 31. §. 1. Plures fideiussores, seu heredes vnius personæ loco, cuius obligatio indiuidua, quique ad se vnum defendendum, plures Procuratores dare non potuisset. Obligatio autem non mutatur, ex persona fideiussorum, vel heredum *l.* 2. §. *ex his de V. O.* Numquam verò plures actores, vnius vice quoties proprio nomine, & ad proprium commodum singuli agunt. † Aliter *Cœpal. ad d. l.* 31. Sic nempe: Si in heredes incipiat iudicium, diuiditur actio, ex lege 12. tab. Et potestas agendi & defendendi per plures, vt *d. l.* 31. § 1. Potest tamen ob commoditatem iudex iubere, vt lis per vnum intentetur *l.* 31. §. 5. *de æd. ed.* Sin iudicium cæptum contra defunctum, ex persona heredum, non diuiditur actio. Ergo per vnum Procuratorem litigabunt *d. l.* 5. §. *pen.* † Sed *d.* §. *pen.* verborum & rationis generalitas distinctionem hanc vix admittit. † Cæterum quod *d* §. *pen.* fideiussores per vnum cogi defendere habetur, ei resistit *l.* 42. §. *vlt. in verbis vel omnes h. tit.* ℟. *Gisan.* ibid. *num.* 38. id ita accipit, si consentiat actor *d.* §. *pen.* Melius Ant. Fab. ibid. verba ea: *vel omnes* non ad præcedd. refert, sed ad verbum *dederit*, vt sensus sit, rectè defendi, siue omnes fideiussores Procuratorem dederint, siue quidam ex illis.

CAPVT XVI.

Procuratoris officium.

SECVNDA Q. (de 1. vid. & connecte supr. c. 9. pertinens ad Procuratorem. AN INVITVS DETVR? ET SVSCIPERE NON COGITVR *l.* 8. §. *inuitus* 1. *D. l. inuitus* 17. *C. h. t.* ex lege communi mandati, quod priuati est officij, libereque suscipitur. Nisi accedat necessitas muneris publici, vt in tutoribus & curatoribus *l.* 1. §. 1. *D. l. vlt. C. de admin.* Syndicis *l.* 1. §. 1. *Quod cui. vnus. l. vlt.* §. 13. *de muner.* procuratoribus forensibus, quia hi in numero aduocatorum sunt, per *l.* 1. §. 11. *de extr. cog.* a Inuitus autem hîc etiam, qui aperte a
non consentit, etsi, nec contradicat *d. l.* 8. §. 1. *h. t. l.* 5. *de seru. vrb.* b SVSCEPTAM VERÒ PROCVRATIONEM EX SEQVI COGITVR, ex eiusdem mandati lege. Sed Procurationis quædam, hic propria. ET PROCVRATOR QVIDEM ad agendum datus, AD ID NON OBLIGATVR aduersario, tum b
quia

quia illi non cauetur, tum, per tit. C. *Vt nemo inuit. ag.* Quia & litem iam contestatam deserere potest, sed periculum tunc quod absens damnari possit. Sed DOMINO, cui, ex bonâ fide ratio reddenda *l.46.§.3.h.t.* CVI DVO PRÆSTAT. 1. iure mandati recepti. VT AGAT, absentis nomine *l.17. C.h.* & litem ad extremum persequatur, ad rem vsque iudicatam *d.l.17.* Agere enim non est litem instituere, sed iudicio persequi, donec sententiâ, finis imponatur. ET VICTVS
c APPELLARE DEBET *d.l.17.* c Nam & hoc, agendi verbo, continetur. Persequi enim est tamdiu sequi, donec consecuti sumus, aut spes consequendi abscissa, Quare ET APPELLATIONEM PERSEQVI, ac exercere tenetur, *vt rectè Placentin.* d *contra Dd. comm.*
d (qui nec ad hoc eum teneri, nec etiam exercere posse, si velit, contendunt. e Quod probat, cum certa ratio, quia vi verbi *agere*, hęc insunt. Quare eo ipso, quod se acturum promisit, & hæc recepit se appellaturum, appellationemque persecuturum, tum loci iuris expressi 1.*d.l.17.* vbi verbum *prouocationis*, generale continens & prouocationem interponendam, & persequendam. Ergo per *l.23. de seru. vrb.p. per l.2. D. An per al. ea. app.* vbi etsi rationes reddiderit appellationis, nondum defunctus est officio; sed ipse respondere, id
f est, causam appellationis agere debet. f Quam licet, Bart. & Accurs. de Procuratore omnium bonorum, vel ad omnes lites, vel nominatim, etiam ad causam appellationis dato, exaudiunt, pugnant tamen, tum verba generalia, g tum sententia, quia de illis nulla
g dubitandi ratio. Facit *l.23. Qui test. fac.* 3. *l.8. §.8. vers. igitur Mand.* quæ non aliter accipi potest, quam de interpositâ persequenda, quia in interponendâ nulli sumptus faciendi, cum verbo transigi possit. Si igitur fideiussor, qui tantùm habet mandatum, de re defendendâ, persequi cogitur *d.§.8.* magis Procurator, qui expressum. Sed nec alia ratio defensoris *d.§.8.* quam Procuratoris, quia vt ille hoc recepit, vt defendat quamdiu defendi potest, indeque prouocationis exercendę necessitas, ita hic, vt agit, quamdiu agi potest. Malè *Bart.* fideiussoré ideo persequi cogi, quia causam quoque suâ agat, cum & ipse obligatus sit. Nam immò debitoris causâ cogitur fideiussor conuentus & appellare, & persequi. Suâ verò, ne appellare quidem, cum rei suæ quisque sit arbiter. Obi. *l.10. C. de appell.* ℟. Sed loquitur, nõ de Procuratore, sed actore à curatore, ordinato, & sic non daro à domino, nec etiam pro arbitrio *l.25. de adm. tut.* Cui & propter vtilitatem pupillorum, non plus mandatũ intelligitur, quàm quod nominatim, vt quàm minimum de administratione curatoris decedat, ne quod eius curæ & fidei commissum est, per alios gestum corrumpatur.
h h Quin aliam esse illius actoris causam, vel ex ipsâ *d. l.10.* constat. Procurator enim quod saltem appellare cogatur omnes, concedunt. Actor verò is, nec intentare appellationé cogitur, vt arguit vocula *possint.* quæ rem voluntati permittit *l.8. & seq. de off. præs.* Sed & si vicerit priori iudicio, aduersario appellante, iudicium appellationis suscipiat, & priorem actionem tueatur, tum quia minus est tueri, quàm persequi, tum *arg. l.* 46.*§.3.h.t.* qui eadé appellationis, quæ restitutionis, ratio *l.42. de min. l.32. C. de transs.* etsi *Bart. ad l.17. C. h.t.*
i dissentiat, i quia in integrũ restitutione eadem causa versetur, in prouocatione his alia, quod falsum est *l.6. C. de appellat.* Exceptiones tamen quædã, & causæ aliæ vitandi ab initio iudicij, tempestiua renuntiatio, *ex*
k *lege mandati communi*, k aliæ omittẽdæ appellationis, vt inopia, si sumptus deficiant, & conuentio domini testatò, vt ipse appellet *d.l.8.§.8. Mand.* itemque si deprehendat domini malam causam esse, & rectè iudicatum argum. *l.9.§.6. de adm. tut. l.29.§.4. Mand.* l Aliæ l
cæpti, necdum finiti iudicij deserendi, si id impetrauerit *l.24. h.t.* ex causa iusta, cuiusmodi in *l.17. & seqq. h.t.* Iudicio enim cœpto res integra esse desiit, ac procurator dominus litis effectus, proinde renunciationi mandati liberæ, non est locus. m II. Ex edicto VT DE- m
FENDAT MVTVO CONVENTVM *l.33.§.3.h.t.* Vbi expediendum, non vt in priore officij parte, (vbi cõstat agi debere, sed quæsitum quid agendo præstare, & quousque progredi debeat) quid hac defensione præstandum, de eo *n. sup. c.13.* sed an cogatur, quia pugnare videntur *d.l.33.§.3. & l.17. C. h.t.* De quo sic habendum: Qui apertè non recepit, vt defensionem susciat, mutuâ actione conuentus, non cogitur à domino, defendere. Sed si ei, ob recusatam defensionem actio denegetur, vt supr. *c.13. lit. Q.* salua fide vtroque liberatur. n Eaque sententia est *d.l.17.* siue contextus n
spectetur. Quia continuata orationis serie dicitur ibi: *Sed nec defensionem absentis subire compellitur*, scil. Procurator, de quo priùs sermo. Neque enim noua persona exprimitur, nec additur vocula *quisquam*. Nec verbum *compellitur* referri potest, nisi ad personam initio positam. Siue ratio subiecta: *cum fidem susceptam implere sufficiat*, quæ non conuenit, nisi procuratori actoris, qui mandatum agendi susciepit, nec cadit in eum, cui ab initio defensio sola delata, quam ille non susciepit. o o
Eadéque hoc omnino arguit. Quia diuersæ res actio & defensio, nec qui illam recepit, ideo & hanc. Obi. *l.33.§.3. D. l.5. C. h.t.* ℟. iubetur defendere si agat. Ergo si non aget, nec defendet, cum nec alia pœna sit, non defendentis, quàm denegatio actionis, vt supr. *c.13. lit. Q.* Instant: Qui aliquid in se recipit, vna omnia sine quibus illud expediri nequit *l.2. de iurisd. l.3.§. vl. de serv. rust. & simil.* qui agere promisit, non potest id expedire, nisi defendat mutuò conuentum. Ergo ℟. Immò aliter expediri potest hoc mandatum, renunciando scilicet tempestiuè, ante iudicium susceptum. Si enim id quoque, sine causa licet, magis cum causa; quia conueniatur mutuò, & propterea nolit agere. Honesta enim hæc excusatio. Deinde Propositioni locus, in principali re concessa, & accessionibus naturæ rei coniunctis, quas illa ad se trahit. Non in duabus principalibus, quibus natura suâ nihil commune est. *l.21. de seru. vrb. l.20. de seru. iust.* Veluti hîc sunt duæ principales res seiunctæ, actio & defensio, quarum altera sine altera esse potest. DEFENSOR VERÒ ad excipiendam actionem datus, OBLIGATVR ET DOMINO, semper, ad omnia ad quæ Procurator *l.46.§.3. h.l.8. §.8. Mand.* propter easdem rationes. Et eædem, quæ in illo exceptiones ET ADVERSARIO QVOQVE DVOBVS CASIBVS: 1. Si SATISDEDIT IVDICATVM SOLVI *l.43.§. vltim. l.46.§.2.h.* etsi dominus, idemque reus, ante iudicium cæptum, soluendo esse desierit *l.76.h.* Non obstat *d.l.43.§. vlt. in fin.* Nam ibi *bona absentis* intelligi debent, non domini, sed defensoris ipsius alibi sita, si à creditoribus eorum locorum, vbi sita possideri cæpta, eo quod defensor, illîc non defenderetur. p Quia hæc iusta causa suscipiendæ P
profectitionis, quæ si necessaria excusat *vt l. seq. & l.9.h.t.* 2. SI DOMINVS PRO EO consentiente iudicatum solui exposuerit *l.8. §. vltim. h.t.* Obligatio hîc ex conuentione defensoris, qui & ad litem susciendam datus, & pro eo consentiente, (scilicet non solùm cum domino, sed & cum actore, vt litem susciat,) satisdedit dominus. Non nudâ; sed contractu facio vt facias. Quia hîc actor, & pactus est cum procuratore, vt litem secum susciperet, & omisit ideo personam principalis rei, vt iudicium in defensorem transferretur. Sed quia contractus hic obscurior, de

eo ca-

eo cauit prætor *d.§. vltim.* SED HVIC TANTVM AD ID, VT IVDICIVM ACCIPIAT *l.8. §. vlt. l.43.§. vl.* Susceptum deserere potest, ratione aduersarij, cuius nihil interest, cum absens damnari possit *l.73. de iudic.* Appellare victus, non cogitur. Neque enim id nocet aduersario, sed prodest. NON PRÆCISE, sed vti si nolit ob rem indefensam agatur *l.45. pr. h.t.* ad id quod interest, ex communi obligationis faciendi le-
q ge. q Sed & hic sunt. Exceptiones & causæ declinandi iudicij, quarum ratio generalis in *l.45. pr. h.t.*
r r Natæ ex personâ, vel domini, capitales inimicitiæ *l.*
s 8. *§. vlt. l.14. l.43 §. vlt. h.t.* s & finitâ causâ procurationis, vt dirempta affinitas *d.§. vlt.* remotio procuratoris *l.35.§.13.h.* vel defensoris, si vel plane defensionem obire non possit, impeditus valetudine, absentia necessaria, munere publico *l.8.§. vlt. l.9. h.t.* vel, non salua dignitate, si magistratus, vel dignitas acces-
t serit *d.§. vlt.* t vel non sine damno rei familiaris, vt si
u hereditas delata, eum occuperet *l.10.* u si iudicio publico, priuatove, aut maiore aliqua re sua, distringatur *l.*
x 20. *h.* si necessaria peregrinatio vrgeat *l.9.h.t.* x vt si bona absentis possideri cæpta *l.43. in fin. h.t.* Vna exceptio harum causarũ, si dominus absit, & periculũ,
y, ne dies actionis exeat *l.12.h.t.* y Vel aduersarij, si eius nihil interest, domino præsente, & qui soluendo *l.76.*
z *h.t.* z quia stipulatio non potest committi, nisi ad id, quod interest. Obiic. Atqui promissio faciendi, omnino obligat, nisi naturæ impedimentum obstet, quo minus facere liceat *l.137.§.4. de V.O.* In causis verò illis impedimenta non realia, sed personæ. ℟. *d.§.4.* loquitur de stipulationibus conuentionalibus, non prætoriis, quæ legẽ accipiunt, ex mente prætoris *l.52. de V.O.* Ad hæc satisdationis iudicatũ solui, conditio est, vt defendatur boni viri arbitratu, qui iustam excusationem admittit *d.l.45. pr.* Siue igitur satisdans verba illa adierit, ipsa stipulatione defenditur, siue simpliciter satisdedit, idem intelligendum est.

NOTATA.

a a *ita Duaren. h.t. c.1.* generaliori appellatione hos aduocatos dici posse, ac nostris moribus, Procurationis munus publicum esse *& Gifan. ad l 8. §.1. h t. nu.8.* Ac notant vulgò regulam *d.l.17.* fallere in iis, qui operas locare consueuerunt Dd. in *d.l.17. Sichar ibid. n.2. Gail. 1. obs. 43. num.8. P. Frider. lib. 2. de mandat. iudic. c.53. n.11 ac seqq. Freher. de infam. c.13. n.1 Iac. Ayrer. Proces. p.1. c.1. obs.8. n.6.* ac in iis, qui à magistratu constituuntur, ac qui ordini Procuratorum publicè adscripti *Phil. Matthæ, ad l.15. de R.I. n. 4. Sichar. d. loc.* Sic Procuratores pauperum inuitos cogi, si habeant salarium, à magistratu scribit, *Monach. Pract. iudic. p 6. c.3. n.12. & seqq.* Amplius *A. Fab. ad d.l.8. §.1.* nihil ferè simile habere nostros, cum antiquis de quibus *h.t. D. & C.* cum illi omnes mercenarij sint, magisque ex locationis, quàm mandati contractu, obligent, & obligentur. Nec posse operam potenti recusare, quia certi sint, & ius impediendi habeant, ne alius extra ipsorũ matriculã admittatur. Sic, ex ord. *Cam. p.1. tit.19. §.5.* ad hoc compelluntur pœna interdictionis fori *Gail. d. obs.43. nu.6. Mynsi. 4. obs.32. Ayrer s.d.n.6.* Iure quoque Sax. munus hoc necessarium esse notat *Reinhard. p.4 diff.22. per text. lib.1. art.60* qui tamen de aduocatis loquitur. Sed & Procuratorum olim, in quouis foro certum numerum fuisse, quibus solis, causas committere licuerit, ex const. Græcâ, quæ in *l. pen. & vlt. C. h.t.* habetur probat *Cuia. 13. obs. 5.*
b b Nec scientia & silentium hic, pro voluntate, *Baro ad d.l.8.* quia de obligando agitur. Constitutum tamen, *Clem. 1. ext. h.t.* vt instrumenta, vel litteras procurationis simpliciter iciens acoipiat, nec contra protestetur, consensisse censeatur *Gifan. ad l.1. §. vlt. h.t. n.42.* Vnde si postea negocia neglexerit mandati tenetur *Duar. h.t. c.3.* Quod etsi fortè non temerè, aft contra rationem iuris ciuilis, videtur, *d.l.8. §.1.* nec rectè comprobatur *arg. l. filiusf. 17. ad SC. Maced à Chil Ronig. Proces. p.1. h.t. pag.109.* Confer. *Oldau. Vestrius pract. aula Rom. lib.4. c.5. inique in annot. Nic. Ant. Granat. lit. D.* Licet verò constitutus initio dissensum indicet, quamdiu tamen constituens, voluntatẽ non mutauit, acceptare potest, quan-
c documque libuerit *c. licet 7. extr. h.t. in 6.* c Quod de intepositione inter omnes cõuenit, etiam iure Canon. *c pen. ext. h.t. Vasq. 2 contr. vsufreq. 19. n.1.* Sed si generaliter datus, seu ad totam litem. Secus si ad vnicum actum, veluti ad audiendum sententiam *Boër. decis. 285. n.9.* Et nisi iusta prior sententia, vt *Jac. lit L. d & Curt. Iun ad l.3. de iurisd. n.117. ref.* d *Vasq. 2 contr vsu freq. 19. n.2.* qui & ipse consentit, & bene confirmat, quia, ait, cum sententia, prioris instantiæ appellatione rescindatur, non potest dici per eam lis peracta, & consummata, cum nihil actum intelligatur, quando supereset agendum *l. pen. & vlt. ad Senatusconsl. Silan.* Et causa appellationis, quasi pendens, & adnexa ad causam principalem vt de eâ idem iudicãdum sit. Consentit item, *Brunch. 1, mise 25. Bus. ad l.62. h.t. n.2. add. A. Fab. C. Fabr. h.t. defin. 19.* e ita *Ang. ad l.17. C. h t. ref. Sichar. ibid n.6. Achil. de Grassi decis. Rot. 73.* nec posse Procuratorem in priori instantiã dominum litis effectũ, procedere in secundâ *& Vvurmser. tit. 5. obser. 9 Menoch. cons 719. n.2.* (vbi nec exsecutionem rectè ab eo peti, nisi & id mandatum statuit, vt *& Vvurmser. tit. 5. obs.7* sanè *Roderic. Suarez. in lectura l poss rem iudic 56. de re iud. in declarat. legis Regni § Quia supra visum est fol.571. & seqq.* Sed *in* addit. *ad Vvurmser Mynsing* notat in Camerâ imp. hoc posse Procuratorem exigere) Sed horum opinio, etiam iure Canon. falsa: Nam, eo ipso, quod Pontifex, in *c. pen. extr. h t. in fin.* non teneri prosequi inuitũ scribit, posse sponte id facere, innuit. Vnde alij communiter, exercitionem appellationis inuito non iniungi, aft nec volenti negari, statuunt *teste Vasq. 2. vsufreq 19. num.2.* Quorum sententia, iure Canon. probata *d c. pen* aft iure ciuili falsa, vt hic noster, etsi præter relatos à *Vasq. d loc.* dissentiant *Vvesenb. in Par. h.t. n.11. Sich in l.17. C. h.t. n.6.* quia, ait, cum causa illa, quoad appellationem integra sit, posse Procuratorem, officio renunciare. (Sed nec hoc noster infitetur, vt infr. *lit. L.* Nec tamen inde simpliciter Dd. opinio probatur) *Boër. decis 285 num.9. & seq. Gail. 1. obs. 139. num.11. Gifan. ad l.17. C. h.t. Hering. de fideiuss. c.10. §.20. n.3.* Excipiunt appellationem ab interlocutoria quæ illa ex iisdem actis prioribus, iustificanda *Gail. d num.11.* & quia non functus officio Procurator, priusquã lata definitiua *Sichar. d. loc n 7.* Sed nisi, aiunt, causa appellationis tractanda in loco valdè dissito *Boner. singul. 26 nu.33. Boër. decis. 285. n.10 & seq.* Excipiunt item Procuratorem generaliter datum, ad omnes causas *Sichar. d. loc. n.8. Gail. d. n.11. Boër. d. n.11.* Aut nisi mandato, inserta clausula, de interponenda & prosequenda appellatione. Vbi tamen adhuc cautiùs facere Procuratores, qui se denuò constitui curant, scribit *Ayrer. Proces. p.2. c.3. obs.1.*
f f Quin imò, nec dominus ipse, aliter respõdere potest, quàm Procuratore cessante *d. l.2.* Quod & ægrè receptum apparet, quia durum videbatur, non posse dominum, hoc casu, litem suam peragere, g Adde, quod vsu iuris Procurator, sine adiecto, passim denotat specialem. Verba autem in potiori significatu, eoque, quo crebrius vsurpantur, accipienda
h *ita & Bronch. 1. ass. mise. 25.* A diuersis itaque malè infer- h
tur *Vasq. 2. contr. vsu freq. 19. n.6 & Bobr. decis. 285 n.11. Gi-* i
fan. in d.l.46. §.3. n.15. quia, ait, restitutio planè coheret, priori iudicio; & ferè eadem, appellationis verò iudicium distinctum. Aft immò appellationis iudicium, non ita distinctũ, sed instantiæ modo diuersæ, vna causa, eadem actio. Restitutorium autem verè nouum est, etsi in locum prioris quasi subrogatum, vt *A. Fab. in d.§.3.* & actio diuersa. Aliter *Elb. Leonin. 1. Emend. 15. n.3. & 4.* qui *d §.3.* accipit de defensore, in iudicio restitutionis rescindente, an cogatur suscipere rescissorium, ac ibidẽ legit, magis placet cogendum, *procuratorem* hac vocula adiecta, testans ita in codicibus aliis, quàm Florentinis legi. k vid. *s. lib.6. cap.23. lit. F.* & de exo- k
neratione Procuratoris *Gail. 1. obs.46.* vbi tradit *n.3.* hodie, nec ante litem contestatam rem integram, aut renunciationem liberam esse, per *clem. 1. verbo cogi ext. h.tit.* & quia mandatis, inseri solet, fatisdatio domini l & arg. *l.31. §.2. de* l
neg. gest. Sich. ad l.17. C. h.t. n.4. Boër decis 285. n.9. Iusta autem sententia in dubio præsumitur *c. in præsentia 6. extr. de renunc.* aft contrarium probari potest, ideoque tutius esse, vt semper appellet. scribit *Sichard. d. lo.* m Et hic item causæ m
cognitio necessaria, vti & in reuocatione domini. Nec simplici renunciatione, voce, vel scripto facta exoneratio hæc expediri potest, nisi dominus acceptauerit, itemque aduersarius consenserit, per ea quæ j. *c seq. lit. G.* Sed præuia citatione domini & partis summariè cognoscitur, & in contumaciam non comparentis, Procurator exoneratur, vt *Gail. 1.* n
obs.46. n Rectè & consentit *Vasq. 2. contr. vsu freq. 23. nu.1. Vvesenb. in Par h.t. n.12. vers sed & qui ab actione.* Actus enim agentium, non debent operari, vitra eorum intentionem. Nec qui ad agendum instructus, idem ad defendendũ, cum difficilior sit defensio, quàm actio, quæ non est in potestate

rei

rei l.3 §.vlt. de doli exc. Neque igitur, qui domino agere
promisit, eiusdem defensionem, eo ipso in se recepit. Quid
enim si putauit eum, reo vicissim obstrictum non esse. To-
ta sanè obligatio Procuratoris, ad defendendum, ex iure
est potius, quam ex mandato, nam & coniunctus, qui man-
datum se non habere fatetur, defendere debet. Neque ita
cautũ, domini mandantis causa, sed rei reconuenientis. ne
aliàs durior eius, sit conditio, vt s. c.13. lit. A. Reo itaque
obligatur Procurator caussatiuè, nisi & ab actione recedere
velit, si nondum satisfecit. Postquam autem satisfecit ali-
quanto arctiùs, vt not. s. c.13. lit.R. Domino verò, ad hoc
non obligatus est. (Dissent. hæsitanter tamen Azo. Summa
C.h.t num.22.) Nam & dum defendit, non Procuratorio,
sed defensorio nomine, auditur, vt gl. & Bart. ad l.45.§ 4.
h.t. Et alia caussa est huius defensoris, quàm eius, qui ad
litem suscipiendam datus, vid.s.d c.13 lit.S.Facit.c.accedens
10. in fi.extr h.t. Vnde nec desunt, qui aduersario excipien-
te, de defensionis allegatione, mandato non inserta, non
nisi præstita cautione rati, admitti censent Zang.in prælect.
ad d.cap.10.in fin. Quod tamen intellige, in casibus, quibus
cautio rati exigitur, à defensore rei, quem mandatum ha-
bere non constat, vt supr. c.13. lit.Mm. Quamquam alij da-
tum ad agendum, etiam cum taxatiua, datum quoque ad
defendendum videri, quia alias non valeat procuratorium
Decian. vol.3.Resp.68 num.15. P. Vuesenb. cons. 29. num. 4.
& quos refert Vasq. 2 contr. vsu freq.23. num.1. refellitque,
quia ita nulla vis taxatiuæ. Neque sic inane mãdatum. Quid
enim, si reo nulla sit mutua actio. Quid si non eam oppo-
suerit, nec Procuratorem ab agendo repulerit. Iudicium vti-
que consistet, nec gesta, ceu à Procuratore falso, inualida
erunt. o Rectè Tametsi A.Fab.ad l.33.§.pen.h.t. accipiat d.
l.17. de Procuratore, qui iudicio priori finito, conueniatur
mutuo. Secus esse, si eodẽ tempore, quo agit, reconueniatur.
Confer. Azo Summa C. h.t.n.20.& seq. p Atqui si hæc iusta
caussa deserendæ defensionis, longè iustior erit inopia do-
mini, quæ non tempore mandari, (sic enim imputari posset
Procuratori l.19.de R.I.) sed superueniens, vbi nulla Pro-
curatoris culpa, cui officium damnosum esse, & litis alienæ
damnum sentire, impensasque quas ab inope recipere non
poterit, perdere iniquum est, cum & quæuis promissio in-
telligatur, rebus sic stantibus, vt j. lit.S. Numquid igitur
dicemus, cum Pac.2.q.46. proponi in d.§.vlt. Labeonis sen-
tentiam, nec probari, sed contrariam Sabini l.45.pr. Mini-
mè sic euademus. Hoc enim tantùm Sabinus, quod vbi non
iustæ caussæ excusant, non cogatur præcisè defendere. Vbi
autem excusant, tum nec committi stipulationem. Et ita
Labeo, ex inopia debitoris (vti & alia iusta caussa) non co-
gi iudicium accipere. Sabinus ampliùs tantum non co-
gi, sed nec stipulationem committi. Quo ipso non minui-
tur, sed augetur contrarietas, cum d.l.76. † Anne contra
Iuliani sententiam d.l.76. reprobati d.§.vltim d l.45.pr. as-
seremus vt Ant.Fab.in d.l 76. Admittere, hoc est antino-
mias non diluere. Quare, dum, probabilius quid suppetat,
probo distinctionem Bart. & Castal. ad d. l 76. probatam
à Bronch.1 ass.54. inter defensorem, sine mandato d.l.76. &
qui mandatum habet d.§.vlt. quia in eum, exsecutio fieri
potest iudicati, l.61.h.t. in hunc nequit. Potiùs, quàm aliam
distinctionem. Cuiac.26.obs.3 inter eum, qui soluendo esse
desiit. d.l.76. scil. pro parte, & cuius bona omnia possideri
cœpta d.§.vlt. q Immò & remediis prætoriis cogitur, vt not.
s. cap. 13. lit. S. r Quia, mandatum contractus bonæ
fidei, hanc interpretationem recipit, taciteque conditio-
nem habet, si res in eodem statu manserit l.82. in fin. de
sol.l.vlt. Qui sat cog.c.cum M.9.ext.de constit.Tiraq.ad l.8.
C.de reuoc donat.inpr.n.16. Caroc.de iuram. lit.decis.q.5.9.
quæst principalis n.39.& seq. Et quæ de nouo emergunt, no-
uo egent auxilio l 11.§ 8.de interr.in iure A.Fab.ad l.14.h.t.
Quin etsi iam conclusum in caussa, vt iis penè terminata
videatur, adhuc admitti has caussas A.Fab.C.Fabr.h.t.defin.
s 8. Confer. Ian.Langl.1 Semestr.2.pag.17 & seqq. s Quia
videntur quodammodo non iidem, qui antea amici, nunc
inimici Gisan.ad l.8.§ vlt. & ll.seqq.h.t.n.21. Qui vult ca-
pitales dici, quarum caussa accusatio, in capitali crimine.
Sed rectiùs Sichar. ad l.22.C.h.t.n.3. & 4. posse & capitale
odium, ex verbali iniuria oriri, idque iudici definiendum.
Idemque leuiores etiam inimicitias sufficere hic, vt & Me-
noch.2 præs.36.n 24. Confer. Langl. 2. Semestr. 5. & 3. Se-
mestr.c. t Tantum enim abest, vt Procurationis vilitas, magi-
stratui conueniat, vt nec maiores magistratus, caussas suas
ipsi agere possint, sed per alios litigare cogantur l 25.C.h.
t. u Iniquum enim alieni compendij caussa prohiberi, sibi
delatum acquirere. Et humanitas suadet, vt quis suum com-
modum, præferre possit alieno, quod sine iniuria alterius
fiat A.Fab.ad d.l.10.& Gis.ad l.8.§.vl.& seq.n.28.x Cui.23. x
obs.26. intelligit Reip.caussa arg.l.16.Proc. Et reprobat gl.
quæ peregrinitatẽ exponit, ex deportatione. Ea n. ciues esse
desinũt. y Sed non ad aliud, quam vt litẽ cõtestetur arg.l.28. y
§ 4.de iud.in quo non magnum incommodum Procuratoris
A.Fab.ad d.l.12.z Qui & cogi ipsi possit l.11.h.t. Ideo enim z
cogitur Procurator ne, & qui dedit, & contra quem datus est
decipiantur l.43.§.vlt.h.t. Si præsens dominus, ipse tam fa-
cilè & commodè litem contestari potest A.Fab.ad l.10.h.t.

CAPVT XVII.

Mutatio Procuratoris.

TERTIA Quæstio pertinens ad dominum, AN ab
eo Procurator MVTARI, VEL REMOVERI POS-
SIT. ANTE LITEM CONTESTATAM LIBERE PO-
TEST l.ante 16.h.t. etsi nec alium substituat, nec iudi-
cium in se transferat, ex natura mandati, quod reuo-
catur rectè re integra a etsi defensor satisfecerit, iudi- a
catum solui, per l.35.§.vlt.h.ibi vel remotus fuerit. b Neq; b
enim hic res integra esse desiit, propter obligationẽ,
quia ex hac caussa remotionis, obligatio illa soluitur,
vt c.præced.lit.S. POST litem autem contestatam, NEC
MVTARE quidem, alio dato, vel litem in se transfer-
re licet NISI CAVSSA COGNITA l. post litem 17. D. l.
22.C.h.t. quia res integra nõ est, Procurator dominus
litis effectus, & qui priùs fuit, quia duo in solidũ do-
mini esse nequeunt, desiit. c Quia tamen hoc summo c
& subtili iure dicitur. Re autẽ vera & exitu litis prior
dominus manet, inde caussa prætori, temperãdi illius
rigoris, per l.7.de I. & I. vt mutare permittat: non sine
caussa, ne cõtra ius peccet, sed ex caussa. CAVSSA DV-
PLEX. 1. à voluntate procuratoris. SI SVSPECTVS
FIAT l.item 19.h.t. inimicitiâ, affinitate aduersarij, vel
eiusdẽ successione l.21.& seq.h.d 2. à facultate, SI NE- d
QVEAT COMMODE ADMINISTRARE, ex ætate, e vale- e
tudine, absẽtia necessaria, vel accersita, vt si latitet l.17.
§.vl.l.19.20.23.h.t. occupationibus, publicis l.18. f vel f
priuatis l.17.in fin.l.20.b. Si tamen non repugnet ad-
uersarius, quia eius gratiâ hoc statutum est, ne mu-
tatione dominorum litis oneretur g etiam sine caus- g
sa l.qua omnia 23.h.t.ibi nec ferendus &c. Quanquam, vt
ibid. nec hic remouendi caussa deesse potest, cum eo
ipso, quod Procurator sibi adserit procurationem,
suspectus fiat. Nisi Procuratori caussa sit retinendi,
Vt 1. Si dominus remouere se dicat, ex caussa existi-
mationem onerante, & Procurator non priùs omit-
tere procurationem velit, quam ea probetur d.l.25.
h 2. Si in rem suã datus d.l.25.vers.planè.3. Si retentio- h
ne aliqua vti velit, nisi dominus ei soluere paratus d.
l.25.in fin.& l.seq.4. Si à Procur. ad plures lites, dato,
quædam iudicia transferre velit dominus, quædam
relinquere l.27.pr.h. Quia non est caussa, cur fidem in
his probet, in illis non item. i Et de hac remotione, i
cognitio prætoris est d.l.27. in fin.pr. nõ iudicis, ab eo
dati. Qui etsi omnem incidentẽ quæstionem exami-
net l.1.C.de ord.iudic. hæc tamen quæstio, extra iudiciũ
est, quippe inter certos litigatores concluſum, quos
hæc mutatio remouet. k Ex caussâ autẽ mutare po- k
test, nõ simpliciter remouere, sed cogitur pro illo aliũ
dare, vel ipse iudicium subire l.27.§.1.l.17.pr.h.t. Ac
si alium dat, ad agendũ, dicere sufficit, se posteriorem
substituere: Si in se trãsferre vult iudiciũ, de eo testa-
tur. Si verò alium det ad defendendũ, noua satisda-
tio requiritur l.46.3.2.h.t. Effectus mutationis. Quæ
post eam, agit Procurator, domino non nocent l.igno-
rantia 49.D.l.10.C.h.t. Antea verò, acta, rata manẽt, vt
si qua obligatio per occasionẽ iudicij, ab eo cõtracta:
vt si stipulatus sit iudicatũ solui, actio vtilis, in domi-
nium transferatur l.27.§.vlt.h.t. l Remouetur quoq; l
procurator, si moriatur, aut seruus fiat. Sed id mone-
re superuacuum. m Et tunc quoq; dominus, alium m
dare,

dare vel in se litem transferre potest, sed neutrum co-
n gitur, nec iudicio tenetur, quod non suscepit n

NOTATA.

a a cap. 2. ext. h.t. in 6. Etsi in perpetuum datus sit. Sic enim
datus dicitur l.4.h.t. non qui nullo tempore reuocetur, cum
hanc sibi, nemo legem dicere queat, ne voluntatem mutet
l. 22. de leg.3. sed qui sine temporis præfinitione, vt tamdiu
maneat; quoad reuocetur Ant. Fab.ad d l.4. Quin, nec clau-
sulam, de non reuocando Procuratore valere volunt, cum
substantiæ mandati aduersa sit arg l.12 princ.de precar. Bouer.
singul.26.num.22. Marc de Mantuasing.543. Etsi iusiurandum
accesserit, modo simplex sit mandatum, licet periurus fiat,
qui reuocat. Grauat.ad præt.Vestrij lib.5.cap.13 lit.H.Couar.
in cap. quamuis de pact.in 6. p.2.relect. § .2.num.3.& 9. Sera-
phin.priuileg.iuram.75.num.7.& seq. Ast vbi iuramentum ali-
teri præstitum, cuius interest non reuocari, mandatum fieri,
irreuocabile statuit. A. Massa.Gales.ad form Cam.oblig p.2.
ad 6.partic.obl.quæst.1. Quia, ait, ex tali pacto oritur obligatio,
ne aduersario illudatur l.41.C.de transl. add. Sigism.Scaccia l.1.
b de iudic. causs. ciuil. crimin.& barer cap.101.num.42. b Miror
hic Don. nostrum conspicuè labi Nam d.§.vlt. adiecta verba,
ex iustâ caussa. Namque & hic actoris interest, cum defen-
sore potius, qui iudicatum solui cauit, quàm cum domino
experiri P. Fab. 1.Semestr.13 pag.74. Atque, imò, & hic domi-
nus litis, post hanc cautionem præstitam l. 76. h.t & in ea-
dem caussâ, qua Procurator post litem contestatam agno-
scente Don vt s. cap. 12. lit. Aa. maximè, si liti se obtulit, sine
mandato, qui in effectu, solus, ad iudicatum faciendum te-
netur. De quo rectè interpretatur l.64.h.t. Henr.& Sverin vi-
pet.lect cap.12. Etsi Cuiac.22.obseq.10. verba d l.64.caussâ cog-
nitâ rescanda censeat, ne aduersa sit d. l. 16. vel sic accipien-
da, id est eo cognito, an lis sit contestata, vel, an res, ad eos
pertineat. Et aliter Pac. 2. q. 32. nimirum quod duplex sit
caussæ cognitio. 1. an sit permittenda remotio Procuratoris
quæ non necessaria ante litem contestatam d. l. 16. 2. An qui
reuocare vult, possit litigare per semet, an cogatur per Pro-
curatorem, vt qui relati l. 25. C.h.t. Sic accipit d.l.64. Malè.
Nam & generalitas illius, se ad has angustias coarctari,
non finit Nec constat, an tempore Modestini idem, quod in
d. l.25. dispositur, obtinuerit. Falsum denique hos in remo-
uendo Procuratore deterioris conditionis esse. Nam imò
æquè liberè remouent, vt alijs modo alium substituerint. Ma-
lè verò Cuiac.d.loc. ideo istud improbat; quia relati in d.l.25.
ipso iure vetantur, non prætoris decreto, caussâ cognitâ.
Quasi verò posset caussæ cognitio instituì, non de iure, sed
de facto, an videlicet sit dominus, ex personis illic recensi-
tis, † Iure Sax. postquam iudex alicui petenti, Procurato-
rem dedit, non potest alius eligi, nisi prior suo officio per-
c functus lib.1.art.60.Diff.iur.ciu.& Sax.7.p.1. c Sich.ad l.23
C.h.t.num.2.P.Fab.1.Semestr.13. Ad hæc, interest tum aduer-
sarij, ne varietur iudicium personarum mutatione. Cumque li-
tem contestando, quasi contraxerit cum Procuratore, eum
contractum non potest dominus inuito illo, dissoluere Mynsi.
decis.9.Resp.89.n.6.& 3 obs.44.n.5. Tum Prætoris, ad cuius
auctoritatem pertinet, ne semel constituto iudicio, mutatio-
d nem temerè fieri patiatur A.Fab.ad l.17.pr.h.t. d Item si iu-
dicia dederit præuaricationis, aut collusionis quam factutus
e Ant.Fab.ad l.19.h.t. e Si nempe post constitutionem Procu-
ratoris ingraueſcere cœpit aut ignorata à domino. Nam si ca-
dem, tempore Procurationis datæ sibi imputet A.Fab.ad l.17.
f §.vlt.h.t. f Vbi religionis beneficium exponit Rau.1.coniect.
13. vinculum militiæ, quod Seneca religionem vocat. Sed re-
ctiùs puto accipi sacerdotium obuentens arg. l. 32.§.4.de rec.
arb quomodo & Græci declarant τὸ γένεσθαι ἄνθεν ἱερέα Leun-
clau.lib. 1.notar.cap.78. & auctor Paratitlorum antiquorum
g lib. 2. tit 2. g Et ideo hic consensus aduersarij requiritur ei-
iam, tunc, cum, Procuratore volente, sit reuocatio. Mynsing.5.
h obs. 44. num. 5.& Resp.89.num.6 Io.Mohedan decis.84 h Sed
A.Fab.ad d.l.25 Procuratorem simpliciter contradicere posse
sentit. Quia in dubio hæc res præbet materiam suspicandi,
quod malè versatus fuerit, si nulla euidenter appareat alia
caussa. Etsi enim reuocatio infamem non faciat, existimatio-
nem tamen, apud graues viros læderet. † Planè contradictio
Procuratoris, non impediet effectum reuocationis, in præiu-
dicium reuocantis, sed vt pro conseruatione famæ cognosca-
i tur, non iustè sit reuocatus decis. Rotanouiss.145.p.1.1 Sed d.
l. 27. de dato ad vnam litem loquitur, vbi ratio dubitandi in
regulâ cui licet, quod plus est &c. Ratio decidendi Dominus
litis in solidum, factus Procurator. qui nec ab initio fortè

susceperit mandatum tractandi, pro parte negocij arg l.46.
de sol.A.Fab.in d.l.27. Et aliàs quoque, non admittitur incon-
stantia & rei pro parte, approbatio Gisan. ad l. 25.h.t.num.5.
k Alia ratio Gisan.in d. l.27 nu.3. Etsi, inquit, quæ post litis k
contestationem aguntur in iudicio expediuntur, hæc tamen
remotio aliquid imperij continente videtur, quod iudici pe-
daneo nullum. Alia A. Fabri ib. quia etsi regulariter de facti
quæstione, prætor non cognoscat, eius tamen auctoritas
contemni videtur, si Procurator apud eum litem contestatus,
atque ita dominus litis factus, sine caussa à se probata reuo-
cetur. Summaria verò hæc cognitio, non requirens sollenni-
tatem processus, nec litis contestationem Ronig. Processf. p.1.h.
t.pag 131. Gail. 1.obs 46.num.5.& seq. Citatio tamen aduersæ
partis, quæ reuocationi resistere potest, necessaria ibid. num.
9.& 10. l Ad quod vide not.s.cap.14.lit.L.m Nõ omnino. Iu- l
sta enim dubitatio, nõ an ad heredes suos Procurator inchoata m
transmittat. Quod olim obtinuisse lite contestata, probat.l.1.
C.Th.de cognit.& Procur. idque, ceu videtur, ex mero iure,
quia heredes in dominium litis quæsitum defuncto succedere
debeant. Contra deinde sancitum est l.vlt C Th.d t Quod
& Iustin. placuisse probat Gisan.ad l. 23. C h. t. num.5. inde
quia cum d.l.23, defumpta sit, ex d.l.1.C.Th.d t. verba illa: &
ad heredes suos inchoata transmittere studiosè omissa. n non n
probo. Sic enim sæpissimè iudicij actus, plures fierent elusorij,
sine aduersarij culpa &, cum eiusdẽ damno manifestatio Quin
in d.l.vlt.C.Th.d.t. habetur, quod si Procuratorem moti contigerit, statim ad eum, qui dominus caussæ fuerit, migrent omnes actiones, id est, omnes actus iudicij, quos Procurator
gessit. Et itaque judicij translatio, in dominum fiet ipso iu-
re. Quod & probat l. 57.de iud. Si enim Procurator reo mor-
tuo, tranfactio datur in eum, quem defendit, id est si, is iudi-
cium cœptum persequi, & ad finem producere cogitur, vt
exposui s.lib.17.c.vlt.lit.K. magis mortuo Procuratore, actoris dominus desiderante aduersatio, in lite persistere coge-
tur, per l. non debet actori licere 41. de R. I. Vnde nec nouam
litis assumptionem, ceu vsu inualuit, iure requiri magis est,
Confer. not.s.c.12 lit.Dd.add.P.Fab.1.Semestr.13.

CAPVT XVIII.

Effectus Procurationis.

QVARTA Q. ad dominum pariter, & procu-
ratorem pertinens, QVIS PROCVRATIO-
NIS EFFECTVS? SI QVID FECIT, in lite,
vel extra litem, PRÆTER MANDATVM, DO-
MINO NON NOCET, quippe ignoranti l. 49.
D.h.t. a vt si aliàs egit l.10.C.h. b si agendum datus a
pactus, aut transegerit l. 13. D. de pact. l. 7. b
D.de transc. NEC PRODEST per l.10.§.vlt.de pact. c
SI VERO, pro officio suscepto, LITEM EX-
SEQVVTVS, COMMODA QVÆQVE cuius, oc-
casione quæsita DOMINI, vt actiones ex stipula-
tu, & iudicati vtiles, adeo vt directæ Procuratoris ex-
ceptiones à reo submoueantur l.27. in fin. l. 28. h.t.
d Quin generaliter, Procurator ex re domini stipu- d
lans actionem vtilem, illi acquirit l.68. h.t. vid.supr.
lib.12.cap.17. Et excessio rei iudicatæ l. 50.h.t.l.11.§.
7. de exc. rei iud. e INCOMMODVM VERO, e
AVT VERSATVR IN OBLIGATIONE,
litis occasione suscepta, vt ex stipulatu & iudicati
ac est procuratoris, si in rem suam datus, aut defensor
se obtulit l.Plautius 61.h.t.l.4.pr.de re iud. id est. si vel
caret mandato, vel etsi id habeat, si non exspectatâ
cautione domini. vltrò satis dedit d.l. 61.& l. 28.
vers. per contrarium. Et ratio, quia onus sponte
susceptum, frustra recusat l. 67.l.76.h.t. Nam cum de
obligatione eâ susciendâ, nihil mandatum sit, domi-
nus, eâ onerari non potuit l.49.h.t. f aliàs nõ, vt si man- f
data ei defensio & dominus pro consentiente, satisde-
dit d.l.61.d.l.4.pr. g Verbis enim hic suscepit iudicati g
obligationẽ l. 3.§.11. de pecul. vnde ipse condemnatur
l.1.C.de sent. & interl. h Reuerâ & si spectamus, quid h
actum sit, non item. AVT IN DAMNO LI-
TIS, quod si contigit. fraude vel culpâ quacunque,
res iudicata non rescinditur, sed domino datur actio,

i contra Procuratorem *l.* 10. *C. hoc tit.* mandati scil. *l.* k 46. §. 3. *hoc tit. l.* 8. §. 1. *D. l.* 11. *l.* 13. *C. Mand.* k Si tamẽ Procurator, non soluendo & collusione, aut dolo rei factum, vt absolueretur, de dolo actio *d. l.* 8. §. 1. *Mand.* l *l.* 7. §. *pen. de dolo.* l

NOTATA.

a a Secus est, si sciens fines mandati excedere passus sit, vid. b *not.* s. *cap.* 13. *lit. Bb. fub. fin.* b Item si simpliciter datus, pergit ea, quæ speciale mandatum exigunt, vid. s. *cap.* 12. *lit. Kk.* Quin, & si cum generali clausula quod facere possit, quicquid ipse dominus, si præsens esset, posse liti & causæ renunciare, post multam disceptationem, iudicatum in Senatu Arragoniæ testatur c *Martin. Monter. de Cuenâ cauſſar. ciuil. deciſ.* 28. c Secus si omnium rerum Procurator, *lib.* 12. *de pact.* Sed & in illis ipsis negociis, quæ mandata (intellige simpliciter) factum Procuratoris, nocere domino, scribit, *Ant. Fab. ad l.* 49. *h. tit.* sine pactus sit, *l.* 10. §. *vlt. l.* 12. *de pact.* siue iusurandum detulerit *l.* 17. §. *Vlt. de iureiur.* At imò *dd. ll.* speciale mandatum ad hoc exigi probant, nisi vniuersalis sit Procurator Quin, etsi sit vniuersalis, excipitur nisi donandi animo pactus sit *l* 28. §. *vlt.* d *de pact.* d De actione exstipulat, domino danda vid. *not.* s. *cap.* 14 *lit* D. & hinc transfer. Actionem iudicati directam, etsi Procuratori dari neget, *A. Fab. ad. l.* 28. *h.t.* per *l. l.* 6. §. *vltim. Quod cui vniu. l.* 56. *de fol.* Qui & inde motus, pro *cum agit iudicati* in *d. l.* 28. reponit, *non agit.* Ex meri tamen iuris ratione non potest, non competere argum. *l.* 39. §. 1. *h. tit.* quia certè Procurator ipse litem contestando quasi contraxit, sibique inde obligationem quæsiuit, quæ necesse est, ipsi actionem pariat *l.* 42. §. 2. *hoc tit.* Nec obstant *dd. ll.* in contrarium adductæ. Negant enim dari, iudicati actionem, scil. efficacem, cum exceptio repellatur *d. l.* 28. *hoc tit.* Facit *l. nihil interest* e 112. *de R. I.* e ex parte, tum actoris, tum rei, *d.* §. 7. huius si in conuentione, illius, si in reconuentione, absolutus Procurator. Sed & quæ extrinsecus, ob eam rem, seu litem consecutus Procurator, vel, quæ non ex mandato, sed occasione mandati habet restituenda domino, etsi iniuria iudicis, non debitum consecutus *l.* 46. §. 4. *hoc tit.* Facit *l.* 8. §. 1. *de neg. gest.* Et ratio f in *l* 52. *de pet. her. A. Fab. in d.* § 4. f Vnde magis adhuc refellitur correctio, *Ant. Fab. ad d. vers. per contrarium* confutata g *s. in not. cap.* 14 *lit.* O. g vid. *j. leg.* 27. *in explicat. d. l.* 4. *de re iudic.* h de quo tamen variè Dd. nostri sentiunt, & tractant, vid. *Sich. ad d. l.* 1. *Vaſq. 2. contr. vſu freq.* 20. *Trentacinq. lib.* 2. *pract. reſol. tit. de Procur. reſol.* 14. Planè *d. l.* 1. non seruari in Camera testatur, *Gail.* 2. *obſ.* 102. *num.* 7. *ac Mynſ.* 6. *obſ.* 11. & iura Canon. has subtilitates non curare *Moller.* 1. *Semeſtr.* 24. *num.* 2. i Quod declara, si modo plena potestas agendi fuit i Procuratori *d. l.* 10. id est, si vel cum libera datus, vel clausula ratificationis mandato inserta, per *not.* s. *cap.* 13. *lit. Ff.* † Negligentia Procuratoris, erroris, confessio &c. quando noceant domino pluribus *Io. Bapt. Coſta, de facti ſcient. & ignor. inſtect.* 52 *Vinc. Caroc. deciſ.* 60. *Hart. Piſtor. lib.* 1. *quæſt* 36. *Fachin.* 10. *contr.* 79. & Procuratori quoq; litis impendia, bonâ fide factâ restitui k debent *l.* 46. § *pen. h. t.* scil. contrario mandati iudicio, nisi dominus litis soluendo non sit, vbi rectè desiderat, vt ex iudicatione de iis sibi satisfiat *l.* 30. *h. t.* Hoc igitur casu actio iudicati directa, Procuratori efficax. Et si aliter exponat *Ant. Fab. ibid.* quod videlicet contrariâ mandati actione quæ bonæ fidei est, id consequatur Procurator vt ex commodo iudicationis potiùs, quàm aliis bonis sibi satisfiat, non quia in illo tacitum pignus habeat, sed quia fructus non sint, nisi deductis impensis. Itaque non fiat iniuria, per hoc creditoribus aliis, fortè priuilegiariis, aut hypothecariis argum *l.* 6. *Qui* l *pot. in pig.* l Item exceptio doli, si Procurator rei dolo causam perdiderit *l.* 11. *de dol exc.* Sed quid si sine dolo victus, non soluendo, vt actio mandati contra eum inanis sit? Restitutione in integrum, domino succurri statuunt *Gail. 1. obſ.* 45. *num.* 6. *Hart. Piſt, lib.* 1. *q.* 36. *num.* 7. & *ſeqq.* & ita vsu obtinet. Contra *Gisan. ad l.* 10. *C. h. t. num.* 4. quia hic nulla caussarum, ob quas maiori datur restitutio. Et vbi victoris nulla fraus, interuenit, iniquum est culpam alienam illi nocere, æquius est, vt noceat domino, cui imputari potest, quod tali commisit negocia *l.* 23. *in fin. de min.* Quin & *d. l.* 23. *vers. ſi a.* minori denium hoc casu, ita subuenire probat, vti & Ecclesiæ *cap. cum veniſſent* 2. *in fin. ext. de in int. reſt.* Quos obices, responsiones H. *Piſt. d. q* 36. *num.* 8. vix satis remouent.

Finis Libri decimi octaui.

LIBER DECIMVSNONVS

CAPVT I.

Definitio Actionis.

HActenus de personis. Sequitur SECVNDA IVDICII PARS, VEL CAVSSA, (Materia in quâ versatur.) RES IN IVDICIVM DEDVCTÆ (connecte s. *leg.* 17. *cap.* 4. ACTIO ET EXCEPTIO. ACTIO [ab agendo dicta. Non quod improbi, ad iudicium inuiti agantur, vt Theoph a Etsi a enim olim, ita iùs *tit. In ius voc. vt eant.* ratio tamen hæc ex adiunctis refellitur. Non enim dicimur, agere reum, sed cum reo, agere eo nomine, iudicio interdicto &c. Et reus periphrasticè, is, cum quo agitur *l.* 3. *de iureiur. pr. I. de exc. Cic.* 2. *de Inuent.* Deinde agi iumentum dicitur, ducitur verò homo apprehensus *Terent. Eun.* 4. *ſc.* 6. *Cic.* 2. *de orat. lib.* 2. *in fin. Si ex nox. ca. l.* 3. & *rub. de lib. exh.* b Sed agere, tractare de re aliquâ & b contendere, vt quid præstetur, vel fiat, *Cic. in Lælio & 5. ad Att.* c Quare & hîc, quia res tractatur seriò, cum c effectu, nec reus defugere potest, vti cum petimus extra iudicium, vbi non dicimur agere. Sic agere cum populo. est rogare populum, vt quid iubeat, vel vetet, id est, tractare &c. *Agell.* 13. *Noct.* 14. *Hac Don. ad pr. I. de act. num.* 4. [EST *vt in pr. I. de act. l. nihil.* 51. *D. de O. & A.* ius, id est, potestas iure tributa d vt vsus fructus iter, d actus. Quia ante nostra est, quàm in iudicium deducimus *l.* 49. *in fin. de V. S.* Iustiùs tamen, persecutio ipsa dicitur actio, quia verbalia in 10. actum denotant. *Et sic sumitur in l.* 1. *de ſta. hom.* e PERSEQVENDI ad extre- e mum, donec, aut consequamur, aut eius spes præcidatur. quod fit re iudicata [& metaphora est à feris fugientibus, quia & reus Græcis, Φεύγων f *ad pr. I. de act.* 7 f *n.*] IVDICIO, quod quid sit &c. vid. s. *lib.* 17. *cap.* 3. g g QVOD SIBI DEBETVR, id est, præstari debet. Propriè sanè deberi dicitur, ex obligatione *l.* 1. *pr. iunct. §. pen. & vlt. l.* 2. & 3. *de conſt. pec.* non autem quod nostrum est *l.* 34. *de auro leg.* [Et in actione reali, agitur, cum non obligato *§.* 1. *I. de act.* Ac Celsi fortè definitio *l.* 51 *de O. & A.* ad specialem significatum, & vsum veterum accõmodata: Iustiniani verò *pr. I. de act.* necesse est vt conueniat, tum partitioni iuris *in §. vlt. I. de I. N. G. & C.* tum subiectæ diuisioni, *ad d. pr. num.* 10] Quare vt actio in genere definiatur, verba hæc ita exponenda: quod præstari debet. [Quomodo verbum *debuit* omnem actionem comprehendit *l.* 178. *§. vlt. de V. S.* Debeturque in actione reali, non res, sed restitutio, h eam- h que persequimur *l.* 9. *l.* 68. *de R. V. ad. d. pr. num.* 10. DEFINITIO HÆC, NEC ANGVSTIOR. Obi. 1. Accusatio, est actio rub. *C. Quan. ciu. præind. l.* 8. *de accuſ.* i Aſt i vindictam, non debitum persequitur. R. Ad priuatum relata, non nisi abusiuè actio dicitur, ad Rempub. verè, & persequitur pœnam debitam Reip. *l.* 20. *de pœn. l.* 31 *in fin. pr. de poſ. l.* 9. §. 5. *de publican.* k Obi. 2. Actio po- k pularis, locupletiorem non facit *l. pen. de pop. act.* saltem ante litem contestatam *l.* 12. *de V. S. E. per l.* 49. *de V. S.* R. Hæc persequitur, imò quod debetur, pecuniam vidclicet *l.* 5. §. 5. & *§. vlt. de his qui deiec.* Nisi enim deberetur peti non posset *l.* 1. §. 1. *ſi pars her. pet.* [Et licet ius populi teneatur, qui summus eius finis, vt securitati publicæ consulatur, tamen petitio ipsa, pœnæ priuatam habet persecutionem.] Et hactenus de eo est quod de- l betur, per *d. l.* 5. §. 5. *ad. pr. I. de act. n.* 12.] Non intelligitur verò quis eâ locupletior *d. l. pen.* Certo scil. quia potest fieri ne litê contestetur, quod nolit, aut nequeat, ab alio præuentus. vel mortuus. Si autem cœperit litem contestari, actio retrouersus in bonis *lib.* 12. *de V. S.* Interea res in pendenti, quemadmodum reilegatæ dominium, ante agnitionem, vel repudiationem. *Et simile*

mile in l. 26. *§.* 13. *de cond. ind.* Obi. 3. Actio iniuriarum, in bonis, non computatur, ante litem contest. *lib.* 28. *de iniur.* R. Certò scil. Quid enim si moriatur iniuria- m tus, aut remittat. m Post litem. verò contestatam euentus declarat retro versus, à tempore iniuriæ illatæ, fuisse in bonis. NEC LATIOR. Obi. 1. Actio in rem dicitur petitio, seiuncta ab actione *leg.* 28. *de O. & A. leg.* 178. §. 2. *de V. S.* Respondeo distinguit inter acceptionem generalem & specialem. Facit vocula *plerumque d.* §. 2. Obi. 2. Præiudicia, interdicta, prætoriæ stipulationes, in integrum restitutio, seiunguntur n ab actione *lib.* 39. *pr. de Procur.* n Et sunt diuersi de illis tituli. Respondeo Imò sunt hæ, & vocantur actiones, tum priores tres *l.* 37. *de O. & A.* tum etiam restitutio in integrum *d. l.* 39. §. 6. *de Proc. lib.* 16. *pr. de min. v. alia lib.* 1. §. 6. *de dolo.* Separantur verò vsu, vocabulo *actionis* ad speciem restricto, sicuti ex. g. o adoptio, & arrogatio. o Obi. 3. Persecutio eorum, quæ officio iudicis præstatur, in bonæ fidei iudiciis. Veluti. Vsuræ debentur ex mora *l.* 32. §. 1. *de vſur. l.* 5. *C. de pact. int. em.* Nec tamen actione aliquâ, petuntur *lib.* 49. *§.* 1. *de act. em. l.* 4. *C. Depoſ.* R. Immò & hic actio scilicet principalis de sorte, cui officio iudicis accedunt, nec propria earum persecutio est *d. l.* 49. §. 1. p *& leg.* 54. *Locati* p Nam *d. lib.* 5. dicuntur postulari. Petuntur sanè per consequentiam *d. l.* 4. sed quia eodem modo debentur, non principaliter. Quatenus igitur debentur, de iis actio est. Debentur cum adiuncto scilicet vt præstentur officio iudicis *hic & ad pr. I. de act. num.* 14.

NOTATA.

a a *In pr. I. de act.* & probant *Baro ibid. P. Greg.* 21. *Synt.* 8. *n.* 2. b *& A. Fab.* 19. *Coniect.* 9 *p.* 110. Id Græculi, inde quià ipsorum simile verbum est, ἀγωγὴ, vt *Iac. Curt.* 1. *Comi, ad fr.* 15. b Et hæc vox forensi modo vsurpata, nec ductionem tractionem ve significat, si simpliciter ponatur, vt licere alicui agere; nec si cum adiecto, agere in iudicio, non ad iudicium, agere iniuriarum, iudicati &c. Nec omnem vi ducere, in ius necesse, sed resistentem, nec minùs actio, si lubens eat *Gisan. ad l.* 28. *de O. &* c *A. n.* 3. c De varia vocum *agere*, & *actio*, acceptione, vsu iuris vid. *Ludou. Gomeſ. in. pr. I. h. t. n.* 7. qui nouem significatus refert *Beincaſſa in præf. ad h. t. n.* 116. *Vult. in pr. I. h. t. n.* 13. qui significatione maximè restrictâ, conditiones venire scribit, latiori vindicationes, quoque, adhuc latiori extraord. persecutiones, ex officio iudicis, generalissimâ denique omnes actus legitimos, vid. *Val. Guil. Forſt. tract. Iuſtin. p.* 1. 2. *diſp.* 1. *th.* 1. † Etsi verò actio & causa sæpè, ab auctoribus, tum aliis, tum nostris, promiscuè sumi videntur, non confundenda tamen, nec idem sunt, *vt poſt Placentin. Vacon. 6. declar.* 89. *n.* 7. quem refellit *l.* 14. §. 2. *ibi cum in rem ago non expreſſa cauſa D. de exc. rei iud.* Differuntque, siue causa sumatur, pro lite, ac controuersia: vt *in l.* 8. *pr. D. Mandati & ſimil.* (sicuti aduocati causas agere dicunt) siue titulum, ex quo agitur, *vt d. l.* 14. §. 2. Qui & actione sublata, manet, veluti si quod mihi debes exempto, soluetis, actio & obligatio perepta, titulo pro emptore manente Et vbi actio variatur, quando quidem causa eadem, veluti cum de dolo parentis, patronive agitur, nõ actione conceptâ de dolo, sed in factum *Dynus ad pr. I. de act. n.* 22. *& ſeq. Gomez. ibi. n.* 24. *& Vult. n.* 99. *Beincaſſa n.* 163. *& ſeqq.* Sequi verò dicitur causa, obligationem *d.* §. 2. scilicet in libelli compositione, quamuis ordine naturæ eam præcedat. d ita *Don. noſter ad pr.* d *I. de act. n.* 5. *Mynſ. ib. n.* 2. *Viſil. n.* 2. *Coraſ. n.* 5. *Mudæ. n.* 23. *Henning. Hammel. n.* 25. *Loriot de apicibus iuris tr.* 1. *de actionib. axioma.* 2. *Suarzenthaler. lib.* 1 *proceſſ. iud. cap.* 5. *numero* 3. *Claud. Cattand.* ampliùs *tr. Legitimæ præf. numero* 8. legendum esse, *vis*, non, *ius*, contendit. Contra alijs ius formulam interpretantur *Cuiac. in not. ad pr. I. h. t. & in comm poſthumis ibid. Hottom. & Hortenſ. ibid. ac Vult. n.* 95. *& ſeqq. Vacon. 6. declar.* 87. *numero* 13. *& declar.* 88. *numero* 8. *Val. Guil. Forſt. tract. Iuſtin. par.* 2. *diſp.* 1. *th.* 1. *lit. B.* Nec desunt, qui statuant alterutri expositioni omninò adhærendum, quasi nec diuersæ, ab vtraque significationi locus sit. † Ego verò iam diu persuasum habeo, neutram definitioni conuenire. Quod quàm potero, planum & dilucidum reddam. Ac priocem quidem satis commodam non

esse, ita ostendo. Quia *& actio, seu ius persequendi, sæpius sine facultate agendi.* Nam cum obligationes *l.* 42 §. 2. *de procur. & conuentiones lib.* 7 *pr.* §. 1. *&* §. 4 *de pact.* actiones (in personam) parere dicantur (vnde non penitus inconcinnè *à Dd. vulgo.* obligationes, matres harum actionum dicuntur, *reſiſtente licet A. Guib qq iur. c.* 20. *num.* 7.) eaſdem obligationibus cooriri consequitur. Vnde in ingressu contractus, seu cum primum orta est obligatio, actio inchoari dicitur *l.* 27. *in. fin. de R. I. iunct. lib.* 6. §. 5 *de pact.* [vt rectè exponit *P. Fab. ibid, p.* 162. *& ſeq.* licet, pro *actio, obligatio*, reponere malit.] Neque enim mater, quoad respectum relationis, prior, aut antiquior est filiâ. Est autè actio personalis, ille ipse respectus, quem obligatio habet in creditore, vt *Greg. Lopez. animad. cap.* 10. vel, vt magis sentio, quoddam eius consequens & effectus adæquatus. Obligatio enim in persona obligantis, est ius, propter quod, persecutio datur & actio habetur, actio verò ipsa, ius, quo persequi licet, & remedium obligationis exequendæ. Vnde efficitur, quod posità obligatione, actionem quoque poni necesse sit. Quare, cum tutor obligatur ex mala gestione, itemque cum ipse in res, vel negotia pupilli vtiliter impendit, eumque sibi obligat, statim quoque actio nata sit oportet. Atqui neutrius exercendæ facultas; nisi finità tutela *l.* 4. *pr. de tut. & rat. diſtr. lib.* 1. §. 3. *de contrar. tut. act.* † Stipulatione in diem, concepta obligatio, præsens est, vt prob. s. *lib.* 15. *cap.* 8. *lit. D.* Indèque confirmatur, quia ita debitum, per solutionem tolli potest, ante aduentum diei, vt s. *lib.* 16. *cap.* 11. *lit. B. &* C. Solutio autem nequit anterior esse obligatione, quam exstinguit. Natura siquidem pugnat, rem quampiam, priusquam nata sit, denasci. Præsens itaque & actio, seu ius persequendi Atqui potestas persequendi, siue vt Mynsing. & Hammel voculam, *ius*, hic exponunt, facultas legitima necessariam iuris exsecutionem habens, præsens non est *d. c.* 8. *lit. D.* aliàs non dicerent Iurisconsulti & Imp. peti non posse. *l.* 8. *l.* 138. *de V. O.* §. 2. *I. eod.* Verum collata, in tempus futurum. Itaque ius anterius est potestate, quæ ex iure, siue eius exercendæ: Ius etiam, futuram potest respicere executionem: potestas, non nisi præsentem facultatem posse enim dicor, quod nunc possum, non quod aliquando potero. Taceo quod tempore feriarum & iustitij, seu diebus non disceptatoriis, potestas agendi iure deficit *s. t. D. & C. de feriis.* Quomodo *Macrob.* 1. *Sat.* 16. feriis agi non licere. Ius verò ipsum persequendi, non deficit, aliàs impedimento durante sublatum, eo remoto, reciperetur, ac quasi reuiuisceret, contra certissimam iuris regulam *l.* 98. §. 7. *de ſol lib.* 27. §. 2. *de pact. lib.* 10. §. 9. *de in rem verſo.* Ac si quis diceret, neque facultatem hic tam deficere, quàm impediri, aut suspendi, ei reponerem, ius tamen persequendi, nec aptè dici posse, quod impediatur, (licet eius exercitio impediatur, qua fa- a cti) nec quod in suspenso sit Sicuti tunc verè ipsum ius in suspenso est, quando eius, qui hostium potitus est, dubius est reditus, cũ tempore, quo in aliena potestate est, omnis iuris sit incapax. Nec nimis etiam, nunc vrgeo, quod, qui, ex persona sua, iudicij consistendi facultatem non habent, illis equidem, ius experiundi, ex persona sua, cum potestas experiundi non sit. Sicuti & filiosfamilias actionis iure quæsito, patri est. agendi facultas, neque filiusfamilias cuius actio propria est, eam, dum in manu paterna est, mouere *potest*, vt loquitur *lib.* 1. §. *vlt. C. de annali exc.* Et magistratui tempore officij sui experiri, iure non licet, & ita *iuris facultas* tunc deficit, quem iure ipso agendi destitui, nemo dixerit. Quid, quod aliquandò mero *iure* actio habetur, & ita *ius perſequendi*. sine vlla *iuris facultate*, aut exercendæ potestate. Sic nempè mandatis actionibus cedens, eaſdem directas retinet, quas lite à Cassionario contestata, amplius exercere nequit. Plura id genus conquiri possent. si vacaret, aut curæ id pretium. Sed pergamus Et contra facultas agendi sine iure, Quipp. mandato transfertur, in procuratorem potestas exercendæ actionis. Ius autem actionis, nec transire potest; sed ita ossibus eius, cui quæsita est actio, inhæret, vt ab eo diuelli nequeat Agere alieno nomine rectè, & propriè dicitur procurator, quia vocula *agere*, respicit & facultatem & exercitionem, quæ facti est. Ac etsi alieno nomine agat, facultas tamen, non est in alio, sed in ipso procuratore, qui eam habere dicitur *lib.* 6. *§. vl. de neg. geſt. arg. à contrario.* Eademque etiam *iure tributa* rectè dicetur, quia absque iuris permissu esse, mandati non posset. s. *lib.* 18. *cap.* 9. Actio ipsa proprie, & ius persequendi, plane non est in persona procuratoris: nec si adiicias *alieno nomine.* Verè enim hæc secum pugnare deprehendas, qui apud animum perpenderit, ius habere, *alieno nomine.* Nec fingi potest, vt quis ius habeat agendi directò ex vendito, nisi qui emit &c. aliusue ius rei recta vindicandæ. nisi qui dominus est. Quod si quis dicet

ius *agendi*, potendiue esse procuratori *alieno nomine* idem ipse procuratorem esse *creditorem*, *alieno nomine*, *dominum alieno nomine* fateatur oportet. Quæ quàm absurda sint, cuivis perquam est. Quid quod & coniunctis personis, potestas est agendi alieno nomine, eáque verè *iure tributa*, vti & aliis qui aliquam, sed non plenam, de mandato fidem fecerunt licet non habeant mandatum exhibita cautione rati, vt supra *lib.* 18. *cap.* 12. Neutris verò ius persequendi alieno nomine esse, magis hîc palam est, alias, domino litis suo facto incommodare possent, quod non ita est. (Qua ratione, vt parebasin breuem condones, non vtor, quasi à contrario sentiam, si incommodare posset, vti potest procurator, eo ipso effici, quo *ius* persequendi haberet. Nam vti alias hoc argumenti genus parum efficax, ita eo in aliorum dictis carpendis, nullum vitiosius. Quod genus tamen cauillationis nostris, dum alteri alteros scabunt, solentissimum esse video & indignor. Non si quæ, in vna specie eiusdem dispositionis fortior ratio, quam in alia, quæque isti alij non conuenit, ideo dispositionis vis, alteri negatur, modò aliâ ratione, in eadem, idem efficiatur. Vtque crassiori exemplo hæc declarem: Si dicam, Cras Titius Romæ non erit, alias, vno die 50. miliaria, quot Româ abest, ipsi conficienda erunt, ineptus erit inde me sensisse arguens. Si pauciora quam 50. fortè 40. miliaria distaret, dici itinere confici ea posse. Sed à semita ad *viam*. Non vtar verò, in subsidium mutuata ratione à Dd. qui volunt, & sine actione posse aliquem experiri quando ex iudicio speratur, actionem orituram. Quod illi probant, per *l.* 9. *de V. O. post alios Sarmient.* 2. *Select. interpretat.* 6. *numero* 27. nec parum firmari videntur, ex iis infra *cap.* 14. *lit. E. & F.* Neque ea quod facultas personæ commodum, & incommodum respiciat *lib.* 137. *§.* 4. *de V. O.* Etenim regeri posset, id de alia facultate, quàm quæ iuris sit & *lege tributa* accipi, Non refragatur nobis *l.* 6. *§. vlt. de neg. gest.* ex qua infertur, quod actio facultatem significet. Collectio alienaque efficacius inuertitur. Nam nisi fateri velimus, Iulianum ibi τὸ ἐξεργάζεσθαι αὐτοῖς σὺν actio à facultate cõueniendi alia fit, oportet. Argumentatio ICti talis: Negotiorum gestor, non habuit facultatẽ conueniendi iudico debitores eius, ad cuius negocia accessit, quia actionem nullam intendere potuit. Quare non potuit? Quia nempè nec nomine suo, cum sibi non habeat obnoxios debitores, nec nomine alieno, cum mandato procuratorio, eum carere certum sit. Atque ita arg. illic non à iure agendi, sed à potestate intentandæ actionis deficiente, quæ non eadem est cum iure. Quippe illa tribuitur Procuratori; etsi negetur negotiorum gestori; hoc autem personam, numquam egreditur. Imbecillius telum *ex lib.* 5. *§. vlt. de doli exc.* quod in auctorem, vnde emissum, retorqum fortius ferit. Dicitur ibi: actor in sua potestate habet, quando vtatur suo iure: Quid inde? Ergò actionis genus, potestas. Quæ consequentia sit non video. Cum nec dixerit IC. quando *eâ* (scilicet potestate) vtatur: sed ius à potestate distinxerit. In potestate iudicis est, vt condemnes contumacem: vt iurisiurandi deferat, vel non. Ergò ne condemnationis. delationis iurisiurandi genus est, potestas? Denique suam ipse interpretationem conuellit *Donell. d. numero* 5. his similibus, ius suum persequi, obtinere, tribuere alteri. Quæ enim, quàm incommoda locutio, si dices facultatem suam persequi, obtinere eam, tribuere alteri potestatem quam immò à se, & à iure habet. Sane hoc recte noster in hisce, aliisque id genus denotare quod iure constituto continetur. & alicui tribuitur, ita enim & ius in hac definitione, plane accipitur, sed minús scitè idipsum *potestas* vocatur. Enim verò huius acceptionis auctores, veniâ digni, qui non tam malè sentiunt, quàm *minus* commodè eloquuntur. Vim quidem voculæ, *ius*, in definitione satis percipiunt, sed dum, conuenientiori, voce defecti, eam exprimi putant, per *facultatem legitimam* seu *potestatem iure tributam* in eo à vero deuiant, dum quæ inde falsæ consequentiæ non perpendunt, quæ si perpendissent, nec ita exponerent. † Illi alteri verè quibus *ius* est *formula* non tantum in commodè loqui videntur. Enim verò insicias ire nolim ipsosque consultos, sed ratò, formulas pro actionibus dicere, vt *l.* 42. *de furt. Vlpian. tit.* 19 §. 16. *& tit.* 25. §. 12. Sicuti & *Cicero* 3. *Offic.* Nondum protulerat Aquilius de dolo formulas. *Apulei lib.* 9. nec familiæ ercisciundæ, sed communi diuidundo formulâ dimicabo Et *Plin. lib.* 9. *cap* 59. damni dati formulam dicit pro actione I. Aquiliæ *Briss.* 5. *de formul. pag.* 386. Indeque ICti formulas scribere dicti & formulâ cadere, qui causâ de quo alibi. Nec negare ausim, quandoque cum actiones dicunt ICti, formulas eorum intelligi, vt *lib.* 2. *de O. I.* Liberaliùs largiar, quoties proditum est, prætorem actiones dare, (locos cum obuij sint congerere, nullius esset operæ) formulas has indicari. At non continuo efficitur, si hæc inter alias voculæ actionum notiones, vna est, propria vt eadem sit, quámque in definitione accipi conueniat. Si quidem plures sunt acceptiones, vt *lit. præced.* quibus & hæc accensenda, à cæteris tamen in eo distans, quod illarum semper vna, diffusior, vel strictior altera, minorque latiori continetur, vt sint sibi inuicem ferè subalternæ, vel saltem eodem omnes genere conclusæ. Verùm cum actio, pro formula sumitur nec vnum, & idem genus habet. quod formulæ est conceptio verborum. Quæ siue litteris perscripta, siue ore prolata, nihil minus, est, quam ius, licet per abusionem *ius* dicatur, vt cum prætor dicebatur, in verba litis ius componere, sicuti liber Papirij vocatus *Ius in lib.* 2. *§.* 2. *de O. I.* Quod & *Hot.* agnoscit *in pr. I. h. t.* scribens pinguius factum, esse vt in definitione, hac formula dicatur ius. Qui licet in eius sensu erret, non tamen in eo, quod formulam propriè ius esse, insitetur. Sint sanè multi loci, quibus formula pro actione, plures quibus actio, pro formula ponatur: Ast illi omnes oppidò pauci, si conferas aliis infinitis, quibus actionem ita accipi non posse quilibet, re parum perpensa, vti ea, quæ oculis cernuntur, perspiciet. Veluti cum dicuntur actiones nasci, esse in bonis alteri per alterum acquiri, alienari, mandari, cedi, præstari, vendi, donari, pignerari, ad hæredem transire, ab hæredibus incipere, successione & aditione hereditatis confundi, plures concurrere & quandoque vnâ electâ, aliam tolli, aut consumi exhauriri, diuidi inter fideiussores, inanes fieri, egestate debitoris, extendi, extingui, initio inutiles euentu, non confirmari, aliâque id genus plura; Quæ si singula locis iuris adscriptis comprobarem, otio & litteris abuteretur, cum suis quæque sedibus, vbi habentur, promere in expedito sit. Sic etsi reperiamus formulam vulgarem de dolo, damni dati &c. ne quisquam tamen aperè pariter dicet, *formulam* famosam, hereditariam, mixtam, perpetuam, temporalem. Quin etiam, an concinnè dicatur formula in rem, in personam, ambige, cum nec hic exempla veterum, quod quidem meminerim, adsint, & hæ actiones aliundè quàm à formulæ conceptione nomen sortitæ sint vti j. *cap.* 2. *lit. C.* &c. Iudicet iam quiuis, tantúmne sit ex rariori isto significatu, cuius exempla ex ll. aliisque auctoribus, studiosè vndique congesta, vix ad numerum aliquem accedunt, annè à crebriori altero, cuius plus millies vsus est, genus in definitione nostra constituere, aut exponere. Quod tamen nec eiusdem superioris generis, aut in eadem categoria, nec ἀσυζυγίας foret, cum valdè diffusum sit, & antiquis testamentorum, stipulationum, mancipationum, diuortiorum, interdictionis bonorum, omniumque actuum legitimorum, quin & aliorum, quæ nimis, quam à se inuicem naturæ diuersæ, æquè solennes fuerint formulæ, quarum plurimas. egregium Brissonij opus de formulis, suppeditat. Nec concinnius actionis genus statuetur formula, quam ciuilibet alterius actus, solennem formulam olim requirentis. Atque haud absimili ferè ratione formula pro actione ponitur, quam qua tabulæ pro testamentis. Quæ tabulas non ita rarenter, vt hic, sed creberrimè appellamus. Nec quisquam tamen inde tabulas, genus testamenti esse contendit. Quin vel eo ipso, quod formulæ actionum dicuntur *tit.* C. *de form. & imp. act. sublatis* & iudiciorum *Cic. de LL. & de Oratore* (vbi iudicia dicit, pro actionibus, vt alibi sæpè) qualitates externas esse, arguitur, cum genus in recto casu, non in obliquis, & inflexis, speciei attribui soleat: Quid quod ex iis locis, quibus formula actionis denotare videtur, quidam alium sensum recipiunt, vt dicantur formulæ de dolo, communi diuidundo &c. per ellipsin, *actionis* verbo subaudito. Sicuti & alter Vlp. locus videl. *tit.* 25 § 12. nihil certi arguit. Sed mitto hæc & ad reliqua. Sed & male sentire. Statuunt enim actionem, quæ hic definitur non haberi, antequam eius formula prætore adito, proposita vel perscripta, dato iudicio. In quo tamen inter se variant, Hot. formulam duplicem esse sentit. 1. eius qui ad iudicium prouocari petitionem, & iudicii postulationem à prætore quæ proprie fit actio 2. formulam prætoris, iudicium danris, eoque Celsum definitionem accommodasse. At *Cuiac.* actionem esse, non illam formulam: *Aio te mihi dare &c.* Sed istam, quæ à prætore scribitur *L. Titius iudex esto, si paret &c.* Neutrum definitionis generi conuenit. Neque quoad mentem Iustiniani & iure nouo inspecto quo tota veterum formularum solẽnitas, radicitus amputata *l.* 1. *C. de form. & impet. subl.* Nam quod quidam sublationem diffitentur, nec nisi accidentalem quandam mutationem agnoscunt, næ illi Imperatori ipsi Constantino quasi in faciem obloqui videntur. Qui non dicit amputandas *quatenus aucupazione syllabarum insidiantur*, sed *aucupatione syll. insidiantes*, quo innuit, insidiationem illam, anxiàmque

que obseruandi necessitatem, causam suæ constitutioni magis dedisse, quàm modum præstituisse. Nec ideò actiones in aliam versæ sunt naturam & substantiam, verùm nudæ qualitates externæ, substantiam rei non egredientes, formàque, *vt Goth. ibid.* verbalis mutata. Planè nihil verius est, veteribus formulis sublatis, formulas, actionum mansisse, vt *Vult. in pr. I. h. numero* 98. vel vt loqui malo, nouas in locum veterum successisse, quæ & ipsæ, pro variante naturâ actionum quarumuis, variantes, alias confusio actionum statueretur, vt rectè Vult. At non nouæ actiones successerunt, sed priores integræ, nec imminutæ aut variatæ, constituerunt, malèque, Cuiac. sublatis hodiè formulis, in persecutiones extraordinarias omnes actiones mutatas esse. Quin etsi mutatas solum, aliquatenus formulas conuiceris, neque tamen, vel eatenus immutatas actiones, (quod isti consequens esset acceptioni) agnoscerem. Sed & series, ac contextus verborum Imp. *in* §. 1. *I. de act.* eorumque vis, mentem Imperatoris demonstrant. Dicit enim Iustin. *per actionem* in personam *intendere* actorem &c. Quare cum hoc *intenditur* actio iam præexistit. Atqui *Cuiac.* contendit verba ea quibus actor intendit, non esse veram formulam actionis, sed quæ à prætore, impetratur, & decernitur. Denique cum actiones aliæ, certorum annorum termino circumscribi, aliæ triennio tolli dicuntur, formula intelligi penitus nequit. Nam immò lite contestatâ, formulàque compositâ, actiones, temporariæ, aliàs, perpetuantur, contrà. à lite cœptâ, intrà triennium terminanda est instantia, vt suo loco. Neque quoad mentem Celsi ac inspecto iure antiquiori. Quod conuincunt adducta s. *vers. sint sanè multi*, clareque ostendi potest actionis & formulæ, nec olim causas easdem fuisse, nec vna extitisse, cœpisse vel intercidisse. Actionis in personam caussa, est obligatio, in rem dominium iuncta possessione conuenti. Quæ causæ has actiones parere dicuntur *l.* 42. *§.* 2 *de procur. l.* 1. C. *de al. iud. mut. cap.* Formulæ verò ex his certè caussis non oriuntur, sed ex Prætoris eas iudici & partibus præscribentis officio. Actiones, vti suis caussis adæquati effectus longè anteriores formulis illæ habebantur etiam, priusquam in iudicium iretur, imò etiã nunquam iretur, donec dies exiret, quæ & extra ius alij cedi, poterant, Nam vt *Forcat. dial.* 82. *numero* 2. sicuti qui ius habet eundi, habet illud omni tempore, etiam quo non it, ita quoque qui ius petendi in iudicio habet. etiam antequam in iudicium actu veniat. Compositâ verò in litis verba formula prætor, vt *Charond. loquitur* 3. *verisim.* 1. ex lege tantum, agendi genus formabat, ac concipiebat, ius litigantibus nullum tribuebat, sed ipsis quod haberent reddebat, nec actionem ita dabat quasi tunc nata ex eius officio, profecta esset, sed, vt videtur, legem exercendæ magis dicebat, modùmque præfiniebat. Inanisque est auguria *Hortensij ad. pr. I. h. tit.* quod obligatio non pariat actionem per se, aut sine obstetricio prætoris officio, quod ius non pariat ius, sed exsecutionem fieri à prætore ex eáque nasci, nouum ius speciale, ac diuersum ab obligatione, quæ fuit, quæque in iudicio, nouata est. Quia, cum & olim edictio actionum in iure fieret, vtique edi eas necesse erat, ante litem contestatam, formulàmque præscriptam. Cùmque actionum instituendarum principium sit, ab in ius vocatione, non esse eas solum, sed & institutionis initium fumi, ante litis contestationem, apparet. Atque vt pluta, quæ supersunt, desinam. Vera actio & ius persequendi nulli, nisi qui iustè agit, qui Ex. g. contraxit, dominusve est, *l.* 23. *pr. l.* 49. §. 1. *de R. V.* Formulas verò, sæpe olim impetrabant à prætore, ij quibus nullum ius agendi. Quia de hoc, pro tribunali non inquirebatur, sed in subselliis, litisque progressis, disceptabatur, exituque iudicij patefiebat, vtrius causa esset iure superior. Neque hodie ferè aliter actiones exercentur. † Cæterum his ita profligatis, ecquidnam demum ius hic significat? Audi verba *Azonis summa C. de edendo numero* 2. Si instes, & quæras quid est hoc ius: Resp. non gaudet alio nomine: Ius enim alia multa habet significara, & hoc est vnum de his significatis: Cui conuenit *Charond.* 3. *verisim.* 1. Ius hic ita vsurpari, vti ius cognationis, affinitatis, prædij, aliaque. Et ita omnino est: Iuris hunc significatum, quem alio signato nomine vno efferre, non datur, in pluribus, animaduertere licet, vbi nec sanctio legislatoris (quam ineptè hic Accurs. intelligit *& ferè Vacon. 6. declar.* 87. *numero* 7. nec potestas, nec formula, aliudve quidpiam, quod eloqui facilè aliter liceat, accipi potest. Vt cum dicitur de iure litigatoris quæri, aut pronunciari, ius persequi, obtinere, nulli detrahere, iure suo facere, ius dicere, reddere, aliàque eiusce modi in quibus vim vocis animo concipere facilius, quàm verbis circumscri-

bere. Ita *iure* experiri, non est *fogimulæ* experiri, quâ experitur etiam qui calumniosè agit, nec *potestate* experiri, quæ absurda locutio foret. Sed etsi causam iustam, aut titulum interpretetis, minus, quàm pro re dixeris. Quod & in nostrate lingua animaduertere est, cum dicitur, *ein recht zu etwas haben.* Vbi vim verbi *Recht* nulla alia voce vna, satis idoneè efferes. Aliquo tamen forsan modo sic declaratur. Ius actiuè est sanctio iubentis legislatoris; vid. s. *lib.* 1. *cap.* 4. cùmque hominum causa omne constitutum sit *l.* 2. *de stat. hom.* Ius quoque velut passiuè dicitur, quod istius iuris, seu legis beneficio quisque, cuilex consultum voluit, obtinet. Quomodo ius minoris, vt restitui possit, damnosi contractus, ipsi non nocent: mulieris, ne intercessione pro alio obligetur. Neque nunc regulæ isti assentior, quæ s. *lib.* 10. *cap.* 2. *lit. A.* quod vocula *ius* faciendi verbo adiuncta vocula *potestatem* denoret. Nam & ius possidendi aliud est, à facultate eius tenendi & ius accrescendi est heredi, cui & inuito accrescit. Et immo nec dominium, nec seruitutem, aut vsumfructum, nec pignus superficiem, emphyteusin, aut quodcunque ius in re; nec commercium, nec obligationem, nec bonorum possessionem, ea ratione *iura* dici, quod sint *potestates iure tributæ* sentio. Quæ singula latiùs comprobarem, nisi prolixitatis tædium vererer, & vel iam nunc veniam deprecandam censerem, qui præter institutum meum in hoc opere, quo breuitatem vbique summoperè sector, hisce tricis longius paulo immortatus fui: e *Lo. Corriot. de accipib. iur. tr. 2. de action. axiom.* ipse ait, persequutio, in facto consistit, distans ab actione, quantum obligatio à contractu, add. *P. Fab. 2. Semestr.* 25. *pag.* 373. f vid. *not. s. lib.* 17. *cap.* 5. *B.* Et hoc quoque verbo exceptiones, quæ propriè actiones non sunt *lib.* 8. §. 1. *de V. S.* excluduntur, quibus rei non petunt; aut persequuntur, sed persecutiones repellunt *Dyn. in pr. I. h. t. numero* 13. *Gomes. numero* 49. *Mynsi. numero* 7. *Vult. numero* 7. 103. *Harprecht. numero* 11. *Gadd. add. lib.* §. 1. *numero* 4. In quo & differt à bonorum possessione *lib.* 3. *§.* 2. *de bon. poss.* quæ non tantum in agendo, sed & patiendo, cum non minus creditores hereditatij, bonorum possessores conueniant, quàm debitores, ab illis conueniantur, vid. *Hot. in pr. I. h. t. v. persequendi Vult. ibid. numero* 105. g quod hic non seiungitur, ceu plerique & Gadd. *ad lib.* 34. *de V. S. Hortensi. ad pr. I. h. t.* vt excludatur tribunal prætoris, sed imò totus processus, seu actus negocij discussionis denotatur. vid. *not. lib.* 17. *cap.* 3. *lit. A.* alias in integrum restitutiones, præiudicia, interdicta, cognitiones, prætoriæ, non contineruntur. Ac immò actio quoque habetur cum prætorem quis adit, item dum adhùc apud eum consistit, etsi prætor actionem dare dicatur, sed diuerso sensu. Quod si iudicis nomine sæpissimè venit prætor, vid. s. *lib.* 17. *cap.* 2. *lit. C.* ibique not. quidni & iudicii nomine tribunal contineatur. Denique nec Instin. tempore vetus actionum dandarum mos obtinebat, sed magistratus ipsi iudicabant. Sed hæc verba posita ad differentiam earum *persecutionum*, quæ quandoque extra iudicium licitè fiunt. vt s. *lib.* 17. *cap.* 2. *lit. N. & cap. Accurs. in pr. I. h. tit.* h Rectè & conueniunt *Vsil. in pr. I. de act. numero* 38. & seqq. *Schmoidvin. num.* 18. *Mynsi. num.* 21. *Harprecht. num.* 17. & seqq. *Azo. in summa ad h. t. Inst. num.* 4. *Forcat. dial.* 96. *nu.* 2. *Rain. Corsi* 2 *indag.* 1. *Cuiac. ad lib.* 178. *de V. S. & 15. obs.* 18. *sub fin* (quia & compensatio dicitur debiti contributio *lib.* 1. *de compens.* cui tamen & in *actione in rem locus*) *& Gilb. Regg.* 1. *Enant.* 12. *Alex. Turamin. Epist. Acad.* 18. *Bron.* 4. *ass.* 30. *Charond.* 3. *Verisim.* 1. Nullum, ait, ius, cui non, aut à natura, aut à lege data quædam obligatio, Comes & adiutrix, saltem tacita *Coras 6. misc.* 5 *numero* 8. & 9. Qui rem nostram possidet, inquit, non inconcinnè dicitur debere & obligatus esse ad restitutionem, ne locupletior fiat ex iactura alterius. Nam & commune vinculum est, quo omnes obligantur, vt honestè viuant, neminem lædant. *Gæd. ad. lib.* 12. *pr. de V. S. num.* 4. non tantum conuentione scribens, sed & caussa in creditum iri, per occupationem & detentionem rei alienæ. Nam si omni, aut iusta, aut satis firmâ, caussa possidendi caret, qui detinet. quasi in hoc creditum habeta domino, eique tacitè obligatus, vt cum omni caussa restituat. *Vrsill, ad pr. I. h. t. n.* 44. Quodam ait, iuris figmento, derentor rei meæ, ratione possessionis mecum contrahere videatur, atque eo vinculo obstrictus est ne mea iactura, rem suam augeat. Quæ tamen longe perita videntur, sicuti & quod *Baro in p. I. h. t.* deberi hoc vindicanti domino, vt dominus iudicetur, & ad restitutionẽ se obligare possessorem litem contestando. †. *Nec obst. §. 1 h. tit.* Verbis: qui nullo iure ei obligatus est. Nam Respo. *nullo iure*, non quod possessor, dum domino quod suum est, negat, eo ipso facto obligetur ad restitutionem, officioque iudicis compellatur potius quam nullo iure *vt videtur sentire*

Marc. Lyclama 4. Membran. eclog. 7. Nec quod proprio iure, ex variis causſarum figuris *l. 1. de O. & A.* teneatur, ſicuti lege obligari dicimur. *l. 52. de* vt idem 3. *Membran. 21. & ſerè Goth. in l. 51. h.t.* Sed *nullo* ſcilicet, de quo ibi agitur, conuentionis nempè, aut contractus delictiue, vel quaſi *Pult. in d. §. 1. num. 52. & Muda in pr. l. eod. num. 48.* quâ obſtrictus. non, niſi ſolutione liberatur, cum hic, qui ſine dolo poſſeſſionem amiſit, teneri deſinat. Verba enim, pro re ſubiecta accipienda. Et pluries ſane *teneri* aliquem, actione reali legimus, quæ vocula, obligationem quandam arguit. *Gœd. d. num. 4.* Denique aperte quoque in rem obligatio tribuitur *§. 5 l. de excepti.* Quare nihil attinet, huic definitioni, ceu mancæ, ac imperfectæ abſolutendæ, adiicere verba, ſuſumue eſt, vt *Hot. ad pr. l. d. tit. & 3. obſ. 17. Gifan. ad, d.l. 51. num. 3.* Quæ ipſa adiecta falſam ſententiam reddunt. Perſequimur enim quod abeſt, vt id conſequamur. Quod verò noſtrum eſt, ſeu dominium rei noſtræ, non abeſt, ſed à nobis habetur, quin nec amplius id conſequi licet *§. 13. I.h.t. & ſimil* Grauiſſimè vero labitur *Marc. Lycklama 4. Membranar. eclogâ 6.* qui vindicantem interim, dum probauerit rem ſuam eſſe, dominum non eſſe, & ideò perſequi, quod ſibi debetur, non quod ſuum eſt: Quia ait, cum duo in ſolidum nequeant eſſe domini, ſicuti ab eo tempore, quo poſſeſſionem ſibi habere, nec reddere aduerſarius conſtituit poſſeſſionem amitto, ita & tantiſper, (donec ergo probauerim (dominium apud poſſeſſorem, maximè eo caſu, quo proprietas, à poſſeſſione ſeparari nequit *l. 10. de acquir. poſſ.* Quod, ſi perſequerer actione reali, quod meum eſſet, quodque ſuum eſſe, aut alterius defenderet reus, conſtituerentur duo eiuſdem rei, ſaltem interea id eſt, pendente actione, domini. Quid actionem habet, rem ipſam habere videtur, non habet. Ergò quod abeſt, interea debetur, licet ſuum eſſe petitor dicat. *ita Lycklama.* Quæ non vno modo, in iuris noſtri regulas, impingere videntur. † Diſſ. aliter *Cornel. Vibulan. in not. ad Accurſ. in pr. I. h.t. Gifan. add. pr.* ſoli perſonali actioni, definitionem conuenire ſentientes. Quibus ſuccinit *A Fab. 15. Coni. initio & 20. Coni. 9.* quia realis, nec propriè ſit actio, cum non vti illa, à coactione incipiat. In quo bifariam errat, 1. quod falſa notioni vocis *actionis* innititur, vid. s. *h. c. lit. A.r.* quod ius de reſiſtente in ius pertrahendo, manu iniecta, ad perſonales actiones coarctat. Obi. impropria hæc verbi *deberi* ſignificatio, *fatente Don. hic.* definitioni verò conuenit proprietas Reſpon. *Sylu. Aldobran. ad gl. in pr. I. h. t. v. debetur* hoc locum habere in definito potiſſimum in definitionis verbis, rarò à ICtis attendi: Quamquam forſan latior & largior potiùs hæc acceptio, quàm impropria, *vt Benin caſ. in præf. ad h.t. Inſt. numero 160* i poſt alios quos citat 1 *l. 4. C. de edendo l. pen. ibi capitalium actionum D. Si ex nox. cau. ag. l. 15. §. 1. ad SC. Turpil.* Sicuti & Cicero ſcripſit actiones, in Verrem & in Miloniana perduellionis actionem appellat *Charond. 3. veriſim. 1.* Ingratique & ſuſpecti modo accuſatio, modo actio dicitur *lib. 1. & 3. C. de lib. & eor. lib.* Et accuſatio inofficioſi, pro actione j. *cap. 3. lit. A.* Iuxta communem tamen loquendi vſum, ab actione diſtinguitur *Arn. ab Haerſolte in prolog. de act. in genere numero 2. 3. 4.* Vnde & tituli eius ſciuncti ac
k diuerſi, Don. *ad pr. l. h. t. numero 11. k.* Vera enim obligatio ex delicto quoque publico, eademque ex voluntate peccan-
l tis, vid. *not. s. lib 15. cap. 23. lit. B.* l Et ita ex populari actione, pœnam totam agenti cedere, non fiſco inferri ſtatuit *Gœdd. ad. lib. 12. pr. de V. S. numero 15. per d. l. 12. & d. lib. 5. §. 5* item per *l. 7. & 9. de iuriſd. l. 3. pr. de ſep. viol. L. vl. de litig.* Et quia alias ait, definitio latior eſſet definitio, nec diuiſiones. & exemplâ illi conuenirent, Ac communem dicit *Iaſ. in §. pœnales 12. I. de act. num. 39. ref. VVeſ. in par. iuriſd. numero 14.* Qui tamen potiùs, inter fiſcum & actorem diuidendam ſentit, per *l. 25. §. vlt. ad SC. Silan. vt & Cuiac. 10. obſ. ac probat Petr. Theod. diſp crim. 3. th. 1. lit. H.* Sed verius puto, niſi priuati damnati ratione actor, ea experiatur, (quo caſu, alia illis conditio, per *l. 42. pr. de proc. l. 3. initio princ. de ſeq. viol*) regulariter, pœnam totam fiſco inferri, per *d. l. 3. §. 5. de ſep. viol.* quam cum Gœd. *d. loc. numero 37.* de criminali accuſatione exaudire, ſeries præcedd. & ſeqq. non permittit. Item, per *l. 3. pr. de Term. moto* verbis: in publico dari. Quorum expoſitio: id eſt, ex populari actione ſolui, vt tamen exactio ſit priuata, vt *Gœdd. d. loc. num. 16.* nimis à claro & aperto ſenſu verborum, aliena apparet. Nec obſtat quod *& in d. l 3. pr. de term mo. & in 3 de ſep. viol.* actio dicitur ei dari, quicunque agere volet. Ergò pœna cedit agenti. Neganda enim conſecutio. Nam & accuſare, ex lege Iulia ambitus, E. g. cuius pœna pecuniaria, cuius licet, non ideo tamen ad accuſatoris commodum Quin & hæc ipſa cauſa, cur procurator in popularibus, pa ctore arceatur, vt s. *lib. 18. cap. 10. lit. B.* Denique *d. l. pen §. 1. de pap. act.* ſatis clarè hoc coniicit. Nimiſque dùrum, tùm generalitatem verborum, *qui habet has actiones* ad tempus, quod iudicium acceptum præceſſit, reſtringere. Quin vt verbi *habere* potiſſimum accipi debet, tempore poſt litem conteſtatam. Antea enim cum, fatente hîc Don. noſtro ab alio præueniri poſſit, cum nec iure domini, quia actio hæc eſt populi totius non ſingulorum, nec ſine interpellatione obtineat, verè *habere* dici nequit *l. habere 87. de V. S. l. 164. §. vlt. eod.* non magis, quam quicunque alius: Sed nec apta vlla dubitandi ratio ſi, vt Don. *vult.* accipiatur. *Ad d. l. 12. de V. S.* Reſpondeo dici Creditoris loco, non quod emolumentum, ad ipſum pertineat, ſed quia iudicium accipiendo, quaſi contraxit *l. 13. §. 11. depoſcul.* & ſic nouatione facta obligationem, quæ prius vniuerſi populi potiùs, quàm ſingulorum, in ſe tranſtulit. Subtilitate tamen iuris, magis quam vtilitate, Eodem modo, quo procurator, lite conteſtata, dominus litis efficitur: s. *lib. 17. cap 12. lit. Bb.* atque ita creditor, quia fit nouatio *l. vlt. C de vſ. rei iud.* Locupletior tamen, ideò dici nequit, cum quicquid ex lite conſequitur, ad dominum mandantem redeat *l. 46. §. 4. de procur.* Ad *d. lib. 5. §. 5.* Reſpondeo Loquitur de damno pecuniario ibid. *in fin.* Itaque de intentata ratione priuati intereſſe, quo caſu & ad heredes tranſit, ſi & eorum interſit, & pœna actori applicatur, ceu damni penſatio Aſt ſi alius, quàm cuius intereſt, velit experiri, heredibus iure hereditario non competit, vt diſſerè additur ibid. intellige nec lite conteſtatâ; quia verba generalia, & quia veluti procurator populi, eſt, ſic agens. Is autem, ad heredes, cœptam litem non transfert, s. *lib. 17. cap. 17. lit. M.* Ad *l. 3. pr. de ſep. viol* Reſpondeo ex antè dictis peti poteſt *d.* vero *l. 7. & l. 9 de iuriſdict.* nihil definiunt de hoc, in neutram partem Ad *d. l. vlt.* de litig Reſpondeo nec de populari actione eſſe, nec de perſequente publicum intereſſe, ſed ſuum, Solius enim agentis, ibi intereſt, rem litigioſam non dedicare &c. Et ratio ſubiecta, in popularibus actionibus locum non habet. Ad *d. l. 25. §. vlt. ad Silan.* Reſpondeo *ipſe Gœd. d. loc. numero 18.* ſpeciale, in eâ actione, de qua ibi, eòque ipſo argui regulam contrariam, Rectè hoc: at animaduertere debuit, hoc ipſo magis, ſuam ſententiam conuelli. Si namque eo caſu, vbi peculiari præmio, ad agendum inuitare voluit prætor, vt illic tantum dimidia datur actori, pro opera multa in difficili inquiſitione impendenda, vtique aliis caſibus, vbi hæc præmij & ratio & policitatio prætoris ceſſat, integra eidem tribuenda non eſt. Denique non obſtat, quod ſic definitio actionis, populari non congruat. Num imo congruit æque, vti alij, quæ per procuratorem exercetur Perſequitur hic agens pœnam populo debitam, facto rei læſo, cuiuſque intereſt, eam fiſco perſolui. Ipſe vero actor, non ſuo nomine agit, nec vt Titius, Caius, (quia nec ex contractu ſuo, hæc ipſi actio, nec ex delicto aduerſarij, qui non magis ipſum, quam alium quemuis læſit) ſed quaſi vnus ex populo *l. 42. §. 2. de proc.* mandatum habens à lege, ſicuti tutores, curatores, &c. m vid. *l. 32. pr. ad l. Falc.* Obiic. Ac quandoque actio inſtituta, antequam quid debeatur, m
tenet, ac efficax, modo lite conteſtata. ante ſententiam deberi incepetit, vt ſi poſſeſſionem poſtea conſecutus reus *l. 4. l. 18. §. 1. l. 41. pr. de pet. her. l. 27. §. 1. de R. V.* Reſpondeo *Dyn. in pr. I. h. t. num. 18.* licet debita res, ibi non fuerit, initio ratione rei conuentæ, debita tamen poſſeſſio, ratione actoris, in quo, ſi defectus iuris appareat, inefficax actio. Vindicatio enim, & petitio hæreditatis non tam in perſonam, quam in rem directæ. In actione vero in perſonam, condemnatio nõ præcedit, niſi initio litis ius agendi, actor habuit, aut illud ex facto præcedenti, originem habeat, add. j. *cap. 14. lit. E. F. ac lib. 20. cap. 5. lit. B.* n Et dicuntur, vicem actionum n
repræſentare *l. 20. Rem. rat. hab. l. 1. §. 2. de prat. ſtit.* o vid. *Gœd, ad l. 34. de V. S. numero 2. Benincaſſa in præfat. I. h.* o
t. num. 134. & Vult. vt s. lit. C. p Diſſ. vulgo, implorationem p
officij iudicis, ab actione diſtinguentes, *Azo in ſumma ad h. t. Inſt. numero 2. Bart. in lib. 1. de iuriſd. vbi in addit.* plures differentias refert *Hieron. Alban. Gifan. ad l. 37. de O. & A. numero 10.* Hanc que communem, impugnatam ab *Alc 2. paradox. 10.* defendit *VValth. 1. miſc. 31.* Ac vti actio eſt, ex regulis iuris, ita officium iudicis, ex æquitate, contra iuris regulas ſtatuunt, in ſubſidium actionis inuentum, ſicuti vtilis actio, in caſum deficientis directæ *Vſill. in §. I. h. t num 31.* Vnde, qui ex ſtatuto odioſo priuatur actione, hoc non item volunt *Gomez.* ibid. *numero 47. Ioh. Bapt. Aſin. de exſecut. §. 3. cap. 323. numero 5.* Nec obſtare ait *VValh. d. 34. & l. 178. §. pen. de V. S.* Extraordinarias enim perſecutiones non ſignificare officium iudicis, ſed eas actiones, quæ ſine præſcriptis verborum formulis olim dabantur *l. 47. de neg. geſt.* Aſt Gœd. *ad l. 34. de V. S. numero 3. & numero 8.* perſecutiones extraordinarias

dinarias non per modum actionis ſed mero ius dicentis officio in iure peragi, nec iudicium vnquam ingredi. Atque ita omnes cognitiones prætorias, ab actionibus ſecernit. Et *Cuiac ad princ. I, h. t.* perſecutiones extraord. per abuſionem, actiones dici. † Ita ſtatuo; Tametſi officio iudicis, res quandoque ad effectum perducatur, vbi nulla ſtricto iure, actio *l. 50. de pet. her. l. 7. de anu. leg.* generaliori tamen actionis ſignificatu. venire, adeòque etiam definitione hac contineri. Et vbi nulla de iis dicitur actio prodita, quæ officio iudicis præſtantur, æquè tunc ad ſpecialiorem vſum reſtrictum verbum actionis, vti cum vindicationi opponitur. Planè & in quauis actione iudici ſtatim, atque factus eſt, omnium rerum officium incumbit, quæ in iudicio verſantur *l. 25. §. 8. de ad. ed.* Sicuti æſtimatio iniuriæ fieri dicitur, à Iudice *§. 7. I. l. 21. l. 37. §. 1. D. de iniur.* Sed illud vulgo actioni deſeruire dicunt, ac facti eſſe, quod actioni (iniuriarum ex. gr.) inhæret, ius petendi, per illam mitigans, *gl. pr. h. t. V. ius* nec tamen ius; quàm ius, exſecutionem exprimit *Main. lib. 1. de act. cap. 2.* Vnde nata 'diſtinctio officij nobilis, & mercenarij, de qua vbi *Sneiduuin. in pr. I. h.t. numero 10. Vueſ. ad tit. C. qui pro ſua iuriſd. numero 50.* & ſeqq. *Sichard. in l 3. C. ex quib. cap. mai. numero 2.* & ſeqq. *Hippol. Riminald. ad l. 3. de iuriſd. numero 338. & ſeqq. Aſin. d. c. 323. Dambuder. prax. ciu. c. 9. Turamin. epiſt. Academ. 12. P. Frider. lib. 2. de mandat. iud. c. 58. numero 7.* & ſeqq. *Muſc. de iuriſd. 1. num. 67. Matt. Steph. 1. de iuriſ. numero. 42. & ſeqq* Quam reprobant *Gœd ad l. 22. de V. S. numero. 18. Ant. Guib.* aniles fabulas vocans, *qq iur. cap. numero 3. Obrecht. de iuriſd. cap. 12. num. 30. & ſeqq. Bocer. de iuriſd. cap 3 numero 4.*

CAPVT II.

Diuiſio Actionum.

VT AVTEM RECTE INSTITVATVR ACTIO, IN IV. CAVSIS POSITVM. a 1. Vt agenti competat, ſeu detur a *l. 1. §. 4. l. 5. §. 5. de his qui deiec. §. 1. 1. de perpet. & temp. act. & ſim.* 2. vt is, aduerſus quem agitur, teneatur, actione *l. 26. l. 28. de pec. conſt.* in his duobus efficiens. 3. Vt de re, quæ in eam venit *l. 20. §. vlt. de pet. her. & ſim.* Materia 4. Vt ad præſtationem obtinendam, in eare, vt exhibeatur, reſtituatur, ſoluatur. viuis, ex quo, & effectus. HINC TOTIDEM, in quauis actione QVÆSTIONES: CVI competat, CONTRA QVEM QVA DE RE, AD QVID. Quęcum varient, pro generibus actionum, ea prius conſtituenda. Et quia omnis actio prodita iuris noſtri perſequendi cauſâ, prout ius noſtrum de rebus, ita & actiones. *Cic. pro Rabirio*, Omne quod noſtrum, ſiue propriè, ſiue quod debetur aut iure communi noſtrum eſt, aut eo amiſſum ſaluum extraordinario auxilio *l. 16. pr. de minor. Hinc* SVMMA ACTIONVM DIVISIO: ALIÆ IVRIS NOSTRI INTEGRI RECTA PERSEQVENDI, ALIÆ AMISSI RECVPERANDI OBLIQVÆ ACTIONES, vt in integrum inſtitutiones *vid. j. lib 21. c. 3.* quibus locus in priori genere nullus. Non obſtat Vulgata diuiſio *§. 1. I. l. 25. D. h.t.* Nam ea eſt communium, & vſitatarum actionum
b b quæ vſu iuris ſolæ propriæ quibus tractatio reſtitutionum ſeiunctiſſ. titulis *in D. & C.* remota quarum & nulla in reſtitut. mentio, vnde probabile eſt ea diuiſione non contineri. Nos autem hîc omnes, quibus quod quomodo iudicio agitur, complecti inſtituimus. ILLA *vt d. §. 1. d. lib. 25.* VEL IN REM id
c eſt, aduerſus rem, eàmque ſolam principaliter c quia hanc ſequitur, non perſonam vllam certam, quaſi obligati, in quà à initio conſtiterit. *lib. 2. C. ſi. num. ex plur. ered.* Et vti res poſſeſſorum, ita actio mutat perſonam eius, cum quo agitur. Hinc *in l. 7. de publican.* (quæ de actione pignoris eſt, & ita reali *l. 1. C. in quib. cap. pign. tac.*) prædia conueniri dicuntur, non perſonæ. Per conſequentiam autem, contra poſſeſſorem propter rem, quia eam detinendo, vſu rei noſtræ nos impedit. QVÆ VSV IVRIS VINDICATIO *d. l. 25. D. §. appellamus 5. Inſt. h.t.* ET PETITIO *l. 28. h.t. l. 178. §. 2. de V. S. tit. ſi ag. vect. pect. Si vſusfructus pet, &c.* At ſanè ſpecialiter actio dicitur, in perſonam, petitio in rem, perſecutio vtraque pariter *d. l. 28.* maximè verò extraordinaria *d. l. 178. §. 2.* Sic hæc tria iuncta *l. 49. de V. S. §. 2. I. Quibus mo. tol. obl.* Quæ diſtinctio, commoditatis docendi, & confuſionis vitandæ gratiâ, inuenta, nec eſt ex propria verborum ſignificatione, cum in omni actione, & petamus *lib. 15. Rem. rat. hab. l. 13. Quod met cap. &* perſequamur d d
[*hic & ad pr. Inſt. de act. num. 16.*] VEL IN PERSONAM id eſt aduerſus perſonam, quæ eam ſolam ſequitur, quicunque rem petitam poſſideat e vt ſi ex- e
empto agatur, ad fundum venditum, ſolus tenetur qui vendidit, non poſſeſſor, etſi ei, poſt priorem venditionem traditus *l. 15. C. de R.V.* [*hic & ad §. 1. I. h.t. num. 12.*] VSV IVRIS CONDICTIO *l. 25. D. d. §. 15. I. h.t.* Atque hæc diuiſio, [ducta non ex fine, quia is eſt præſtatio & conſecutio rei; nec materia, quia omnium actionum materia ſunt res. Nam & ſeruus ſi petitur, vt res noſtra, vel debita petitur, ſed ex cauſa efficiente. f f
Neque ea explicatur ſubſtantia actionis, ſed qualis ſit, atque ita cum de accidente queritur, reſpondetur eſſe in perſonam, vel rem *Don. noſter ad §. 1. I. h.t. num. 3.* OMNIVM ACTIONVM *d. §. 1. d. l. 25.* (ſcil. iuris communis, vt & præiudicia, ac interdicta contineantur [Obi. *§. quadam. 20. I. h.t.* RE. Videntur mixtæ, partim in rem, quia ſocij de re, pro parte ſuâ agunt. Verè ſunt tantùm in perſonam, non in rem s 1. *per l. Fin.* g
reg. vbi actio Finium regundarum dicitur in perſonam, licet pro *vindicatione.* id eſt licet eâ, rem noſtram conſequamur. Idem ergò in allis, quæ eodem iure ſunt. 2. Quia actio Familiæ erciſcundæ datur etiam ei, qui poſſidet, imo huic maximè. *l. 1. §. 1. Fam. erc.* 3. Sed in his, ad diuiſionem prouocatur, vt petatur etiam pars aliena. Nihil enim in re communi, in quo, non ſocius quoque, partem habeat. 4. Petitur adiudicatio obligationis iure, quæ ex communione nata *Don. noſter add. §. 20. num. 8.* ACTIONES IN REM SVNT, QVIBVS REM NOSTRAM PETIMVS. Res noſtræ, vel verè, vel quaſi, ad ius noſtrum pertinentes. Hinc ALIÆ CIVILES, de illis, ALIÆ PRÆTORIÆ de his *§. ſed iſtæ 3. I. h.t.* h Res verè noſtræ, vel h
extra perſonam, & aut ſunt vniuerſitas, vnde petitio hereditatis, & querela inofficioſi, aut res ſingulæ, & hæ, aut corporales, de quibus rei vindicatio, aut incorporales de quibus vindicationes ſeruitutum. Vel in ſtatu perſonæ, vnde præiudiciales. Res quaſi noſtræ itidem, vel vniuerſitas, vt quaſi hæreditas bonorum poſſeſſoris, & fideicommiſſarij, vnde petitio hereditatis poſſeſſoria & fideicommiſſaria, vel res ſingulæ, quæ quadruplices: Emphiteuticæ, ſuperficiariæ, bonâ fide poſſeſſæ, & pignori obligatæ. De ſingulis ſuę actiones: Emphyteuticaria, ſuperficiaria, publiciana, Seruiana & quaſi: Quarum omnium præparatoria, ad exhibendum. In his ſingulis IV. illę quęſtiones quę s. *initio h. cap.* NOS DE PRIORIBVS: QVERELA INOFFICIOSI PETITIONE HEDEDITATIS, REI VINDICATIONE, PETITIONE SERVITVTVM accuratius ob frequentiorem, vſum, & earum, exemplo, cęterę facilè, ex iis cognoſcentur. Quia verò de quarta hac ſatis ſupra *lib. 10. & 11.* inde tres reliquę cognoſcendę ſuperſunt.

NOTATA.

a Et ſi enim, *vulgo Dd.* actiones in natiuas, & datiuas diſtinguant; illas vocantes, quæ ex regulis iuris communis habentur. ex materia aliqua præexiſtente, puta contractu, &c. ortæ. *l. 42. §. 7. de procur.* Has, quæ à lege, vel prætore im-

mediatè ex æquitate, præter iuris regulas, & sine præexistente materiâ, præmisso tamen aliquo facto, vnde æquum visum, actionem concedi, vide *Zas. 2. sing. Responsa. 5. Padilla in lib. naturalis 5. §. at cum do 2. de præs. verb. num. 10 & seq. Hieron. de Monte tr. Fin. reg. cap. 38. num. 15. & seq* Cuius effectum tradunt, quod datiuæ, ad hæredes non transeant *Padilla d. lo num. 11.* quod reprobat *Couar. in cap. possessor de R. I. in 6. p. 3. §. 1. num. 4.* Rectè tamen *Forcat. dial. 97.* differentiam hanc ipsam datiuam esse, id est non ex iure, sed inter pp. commentis profectam. Cum quæuis actiones modò dari dicantur *lib. 1. commod. lib. 1. de se. corr. lib. 1. devi arm* modo nasci *lib. 7. §. 2. de pact. 15. de præs. verb. Forcat. d. lo. & Tamramin. Epist. Academ. 10 Cels. Eturgal. lib. 5. de dolo cap 7. num. 68. Gisan in §. 1 l. de nat. Fortun. Garcia in lib. 7. §. & ideo (est vers. §. secundi) de pact. num. 41. & seqq.* Et malè hoc discrimen inferunt, ex *d. lib. 7. §. 2.* Nam & actio, præscriptis verbis, alibi passim dari dicitur. Et actio in factum, vtique ex præcedenti caussa, & obligatione. Sic & peculium nasci dicitur, cum seruo tribuitur, mori, cum adimitur *lib. 40. de pec. &c* b Atqui est eatum, quæ in *praced pr. I. h. t.* definitæ. Quare si definitio, in integrum restitutioni congruit, vt *noster vult. cap. præced. lit. O.* diuisio quoque si definitioni conformis. maximè cum *summa*, id est dignitate, gradu, & ordine prima vt *Don. ad d. §. 1. num. 5.* omnium actionum dicatur, eadem contineat, oportet. Magis itaque videtur quo modo scilicet largo, actiones suas postulationes, in integrum restitutionis, eodem modo esse actionum in personam species. *Val. Guil. Forst. tract. Iustin. p. 2. disp. 7. in continuat. A. Fab. 20. coni 10. sub fin.* (quia cum dentur, ad distrahendum negocium, iure contractum, sicuti actio ex contractu, merè personalis est, ita & quæ ad illum per in integrum restitutionem rescindendum. Vbi reprobat eos, qui mixtis actionibus accensent, quod duplicem caussam habeat, & rescindentis iudicij, quâ ex parte personalis & rescissorij, ex qua realis sit.)Nam & his, vel personam, c vel rem locum facere necesse est &c. c Ita & *Don. noster ad §. 1. I. h. t. numero 11.* Etsi cum re in anima nullum iudicium esse possit, vnde naturâ possessorem conueniri oportet, & aduersus possessorem dicitur: Iuris tamen interpretatione, cum re agi, eaque in possessoris persona conueniri intelligitur quæ huic conuentioni caussam dedit. Persona saué necessaria, contra quam exerceatur, sed id accidit per consequentiam rei possessæ. ibid. *numero 10.* voculam *in* non posse hic accipi, pro, *ad*, velut actio in rem scripta, pactio in rem. Nam & personalis actio ad rem consequendam datur. Nec pro *inxta*, vt actio in factum, quia & hoc vtriusque actionis commune: Ergò necesse est, vt *aduersus* significet. † Conuenit *A. Fab. 20. coni. 9.* rem ipsam, hic ream esse & conueniri. in eamque dirigi actionem scribens; exerceri vero contra possessorem, qui ob hanc rationem formalem tenetur, quia possidet. Hinc eadem actio, in rem diuersis temporibus, contra diuersos exerceri potest, quod in personalibus nunquam accidit. Possessor tamen ait, aduersarius, quia hunc facit non conuentio, sed contradictio. Denique rem, non personam conueniri dicitur *lib. 19. de iure fisci.* Ac principaliter hic rem spectari probat *Vult. §. 1. I. h. t. numero 50. & seq.* ex formulis veteribus. In personalibus enim nomen adscriptum: Aio te mihi dare, facere, oportere. Hæ vero sine personæ vllius notatione conceptæ: Fundum in agro Sabino meum esse aio &c. *Hot. in d. §. 1.* diss. aliter verba *in rem* exponendo quasi dicat *generaliter & in personas* quasi dicat d *nominatim Gisan. ad lib. 25. de O. & A. numero 10* d Diss. quodammodo *Gœd. in lib 34. de V. S. numero 2. & 3.* sentiens persecutionem, esse genus actionis, atque ideo latius patere, ac restitutionem in integrum, bonorum possessionis petitionem delictorum priuatorum accusationem, item que extraordinarias persecutiones actiones non esse, etsi verbo actionis, quandoque contineantur, ex rationis identitate. ibid. *numero 5.* Sed rectè *A. Fab. 20. coni. 10.* persecutiones omnes, vel in personam esse, vel in rem actiones *d. lib. 28. h. t.* nec constituere separatim speciem, etsi quantum ad formam cognitioe nis quidpiam peculiare habeant. e Et, vti obligatio, personæ cohæret. vbi & apud quemcunque sit res, quæ debetur *Vult. 1. disceptat. 4.* vel vt Alex ossibus obligati inhæret, nec personam egreditur *Gomes. in pr. I. h. t. num. 3.* Immo vt *Dyn. num. 3. & 4.* ex vtraque parte cohæret persoræ, cum realis ex neutrâ. Licet itaque occasione rei, vel ad rem detur, principaliter tamen personam eiusque obligationem spectat. *Vult. in §. 1.* f *I. h. t. numero 3.* f Diss. *VVes. in par. h. t. numero 11.* volens ductam esse à materia circa quam *Vult. in §. 1. I. h. t numero 2.* diuisionem à causâ, materiali, reliquis priorem esse, quia non efficiens, sed materia ingrediatur, substantiam rei & *Mynsi. ibid. numero 8. Harpreeb. numero 2.* Certè ab efficiente ductam. vix probabile est. Neque enim in personam dicitur, quod ex obligatione factoue personæ, neque in rem, quod ex dominio, possessioneue rei sed, vt ipse Don. quod illa contra personam, hæc, contra rem, Non igitur persona, & res hic vt caussa efficiens considerari possunt, sed nec vt materiâ, circa quam, seu obiectum, verum vt subiectum recipiens. g consentit. *Coras. ad rub. D. de reb. cred. numero 2. & 3. & in §. 1. I. de act. num. 3. Vult. in d. §. 20. ipsi 18. I. h. t. n. 21.* quia familiæ erciscundæ & communi diuidundo dantur ex quasi contractu, nec contra quosvis possessores, sed coheredes, & quibus res est communis. De actione vero Finium regundorum idem probat, ex *d. l. Fin. reg.* Ideoque Iustin. vt vocula *videntur.* Quia licet non sint, videantur tamen. non ob causam ex qua dantur, se ob effectus nonnullos † Et *A. Fab. 20. coni. 10.* quia, inquit, alias diuisio *d. §. 1.* manca esset, quam tamen perfectum, vel subiectum dilemma arguit. Itemque alio probari potest, quia aut intendimus eum, quem lite pulsamus, dare, facere, aliquid oportere, aut non intendimus. Quæ contradictoria sunt. Equidem, subdit, mixtarum nomen, non inauditum ICtis *l. 37. §. 1. h. t.* Verùm non hoc sensu, quod partim in rem sint, &c. sed alio, in quibus nempe vterque actor & reus; duplicia iudicia, ciusmodi non hæ solum actiones, quæ *d. §. 20.* Sed & quædam interdicta d *l. 37. §. 1, l. 2. pr. de interd.* Atque hoc ipso modo *in d. §. 20.* Verba *mistam causam obtinere* exponit *Faber*, illis, *tàm in rem, quàm personam.* ceu interpretis glossemare, resecatis. Sic congruere putat, quæ sequuntur *in vers. in quibus*, Reddi nempe illis rationem, cur vterque actor, & reus sint, quia, ex qua parte, sit vni adiudicatio, ex ea actor, ex qua verò alteri, condemnatur reus. Ex neutra verò parte, naturam actionum realium supere ait, quia in his non acquiritur dominium, sed declaratur. In tribus verò illis iudiciis, res, post adiudicationem plenè sit alicuius, quæ antea quoque erat alterius. Malè ergo, qui ex verbo *adiudicandi* participationem actionis realis inferunt. Ita Faber. † Cuius correctionis temeritatem, vel *Theoph. Inst.* redarguunt qui in d. §. 20. disertè actiones has, actionis in rem & in personam, naturam, in se continere scribit. Quod & exemplo in actionibus Famil. erciscundæ declarat. Et tertium hoc genus non temerè agnoscunt, *Cuiac, in par. C. Fam. erc. VVes. in par. D. Fin. reg. numero 6. & Fam. erc. numero 2. Zas. & Hot. ad l. d. §. 20.* idem *Zas. 2. sing. Resp. 33. Bron. 2. ass. 10. Thade. Piso Soac. in §. 1. I. de act. num. 6. Cagnol. in rub D. si. cert. pet num. 57. & seqq. Gisan. ad l. 37. de O. & A. num. 15. Zang. de except. p. 2. cap. 1. num. 193. Val. Guil. Forst. tract. Iustin. pag. 2. disp. 1. th lit. C. & 2 obs. succis. 4.* At magis est origine saué & essentia, has actiones in personam esse, sine verò & effectu, quæda ex natura actionum in rem participare. Constantque rebus & præstationibus, quæ sunt personales actiones, vt *Vlp. in leg. 22. § pen Fam. erc. l 4. §. 3. com. diu. Et tam in rem directa sunt, quæ diuidi petitur. Vues. d. num. 2.* quatenus scil. respicitur portio mea quam in personam, respectu personalium præstationum, & quatenus in re spectatur portio aliena coheredis, vel socij, ex qua mihi adiudicari potest *Mynsi. in d. §. 20. num. 15. Dyn. ibidem num. 8. Petr. Vanderan. de priuil. credit. cap 16 sub fin. Mude. in d. §. 20. num. 2. & 3.* vt ita non obstet superior Fabri obiectio, quod adiudicatione, dominium, acquiratur, contra quam in actionibus realibus. Neque enim hac ratione, naturam actionis realis in se habent, sed quatenus, qui eas exerceret, partem in rebus communibus suam petit. Quam cum sæpè commode, obtinere nequeat nisi adiudicationibus factis; ideo iudicis officij est, res singulas, singulis adiudicare, eumque cui plus adiudicatum, alteri in pecunia condemnare *§. 4. & seq. I. de offic. iud.* Ac malè imo Faber, ex qua parte adiudicatur, actorem esse, eum totum hoc, magis ex officio iudicis veniat, quam intentione actoris, diuisionem postulantis, atque ex necessitate eò veniatur. quando commodior diuisio fieri nequit *d. §. 4. & seqq.* Quæ & vno solum casu, necessaria in actionibus Fin. regundi: *vt §. seq. 6. I. d. t.* † Neque sic diuisio *d. §. 1. h. t.* manca. Nam vt ipse *Vult. ad d §. 1. numero 2. infr.* expressione simplicium mixta, & ex vtrisque concreta, intelliguntur. *Dyn. in d. §. 1. num. 13. Vsill. ibid. num. 30. Broncb. 4. ass. 31. Confer. Tiraq. post ll. connub. gl. 5. num. 69. & 2. seqq. ac num. 76. & tr. le mort saisit le vif. pag. 2. declar. 4 num. 7. & seq.* Accedit, quod non adiecta vocula, *tantum* & facit *l incivile 24. de ll.* quomodo, obiecto huic occurri posse, non diffiterur Don. noster in *d. §. 1. num. 6.* Ad reliqua obiecta Vultei. Rz. *Has quoque* actiones ex re venire *l. 46. h. t.* & quidem magis, quàm ex persona *l. 29. Comdiuid.* nec dari aduersus quosvis possessores, quia non in solidum, ac merè reales. Vnde licet in aliis, quàm coheredibus & sociis requisitum vnum, actionis realis adsit, possessio, alterum tamen actionis, personalis, obligatio deficit Ad rationem Donelli 1. R. eo ipso probatur, esse mixtam, quia quatenus fines suos vindicat, in rem est. *Bron. 2. ass. 10. Gom. in d. l. 10.*

d. l. 10. Ad 2. Rz. Etsi vna nota actionum realium, non semper hic conueniat, videl. possessionis ab alio detentæ restitutio, alia tamen adest, dominij assertio. Quin & possessio abesse videtur. Qui enim prius possidet rem, atque in ea partem suam pro indiuiso, hoc agit, vt de inde possideat pro diuiso rem, vel partem certam. Ad 3. Responsio ex dictis patet. Cum & tantum probet, non esse merè realem. Ad. 4. Rz. non ratione audidicationis, naturam realium referre ex parte, sed aliâ, vt expositum. Obiicit *Iason in d. §. 20.* duas species oppositas misceri, & ex iis tertiam constitui, non posse. Sed post Zas. ibid. Rz. *Bron. d. lo*, optimum quandoque ex contrariis fieri temperamentum, cum & quatuor contrariæ complexiones in corpore hominis resideant. Et mixtæ hæ, ex simplicibus vtrisque non formaliter, sed materialiter. Aliaque his actionibus forma, ab illarum diuersa ex vtriusque qualitatibus participans, Sicuti mutuus, de naturâ equi & asini, non vtriusque formâ informatus, sed peculiari intermedia. Et elementare mixtum, constat ex elementis, non quod elementa iuxta formas suas, siue integras, siue remissas atque refractas, atque ita actu mixto insint. Quæ opinio licet pluribus probata *Zabar de mixtione Fernel. 2. Physiol. 6. & 7. Archang. Mercenar. dilucid. 1. Bedin. lib. 1. Theatri naturæ &c.* mihi, dum Philosophiæ studia tractarem, aliena, tum à mente Aristotelis *de gener. & corr. 10. text. 84. & 2. de partib. animal. 1. init 10.* tum à vero, visa est, *cum Scal. exerc. 16. sect. 3. & exerc. 101. sect. 19. & passim conimbricens. in d. cap. 10. Aristot. quæst. 3. Fr. Toler. Comm. in lib. 6. Physic. cap. 1 tex. 23. quæst. 2. Sebast. Fox. lib. 2. de Platonis & Arist. consensu cap. 10. Riolan. Physiol. sect. 1. cap. 8. Valles. 1. controu. Phil & medic. 1. &c.* † Cæterum, malè quidam his mixtis accensent, in rem scriptas, vt sunt: Quod metus caussa Noxalis, ad exhibendum *Arnold. ab Haersolt. in proleg. de act. in genere numero 12.* sentiens personales esse, quia ex contractu, vel delicto, reales, quia contra quencumque. † Magi peccant, qui propriam, atque ita quartam speciem actionum in illis ponunt *Iac. Gurre. in l. 2. C. de rese. vend. pag. 11.* Nam illa non mutant naturam actionis personalis, ita dictæ, quod sine designatione personæ dentur. vid. s. *lib. 5. cap. 30. lit. V. & ibi nov. Zang. d. cap. 1. num. 106. Gisan. ad l. 25. de O. & A. num. 12. & seqq. Cagnol. in rub. D. Sicerr. pet. num. 52. & seqq. Coras. ibid. num. 3. & 1. misc. 22. A Fab. 20. Coni. 19. pag. 116. & seqq.* vbi docet, has verbis formulæ dirigi, in personam certam, & tamen sic dictas vult, quòd, in concipienda formulæ conditione, iisdem verbis vsus fuerit Prætor, quibus in actione reali. Neque hoc obstare scribit, cum conditio non disponat, dispositio verò formulæ, eadem fuerit, quæ aliarum actionum in personam, potestate scilicet condemnandi, eius, contra quam diriguntur, iudici data, quod fieri non potuerit in realibus. † Sed ratio appellationis, longe aptior allata à Don. *d. cap. 38.* Nam nec vnde ita coniiciat, Faber de verbis conditionis formulæ, h argumentum nullum profert, h De hac diuisione, vid. *j. lib. 21 cap. 2. initio.*

CAPVT III.

Querela inofficiosi genus.

PETITIO HEREDITATIS DVPLEX I. GENERALIS, pertinens ad omnem caussam ex qua hereditas petitur, siue ex testamento, siue ab intestato, *de qua tit. de pet. her. l. 1. 2. 3. eod.* ET 2. SPECIALIS, QVERELA INOFFICIOSI *ita l. 8. & passim D. & C. h. t.* eadem actio inofficiosi, vt *j. lit. F.* & accusatio *l. 6. §. vlt. l. 7. l. 27. pr. & §. pen. D. pr. & §* a *2. Inst. h. t.*a QVÆ EST PETITIO HEREDITATIS, etsi contra vélint *Accurs. & Bart. ad l. 20. h.* b *t. de inoff. test.* b Quos refellit ipsa *d. l. 20.* vbi de inofficioso dicens, negatur vllam aliam actionem, quàm petitionem hereditatis exercere. At querela est actio, *vt mox* j. Ergo. Itemque aliæ ll. satis claræ, *vt l. 8. §. 8. h. t.* vbi verba etsi *dicam* non si *dixerim*. Et *l. 21. §. 1.* cuiâ hereditate, per querelam &c. Per eandem igitur petebatur *l. 27. §. pen.* vbi facultates defuncti, id est, hereditatem, per hanc vindicatas esse, habetur. Denique *l. pen. infr. pr. D. de bon. poss. com. tab.* hereditatis petitio ex causa querelæ mouenda, *& l. 34. pr. C. h. t.* petitio hereditatis, ex nomine inofficiosi. Adde *l. 3. C. de pet. hered.* vbi certè titulus inofficiosi caussam habens, vna caussa est, ex qua hæreditas vindicata c Obii. *Accurs.* c *1.* Petitio hereditatis non datur contra heredem vt *j. cap. 12. lit. P.* Querela datur Rz. Heres scriptus testamento inofficioso, non est heres, quia testamentum rescinditur *l. 8. §. pen. h. t.* & paterfamilias sit intestatus *l. 6. §. 1. h. t.* d Instat. Atqui ita est, post sententiam in d hoc iudicio. Antequâ verò iudicetur, & dum querela intentatur, adhuc est heres, quia interim testamentum valet Rz. Imò si verè inofficiosum, nec ab initio valet, aut certò heres, qui scriptus. Vtrum sanè valeat, ex euentu pendet, Ac verè hæres est, ac manet, si vel non moueatur querela, inaniter. Quod si pronunciatur testamentum inofficiosum, retrouersus nullum *lib. 21. §. 1. h. t. Facit lib. 17. §. 2. h. t.* Obi 2. Petitio omnis filio familias competens datur patri, inuito filio *l. vlt. §. vbi* C. *de bon. quæ lib.* Querelâ non item *l. 8. pr. h. t.* Rz. Excipitur actio, personæ cohærens *l. 130. de V. O.* velut iniuriarum *lib. 5. §. 6. de iniur.* e Atqui, & hîc filij e iniuria, vertitur *d. l. 8. in pr.* Nec ideo actio, aut petitio esse, negatur etsi personam filij, non egrediatur. Obi. 3. At petitio hîc nec esse potest ex testamento, quo præteritus quis; vel exclusus, nec ab intestato, quia quandiu de viribus testamenti agitur intestati causæ locus nõ est *l. quandiu 39. de acquir. her.* Ergo *per. l. 1. 2. 3. de pet. her.* Rz. Immò hic res redit ad caussam intestati *l. 6. §. 1. h. t.* Itaque est petitio hereditatis TANQVAM AB INTESTATO DELATÆ *leg. mater. 19. D. leg. 13. C. h. t.* Contra scriptos hæredes, hanc caussam habens; quod testamentum dicitur inofficiosum, atque ita inutile *leg. 8. §. vlt. h. t.* Ideòque rescindi petitur. Querela certè hæc actio inofficiosi vocatur *leg. 7. leg. 15. §. vltim. leg. 16. leg. 19. l. 21. §. 1. D. §* f *tam a. 2. In hoc titul.* f Quod si petitio hereditatis ex hac caussa alia foret, à querelâ, non esset hæc persecutio eius, quod debetur. Sed nec in rem actio esset, quæ nulla peteretur, ac ne testamentum quidem, quod est alienum, nec in personam, cum non detur aduersus obligatum. At cui de hac distincti tituli, nec refertur ad generalem petitionem hereditatis? Quia multa huius propria & singularia. g At cur species, præponitur generi. Rz. g Quia hic non de diuidenda in suas species, sed exercenda, & instituenda agitur, Vbi prima cura impedimenti amouendi, si quod est; vti hic est testamentum, quod obsistit agenti, licet inofficiosum, iure tamen consistens, nisi infirmetur. Præcedit ergò querela, quo rescindatur, atque eo rescisso, tùm demum, sibi certò constat petitio.

NOTATA.

a Accusatio & querela, quâ testamentum rescindi petit. a Actio vero, quia hereditatem petit *VVesenb. ad rub. C. hoc. tit. num. 6.* Ibidem *num. 15.* Partes, ait, querelæ duæ 1. ipsa querela, cuius rursus 2. partes: Accusatio, quæ refertur ad ius publicum, arguens testamentum, quod publici iuris est; & querela, quatenus conqueritur de iniuria sibi facta. Crebrius querela vocatur, quia accusatio non propter se, sed respectu querelæ priuatæ fit. 2. Petitio hereditatis, ex qua ceu principali caussa, & fine, actio æstimanda. † *P. Greg 44. Synt. 4. numero 3.* Querela modestiùs, quam accusatio. Facilius liberis, de facto parentum conqueri licet *leg. 11. §. 1. de accus. leg. vlt. C. Qui accus. non poss.* vt & seruis, de dominis *leg. 2. de his qui sui* Pietas & obsequium, reuocat accusationis intentionem. At æquitas suadet, verecundè conquerentes audiri. † Aliter *Comma. 9. comm. 8. numero 1.* Quia actionis nomen, non satis efficax, ad infirmandum testamentum, quod nisi probata iniquitate fieri non potest. sic temperatum illud vt nec molliòr appellatio, quàm pro iudicij grauitate, neque acerbior sit, quàm pro pietate, parentibus debita, b Et *Azo in summa C. h. t. num. 18. & numero 24. Sich. ad rub.* b *C. h. t. num. 3.* volens hanc esse actionem præparatoriam petitionis hereditatis, sicuti ad exhibendum rei vindicationis. Et per hanc aperiri viam agendi, actioni in rem vniuersali, cum

cum hereditas peti nequeat, nisi priùs rescisso testamento. Et idem ad *l.* 1. *C. h. t. num.* 6. *& ad l.* 14. & 16. *coniunctas* C. *h. t. num.* 6 scribens, nec actionem omninò esse, nedum realem, sed præparationem ad agendum, & remedium quoddam rescindens, ea quæ obstabant acturis. *Ant. Rub. ad l.* 14. *hoc tit. in prælud. num.* 8. non esse actionem, quia quandoque datur, ei qui commodum inde non consequitur, vt j. *cap.* 10. *lit. D. Bodin.* 1 *de Rep* 4. *num.* 28. *Ant. Fab.* 17. *Coniect.* 1. *Pac.* 3. *quæst.* 31. † *Arn. ab Haersolte act.* 4. *num.* 2. nec esse propriè actionem, quia non ius agentis, nec accusationem; quia pœnam non persequitur: sed implorationem nobilis iudicis officij *Baro in l.* 8. *princ. hoc tit.* multa singularia habere, quæ nec ad actionum, nec accusationum naturam pertinent, vt quod patri, nomine filij, non datur, *& Zas. in par. hoc tit. num.* 2. esse quoddam ius medium, inter vtramque se tenens. Sed nostro consentit *Fulgos ad l.* 1. *C. hoc tit. num.* 2. *& seq.* (vocans coloratam petitionem hereditatis) *Hottom. ad princ. I. hoc tit. & in Epit. D. hoc tit. num.* 2. *Vand.* 2 *quæst.* 24. *Cuiac. ad l.* 1. *& 4. seqq. D. h. t. & 2. qq. Pauli ad l.* 17. *& 19. hoc tit. ac passim Gomean.* 1. *var. lect.* 5 *num.* 22. *Vult.* 2. *Iurisp.* 22 *nu.* 18 † *Vvesenb. ad rub. C hoc tit. num.* 2. *& num.* 10 non esse hanc præparatoriam, sed ipsam petitionem, etsi in sua materia, & specie amplior sit, cum etiam testamenti accusationem contineat, ideòque, ceu magis vniuersalem, præmitti. Non imprationem officij iudicis, quia eo res vindicari nequit, vti hic dicitur *l.* 1. *hoc tit. &c.* Iidémque centumuiri cognoscebant, de inofficioso, vid. *not. j. cap.* 15. *lit. A.* † Ita verò est. Seiuncta quidem intellectu querela, à petitione, & dicitur querela, quatenus impugnat testamentum, seu factum testantis iniquum. Ast coniuncta ei, & inclusa petitio, vt peracto querelæ iudicio, nouâ actione opus non sit, quâ à scripto euincatur hereditas, vt sentit *Vaud. 2. quæst.* 24. *num.* 2. & firmiter probat à nostro adducta, quicquid contra *Sich. ad l.* 1. *C. h. t. num.* 6. Quin intentione ipsa nequeunt separari, & vt filius testamento exclusus, non posset venire ad hereditatem, nisi per hanc, ita nec conqueri, nisi ad eum finem. Hinc querelæ renuncians, amittit partem suam, quæ socio accrescit, Et contra ius petendæ partis repudians, hanc exercere nequit. *Conna. 9. comm.* 8. *num.* 2. Et vt non sunt hodie separata in restitutione in integrum, rescindens, & rescissorium, vid. j. *lib* 21. *cap.* 5. *lit. S.* ita nec hic *Duar. hoc tit. cap.* 2. *&* 10. *ad d. Goueam.* 1. *var. lect* 5. *num.* 22. qui vtroque iudicio (hoc & sequenti) peti hereditatem confirmat ex *l.* 1. *de R. V.* Verbis post actiones, quas de vniuersitate &c. Non verò placet, quod *Conna d. cap.* 8. *num.* 3. qui hac egit & obtinuit posse deinde hereditatem repudiare, scribit, sicuti & aliàs ei, qui vicit non acceptore liberum. Nam petens hereditatem, eo ipso animum adeundi declarat. Ergò repudiare deinde nequit, per ea quæ s. *lib.* 7. *cap.* 10. *lit. A.* c Sicuti in alia petitione hereditatis caussa adfertur, institutio testatoris, vel successio intestati, ita *hic* inofficiosum testamentum, seu hæc caussa intentionis filio, quod immerenter exheredatus. Et hic qui queritur titulum heredis assumit, licet is interim sine re d *Cuiac.* 14. *qq. Papin. ad l.* 15. *§.* 1. *hoc tit.* d Aliter R. *Duar. h. t. cap.* 10. quod petitio hereditatis non datur, nisi heredi, verum esse de ordinariâ & directâ. Hanc extraordinariam esse, & quasi vtilem: Ideòque dari bonorum possessionem litis ordinandæ gratia, vt pro herede habeatur. Sicuti possessoria quoque hereditatis petitio datur, non heredi, sed qui loco e heredis est. † Sed expeditiùs noster. e At immò, ex iniuria filio illata, aliàs patri actio, vt supra *lib.* 15. *cap.* 24 *lit. N.* Quare meliùs *Duaren. hoc tit. cap* 8. exponit verba *d. lib.* 8. *princ.* ipsius iniuria est, id est, non redundat in patrem sicuti aliàs contumelia, & conuicium filio dictum; & *Hot tom.* 1. *Amicab.* 30. *add. Petr. Barbosa ad l. Lucius* 38. *solut. matrim. n.* 7. *&* 8. Et ad argumentum R. Duar. id ita, quia genus hoc actionis extraordinariam. Et querela odiosa, quomodo & *Cõna.* 9. *comm.* 8 *num.* 4. Sed immò non tàm odiosa querela, quàm exheredatio, contra quam succurrit *Gabr. Mudæ. ad l.* 2. *Cod. In quib. cap. in int. rest. nec non vt* scitè *Mauric. de restit. in integr. cap.* 149. *num.* 12. *&* 2. meliùs R. Duar. quia hæc actio ita datur, si velit filius quæri, si ostendat sibi non esse gratum factum patris. Eo non volente quæri, nulla nata est actio, quæ ad patrem transire possit. Vereor autem, ne paulò pinguius dictum sit, *à Cuiac.* 17. *obseq.* 18. Querelam hanc non tantùm in multis imitari actionem iniuriarum, sed & principaliter, hic magis caussam doloris agi, & notæ inflictæ filio, quàm pecuniæ. Ideoque actionibus quæ vindictæ potius quàm pecuniæ persecutionem habent accenseri debere, vid. *not.* j. 11. *cap.* 9. *lit. F.* f Rectè etsi diff. *relati* s. *lib. B.* Potest tamen, & per exceptionem proponi, si filius postidear, & ab eo scriptus, hereditatem perat *lib.* 3 §. 13. *hoc tit.* per *l.* 156. §. 1. *de R. I. Dnor. hoc tit. cap.* 10. *P. Gregor.* 44. *Synt.* 4. *num.* 13. *Vvesenb. ad rub. C. hoc tit. num.* 58. Et hanc quoque quinquennalem statuit *Gomez.* 1. *var. resol.* 11. *num.* 20. quia exceptio hæc, quandocunque proponi potest. g Et hanc esse stricti iuris, licet alia petitio hereditatis bonæ fidei sit, vult *Vvesenb. ad rub. C. h. t. num.* 12.

CAPVT IV.

Querelæ institutio & exclusio per legitimam.

DE HAC INSTITVENDA (vt quauis alia) I. Q. QVIBVS DETVR. (*II. vt* j. *cap.* 8.) Qui alias futuri heredes legitimi, non omnibus tamen a sed tribus personarum generibus. I. LIBERIS OMNIBVS, b etiam adoptatis, *pro distinct. qua in* §. 2. *I. l.* b *pen. C. de adopt.* c posthumis quoque alienis, & qui sui c non futuri essent *l.* 6. *pr. D. §.* 2. 1. *h. t. Ratio in l.* 7. *de stat. hom.* Et spuriis, de testamento matris d *l.* 29. §. 1. *h. t.* d (non verò patris, e quia is iure nullus *l.* 23. *de Sta.* e *hom.*) Etsi parens filium esse, negauerit. *lib.* 27. §. 1. *h. t.* 2. PARENTIBVS OMNIBVS *naturalibus, quoque adoptiuis &c.* f *lib.* 30. *pr. h. t. §. vlt. I. de* f *exher. lib.* ET 3. FRATRIBVS CONSANGVINEIS, tantum qui vel ab vtroque parente, vel eodé patre, non vterinis *lib.* 27. *C. h. t.* g vlterioribus nullis g *lib.* 1. *D. pr. I. h. t.* h CERTIS CONDITIONIBVS, QVÆ IN HIS QUATUOR CIRCVMSTANTIIS. I. CAVSSA ACTIONIS (*de* 2. *C. seq. initio*) SI TESTAMENTVM INOFFICIOSVM, ita dictum, quod non ex officio pietatis factum *l.* 2. *h. t.* i QVOD EFFICITVR his quatuor rebus I. SI QVOS DIXIMVS, PRÆTERITI, AVT EXHEREDATI *l.* 3. *pr. D. pr. I. h. t.* Quod si instituti ex minimâ parte, etsi olim querela data, *§. vlt. I. h. t.* K hodie ad supplementum agitur, vt j. *lib.* k *Y.* 2. SI INIQVE, id est si liberi, aut parentes sine iusta caussa, vel eâ non adscripta, vel adscripta, sed non probata de quo vid. *s. lib.* 6. *c.* 12. Fratres verò, si turpis persona institutus, nec iusta caussa eos remouendi, cuiusmodi quinque, vid. *d. l.* 6. *cap.* 15. vbi si duo instituti sint, quorum vnus honestus, alter turpis, contra hunc solum querela, ac pars hereditatis, euincitur *lib. circa* 24. *h, t.* l 3. Si & testamentum omni iure, etiam l prætorio, consistat, seu SI NON ALIO IVRE VENIRI POSSIT, AD BONA DEFVNCTI §. 2. *I. hoc tit.* vnde dicitur remedium subsidiarium, m m in defectum aliorum paratum, quod testamentum validum rescindit, nec temerè dandum, si res aliter salua esse potest argum. *l.* 1. §. 4. de dolo, quia honorem defuncti, quasi lædit, qui impietatis, & iniquitatis arguitur. Non igitur, si testamentum iniustum, ruptum, vel irritum, de quibus *d. l.* 6. *cap.* 16. Nec si contra tabulas petitâ bonorum possessione rescindi possit *l.* 23. *princ. hoc tit.* VNIVERSA. Vnde non obstat, quod pater ab emancipato præteritus, contra tabulas bonorum possessionem habet *l.* 1. *si à par. fu. manum l.* 6. §. *I. hoc tit.* Et simul quoque querelam hanc *lib. pater* 14. *hoc tit.* Nam Respondeo suppeditat *d. l.* 16. *§.* 1. quia priore iudicio bonorum possessionis, de iure patris quæritur, non de iure testamenti, id est, non ad integra bona filij, rescisso testamento, pater venit, sed, eo rato manente, petitur á patre portio in iis bonis debita, olim dimidia, nunc tertia per *l.* 1. *princ. verbis exemplo patroni. Si à par. fu. man. iuncti.* §. 1. *& 3. I. de succes. libert.* Quare quia per eam bonorum possessionem non tantum consequi licet, quantum per querelam, supereat querelâ, n Quippe iniquum esse ei, n cui duo iura proposita sunt, propter id, quod minus est, auferri id, quod vberius (*hic & supr. lib.* 6. *cap.* 14. *sub fin.*) [neque ita superuacua bonorum possessio, quæ plenior in alio, cum & parentibus adoptiuis

princ. conuenit, quibus querela inofficiosi non competit. cùm emancipatione, patres esse desierint *lib.* 6. *princ. de senator. Hæc noster supr. lib.* 2. *cap. vltim. quæ hic commodius*] NEC ETIAM IN PENDENTI SIT, AN POSSIT. Hinc querela non nascitur, ante aditam hereditatem *l.* 8. §. 9. *vers. si conditioni hoc tit.* Potest enim fieri, vt repudiet scriptus, atque o ita querela non opus sit. o Contra ius itaque ciuile, & prætorium, hæc introducta, moribus, & p iure non scripto. p Primitus namque homines, sine certo iure, queri solebant, itaque à iudicibus testamenta rescindi cæperunt. *Valer. lib.* 7. *cap.* 7. Postea paulatim res abiit in mores, deinde legibus, & constitutionibus confirmata, vt iam quidem iure certo, & scripto contineatur. Vnde, ne regulæ iuris aduersentur, quæ supremas voluntates ratas esse volunt *l.* 120. *de V. S.* hoc colore agitur, quasi non sanæ mentis, testator fuerit, *l.* 2. *l.* 5. *D. princ. I. hoc tit.* itaque testamenti factionem non habuerit q *leg.* 17. *§.* 1. *hoc tit.* q Vt ratione communi caruisse censeatur, qui contra naturalem rationem, quâ liberis paterna *leg. vltim. de bon. damn.* & paratibus liberorum hereditas debetur *leg.* 15. *princ. h.* r disposuit. r Prioribus consequens est dari hanc, exheredatis semper (si scilicet alia concurrant requisita) quia hic, nec iure ciuili, nec prætorio testamentum turbant *l.* 8. *princ. de bon. poss. cont. tab.* Etsi caussa exheredandi nulla, imò etsi, nec vlla esse possit, vt in posthumis *leg.* 6. *princ. D. leg.* 33. *§. vltim. Cod. §.* 2. *I. hoc tit.* [Nam & tunc hodièque ipso iure, exheredatio tenet, vid. supr. *lib.* 1. *C.* 13. *lit. E.*] Ac etsi non adiecta, Et præteritis, tum cum sunt pro exheredatis, vbi præteritio non infirmat testamentum. Veluti sunt omnes liberi, qui nec sunt, nec fuerunt in potestate §. *vltim. I. de exher. vid d. cap.* 13. Parentes denique omnes indistinctè *l.* 14. *D. l.* 17. *C. hoc tit.* vt & fratres. Neque ex hoc iure quidquam in- f nouatum, vid. *lib.* 6. *cap.* 13. *lit. D.* f 4. SI ET NEC DEBITAM PORTIONEM, sic vocatur *l.* 8. §. *vnde* 11. *infin. D. l. pen. princ. Cod. hoc tit.* quæ & debitum bonorum subsidium *l.* 5. t *Cod. de inoff. don.* t naturæ quadam lege *l. vltim. de bon. damn. lib.* 15. *princ. hoc tit.* Vulgò quarta natu- u ræ u *§. vltim. I. hoc tit.* Quarta enim debitæ portionis, quærelam excludit. *lib.* 8. *§.* 8. *hoc tit.* quæ receptiùs, Legitima dicitur *l. omnimodo* 30. *& seqq. Cod. h.* quia non solum legibus & constitutionibus Impp. x tributa, & debetur *Nou.* 92. *cap.* 1. x sed & solâ lege, sine iudicio testatoris constituta, cum Falcidia ab eo, ex parte proficiscatur, cum heredi debeatur, institutio: Ad exemplum tamen Falcidiæ inducta, vnde à Falcidia, ad legitimam, argumenta ducuntur. *leg.* 8. §. y 9. *h.* & vocatur falcidia *d. Nou.* 92. *princ.* y eodem modo, quo Trebellianica *l.* 86. *ad l. Falcid.* quæ æquè ad Falcidiæ exemplum inducta: EA OLIM QVARTA *leg.* 8. §. 8. *& seq. D. §. vltim. I. hoc tit.* sicuti & nomen manfit NVNC TRIENS, AVT, SI PLVRES LIBERI, QVAM 4. SEMIS. z *Nou.* 18. *cap.* 1. z itemque triens in parentibus & fratribus, cum in omnibus aucta sit, qui querelam aa mouere possunt *d. cap.* 1. *in fin.* aa PORTIONIS AB INTESTATO DEBITÆ, id est, peruenturæ, si intestatus paterfamilias decessisset *lib.* 8. bb §. 6. *D. l.* 8. *princ. C. hoc tit.* bb Non totius hereditatis, nisi tota peruentura esset, vt si filius vnicus. Proinde si sint, ex duobus Ifiis nepotes; ex vno plures, ex altero vnicus, huius legitima sescuncia, vnius ex illis semuncia *l.* 8. §. 8. *hoc tit.* [iure scilicet veteri, quo quadrans fuit, non triens.] Quia si auus intestatus, in stirpes eis ei succede-

retur, & tres, nepotes, ex altero haberent semissem, atque ita quilibet illorum sextantem, cuius quarta pars, est semuncia cc IVRE LEGITIMÆ SVCcc CESSIONIS. Non si iure accrescendi: Id enim, cum non minus in testamento locùm habeat, quod inde accedit, ab intestato, debitum dici nequit Exemplum *d. l.* 8. §. 8. Duo sunt filij exheredati. Si ambo queritur, cuiuis deberetur sescuncia. Vnus non quererentur. Quæstionis est qui queritur, nomine legitimæ, debeatur quadrans hereditatis? Videtur quod sic: quia si res ab intestato gereretur, vno repudiante, alter in solidum heres foret *l.* 9. *de suis & leg.* Contra statuitur, quod, qui non queritur, alteri partem faciat *d.* §. 8. id est, portionem repudiantis perinde haberi, atque si eam accepisset, ita vt inde nihil ad alterum, iure accrescendi redire posset *l.* 7. *princ. de reb. dub.* Vt sic repudiatio, non prodit fratri alteri, ad hoc, vt plus illi debeatur, quàm aliàs habiturus esset. Et hæc de parte non facienda alteri ita, si de legitima æstimanda, aliud si de querela, à duobus mouenda, quo tempore, neuter quàrtam habet. Tunc enim, qui non quæritur, partem non facit alteri querelam mouenti *l.* 16. *princ. l.* 17. *princ. hoc tit.* dd Ratio differentiæ per querelam dd petitur hereditas *cap. præced.* petito hereditatis verò, datur omnibus, qui hereditatem obtinent, nec refert quo iure *lib.* 1. 2. 3. *de pet. her.* Legitima non totius hereditatis, sed portionis ab intestato, nomine ne debetur. ÆSTIMANDA DEDVCTO ÆRE ALIENO ee funeris impensâ, & pre- ee tiis seruorum manumissorum *l.* 8. §. 9. *hoc tit.* ff ff Quod & verbum *peruenienti* monet, quia verè non peruenit, nisi quod mansurum *l.* 71. *de V. S.* IN QVAM IMPVTANTVR, ea tantum, quæ ex bonis defuncti capiuntur. *Nou.* 18. *cap.* 1. *verbis propriæ substantiæ.* Non tamen omnia, gg sed TRIA gg HÆC GENERA: I. QVÆ EX BONIS TESTATORIS IPSO IVRE percipiuntur, etsi non ex illius iudicio: vt, quarta, impuberis arrogati & emancipati *leg.* 8. *§.* 15. hh 2. QVÆ IVDIhh CIO DEFVNCTI capiuntur *l.* 8. *C. hoc tit.* vt legata, fidei commissa, mortis caussa donata *§. vltim. I. l.* 25. *D. leg.* 35. §. *vlt. C. hoc tit.* item mortis caussa capiones, veluti sunt: 1. conditionis implendæ caussâ, ab herede data ii argum. *l.* 91. ii *ad l. Falcid.* Nec obstat *d. Nou.* 18. *cap.* 1. *verbis propriæ substantiæ.* Quia & hæc videntur, ex substantia defuncti profecta, cum pro eo, aliud dari curet, quod horum vicem suppleat. Et hæc significantur *in Non.* 15. *cap.* 3. *princ.* per verba: *alium quemcumque modum.* 2. quæ à testatore ipso, extra donationem legata, & fideicommissa dantur. kk kk *leg. mortis caussa capitur* 31. *princ. de mort. ca. don.* Excipitur primo NISI ROGATVS SIT, ALTERI RESTITVERE *leg.* 8. *§.* 11. ll Ratio in *lib.* ll 71. *de V. S. & simil.* Secus est, si quis ei pupillariter substitutus *d. l.* 8. *§.* 7. quia ita nihil adimitur instituto, sed heres ei datur. Secus etiam olim, si reciprocum fideicommissum veluti in specie *l.* 12. *Cod. hoc tit.* vbi filius & filia instituti, rogatique vt vter eorum intra 35. annum ætatis decederet, superstiti portionem suam restitueret. Hodie tota hæc exceptio tublata, mm omnisque conditio & dilatio, ac quic- mm quid quoquo modo moratorium, vel onerosum, de rebus relictis, ad vsque legitimæ quantitatem, subducitur *leg. quoniam* 32. *C. hoc tit.* vt ita non amplius hæc locum querelæ faciant, sed pro non adiectis sint. nn nn Exc. 22. ET NISI OBVENERINT ALIVNDE, QVAM, EX TVBSSANTIA PATRIS, etsi ex illius iudicio. Vt quæ ex substitutione. *lge. pen. princ. vers.*

vers. repletionem Cod. hoc tit. scilicet fide icommissaria, vt si á patre Titio legatum, isque rogatus filio post oo tempus restituere. oo vel iure accrescendi d. versic. in vsufructu quod exemplum ibidem, si filio & Titio vsusfructus legatus, deinde Titius suam partem iam acquisitam, amiserit. Quo casu in vsufructu iuri accrescendi locus, vid. supr. *lib.* 10. *cap.* 23. *lit. B.* Ratio, quia illic, quod Titius restituit, non amplius est patris. Hîc vsufructus nunquam fuit patris. Aliud, si ex his caussis ita, vt sit pariter ex substantia, ac iudicio patris. Vt in substitutione vulgari: si exempli gratia, filius ex vncià institutus, Titius ex duabus, Titio filius substitutus, & is repudiet, quia duæ hæ pp vnciæ, Titio nunquam quæsitæ pp item in iure accrescendi extra vsumfructum. qq Finge Filio & Titio qq legatus fundus. Deficit Titius; totus fundus imputabitur, quia nulla eius pars, Titio antea quæsita, & coniunctis solidum initio legatur, partibus concursu effectis *l.* 80. *de leg.* 3. Sed & *d. l. pen. vers. repletionem* ius proprium liberorum habetur quibus hoc nôminatim tribuitur. In parentibus & fratribus, nihil noui constitutum. Proinde nulla in iis exceptio, argum. s. 32. *in fin. Cod. de appel.* ET DENIQVE EXCIPITVR tertio NISI quibus legata, aliàue, vt supr. relicta NEC EXHEREDATI SINT NEC INSTITVTI Quæ sententia est *Nou.* 115. *cap.* 3. *princ.* Quod si itaque neutrum factum, testamentum rescinditur *d. cap.* 3. §. *vltim.* querela inofficiosi. Proinde relicta in quartam, non imputantur, aliàs ageretur, ad supplementum, vel si explerent quartam, querela cessaret. Nec ceu plures volunt *d. Nou.* 115. *capo* 3. *princ.* contraria est *Nou.* 18. etsi si esset, per illam, vti posteriorem, tolleretur. Nam tantùm dicit, tàm legata, quàm institutionis modò relicta imputari. Hoc non negatur *d. cap.* 3. quæ non requirit institutionis titulum, in tota quartà. Sed si vel ex minima parte, exempli gratia vnciâ, fiat, ac alia relicta adiecta, hæc vna imputantur, vid. & rr supr. *lib.* 6. *cap.* 12. *lit. B.* rr 3. genus DONATA inter viuos, nominatim HAC LEGE, VT IMPVTENTVR ss *l.* 25. *D. l.* 35. §. *vltim. Cod.* §. tt *vltim. Inst. hoc tit.* aliàs non tt Tria excepta: Dos, & uu donatio, propter nuptias *l.* 29. *C. hoc tit.* uu & quod occasione militiæ (id est operæ omnis publicæ, quæ stipendiis publicè constitutis exercetur, quæ nunc offi- xx cia: Vt quæstorum, tabellionum, cursorum xx ex defuncti pecuniis quæsitæ, peruenire poterit. *l.* 30. §. *vltim. C. hoc tit l. pen. princ. Cod. de Collat.* HÆC itaque QVARTA SI TOTA RELICTA, QVERELAM EXCLVDIT *l.* 8. §. 8. *hoc tit.* Quæ, si non accepta, petatur, ac heres de eo litigare malit, quàm spontè præstare, pœna eius, vt præter id, quod petitur, tertiam eius partem præstet *l.* 33. *princ. Cod. hoc tit.* SIN TOTA NON RELICTA, aliquid tamen, olim querelæ locus §. *vltim. I. hoc tit.* hodiè ACTIO AD SVPPLETIONEM yy DATVR *l. omnimodo* 30. *Cod. hoc tit.* yy SI VERO NIHIL RELICTVM, institutionis titulo, etsi aliquid sit alio, per ante dicta QVERELÆ LOCVS *d. l.* 30. §. 1. *& seq.* Etsi donatum quid, inter viuos, vt in quartam haberet, si mortuo testatore retinere nolit, aut conditionis implendæ caussâ, oblatum accipere. Sed etsi eâ lege, vt querelę renunciaret, quid datum vni, ex liberis (secus est in parentibus, & fratribus argum. *l.* 1. *C. de pact. l.* 46. *D. eod.*) ei non nocet, ex sententia Papin. *l.* 35. §. 1. *C. hoc tit. vbi ratio.* Si tamen ita donatum, vel conditionis implendę caussâ relictum agnoscat, in quartam imputabitur, vt ad suppletionem recte agat, nisi nominatim caueat, de ea nullam sibi superesse quæstionem *d. l.* 35. §. 2. *Cod. hoc tit.* zz Quarta suppletâ, vel agnitâ, si quid ex eâ auctum erit, noua fiet repletio, sine onere *l. scimus* 36. *C. hoc tit.* aaa zz aaa

NOTATA.

a Non bona est consequentia aff. Facultas enim succedendi, ab intestato plenior *P. Greg.* 44. *Synt.* 5. *num.* 1. *Couar.* 4. *var. resol.* 21. *num.* 2. & multi, ad eam admittuntur, qui non ad querelam *Duar. h. t. cap.* 8. Illâ enim secundum tacitam voluntatem defuncti, hic contra expressam succeditur. *Ant. Ruebus ad l.* 14. *D. hoc tit cap.* 2. *num.* 8. Sed bona est consequentia neg. Qui non succedit ab intestato, nec ius querelæ, nec petendæ legitimæ habet, vid. *not.* j. *lit. Bb.* b sine in potesta- b te sint, siue non, vt emancipati *l.* 23. *princ. h. t.* vid. *Gomez. t.* 1. *var. resol.* 11. *num.* 31. siue primigradus, siue sequentium, si parentes eorum prædecesserint, etiam nepotibus ex filia, etsi hi olim, differrent, ab aliis *Nou.* 18. *cap.* 4. *princ.* vid. *Chiflet. de port. legit. cap.* 9. *Duar. h. t. cap.* 6. *Gouean.* 1. *var. lect.* 5. *num.* 15. c Quod explicat *Chiflet d. cap.* 9 *pag. m.* 782. *& seq.* c Et sic adoptatus ab extraneo, etsi ius successionis legitimæ habeat, non tamen querelæ, vid. s. *lit. A.* d Nisi mater illustris, d & nisi ex nefario complexu; per regulam quæ *S. not. lit. A. Chiflet. d. cap.* 9. *p.* 781. *Claud. Battand. tr. Legitimæ cap.* 3. *num.* 7. *Duar. h. t. cap.* 6. *vasq.* 3. *ill. contr.* 106. *num.* 26. Vnde hodiè, ex quo omnis, extra matrimonium, coitus illicitus, spurios, nec matris testamentum querela euertere statuit & pluribus firmat, *Goth. Anton. disput. de legitima th.* 3. *lit. D.* Et *Gaspar. Ant. Tessaur. addit. ad decis.* 126. *Ant. Tessauri* naturalibus dari querelam contra testamentum matris, non spuriis. Atqui *l.* 27. §. 1. diserte spurios nominat. e Adeo vt, e nec statuto contrà disponi posse post Schurff. censeat *Goth. A. d. th.* 3. *lit. D.* Naturales verò id est, ex concubina susceepti, quo casu ab intestato, eis sextans defertur, (non exstantibus scilicet legitimis,) eo quoque legitimam habent, in sextante *Chiflet. d. cap.* 9. *pag.* 781. Proinde & ius querelæ *Cuiac, in Nou.* 18. *p.* 111. quod & ita videri posse scribit, sed asseuerare non audet. *Vvesenb. ad rub. C. hoc. tit. num.* 27. Et reprobans *Gomez. in L. Tauri* 9, *& seqq. num.* 11. *Hotom. disput. de spuriis cap.* 3. *Couar. de matrimon. p.* 2. *cap.* 8. *num.* 24. *Ant. Fab. Cod. Fabr. tit. de Natural. lib. defin.* 3. *ac relati á Goth. Anton. d. th.* 3. *lit. E.* Confer. *Valasc. tomo.* 1. *consult.* 94. Quid in legitimatis? Si per subsequens matrimonium admittendi, item que si à principe, viuo patre, ius legitimi consecuti, vid. *Chiflet. d. cap.* 9. *pag.* 681; *P. Greg.* 44. *Synt.* 5. *num.* 51. *Curt. Senior. conf.* 35. *Hotom. conf.* 18. *Marc. Anton. Cucch. in auth. nouiss. cap. hoc tit. in pralud. num.* 3. *Forst. 6. de success. ab int.* 37. *num.* 29. *& seq. Couar.* 4. *var. resol.* 21. f Exempla patris naturalis, filio in adoptionem dato, habet f *Varer. lib.* 7. *cap.* 7. *P. Aerod. decretor. inr. lib.* 1. *tit.* 23. Sic quoque mater, de filij spurij testamento conqueri poterit, *Conna.* 9. *com.* 9. *num.* 1. vt & alij parentes, lineæ maternæ *Battand. tr. Legitimæ cap.* 3. *num.* 9. nec non pater emancipati *l.* 14. *hoc tit.* Quin de filiis, qui non sunt in potestate, hoc omne accipiendum. Nam qui sunt de Castrensibus liberè testantur, vt j. *cap.* 5. de aliis nullo modo. Quid in parentibus, qui ad secunda vota transierunt? *Chiflet. de port. legit. cap.* 10. vult, vti mater ejusmodi, ab intestato in iis, quæ ex paterna substantia, ad filium peruenerunt, tantùm vsum fructum percipit *aut ex testamento C. de secund. nup.* itaque à successione intestati arcetur, ideò & à legitima. Idemque ad patrem extendit, ex regula correlativorum, add. *Ioan. Garonis de pœn. secundo nubent.* 41. *& seq.* Quibus consequens, querelam cessare: Contra, in matre quoque videtur *Facchin. 3. contr.* 63. g vid. s. *lib.* 6. *cap.* 15. *lit. A. Duar. hoc tit. cap.* g 8. Consanguinei, etsi eandem matrem non habeant, nihil ferè distant à germanis, vt *l.* 10. *§.* 13. *de grad.* Non obstat quod idem ius videatur vterinis, ex quo agnationis, & cognationis differentia sublata vt *vult Hotom. disput. de quarta legit. cap.* 2. *in fin.* & eò propendet *Azo in summâ C. hoc tit. num.* 13. Nam id tantum, in successione intestati. Hic verò, sumus in caussa testamenti. *Sich. add. l.* 27. *C. hoc tit. num.* 5. Tametsi *Conna.* 9. *& comm.* 9. *num.* 5. *ex l.* 1. *D. l.* 21. *C. hoc tit.* à contrario colligat, vterinis quoque olim competiisse querelam, & quidem omnibus absolute, etiam non turpi instituto, sed nouo iure inducto Constantinum *l.* 27. *C. h. t.* querleam coarctasse. Quod &, tanquam à nemine ante se animaduersum sit, inculcat *Castillo quotid. contr. cap.* 19. *num.* 11. & 2. *seqq.* Hinc naturalibus, quia ius consanguinitatis non habent, non datur, nec si rescripto legitimati, quia nec inde ius agnationis, nisi inter patrem, & filium

filium. *Sich. ad d. l.* 27. *num.* 11. *Vvesenb. ad rubr. C. h. num.* 36. *Chiflet. de port legit im. cap.* 11. vbi aliud statuit in fratribus per matrimonium legitimatis. Datur autem quoque Sorori consanguineæ *l.* 21. *C. h. t.* etsi contra alicui inde, videri possit. quod, cum vterinis negetur, videatur ad ius gentis familiæ communis respectum. Fœmina autem, in alienam transit, h *lege* 21. *Cod hoc tit.* quod tempore iuris controuersum certo iure non definitum. sentiunt *Hot. ad pr. l. h. t.* & *Duar. hoc tit. cap* 8. Sed iudices centum viros non facilè admisisse. Igitur dici in *d. l.* 1. *melius facerent* † *Gou.* 1. *var. lect.* 5. *numer.* 11. *& numer.* 21. admitti quidem vlteriores, vt testamentum in officiosum faciant, sed non vincere illos, vt rescindatur. Quod elutorium est. † Equidem *Vvesen. ad rubr. C. h. t. numer.* 33. fratrum quoque filiis, quoties cum patruis succedunt, hanc competere censet, etsi non daretur si soli essent: Quod suspectum merirò, & rectius negat *Vult. ad pr. I. hoc tit. numero* 10. Obstat *L.* 6. *pr. vers. sed & cognatorum h. t.* Resp. quidam neminem ibi agentem exceptione repulisse. Sed *Gouean* 1. *var. lect.* 5. *num.* 16. *& seqq.* posthumum cognatum, illic esse nepotem ex filia, quem prætor ad bonorum possessionem ab intestato vocat, ex parte i edicti, vnde cognati i *Paul* 5. *sent* 5. §. 1. Non verò inde, quod cum nihil à filio, contra patris dignitatem tentari conueniat, res tota religioni, & officio magistratus relicta sit, vt *Bodin.* 1. *de Rep* 4. *numero* 28. Dicuntur & testamenta ingrata, Sueton in Caligula. Testamenta primipilariuni vt ingrata rescidit. Vnde liberi non instituti ἀχαρεῖς αὐτοὶ *Nicephor.* 3. *Eccles histor.* 31. *ref. Cuiac.* 3. *obs.* 8. Contra qui legitima relicta dicuntur χάριν ἔχειν dicuntur. Et inhumana, vti improba illa, quibus turpes institui *Cuiac. ad l.* 1. *& seqq. D. h. t. Gouean.* 1. *var. lect.* 3. *num.* 10. k ita *Molina. de offic. donat. numer.* 5 *& A. Fab.* 14. *err. pragmat.* 8. Olim, si quid modicum deesset legitimæ, querelam subuertisse totum testamentum, Hinc Accurs. *vers.* aut si minus *leg.* 25 *pr. D. h. t.* vbi quartæ repletionis mentio, à compositoribus adiectum, quem sequitur *A. Faber.* 40. *Err pragm.* 5. *pag.* 763 Sed notatur *à Bart. Ang Castr. & aliis teste Roderico Suarez. in repet. leg. quoniam* 32. *Cod. hoc tit. in euidentialib. num.* 1. *& à Conna.* 9 *com.* 10. *num.* 13. *& Cuiac. ad d. l.* 25 Rectè. Quia idem habetur *in fragm. Pauli* 4. *Sent.* 5. § 7. quam certè Tribonianо adscribere, A. Fab nullo modo poterit. Vnde *Chiflet. de port legit. cap.* 15. *p.* 839 optionem, casu quartæ non integræ relictæ, filio fuisse statuit, vel conuellendi iudicium defuncti, per querelam; vel si verecundior, pudori patris parcere velit, implementum quartæ exigendi. † *Suarez* verò *d. loc. num.* 3. & 4. assignata filio, à patre viuo, legitima, per donationem, in quam consensit filius, de qua tractat *de leg.* 25. per verba: *hac contemplatione* concessam fuisse iure antiquo repletionem quartæ. Ius verò nouum in *leg.* 30 *Cod. hoc titul.* ab Imp. induci, quoad relicta testamento, in quæ filius non consentit. Quod verò *d. l.* 25. loquatur ab intestato, probari per verba eiusdem, aut conferri iunct. *l.* 1 C. *de coll.* Quia eo tempore, nulla collatio in caussa testati † Quæ non improbo Sed quia *Paul. d* § 7. apertè concedit implementum ei, qui in iudicio patris, minus quarta consecutus, atque ita in vltimo elogio, puto, puto, Chifletio adhærendum. Nisi cum *Conna. d. numer.* 3. dicere malis, quod quoties quid, aut inter viuos aut ex testamento datum, ea lege, vt quartæ loco esset, non licuisse de inofficio queri, sed agere ad repletionem. Quia nihil inofficiosè testator fuerit, qui putauit rem affingaram tanti esse, quanti quarta ipsa, si errore lapsus, eaque minoris sit. Iure Codicis verò & ex *l.* 30. *Cod. h. tit.* necesse est agatur, ad supplementum, si vel minimum quid, testator reliquerit, etsi non putauerit sufficere, ad legitimam, ac etsi plus petere vetuerit. vt s. *lit.* Y. l Et, si turpis hoc casu, repudiet suam partem, coheredi accrescit, nec nascitur querelæ *M. Ant. Cuch. in auth. nouiss. C. hoc tit in pr. num.* 2. m vltimum adiutorium *leg.* 4. *vers. nam cum vltimum C. d. lib. præt.* Adeo vt, per restitutionem in integrum, etsi hæc æquè subsidiaria, excludatur, arg. *leg. C. de ineff. don inuct. l. vlt. C. eod. Ant. Rub. ad l.* 14. *D. hoc t. cap.* 3. *add. Vasq.* 3. *ill. contr.* 166. *n.* 36. & seqq. *Gouean.* 1. *var. lect.* 5. *nu.* 16. & seq q. diff. *Vvesad rub. C. h. t. n* 23. existimans querelam hanc electiue, vt loquitur, concurrere cum omnibus remediis, quæ testamentum rescindunt. Et *d.* §. 2. *I. h.* negari querelam ei *qui alio iure, &c.* scilicet saluâ testamenti caussâ, ipsoue iure Quia enim, pergit, alia remedia rescindentia æquè odiosa, & testamentum oppugnant, non coarctanda est agendi licentia. Et vno deficiente, alio vti liceat. *l.* 14. *D. l.* 14. *& l.* 16. *Cod. hoc t.* nō autem simul *d. l.* 16. quia contraria sunt, testamentum nullum esse, & inofficiosum. Hoc sensu, subdit, dicitur vltimum adiutorium *d. l.* 4. scilicet competens iis, qui alio iure non iuuantur. Non inde sequitur: Qui alio iure iuuantur, hac carere; sed tantum eò vsque, quod aliò, quis experitur, hanc cessare, tolli autem ita si per id suum, quod debuit, adeptus fuerit. Ita *Vvesenb.* qui & vrget *l.* 8. *§.* 12. D. *h. t.* Sed cum nostro pleraque interpp. turba statuit. Quod ita forte declarandum *arg. l.* 7. §. 3. *de dolo.* Vt vbi iusta dubitandi caussa, an alio remedio æquè cautum sit, & querelam intentans audiatur *d. l.* 8. §. 12. *d. l.* 14. *& l.* 16. vid. *& Gouean* 1. *var. lect.* 5, *numero* 12. n Rectè. Et conuenit *Vult in* § *tam a.* 2. *Inst. hoc tit. numero* 4. *Rubeus ad l.* 14 *hoc tit. cap* 4. *numero* 1 quia, ait ex diuersis fontibus oriuntur, & ad diuersa competunt, cum bonorum possessio solam legitimam enocet, querela rem ad intestati caussam, reducat, confer *Valasc tomo* 1 *Cons.* 94. *numero* 14. Prior verò ratio sola, quod ex diuersis caussis, &c. non sufficiens, quâ nituntur, *Cuiac.* 8. *obs.* 23. *Gouean* 1 *var. lect.* 5. *numero* 20. *Conna.* 9. *Com* 9 *numero* 3. Quia, inquiunt, illa datur ceu manumissori; hæc ceu patri; illa beneficio emancipationis, hæc coniunctionis iure Duplex nomen vt sustinet emancipator parens, ita duplciter ei succurri. Nec alteram alterius ius tollere, vti non definit pater, quia manumissor & contra. Et putat hic *Cuiac d. cap* 23. *& ad l.* 14 D. *hoc tit.* exemplum esse *l quoties* 95 *de R. I.* Qui & *in d. l.* 1 §. *vltim. Si à par. man* per ius antiquum intelligis, hanc querelam, post *Vigel in* §. 2. *Inst. hoc tit.* & probat *Vult. in dict* §. 2. *numero* 4. *Vvesenb. ad rubr. C hoc tit. numer.* 17 *Chiflet. de port legitim. cap* 4. *Goth. ad d* § *vltim. add Marc. Vertran. Mauros de iure liberorum c.* 23. vt sensus sit veiborum. *nec enim, &c.* Nec beneficium, quod emancipando contulit in filium, sit patri damnosum, nisi querelam inofficiosi haberet, quæ vberior. Sed hæc exposicio displicet *A. Fabro* 1. *Iurispr.* 11 *prince* 10 *illat.* 4. *pag.* 672. *& seqq.* 1. Quia IC. *d.* §. *vltim.* loquitur de eo antiquo iure, quod accepta iam bonorum possessione (cum *d leg* 91. *de R. I.* de repudiato vno iure loquatur) & sic per eam rescisso testamento, sibi pater defendit. Semel autem rescissum amplius per querelam rescindi nequit 2. per verba; *Quod & sine manumissione habebat.* Querelam sine ea non haberet. quia non posset filius non manumissus, condere testamentum, Sed hæc posteriora, parum vrgent. Potest enim querelam habere pater, sine manumissione; sua scilicet si forte filius ab alio, puta, auo, in cuius potestate fuit emancipatus, &c. †. Ipse autem, Faber exponit de iure dominij, quod in bonis omnibus prædefuncti filij habuit pater, &c. de quo, si lubet, eum consule. Aliter *Rubeus d cap.* numero 6 intelligens de iure antiquo competenti patri, qui pepigit de succedendo ipsi filio, dum contracta fiducia, manumisit *& Io. Gutierez in reper l pater.* 14. *D. hoc tit. num.* 12 † Perquam verò improbabiliter *gl. in d leg* 14. *hoc tit. ref. Rubeo add. l.* 14. *cap* 3. *num* 5. & Azo ibidem quem defendit *Vvalth. 1. misc.* 17 Verba *ad querelam d l* 14. exponunt, id est ad bonorum possessionem contra tabulas, Etsi enim, & ea querela nominetur, princ. *I. de succes. lib.* acceptio tamen illa, nec titulo, nec propositis conuenit. & præcedentibus verbis *in quæstione de inofficioso*, planè repugnat. o cum additione, demum vires sumat testamentum qua non secuta exheredatio nulla, non est ante quod rescindi possit. *Duaren. cap.* 9. & suspensa caussa est testamentaria *Vvesenb. ad rub. cap. hoc tit. num.* 10. *& num.* 40. p Rectè Nam quod iuris prætorij non sit, ceu vult *Camil. Plauterius ad rub. C. Qui admitti nu.* 40. & seqq. inde probant *Guiat.* 2. *obs.* 21 *Gouea. ad l.* 31. *de vulg. & pup. num.* 4. *& 5. Chiflet. de portion. legit. c.* 4. quia diuerso per hanc iusto testamento, sit testator intestatus, qui obtinuit, sit ipso iure hæres, & qui institutus est desinit. Quæ vis prætori non est § 2. *I. de bon. possess.* Quod verò iuris ciuilis non sit, apertè probat *L* 8. *pr. D. de bonor. possess. contra tab.* Accedit quod, & emancipatis competit, quos ius ciuile (scilicet scriptum) destituit. Denique si hac de re lata lex, certas personas, quibus querelam tribueret, designasset. At contra apparet, ex *leg* 1 *hoc tit. vt* s. *lit. H.* Quare non est adhærendum *Cuiacio*, qui, *d. cap.* 10. 21 *& 3. obs* 8. *& 14. obs.* 14. *& 14 qq Papin. ad l.* 15. *hoc ti* originē eius legi Gliciæ tribuit. Ieui coniectura ductus, ex *Epigraphe leg.* 4 D. *hoc tit.* & quia *Tacit. lib.* 15 meminit Glicij. Galli *& in Epitome libr.* 19. *Liuij, item Sueton. in Tiber. cap.* 2. memorio Claudij Gliciæ dictatoris, à quo forsitan legi Gliciæ nomen sit, vti & Hortensi & Corneliæ à dictatoribus, qui eas rogarunt Quem saltē sequuntur *Forst.* 1. *de success.* 5. *numo.* 19. *& cap.* 21 *pr. Angel. Matthæ. lib.* 2. *de via iur. c.* 25. *num.* 19. *Sibrand Siccamia lib.* 2. *de centum vir. iudic. c.* 6. *P. Butius ad rub. D. hoc tit Ranchbar. p.* 2. *quæst. m.* 21. *Boreh. ad princ. Instit. hoc tit & Vvesin rub Cod. h. t. nu.* 8. *& n* 17.

& *numer.*28. (putans eam referri, ad leges antiquas *in l.*32. *C. hoc tit.* quodque vocetur ius antiquum *l.* 1. §. *vlt. Si à par. max.*lex vetus *l.*91. *de R. I.*quæ verbis concepta fuerit de parentibus, interpretatione ad alios producta) Sed iustiùs eum notant *Hottom. disput. de quartâ legitimariu cap.* 1. *numero* 6 & 1. *resp. amicab.*30. *Chiflet. de port. legitim. cap.*4. *Vult. in pr. I. h. tit. numer.*3. *Rau. de aucl. prudent. cap.*12. quia ait, *teste Sueton.*ille Glicia fuit fortis vltimæ homo, coactus se abdicare magistratu, antequam magistrum equitum nominasset, *vt Fasti Capitolini probant.*2. Non à prænomine, vel cognomine sed à nomine leges appellatæ. Etsi verò adhæc replicet *Cuiac. d cap.*14. Ad 1. satis tamen fuisse temporis, ad condendam legem, verborum *in Fastis à Rau. adductorum* alium esse sensum. Ad 2. à cognomine quoque votari Leges quasdam, vt Norbana, Peducæa, Poppæa, rectè tamen *Hott. d. c.*30. illa non ciuium cognomina, sed familiarum nomina fuisse *Fulu. Vrsin. lib. de Famil. Rom.* Debile quoque fulcrum nudæ inscriptionis, maximè, cum nec constans sit lectio: cum quidam libri habeant: *Maximes ad l. Falcidiam ref. Barone ad dl.*4. & alij *Liciam*, vt Baro. ibid. alij *Titium* (quæ de pupillorum rationibus lata est) legant *vt Hott. indice ll. Rom.*Nec in indice tantum Iurisconsultorum huius libri Caij nulla mentio, sed nec aliunde constat, quid nam l. Glicia (si quæ fuit) constituerit. Vnde & *Manut. libb. de ll.* qui antiquas Rom. leges persequitur, eam præterit & *Ant. Gug. lib. de ll.*mendosam illam epigraphen esse sentit. Et fieri potuit, vt quædam heterogenea admisceret eius l. commentatione IC. Caius. Sicuti in simili, non quia prætor de commodato edixit *l.*1. *pr. cõmod.*commodatum, iuris prætorij, &c. Sed nec placet quod *Duar. hoc tit. cap.*2. constitutionibus, querelæ ortum tribuit, quas à iure ciuili distingui scribit *l. inter D. de fidei.* vt nec dicta interpretatio *Vult. ad d. l.* 8. *pr. contr. tnb.* quasi sensus sit; nec iure prætorio, nec ciuili, sed vtroque per hanc succurri, quia & effectus ciuilis hîc pateat, quod intestatum reddit, & prætorius, quod emancipato subuenit. † Rectè itaque *noster*, cui assentitur *Hott. ad pr. I. hoc tit. & disp. de quarta legit. c.* 1. *n.*2. *Hortens. ad d. pr. I. hoc titul. Castillo. quotid. contr. cap.* 19. *numer.*13. *Chiflet. d. cap.*4. Qui & mouetur *l.* 5. *hoc tit.* Verbis: *assiduè soleant* quæ factum & vsum arguunt. Itemque *l.*1. *h. t.* vbi verba nimis mollia: *melius facere*, &c. indicio sunt ll. & iure; eos non arceri, & *Molina. de inoffic. donat. numer.*3. vsu pop. Rom. inductam in linea directa, constitutionibus ad 1. gradum lineæ transuersæ extensam, volens. Quibus non contrarius *Rau. d. cap.* 12. dum prudentum auctoritate inductam, vsuque receptam vult. Quia enim decemuiri; nihil de præteritis, vel exhereditatis definiuerant, prudentes pro auctoritate sua, in ll. interpretatione statuerunt, &c. quæsito colore, &c. *vt lit. seq.*cui consentit *Cont. 1. subsec. lect.*3. *Ant. Fab. v. err pragm.*7. & 40 *err. prag.* 10. *f.*782. Etsi arg. quo *Rau. & Cont.* mouentur ex vocula *inductum pr. I. h. t.*non satis firmum sit. Nam & inducta dicuntur, quæ ex ipsis legibus aut duodecim tabulis *leg.*1. *de vsucap. l.*1. *ad exhib. l. Lex naturæ* 24. *de stat. hom. Cuiac.*14. *obs.* 14. Sicuti & aliud cuiusdam amici nostri, quia fictiones Iurisconsultorum propriæ sint, ad quod citat *Hopper. libr.* 2. *de iur. arte.* Quod si lege, aitis, aliqua inducta querela, non colore aliudè quæsito opus, sed solius legis vigore, rescindi deberet. † Nam immò aliquarum fictionum leges ipsæ auctrices, vt L. Cornelia, & Publiciana quoque actio aliunde quæsito colore nititur, quæ prætoria est, nec prudentibus originem debet. q *Apulei.* 2. *apol.*2. Lege testamentum: si quid *quasi insana* scripsit, &c. *Briss. libr.* 5. *Formul pag.*383. Quia verò color, hic, ex interpretatione, cuius non eadem omninò vis, quæ legis ipsius, idcircò, vti furiosi testamentum ex 12. tabulis ipso iure nullum, ita hoc iudicum sententia rescindi volucrunt Iurisconsulti *Rau. de aucl. prud. c.*12. *Gouea. 1. var. lect.*3. *numer.*14. Sic & publiciana colore vsucapionis instituitur, & qui, capti ab hostibus hereditatem adspirat, colore nititur, ac si hora captiuitatis iste decessisset *Gilken ad. leg.*1. *C. h. tit. num.*4. r *Petr. Gregor.*44. *Synt* 4. *numer.* 4. peccat contra naturalem omnium rationem, immò naturam ipsam, qua & feræ suos diligunt, ac nutriunt. † *Hott. ad pr. I. h. t.*affectum humanitatis pretermittere, & ex ea parte, quòndam mentis, errore effectum videri. Sic *Valer. libr.*7. *cap.*8. Eburiæ, quæ duarum similis probitatis, filiarum alteram solam instituerat, tabulas *plenas furoris* vocat. Verbis tamen temperatis, quoad potest, vtatur conquerens. Nam, *vt Quintil. lib.* 7. actor in eo, quod factum est, liberum habet impetum, sic tamen, vt factum accuset, ipsius patris tanquam valetudine lapsi, mi-

sereatur, vide *Conna.*9. *com.*8. *numer.*1. s Proinde intege. s adhuc & necessarius vsus querelæ. Nec restrictus, nisi in eo quod hodie querela negatur, vbi olim competebat, aliquo scilicet in legitimam relicto, quod eam non adæquat, vt *j. h. cap.* Non verò vbi olim querela, hodie ipso iure nullum testamentum. Vt valdè peccent, qui vnico casu in linea directa, superesse volunt, si ritè exheredatus, causam exheredationis falsam esse, quæratur, vt *Mynsf pr. I. h. t. n.*8. *Molina de inoff. donat. num.*9. & *seqq.* Magis verò, qui in vnico casu fratrum præteritorum. Non enim probabile est, tot iura antiqua ita tacitè, & quasi per saturam abrogata esse; Cum Iustin. familiare sit, ne si quid innouatum vult, id taceat, vid. *Vvesenb. ad rubr. C. h. t. numero* 22. *Conna.*9. *num.* 3. & 4. *Duaren. hoc tit. cap.*3. *sub fin. Gilken. ad l.*30. *Cod. hoc tit. Ant. Fab.*14. *err. prag.*7. t debitum naturale *leg.*36. §. *vlt. Cod. hoc tit.* Et simpliciter debitum *Nou.*18. *pr.* portio substantiæ *authent. nouiss. C. h. t. Claud. Band. tr. Legit. cap.*2. *numer.*2. *Chiflet. de port. legitim. cap.*2. *Petr. Gregor.*44. *Synt.* 5. *numer.*4. Vnde Dd. vulgò comparant æri alieno; Tametsi viuo patre non debeatur, *Ex communi Vasq. 1. ill. contr.*37. *numer.*2. *Coler. decis.*39. *Mynsf.*4. *obs.*25. *Fr. Sarmient.*2. *select. interpretat.*7. *num.*4. & 5. per *leg.*8. §. 15. *hoc tit. leg. vn. verbo tanquam Cod. de his qui ante apert. tab.* ita scilicet vt tunc præstanda sit Debetur verò, vt relinquatur. Vnde non verè sed quasi debitam dicit, *Padilla ad l.*3. *Cod. de Iur. & fac. ig. num.*32. & *seqq.* Tametsi *Vacon.*6. *declar. c. vlt.* dominiumque verum, licet non plenum, legitimæ, viuo patre, filij esse pluribus contendat u *Non.*1. *præfat.* §.2. ibi tanquam secundum ipsam naturam debeatur, & *cap.*1. §.2. Sed *Chiflet. de port. legit. cap.*3, *sub fin.* malè sic vocari, contendit. Quia non quarta sola, sed tota kereditas, iure naturæ debetur. Et eum adoptiuis quoque, hæc competat, s. *h. c. tit.* C. iuri naturæ adscribi non debere, alioqui & inconcinna esset appellatio legitimæ. Ergò, inquit, vt cæteri quadrantes, determinationē sumpserunt à iure ciuili, ita & hæc est portionis naturalis particula, lege taxata. Et ita tutissimè statui puto, quoad rem ipsam ac substantiam quidem esse iuris naturalis: Ratione autem quotæ, quantitatis, modi, taxationis vel definitionis, iuris ciuilis, vt *Roderic. Suarez in repet. l.*32. *Cod. hoc tit. in declar. legis Regni Limit.*2. *numer.*3. *Vult. in* §. *pen. I. hoc tit. numer.*1. *Cuiac. in Nou.*18. *Bron. 1. misc. aff.*34. *Ant. Guib. qq. iur. cap.*15. *num.*24. & *num.*27. Quod sic declarat *M. Anton. Cuccb. in auth. nouiss. C. h. t. in pr. num.*7. Quod obligatus quidem iure naturali pater, vt aliquid filio relinquat. Cur autem potius quadrans, triens, vel semis, quam alia portio relinquenda sit, ad ius naturale nihil spectat. Hoc enim, arbitraria solùm legislatoris mediocritate probari potest, cum si aliam assignasset, fortè quintam, eadem quæstio, cur non quarta, &c. superesset. *Forcat, sparâ legali numero* 20. † Plenius sic explico. Iure naturæ, debetur hereditas tota liberis, sed ab intestato. Eodem iure naturæ conceditur disponendi de rebus suis, licentia Durum esset, hanc facultatem in persona parentum nimium circumscribit: Durum itidem permitti, vt exclusis iis, quos natura veluti constituit, alieni heredes adsciscantur. Hic itaque leges sese quasi medias interponit, temperantes, tum effusam testandi licentiam, & extraneos profusionem, certisque limitibus cohibentes; tunc etiam modum statuentes eorum, quæ liberis necessariò relinquenda; prospicientes pariter liberorum necessitati, & parentum iuri, liberoque arbitrio, quorum testamenta turbari verant, legitima relictâ. Atque ita *iuxta l.*6. *de I. & I.* cum, addito aliquo, vel detracto iuri naturæ, ius ciuile efficiatur, rectè hoc modo legitima dicetur iuris ciuilis. Quod & ipsum nomen conuincit. Sic enim legitimum dicitur, quicquid à lege, siue institutum siue etiā definitum est, vt pluribus similibus probat. *Vvesenb. ad authnouiss. C. h. t. nu.*2. *add. Rainald. Cors. 1. indagat.*18. Iam verò apertè Iustin. *l.*36. §. 1. *C. h. t.* portionem hanc legis, & suam cõstitutionem definiuisse. Quæ expeditiora puto, ad tollenda dubia, quàm si inter ius naturale, & causam, seu rationem naturalem distinguamus, vt *Claud. Battand. tractu legitimæ c.*1. *nu.*3. *Per. Greg.*44. *Synt.*5. *n* 10. *Goth. Anton. disp. de legitima th.*2. *lit. B. A. Fab.*74. *erro prag* 5. *Menoch. casu* 149. *nu.*12. *Vvesf. ad d. auth. nouiss. numer.*13. qui iuris naturæ esse scribit, secundum quid, ratione causæ & naturalis rationis, id suadentis. Et verba *secundum naturam, &c. d. Non.*1. & 2. exponunt Bart. & *alij* quodam instinctu, & impulsu naturæ, *refert. Suarez d. limit.*2. *n.*2. qui & ibidem *n.*5. differentiam inter rationem, & ius naturale reprobat, cum, ratio naturæ, sit lex naturalis, &c. † Prioribus cõsequens est, saniorem interpretum earum sententiam esse qui augeri, minuique sanè legitimam iure ciuili, vel municipali posse largiuntur, ceu

varia

variationes legum antiquarum, ac diuersæ definitiones conuincunt & *facit Nou.*101. *cap.*4. Tolli autem penitus non posse. Quia ius ciuile, vt non per omnia seruit iuri naturali, ita in totum non recedit, *d. l.*6. *de Iust. & Iure* nec ordinem naturæ, qui hic est, vt liberi succedant parentibus. *c. Ius naturale dist.*1 prorsus inuertere potest *l.* 1. *de vsuf. ear. rer. Chiflet. de port. legit. cap.*16. *Roder. Suarez. d. limi.*2. *numer.* 6. *Maretus tract. quartar. cap.*13. *numer.*3. & *seqq. Rubeus ad l.*14. *hoc t. cap.*2. *numer.*26. *Albert. Brunus Comm. super statut. exclud. famil. art.*1. *numer.*5. & 6. *Coler. decis.*286. *numer.* 10. *Moller.*3. *semestr.*5. *Fachin.*7. *contr.*31. Quæ & receptior, ac æquior opinio vocatur à *Mynsing.*5. *obs.*43. *Gail.*2. *obs.* 122 *num.* 11. & 13. (vocante contrarium statutum, aduersum legi naturali, diuinæ, Canonicæ, & ciuili) quam vsus probat *Modest. Pist. cons.*1. *obs.*122. *numero* 5. *vol.*2. quam quæ curia suprema Imperij, pluries secuta est, *testibus iisdem Mynsf. & Gail.* vt & Rota Romana *decis. Rot.*17. *in antiquis* & probata quoque in parentem legitima *Mynsf.*6. *obs.*44. vt & sanxit Augusti. Sax Elect. *Nou. sua* 12. *p.*3. Diss. *post relatos à Gail. d. obs.*122. *numer.*6. & à *Cuccho in tract. de legitima ad auth. nouiss. Cod. hoc tit.* §. *legitima nullum grauamen admittit numer.*70. *pag. mihi* 389. *Sichar. ad d. auth. nouiss. numer.*6. *Petr. Gregor.*44. *Syntag.*5. *numer.*12. & *seqq. Trentacinq. de subst it. p.*11. *cap.*9. *numer.*22. *Rainaldus Cors.*1. *indagat.*28. *Eman. Costa ad. c. si pater de testamentis. in.*6. *p.*3. *v. priuare non possit numero* 42. *Fr. Sermient.*2. *Select. interpretat.*14. *nu.*6. & 7 *A. Fab.*25. *error. prag.*3. & 74. *error. prag.*7. quia, ait, in ius succedendi omne, in legislatorum arbitrio varie imminurum, & immuratum est, omni tempore. Sed g. nunquam tamē lata lex est, quæ liberis hereditatē paternam prorsus tolleret *Chiflet. d cap.*16. nec vlla gens tam barbara, nisi penitus degeneret ab hominis natura, *Battand. tract. legit. cap.*1. *numer* 9 Moribus sanè Arragonum vetustissimis, filios exheredes facere, nulla causa prolata, parentes possunt, *testantib. Sarmiento dict. cap.*14 *num.*6. *Ioan. Mariana libr.*2. *de Rege & Regis Inst. cap.*3. *p.*35. *Monter. decis. Arrag.* 33. *Choppin. de priuileg. rustic. lib.*3. *p.*3. *cap.*11. *p.*322. sed & idem antiquo Rom. iure licuit, antequam vsus querelæ inualuit Nec ideo tamen legitima, tunc liberorum nulla, verùm ea de parentum propensa affectu, benigna suspicio fuit, vt nunquam, nisi mala meritos successione excludere censerentur, quomodo & Plato hanc facultatem parenti tribuit, vt filios obsequentiores redderet, credens nimirum patrem eo iure, vix, vnquam abusurum. Obiicit. *Petr. Gregor.* Præscriptio est iuris ciuilis. Præscribi autem legitimæ petitioni potest. E. Resp Per ὑστερον: Præscribi rei vindicationi potest, cum res vsucapitur; Anne ideo dominia iuris ciuilis, & anne ideo in totum tolli possunt. Non hic quæstio, nobis vllóne modo fieri possit, ne filius legitimam adipiscatur, sed an legibus ita caueri, vt nullo modo, etsi sibi ipse vigilet, adipisci queat? Et miror quomodo hæc vana argumentatio imposuerit viro, cæteroquin sagaci; Actioni, quæ datur, ad legitimam, seu ex causa legitimæ, præscribi potest. Ergo & legit statuto tolli. Perinde est, ac si, sic argueres: Actioni ex vendito, quæ ex causa venditionis competit, præscribi potest. Ergo & venditio ipsa, iure municipali tolli. Obi. 2. *P. Gregor.* Ex & dicto paterno, in crimine maiestatis, priuantur filij legitima *l.*5. §.1. *C. ad l. Iul. Maiest.* Resp. Non negandum aliquo casu, ex legis dispositione filios legitima priuari posse, Sic enim, & ex delicto proprio, si in parentem iniurius, aliamve iustam exhereditationi caussam præbuit. Aequè enim exhereditatio, vti legitima, à iure naturali, & gentium est *Forcat. dial.*36. *numero* 4. Et ibi quoque delictum, quasi proprium, quia paterni criminis exempla metuuntur; vid. *P. Theodoric. disput. crim.*5. *th.*6. *lit. R. ibique citati.* Adhæc de capacibus successionis quæstio nostri intelligi debet. De incapacibus enim ex. g. filiis, in seruitutem redactis, vel deportatis, quæri nequit, cum supponendi sint termini habiles Ad *d. l.* 5. §. 1. filium perduellis, omnis, omninò successionis, etiam extraneorū penitus incapacem reddit. † Supperiora ita declaranda, si lex municipij filio ab intestato nihil omnino tribuat? Veluti si primogenito totam hereditatem patris attribuat, vid. *Tiraq. de iure primoge. qu.*4. *numer.*12. & *seqq.* & *qu.* 5. Vel si omnia bona vxoris, marito superstiti, exclusis liberis, cuiusmodi statutum Fribergæ, vibe mihi natali, quondā extitit, sublatum ab Electore Augusto anno 1576. *Moller.*1. *Semestr.* 29. & *ad d. Nou. Sax.* 12. *numer.*4. ? Item si filias extantibus masculis penitus remoueat, etiam indotatas. Secus si aliquid succedat loco legitimæ; veluti dos, si filiæ dotatæ excludantur à successione, prælatis filiis, fauore familiæ, & agnationis *Gail. d. obs.*122. *numer.*12. Etsi ea minor sit legitima, iure commu-

ni statuta, *Menoch. casu.*149. *numer.*2. & seqq. vid. *Ioan. Campezius Com. in statut. exclud. fœm. quæst.*6 †. Planè qua ratione vulgò nituntur, quod legitima loco alimentorum succedat ex *Nou.*18. *cap.*3. Ideoque non magis tolli possit statuto, quàm alendi necessitas, adeò efficax non est, vt & agnoscit *Suarez d limit.*2. *numer.*2. quia hanc ipsam subrogationem fecisset ius ciuile: vnde licet id tolleret legitimam, non tamen alimenta. Ac immò neganda subrogatio hæc, & comparatio alimentorum sæpè fallax. Alimenta, non nisi egentibus debita; legitima etiam filiis, iam ante habentibus vnde se exhibeant: illa à viuo patre præstanda; hæc post mortem: illa fratribus egenis absolutè debentur, hæc tantum; sub conditione, turpis instituti *Petr. Gregor. d. cap.* 5. *num* 11. *Chiflet. de port. legit. cap.*9. & *cap.*15. *pag.*837. *Ant. Guibert. qq. iuris cap.*15. *num.*26. *Cagnol. in l. fin. C. de pact. numer.*292. *Vvesenb. ad auth. nouiss. Cod. h. t. num.*13. & *num.* 28. x *Nou.*1. *præfat.* §.2. verbis: necessitatem, lex, imponit & *leg.*36. §.1. *C. hoc tit.* & dicitur deferri ex legibus *l.*6 *pr. circa med. Cod. de secund. nupt.* lege decreta *Nou.* 18. *c.*1. *in fin. Rain. Cors.*1. *indag.*28. *numer.*13. *Chiflet. de port. legit. cap.*3. Nec probanda ratio notationis, *Battand. d tract. legit. cap.* 2. *numer.*1. quod à lege nobis innata, & congenita, ratione scilicet naturali. Vti nec alia, *Hortensij ad pr. inst. hoc titul.* quod loco legitimæ, quæ ab intestato competeret, posita, nec alia *Goueani* 2. *var. lect.* y *l.*31. *Cod. hoc titul. leg.*5. §.3. y *Cod. ad leg. Iul. maiest. Nou.*66. *in præfat. Chiflet. dict. cap.*3. qui & ipse, ex sententia, & interpretatione legis Falcidiæ, hanc inductam scribit, quomodo in simili tutela legitima patronorum, & parentum. Non verò ex ipsa l. Falcid. vt *Duaren. hoc tit. cap. vlt. in fin. Gon.*2. *var. sect.*1. qui inde legitimam dici vult, & *Balduin.* quem insectatur *Cont.*1. *subsec. lect.*3. *num.*4. 1. quin vetercs, non negligentes in iis, quæ è liberis nostris peti possunt, omnes vno ore, quarum naturæ, vt à Falcidia, & aliis quartis discerneretur, vocarunt, 2. Quia in *d. l.*8. §.9. argumentū à Falcidia, ad hanc ducitur. Adde quod Falcidia, & legitima in multis differant, de quibus M. *Mantua de legit. filiorum pag. m.* 1094. Item quod iure veteri, legitima quouis tempore relinqui potuit, Falcidia semper hereditario iure habita *Hott. disput. de quarta legit. cap.* 1. *numer.* 5 Denique ex *Chiflet. d.* 10 quod Augusti temporibus quibus Falcidia lex lata, nondum legitimæ quantitas definita, vt argitur ex iis quæ *Seneca.* 1. *contr.*28. Quibus & reuincuntur *Cont. d. cap.*3. *numer.*2. & *Rauar. de aucl. prud cap* 12. & *Hortens. ad pr. Inst. hoc tit.* putantes eadem iuris parte, qua querela, & hanc inductam, Quod eodem tempore, quo de inofficioso agi cœptum, inualuerit simul exceptio: Si non quarta debitæ portionis, ad eum peruenisset. Nam immò legitima à lege. Querela à moribus, s. *h. c. lit. P.*2. Querela antiquior, cuius mentio etiam tempore liberæ Reipub. vt *in exemplis Valer. lib.*7. *cap.*7. & 8. legitimæ mentio tantum, post Augusti ætatem. Non obstat quod dicatur ius antiquum, respectu legis Papiæ *l.*1. §. *vlt. si à par. manum.* Resp. enim sic dici, comparatione, prætorij edicti, quo pater, ex cõplo patroni, admittitur, contra tabulas emancipati *Chiflet. de port. legit. c.*4. sed nec ex constitutione D. Marci hæc ortum habet, vt *Vult. in pr. I. de SC. Orphiciano numer.*1 *post Cuiac* 3. *obs.*8. *motum loco Nicephori* 3. *Eccles. hist.*3. Quem repellit *Rau dict. cap.*12. & *Chiflet. d. tr. cap.* 3. quia diu ante definitam fuisse, probatur ex *Plin.* 5. *epist.*1. Et quarta D. Pij, qui Marco anterior, ad huius exemplum inducta videtur. Quin etsi à constitutione esset, eidem tribueretur. Nomen autem indicat à lege esse. Nec ex lege Glicia, vt idem Cuiac. retractata priori sententia ad 3. *sent. Pauli tit.*8. §. *pen.* & 14. *obs.*14. & *ad. Nou.*18. & 14. *qq. Papin. ad leg.* 15. *hoc tit.* Quem refellunt notata s. *h. c. lit. P.* z In filiis z verò decurionum, & filiabus quæ his nupserunt, auctior legitima, nimirum dodrans *d. Nou.*18. *cap.*2. & *Nou.*38. & *Nou.*89. *cap.*5 *Nou.*101. *cap.*3. & 4. Iure Regni Castiliæ, testantibus passim Hispanis Dd. *Castillo de vsuf. cap.*45. *nu.* 13. & *contr. quotid. cap.*13. *nu.*9. *post plures citatos Fr. Munnoz. de Escobar. varia. comput. t. c.*3. legitimæ iure, sunt omnia bona parentum, excepta quinta parte, de qua sola, testamentum disponere licet. † Probe verò hic notandum, quod euenire potest, vt si quinque sint liberi in diuisione semissis, plus ferant, quam si quatuor intrierent. Pone hereditas 1200. si 4. liberi, triens efficit 400. vnde cuique 100. Sin 5. liberi, ex semisse, qui habet 600. quisque consequitur 120. *Claud. Battant. tr. legitimæ cap* 4. *n.*6. *Chiflet. de port. legit. cap.*6. *fin.* datum hoc censens multitudini liberorum, cui iura multum fauent. Quod *A. Fab.* 11. *err. prag.*9. ceu omnino à ratione alienum exagitat, potuisse huic absurdo occurri scribens, si casu quo 5. liberi media portio inter trientem, & semissem,

forte

forte quincunx, aut paulo maior, statuta esset. Nec probari potest, quid *Maret. tr. Quartarum cap. 9. num. 3.* in æ qualitatem ideo tolerari, quod inter trientem, & semissem, nullus sit alius medius numerus, quo, secundum portionem, commodior fieret assignatio, proinde id naturæ vitium esse, non legis † Olim autem indistincte quadrans erat, non attento liberorum numero §. *vlt. I. h. t.* Nepotes autem, vbi in stirpes ab intestato succederent, iure repræsentationis, vt sit coniuncti patruo, item si ex duobus filiis præmortuis, ex vno plures, ex altero pauciores, spectatur numerus parentum suorum; filiorum defuncti, in quantitate legitimæ. Vt, ex gr. etsi quatuor sint ex vno, tres, ex alio, triens debeatur, non semis. Vbi verò ex vno præmortuo filio quinque vel plures nepotes, quia non adsunt patrui, nec patrueles, cum quibus concurrant, legitima eorum, est semis, quia proprio iure in capita succedunt, & filiorum appellatione veniunt, ac de his quoque *Nou. 18. cap. in fin.* disposuit *Trentacinq. libr. 1. pract. resol. titul. de legitima resolut. 3. numer. 4. Cucchus tract. de legit. ad auth. nouiss. Cod. h. t. §. legitima quomodo sit quota, &c. sub fin. pag. m. 49. Marc. Mantua ead. tract. vers. quarto dubitare p. m. 1136. Coras. ad l. filium 24. C. Fam. erc. tit. Legitima num. 81. Vvesenb. in d. auth. num. 34.* Quod probe notandum, quia contra videri posset. Sicuti & contra nititur *Vasq. q. 50. numer. 6.* quod absonum sit, vt ipse, non nisi trientem consequi potuit, semissem transmittat. Aucta verò, inquit, & horum legitima *d. c. 1. in fin.* sed ex persona parentum, vt & eorum in capita successio, his accepto ferenda. Verum ex priori opinione, indicarum refert *Beust. ad l. 1. de iureiur. n. 159.* † Sed num exheredati, vel qui aliàs deficiunt, faciunt numerũ reliquis, in legitimæ taxatione. Pone: quinque sunt filij: vnus iustè exheredatus, vel deportatus. An computabitur fratribus, ita vt legitima sit semis, an verò illa triens, ac si hic numquam fuisset? *Chiflet. cap. 7.* posterius probat, siue lex, & ius excludat deficientem, vel incapacem faciat, quia impunè præteriri potest, vt si filia dotata, statuto, à successione remoueatur: siue factum: & siue id filij, ac idem, si aut reus criminis, deportatus, quia pro mortuo est, item si efficaciter renunciauit *arg. l. 2. pr. & §. 1. de bonor. possess. sec. tab.* siue testatoris, qui ritè exheredauit, cum exheredatus, pro mortuo habeatur. Cumque partẽ fratribus non faciat, vt putat *Chiflet.* vid. *not. 3. c. 9. lit. A.* ideo nec numerum. Et cõsentit *Cucchus de legit. d. §. p. 41.* Ac facit, quod ratio augmenti legitimæ hic deficiat, quæ in *Nou. 18 in fin præfat.* Ne si plures filij, eadem parte contenti esse debeant, quia pauciores, reddantur fortè pauperes, qui viuo patre idonei. *Rubeus ad l. 14. D. h. t. cap. 15. num. 3.* (qui fusè hac de re, & impedite tractat. *d. cu. 15.* & seqq.) *Ant. Quetta Cons. 39 & seq. Ang. Matthæus. libr. 2. de via iuris cap. 23. Barthe Kellembenz. de renunc. succes. quæst. 37. a. 11. & seqq.* † Videtur mihi decisio quæstionis, pendere, ex illius decisione, de qua hoc capite infr. *lit. Dd. & cap. 9. lit. A. vbi not.* Nam si quidem, & quando deficiens faciet partem, necesse est, augeat numerum. Exemplis hæc facilius declarantur, quam verbosâ oratione. Pone: In hereditate sunt 1200. Quatuor liberi. Vnus exheredatus. Hic si partem facit, nec sua portio fratribus accrescit, euenit, vt fratrum reliquorum trium singuli, iure legitimæ, consequantur tantum 100. æquo, ac si frater concurreret. Qui, si partem non faceret deficiens, singuli habituri essent 133. $\frac{1}{3}$ Iam pone in eadem specie. Sex sunt liberi. Duo ritè exheredati. Hi, si partem faciunt, pariter & numerum augent, quia legitima semis, reliquorum quatuor fratrum cuique obuenient 100. totidem quot habituri, si exheredati ipsis concurrissent, vt ita, casu fratrum aduerso, nec iuuentur, nec lædantur. Quod si partem quidem facerent, in distribuenda, sed numerum non augerent, in computanda legitima, eueniret in proposito, vt fratrum aliorum quisque iure legitimæ, haberet tantum 66. $\frac{2}{3}$ si nempe propter horum defectum aliàs semis futurus, $\frac{1}{3}$ 600 complectens, nunc essent quadrans, 400. continens Quæ ipsa 400. in 6. partes diuidenda forent, dæque deficientium, non accrescerent fratribus, sed heredi scripto Proinde casus fratrum aduersus, his fraudi esset, odioque fontes insontes prægrauarentur. aa Consentiunt, quoad parentes. *Maret. tr. quartar. cap. 8. n. 7. Vvesenb. ad auth nouiss. C. h. t. numer. 35. Sich. in d. auth. num. 12. Fachin. 4. contr. 28. Gilken. in d. auth. nouiss. num. 21. M. Mant. ibid. pag. 1125. Afflict. dec. 204. numer 4. Ant. Fab. 11. error. prag. 9. Trentacinq. 1. prag. resol. titul. de legit. resol. 3. numero 16.* Quæ crebrior opinio est, *fatente Ant. Rubeo ad l. 14. h. t. cap. 2. numer. 27.* Qui tamen nec temerè inde credit, vt & *Battand. tr. legit. cap. 4. num. 31. M. Ant. Cucchus de legit. §. parentum legitimæ an auctæ, numer. 6 p. 307. & seqq Coras. ad l. filium 24. C. Fam. erc. titul. Legitima numer. 88. Vaud. 1. quæst. 50. Bronc. 1. miscell. assert. 36.* Mouentur 1. quod inscripto Nouella, de solis liberis concepta. 2. Quia ex contextu passim apparet, ad hos solos pertinere, præcipuè *d. Nou. 18. cap. 2.* ibi de ingratis filiis, *&c. at cap. 3.* Quod ratio augmenti *allata, in præfat.* Parentibus non conueniat, cum in his ita plurium concursus, extendeque partibus hereditariis imminutis, inopia, non ita, vt in liberis formidanda sint. 4. Quod correctio iuris antiqui, non nisi expresse fiat, nec per coniecturas, ac productiones ab interpp. inducenda sit. 5. Denique quod *Nou. 22. cap. 48. in fin. Nou. 92. pr. & Nou. 39. cap. 1.* quæ incrementi huius mentionem faciunt, de solis liberis loquantur. Plura pro hac opinione petere licet, ex *Goth. Anton. disput. de legitima th. 5. lit. B.* Ad *d. cap. in fin. B. Vaud. omnes* intelligendas esse scil. liberos viteriores filiis, & filias quoque si de matris successione agatur, & *Cucch. d. lo. numero 7.* Omnes scilicet descendentes, Verba enim ex proximè præcedd. restringenda, & *Rub. d. cap. 2. numer. 27.* quibus dabatur querela, iure naturali, alias in fratribus quoque aucta esset, quod falsum. † Sed huic obsistant ipsa verba: *quibus quarta ratio de inofficiosa lege decreta est.* Et dura est, ac coacta nimis vniuersalis voculæ *omnes* restrictio. Quare à priori non recedo, ac ad rationem contrariam 1. *&* argum. fallax esse, Inscriptiones sæpe, à potiori. Crebrius autem est, parentibus liberos superstites esse. Quo, & 2. ratio corruit. Ad 3. Resp. cessante causa impulsiua, non ideo dispositio, &c. *& facit L. 10. pr. h. t.* Ad 4. Resp. claris nos verbis niti *d. c. 1. in fi.* Accedit quod tralatitium sit, regulæ correlatiuorum locum quoque esse, in correctoriis *Sich. d. loc. num. 13.* Itemque quando duo, vel plura, in ll. antiquis æquiparata, mutato vno, aliud quoque censeri *Sich. ibid. numero 14.* Ad 5. Resp. *in dd. Nou.* obiter tantum mentio incidit. Nec à positione vnius, ad remotionem alterius, inde tenet illatio. † Quoad fratres, consentiunt *Cuiac. in Nou. 18. Hottom. disput. de quarta legitim. cap. 4. numero 19. Trentacinq. lib. 1. pract. resolut. tit. de legit. resol. 3. numer. 5. Ant. Fab. 11. prag. 9. Fachin. 4. contr. 28.* & rectè per *d. cap. 1. in fin.* Qui diss. duarum, sunt partium: Priores legitimam fratrum agnoscunt, sed adhuc quartam esse, non trientem, vel semissem contendunt *Vvesenb. in d. aut. nouiss. numer. 12. & numer. 37. M. Mantua ibid p. 1126. Maret. dict. cap. 8. numer. 9. Vaud. d. qu. 50. Rubeus 8. numer. 27. Beust. ad l. 1. de iurei. numer. 165.* vsu ita seruari scribens *Cagnol in l. 1. D. h. t. numer. 12.* & alij laudati à *Fachin d. c. 28.* moti *d. c. 1. in fin.* verbis; ab initio, quæ exponunt, iure ordinario. His verò non iure ordinario, nec ratione naturali, sed per accidens, odio infamis personæ instituræ, data olim querela. Sed Resp. *Fachin.* ab initio, id est, iuxta ll. priores *l. 21. l. 27. C. h. t.* Posteriores, nec locum huic quæstioni esse reuntur, nec vllam fratrum legitimam agnoscunt, sed, etsi tota ea, aut amplius quid relictum sit, odio tamen turpis heredis instituti, totum testamentum, querela euerti volunt *Castr. & Salic. in l. 27. C. h. t. ref. Rod. Suarez. in repet. l. quoniam 32. C. h. t. it. in Euidentialibus numer. 12.* Et probat *Battand. tr. Legitimæ c. 9. n. 12. Sic. ad l. 27. Cod. hoc tit. n. 10. Gomez. 1. resol. 11. nu. 37. Vasq. l. 1. de succes. event. §. 10. n. 381.* & seqq. *& relati à Castillo contr. quotid. c. 19. n. 16. Chiflet. de port. legit. c. 12.* quia nusquam ait, fratrum legitimæ mentio. Nec exinde fuisse conuinci, quod querela his data, quia hæc legitima antiquior, vid. *not. §. lit. Y* Quin odio instituti, totam hereditatem illi auferri. Quam eandem rationem quoque, in ascendentibus, & descendentibus, sequendam eo casu, putat arg. *l. Pacouius. 3. pr. si à pat. manu.* Hunc casum, in parentum, & filiorum personis, definitum non esse, ob præsumptam eorum pietatem: Exempla verò non deesse *Valer. lib 7. c. 7. Sic & Sich. in leg. 6. Cod. hoc tit.* tradit hoc vno casu, filio instituto, in legitima, querelam tamen dari, si ei, in reliqua hereditate turpis persona coheres adscripta; veluti concubina? Et *Molina. de inoffic. don. nu. 71.* Quod & rationem habere; vtut iure defendi nequeat, censet *Cucchus de legit. §. vlt sub fin.* ne deterioris conditionis sit filius, contra testamentum patris, quam pater contra filij, *d. l. 3. pr.* Sed hæc reprobant *Suarez. d. loc. n. 13. Vvesenb. ad d. auth. nouiss. n. 94. 1. per leg. 30. pr. Cod. hoc tit.* ibi: vel aliis personis, quibus eadem actio. Ergo quibuscunque olim querela fuit, hodie actio legitimæ. 2. Quia & fratrum legitimæ mentio *Nou. 1. in præfat. §. vlt.* † Ad *d. l. 3.* & *Suarez. ibidem n. 15.* Casum diuersum esse; Cum de patre, non quouis, sed emancipati, eodemque in totum præterito, loquatur. Quæstioni verò de quantitate; quartæ locus est, aliquo in testamento relicto, an scilicet quartam expleat, an repletio petenda sit, &c.

add.

add *Cagnol. ad h. t. numer. 10. Io. del Castillo contr. quotid. cap. 19. n. 19.* & seqq. *quæ plenissimè hinc quæst. excutit. Matt. de Afflictis decis. 204. Thesaur. Decis. 128. bb.* Quare, qui à successione intestati exclusi, fideni, & à legitima *Pet. Heig. parte 1. quæst. 65. number. 11. P. Greg. 44. Synt. 5. numer. 1. post alios Tiraq. de iure primig. quæst. 55. numero 9. & seqq.* nisi nominatim lex legitimam excipiat; vt *leg. 5. §. 3. C. ad L. Iul. maiest. Nou. 115. cap. 3. §. 1. & auth. ſi qua mulier in fin. Cod. de SS. Ecclesiis. Chiflet. de port. legit. cap 2.* Quamquam, hæc per se vera, sed vix regulæ exceptio statui debet, aſt potius dicit *in d. §. 3.* ad partem solam vocati filias in *d. cap. 11. §. 1.* reliquæ hereditatis delatæ prius, & æquisitæ partem, hac sola relicta, auferri; *in d. auth. ſi qua* non tam à successione arceri liberos, quam nullam esse successionem quæ deferri possit per *authi. præced.* Vt ita perpetua sit regulæ veritas, quia toto sublato, partem vtique vna tolli oportet *Tiraq. d. lo. numero 10.* Et necesse est, vt prius quis sit capax habendæ *A. Fab. 12. err. pag. 5.* Ideòque Monachis ordinis minorum, hæc non debetur *Cucchus §. legitima quomodo sit quota num. 35. pag. m. 23. Chiflet. cap. 9. sub fin.* siue iure communi, siue municipali, vel statuto, nisi hoc specialiter, legitimam seruet. *Chiflet d. c. 2. Tiraq. d. quæst. 55. Heig. post alios quæst. 142. 5. numero 25. Ant. Fab. 12. err. prag. 6.* Vtsi fœminæ repellantur à exstantibus masculis. Ersi de hoc variè controuertant, & in contraria propendeant. *M. Ant. Cucchus d. lo. pag. 23.* & seqq. *Mar. Mantua de legitim. filior. pag. m. 1137. & seqq. Vvesenb. ad auth. nouiss. Cod. hoc titul. numero 19. & seqq. Rubeus ad l. 14. li. 1. cap. 2. numero 11. Albert. Brunus comm. super statuto exclud. fœm. art. 9.* Modo ligitimum id sit, & iure validum; iuxta ea quæ *s. h. c. lit. V.* Quare statutum generale, quod non apertè remouet, sed tacitè à successione liberos, alios vocando, ex. g. coniugem superstitem, hanc interpretationem rectè accipiet, vt tamen liberis, legitima; salua sit, quò absurdum euitetur *Vvesenb. cons. 24. numero 3. Pingon. qu. 29. Coler. decis. 57. numero 54.* Quia nec si claris verbis, à legitima ipsa, hoc casu arceret liberos, earenus valere deberet *Facit Nou. Elect. Sax. 12. p. 3.* Idem in statuto, vocante fratres defuncti ambilateres, præ parentibus; quod intelligitur, salua parentum legitima *Mynſ. 6. obſ. 43.* siue etiam ex pacto suo, & renunciatione generali successionis paternæ, quando ea valida, aut rectè, contra *Dd. A. Fab 12. err. prag 5. add. Cothman. iur. Resp. 99. numero 53.* & seqq. *Tiraq. de iure primigen. quæst. 55.* & confirmat *Harr. Pist. libr. 4. quæst. 6. numer. 15. & seqq.* Dissentit *post alios Mynsing. 1. obser. 34. & Ludoc. à Peguera decis. 138.* † Quæ verò viuenti nulla successio, consequitur nec legitimam, à parte filium: iure desiderare, de quo bene *Chiflet. c. 15. Pinell. in leg. 1. Cod. de bon. mat. p. 3. n. 75. Cucchus §. Legitima an augeatur numer. 5. & seqq. pag. 213. & seqq. Battand. cap. 8. numer. 10. & seqq. Vasqu. 1. ill. contr. 37. Moll. 3. semestr. 6. Padilla ad leg. 3. Cod. de iur. & facti ig. numer. 32.* Tametsi statutum, vt ex maleficio filij teneatur pater, condemnationi satisfacere, vsque ad rationem legitimæ tenere, plerique statuant, *teste Padilla d. lo. numero 34. M. Mantua ibi. pag. 1097. Cucchus d. lo. numer. 13. & quos. citat Moll. 3. semestr. 61.* (vbi limitat *numer. 14.* nisi ex filio qui deliquit, nepos superstes) cuiusmodi tamen statutum Baldo iniquissimum vidum, *teste Mareto. tr. Quartarum cap. 9. num. 19.* Et quæ pro filio, ita soluit pater necessitate coactus, in legitimam imputantur? ex communi *Trentacinq. lib. 1. pract. resol. titulo legitimæ resol. 8. num. 18.* Non æquò, si ex voluntate, quia causâ pietatis facere censetur. Vid. *Io. Gutier. in repet. §. sui I. de h. qual. & differ. numero 39.* Legitima, quando fisco debeatur, ex delicto filij, vid. *Horat. Carpan. in cap. omnium nouar. Constat. Mediolan. numer. 245. & seqq.* Quamuis item, & alios casus excipiant, quos petere licet; ex *Barr. Gregor. 44. Synt. 5. Sich. ad l. 6. C. hoc tit. num. 5.* qui eos reprobat. *Chiflet. d. cap. 15.* Planè si libeat patri in vita, assignare legitimam filio, licet vt inf. *lit. Sf.* Quid si monasterium ingressus pater? Dissident hic interpp. vt vtra receptior opinio sit, dignosci facilè nequeat, teste *Vasq. d. cap. 37. numero 30.* quem adi & *Maret. tr. Quartarum cap. 10. numero 2.* (quid statim deberi vult) *Chiflet. d. cap. 15. pag. 837. & seqq. Cucchus d. §. numero 17.* & seqq. *Mantua d. lo. pag. 11. Gutier. 2. Canon. q. 1. numer 75. & seqq. Goth. Anton. disput. de legitima th. 2. lit. G. Vvesen. in auth. nouiss. C. hoc tit. numero 81.* qui generalius ciuiliter mortuo patre, non ante legitimam deberi, quam morte naturali secutâ. *per auth. ſi qua mulier C. de SS. Eccles.* Confer. *Robert. 4. rer. iudic. 16.* ee Quando tamen nulli ab intestato successuri, nisi quibus ius querelæ, vel legitimæ petendæ, nil eorũ refert, vtrum, dicas esse quotam bonorum omnium quæ pro rata, inter plures distribui debeat; vt *§. vlt. I. h. t.* an verò partis, ab intestato debitæ, vt *l. 8. C. h. t.* Vtroque enim sermone, idem significamus. Refert vero multum, quando aliqui, ab intestato successuri, sed quibus ius querelæ non est, vna cum iis, quibus est. Veluti defunctus reliquit patrem, matrem & fratres. Ab intestato, omnes succederent. Aſt nunc patri soli querela, (ponamus quod non turpis heres, sit institutus.) Quam excludit, legitima relicta. Interest hic, an dicas esse trientem substantiæ, pro rata diuidendum. Sic enim patri obuenirent duæ vnciæ, totidem matri. An verò trientem partis, ab intestato debitæ, vbi quisque parentum, vnciam habebit, & fratres patremeis faciẽt, sicuti facerent, si ab intestato admitterentur, vid. *Chiflet. c. 6 Petr. Gregor. 44. Synt. numero 6. & segq. Vvesenb. in auth. nouiss. C. h. t. numero 36. Tessaur. decis. 172.* dd Planiùs hæc declarata, *j. cap. 9.* vbi vid *notata.* ee Quod testator, cuicunque debuit (nam & posterior creditor, nisi sit ex caussa donationis, legitimam petente potior *Asin. de exsec. §. 7. cap. 15.*) etiam heredi, per *l. 6. pr. l. 8.* ad *l. Falc.* Neque enim confusio, quæ additione contingit, retentionem impedit *Cucchus §. legitima est quota bonorum numero 23. & seqq.* item, quæ ex caussa fideicommissi, pater restituere grauatus, *Cucchus d. lo. numero 22. Chiflet. d. cap. 12. in fin. arg. d. l. 8.* Non verò, quod heres debet, veluti legata, quæ non prius deducũtur, nec legitimam minuunt, cum iis præstandis heres demum, adiciendo, se obliget. Cumque ipsa non debeantur, nisi deducto ære alieno, in ære alieno esse nequeunt *Chiflet. d. cap. 12. pag. 804.* Etiamsi ad pias caussas facta, per *ciuile. cau. 17. qu. 4. Chiflet. d. lo. Cucchus. d. lo num. 28. Annæ Robert. 1. rer iudic. 1.* Aliàs facilis ratio esset fraudandi legitimã. Sicuti & modum fraudandi tradunt, si nempe pater promittat bona sua alteri post mortem, quia erit æs alienum *Sich. ad auth. nouiss. C. h. t. numero 3.* Quod ita admittit M. *Mantua pag. 1196.* Si ex titulo oneroso promittat, ne subiaceat querelæ inofficiosæ donationis, tutam tamen hãc cautelam in animi foro negat, vt & *Cuech. d. §. num. 4.* † Occasione horum quæri potest, num legitima sit, Quota bonorum, an hereditatis? Prius ex dictis inferri videtur. Quia, scilicet hereditas æris alieni, aliisque oneribus obnoxia. Ad legitimam verò non ante peruenimus, quam creditoribus omnibus satisfacto. Ergò ex bonis detrahitur, quæ deducto ære alieno dicuntur *l. 39. §. 1. de V. S.* Ad hæc tempus mortis, in legitima inspicitur *l. 6. C. h. t* nec augmenta, vel decrementa hereditatis, huic prosunt, vel obsunt, vt not. *j. h. c. lit. Zz.* Denique textus in *l. 2. §. 1. Famil. erc.* de quarta D. Bij cuius, quoad hoc eadem ratio. Et quarta bonorum pars hæc vocatur *l. 6. C. h. t.* Et ita *Sich. ad d. auth. numero 3. M. Mantua ibi. vers. notã secundò pag. 1089. Maret. 9. tr. Quartar. cap. 7. num. 6. & seqq Gail 2. obs. 120. nu 3.* (tradens filium in legitima, non esse propriè heredem, nec dici, nisi quoad exclusionem querelæ, & ius accrescendi. Et quia iure hereditario, in ea non succedit, ideo non prohiberi venire contra factum defuncti.) *Vvesenb. in d. auth. numer. 92.* sub *Cucchus in d. auth §. Legitima est quota bonorum*, inde plura inferens *Vaud. 1. quæst. 5. & qu. 52. num. 5. Cagnol in l. 8. §. quarta h. t. n. 11.* & seqq. *A. Faber 14 err. prag. 6 pag. 477. & Cod. Fabriano h. t. de fin. 6. & passim Meno. adip. poss remed. 4. num. 162. Valasc praxi collat. cap. 17. numero 5.* & seqq. *Barthol. Kellenbenz. de renunciat. succes. qu. 73. numero 18. Gilken. in d. auth. numer. 5.* & seqq. ac relati à *Castillo contr. quotid. cap. 13. n. 32.* Et rectè, tametsi hæc maguo errore probari scribat *Chiflet. de port. legit. c. 12.* maximè, inquit, postquam idne nouo titulo institutionis relinquenda. Nam & non tamen necessaria institutio, in aliqua assis parte, sed in quacunque re, etiam minima sufficit, vt *j. lit. Rr.* Ergo eo demum casu, verè heres filius, cum in certa hereditatis quota scriptus, quæ tamen si legitimam non expleat, ex. g. vncia, non in amplius heres est. Nec si heres ei ex deunce adiunctus, is in sextante heres esse desinit, propter repletionem filio faciendam; sed manet heres, ipsiusque onus est supplendæ legitimæ filio, siue onere. Nam quod, Chiflet ait supplementum, seu adiectionem, & accessorium principalis naturam sequi parum vrget, Neque enim, ex hereditate iubetur fieri repletio, sed ex substantia. Quare non spectatur, quid filio desit, ad trientem hereditatis, sed bonorum. Pone: Hereditas continet 1200. Aes alienum absorbet 900. Filius ex vnica scriptus heres, coheredē dato, ex deffice. Hic qui vncia filij 100. & ita trientem bonorum continet, nihil di supplendum, ad trientem hereditatis. Alioqui superfluo nihil proficeret filio, tantum oneraret ad 300. creditoribus pro parte sua exsoluenda, Atqui onerari non debet. Pone item: in ære alieno 600. Hic aliquid supplendũ in vncia, instituto. Aſt non 300.

vt trientem hereditatis habeat, ex quibus deinde 200. creditoribus præstet, sed 100. vt 200. habeat, quæ tertia pars bonorum, sine onere. Quin nec si petens partem hereditatis pro legitima, paratus sit pro ea parte, onera subire, audiri eum Senatus Sabaudiæ voluit *Ant. Fab. d. de fin. 6.* Quod si ex re certa scriptus heres filius, adjuncto ei herede simpliciter instituto ille legatarij loco est vid. *s. lib. 6. c. 18. lit. M. ibique not.* Quare quod dicunt, heredem esse filium, in legitima, sed sibi generis, quia onera non ferat, *Chiflet. d. c. 12.* (add *Fachin. 12. contr. 4.*) id statuendum non in tota legitima, nisi in tota scriptus, sed in parte ea, qua instituitus. Vein priori exemplo, filius heres veres verè ratione vnciæ Onera autem nulla penitus fert Sicuti & si in portione legitima maiore scriptus, ex gr. ex semisse, heres quidem est, ex tota ea parte: At oneribus, non nisi sextantis ratione obnoxius. Nisi solus institutus sit in legitima, vbi reliqua hereditas accresceri, & necesse est vt etiam legitima capiatur, iure hereditario *Cucchus d. §. nu. 41. pag. 70.* Cum eadem res diuerso iure censeri, non debeat. Quo de fusè probè declarans *Tiraq. de Nobil. c. 28 n. 11.* & seqq. *& de retr. lign §. 1. gl. 18. nu. 21. & seqq Meno. 1 arb q. 37. num. 8.* & seqq. *ac recup. poss. remed. 1 num. 56. & 2. seqq.* Diff. aliter *Battand. c. 5. n. 7* & seqq. statuens partem substantiæ, quam & à bonis, & ab hereditate
ff differre vult. ff Vnde via fraudandi filium, si quis præter seruos nihil in bonis habeat, contra quam cautio *in d. §*
gg 9. de quo vid. *Conna. 9. comio n. 2.* gg ita & *Cucchus §. quæ sint imputanda n 1. pag. 135. & §. vtrum data, &c. n. 3. pag.* 147. sequi argumentum negatiuè. Non est ex substantia patris. Ergo non imputatur Non verò affirmatè. Quid de his fusè tractat *d. §. Quæ sint, &c.* ac seq. *& Battand. c. 11. Chiflet. c 14. Vsef. ad auth. nouiss. Cod. hoc tit num. 50.* & seqq. *Trentacinq. lib. 1. pract. resol. titul. de Legitima resol. 5. Rauchbar. part. 2. quæst. 17. Goueau. ad l. 24. C. Fam. erc. Cuia. conf. 24.* qui ea tantum imputari scribit, de quibus specialiter, ex-
hh pressum, de quo & text. *l. pen in pr. C. de Collat.* hh Quam filius habet principali prouidentia §. 3. *in fin. v. iubetur l. leg. 22. D. de adopt.* vid. *Chiflet. c. 1. sub. fin.* Hoc argumento dici potest recte, ab Aug. Sax. Elect. statutū *Non. sua 11. p. 3.* Vtensilia quoque in legitimam filiæ imputari, vbi vid. *Moller. & Rauchb. r. p. 2. q. 17.* etsi obloquatur *Goth. Anton disp. de Legit. th. 4. cap. 4.* ii Diff. *Maret. tr Quartar. c. 16 n. 10 pag.*
ii 140. *Cucchus §. Quæ sint imputanda num 8. & seqq. pag. 138.* seqq non imputari sentiens. siue ab extraneo præstanda sint, siue ab herede. Etsi enim tunc, nullam dilationem patiatur, solutio, superest tamen, ait, ratio, quod non debeat legitima, ab aliena potestate, & quodammodo casu, pendere. Qua & ex ratione, nec imputari censet, etsi data sint, ex substantia paterna, ibid. *§. vtrum data pag 145. & seqq. Chiflet.* vero *cap. 14. pag. 817.* illa non imputari censet, hac ita, vt & *Trentacinq. opin. relatu lib. 1. pract. resol. tit. de Legitima resol. 5. nu. 9.* Certè ratio, Cucchi non stringit. In omnem namque euentum, filio satis prospectum, Nam si heres det, quæ dare iussus, ac conditioni pareat, id consequetur filius. Quod si parere renuat, cessante conditione institutionis filius totam hereditatem ab intestato, habiturus. Quare multo magis eo casu imputabitur, si filius institutus rogatus hereditatē restituere, acceptis 100. tamen & hic diff *Cucchus §. Quibus in rebus, &c. numer. 13. pag. 8.* eò quod legitima à die mortis debeatur, ipso iure nec temporis intermallum admittat, nec à potestate pendere debeat, quodque vocula *ex substantia* causſam proximam, non eam quæ veluti per longam seriem fit, denotet, *l 59. §. vltim de pecul.* kk
kk Diff. & hic *Cucchus §. vtrum data n. 19. pag 154.* Pone: Legatum patri a Titio, si decem dederit filio. Hæc decem ait, etsi ex substantia patris, tamen filius non habet vt filius. nec ex causſa patris, sed ab euentū, & ex quadam causſa aduentitiâ. Quin nec propriè dici possunt profecta, ex substantia patris, qui consequutus est legatum loco decem horum datorum. ll Nbi tamen, si post tempus, restituere grauatus, medio tempore percepti fructus olim imputabantur *d.*
ll §. 11. Quod primò temperatum, quoad liberos, primi gradus *leg 6 pr. Cod. ad Treb l. Pac 3. q 33* postea omninò correctum, per *l 36 in pr Cod. hoc titul.* Vt non imputentur fructus, quia testatoris nunquam fuerunt, ideoque nec ex substantia eius sunt *Cucchus d. §. Vtrum data numer.* 8 & seqq. pag. 161. M. *Mantua vers nota tertio pag. 1091. add. Ilot. 4. obs. 20. Ant. Quetta conf. 23 Fachin. 12. contr. 70. &*
mm *2. seqq.* mm Et ita quod *d.l 12* antiquata sit statuit *Sich. ibid. numer 7. Petr. Gregor. 44. Synt. 5 numer 28. Roder. Suarez. in repet. leg. quoniam 32. Cod. hoc tit. ampliat. 6. numer. 5* Vbi refellit contra sentientes, quos refert & sequitur *Fachin. 5. contr. 27.* Quorum ratio 1. Dispositio *d.l. 32.* inducta ne testamentum euerteretur. Ergo grauamen debet reiici eo casu, quo alias querelæ locus foret. At in specie *d.l. 12.* cessat querela. *Suarez* dispositionem *d.l. 32.* generaliorem esse, quam vt ita coarctari debeat. Cum ratio non vtique restringat dispositionem. Nec ratione eâ sola niti, sed & alia, posita in fauore filiorum. Consulere sanè *d. l. 32.* iis solis, qui vocantur ad querelam: At non in iis casibus solis, quibus vocantur. Cum inter omnes conueniat, conditionem potestatiuam, quoque reiici, vbi tamen iure antiquo, locus non erat querelæ. 2. Obi. Fideicommissum reciprocum non est onus, quia commodum adferre potest. Multaque ratione dubij euentus licita *l si ea 14. C. de Vsur. Tiraq. in l 8. C. de reuoc. don. v. donatione largitus numer. 131.* &c. Etsi ex euentu possit sperari commodum, is tamen incertus, ideoque onus, respectu futuri euentus. Necessariò enim damnum est, ex parte vnius prius decedentis, eo ipso, quia est commodum, ex parte superstitis. Adhæc *in d l 12.* neuter potest disponere de bonis, pro legitima relictis, neque inter viuos, neque vltimo elogio, quod graue onus. Instas. Actus indifferens, qui se æqualiter habet, ad commodum & damnum, neutrum lædit, etsi ex euentu damnosus *l. 11. C. de transact.* &c. Verum hoc in restitutione in integrum, quæ læsionem ab initio requirit *l. 11 §. 4. de minor.* Deinde ibi de remissione spei agitur. Hic species contraria est. nn *leg. 36. §. 1.* nn
Cod. hoc tit. Quâ de re pluribus *Gomez. 1. resol. 11. num. 24. & seqq Couar. in c. Raynald. 18. §. 2. extr. de testam. Ant. Fabr. Gabr. Rom. libr 6. comm. conclus. titul. de Legitima conclus. 1. Gail. 2. obs. 119. Battand tr. Legitimæ cap. 10. Goth. ad Nou. 18. cap. 35. Maret. tr. Quartar. cap. 14.* fusè *Cucchus §. Legit. nullum grauamen pag. 330.* & seqq. *Vasqu libr. 1. de succeff. creat. §. 10 numero 196. & seqq.* fusissimè *Rodericus Suarez. in repetitione d. l. quoniam 32. Cod hoc titul.* sic & quando dos legitimæ vicem subit, pure ea, & sine conditione, debetur, vt & innuba eam transmittat; ac de ea rectè testetur, vide *Rauchbar parte. 1. quæst. 38. num. 37.* † Olim quidem, ex causſa oneris, vel dilationis, si legitimæ incommodo cederet, querela dabatur, cum minus accipiat, qui tardius *Conna 9. comm. 10. num. 1.* Ipso verò iure subducebatur onus, in vna specie legitimæ patroni *l. 18. de leg. 2.* Ratio, quia is per bonorum possessionem contra tabulas non rescindebat testamentum in totum, sed pro sua legitima. Intereat igitur, ipsius potius tolli grauamen, ipso iure. Filio autem expediebat, querelâ vti, ad totum testamentum subuertendum *Gomez. d. cap. 11. num. 24. Suarez. d. repet. in Euidentia lib. numer. 18.* vbi dicit, non quoduis tamen grauamen, remotum olim, ex *d. l. 18* sed fideicommissi, nec cuiusuis sed relicti extraneo, non si liberis liberti, aut parentibus *l. 64. in fin. ad Treb. l. 4. pr. de cond. & dem. vid. § 3. Instit. de succeff. libert.* Quin & hodie tollitur grauamen ipso iure, quod olim querelam non pariebat, vt si filius, qui in potestate, sub conditione potestatiua institutus est, de quo *Suarez ib ampliat. 1.* Male verò *Gou. 1. var. lect. 5. n. 19.* Patrem posse filio, quem in potestate habet, in legitima, post pubertatem, verbis fideicommissi substituere. † Nec iuste dubitat *Guido Pape q. 203.* an quæ per actionem expletoriam, adepti liberi, veniant in fideicommissum vniuersale. Non venire certum est, cum sint pars legitimæ, proinde eiusdem iuris, cuius totum. † Petit, qui filio herede ex asse instituto, alij vsumfructum omnium bonorum relinqui posse. Nam immò nec vsufructus portionis defraudare licet, *auth. nouiss. Cod hoc tit* Nec dici potest, quod quantò plus in proprietate relictum, id compensari debeat, cum eo, quod deest in vsufructu. Nam etsi plus legitima relictum onus, ad vsque eius quantitatem subducitur, ac tenet tantum in residuo *l 36. §. 1. C. h. t. Suarez. in d. rep. ampl. 6.* Quare si vxori, legatus, vsufructus omnium bonorum, ex eo detrahitur triens, etsi, quod olim secus fuerit, argui putent, ex *l 37. de vsufr. leg.* quam correctam statuunt *Cuiac in Nou. 18 pag. 99. Sich. ad d. auth. nouiss. nu. 25. Suarez d. loc. ampl 3.* add. *Gomez. 1. resol. 11. nu. 26. Ant. Quetta conf. 49. Castillo de vsufr. cap. 45. numero 13. & seqq. Moller. 3 semestr. 11. Confer. Fr. Viuius libr. 3 decis. 420.* Sed si conditio aliqua adposita non onerosa filio, sed in fauorem eius, non detrahitur, vt *leg. 25. Cod. hoc tit.* Quam non correctam statuunt Vide *Suarez. d. loc. Limit. 1.* Hinc & prohibitionem testatoris, ne filius alienet bona, donec ad legitimam ætatem peruenerit, valere traduntetiam in legitima, post alios *Barth. Romuleus tr. de testator præceptis bona alienari inhibentibus nu 8.* † Quid igitur, si filius approbauit grauamen? liquidem post mortem, ita ei nocet, si specialiter *arg. l. 35. §. 2. vers. nisi hoc C. h. t.*

Quod

Quod si in vita patris, non nocet, quia & hic rationibus *d. l 35. §. 1.* locus est, de quo multis *Suarez. d. lo. ampliat. 10. num. 27 & seqq.* Planè solo lapsu temporis, grauamen approbatū non censetur (vt nec per approbationem testamenti, in quo onus adiectum *Fachin. 12. contr. 6.*) Nam cum ipso iure subducatur, nulla impugnatio necessaria. Proinde etsi relictum, onere adiecto, simpliciter acceptauerit filius, transmittit tamen, ad suos liberum, sine onere, etsi in totâ vita sua, etiam vltra triginta annos, nullum actum contrarium fecerit, Quanquam enim actio expletoria, triennale præscriptione, collatur, interest tamen, inter id quod deest expletioni legitimæ, & aliud onus conditionis, dilationis, vel restitutionis eidem adiectum. Illic etsi ipso iure non minus fiat repletio, in effectu tamen fieri nequit, nisi petatur. Ergo triennio, eius petitioni præscribitur. Hic verò id non necesse est, quia sine petitione, remoueri potest, eo ipso quod effectus illi negatur. Veluti grauauit filium pater ne legitimam alienet, vel vt in illa frater succedat. Huic removendo oneri, nullo facto opus. Quippe etsi per 30. vel plures annos non alienauit; non ideo prohibitioni acquieuit, cum alienatio res sit meræ facultatis, & arbitrij. Etsi idem non declarauit se nolle, vt frater sibi ex dispositione patris, succedat, non ideò in illis bonis frater, si qui propiores, potiorefve isti heredes, quidquam sibi iure vendicat. In hanc sententiam, prolixo, alt impolito sermone, bellissimè *Suarez. d amp. 10. num. 1. & seqq.* vbi *num. 10.* contra statuit, si filij, vel nepotes testatoris per longum tempus possidentes seruasſent onus adpositum, vnde tacitus consensus arguitur, ceu memorabili facti specie, quam subiicit *nu. 11.*
oo *& seqq.* oo Non placet; Alias penè nulla fideicommissa imputarentur? Quin dilatio hic potius, & dies detrahitur, vt purum reddatur fideicommissum, per ea quæ *lit. praced.* Et imò longè maior ratio, vt hæc imputentur, quam data conditioni implenda causſa, vt S *litt. li.* Aptiùs vulgò accipiunt substitutionem pupillarem, vbi pater filio, vel nepoti impuberi fratrem, vel patruum (suum item filium) substituit. Hic quod ex substitutione acceperit, de bonis pupilli, aliunde quam à parte communi profectis, non imputat, quia etsi ex testamento patris, non ramen ex substantia *Battand. cap. 11. num. 18. Maret. tr. Quartar. cap. 16. num. 8.* Potest & accipi, de fideicommissaria ea, qua pater ab alio grauatus est, filio restituere, siue ab auo forte, siue ab extraneo facta sit *Chiflet. cap. 14 pag 818. Cucchus §. Quæ imputentur. num. 3. & seq pag. 136.* Nam in quibus bonis auitis fideicommissi ius, prætendit filius, ea extra legitimæ portionem sunt: Per fideicommissum namque succeditur ei, qui relinquit, non, qui grauatus restituit. Vera hæc. Sed prior acceptio verbo *substitutionis d. l. 36 pr.* conuenientior, quia
pp absolutè posita, vbique directam significat. pp Neque substitutus heres est prioris instituti, vt in pupillari, sed ipsius testatoris *Maret. tr Quartar. cap. 16. nu. 8.* † *Bart. in l. 91. l. ad Falc ref. Cuccho pag. 169. num. 1.* ideo vulgarem imputari, quia detracta conditione, per *l 32. C. h. t. vs S. litt. Nn.* pura fiat institutio. Quæ reprobat *Cucch. ibid. & Battand. d. cap. 11 num. 29.* Volentes nec hanc imputari, quia etsi reducererur ad institutionem, à testatore tamen, vti substitutio manarit qq Consentit & confirmat *Maret. tr.*
qq *Quartar. cap. 16. n. 9.* Diff. *Battand d. c. 11. num. 31. post Castr.* quia ius accrescendi ex tacita substitutione. Nullam autem substitutionem imputari credit, vt *lit præced* rr Expeditè. Conuenit *Vualch. 1 misc. 9* etsi ad finem capitis valdè nutet, ac hæsitet. *Cucchus §. quo titulo, &c. n 3. pa. 233.* vbi ex glossi. refert posse institui, in duobus nummis & *Sich. ad l. 6. C. h. t. nu. 2.* si vel in vno nummo institutus, excludi querelam & *Meno. adip. poss. remed. 4. nu 123. ac idem Sich. in auth. nouiss. C. h. t. num. 22.* posse in aliqua parte instituī. (Diff. *Hot disp. de quarta legitima c. 6. n. 34* & contra Tolosæ iudicatum refert, *Maret. tr. Quartar. cap. 72. num 6.*) Sicuti hodie sæpè
rr filiæ in dote institiuuntur, quæ pluries non explet legitimam, *& Vigil. in §. non seu pr. l. de exhered. num. 2.* Atque hæc de institutionis titulo, crebrior opinio est, licet in eo, an veteri iure idem fuerit, an non (quod magis puto *l 8. §. 6. l. 25. D. h. t. & simil.*) nonnihil cerneat. Adi præter relatos, *Cuiac. in l. 18. de lib. & posth & in Nou. 18 pragm. 103 Conna. 9. com. 10. num. 2. Mynsi. in §. vlt. l. h. t. num. 3. Vult. ibid. n. 3. Gomez. 1. resol. 11. num. 2. Coraf. ad l Filium 24. C. Fam. erc. tit. legitima num. 82. & seq. Simo de Pratis lib 3. de interpret. vlt. Volunt. interp. 1. dubitat. 1. solut. 1 num. 4. Vasq. 3. ill. contr 106. num. 2.* & seq. & lib. 1. *de succeff. creat. §. 10 num. 189* & seqq. & fusè lib. 2 §. 20. *Requif. 42. &c. Anton. Quetta conf. 26. lo. Gutier. de iuram. confirm. p. 2 ca. 3. Barthol. Kellenbenz, de renunciat. succeff qu. 3. num. 24. & seqq. Tessaur. decis. 58. Sixtin.*

tons. Marp. 19. num. 21. & seq. vol. 2. Balduin. ad §. tam. a. & seqq I. h. t. num. 23. Mar. Mantua in auth. nouiss. C. h. t. pag. 1086. *Gilken. in d. auth. nu 27. & seqq. Moller. ad Nou. Elect. Sax 9. p. 3. Reiner. Bacheu. disp. miscell. c. 16.* Ratio quia titulus hic tum honorabilior, de quo *§. lib. 6. c. 19. l. 1. A.* ibique not. (cum & nota exheredationis, non temere inuri debeat, vnde elogium in testamento scribi, & probari necesse est *Cuiac. in d. l. 18.*) tum ob ius accrescendi, sortior, atque vtilior. Aduersa tamen non paucorum opinio, vid. *Vaud. 1 qu. 5 Forcat. dial. 35. Battand tr. Legitim ca. 9 A. Fab. 13. err. pragm. 6.* vbi audacter nimis, contra ipsum Impp. pugnat *& 33. err. pragm. 3. Goth. Anton. disp. de Legitima th. 2. litt. C.* Quorum rationes expendere institutum non fert. Errorem verò conspicuum errat *Treutl. vol. 1. disput. 13. th. 12. litt. A.* dum has opiniones ita conciliat, quod posterior obtineat, quando causſa exheredationis adiecta, atque ab herede probata: Tum satis esse, si legitima quoquo titulo habeatur. Incommodissime, quia hoc casu ratum testamentum, etsi nihil quidquam, vllo titulo relictum. Frustra verò quæritur, quo titulo relinqui debeat, eo casu, quo nulla relinquendi necessitas. Sed nec conciliatio *Vvesenbecij ad rub. Cod. h. t. nn. 82. & ad aut. nouiss. num. 62.* admitti potest quemuis titulum satis esse ad excludendam querelam. Institutionem verò requiri, ad sustinendum testamentum, Testamentum enim nullum, non ex cuiusuis filij, sed tantum sui heredis, prætereritione, vt *S. lib. 6 cap 13.* † Num verò idem titulus requiretur in parentibus? Et hoc communius est, licet plusculi remittantur) *Sich. ad d. auth. nouiss. num. 12. & seqq. Rebuss ad l. 14. h. t. cap. 2. num. 28. Tessaur. d. decis. 58. Valasc. tomo 1. conf. 61. p 3. Cucchus §. quo titulo paremibus, &c. p. 310. hart. Hartmanni lit. 46. obs. 6. Fachina 4. cont. 30. Quetta conf. 23 n. 6.* Quos sequutus est D Augustus Sax. Elector. *Nou. sua 9. p. 3.* eandemque solennitatem necessariam esse vult, *Gilken in d. auth. nu. 37.* etsi statuto aucta, vel mutata sit hęc portio. Quid si verbo communi testator vsus, dicens se *relinquere*, non adiecto quo titulo? vid. *Gilken. d. lo. num. 39. & seq. Mantua d. lo. pag. 1121.* Apud nos decisa quæstio est, secundum testamentum *d. Nou. Sax. 9. p 3.* Tradit exceptionem *Sich. d. lo. nu. 18.* Si testatus ad pias causſas, alia titulo, hanc reliquit, & nu. 19. & seqq. Si clausula codicillaris adiecta, vel illa vt valeat omni meliore modo *& Cucch §. data inter viuos pag. 205.* vnde Q. quid in testamento inter liberos. vid. not. I. *ca. 8. lit. C.* ss Hinc tradunt, posse patrem, si ss
velit, filio in vita sua legitimam assignare. Quo casu, item-que quando cogitur, ex delicto forte filij vigore statuti legitimam soluere (vid. *S. h. c. lit. Bb.*) spectari tempus, quo præstatur, vult *Vvef ad auth. nouiss. C. h. t num 32. & Mod. Pist. conf. 2. nu. 23. vol. 2.* Vt nec auctæ postea facultates patris, ei prosint, nec diminutæ, noceāt. Quod *P. Greg. 44. Synt. 5. n. 4.* ita statuit, si renunciatio iurata accessit. Et *Cucchus §. Legitima an augeatur. nu. 4.* non negari ei suppletionem, etsi pro modo facultatem, quæ tunc fuerunt, integra persoluta sit, filiusque reliquæ successioni renunciauit, nisi iusiurandum accesserit, & nisi ex delicti, soluta sit add. *Battand. d. 8. nu. 22 M. Mantua in auth. nouiss. pag. 1103. & seqq. Couar. in c quamuis de pact. in 6 p. 3. relict. §. 1. n. 3. A. Fab. 12. err. pragm. 2.* † Quid si hanc legitimam, filius perdidit? Diff. *Cucchus §. potest præterea p. 414.* & seqq. culpáne sua prodegerit, an casu fortunæ aduersa amiserit, add. *Battand. d. c. 8. num. 20. Ant. Quetta conf. 90. num. 6 Fr. Mumnoz. variar. computat. cap. 18. num. 8.* Etsi verò filio, patet viuus, legitimam præstitit, præteritione tamen omnimoda, ciusdem testamentum non minus vitiari verius est, cum institutio omnino requiratur, vt *lit. praced. & ita post Molina. Mynsi. 6. obs. 62.* tt vid. *Chiflet. de port. legit. cap. 14. p. 1124* & seqq. tt
qui rectè, contra Bart semper esse simplicem, ad hoc, ne imputetur, nisi legitimæ contemplatione, celebrata doceatur *Battand. ca. 12. Cucchus §. Data inter viuos pag. 176. & seqq.* Imputari tamen volunt, quæ filiofamilias facta est, quia morte confirmata, vim relicti habeat, *Couar. in c. Raynald. 18. §. 2. extr. de testam. num. 13. Chiflet. d. loc. pag. 828. Cucch. d. §. n. 3. Roder. Suarez. in repet l. quoniam 32. C. h. t. in declar. legis Regni que 5 n. 5.* Contra tamen *Coraf. ad l. filium 24 C. Fam. erc. tit. Legitima nu. 107. & seq.* Et rectè, tum quia donatio simplex indistinctè non confertur, tum quia mens ea, donantis, vt filius præcipuum haberet. Quocirca, quod vim relicti habet filiofam facta, actus validitatem, & confirmationem, non imputationis effectum, concenit. uu siue uu
pater, siue mater dotem dederit. Æquum enim, vt, quæ vicem legitimæ interim tenet, in eam imputetur *Chiffet. cap. 14. pag 816. & seqq.* Idem in paraphernis statuens, si ex substantia paterna, vel materna, quia dotis accessoria. Idemque

in vestibus pretiosis, & ornamentis arg. *l.5.de pecul.l.8.§.2. de pact. dotal. Battand.cap.11.num.7. Coler.decis.62. n.34.& num.45.* vid. *Gutierr.libr.2.pract.qu.19.* & seq. Diss. *Coras.ad l.filium 24.C. Fam.erc.tit.Legitima n.117.* Aliud verò in impensis, in festiuitatem nuptialem *Valasc.de collat.cap.13.num. 55. Coler.decis.62.num.21. Gomez.in l.Tauri 29.n.15.* Neporem item, ex filia mortua, dotem maternam imputare voluit *l.19.C.de collat.* Itemque dotem ab auo datam, si de patris legitima agatur, quia nepti, propter filium data videatur, Vid. *Rauchbar.p.1.qu.18 P.Heig.p.1.qu.24.post. Alciat. reg.1.præsumpt.17.& Tessaur.decis.228.* Quin *Cucch.§. Verùm datam.20* etiam ab extraneo datam, contemplatione patris imputari, vt hoc casu vitietur regula: Quod, quæ non ex substantia patris, non imputentur. Quem de hac imputatione consule, & *Battand.cap.11.num. 6.* & seqq. & *Heig.p.1.q. 24.* Et quod in eo non attendatur tempus donationis, in tantum quantitate legitimæ, sed mortis *Barthol.Bettazol.lib. 1.decis.ciuil.cons.7.†* Idem ius, in dote data, monasterio, pro filia, professente religionem, quæ spiritualiter nubere dicitur *Valasc.d.c.13. n.31.* & seqq. † Obi. Dos debetur filiæ, ex necessitate. Debita non imputantur legitimæ, sed subducuntur. Resp. Rerorqueo. In necessitatibus nemo liberalis *l.18. de adim.leg.* Ergo dotem assignans sub conditione, vel modo. dediſſe videtur, non vt præcipuam haberet, filia. Deinde necessitas ex legibus patri iniungitur, vt dotet, non vt præcipuam haberi patiatur. Solum enim hoc legislator respicit, vt habeat dotem. Obi. Dos haber rationem alimentorum *l.74.§ vlt. de cond. & dem.* Hæc verò non conferuntur, minusque in quartam veniunt. Resp. Dispar hic ratio. Præstatur sanè ratione alimentorum, vt maritus onera matrimonij, inter quæ & vxoris alendæ necessitas, facilius ferat. Sed interest, dierim alimenta, menstruatim, aut annuatim præstentur, vbi consumpta non sunt amplius. An verò certa aliqua summa detur, ratione alimentorum, Vbi de redditibus illius, exhibitio haberi potest, ipsa forte integra. † Plane aliquando dotem non fuisse imputatam arguunt *l.1.& 2.C. Gregor.h.t.* xx Militiæ significantur ex casu, de quibus *Rau.3. conject.3. Cuiac.ad l.3.§.7.de minor. Conna.4.com.15. Charond.1.veriſim.14. Lel Taurel.de Militiis ex casu ad Anton.Auguſt.* Munia imaginaria, vnde certi reditus & pensiones annuæ percipiebantur, quæ vendi & æstimari poterant *d l.30.§ 2.& l.11.D. de re milit.* vid. *l.11.§.16. de leg.3. l.5.cir.fin.C. Qui mil.poſſ.lib.12.Nou.53.cap.5. Nou.97.ca.3. & 4.* Quanquam, sicubi officia venalia, vti in Gallia ferè quæuis, si filiis ea parentes compararint, pretia illorum imputati.rationis videtur. Confer. *Trenta.l.1.pract.reſol.tit.de legitima reſol.n.5.18.Io.Garſia.Gallecus de expenſ.c.4.n.14.* & vid. *Maret.tr. Quartar.cap.16. n.4 pag.152 Ant. de Gamma decis.114.* Sicuti & si pater pro filio expenderit, vt ad Canonicatum admittatur. Quomodo *Valasc.praxi collat. cap.13. num.75*, impensas in expediendis bullis, pro filiis, ad consecutionem beneficij Ecclesiastici conferendas prodidit, nec alienus videtur *Couar.in c.Raynald.18.§.2. de teſtam.nu.15.* Quod non admittit *Cucchus §. data inter viuos nu.36.* quia hoc, nec vendi, nec transmitti potest, *& Gutierr.lib 2 pract. quæſt.65.ac Gomez. ad l.Tauri 29.num.18. Chiſlet.ca.14.pag. 831.* quia eiusmodi erogationes, in peculium quasi Castrense transeant. Certum autem est, occasione veræ militiæ, armatæ vel cogatæ, quæsita, vti Castrensia vel quasi sicuti collatione immunia sunt *l 2 §.15. D. l.vlt. C. de coll.* ita multo magis ab hac imputatione, per regulam *l pen.pr.C.d.t.add. Ant. de Gamma decis.* 140. Quocirca quod dignitatis eius, quæ nec pretio æstimanda, nec in alium transferri, heredemve transmitti potest, nomine, pro filio pater impendit, vt pro gradu Doctoræ, vel Licentiæ non imputatur, per *l.1 §. 16. de collat.* vid. *Chiſlet.d. cap.14 pag 831. Battand. cap 11. numero 34.& e numer.12 14. Coler.decis.62. numar.25. Per. Greg 44. Synt. 5.nu.45 Cuiac.3.obſerv.30.in fin.* Vbi non tempore mihi, quin breui excursione hic notem, nec nouum esse, aut exemplis veterum carere, vt qui Doctoræ titulis insigniuntur, collatores suos, & doctrinæ exploratores modico quodam (tum in pecunia tum in panno holoserico, aliisve munusculis) honoris gratia dato, remunerentur. Quippe hic vetustus mos, omnium penè promotionum. Vt, qui vel magistratum *Cic. pro Cn. Plancio* vel Senatorium munus *l.42. de don.inſ.vir. Nouell.62.§. vlt.* vel sacerdotium, aut præsulatum *Sueton in Claudio cap.9. Apiilei.lib.11. Nou. 56.& Nou.123.cap.3.* vel equestrem ordinem *d.l.42.* nouamve militiam *l.pen.§.pen.& vlt.de leg.1.* aut quamcunque dignitatem *l.40. de don.int.vir.* peterent ac inirent, aut βαθεῖαι, & decuriones legerentur *Plin.lib 10.epiſt.ad Traian 113. l.6.§. de decurion.* Qui denique noui, in ordinem venirent, aut in collegij, sodalitij ve societatem referrentur *l.7.l.11.C. de prox.ſacr.ſcrin, libr.12.tit.19.*, modicum aliquid, pro introitu (loquutio est *Plinij & Suetonij dd. locis ac Scæuola d. l.pen.§.pen.de leg.1.*) collegis, tribulibus, suffragatoribusve suis, a quibus cooptabantur, erogarent. Quæ sportulæ vocatæ *Apulei. libr.7.d.l.6.§ 1. de decurion. l.5.§. pen. de don. ins.vir.d.Nou.62.§. vlt. Alciat.in l.234 § decuriones 5.de V.S.* Et quæ Episcopi præstabant in thronistica, vel, vt *Scrimger. editio habet* enthroniastica, ab ἐνθρονίζειν quod est *sedem ponere:* quæ inferiores clerici *μυσταγωγικὰ* insinuatiua *d.Nouell. 56.* Honoraria decurionatus vocat *Plin.d loc.* Quia honoris gratia præstantur, non ad mercedis satisfactionem, nec qui accipiunt, mercenariam ideò operam præstitisse censentur, per *l.1.Si men.ful.mod.* Quæ fusius, ac studiosius quàm quisquam, scteque, more suo, exsequitur, *Iannus Langl.a.6. Semestr.2.* Atque huc omninò respiciunt *d.l.40. & 2.seqq.de don. int. vir.* quas rectè exponunt *Conna.8. Com.11.numer.5.& Langl.d.cap.2.p.275.* licet aliter *Scip.Gentil.2.de donat.int. vir.4.* Ac, vel inde firmum argumentum, ad propositum nostrum ducitur: Quia ex eo, quod adipiscendæ dignitatis gratia collatum est, non collocupletator iuris, qui accepit. (aliàs nempe donatio coniugalis, rata non foret) à collatione & imputatione hac, immune sit oportet. Eadem ratione, nec alij studiorum sumptus, siue à patre, siue à matre subministrati, *Toming.dec.32. Hartman. Piſt.lib.1.queſt.19 num.2. Gomez. in l.Taur.29.num.16.* nisi credendi animo erogatos, aperte (neque enim ex eo, quod alia bona filij penes se habuit pater, hic animus præsumitur, post alios *Petrus Barbosa ad l.1.Sol.matrim.parte.7. num.28.* etsi contra *Coraſ. ad l. 24.C. Fam.erc.titul Legitima nu.11.*) constet *l.40. Fam.erc.* (quæ de emancipato loquitur, quia de eo maius dubium, vt plerique post alios, *Petr.Barbosa d p.7.num.31.& num.35.*) Idemque de libris dicendum, filij nomine comparatis, arg. *l.18.C. Fam.erc.* vel studiorum, filij causa, etsi nec dum traditi, vt vult *Chiſlet.contra Menoch. & ab eo citatos 3. præſumpt.30.num.22.* & seqq. Maximè si pater is sit, cuius vsui non inseruiunt, vt si mercator, vel rusticus, litterarum rudis: nisi magna inde inter fratres inæqualitas oriatur, quod iudex pro religione sua æstimabit *Menoch. arb.cap.131.* Nec disting. cum quibusdam, num filius, viuo patre, studia compleuerit: *Menoch arb.cap.131.num.3. Trentacinq.* varios casus distinguens *lib.1. pract.reſol.tit.de Legitima reſol.5.num. 19.* quia, vti data cunti ad militiam, Castrensia sunt *l.4. C. Fam erc.*ita, &c. add. pulchrè *Io.Garsia Gallecus de expenſ. cap.4.num.6.* & seq: Et posito, quod non sint, quasi Castrensia, ceu vult *Petr. Barbosa ad l.1. Sol matr.p.7.num.39.* alia tamen ratio subest, præsumptæ voluntatis paternæ, qui cum sciret æque necessarios esse, vti sumptus alios, ex pietate donasse, creditur, vid. *P.Greg.Chiſlet.Battand.dd. locis. Barbosa d.p.7 num.36.& seqq.Toming.deciſ.32.Sneiduin.in §.20. I de act.num.42.& seqq.Valasc.praxit.collat.cap.13.num.69. & seqq.Horat.Lucius priuileg.ſcholar 27.Fopp.ab Aczema 1. diſſert.5.Gomez in l.Tauri 29.num.1.ibique in addit.Didac. Gomez.* Vnde & debita, ex caussa studiorum contracta, viuo patre, ex communi hereditate soluenda arg. *l.20.§.6.& 7. Fam.erc.Petr.Barbosa ad l.7. ſol.matr p.7.num.27.* Ac rectè *P.Greg.d.lo.num.46.* si non in ipsa donatione, (seu dum tradit libros, dum sumptus facit) testetur pater, quod in rationem portionis computari velit, nihil eum agere si posteà, moriens fortè, id caueritquia perfecta semel donatio, posteà modum, vel conditionem non admittit *l pen.C. de don. quæ sub.mo.& Gomez.ad l.Tauri 29.nu.16. in fin.* Planè, vbi certa de imputando, vel conferendo, voluntas patris, hac lege dicta, non ipsi libri conferendi, sed æstimatio fiet *Asin.de exsec.§.7.cap.151.* quanti sunt libri tempore mortis, non quanti empti sunt. *P.Greg. dum.nu.46. Horat.Lucius priuil ſchol. 30. Gomez. ad l.Tauri 29.num.17.* Sicuti & hoc casu sumptus, quos domi pro facultatibus, & dignitate familiæ, impensurus in filium pater, detrahendi *Valasc.d. cap.13.num. 165. Io.Garsia Galleeus de expensis cap.4.num.5.* etsi expresè aliud voluerit, vt *Gomez. in l Tauri 29.num.16. verſ.ſecundò limita* quia in iis, præcisè est debitor à lege, & aliàs esset facturus, qui & pluribus hoc firmat. In qua computatione venient cibaria, vestes, habitatio, medicinæ, & alia *Mantua ſingul.551. & Didac. Gomez, addit. ad d.comm.Ant.Gomez. aui sui num.16.* Obi. Caussa studiorum, & dotis comparantur, Ergo vti dos imputatur & confertur, ita & hæ impensæ: ita sanè arguit & putat *Abel.Straburg. conſ.3. num.46.* Sed præterquam, quod studiorum causa, dote potiori censeatur, *à Rebuffo priuil. ſcholar. 22.* Resp. potest, quod hic dispar ratio, indeque diuersus fauor. Dotis in eo multa priuilegia, vt salua seruetur filia, non ut præcipuæ habeatur, ne dum vt

Inæ-

inæqualitas introducatur, si collatioui eximeretur, & absurditas, si filiæ in alienam familiam transeuntes, plus filiis consequi deberent. Reipub. vtilitas exigit, vt dorentur fœminæ, dotatæque maneant. Hic manent, nec per hanc caussam dos, si legitima maior, filiæ auferetur: (sed tanto minus, ex fequis nanciscetur, quantum nomine dotis, ipsi, quasi prærogatum. At reip. vtilitas exigit, non tantum expendi sumptus studiorum, (sed eosdem nec imputari, nec collationi subiici, quia, aliàs pauciores, studiis inuigilarent. Laudandus pater, qui pietate ductus, vt publicum commodum promoueat, sumptus hos imputari noli vult, etsi de cæteris, liberorum patricordio fit. Non iniuria, ac inæqualitas, si quæ hic oriri videtur, insuper habenda, bona publicæ rationi, cuius causa, semper priuato commodo debet esse potior, & antiquior. Quæ & ipsa facit, vt certis casibus, pater ad eos sumptus compelli possit, de quo fusè & accuratè *Horat, Lucius priuil.ſcholar.16. add Caſp. Schiſordegher.libr.2. ad A.Fab tract.23.q.2. & Mullendorp.libr.1. & Schölast.cap.1. & in qq. Theolog. & Pölit. Regum ac Principum, &c. qu.Ptolomei 41.p.267.& p.280. Petr.Barbosa ad l.1. Sol. matrimparte 7.nu.26.& seqq.* Nec inæqualitas hæc, si Geometricam hic analogiā spectamus, Qui plus potest, aliquando Reip. prodesse, inque id intentus est, maiori fauore prosequendus. Sibi enim imputent cæteri. Quibus si fors eadem ingenij à natura negata est, æquanimiter ferant, nec potiorem fratri sortem, inuideant. Non ita probandus pater, qui si (vt verba hæc, à *Valerio lib.7.cap.8.* mutuum) plures habeat simillimæ probitatis liberos, animi sui inclinatione potius prouectus, quam vllis aliorum iniurijs, aut huius officiis, commotus, dotem filiæ immodicam constituit, vtque præcipuam habeat, cauit. Nam si caussa dotis fauore digna, ea cæteris liberis communis est. Quando omnibus, exæquo debetur dos filiabus, itemque donatio propter nuptias filiis, (cuius eadem præstandæ necessitas *l.vlt.cir.med. C. de dot. promiſſ.*) Iam si eximatur oneri collationis, dos vni præstita, cedet ea res in fraudem dotis, alteri prestandæ, quæ vel nulla ea ratione, vel minor redderetur. Atqui interest Reip. magis, ut dotem consequantur qui adhuc innubi, vt conditionem commodius quærere, & inuenire possint, quam qui nupti, vbi finis illius fauoris iam obtentus. † Quin imò, si ad liquidum rem exigimus, nec multum diuersa hic dotis, & studiorum caussa. Vti enim dos non confertur, nisi exstet & salua sit filiæ, vel dolo eius, culpave factumue sit *Nouell.97. cap.6. Anton. Quetta conſ.90.n.5.& 6.* ita, quam pecuniam, pater filio tribuit, in studiis versanti, illa iam consumpta est, nec quidquam inde ad filium, quod permaneat, rediit. Nec eppisse videtur, vere, cuius retinendi nulla spes. Quod si perditè prodegerit, inque prauos, ysusiinsumpserit. collationem tunc, & imputationem admitto *arg.l 1.§.23.l.1.§.2. de collat. cum Coraſ. ad l.filium 24. C. Fam.erc.tit.Legitima num. 111. Hart.Piſt. lib.1.qu.19.n.7. Sneiduin in §.20. I. de act nu. 44. Io.Garsia Galleco de expensis cap.4. num.3. Petr. Barbosa ad l.1. Sol. matrim p.7. num.64.* reprobata opinione *Anton. Fabr. 41. err.pragm.7.* nec si credendi animo filiofamilias pater dederit imputari censentis, siue bene, siue malè consumpserit. Nam nec priuilegia, caussa studiorum concessa planè incertibus, & socordibus, nec nisi nudum nomen fibi vindicantibus prosunt. Cum generale sit, priuilegio alicui negotio, aut muneri indulto, non fruatur, nisi qui & quandiu se in eo exerceret *l.5.§.3.& § pen, de iure immunit.l.6. §.14. de excuſat.* non qui sub nudæ appellationis velamine, vt loquitur *l.9.C. de ſacroſ.Eccleſ. Tir.aq.tr. Ceſſ. cauſſa num. 213.& 2.seqq. Euerhard.in loco ab Etymo num.14 Rebuff. priuil. Schol.165. Coler. de Proceſſ.exſec p.2.c.3.n.142. Barbosa d. lo.n.62.& seq. Euerh.Speckhan.cent.2.cl.1.q.15.* yy Quæ an & olim fuerit, vid. *not S.h c.lit.K.* Atque hæc actio expletoria principaliter inducta, ad tuenda & sustinenda extrema elogia, vt Imp. innuit *d. l.30 pr.* Vt defuncti famæ, & existimationi parceretur. Vtque impudentiæ filiorum occurreretur, ob minimum quid, quod deesset, iudicia parentum, euertere nitentium. Qui sæpè, errore lapsi, in facultatibus suis æstimandis, paullò minus reliquisse, videri possunt. *Molina.de inoff. dona.num.6 Cucch.§.vlt.nu.6.pag.421. A.Fab. 14.err.pragm.8.* Quibus consequens alucinari *Barr. & qui eum sequuntur Guido. Pap.& qu.82. Cuiac.conſ.60.* dum actionem hanc, quia successerit in locum querelæ, eiusdem tempore, quinquennio, concludi autumant. Quos merito noauant, & ab iis recedunt *Hot.5. obſ.12. Balduin. ad §.tam a. cum ſeq. l.b.t.num.13. Chiſlet.de port.legit.cap.16.ſub.fin. Gomez.1.var. reſolut.11.num.23. Vſef.in auth.nouiſſ.C h.t.nu. 2. Mynſ.2.obſeru.72. Gail.2.obſ.120 num.7 & seq. Ant.Fab.d. arr.2. Buſius ad l.8.§.6.h. t. Fachin. aliis citatis 12. contr.9. Decian. vol.1.Reſp.54.num.38. Barthol.Kellenbenitz. de renunciat.ſucceſſ qu.25,num.9. Cucchus§. Legitima nullum grauamen 94.pag.403. Petr. Gregor.44 synt.4.n.17.* Longe eccnim alia, natura querelæ, hinc inde ferme communis illi, cum hac actione, quæ & aliunde oriitur, & aliò tendit. Et vt sufficat illi quis largiretur, inauram tamen eius non imitatur, sed contrarium effectum habet: illa verecundiam testatoris lædit, clementiæ arguens, hæc pudori parcit, illa conuellit testamentum, hæc confirmat proinde fauorabilior. Illa exhæredato datur, hæc instituto. Quare & huic, more aliarum actionum non nisi triennio, præscribitur. Nec firma illa consecutio: succesit in locum, &c. Actio de dolo, olim annalis, hodie biennalis. Suffecta tamen eidem in factum, actio perpetua, *l.28. de dolo.* Quare nec iura est media Angeli opinio *in l.8.§.10 h.t.* putantis, si filius per quinquennium hac non egit, non quidem sibi præiudicasse, si diutius viuat, sed si moriatur, heredem eius arcere. Quam per nouiores, reprobari, testis est *Roderic in repet.l.quoniam 32.C. h.t.ampliat.10 numer.6 per l vn.Cod vt act. ab her & contr.* Nec alia *Marci Martuæ in auth.nouiſſ. Cod.h. titul. ſub fin.* Bart. opinionem tunc admittentis, cum filius in re certa institutus, coheredevniuersali adiuncto. † Quænam verò hic actio? Ex testamento, vt vult *A.Fab d.err.8.* quia etsi detur ad plus, quàm testamento relictum, id tamen omne, ex tacito iudicio, pro eo habeturiac si testamento datum esset, *Facit l.3 C.h.t.* quia plus dictum, minus scriptum videtur *Cuchus in pr.num.8.* quòdque deest, ipso iure accrescit *Vasquez 3. ill.contr.106. numer.41.* vel inquit Faber condictio ex lege quasi ex testamento. Et *Vuef d. num.83.* triplici hic actioni ex testamento locum dat personali, reali & hypothecariæ, *ac Molina.d.tr.num.9.* qui præterea concedit iudic. Fam. erciſc. per *l.2.§ 1. Fam.erc.* & petitionem hereditatis (quam tamen hic, non admittit *Curt.Sen,conſ.13.nu. 11.*) de quo, & contra quos hæc competat, quando contra legatarios, (seu quando legata, per legitimam minuantur,) quando contra tertium possessorem, &c. adi *Mol. 1.obſ 22.& diſp.de quarta legitimaria cap.7. & seq. Coraſ. ad filium 24. Cod.Famil.erc.tit Legitima num 138 & seq. Chiſlet.cap.15. pag.839.& seqq. Battand.cap.16 & vltim. Cucch.§. Legitima eſt quota bonorum numer.11. p 61.& numer.17. & seqq. item §. vtrum contra legatarios pag.112. & seqq. & §. Quærendum pag.411. & seqq.* Et quod eadem petitio parentibus idem *§.vltim.num.7. & 8.* † Quid si pater filium iustè contentum esse rebus assignatis, & vetuit plus petere? Tunc quoque huic expletoriæ actioni locus, non verò querelæ, aut rescissioni testamenti *Nou.115. cap.3 pr.* Tametsi, Bart. contra consuluit, teste *Cuccho §. Quam etiam num.2 pag. 418.* Quod & *A.Fab.d.err.8.* probat, Imp. ipsum oppugnando, quia indignus sit cui subuenias, qui vtrò periclitari voluit, & in leges, naturamque ipsam offendere. Quodque absonum sit aliquid, contra enixam testatoris voluntatem, deberi ex testamento. Sed mittamus hæc. † Ex quibus verò rebus decerpatur, & de quibus persolui debeat legitima, ne hic plenis prolixus sim, remitto ad *Battand.cap.6. & 7. Chiſlet.cap.12. Vuef.in auth.nouiſſ. Cod. hoc tit.num.42. & seqq. Maret.tr. Quartar. cap.15. Valasc.praxi partit.& collat.cap. 18. Anton. Quetta conſ.19. & conſ.90. Menoch.arb.cap.163. Fachin.4. contr.23. fusè Cucchus §. Quibus in rebus pag.77. & seqq. Rodet.Suarez. in repet.l.32. Cod.hoc titul. ampliat.11.* Statuunt verò quod in pecunia non relinquenda sit, ac si in ea relicta, id ceu grauamen subduci, Quod *ex l.36. in fin pr. verbis: ex ſubſtantia*, absurdè probari contendit *Hotom.4. obſ.19.* quia substantia ibi, non opponitur pecuniæ, & nominibus, sed substantia filij, siue aduentitiis lucris, &c. add. *Coraſ.ad l.filium 24. Cod.Famil.erc.tit.Legitima num 87.& seqq.* zz De renunciatione legitimæ, siue viuo patre, siue ex eius, quæ iam competit, remissione, ne nimis hic immoter, consule *Chiſlet cap.16. pag 45. & seqq. Anton. Fab.14. err. pragm 9.& 10. Trentacinq.lib.1.pract.reſol.tit de Legitim. reſol.4. Tiraquell. de iure primigen quæſt.55 Cucch. § Legitim. null.grauamen num.46.* & seq pag.378. & seq. *Suarez in d.l. 32 ampliat 9* aaa Vulgò contra sentiunt, quia tempus moraaa tis, in ratione eius inеunda, spectandum *l.6.C. hoc tit.* non augeri legitimam, iacenti hereditati quid accessit, nec minui, si decessit, vid. *Sicm.ad d.l.6.num.3. Gilken.* ibid. *Chiſlet.cap.8. Cucchus §. Legitima an augeatur pag.207 & seqq. M. Manua pag.109.& seqq Fachin.4.contr.26.*

CA-

CAPVT V.

Testamenta à querela immunia.

2. CIrcumstantia (cõnecte cum c. præced. lit. N.) PERSONA TESTATORIS: SI NON PRIVILEGIVM ILLI, VT EIVS TESTAMENTVM, QVERELÆ NON SVBIACEAT: VT IMPVBERIS sic vocatur, subſtitutio pupillaris, vid. S. *lib. 6. ca. 25. lit. E.* vbi nec matri querela *l. 8. §. 8. h. t.* vbi ratio, quia pater, hoc ei fecit *l. 8. §. 5. h. tit.* quæ ratio ſic declarãda: Quia cum ipſe, id non cõdiderit, nec iniuriam iis, qui queri volunt intuliſſe, videri poteſt. Accedit, quod hîc color, & prætextus, quod non ſanæ mentis fuerit teſtator, locum non habeat, ex eadem ratione quæ in *d. §. 8.* Nec fratri, quia filij teſtamentum eſt, *id eſt*, iniuria præteritionis, nata quidem à patre, ſed non de ipſius, aſt de impuberis hereditate agitur: a ET MILITIS, etſi iure communi factum *l. 9. C. h. t.* etiam filiifamilias de caſtrenſibus *l. 24. C. h. t.* Et hodie quidem ETIAM filiifamilias TOGATI *l. vlt. C. h. t.* in quo tamen hoc diſcrimen. Filiusfam. armatæ militiæ, retiner hoc priuilegium, vt ſine metu querelæ teſtetur, poſtquam paterfamilias factus. Datum enim hoc ei, vt militi: Quare nec aliter amittit, quàm ſi factus veteranus *l. 8. §. 3. h. t.* alióve modo, miles eſſe deſiit. Togatæ verò quandiu in poteſtate patris: Hac liberatus, ſicuti peculium habere deſinit, ita & in eo, hoc priuilegium amittit, quamuis idem miles maneat *d. l. vlt. §. vlt.* Neque hoc priuilegium militibus, iure nouo adeptum, licet ita videri poſſit, per *Nouell. 115. cap. 4.* quæ ſtatuit, non licere liberis, in bonis de quibus teſtari poſſunt, parentes prærerite vel exheredare, niſi ex iuſtis cauſis. Quæ & cum generalis ſit, milites quoque tum patresfamilias tum filiosfamilias cõtinere videtur. Et *Accurſ.* ſanè, ſibi ipſi non conſtat, magis tamen putat ius vetus corrigi in filiisfam. ſolis & omnibus, cum de Caſtrenſibus, vel quaſi teſtantur *& Bart. in auth. ex cauſſa. C. de lib. præt. n. 13.* b Cur verò ad filiosfam. potiùs, quàm ad patresf. milites, generalia verba *d. c. 4.* pertinere ſtatuant, non expediunt. Sed nihil nouatũ eſt, quia, ex perpetuâ interpretationis lege, verba generalis conſtitutionis, ita accipienda, ne ſpecialibus aliis legibus derogent *l. 80. de R. I.* Etſi hæ tempore priores *l. 26.* & *ſeqq. de ll.* cum correctio, nõ niſi ſpecialiter fiat. *l. 32. in fin. Cod. de appell.* [vid. *ſup. lib. 1. c. 13. lit. L.*] Neque ſic nihil noui diſpoſuit *d. c. 4.* ſed hoc, quod exigit à liberis, cauſſas certas exheredationis parentum, &c. Id, quod vnum ibi definire, Imperatori propoſitum. Nec obſtant verba *d. c. 4. à rebus propriis in quibus habent teſtandi licentiam*, quaſi non aliis, quàm filiifam. militibus conueniant, cum in his ſolis, diſtinctio bonorum cadat. Aduẽtitiorum, de quibus teſtati non licet, & Caſtrenſium, de quibus licet. Nam & è patribusfam. multi ſunt, qui de bonis propriis teſtari nequeunt, impuberes prodigi, &c. vid. *ſupr. lib. 6. c. 6.* Aliàs certè, à ſolis militibus filiisfam. exigeret *d. c. 4.* ne ſine iuſtis cauſſis, exheredent. c Planè filiisfam. Eccleſiaſticis, quibus æquè tributum, vt de rebus acquiſitis, ceù quaſi caſtrenſibus, diſponant, hoc tamen ius ademptum ſpecialiter. *Nou. 123. c. 19. auth. presbyteros Cod. de Epiſc. & cler.* d ex ſingulari ratione, quia pietatis, & charitatis officia hos maximè, & præter reliquos, decent. Quæ tantùm abeſt, vt obſtent, vt eò ipſo in aliis, ius vetus relictum, eſſe argumẽto ſint *l. 12. pr. de iudic. & ſimil.* maximè cũ *d. Nou.* Eccleſiaſticis hoc ſingulariter tribuat, vt bona vndecunque quæſita, atque ita etiam aduentitia, iure quaſi caſtrenſis peculij habeant. Ergò non alienum, vt quibus hac parte, plus aliis tributum, aliâ parte, ad ius commune, priuilegio minuto, reuocentur. Sed hoc priuilegium illis, QVOVSQVE MILITES SVNT. Ceſſat, ſi deſierint. Hinc contra veterani teſtamentum querela datur *l. 8. §. 3. h.* qui ſcilicet emeritis ſtipendiis, militiâ miſſus *l. 2. §. 2. de his qui not. infl. 1. C. de excuſ. veter. l. pen. C. Quan. prou. non eſt nec.* e Magis igitur ſi aliis de cauſis militiâ miſſus. Idemque in filiisfam. togatis militibus, ſi hâc militiâ defungi cœperint. Neque enim hoc ita peculio, quaſi caſtrenſi datum, vti militiæ ipſi, id eſt, filiisfam. qui ſalaria publica percipiunt *d. l. vlt. in fin. pr. C. h. t.* Quare quod in *§. 1. d. l. vlt.* habetur, omnes qui peculium quaſi caſtrenſe habẽt, de eo teſtari poſſe, ſine metu querelæ, intelligè, ſi adhuc opera publica militent. Reipublic. In quo *Accurſ. & Bart. ad d. l. vlt. Cod. & l. 8. §. 3. D. h. tit.* filiisfamil. etiam hoc munere defunctis idem tribuentes, falſi ſunt.

NOTATA.

a *Conna. 9. comm. 9. n. 6.* Quia, ait, in hac querela, non teſtamentum ipſum, iuxta iuris regulas conditum, ſed teſtantis factum, improbatur. Hic autem, nihil iniquè fecit impubes, add. *Duar. h. 3. c. 17.* Et facit hoc teſtamentum pater filio, non ſuâ, ſed legis auctoritate, quæ patri confidit, ob affectũ, quo filios proſequi creditur *Battand. tr. Legitima c. 16. n. 15. & ſeq.* vbi *n. 13.* in tacita pupillari contra ſtatui. Sed *Chiflet. c. 10.* parem eſſe vtriuſque effectum. Quod & verum eſt, vid. S. *lib. 6. c. 6. lit. c ibique not.* Crebrius quoque hoc protenditur ad quaſi pupillarem, quæ vulgo exemplaris, illius imitatione inducta, *Battand. d. c. 15. nu. 18.* Nam *L. 9. C. de impub.* tantum de legitima filiorum loquitur *Chiflet. c. 10. p. 789.* Nec audiendus *Petr. Grangian paradox. ca. 53.* qui matrem excluſam à querela, per pupillarem, non excludi à petitione legitimæ, quod factum alterius, alteri nocere non debeat, quodque nemo plus facere queat, in iniuriam alterius, quàm is cuius nomine facit. Tametſi curia Burdigalæ legitimâ matri adſignauit, *teſtante Mareto tract. Quartar. cap. 11. n. 16.* Et probante, quod non firmum argumentũ à querela deſinente ducatur, cum condictio ex lege ſuperſit. b Ac hodie militare teſtamentum querelæ ſubiacere, ſtatuunt. *Duar. ad h. t. D. c. vlt. Rubeus ad l. 14. D. h. t. in pralud. n. 7. Vult. in pr. l. n. t. n. 7. Cucchus in auth. nouiſſ. C. h. t. Coraſ 6. miſc. 11. n. 4. Vueſ. ad rub. C. h. t. nu 49.* Sed noſtro conſentiunt *Forſt. de iuriſd. Rom. libr. 1. in l. 7 Romuli n. 42. & ſeqq. Fachin. 6. contr. 74.* qui tamen militaria tantum testamenta hodie, à querela immunia ſtatuit, quod videtur *Gilken. in auth. ex cauſſa C. de lib. præt. num. 34. & ſeqq.* c Rectè: Nam ſi verba *in qnibus, &c.* ſolis filiisfamil. conueniunt, ad illos ſolos reſtringenda erit tota diſpoſitio. Vnde abſurdum, quod filio, qui non eſt in poteſtate, liceat parentes exheredare, &c. Aut ſaltem, non ſine vitio, de his definire Imp. omiſiſſet. d Itaque horum teſtamentum querelam ſubiacent *Fachin. 4. contr. 75.* Etſi quidam id negent, ſed petitionem tantum legitimæ parentibus horum concedant, vid. *Forſt. d. lo. num. 41. & num. 46.* e vide *Conna. 9. com. 8. n. 10. ſub fin.* qui vult, etſi iure militari valeat teſtamentum, intra annum, pòſt miſſionem, querelæ ramen, & tunc ſubiacere; quia non de viribus teſtamenti hic diſputetur, ſed factum, pietati aduerſum inceſſerus.

CAPVT VI.

Amiſſio huius querelæ.

3. CIrcumſtantia (vid. *ſupr. c. 4. lit. H.*) PERSEVERANTIA QVERELÆ: SI NEC AMISSA SIT, VEL FACTO eius, cui competit, VT REPVDIATIONE *l. qui repudiantis 17. D. h. t.* poſtquam delata eſt, per ea, quæ *ſupr. lib. 7. cap. 4. lit. A. & c.* ſiue rebus integris, priuſquam illam moueret, ſiue ordinata ea, litem deſeruerit *l. 8. §. 1. l. 15. §. 1. h.* Niſi id fecerit deceptus mendacio heredis *l. 21. pr. h. t.* vel vanis promiſſis, ſi pacto tranſegit, nec heres fidem præſtat; tunc enim, in integra eſt querela *l. 27. pr. h. t.* vbi tamen, ſi ante repetitam querelam deceſſerit, heredi eius non datur, quia non præparata, non tranſmittitur, vid. *infr. h. t. lit. H.* ſed actio de dolo *l. 6. C. de tranſact.* a ET AGNITIONE IVDICII DEFVNCTI *l. 8. §. 10. l. ſi ponas 23. §. 1. l. vlt. h. t.* quia & hæc ſpecies quædam repudiationis, cum ſemel probatum, improbare non liceat *l. 9. de*

neg. geſt. c. qui ſemel de R. I. in 6. Olim quæcunque in re etiam legatis, ſi vt ſibi relictum peteret *l. 10. §. 1.* aut alij relictum, nomine eius peteret, vel defenderet, aut à legatario relictum acciperet *l. pen. §. vlt. l. vlt. h.* b vel mortis cauſſa capionibus *d. l. 8. §. 10.* NVNC TANTVM, IN INSTITVTIONE HEREDIS; ſi ſcriptum pro herede agnouit; verbis aut facto, vt ſi res hereditarias emat, conducat, defuncto debitum hetedi ſoluat *l. 23. §. 1. h.* ſi conditionis implendæ cauſſa, ab herede accepit *d. l. 8. §. 10.* In legato verò nunquam agnitio ſola, querelam hodie excludit. Nam aut ſibi legatum agnoſcit, & excluditur ſanè, ſed non agnitione hac, quia petit, vel accipit, verum ipſo legato. Excluderetur enim, etſi non agnouiſſet, cum cui, vel minimum relictum eſt, nõ habeat, niſi actionem ad ſupplementum *l. 30. C. h. t. ſup. cap. 4. lit. T.* Nec dici poteſt querelam amiſiſſe, cui nunquam competit *l. 83. de R. I.* In quo triplex iuris veteris & noui diſcrimen: 1. Olim licebat repudiato legato, ſi id legitima minus, agere querelã, hodie non, ſed ad ſupplẽtionẽ *d. l. 30. 2.* Olim legatum agnoſcens excludebatur, non ſolùm à querela, ſed & omni alia petitione, hodie petit, quod e deeſt legitimæ. c 3. Olim agnoſcens, quod reſtituere iuſsus, poterat queri *l. 10. in fi. h.* hodie non, ſed onus de legitima, & vſque ad eius modum, ſubducitur *l. 35. C. h. t.* & ſic pro ſimplici legato: Aut alteri legatum agnoſcit, vt ſi ei adnocatum ſe præbeat *l. vlt. pr.* aut ſi d ab eo, res eadem huic legata, aut ſi illi heres *l. pen. § . pen. l. vlt. § . vlt. h. d.* d Ac etſi olim querelam amitteret *d. l. vltim.* hodie ſecus, mutata iuris veteris ratione. Nunc enim teſtamento, quoad inſtitutionem euerſo legata ſubſiſtunt. Ex duobus itaque diuerſis, quorum vnum ſine altero eſſe poteſt, probans vnum, non intelligitur, & alterum probare *l. neque 10. C. de probat.* Quare ex agnitione legati nunc non neceſsatio infertur, inſtitutionis comprobatio, Etſi namque id petatur, ab herede ſcripto, diſiunctim tamen, ita vt, aut præſtet ſuo nomine, ſi euentu apparuerit eſſe heredem, aut alieno; ſi conſtabit non eſſe; vel ſuo quidem, ſed non vt heres, verùm vt negotiorum geſtor. Idem erit in mortis cauſſa capionibus, iure nouo, ſi accepit exheredatus à legatario, non autẽ, ſi ab herede, per dictam rationem. VEL CASV: ET AVT TEMPORE QVINQVENNIO *l. 8. § . vlt. l. 9. D. leg. 34. in fin. C. h. t. l. 2. C. in quib. ca. in int. reſt. non eſt nec.* e computando ab adita hereditate, probatâ Vlp. ſententia contra Modeſtinum e qui voluit à morte *l. pen. § . C. hoc t.* Quia nec ante naſcitur *l. 8. § . 10. h. E. per l. 1. in fi. C. de ann. Exc.* f Vnde, ne f in fraudem moretur heres aditionem, præfiniti illi, ad eam ſex menſes, ſi in eadem prouincia, ſi in alia, annus *d. § . 2.* g Exacto igitur eo, querela conuentus g heres, vel repudiare, vel iudicium ſubire, quaſi adierit, cogetur. AVT MORTE: QVERELA NONDVM PRÆPARATA, quæ non tranſmittitur ad heredes *l. 7. D. l. 34. l. pen. in fin. C.* h Niſi filius, ante aditam hereditatem deceſſerit, relictis liberis. In aliis nil mutatum, arg. *l. 32. in fin. C. de appel. l. 12. § . 43. de inſtr. leg.* i PRÆPARATVR verò; vt & heredibus deinde detur, TRIBVS MODIS. 1. Si agere cœpit, lite conteſtata *l. 6. § . vlt. 2. Si* comminatus tantum accuſationem; ſi nec dum libellum dedit, ſed tantum denunciauit *l. 7.* k 3. Si bonorum poſſeſſionem agnouerit *l. 6. § . vlt. l. 7 D. l. 2. C. h.* litis ordinãdæ gratia *l. 8. pr. h.* Aſt quænam ea; Non enim ſecundum tabulas, quibus excluſus: Nec contra tabulas, quia ea nec vnquam parentibus, nec fratribus nec liberis exheredatis. Et imò vbi bonorũ poſſeſſioni locus, ceſſat querela, vt ſupr. *c. 4. lit.* M. Nec ab inteſtato, per *l. 39. de acq. her.* Hinc Dd. extraordinariam eam eſſe commenti, ad præparandam querelam proditam, cui nomen ſit litis ordinandæ gratia. l Sed immò, nulla talis vllo edicto propoſita, & vocatur hæc abſolutè *d. l. 6. § . vlt. l. 7. D. l. 2. C. h. t.* Ac ordinaria hæc eſt, ab inteſtato, vnde liberi, vel vnde legitimi, ſi parentes, vnde cognati ſi fratres. m Nec obſtat *d. l. 39.* quia non defertur hereditas ex teſtamento inofficioſo, quod ſi inofficioſum pronunciatum, videtur paterfamil, ab initio inteſtatus, vid. *ſup. c. 3.* Huius verò bonorum poſſeſſionis petitæ duo commoda: 1. vt tranſmitti poſſit querela. n 2. vt cum *in* querela obtinuerit, efficiatur reuera eius, cuius acquiſitio prius, ex euentu litis pendebat. Nec noua agnitione opus. Pendere enim, etſi aditio nequeat, agnitio bonorum poſſeſſionis poteſt *l. 6. § . 1. de acquir. her. l. 1. C. Qui admitti.* vid. *ſupr. lib. 7. cap. 6. lit. E.*

NOTATA.

a Tutior hæc conciliatio, probata *à Duar. ad h. t. D. c. 17: Cuiac. ad d. 27. h. t. & Loriott. de iur. arte tr. 17. & 3. ſeq. axiom. 88. & ſeqq.* heredibus nocere ſcribens, quod querela non præparata, ipſi tranſigenti non item, quia per tranſactionem ſane querelæ præparatio exſtinguitur *l. 31. in fi. C. hoc t.* non autem querela ipſa, quin denuò præparari poſſit, per *l. 7. § . 1. verſ. tamen D. de tranſact.* Et *à Patio 3. qu. 36.* ſed qui hanc rationem non reddit, & *Goth. in d. l. 6.* qui alia ratione minus aptã. Aliter *Alciat. 5. parad. 6. Coſtal. ad d. l. 27. & Reinor. Bachou miſc. diſp. c. 7 pag. 63.* volẽtes, in d. *l. 27.* nudo pacto renunciatum fuiſſe, ſicque non exſtinctam querelam, in d. *l. 6.* per nunciationem, receſſum, & ita exſtinctam. Malè: quia omnis tranſactio, etſi nudo pacto fiat, per ſe efficax, renunciationem continens. Aliter *Fachin. 1. contr. 10.* b Nec referebat, per ſe cáperet, an per alium. *Duar. h. t. c. 17.* item ſi ſeruo ſuo, relictum agnoſceret. *l. 12 pr. h. t.* ad quod vid. *Conna. 9 com. 9 nu. 7.* c *Vueſ. in auth. noniſſ. C. h. t. n. 96.* Agnitio, ait, iudicij defuncti, quæ querelam excludit, non tamen petitionem ſupplementi, qui victima voluntas non eſt contraria legitimæ, ac vt maximè ſit de facto, de iure eſſe non poteſt. Conuenit *Gail. 2. obſ. 120. nu. 11.* Et quod acceptatio relicti à patre non noceat filio, quo minus repleatur, quod deeſt portioni, etſi teſtator iuſſit illo contentum eſſe, nec dum acciperet, filius proteſtatus ſit, vid. *Roder. Suarez. in repet. l. quoniam 32. C. h. t. ampliat. 9. A. Fab. God. ſuo b. t. definit. 10.* Cõfer. *not. 5. c. 4. lit. Nn.* Diſſ. *A. Fab. 14. err. prag. 9.* ſentiens hoc caſu querelæ ius eſſe filio, nec poſſe ad repletionem agi. d Quod *Cõna. 9. com 9. n. 8.* ſic intelligit, ſi ante d agnitum legatum, deceſſerit legatarius arg. *l. pen. §. 2. h. t. verbis iure ſuo.* Ex quibus probat, ſi poſt agnitum legatum, mortuus legatarius, filium non repellendum à querela, quia habeat legatum, non vt ex teſtamento patris, ſed ex ſucceſſione legatarij. ipſius iam effectum. Quæ vix probanda. Cum legati, à defuncto non agniti, nulla petitio ſit heredi. Et verborum *iure ſuo* ſenſus alius: Nam ſi heres heredis ſcripti, iure hereditario ex huius ſucceſſione poſſideat hereditatem, nihil eſt, quod querelam petat &c. e Cuius lapſus cenſeri tacitè renunciatum tradunt, cum die lapſus conſtituat in mora, quando adiectus à lege, vel homine. *P. Greg. 44. Synt. 4. nu. 16. Franc. de Caldas ad l. 3. C. de in int. reſtit. in. defin. v. læſis. n. 28.* ex lapſu temporis, à lege hinc inducta tacitum conſenſum, cum aliàs, ex eo conſenſus arguatur in iure quæſito non in quærendo *l. 28 pr. de V. S.* Idem tempus iure Saxon. Nec præſcriptio tricennalis, ad hanc & ſimiles producenda *P. Heig. p. 1. q. 16. n. 50* Idemquoque, ſi per modum exceptionis intentetur, teu vult *Gomez. 1 var. reſol. 11. num. 20* Breuius hoc tempus, quia remedia reſcindentia ea, quæ iure valida ſunt, ſi ex iure prætorio, annalia ſunt, vel biennalia, vel quadriennalia. Sin ex ciuili, quinquennalia *Vueſenb. ad rubr. C. h. t. num. 62.* f *Gomez. 1. reſol. 11. num. 18.* f Addit *Conna. 9. com. 8. nu. 7.* ne in poteſtate ſi heredis ſcripti, non adeundo hereditatem, tempus querelæ eximere. † Et hæc præſcriptio, non currit, niſi negligenti. Non verò agere impedito, propter moram alterius iudicij. Vt ſi lis, prius agitata de ſolennibus teſtamenti, tractum temporis habuit, ac interea, quinquennium lapſum *l. 16. Codic. loc. tit. Duar. h. t. cap. 11. ſub fi.* Quomodo *l. 8. §. vltim. h. t.* accipit *Cuiac. de diu. temp. præſcr. cap. 24.* Sed vid. j. *c. 10. lit. I.* Neque qui prius teſtamentum iniuſtum *d. l. 16.* vel falſum dixit, ac vti prohibetur *l. 14. C. h. t.* vid. *Vaud. 1. q. 28.* † Num verò minori, ipſo iure non currat, an contra id, detur reſtitutio, vid. j. *lib. 21. 9. lit.*

9. *lit. F. ibique not.* g Ad quod consule *Nicol. Vall. de reb. dub. tr. 6. n. 9.* h Ratio, quia non constat quæ fuerit voluntas eius, cui querela competit, anne eam mouere voluerit, an exemplo Aphroniæ illius, de qua *Valer. l. 7. c. 8.* testamentū parentis, patientia honorare, quàm iudicio conuellere sanctius duxerit, in dubio interpretatio pro testamento *Conna. 9. com. 8 numer. 4.* Aliter *Cuiac. 14 qq. Papin. ad l. 15. §. 1. h. t.* i Rectè. Conuenit *Chiffet. de port legit. cap. 10 pag. 796. Petr. Gregor. 44. Synt. 4. n. 20. Roderic. Suarez. in repet. l quoniam 32. C. h. t. ampliat. 16. n. 8.* Exæquatio enim adscendentium, & descendentium *Nou. 115.* facta, in potestate rumpēdi non transmittendi. Specialitatis ratio videtur, in amore, quo filios, & nepotes prosequimur. Facilius acquieturus iudicio defuncti creditur, cui non sunt futuri liberi heredes. Quin & regulæ, quod ad liberos transmittatur, duas conditiones perfert *P. Greg. 1.* Si modo, qui decessit, non potuit præparare, quia nondum adita hereditas. *2.* Si liberi heredes quoque sint morientis, & transmittentis, quia ex ipsius persona tantum venire possunt. Et conuenit *Cuia. 14. qq. Papin. ad l. 15. §. 1. h. t.* At contra *Suarez. in d. l. 32. ampliat. 10. n. 5.* nec quæ lapsu temporis *d. l. 34. in fi.* omissa est transmitti, nec quæ non competit filio, seu nondum nata. Nascitur autem post additionem, VEL *c. 4. lit. O.* Et quod siue nata sit, siue non nata transmittatur *Rubeus ad l. 14. h. t. 6. 9. n. 12.* k *Duar. h. t. c. 8. fol. 178.* Præparatur, si aliquid facit, ex quo appareat, hāc iniuriam noluisse condonare defuncto, sed potius voluisse eam persequi, ac testamenti rescissionem petere. l *Accurs. ind. §* 1. hanc dari emancipato, posthumo alieno, & cognatis, qui iure ciuili non admittebantur. His signum aliquod à prætore datum fuisse, annuli, vel alterius rei, vt à prætore agnoscerentur & admitterentur. ceū refert & refellit *Camil. Plautius ad rub. C. qui admitti lib. 1. n. 9. & seqq.* †*Duar. h. t. cap 8. f. 178.* Quia petitio hereditatis, datur heredi, vel quia eius loco, idcirco hæc non necessaria in suo *l. 7. h. t.* cui nec aditio. Sed in emancipato, vt videatur heres esse. Sicuti aditio necessaria petituro hereditatem, via ordinaria, ita hæc, actione de inofficioso. † *P. Pitha in not. lib. 16. Collat. ll. Mosaic pag. 117.* Emancipato ait, hæc necessaria, qui frustra intestatum patrem faceret, nisi ab intestato ipse rem habiturus, quod solo prætoriis beneficio, per bonorum possessionem consequi potuit. add. *Gilb. Reg. 1. Enans. 17.* † *Conna. 9. com. 8 num. 5.* vult esse contra tabulas Sed ibid. *n. 6.* non veram, sed imaginariam tribuisse possessionem, vt esset, qui eam haberet, querelæ exercendæ idoneus, tanquam in ea iam hereditate ius aliquod obtineret Quæ possessio, ait, accipiebatur in speciem veræ aditionis, & possessionis. Nec per eam, à scriptis lite pendente possessio auferebatur. *l. 2. C. h. t.* Sic *Alciat. 8. pareg. 24.* verbalem hanc fuisse bonorum possessionem datam exheredato, ne quod ei præiudicium, exheredatio faceret, sed perinde esset, ac si is, in quasi possessione sui iuris esset, licet reiū possessio, in eum non translata censeretur. † *Gilken. in d. l. 2. C. h. t n 6.* Cum exheredato, iure ciuili adire non liceat, nec bonorum possessionem vetam nancisci, ad similitudinem tandem aditionis, vel efficacis bonorum possessionis hoc extraordinariū genus inuentum, vt si aliquod inchoandæ litis fundamentum, cui petitio hereditatis, ex inofficiosi causa innitatur, ac *Petr. Barbosa* m *ad l. Lucius 38. D. Sol. matr. num. 11.* m Consentit *Cuiac. in Nou. 18. Gouean. 2. var. lect. 6. Vsef. ad rub. C. h. t. n. 77. Camillus Plautius ad rubr. C. Qui admitti lib. 1. n. 18* & seqq. probans hanc non esse nouam speciem, quia nullus de ea speciali[5] titulus. Finisq, huius, ac effectus, vt ordinetur, ac præparet[6] ur lis, non constituit speciem peculiarē, nec litem præparat, sed intentionem hoc agentis, vt præparet, ostendit, n n Diss. *Camill Plautius d. lib. 1 n. 22.* sic exponēs *l. 8. pr. vers. sequenti h. t.* Quod non huius bonorum possessionis petitio præparet, vt transmittatur, etsi inde animus ordinandi litem appareat. Sed malè, per *not s. lit. K.* Plura de hac bonorū possessione *Vasq. l. 3. de succeff. creat. §. 30. n. 146. & seq & n. 155. & seq. ac l 3. de succeff. resol. in l. quamuis 32. C. h. t passim.*

CAPVT VII.

Successio in Querela.

4. CIrcumstantia *(vid. c. præced.* ORDO SVCCESSIONIS. Si non alij præferantur. Quid enim, si concurrant liberi, parentes, fratres. DVO HIC SPECTANDA, ORDO QVIS, CVI PRÆFERATVR. Idem, qui in successione intestati. a *Quis verò is vid. lib. 9. c. 2.* & seq. ET SVCCESSIO *l. pen. pr. h.* in locum deficientis. Et admittuntur, si priores peficiant, vel nolint[b] sequentes *d. pr.* suo quisque ordine, & gradu, b *vt l. 1. de succeff. edict.* Exemplum *l. 14. h. t.* Emancipatus, cui pater, & filij duo, vnus in patris, alter in aui potestate, his exhereditatis, illo præterito, decessit. Spectatur hic & ordo. Neque enim quæ separatim competitura esset singulis querela, si soli essent, coniunctim quoque omnibus, sua cuique virili, competit. Prior itaque causa liberorum. Et successio. Nam si non agant liberi, vel cōtra eos iudicetur, succedit pater eiusque intentio, quæ antea pendebat, impletur. c Etsi enim *(vt sequitur l. 15. pr.)* inspecto parentum c voto, quo liberos sibi superstites, & ad eos bona sua peruenire optant, d & naturali erga liberos caritate, d (qua scilicet vnicè amantur, vt sua in illos cōferri, non quæ illorum, ab iis accipere velint) non debita parentibus hereditas: Conditionem tamen hæc habent: si mortalitatis ordo communis non turbetur: Tunc enim, voto illo cessante, relinquitur pietatis causa, quā & ipsis relinqui debet Obi. Arqui si filius exheredatus, decedat ante additionem, & ita querela nō præparata, nepos præteritus non admittitur *l. 9. §. 1. de lib. & posth. l. 6. pr. de ini. rup.* R.: Non rumpitur testamentum, præteritione nepotis, hoc casu *dd. ll.* Querela nō negatur, Nam hæc non sunt contraria. Immò si querela datur, necesse est non rumpi testamentum, sed consistere *supr. c. 4. lit. M.* Rupti, testamenti ius statim vitiatur, nec locus vnquam, ex eo scriptis heredibus. Querela ne rescindatur, multis modis fieri potest, etiam vbi competit, ex iis quæ cap. præced. Obi. *L. 34. C. h. t.* vbi in hac eadem specie dicitur, *omne aduitoriū* nepotes derelinquisse. Ergò querelam nec habuit, ex personâ patris, quia nondum præparata decessit; nec ex suâ. Ideoque in patris amoti locum non succeffit. *Et ibid. inf.* dicitur *à vetustate neglectus &c.* Denique Imp. dum succurrit nepoti, querelam ei dat, ex persona patris, vnde & ab ea excludi vult, si pater excluderetur, quia ingratus, non ex sua. Hinc Azo & alij putant regulæ de successione tantùm locum esse, quando sequens, eodem gradu, quo deficiens, sed alterius ordinis, *sicuti in specie d. l. 14.* pater defuncti eodem gradu, quo filius. Fulgos. & Iason, eam exaudiunt de primo, cui querela prius delata, à qua postea excidit *d. l. 34.* verò vbi nondum delata, quippe nondum adita hereditate. Sed melior interpp. pars, distinctione hac reiectâ, nepotem iure quoque veteri succedere in locum patris remoti, e Aſt cum ventum est add. *l. 34.* quæ hæret. Ac *Bart. ibid. & ad l. 14. D. h. t.* dubium dissimulat. Castr. soluere se non posse fatetur. Nos statuamus cum hisce, filio deficiente, nepoti esse querelam. 1. quia generalis definitio *d. l. pen. h. t. 2.* Si pater, in locum filij succedit *d. l. 14.* magis nepos, cuius causa potior *auth. in succeff. C. de suis & leg. 3. per rationem quæ in l. 15. pr. ad d. l. 14. redditur.* 4. Quia nihil afferri potest, quod nepoti obstet: Non quod filius præcesserit, quia de eo ipso est regula *d. l. pen.* si alius præcedat. Non quod in persona filij, exhereditatione eius omnes liberi excluſi: Absurdum enim, vt quæ exheredato ipsi non nocet, aliis noceat: Sed nec, si iusta exheredatio, si ius, patris odio prægrauari debet *l. 33. §. 1. C. h. t. §. 5. de bon. posſ. con. tab.* Non quod secundo gradu sit, secus, ac pater, vt Azo: nam regula *d. l. pen.* generalis, de successione concepta, non de gradu. Et admitti dicit sequentem. Is verò maximè sequens, qui gradu proximè posteriori. f f Denique ratio per se inepta, aliaque redditur in *l. 15. pr. h.* vt pater admittatur, nimirum non gradus, sed pietatis ratione, quæ fortior in nepote. Non denique vt

que vt Fulgos. & Ias. quod in specie *d. l. 34. vt & d. l. 9. de lib. & posth. l. 6. de ini. rup.* filius, nōndum delatâ querelâ decesserit. Nam immò si decesserit ante additionem heredis filius, quo tempore minus iuris in querela habuit, tantò magis successionis locus, vti g rectè Castrens. g Cui enim non obstat, qui plus iuris habet, neque is obstabit qui minus. Facit *§. 6. vers. quod si l. de leg. ag. succ. l. 2. §. pe. de stis & leg.* Quid igitur *ad d. l. 34.* R. Ea confirmatur hæc sententia, tum per illa, in *vers. sed nos affectione paterna.* Si enim eadem erga nepotes, quæ ergo filios affectio, idem eius effectus. Tum per illa quæ sequuntur: Eadem iura nepoti dari, quæ filius habebat. Hic autem ius querelæ habebat, ex persona sua. Ergò. Tum denique quia subiicitur: *Etsi præparatio facta non est, tamen &c.* In quibus nepoti datur, ius querelæ, ex persona patris; consequens igitur prius idem dedisse, ex persona sua, ne idē bis superfluè repetatur. Non obstat verba: *omne aduitoriū dereliquit.* Id enim, ex quorundum tantùm sententia. Nam subiicit: *Et hoc nonnulli Veteres, &c.* Nō omnes. Contra enim Paulus *d. l. pen.* Papin. *d. l. 14. h. t.* Ac neglectus hic à vetustate, quia à quibusdam excluſus, à nullo specialiter defensus, non tamen destitutus, qui & regula superior, ad ipsum pertinet. h Dices: At si habet nepos, & iam olim habuit querelam, ex sua quid opus ei dare ex patris persona? R. Non opus, si ex sua persona sit constituta. Sed quid si sic vsurpare sine periculo nequeat, veluti exheredatus, caussâ adscriptâ. Tutius est, vt ex persona patris agat, si fortè is, caussa non adscripta exheredatus, aut ea adscripta, probari nequeat. Cur verò huic nepoti, non detur bon. possſ. contra tabulas, vid. *l. 4. §. 1. D. contra tab.*

NOTATA.

a a *Cuia. consult. 6.* Non enim legitima debetur parentibus vel fratribus, quò vsque liberi existunt, cum nec tunc, succeſſio intestati debeatur Ergo per ea quæ *S. c. 4. lit. Bb.* † *Chiffet. de port. legit. c. 2. Battand. tr. Legitimæ c. 15.* Planè, etsi ab intestato vnâ cū parentibus, nouo iure, fratres succedant. ius tamē querelæ, non ideo habent, nisi quo casu turpis institutus, vbi ordo parentum, & fratrum hîc quoque confunditur, vt *Maret tr. Quartar. c. 11. n. 5.* Qui tamen non rectè initio querelam introduxit, quia alij eum præcesserunt, si interim hi tempore excluſi sint, effectum suum habet querela *l. 25. §. 1. h. t.* quia quo tempore, ferenda sententia est, nemo eum b præcedit *Con. 9. com. 9. n. 1.* b Quod, dubio apud nostros non caret, an idem sit, quo casu non vult succedere, atque non potest, vid. *Rubeus ad l. 14. D. h. t. c. 2. n. 16. &c. 8. n. 4.* Et in vniuersum hæc quæstio alta, & subtilis, vt vocat *Gom. 1. resſ. 11. n. 21.* de quo *Rubeus dd. lo. & c. 9. ac c. 20. Io. Busius 2. paradox. 18. & 2. seqq. & Gut. l. in repet. d. l. 14. numer. 24. & seqq.* Planè *Alciat. 4. parad. 16.* in vniuersum successorium edictum querelæ negat, *in l. pen. hoc tit.* sequentem accipit, in portione repudiata, sed qui simul admiserit potuit, ac succeſſ. exponit bon. quasi idem sensus sit, qui est *l. 23. §. vl. h. t.* Idémque *ad l. 14. h. t.* R. ibi patri querelam cōcedit, ex persona nepotis, qui in ipsius potestate est. Tandē verò *n. 14.* successioni in querela, ita locū dat, si prior iustè hereditate excluſus. Quod si iniustè transmissionē esse, non c successionē *l. 34. C. h. t.* c Tunc enim, qui antea impediebant, pro mortuis, habentur, ac paria sint non exstare, vel exstare. & nō succedere *P. Greg. 44. Synt. 5. n. 50. Rubeus ad d. l. 14. c. 2. n. 14.* Non obst. quod scriptus heres, iā iudicio legitimus, pronunciatus. Nam id ratione primi querētis, nec sententia inter alios, ius, facit. Obstat quod iudicio superior filio defuncti, magis patre, *per regulam. Si vinco vincentem te, &c.* R. Hic non eadem vincendi ratio, Filius defuncti, potior patre eiusdem in eo, quod prior descendentium caussa. Iudicio autem victus forte ideò, quod iustè ex heredatus, ingratitudine probatâ. Quæ malà merita nepotis, auo non nocere, sed ipsius merita perpendi conuenit. d *Rubeus ad d. l. 14. c. 1. n. 7.* d de quo voto, scitè *Dam. Arume. l. 1. dec. 7. n. 20. & seqq. Celſ. Bargal. l. 5. de dolo c. 10. n. 26. Anne. Rob. 1. rer. iudic. 1.* Et parentes dicuntur thesaurizare filiis, *non contra 2. Corinth. 12. v. 14. c. cū Apoſtolus §. prohibemus de consibus c. predicator c. 17. q. 1.* Exqs naturæ ordine intelligitur superuixisse filius, patri *l. 9. §. vlt. de reb. dubiis* (ad cuius §. cōciliationē cū *d. l. 9. §. 1.* vid. *Char. 1. verisim. 21.* & confer *Cou. 2. var. resol. 7. Menoch. 6. præsum. 50. n. 25.* & seq.) Quare cum infelices sint, qui liberos suos ad rogum deflent, vt *Quintil. decl. 114.* miserationis intuitu, eis defertur successio, in solatium filij amissi, ad leniendum luctum. Vnde luctuosa hereditas, triste lucrum, &c. dicitur *l. vn. in fin. Cod. de his qui ante a. tab. leg. vt. Cod. de inſt. & ſubſt. l. Cod. rom. de succeſſ. l. 2. C. Th. h. t. nostro Plin. in Panegyr. Rob. d. loc. Anton. Rubeus ad leg. 14. D. h. t. c. 9. lo. Gutierr. in repet. d. l. 14. n. 25.* & *seqq. Battand. tr. Legitimæ cap. 14. num. 2. & seq.* Ex verbis autem Papiniani *d. l. 15. pr.* parentes eius filio, indignā morte sublato, hoc monumentum posuerunt. Aemilio Paulo Papiniano, Præfecto Prætorio, Iurisconsulto. Qui vixit ann. XXXVI. mens. X. dies III. Papinianus Hostilius, Eugenia Gracilij, turbato ordine, in senio, heu parentes, fecerunt filio optimo. *Ian. Iac. Boiſſard. antiquit. Rom. parte 6. ſeu inſcriptionum tomo 4. f. 35.* e cum quibus & *Anton. Rubeus ad leg. 14. D. h. tit. 10. Gutierr. in repet. d. leg. 14. n. 25. & seqq. Roderic. Suarez. in repet. l. quoniam 32. Cod. hoc tit. ampliat. 10. numer. 56. & seqq.* vbi *n. 60.* Baldi restrictionem non probat, quod si filius exheredatus approbauerit testamentum, atque ob id à querela excluſus, per ea quæ *S. c. 6. lit. B.* querela à sequenti, nepote, &c. moueri nequeat. Et communem fatetur, etsi pluribus argumentis impugnet *Gom. 1. resſ. 11. n. 21.* f f Ita *Rubeus d. cap. 2.* sequentem non tantum in ordine dici, sed & in gradu, maximè cum sequens in gradu, ordinis eiusdē in caussa intestati, à qua ius querelæ pendet, & ad quam ea reducit, potior sit. Et licèt per exheredationem filij satis fiat formæ iuris, ad sustinendum testamentum, non tamen iuri naturali, id est non officio paterno, vel auito. Vnde concidit 1. ratio aduersa Gomezij &c. Confirmat hoc, per *leg. 3. §. 5. in fi. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* Vbi filio exheredato mortuo, nepotis merita, à iudice inofficiosi perpenduntur. Quare, sait, datur nepoti ibi querela, ex persona propriā. In seq. tamen mirè fluctuat, & in contrariam opinionē propendet, † Num verò & in petitione, ad suppletionem legitimæ, locus est successorio edicto, vt patre (eodémque filio defuncti) remoto, filius (nepos defuncti) id petat iure suo, & ex persona sua. (Nam *in l. 34. C. h. t.* conceditur id ex persona filij) vid. *Rub. ad d. l. 14. cap. 20.* qui affirmare videtur. Contrarium verius puto, quia successorio edicto locus, in caussa intestati, Petitur autem repletio quartæ, in caussa testati, imò ipsa actione ex testamento, vid. nor. *S. c. 4. lit. Yy.* Hinc *Suarez. d. ampliat. 10. n. 54. & seq.* onus legitimæ adiectum, probatum à filio superstite, post mortem patris non posse impugnari à nepote, ex edicto successorio. Posse autem, si filius ante patrem obiit, quia tunc nepos nanciscitur, primum locum, eique deberur legitima, sine onere *l. 9. § 2. de lib. & posth. l. 6. pr. de ini. rupt.* vnde notat, quod etsi filia, dote acceptâ iuratò, vt solet, renunciauerit hereditati paternæ, si ante patrem decedat, non nocere ipsius liberis renunciationem, quin legitima ipsis integra, ac libera debeatur, &c. g Et hanc quoque R. ad *d. l. 34.* refellit *Alciat. 4. parad. 16. n 7.* Quia, ait, etsi g actu querela filio non competeret, in successorio tamen edicto spe competiſſe, satis est. Nec spectari debet, an nata sit querela filio, cum nepos non ex ea succedat, quæ filio delata, sed ex persona propria. h Aliter R. *Io. Gutier. in repet. l. pa-* h *ter. 14. D. h. t. n. 30. Aliter. Reiner. Bachou. miſc. diſp. c. 17. p. 1. 154.*

CAPVT VIII.

Querelâ qui teneantur.

SECVNDÒ (Connecte *S. cap. 4.* initio. (ADVERSVS QVOS, QVI tanquam heredes, EX TESTAMENTO POSSIDENT HEREDITATEM: VT SVNT I. HERES SCRIPTVS *leg. 25. §. 1. leg. 27. §. penult. leg. 29. pr. D. l. 10. l. 13. Cod. hoc t.* Nec obstat eius, vel maiestas, vt si imperator *leg. 8. §. 2. h.* a vel fauor, si municipes *leg. pen. §. 1. b* vel coniunctio cum a b defuncto, si liberi *dict. leg. penult. §. 1. c* vbi tamen, si cum fratre vnâ extranei instituti, contra illos solos, si ab eis partem suam consequi possit, querela non contra fratrē de quo *l. 19. h. t.* species hæc: Duæ defunctæ matris filiæ. Vna præterita, altera, instituta ex quadrāte eique alius coheres, ex dodrante datus. Quæritur an contra vtrumq; querela. R. Paulus aduersus, sororem non audiri agendo de inofficioso. Quia id vindi-

care debet, quod ab intestato habitura esset. Habitura autem esset semissem. Hunc igitur ab extraneo auferet. Nam aliàs, si totum testamentum, etiam contra sororem institutam, infirmaretur, hæc tamen ab intestato partiretur hereditatem, cum præteritâ, & pro quadrante semissem auferret. Neque enim eo ipso, quod ex testamento adiit, legitimam hereditatem repudiauit, cum deferri sibi nesciat. Repudians verò certus de suo iure esse debet. Quare quia in omnem euentum à sorore, ceu malitiosa, nec profutura, nisi vt iudicio vexetur, denegatur. Et hæc summa sententiæ

d *d.l.*19. d 2. HERES SCRIPTI HEREDES aliúsve successor e vt fiscus *l.*10. *C.h.t.*3. FIDEICOMMISSARIVS *l.*1. *Cod. h.t.* quia & hic vi, ac effectu heres. Itaque tenetur, ac si pro herede, próve possessore possideret. *d. l.* 1. quia nempe subtili iure, verè heres, non est. Obi. At pro herede possidet, qui cum verè nõ sit heres, heredem se putat. Hi autem verè, vel sunt heredes, vel heredum loco. R. Quamuis hic interim pendeat ius testamenti, tamen post sententiam contra testamentum, id retrouersus rescinditur, nulliúsque

f momenti, quæ in eo heredis institutio, vid. *S.c.*3. f Non vero alij, qui non ex testamento possident, vt qui pro herede ab intestato, quia petitio hîc hereditatis ex caussa inofficiosi, cuius nomine querela non adiuncta solum, sed & præcedit, eò spectans vt testamentum rescindatur. Nec igitur alij se aduersarios

g querelæ constituunt. g

NOTATA.

a a Vnde tamen minùs aptè, ne dicã ineptè, colligit *Cui.*15. *obſ.*30, principem lege Glicia solutum non esse, b Item si ecclesiæ, vel pia caussã. Quomodo exaudiendus, Bald. dum dicit etiam Deo instituto hanc competere, Confer not. supr. *lib.*8. *cap.*27. *lit.*I. Et facit *leg.*1. *ſ.*5. *ad l. Falc. iunct. l.*8. *ſ.*9. *hoc tit. cap. vlt. cap.*17. *quæſt.*4. *Duar. hoc tit. c.*9. *Weſ. ad rubr. Cod. h.t. n.*41. *Gail. 1. obſ.*119. *num.*4. & seqq. *Conna.*9. *com.*8. *n.*11. qui rectè docet quamuis testamentum, militis quærelæ non subiaceat; si tamen miles à pagano institutus, non ideo

c querela negetur fratri, cui nihil institutionis, aliquid verò, alio titulo relictum est, atque vt is actione, expletoriâ contentus sit. Generalius, nũ regulæ de titulo institutionis necessario in legitima ad excludendam querelam *S. cap.*4. *lit. Rr.* exceptio est in testaméto, inter liberos? Ita volunt *Sich. in auth. nouiſſ. C.h.t.n.*15. *Marc. Mãtua ibid. pag.*111. *& seqq. Beuſt. ad l.*1. *de iurei. n.*179. *Goth. ad Nou.*18. *c.*1. *Matthesilan. ſingul.* 103. *Valaſc. conſ.* 23. moti, quod in hoc testamento, solennitati iuris ciuilis remissæ sint, & *Anton. Fab. 36. err. prag.*3. (rationem tamen hanc reprobans) ac operosè confirmat *Goth. Ant. diſput. de legit. th.*2. *lit. C.* Verùm his alij communius obloquuntur. *Ant. Quetta conſ.* 36. *num.*4. *Gabr. Saraynæ in addit. ad Matheſilan. d. loc. Hartim. Piſt. lib.*1. *quæſt.*1. *numer.* 12. *& ſeqq. Couar. in cap. Raymutius* §.1. *S. de teſtam. num.*4. *& ſeqq.* Fusè *M. Anton. Cucch. in d. auth. nouiſſ.* §. *Quo titulo num.*19. *& ſeqq. Gilhen. in d. auth. num.*34. quia ait *Nou.*115. hunc titulum requirens, loquitur de parentibus & liberis, verbaque eius restrictionem non admittunt. Sed & , ait, inuidiosior inæqualitas, inter liberos, quam si id compendij, in extraneum conferatur & *Walth.*

d *l. miſc.*9. quia & in testamento minus solenni liberi instituendi *Nou.*107. *cap.*1. *& Fach.*4. *contr.*24. d Beliſſ. explicatio obscuræ legis, & quæ inter damnatas numeratur, *teſte Duar. hoc tit. cap.*12. *ſub fin.* Quod verò dicitur fœmis vindicari *d. l.*19. id *Weſ. ad rub. Cod. h. tit n.*55. accipit de effectu exsecutionis, & respectu coheredis. Dodrantem verò totum petis, ne

e ex parte maneat, heres extraneus. e Vniuersalis scil. Contra particularem enim, vt legatarium non datur, hoc iudicium vniuersale. Quod si institutus iam soluit legata, si de iis detrahenda legitima, vel supléda (aliàs enim legata, noua iure seruãtur *auth. ex causſa C. de lib. præ.*) contra legatarios remedia adipisc. possess. & petitio hereditatis, vt vult *Gomez* 1. *reſol.* 11. *num.*15. quia, ait, titulus legati, pro non titulo. De

f fisci verò successione *ad d.* 10. vid. *A. Fab.*17. *Coniect.* 2. f Et hæc si restitutio facta fideicommissario, priusquam lis contra fiduciariũ mota *Gomez. 1. reſ.* 11. *n.*15. tradens si, & contra fiduciarium mota lis restitutione ante sententiam factâ, instantiam transire, ad fideicommissarium. Planè sententia contra fideicommissarium, fiduciario, suę partis ratione non nocet, sed cum, ex parte institutâ querelâ, testamentum subsistat, pro altera parte, próque illa ab intestato succedatur, quidni testamento non rupto, quoad heredem effectus tamen eius, in persona fideicommissarij rectè ad causſam interstati deuoluatur. Et sententia, quæ vincula testamenti rumpere potest, contra heredem, quidni & ius fideicommissi, contra fideicommissarium *Mar. Lycklama 1. membran. eclog* 5. vid. *& Gouean. 1. var. lect.*5. *Gilken. in d. l.*1. *Aeb. Perſonalis tr. de petit. her. n.*563. *& ſeqq. Ant. Fab.*17. *Cõiect.*1. g diſſ. videtur *Vueſ. ad rubr. C. h.t. n.*42. *& n.*45.

CAPVT IX.

Ius accrescendi in querelâ inofficiosi.

3. QVA DE RE, DE HEREDITATE per dicta IN QVA TANTVM QVISQVE VINDICAT QVANTVM AB INTESTATO HABITVRVS *l.*8. §.8. *l.*19. *pr. h.* QVOD SI VNVS querelam repudiet, vel AMITTAT, PARS EIVS ALTERI ACCRESCIT. *leg.* 23. §. *vlt. h.* Quia iuri accrescendi locus est, in legitimâ hæreditate, ad quam vocantur, qui querelam habent *S. cap.*3. *lit. F.* Et hoc est quod *in leg.*17. *pr. hoc tit.* eum, qui non venit ad querelam partem non facere, id est, nullam partem ex suâ persona inducere, quam in hereditate cæteris abstrahat, eoque nec obstare iis, quo minus totam vindicent. Sed hæc si ab initio vtrisque competiit querela. Secus si vnus exheredatorũ querelâ ab initio exclusus, cum legitimæ nomine, aliquid illi relictum, & quæritur, an, quantum ad eam satis est, habeat; a Huic enim alter, qui non queritur, quia sci- a licet nec potest, b siue quia semel noluit agere, siue b quia amisit: partem facit. *leg.*8. §. 8. *h.* Ratio, quia necesse est, vt partem alteri abstrahat, cuius pars deficiens, illi accrescere nequit. Nam qui querelâ exclusus, quod legitimam integram habeat, nullam partem hereditatis obtinet, cum ad eam, non nisi per querelã peruenire possit. c Iuri verò accrescendi locus tantũ, c inter eos, qui ad eandẽ hereditatem vocantur, Et sic non pugnant *d. leg.*17. *& d.* §.8. Nec diuinatoria *Bart. & Accurſ.* expositio recipienda *ad d.* §.8. *qui non queritur*, sed queri potest, & admitti speratur. d Idem d enim est, etsi queri nequeat, ac nulla eius admittendi spes superfit.

NOTATA.

a *Vid. & S.c.*14. *lit Dd.* Rectè verò noster, inter querelam, in quâ locus iuri accrescendi, & legitimam relictam, ad exclusionem querelæ, in quâ non item, distinguit. Quæ dum magno errore, plerique confundunt, expedire se hinc nequeunt, vt videre est, ex iis, quæ hac de re tractant *Cuiac. in Nou.*18. *pag.*101. *& ſeqq. Chiflet. de port. legit. c.*7. *Hot. diſp. de quarta leg. c.*9. *Maret. tr. Quartar. c.*12. *Battãd. tr. Legitimæ c.*4. *n.*8. *& ſeqq. Anton. Rubeus ad l.*14. *h. tit. cap.*12. *& 2. ſeqq. M. Antõ. Cucch. in auth. nouiſſ.* §. *Legitima quomodo, ſit quota n.*15. *& ſeqq. pag.*29. *& ſeqq. Facin.*4. *contr.*31. *Vaſq. lib.*3. *de ſucceſſ. progreſſu* §.23. *num.*117. *& ſeqq. Anton. Quetta conſ.*41. *& ſeqq. Alb. Brunus comm. ſuper. ſtatuto excluđ. fœminas, &c. artic.*13. *num.*23. *& ſeqq. Teſſaur. deciſ.*159. *P. Gilhen. in d. auth. nouiſſ. num.*10. *& ſeqq. &c.* Exemplo res plana fiet. Qui habet mille in bonis, & duos filios, vtro que exhæredato, sed priori 125. nomine legitimæ relictis decessit. Ius ita fuit, vt cui legitima integra, quoquo titulo relicta esset querela excluderetur. Cui verò aliquid, vel minimũ deesset admitteretur (in quo vtroque postea innouatum est, vt *S.c.*4.) Quasi ergò si is cui, vel nihil, vel non satis relictum, quique ideò ius querelæ habuit, non queratur, an perhoc querelam nanciscatur, alter filius, quam querente illo non habit ut us? Videtur quod sic, quia cum remoto fratre, iam

iã solus sit, nomine legitimæ iam illi 250. debeantur. Contra decidit ur. At pone: vterque exheredatus, neutri, quid legitimę nomine relictum. Alter non queritur, exclusus repudiatione, vel tempore, Partem non facit. Proinde aliter, cui querela in-

b tegra testam. in totum subuertit, assémque hereditatis consequitur. b De exheredato intellige, & quidem immerenter, cui querela delata est, vid. *c. ſeqq. A.* Nam qui successionis planè incapax, iure, vel communi, vt ex delicto, deportatus, ité monachus Minoritarum religionem professus, vel municipali, vt filia nupta, quæ per dotem, à reliquâ successione, ex statuto arcetur, partè non facit, quia nec ab intestato successurus, & habetur, quoad successioné ac si omninò natus non esset, *Sichard. ad auth. nouiſſ. C. h.t. n.*27. *Ant. Fab.*12. *err. prag.*8. *Chiflet. d. c.*7. Etsi quoad filiam dotatam multi contradicant, statuentes tamen in parte, quam illam fratribus facere volunt, comparari quoque dotẽ, quam *accepit P. Cre.*44. *Synt.* 5. *n.*8. Planè quæ dote acceptâ renunciauit iuratò successioni, & legitimæ partem faciet, in comparatione legitimæ, quia nec potest dici, partem non habere, vel non admitti ad partem, quæ iam viuo patre, partem suam consecuta intelligitur *A. Fab.*12. *err. prag.*8. vbi & statuit aliâ rationem esse exclusio-

c nis filiæ dotatæ, quæ sit per statutum, aliam quæ per renunciationem; illic de masculorum, hic de patris fauore quæri. c Rectè Legitima enim est, quota bonorum, non hereditaris. Quin etsi pars hereditatis esset, haberetur tamen, ex testamento. Exheredatus autem alter, cui querela competit, nullam habuit ius, nisi ab intestato. Neque is cum instituto vnquam coniunctus. Ius autem accrescendi, non nisi inter coniunctos. d ita *Chiflet. d. c.*7. verba *ista ſæculatiuè* accipiẽda. Quia enim incertum, ac in pendenti est, an rectè exheredatus sit, partem eum interim facere. Sic & *Cuia. in Nou.*18. *pag.*102. Verba *non egit in l.*16. *pr.* exponit scilicet repudiando *l.*17. *pr.* seu si constituit, nõ agere *l.*23. §. *vlt. h.t.* secus, si omittendo tantum. Qui omittit, id est tacet, & non agit, cum agere posset, partem facit *d.* §.8. Et sanè etsi aliàs distinctionem Donelli probem, non improbabilis mihi hæc d. verborum acceptatio. Nam illa, *etſi dicam in officioſum* apertè conuincunt, ibi de parte facienda, in ipsa querela tractari. An autẽ faciat, in legitima de ea in *verſ ſeq. proinde. &c.* Quare puto, vbi duo exheredati & ambobus querela competit, priusquam constat alterum, non posse agere, dum scilicet nec repudiauit, nec dies ei exiit, alterum actione de inofficioso semissem petere debere *d.* §.8. Quem vbi obtinuit, si postea frater tempore, vel aliter, iuxta ea quæ *S.c.*6. exclusus deficiat, semissem eius iure accrescendi ad eum, *qui queſtus est*, peruenire *Fae. l.*2. *D. ſi pars her. pet.* Non autem per hoc, quod ille prius egit, & obtinuit, impedietur alter postea querelâ vti, nisi repudiauerit *l.*17. *pr. h.t.* vel aliter amiserit. Quã instituet, non contra fratrem, sed contra scriptos heredes. Et malè omninò *Conna.*9. *com.*8. *n.*2. prioris fratris querelâ, totum testamentum rescindi (quod refellitur *cap. ſeq. lit. A.*) nec opus hîc esse, iterum de querelæ iustitiâ cognoscere, cum satis probata fuerit, in fratris iudicio, quòdque victoria fratris in pari causſa prosit. Non enim constat, parem causſam esse, potéstque contingere, vt prior obtinuerit, quia immerenter exheredatus, alter succumbat; quia ingratus ostenderetur.

CAPVT X

Finis & effectus Querelæ.

4 AD QVID? FINIS DVPLEX. 1. VT TESTAMENTVM, ceu inofficiosum, RESCINDATVR: Hoc assequitur iure nouo tantùm, quoad heredis institutionem *Nou.*115. *c.*3. *in fin. &c.* 4. vid. *S. l. 6. c.*13. *dit. E. &* F. Cuius ratione, res ad causſam intestati reducitur *l.*6. §.1. *h.t.* ac perinde fit, ac si hereditas, à scripto, adita non esset *l.*21. §. *vlt. h.t.* TOTVM, SI TOTAPETATVR HEREDITAS *l.*17. *pr. h.t.* SIN PARS, HACTENVS SOLVM, vt testator fiat, pro parte intestatus, exẽpla *l.*15. §. *vlt. leg.*19. *l.*24. *h.* Vt pars petatur, duobus modis genere summis fit, si duo (exempli gratiâ idem intelligatur in pluribus) heredes legitimi, quorum vnus querelam habet, alter non: vt si ex duobus filiis, vnus exheredatus, altero instituto solo, vel cũ aliis *d.l.*19. *verſ. præterea*, aut vterque, sed vnus iustè, vbi aliter semissem, vindicat,

a nec plus, quàm ab intestato habiturus a 2. Si vnus le-

gitimus queralem habens, & duo scripti, verum aduersus vnum, querelâ agi nõ possit, vt si fratre præterito, vnus ex scriptis turpis, alter honestus *d.l.* 24. aut non vtiliter possit. Vt si filius separatim, contra duos scriptos heredes expertus, vnum vicerit, ab altero victus, vt est species *leg.*15. §. *vlt. h.* His casibus pater sanè, ex parte, videtur intestatus decessisse *dd. ll.* Obst. *l.*7. *de R. I. Rr.* Ius nõ patitur, &c. Rectè. Nã si ius spectamus, nemo paganus, ex parte intestatus; nè ex euentu quidem b Inde enim, & ne hoc fiat, ius accrescendi. Neq; b aliud, aut speciale in testamento inofficioso. Nam si verè demens fuit defunctus, quo colore rescinditur, totum testamentum iure nullum sit, si nõ totum, iure valeat necesse est. Sententia verò iudicis, hoc facit, (non ius,) vt pro parte rescindatur, quia vbi pars solum petita, de ea solum cognoscere & pronunciare illum oportet Pars reliqua in testamento manet *d.l.* 15. §. *vlt.* id est, de quâ apud iudicẽ nõ actum, eam nec attingit, sed in medio relinquit. Quocirca *in d. ll.* nõ dicitur fieri intestatus, sed *videri*, sic decessisse, ob auctoritatẽ rei iudicatæ, ac sententiæ, sed quæ certa parte definitâ, vlterius porrigi nequit c II. isque summus c VT HEREDITAS inde, ab intestato OBTINEATVR *leg.*19. *h.* Et hîc quoque effectus sequitur, cum moderamine tamen. Nam qui vicit, etsi per iniuriã, si ipse legitimus heres non sit, ei victoria prodest, contra scriptũ, qui victus est, cui hereditatem euincit *leg.*21. §. *hoc tit.* propter auctoritatem rei inter ipsos iudicatæ. Contra alios autem, qui verè legitimi heredes, non prodest, vt contra eos hereditatem obtineat, sed sua victoria his prodest, *leg.* 6. §.1. *hoc tit.* Pone; Liberi exheredati, pater præteritus, Prior hîc causſa liberorum. Pater occupans egit: non repulsus obtinuit. Victus sanè, rei iudicatæ stare tenetur. Sed si postea liberi veniant, his prodest victoria patris, solique heredes, quia res inter alios iudicata, aliis non nocet. Dices. At nec prodest eadem, ac per alium actio, vel exceptio acquiri nequit. R. *d.* §.1. his verbis: *Nam intestatum patrem fam. facit.*, id est, obtinent liberi hereditatem, non vi sententiæ, sed quia lex defert, testamento per sententiam rescisso. Prodest itaque victoria patris liberis, non quam eos faciat heredes, sed quia per eam venitur, ad causſam intestati, ac delationi legis locus fit. d Idem d est, si pro parte heres aduersus totum testamentum obtinuerit. Neque enim sententia ipsi prodest, nisi pro parte sua, pro reliqua coheredibus legitimus, per *d. leg.* 6. §. 1. *leg.*19. *verſ. cæterum h. titul.* e e nisi alter querelam suam amiserit, vbi huic accrescit *vt cap. præced. lit. A.* Et hoc est quod *in leg.*17. *pr. hoc tit. verſ. vnde* habetur. Sensus. Si duo exhereditati, vnus repudiauit querelam, alter in solidũ intentauit & vicit, non obstat huic, quod totum petierit, cum ab intestato pars ei debeatur. Vtitur enim auctoritate rei iudicatæ, qua hic solus, pro herede habitus. f OLIM f verò quatenus, & pro qua parte testamentum rescissum OMNIA RELICTA CONCIDEBANT, etiam libertates *leg.* 8. §. *pen. l.*9. *hoc tit.* Adeò vt idem esset, etsi legitimi, quoque testamento rogati eadem præstare *leg. Titia* 13. *hoc tit.* g Consequẽtet iuris ratio- g ni *leg.*5. *de teſt. tut.* §. 34. *l. de legat. iunct. l. cum principalis* 178. *de R. I.* NVNC OMNIA semper RATA PRÆTER INSTITVTIONES, vid. *S. lib.* 6. *cap.*13. *lit. E. &* F. Olim verò tres modi sustentandi relictum, 1. Conditio rescissionis deficiens, si non iudicatum de testamento. Vt si vel de inofficio, licet instituta accusatione, transactum (ita, vt sponte hereditate cederet institutus *leg.* 29. §.2.) h vel si scriptus heres, h

ob absentiam, vel quod non responderet damnatus *leg.* 17.§.1. vbi ratio, quia non de iure testamenti, sententia intelligitur, sed ob contumaciam. 2. Cautio legatariorum collusionem metuentium, ne scriptus pretio accepto vinci se patiatur: quibus fit potestas, vt ipsi adsint iudicio, & contra sententiam appellant *leg.* 29. *pr. h.* 3. Exceptiones duæ. 1. In libertatibus fideicommissariis, si 20. aurei præstarentur victori, à singulis manumissis *l.* 9. & directis quoque si post quinquennium agi cœptum, ex magna caussâ *leg.* 8.§. *vltim.* i id est, iure extraordinario, per in integrũ restitutionem, aut ætatis beneficio, à minore, cui non imputatur quinquenniũ hoc *l.* 2. C. *in quib. caus. in integr. rest.* 2. Ex errore testantis, si mater filium obiisse perk suasa, eum præteriit *leg.* 28. *hoc tit.* k Hodiè hæ exceptiones & quæstiones omnes sublatæ. Est & aljus huius iudicij effectus extraordinarius, POENA IMPROBI ACCVSATORIS, *quæ in leg.* 8.§. *meminisse* 14. *h. tit.* Qui scilicet iniustè, non si errore probabili, minus si iustè, & vicit *leg. etiam* 11. *h. tit.* quæstus est suo nomine. Non si, vt tutor, vel pater *leg.* 22.§.1. *leg.* 30.§.1. *hoc tit.* Non si caussam, à decessore suo inchoatam, peregerit *d. l.* 22.§.1. si vsque ad sententiam perseuerauerit, & præsens; non si ob contumaciam victus, VT QVOD TESTAMENTO, non autem quæ iure consequitur, vt Quarta D. Pij *d. l.* 8.§.5. Non item donationes, à viuo testatore collatæ, etiã mortis caussâ *leg.* 5.§. *qui mortis* 17. *de his quæ vti indig.* Habentur equidem hæ pro legatis, supr. *lib.* 14. *cap.* 33. *lit.* E. Sed quoties nihil apertè de iis constitutum, DATVM, cum effectu, non si alij restituere rogatus *d.*§.14. l VINDICETVR *d.*§.14.l

NOTATA.

a a Mens igitur nostra est, quod ritè, & iustè exheredatus, fratribus partem faciat, non tantum in legitima portione definienda, sed & in ipsa querela. Et rectè etsi plerique dissentiant, vt *& Gilken. in auth. nouiss. Cod. hoc tit. n.* 13. *Chiffet. de port. legit. c.* 7. Ratio solida, quia hic nulla coniunctio, proinde nec ius accrescendi. Nam ille, nec ad hereditatem vocatur ex testamento, quo excluss, neque ab intestato, quia ad eã venire non potest, nisi per querelam, nec intestati successioni locus, nisi testamento subuerso, per *l.* 39. *de acquir. her.* Atqui querela ei non defertur. Quare portio illius, quæ nunquam vlla fuit, defecta dici nequit. Atque hoc est, opinor quod *in l.* 16. *pr. h. t.* habetur, Filiã, quæ non egit, aut non obtinuit, in hereditate legitima, fratri nõ concurrere, id est, ad eandem non vnà vocari *quæ non egit.* (Contrario planè modo interpretor, quam *Cui. vt not. c. præced. lit.* D.) cum sc. agere non posset. Iungitur enim ei, quæ non obtinuit. Quare accipi debet quæ *in* parti caussâ est. Quo etiam modo exponi commodiùs potest *l.* 8.§.8. *h. t.* qui *non queritur* sc. cum nec iure queri possit exheredatus, sicuti accipere videtur *P. Gr.* 44. *Synt.* 5. *n.* 8 (Etsi nec contraria sanè expositio Accursij omninò improbabilis, vt notaui *cap. prac. lit.* D.) qui & hoc confirmat, quia cum aduersus patrem ingratus fuerit iste, commodum eius patris, heredis erit, cuius esse pater voluit. Adhæc iuri accrescendi locus, quando, quid de portione deficiente fieri debeat, nec lex, nec homo cauit. Hîc verò voluit testator, eam heredi instituto acquiri, eiúsque voluntas, quoad hunc filium ingratum, iusta. Aliud est, si vtrumque filium immerenter exheredauit, extraneo instituto, & alter nolit agere, vel querelam amittat. Etsi enim & hîc partem deficientis, non alij, quàm heredi acquiri testator voluerit, voluntas tamen eius, ratione vtriusque filij, iniusta. Denique delictum fratris, vti fratribus nocere non debet, ita nec prodesse, vt plus consequantur, quam ab intestato habituri. Obi. exheredatus pro mortuo *l.* 1.§.5. *de coniung. cum eman. lib.* Ergò frater habet totam hereditatem, non tam iure accrescendi, quàm non decrescendi, perinde ac si in rebus humanis ille nõ esset. B. *Bart. ref. Rub. ad l.* 14. *h. t. c.* 14. *n.* 5. id inde *d.*§.1. vt nepotes suo iure admittantur, ideóque casum diuersum à nostro esse. l l Quod autem iure non decrescendi sola hereditas hic obtineri nequeat, sic firmissimè probo: Nõ habet eam alter frater, ex testamento: eo quippe, & hunc excluſum ponimus, sed immerenter, vt querelam habeat. Ergò ab intestato. Necesse erit itaq; totam hereditatem, ad intestati causſam deuolui. Atqui testamento toto subuerso exheredatus, etiã iustè, necesse est, vt in legitima hereditate concurrat *(quod est contra l.* 16. *pr. h. t.)* quia exheredatio, nisi rato manente testamento, vel toto, vel saltem eã institutionis parte, pro qua est exheredatus, vt constat iure, impossibile est, & pugnantiam implicat. Quare alterutrum hîc, ex necessitate præcisa statuendum. Aut testamentum per querelam iniustè exheredati, pro pater tantum eius subuerti, aut *si in vniuersum intestatus* parte reddatur, fratrem iustè exheredatum, cui ius querelæ non fuit, vnà cum fratre admitti. Cui argumento quid, vel in speciem reponi possit, non video. b Rectè. Nec probandi, qui ex post facto intestatum fieri, ex parte posse rentur *Duar. h. t. c.* 12. *P. Fab. ad d. l.* 7. *de R. I. Pac.* 7. *q.* 80. c ita *Reu. ad d. l.* 7. *de R. I.* pro parte sustineri, non ipso iure ciuili, sed benigna iudicum sententia. *Facit L.* 19.§.2. *de cast. pecul.* Nec alienus est *Voes. ad rub. Cod. hoc tit. n.* 75. *Conna.* 9. *com.* 8. *nu.* 9. Nisi quod hic eo solo casu, ex parte sustineri vult, cum duobus agentibus, alter obtinuit; alter non. Vno verò agente, etsi pro parte tantum sua, totum tamen testamentum rescindi, quia vitium inofficiosi per totum quasi corpus testamenti diffusum sit, nec possit valere eius *iudicium*, qui vel *vnum iniquè* exheredauit. Quod minus aptè probat ex *l.* 19. *verf. cæterũ h. t.* Neque enim suam ibi sententiam refert IC. quod ipse ita putet, sed *si quis putauerit*, ex hypothesi loquitur, sensus hic: Si vel maximè totum testamentum infirmaretur, tamen id nihilo magis prodesser filiæ conquerenti, nec quidquam plus adeptura foret, quàm si pro parte rescinderetur. Quapropter pro parte tantũ, intestata efficitur, vt apertissimè dicitur *d. l.* 19. *verf. præc.* Et refellitur *Conna. ex l.* 16. *pr. h. t. iunctis iis, quæ iam diximus h. cap. lit. A.* d Scitè. Conuenit ferè *Pac.* 3. *quæst.* 31. Testamento rescisso, ait, heres ab intestato, non ex sententia succedit, contra regulam: Res inter alios iudicata, &c. Sed ex dispositione legis. Nec rectè *Duar. h. t. c.* 13. *ind. l.* 6.§.1. *non exponit*, id est, *non tantum*. Rectè verò *Conna.* 9. *com.* 9. *n.* 4. accipit *d.*§.1. non tantum de extraneis planè, à successione remotis, sed & de iis, qui non iure, sed gradu excluduntur, *vt nepos quem filius præcedit.* vid. *& Rubeus ad l.* 14 *h. t. c.* 5. e sed num & iis, quibusius querelæ non est, veluti pater, ad querelam admittitur præ fratre. Ab intestato simul succedunt. An rescisso per querelam testamento, à patre fratris successioni locus sit? Elegans quæstio est, de qua *Vult. in pr. l. h. t. n.* 9. (qui negat, ne fraus fiat legi, quæ non dat querelam fratribus, nisi liberi, & parentes deficiant, *S. cap.* 7. *lit. A.) & Ranchinus de succeſſ. inteſt.*§.17. *vbi num.* 4. ridiculum dicit, negari querelam fratri, & admittere. tamen ad successionem per querelã alterius. Confer *Forst. 1. de succeſſ. inteſt. 8. & seqq.* f Idem esse hoc casu, etsi totum non petierit, vt tamen totum rescindatur, sentit *Conna.* 9. *comm.* 8. *num.* 2. g Et sic clausula codicillaris adiecta, legata non sustinebat. *Voes. ad rubr. C. h. t. n.* 72. Ratio, quia demens non magis codicillos, quàm testamentum condere potest. h Vbi ratio dubitandi. Transactio habet vim rei iudicatæ. Res iudicata nocet legatariis, nisi appellauerint *d. l.* 29. *pr.* R. decidendi ne in voluntate heredis scripti sit, facto suo adimere legata. Res verò iudicata, afficit rem ipsam, quia de iure testamenti fertur sententia, & auctoritatem habet à iudice. Immò à transactione, si noceret, non posset appellari, nec restitutio peti, ab aliis, quàm qui transegerint *A. Fab. ad l.* 3. *D. de transact.* i vbi per eas, quæ competierunt, significantur derectæ, per præstitas fideicommissariæ *Chiffet. lib.* 2. *de iure fideicom. c.* 8. *Conna.* 9. *com.* 9. *n.* 2. Quamuis autem directa libertas, ab adita statim hereditate competat, quinquennio tamẽ, quo querela instituipotest, vt testamentum, ita & ipsa suspensa est. Quo lapso, præscripta quodammodo est, cùm id tempus, in omni liberali causſâ seruatum fuerit, *Conna. d. nu.* 2. Ideóque dispensatio, ex magna causſâ libertati semel acquisitæ, nocere nequit *arg. d.* 9.§. *vlt. de minor. Franc. de Caldas ad leg.* 3. *C. de in int. restit. in definit. V. Læsis nu.* 162. † Sanè & pro parte rescisso testamẽto, libertates sustinentur, etsi legata tunc pro parte præstentur *l.* 13. *C. h. t.* quæ scilicet diuisiones recipiunt, alia in solidũ *Duar. h. t. c.* 14. k *vid. S. lib.* 6. *c.* 13. *lit. G. H. I. ibique not.* l Ex eo enim, quòd quis impugnare nisus est, non debet lucrum consequi *c. ex eo* 38. *de R. I. in* 6. & vt semel probatum improbare non licet, ita nec improbatum antea probare, & quæstui sibi habere *l.* 4. *& vlt. C. de repud. her. cum simil. Voes. ad rub. C. h. t. n.* 68. *Conna.* 9. *com.* 10. *n.* 10. *& seqq. Duar. h. t. c.* 15. *P. Greg.* 44. *Synt.* 4. *n.* 4. *ad Cagnol. ad. d.* 8.§. *meminiss.* 14. *h. t.*

CA-

CAPVT XI.

Querela inofficiosæ donationis.

SVCCIDANEA PRIORI QVERELA, INOFFICIOSÆ DONATIONIS illius confirmandæ gratiâ prodita: sine qua, illa elusoria. Quippe donationes inofficiosæ, ad illam inuertendã instructę *leg.* 1. *l.* 7. *Cod. h. t. de inof. don. l.* 87.§. *Imp.* 3. a *de leg.* 2. a Facilè namque defraudari possent legitimâ suâ liberi, totis, vel penè totis bonis alteri donatis, nõ nisi inani nomine heredum illis relicto, *leg.* 3. *Cod.* b *hoc titul.* b Quæ ratio, cur tractatio hæc à priori diuelli non debeat, vt & in *Cod. tit. coniunct.* Nam res confirmata, ac confirmatio, etsi diuersa, inter se tamen connexa, vt vna sine altera stare nequeat. Nec de hac agendum; loco, quo, de aliarum donationum reuocatione. Illæ enim à donatore ipso reuocantur, hæc solùm ab aliis, maximéque inuito donatore. VBI SPECTANDA, I. RES QVÆ REVOCATVR. INOFFICIOSA DONATIO, id est, non ex officio pietatis, argum. *eorum quæ supr. cap.* 4. *lit. I.* facta, quæ & dicitur immẽsa *l.* 2. immoderata *l.* 4. immodi- c ca *leg. vlt. Cod. hoc tit.* c id est, quæ iis, quibus ius querelæ inofficiosi testamenti nec legitimam reliquit, d quæ futura esset, si donatio nõ facta *leg.* 2. 5. 7. *pen. C. h.* d vt quæ olim dodrantem, hodie bessem, vel semissem excessit. Nisi donator tantum postea quæsierit, quan- e tum satis sit, ad legitimam, idque reliquerit. e Etsi namque inofficiosa fuerit, & maneat, finis tamen querelæ hîc cessat per *leg.* 6. *Cod. h.* An verò talis sit, æsti- f matur tempore donationis, f vt si eo modum non excesserit, valida sit, nec euentu infirmetur. Pone: Mater donauit fratri bessem, triens reliquus casu, aut in- g fortunio periit. Querelæ huic locus non sit, g Negotium enim ritè ab initio perfectum, non infirmatur, etsi casus exstitit, à quo incipere non potuit, vid. *S. lib.* 6. *cap.* 5. *sub fin.* His consequens, quòd si trientem hunc postea alij donauerit, non vtraque donatio, pro portione, sed sola posterior reuocatur, quia prior nec fuit inofficiosa, nec vllo euentu, factóve fieri potuit. Nec obstat quòd Falcidia minuit legata, non tantum posteriora in codicillis, sed & priora testamento relicta, omnia pro portione *leg.* 73.§. *vlt. ad l. Falc. S. lib.* 8. *c.* 27. Quia illa omnia intelliguntur relicta eodem tempore, puta mortis testatoris, à quo effectum vtraque fortiuntur *d. l.* 37. *pr.* Eodem ergò iure habentur. Plures verò donationes, ex suo quæque h tempore, quo factæ sunt, spectantur. h Et tota quidem posterior reuocatur, quia & tota inofficiosa, cũ totam partem eam, ex qua nihil donari potest, ob fraudem legitimæ, solùm habeat. II. QVANTITAS REVOCATIONIS. Videri posset, totam reuocari, sicuti prior querela totum testamentum rescindit. Ergo per *l. vlt. ibi ad similitudinẽ C. h. t.* i nisi plerique *ll. h. t. C.* aliud cõuincerent. Quidam distinguunt ita: Aut in extraneos collata, cum consilio fraudandi, & in totum per *l. pen. in fin. C. hoc tit.* & sic accipiũt *l.* 87.§.3. *de leg.* 2. Aut in aliquem liberorum, etsi fraudandi animo, vel in exterum, sine consilio fraudandi, kk & pro parte. kk Verius *Azo* [*in summa Cod. hoc tit. n.* 4.] indistinctè PRO PARTE EA, PRO QVA INOFFICIOSA EST, id est, quatenus in fraudem legitimæ tendit. l Quod probant l. textus clari *l.* 2. 45. 7. 8. *Cod. h. t.* 2. Distinctionem repudiat *l. I. C. h.* vbi extranei & liberi comparantur. Quia inofficiosam facit, non persona accipientis, sed prodigentia dantis. Con-

filium verò fraudis in speciebus *leg.* 4. *l.* 7. *Cod. h. tit.* interuenit. 3. Causſa reuocandi vna hæc, quibuscunque donatum sit, quod legitimam non relinquat. Cessante hâc, cessat amplior reuocatio. 4. Quoties Lex certum modum præstituit, ac is excessus, non infirmatur omne, quod gestum, sed quod illicitè *l.* 21. *de vsur. leg.* 34.§.1. *in fin. Cod. de donat.* m Obi *d. leg. vltim. C. hoc tit.* n. *Similis* hæc querelæ inofficiosi testamenti *d. l. vlt.* maximâ ex parte, non absolutè & per omnia. Instas: At hæc pariter inofficiosa, vt testamentum. Ergò in paribus causſis idem iuris effectus. n Causſæ dispares: Testamentum priuat hereditate defuncti in totum, eâque pietatis iure debitâ. Tota igitur illa euincitur institutis, quâ euictâ, necesse est testamentum hactenus concidat. Donatio hæc, non priuat hereditate, quæ viuentis nulla, nec alia re propria, aut quæ debetur. n Ac etsi priuati intelligerentur ob spem n successionis ademptam liberi, non tamen petitio hereditatis teneret, contra titulo possidẽtem. o Obi *leg. fi libertis* 16. *pr. de iur. patron.* vbi donatio liberti, quâ se minorem centenario fecit, ne patronus succedere possit, reuocatur in totum. Ius est, vt libertus minor centenario, nihil patrono cogatur relinquere; maior verò cogitur, si pauciores ipsi, quàm tres liberi, vid. *titul. Instit. de succeſſ. lib.* Iam pone: Qui 150. aureos in bonis habebat, filio emancipato donat 100. inter viuos, effecturus, ne lege Papiâ teneatur quid relinquere. Alienatio tota, tanquam in fraudem legis, inualida *dict. l.* 18. Atqui & hîc donatio inofficiosa in fraudem iuris, de querela inofficiosi. B. Ratio diuersitatis. Illic donatio in totum, & omni ex parte, in fraudem legis, qua hoc agit, ne quidquam cogatur relinquere: p hîc ex parte tantum, quatenus olim dodrantem, nunc bessem excedit. Obiicitur *L.* 87.§. p 3. *de leg.* 3. vbi in nepotem collata, pro dimidia parte, reuocatur. B. *Dimidia* non hereditatis, sed eius, quod illicitè donatum, *vt rectè gl. ibid.* seu dimidia quartæ partis, q *vt leg.* 7. *Cod. hoc tit.* Quia ibi, in vnum ex liberis collata, & duo liberi, filius, ac nepos. III. MODVS. Ipso iure valet *l.* 2. *C. h. l.* 5. *verbo reuerti eod.* r r quia, non omni ex parte fit in fraudem legis, nec vt legis præceptum in totum euertatur. Ergò per *leg.* 16. *in fin. pr. de iure patron.* Sed ad modum legitimæ portionis, REVOCATVR *rub. & leg.* 8. *Cod. hoc tit.* 87.§. 3. *de leg.* 3. ac ad patrimonium reuertitur *leg.* 5. *Cod. h.* QVERELA LEGIBVS INDVCTA, ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti *l. vlt. C. h.* Ideoque ei locus, vbi alia actio deficit. Alia esse potest, vel familiæ erciscundæ *leg.* 2. *C. h.* Nam si donatio in filiorum vnum, qui in potestate facta, quia iure non subsistit, bona donata, tanquam hereditaria diuidenda *l.* 13. *C. de collat.* nisi pater bona inter filios diuiserit, vbi sequendum iudicium patris *leg.* 20.§.3. *Fam. erc.* Citra fraudem tamen, legitimæ *d. leg.* 2. quia hoc iudicium bonæ fidei. f Vel restitutio in integrum, ex f persona donatoris, si is minor fuit *l.* 4. *Cod. h.* Finge donasse res mobiles, curatorem non habentem, vel eo auctore. Aliàs enim donatio ipso iure nulla, nec restitutione opus. QVÆ ACTIO EST *d. leg. vlt.* t t ac quia non in personam; neque enim ex obligatione, factóve vllo, vnde obligatio, cùm non donatori, sed liberis detur, nec fraudis participatio in donatore requiratur, vt ex maleficio videri possit. Ideò IN REM, per *d. l. vltim. verbis ad similitudinem.* Non vniuersalis. u Nam petitio hereditatis hîc esse nequit, u tum per definitionem hereditatis, quia hîc res reuocatæ non fuerunt, donatoris tempore mortis; tum quia ea non datur aduersus possidentem, titulo singu-

lari, vid. *j.c.seq.lit.T.* sed SINGVLARIS Rei vindicatio querelam adiunctam habens. Obiect. At qui non sunt domini, de hac agunt. R. Non sunt iure communi. Fiunt sub conditione, si querelam instituerint, & obtinuerint. Rescissâ enim donatione, res nõ videntur ab initio d tæ, argum. *leg.21.§.vlt.de inoff. test. vid. supr. cap.3. litt.D.* Facit *L.5.Cod.hoc tit.verbo reuerti.* DATVRQVE, NON DONATORI, per *l.7.C.de cond.ob ca. & per l.2.ibi, suis viribus. Cod.h.t.* Neque enim vitium inofficiosi, ipsi reuocandi, caussa iusta esse potest. Quia nec suo nomine, qui volens non fraudatus, nec ex persona liberorum, tum quia illorũ est iniuria. Ergò *arg. l.8.pr. de inoff. test.am.* tum quia nec liberis cõpetit viuo donatore *l.3.C.h.t.* Denique sicuti querela inofficiosi testamenti nõ datur testatori, ita &c. *per l.vlt.C.h.t.* Diff. vulgò, per *l.5. C.h.* ver-
x bis, *ad patrimonium tuum* (donantis, ad quam rem scribitur) *reuertetur.* Ergo viuo donãte, ipsoque agente, x R. Imò mortuo, *per rationem adiectam*, vt liberi subsidium consequantur. Huic autem ante mortem, locus non est: Nec igitur prius donatum redire debet. Quin euenire potest, ne debeatur. Quid enim si liberi decesserint, pater aliunde tantum acquisierit. Quare patrimonium dicitur *διαφορικῶς*, vt in simili *l.56. in fin. de acquir. do.* SED IIS, QVI DE INOFFICIOSO TESTAMENTO QVERI POSSVNT *l.vlt.C. hoc tit.* vt liberis, *ll.omnibus, excepta 4. hoc tit.* parentibus
y *leg.4.* y & fratribus, per *d.leg.vlt.* Omnibus nempe iis conditionibus, eodem ordine, quo querela inofficiosi
z testamenti. Vnde ingratis denegatur *leg.5.C.h.* z item si legitima salua sit. Vnde cũ de eo constare nequeat; nisi mortuo testatore, nec ante nascitur hæc actio. Itemq; si miles donauerit, *arg.eor. quæ supra c.5.* Amittiturque pariter repudiatione, agnitione *leg.C.h.* &
aa quinquennio *arg.d.leg.vlt.iunct. iis quæ S.cap.6.* aa Contra quos detur, qua de re, ad quid ex dictis con-
bb stat. bb SPECIES DONATIONIS INOFFICIOSAE, EST DOS INOFFICIOSA, quæ etsi non donatio, ratione accipientis mariti *l.19.de O. & A.* est tamen ratione dantis, si nullo iure cogente
cc dedit *l.29.de don.* cc Ideo & hic Querela inofficiosæ dotis, cuius reuocationis eædem leges *l. vn. C. de inoff. dote.*

NOTATA.

a Vbi rescriptum Alex. Seueri, qui primus auctor huius
a querelæ. *Cuiac.in Nou.92. A.Fab.3. Coniect.17. subfin. Wes. ad h.t.C.n.13.* b Datur hæc querela, non nisi heredi, vel scripto,
b vel ab intestato regulariter, & nunquam contra verũ heredem, in quo vtroque differt à priori. Exheredato tum demum datur, cum querela prior saluam legitimam præstare nequit; veluti Pater, vndecim vncias donauit Titio. Post in eo, quod supertsuit, Caium instituit heredem, filio exclusso. Hic querela prior, etsi euertat totum testamentum, nihilo tamen plus vnciã vnã filio tribuere potest, quia illa sola in hereditate fuit. Deuenitur igitur ad hanc. Liberis verò solis institutis, etsi euacuato autea largitionibus patrimonio, nec querela inofficiosi testamenti datur, neque actio expletoria, *ex l.30. C.de inoff.test.* cũ legitima petatur ex bonis, quæ defunctus, cum decederet, reliquit, *l.6.C.d tit. Wes. ad h.tit. C.n.5.&n.13.* c *l.vn.C.Th.h.t.l.6.C.Th.de inoff. test.* Et reuocatur donatio, siue inter viuos, siue mortis caussa, vt *Wes h.tit.C.num.6.* siue in iudicio, siue extra id celebrata. Et donatio quoque ob caussam, quatenus in puram donationem incidit, non verò quatenus donatario ea caussa onerosa; *Wes. d.lo.n.30.* Sic & in ludo profuso per patrem perdita posse à filiis hac querela reuocari, cùm huiusmodi acquisitiones lucratiuæ sint, censet *Wes. ibid.nu.28. ad d. P. Greg. 44. Synt. 5.* Non autem sic reuocantur alienata contractu oneroso, verinque obligatorio, quamuis damnoso. quod pluribus rationibus confirmat *Rauchh. post alios quos citat p.1. q.43. n.10. Eman. Costa. I.d.lo.n.23. & c. P. Heig. p.1. q.25. n.38. & seq. Pinel. in l.1. C. de bo. matr. p.7. nu.76.* Si tamen alienatio fraudulenta, per quasi Faulanam vel vtilem eam actionem, pro ratione legitimæ reuocari, *arg. l. vlt. Si quid in fraud. patr.* probat idem *Rauch. post alios ibidem nu.27. & seqq.* qua de re vid. *Pinell. d. lo. num. 77. Cels. Bargal. lib. 5. de dolo c.* 10. etsi *Battand. tr. legitimæ c.8. n.35.* hâc querelâ immensam vendicionem, quam vocat, ex æquitate reuocari sentiat. f Planè si simulata sit emptio, colore cõtractus donationique
f sito, pretio dicis caussã constituto, quod nunquam venditor exacturus, vt *l.36. de contr. em.* querelæ locus erit *A.Fab. Cod. suo hoc tit. defin 6.* per *leg. contractus 54. de O. & A. Trentacinq. lib. 1. pract. resol. tit. de legitimâ resp. 2. nu. 9. & lib. 3. tit. de donat. resol. 4. numer. 7.* add. *Meno. recup. poss. remed. 9. nu. 180. Eman. Costa. ad cap. si pater de testam. in 6. p. 3. v. priuare non possit. num. 23. & seqq.* per *tit. Cod. Plus valere quod agitur.* Qualis habetur, si pretij accepcio, non aliter, quam patris confessione, vel apochâ probetur, *Trentac. d. numer. 9. post alios Rauchh. d. quæst. 43. num 46.* Quin etsi donationis caussa, venditio facta, pretio viliori, quamuis venditio communiter voleat *leg. 38. de contr. em.* quia tamen, quatenus in fraudem tendit donationis *interdictæ*, improbatur *d. leg. 38.* consequens est, hic quoque querelæ locum fieri, quatenus in lucrativum titulum incidit, vt si primogenito vel vxori, quis præcipua bona vendat, *Wes. ad h. tit. C.n.29.* seu quatenus pretium, valore rei excedit *Rauch. d. q.43.n.42.* Sed & huc refert *Wes. d.lo.n.9.* Feuda noua empta, cum deminutione legitimæ filiarum. Quia etsi quoad patrem acquirentem, titulus emptionis onerosus sit, inter patrem tamen & filios, quorum gratiã comparantur, merè lucratiuus, Contra *P. Heig. p. 1. q. 25. n. 32. & seq.* pluribus cõtendit, Quid si studiorum caussa facta donatio vni ex liberis, aut sumptibus studiorum, patrimonium exhaustum *Hart. Pistor. l. 1. q. 19. n 13. & seq.* statuit & hæc ita repeti, ac in communionem reuocari, cum & dos inofficiosa in eadem caussã sit. Quod vix aliter admittendum quàm vbi, & quatenus ex iis sumtibus, filius factus locupletior, *arg. not. S. t. 4. lit. Xx sub fin.* d Vt verò hæc excludatur, non opus est haberi legi- d
timam, titulo institutionis *l.6. ibi nec tantum dos, & c. C.h.t. Wes. h.t.C.n.58.* Pone. Qui 120. in bonis habebat, 40. filiæ vnicæ in dote dedit, reliqua 80. donatione in Caium contulit. Hic, siue filia, heredis inane nomen habeat, cum nihil in hereditate sit, siue ex hereditate, vbi querela inofficiosi testam. inutilis erit, hæc tamen querela non datur, e *Nou.92. c.1. ib.* e
in tantum autem auctæ quantitate A.Fab. Cod. suo h. t. defin.7. Quod intellige, collatis per calculum, in vnum & priosibus facultatibus, quas per donationes vacuas fecit, & posterius acquisitis, si ex vtrisque debita portio integra. Pone: Qui 600. habebat, vniuersa ea in Titium contulit. Postea 300. acquisiuit. Cessat querela, quia hæc 300. efficiunt trientem vniuersorum 900. in vnum collatorum. Quod si 200. solum acquisiuit, & reliquit, hæc legitimam non explent, tametsi trientem donatorum efficiant. Quia si donatio facta nõ fuisset, 800. reliquisset defunctus, quorum triens ampliot, f
quo distat à priori, vbi à tempore mortis, bona æstimãtur *l.6. C. de inoff. test. Forcat. dial. 115. nu.9.* Atque ideò vtilis hæc & necessaria, etsi aliquid filiis relictum sit. Nam condicione, ad supplementum legitimæ, petit id, quod deest quartæ, ab intestato debitæ portionis, ex bonis, quæ defunctus, cum moreretur, habuit. Hæc verò in vita celebratas donationes impugnat, petitque bona, non mortis tempore relicta, sed à viuo alienata, *Wes. ad h.t. C.n.5.* Ideoque hîc læsio probanda, collatione bonorum, quæ nunc adsunt, & quæ fuerunt tempore donationis. Et potest iusiurandum reo deferri, quantum acceperit: ac contrà, actoris iureiurando vel inuentario, explicari, quantum nunc sit in bonis defuncti, *Wes. d. loc n.32.* f
Non autem requiritur cõsilium fraudis, sed euentus sufficit. Nam *L.8. C. h.t.* consilij, & euentus damnosi meminit, quia ita contigerat. Ratioque redditur ex abundanti, quã cessante idẽ esset, *Forcat. dial. 115. n.8.* g Conueniunt gl. & Dd. omnes g
in *l.1. C. h.t. sentire testans, Sich. ad d.l.1. n.12.* si casu periit reliquum, vel vi maiori. Quod superest, dilapidet pater, censet dari querelam, ibidem *num.10.* quod ex profusione sequenti coniectura fraudis sumatur. h Cõsentit *Bart. ad l.11. C.* h
h.t. n.5. Sich. ad d.l.1. n.11. Donationes, inquiens, omnes robur habent ab initio. Legata non nisi post mortem. *Trentacinq. 3. pract. resol. titul. de donat. resolut. 4. num. 5. & c. P. Heig. p.1. quæst. 25. nu. 54.* Contra iudicatum testatur *A.Fab. Cod. Fabr. hoc tit. defin. 3. & definit. 7.* vid. *Maret. tr. Quatuor. cap. 10.* i Quæ olim sententia cuiusdam anonymi, quam i
refert

refert *Accurs. ad leg. 87. §. 3. de leg. 2.* quamquã neminem eorum, quorum libri extant, probasse scribit. Sed eam tamen, feliciter refricuit, ac eximiè firmauit *Eman. Costa, ad cap. si pater de testam. in 6. p. 3. v. priuare non possit nu. 4. & seq.* & post *eum A. Fab. 3. coniect. 17.* Nam cum in fraudem querelæ, hæ donationes excogitatæ sint, remedium, quo fraudi isti occurritur, eiusmodi esse conuenit, vt qui illo agit, tantundem consequatur, quantum si de inofficioso testam. quereretur. Atqui per hoc, totum filius consequitur, vel totam portionem, quæ ab intestato debetur. Ergò aliquid fraudis suæ fructum sentiret pater. Atque hæc querela *similis* priori dicitur, *in omnib. l. vlt. C. h.t.* Omnesque ferè leges huius tituli comparationem istam continent. Quas sibi non refragari, sed suffragari singulatim ita ostẽdit Faber: In *l 1.* verba *vtpote quartam. &c.* non probant, quod ad quartam solam agatur, sed quod agere non possit, cui quarta incolumis, sicuti & in priori, *S.c.4. lit.T.* In *l.2.* priori parte quarta, aliter salua, vt ad hanc subsidiariam non decurratur, vid. *j.h.c. lit.S.* Posteriore verò casu dicitur, ad similitudinem inoff. testamenti subueniri. In *l 4.* dicitur auxilium ad instar inoff. testamenti, &c. In *l.5.* casus alius, vt *j. lit.X.* In *l.6.* dicitur de enormitate, ad exemplum inoff. testamenti. Ex *l.7.* mala Dd. vulgò illatio: Quod immoderatè gestum est, reuocatur. Ergò quatenus modum donans excessit. Nam & rectè dicimus Testamentum, quo liberis legitima non relicta, rescindi, sed non rectè; quatenus legitimam non habent. Sic venditio, in qua, quis immodicè læsus, rescindi rectè dicitur. Non rectè, quatenus læsio immodica. Captiosa itaque ratio. Inofficiosa donatio reuocatur, quia inofficiosa. Ergò tantum quatenus &c. Supereſt *L.8. in verbis pro ratione quarte*, quæ sola iustam errori causſam præbere potest. Sed & ad hanc sic R. Faber. appellatio ambigua. Potest accipi quarta portionis ab intestato, potest etiam portio illa, ab intestato debita, quæ quarta est hereditatis, vbi quarta filij. Et sic deberetur per verba, *ad instar inofficiosi*, tum quia legitima, nunquam dicitur quarta, absolutè, sed cum adiecto, debitæ portionis alióve; tum quia *in praced. l.7.* dimidium quartæ patris necessariò intelligitur, totius hereditatis, quia ibi duo filij: Tum quia *in d. l. 8.* plures duobus filios habuisse matrem, arguunt verba *in vnum filium*, aliàs dixisset Impp. *in fratrem*, vt *l. praced.* Et *in ll. Cod.* multa supplenda, quæ ex rescripti verbis, colligi nequeunt. Denique nimis clarè hæc sententia probatur *l.87. §.3. de leg.2.* & confirmet *L. 4. in fin. C. de contr. emt.* vbi vocula *hæc*, referenda ad præcedentia omnia bona. Planè iure nouo, & ex *Nou.9.2.* admittit Faber post *Eman. Costam. S. d. loc. n.7.* si vni ex liberis, per donationem aliis liberis factam, minus legitima relictum, aliquid tamen, exæquationem tantum fieri, ad expletionem legitimæ. Idque ita statui consequens illi, quod statuitum est *in l.30. C. de inoffic. test.* vt *S. cap.4. lit.Yy.* Attamen nec in hac specie querela, huic locus est, sed condictioni ex lege tricennali, vt rectè *Costal. d. loc. nu.8.* Quod si nihil penitus vni relictum, ad hnc in totum subueretur etiam, aliis liberis facta donatio, perinde, vti institutio aliquorum filiorum, k
aliis in totum præteritis k Quæ distinctio communis, iudiciis, & consuetudine publica, approbari dicitur *Sich. ad l 1. C. h. tit. n.4. Couar. 1. var. resol. 19. n. 12. Gomez. var. 2. resol. 4. n. 13. Trentacinq. l. 3. pract. resol. lit. de donat. resol. 4. n. 2. Tiraquell. in l. 8. C. de revoc. don. v. totum. n. 5. Forcat. dial. 115. n. 11. Joach. Beust. ad l. 1. de iureiur. n. 153. Rauchbar. p. 1. q. 43. n. 44.* Quanquam quidam, ex his inofficiosam re, & consilio extraneo factam, ita demum in totum reuocari, si omnia prorsus donata. Nam si aliquid relictum, ad supplementum legitimæ agi sentiunt *Bart. ad. d. l. 87. §. 3. de leg. 2.* quem communem scholam sequi scribit *Trentac. ac Beust. d. lo.* Etsi à quibusdam *iam relatis*, huius membri nulla mentio fiat. † Planè quintuplicem variationem Dd. refert, & pluribus examinat *Mol. h.t. n. 12. & seqq.* Ipsius verò distinctionis fusius traditæ, & operosius adstructæ, summa hæc videtur. Si inofficiosa re tantum, vsque ad legitimam reuocatur: sin re & consilio siue liberorum vni, siue extraneo facta sit, tunc aut nihil relictum, sed totæ facultates, in aliquem liberalitate profusæ collatæ, & quia fraus non sit *tantum homini*, sed & legi, quæ prorsus inanis redditur, & in totum excluditur, nec inuenit in quo operetur, alienatio tota vitiatur *arg. l. 16. de iure patron.* Sic accipit *l. 87. §. 3. de leg. 2.* Aut aliquid relictum (non vile tamen nimis, & ridiculum, vt *ait. num. 62.* quod bonus vir arbitrabitur.) sed quod legitimam non explet, & quia non prorsus euertitur præceptum legis, nec ea excluditur, in toto, sed in tanto (vt loquitur) fraus homini fieri dicitur, non legi, cum hæc vtique inueniat in quo operetur, etiam subsistente donatione. Ideoque hîc querelâ, supplementum legitimæ petitur, sic accipit *L.8. sem-*
pen. C. h.t. & c. Etsi enim, & ibi patrimonium *exhaustisse* dicitur mater, non ideo tamen in totum, sed aliquid relictum contendit, id quæ probat *num. 51. & seqq.* 1. quia lidem Impp. *qui actores di. l. 8.* hoc sensu verbum *exhaurire* vsurpant in præcedd. 2. *ll.* vbi quod supereſt, & relictum non sufficit, ad legitimam conquerentis. Nam *in l.6.* dicuntur facultates *exhaustæ*, & tamen, quæ superfuerant diuisæ, &c. Id *l.7.* mater *exhausit* patrimonium, liberalitate, in filium vnum, & scribitur tamen, quod donationes alteri largitæ &c. Contra air, *in d. l. 87. §. 3.* Verbum *exinanisse* propriè sumitur, vbi nihil relictum, tum quia tempore Alex. Seueri proprietas, & puræ locutio magis viguit, tum *quia vocula exinanisse* maioꝛ vis, & emphasis geminata, ad totum absorbendum, quia vocula simplex *haurire*, non eam vim habet, quam vocula *inanire*. Ergò 2. Ratio. Quia nulla alia commoda conciliandi ratio *d. §. 3. eum d. l. 8.* cum non possit ibi, dimidia quartæ patris accipi, vid. *l. lit. §* 3. Quia æquiratem summam habet *d. §. 3.* Quid enim iniquius, plures bene meritos filios minusculas partes consequi, vno solo dodrantem solidum retinente, & adhuc in reliquo quadrante, partem facientem quartam, quia hæc querela priorem imitatur. Ergò vt illic solidum euincitur, *in nihil relictum*, si verò aliquid actione expletoria, quod deest legitime petitur, ita & hîc. (Hæc ratio quatenus infert, ad petitionem supplementi, non conuenit iuri antiquo, cuius vsus erat, tempore Imp. Alex. *d. l. 87. §. 3.* Item que Dioclet. & Maxim. *d. l. 8.* Eo enim semper querela dabatur, ad subuersionem totius testamenti, quoties legitima, non integra relicta, vid. not. *S. c.4. lit.K.*) 5. Quæ ratio totius eadem partis. Quare vti donatio, quæ aliquid relinquit, quia non tota inofficiosa est, sed quatenus legitimam lædit, reuocatur pro modo excessus, ita quæ nihil relinquit, ceu in totum inofficiosa, solida remouenda. Aliàs non plus puniretur parens, qui magis deliquit, filios in vniuersum fraudare volens, quàm qui minus. Ita ille. Per me verò liberum esto cuiuis, quod probabilius videatur amplecti. Ego aut istam, Ant. Fabri relatam *lit. praced.* aut hanc reprobata pariter, & communi distinctione, quàm, vt hoc quidem rectè noster planè repudiat *l. 1. C. h.t.* & Azonis opinione, vt *lit. seq.* veriorem iudico. Veram verò nunc, non asseuero. Ita & *Cuiac. 5. obs. 14. & in Nou. 92. & 1. ad African. l*
ad l. 10. Si quid in fraud. cred. & Exchin. 6. contr. 84. Wes. ad h. t. C. nu. 34. & seq. Hot. disp. de quarta legit. c. 5. n. 26. Quod ita *Cuiacius* declarat, si liberi, donationes tempore superstites. Post donationem suscepti, inquit, reuocant in solidum; si in extraneos liberalitas *l. 8. C. de reu. don.* si verò in alios liberos ante natos, pro modo legitimæ *l. 5. C. h.t.* Sed *de d. l.* 5. vid. not. 1. *h. c. lit.* X. de sententiæ veritate, vid. *not. lit. praced. I. &* K. Nititur quoque *Cuiac. d. c.14.* loco *Symmachi lib. 10. Epist. 32.* (sed qui rectè expensus nihil probat. m m
Ratio hæc 4. Donelli (tertiæ satis occurritur, *S. lit. I.*) penè facit, & tutiorem opinionem Mol. vt *S. lit. K.* quam A. Fabri, vt *S. lit. I.* statuam. Tamen si quis Fabro adhærere malit, non deesse possit, quod reponat. Neque enim hîc vlla Lex modum præstituit donationi, *vt quantitatem definiuit eorum*, quæ donari possent, aliàs quatenus excederet, tanquam contra legem facta, ipso iure vitiosa esset, sicuti in simili *d. l. 29. d. l. 34. §. 2.* Sed constitutiones Alexand. Seueri primum *d. l. 87. §. 3. de leg. 2.* deinde aliorum Impp. *hoc toto tit. Cod.* fraudi parentum, vtam priuandi legitimam excogitantium, occurrum voluerunt. n Conuenit *Forcat. dial. 115. n. 9.* Testa- n
mentum, ait, impugnatur facilius in solidum, quia reuocabile. *Molina. h.t. n.4.* difficilius rumpi donationem inter viuos perfectam, quàm testamentum ad obitum vsque pendens, sicuti & facilius amittitur legatum, quàm donatum. Et *Wes. in h.t. C.n.34.* † *Dionys. Maret. tr. Quatuor. c.10. d. 9.* simile hanc esse querelæ inofficiosi testamenti, quoad causſam, quoad tempus, quoad mores *l. vlt. Cod. h.t.* non autem quoad effectum. Rationem differentiæ reddit. In testamento inofficioso duplex peccatum patris. 1. Contra officium paternum, hoc commune; inofficiosæ donationi 2. Contra formam, & sollennitatem præscriptam. Malè hoc, quia peccatum huiusmodi ipso iure inane reddit testamentum. Et quod nõ ita reuocationi obnoxia donatio ve-
rum est ratione ipsius donantis. Hîc verò non à donatore, sed contra ipsius voluntatem, fit rescissio. o Ad hoc Respon- o
sio facilis, ex iis, quæ ipse Don. tradit, *S. c.3. & quæ l. c. lit. V.* Sicuti in querela inofficiosi testamenti re ad causſam intestati reducta, sit vt heres scriptus, iam ab initiò, nunquam heres fuisse intelligatur, ita hic donatione rescissâ, non quidem petitio hereditatis, sed rei vindicatio, tenet conera possidentem, ac si titulum nullum haberet. p *Wes. in h. t. C.* p
n.35. † Atqui illa donatio semper in totum reuocatur, ipso iure, siue in fraudem legis facta, quando ratã manente a-

lienatione, nihil prorsus haberet patronus, per Fauianam actionem, siue in fraudem patroni, quando, eâ ratâ manente, aliquid habiturus, sed minus. Iam verò filius in portione, quam lex ei tribuit, non debet esse deterioris conditionis, quàm patronus. Et imò nihilo secius, in fraudem legis, fit donatio inofficiosa ea, quæ nullo relicto, legem de legitima relinquenda, in totum eludit, q ita *cum Azone in Summa C.h. t.n.4. Cuiac. in Nou.92.&5. obs.14. Forcat. dial.115.n.7. Vvesenb.in h.t.C.n.35 Fachin.6.contr.84.in fin.* Quæ non apertissima & verissima conciliatio est, vt vocant Cuiac. & Fachin. sed mera, & intoleranda contorsio; qua vix imperito tyroni satisfacere possit, vt *A.Fab.3.Coniect.17. in fin.* Quam apertissimè, & verissimè refellit *Mol.h.tit.n.34.&seqq.* 1. quia ibi relatio partis, & quidem certæ ac definitæ, dimidiæ, expressè fit, *ad id, quod donatum est.* Ergò necesse est, fit dimedia eius, quòd donatum est, aliàs verba violamus, & corrumpimus, non interpretamur. Solida itaque donatio, pro virili conquerentis parte, reuocatur. 2. Idem probat *d.l.87. §. sequens vlt.* ibi: *ea quæ donata sunt, reuocari*, scil. vniuersa. Quare quod *d.* §. de media parte dicitur, non restringit reuocationem, quæ mero iure est totius donationis, sed eius effectum, quia cum & donatarius æquè heres sit ex semisse, vti alter inofficioso conquerens, etsi donatio in totũ vitiosa sit, partem tamen eius dimidiam, hereditario iure retinet. r Immò vocula *reuerti*, contrarium probat, per *l.8.C.de reuoc. don.iunctis iis, quæ ipse Don.ad eam legem*, vid. *S.lib.14. c.32. lit. K. & L.* Et rectè ipso iure, quoties in fraudem legis pariter, & hominis facta, cum totæ facultates vacuæ factæ, vt *d. l.5.& d.l.87. §.3.* per rescissionem verò, quoties in fraudem hominis tantum, vt eadem sit in liberis, distinctio hîc, quæ in patrono traditur *l.16.de iure patron.* Nec obstat quod reuocari dicitur *d.*§.3. Nam & reuocatur in specie *l.8.* vt arguit titulus, sub quo Lex posita, scilicet ratione possessionis translatæ, quatenus de facto processit. s Conuenit *A. Faber.3.coni.* 17. In *d.l.2.* priori membro donatio, cùm nulla sit, nec rescindi potest. Ideo autem, ait, sola quarta filio incolumis, quia cum vniuersorum bonorum vni filio facta donatio, videatur supremi iudicij ordinatio, arg. *d.l.20.*§.3. officio arbitri Familiæ erciscundæ incumbit, vt à patris voluntate quam minimũ recedatur *l.16.C.Fam.erc.t l.vn.C.de inoff. dote. Wesenb.ad h.t.C.n.2.&* 2. *seqq.* scribens esse actionem ciuilem reuocatoriam, & ideò subsidiariam, & realem, aut saltem in rem scriptam. † *Sich.ad l.1. C. h. t. n. 6.* vocat hanc præparatoriam rei vindicationi, eò quòd tollat titulum donatarij, quo sublato, res deinde vindicetur. Sed id inde *Sich.* quia & querelam inofficiosi testamenti præparatoriam
u statuit, vt not. *S.c.3.lit.B.* u *Wesenb.h.t.C.n.13.* Hæc querela, ait, inducta, non vt titulus iuris hereditarij, ceu malè quidam; sed legalis, & ab hereditate separatus, impugnans titulum, non hereditatis, sed contractus. Quin hoc ipsum, quod hæc etiam liberis heredibus datur *l.3.C.h.t.* probat hunc non esse titulum successionis, aliàs temerentur ratam habere donationem, quia heres factum defuncti præstat, ibid. *nn.17.* Non etiam ait idem *num.20.* ius hoc ex contractu, vt malè
x Bart. sed ex lege, contra ius contractus. x *ita Bart.ad l.1.& ad d.l.5.C.h.t. Wesenb. ad h. t.C.n.* 18. *& Dd.comm.* in specie *d.l.* 5. & vnico hoc casu (non enim semper donantem reuocare posse, vulgò sentiunt) donatori ipsi hanc actionem competere. Nam putant, sicuti, qui donauit extraneo, natis postea liberis, in totum reuocat *l.8.C.de reu.don.* ita qui vni filiorum, si alios postea liberos susceperit, quibus legitima salua non esset, ratâ manente donatione, eam pro modo legitimæ rescindi. Et ita quoq; *Cuiac.in Nou.92. & tr.1.ad Afric. inl.10. Ne quid in fr. patroni.* † *Forcat.dial.115.nn.6.* non tractari *d.l.15.* de hac querela, quæ nõ nisi post mortem nascitur, quámque ipse pater contra pietatis officium à se factã, non diceret, ne propriæ turpitudinis accusator sit. Sed de quâ tractetur, non satis expedit. Sicuti nec *Ant.Fab.3.coni.* 17. dum inquit *in specie d l.5.* de illo patrem sollicitum esse, quomodo liberis postea natis debitã portio relinqui posset, ne alias donationes in fratres collatas, in solidum reuocarent. Donationem, quæ initio non fuit, ex post-facto, fieri inofficiosam, si pater ad se eam donatorum partem, quæ aliorum liberorum legitimæ sufficiat, reuerti nolit. † Non enim hinc liquet, quodnam detur remedium ipsi patri donanti in casu *d.l.5.* ad reuocationem, non totius, sed partis. † *Mol. p. h.t.n.*13. falsum intellectum *d.l.5.* in errorem præcipitis egisse Dd. sentit. Et ibidem *n.*33. & seqq. contra Dd. ibi non ex tacita mente donantis (vt *l.8.C.de reu.don.*) tempore donationis, nec expressa voluntate præsenti reuocari, sed contra eius voluntatem, ob vitium onofficiosi. Quod probat 1. Quia *d.l.5.* posita *in tit. de inoff. donat.* nõ in tit. *de reuoc. don.* 2. Quia ab aliis legib, huius tituli hæc sola nõ difformis erit. 3. Quia excludit ingratos, quos tamen patri admittere libertã. 4. Per verba *necesse est.* Ergò hîc non de reuocatione, quæ fit ab ipso donatore, sed quæ eo inuito, ex necessitate iuris. Alias quoque rationes profert, quas, ne prolixior sim, prætereo. Causæ constitutio in *d.l.5.* ex sententia Mol. *nu.37.* & seqq. talis: Qui donauerat emancipatis, ductâ postea secundâ vxore, metuens, ne si fortè ex ea liberos susciperet, illi donationis fructum fratribus eriperent, quæsiuit, an & quatenus donatio, non à se, & ex voluntate sua, sed ex necessitate iuris, à liberis istis aliquando post mortem suam reuocari posset. Videbatur quod non posset, quasi donatio, non ad interuertendam querelam inofficiosi facta, perfectáque initio, postea inofficiosa non fiat, nec vitietur, etsi in eũ casum deuenerit, à quo incipere non potuit. Contra decidit ur, quod etsi pater ratam haberi velit donationem, tamen necesse sit seruari legitimam filiis posterioris matrimonij, tam respectu bonorum donatorum, quàm postea quæsitorum. Et quãtum ad hoc, bona donata *reuerti*, vt scil. de iis quoque legitima æstimari possit. Hócque nouè statutum censet, quod absque *d.l.5.* esset donatio ritè perfecta, nulloque vitio inofficiosi, nec re, nec consilio (cum tempore donationis hi liberi nec nati fuerint, nec de iis cogitatum) affecta, vtique euentu & casu postea emergente, non infirmaretur arg. *eorum, quæ S.h.e.lit.O.* Ita *Mol.* qui & statuit hoc ipso casu, si pater ipse velit reuocare donationem, posse id in totum facere, æquè, ac si facta extraneo esset *d.l.8.C. de reuoc. donat.* Vbi autem liberis natis apertè confirmauit donationẽ, sicuti ab extraneo donatio, ex post-facto, inofficiosa per liberos, tantum pro ratione quartæ reuocaretur, cùm consilium fraudandi cesset; ita pariter, si in liberos collata &c. Confer *Mod.Pist. p.2.qq.66.* y vid. *Hart.Hartmanni lib.2.tit. 44.observ.*4. Liberis autem naturalibus non datur *l.5.* vbi *ex quocunque &c. C.h.t. Valasc. conf.94.n* 7. Et hîc quoque locus successorio edicto, vt *vult Rubeus ad l.*14. *D. de inoff. test. cap. vlt.n.6. & seqq.* & iuri accrescendi, ibid. *n.*15. ac pendente lite, filius ex bonis litigiosis alĩdus, *A.Fab.Cod.Fab.h.t. de fin.* 5.z Quod *Mol.h.t.n.*71. statuit, etsi ingratitudinis causa donatione non expressa, quia in testamento expressio pro forma requiritur. Et *Fac.N.92.e.*1. §.1.aa *Rub.ad l.*14. *D. de inoff. test.e.vlt.n.*5. Et ita verba cadẽ temporibus *d.l.vlt.* exponũt *gl.& Dd.& Ania.in l.vn. C.Th.h.t. Wesenb.in h.t.C.n.*4. Et hæc quoque ad heredes tantum suos rẽ transmittitur, ad extraneos non, nisi præparata, *Wesenb.ibid.n.*20. *Trentac.3.pract.resol.tit.de donat. resol.4.d.*14. bb Nondum tamen expeditum, an detur bb contra singulares successores? *Vvesenb.h.t.C.nn.*14. dari contra omnes, ad quos res titulo lucrativo peruenerunt, quatenus inde locupletiores. Confer not. *S. lib.*14. *c.32. lit. M.* Item an pro modo eo, quo reuocatur, fructus quoque restituendi? De quo *Vasquius.1.Illustr.contr.38.n.1.& 2.& Trentac.l.3.pract. resol.4.nom.*13. Denique quid si res donatæ non extent? Vulgò condictionem ex lege reddẽdam volunt, *tesse Vaudo 2.q. 24.n.*10. qui putat consumpta condictione, sine caussa, vel ex caussa iniusta, debere repeti *arg. l.1.in fin. de cond. si ex l.5. §. vlt. l.6. de don int. vir. cc Annu. Robert.3.rer. iudic.*10. *p.*711. cc Et censetur quoque dotis caussa lucrativa, quoad mulierem, etsi sit filia donantis *l.vlt.*§.1. *Quæ in fr. Cred. Pinell.in l. 1.C. de bon. matern. p.3.n.*62. *pag.*347. immò, & quoad maritũ, quatenus congruum modum excedit, vt vult *Molina. tr. de donat. fact. incontr. matrim.n.*51. Confer *Cuiac.26.obs.*25. Etsi absolutè nõ sit *l.vn. cir. med. C. de impon. lucrat. descript.l.*10. *tit.*35. De dote inoff. pluribus *Sich. ad l.an. C.h.t. Trentacinq. libr.3.pract.resol.tit.de Iure dotium, resol.3. Valasc. consult.*184. *Matthæ. de Afflict. decis.*88. *ibiq; Cæsar Vrsill. in annot. Vinc. de Franch. decis.*558. *Fusè Vvesenb. ad tit. C. de inoff. dotib.* Hic satis superque.

CAPVT XII.

Petitio Hereditatis.

SEQVITVR iam, specie vnâ expositâ, PETITIONIS GENVS, ad omnes actiones, quibus hereditas petitur, pertinens. PETITIO HEREDITATIS, EST ACTIO IN REM, *l.25. §. petitio* 18. *h. t.* quia eâ rem nostrã petimus à possessore, hoc nomine solo, quia possidet. Habet tamen, quod singulare illius est, personales, id est, personæ cohærẽtes, præstationes *d.*§.18. pretiorũ, ex rebus distractis à possessore redactorum, & quæ à debitoribus exacta sũt. Ratio specialitatis, quia vti hîc non species, quæ naturâ possideri

sideri desinere potest, sed genus petitur; ita pretia illa, & debita exacta à possessore debẽtur vt genus, per *l.2. pr. &* §. *1. de reb. cred.* quod vti perire nequit, sic nec desinere possideri. Ideò dicitur mixtam personalẽ actionem habere *l.7.C.h.t.* a ET HIC DICEMVS I. CVI COMPETAT, QVI HEREDITATEM SVAM b ESSE INTENDIT *l.3.l. licet* 10. *h.t.* b etsi legitimus heres legatum ab instituto acceperit, modo id reddat, c nec manifesta calumnia sit. *l. postquam* 43. *h.t.* c QVOQVO IVRE, SIVE ex testamento, siue ab intestato, ritè d delata sit; de quo vide supr. *suis locis* d & acquisita: siue per nos, siue per alios, vt liberos, seruos, supr. *lib. 7.c.6.* item eos, quibus successimus. Nostra enim etiã hereditas, quæ decesseris nostri; veluti pater Titio heres. Ego patri Hereditatem Titij rectè peto *l. 3.h.t.* quia heres heredis, etiam testatoris *l.vlt.C. de her. inst.* e *l.65.d.V.S.* e Nam patris hereditatem totam obtineo. In ea autem est hereditas Titij, illi quæsita. Ergò & hæc, vti reliqua bona, iure hereditario ad me spectant. Quia verò sæpè probatio, quòd nostra sit, hîc difficilis, consultum est prius experiri interdicto, Quorum bonorum ad possessionem transferendam, quod excef ptionem altioris indaginis repudiat *l.1. Quor. bonor.* f Nec tamẽ id omnibus datur, sed quibus ex edicto bog norum possessio data g II. CONTRA QVEM? POSSESSOREM 9. *h.t.* SI VERE POSSIDEAT. Nec tantùm; si propriè, sed & si corporaliter teneat, ac restituendi illi facultas sit, vt filiusfamilias *l.36.§.1.h.t.* idque contra proprietatem verbi *possidere*, ex sententia iuris, quod dum vult teneri verum possessorẽ, qui plus iuris habet, magis eum, qui minus, si pariter restituendi copia illa sit. Planè qui absẽtis nomine possidet, nõ quasi heres, nec quasi sibi possidens, ab eo absentis nomine pretendum, non ipsius *l.13.§.12. h.* SIVE IVRIS INTERPRETATIONE, PRO EO HABEATVR: VT QVI SE LITI OBTVLIT *l.13. §.13. l. qui se liti 45. h.t.* propter dolum, modò iudicium acceperit *l.25. de R.V.* (quia per hoc lis verè constituitur, nisi cum auctor, à vero possessore petere vellet, se obtulerit, vt ab illo actionem auerteret *l. 27. pr. eod. tit.*) & ignorauerit auctor, eum non possidere *d.l.45.h.t.* aliàs ipse se decipit *l. 26. de R.V.* ET QVI POSSIDERE DESIIT *l. 13. §. pen. l. 25. §. 8. h. t. l.* h *qui dolo 131. l. parem. 150. de R. I.* h Vbi etiam possessor nouus tenetur *d.§.8.* Ac si prius actum, cum possessore liberatur is, qui dolo desiit *l. 13. §. pen. h. l. 95. §. dolo 9. de solut.* item que si possessor, iudicium accipere paratus i nisi petitoris interfit *d.§. pen.* fortè, quia non soluendo possessor, aut potentior. Sin cum non prius, & litis æstimationem ab eo consequutus actor, possessor non liberatur *dd. ll.* Obi. At si præstatio huius, qui dolo caret, liberat illũ, qui in dolo est, æquius est, vt illius solutio hunc liberet. k Ratio diuersitatis. Possessor rẽ, vel æstimationem præstando, omnem petitoris actionem ademit, quæ vna fuit de re, ab alio possessa, restituenda. Ergò teneri nequit, qui dolo desiit, cum actio, non ex possessoris persona, sed petitoris iure æstimetur *l.1.§.1. si pars her. pet.* Contrà, qui dolo desiit, nec soluit nomine possessoris, nec actionem sustulit, quæ est de re, ab alio possessa. At qui eadem adhuc possidetur, ab eo, à quo prius. Obi. *L. 57. de R.I.* k. Non hîc, eadem res bis petitur. Sed qui prius æstimationem adek ptus, ceu pœnam doli, petit rem ipsam. k Obi *l. 24. iunct. l. 26. pr. de nox. act.* k. ibi ius singulare, per verba: *prætor introduxit*, non tantum in hoc, vt præstatione alienatoris liberetur possessor, sed & in eo, quod electio l sola vnius, etsi præstatio nõ sequatur, liberat alterũ l contra naturã omnium actionum *l.1.§.43. Depos. l.8.§.* 1. *de leg.* 1. Adhæc actio noxalis in personam est, quam prætor dedit, aduersus dolo alienantem, contra naturam illius, quæ caput sequitur. Obi. *L.* 10. *de reb. eor. qui sub tut.* k. Species diuersa, disparem rationem habens. Ibi enim, qui litis æstimationem præstando, possessorem liberat, tutor est, cum quo, dum egit pupillus, ad æstimationem, factum eius, alienationem prædij, probauit *l.16. de admin.* Deinde ibi, qui possidet, emit à tutore, qui dolo alienauit. Dispositio autem illa cessat, vbi possessor à priore, qui dolo desiit, emit. Quippe hic neque petitione hereditatis teneri potest, titulo possideat, m neque actione in rem, quia emtor, m omnibus defẽsionibus venditoris vtitur *l. emtori 28. de euict.* Inter quas & hæc, ne bis ab eo idẽ petatur, quod hic fieret, ob regressum emtoris, contra suum actorem. REI HEREDITARIÆ VNIVS, ETIAM MINIMÆ *l.*10. *h.* VEL PLVRIVM. Non si aliàs se pro herede gerat, quia ius hereditatis, per se solum, nequit restitui. n Ac licet hereditas ipsa petatur prin- n cipaliter, per consequentiam tamen, res singulæ hereditario iure. Instas: at cum hereditas ipsa principaliter petatur, ipsam quoque à reo conuento, possideri necesse est. k. rectè. Ideoque non contra quemcunque possessorem, sed QVI POSSIDET PRO HEREDE. Is enim, etsi rem minimam ita teneat, animo tamen totam hereditatem sibi tribuit, iurisque vniuersi se successorem, non rei istius, contendit. Qui scilicet dicit se heredem esse, cum vel non sit. p Nam qui est, p cum petitionem ipse habeat, magis retentionem: vel non cum effectu; vt cui ceu indigno aufertur hereditas *l. prædoni 46. h.t. iunct. l.*43. §. *vlt. de vulg. & pup.* vel non in re petita, vt si heres Titij possideat rem, ex hereditate Caij *l.*13. §. 3. *h.t.* Et hinc tenetur verus heres eius qui pro herede ita possedit, etsi hoc nomine eum possedisse ignoret *d.*§.3. q Non verò, qui alioqui verè q heres possidet rem, non hereditariam: hic enim titulus, pro herede iustus est, vid. *super. lib.5. cap.*14. In illo verò interest, falsò putet se heredem esse, an sciens mentiatur *l.11 l.12.h.t* Obi. Immò hic, pro possessore r possidet. nam quasi prædo tenetur *l.25.§.27.h.* k. Iuris interpretatione ita habetur. quia eâdem pœna afficitur; verè pro herede possidet *d.l. 12.* PROVE POSSESSORE, (nam & hic, vi ipsa satis significat, se pro herede gerere, eóque animo possidere, cùm duo tãtum modi sint, res defuncti obtinendi: legatũ, & successio vniuersa) vt prædo *l. 11. in fi.h.* qui sciens bona aliena inuasit *l.25.§.3. & 7.h.* Sed non simpliciter prædo. t Verum qui, aut nullam possessionis caussam ad- t fert *l.12.h.* aut apertè iniustam, quæ iure nulla est; vt emit à furioso, donatum accepit à coniuge, dotem ab impubere *l.13.§.h.* vbi dicitur omnibus titulis, hic pro possessore hærere, id est, omnes hunc recipere, vt qui eos allegat, tunc cum iure nulli sunt, pro possessore possideat t NON ALIO TITVLO, pro empto, do- t nato &c. vbi speciali in rem actione, res vindicanda *l. 7. C. h. l. pen. C. in quib. causs. cess. lon. temp. præs.* Ratio diuersitatis in iure petitoris: Vindicatione agit dominus, aut qui pro domino, creditor, emphyteuta &c. Cui rem restitui semper æquum est *l.9.D.l.3.C. de R. V.* Hic verò non protinus qui heres, idem dominus. Quid enim, si res petitur, sit commodata defuncto vel deposita. Cõtra potest esse vt qui pro emto, exemp. g. possidet, verè sit dominus. Ac quia vtrinque res dubia, potior caussa possidentis *l. in pari 128. de R.I.* Heres verò, eo ipso, quod heres, plus iuris habet, quàm qui sine titulo iusto possidet. u Accedit quod heredi- u tas quouis titulo possideri nequit, sed illis duobus solum. Vt autem sciri queat, quo titulo rem possideat

reus,

reus, ante litem contestatam, in iure interrogandus est. Quippe in hoc iudicio respõdere cogitur *l.cogi* 11. *C.h.t.* ac proinde docere, quo titulo teneat, & à quo titulũ habeat. Secus est in specialibus actionibus *d.l.* 11. quia in his scire titulum rei actoris, nihil interest, cum eo probante, res restituenda sit, nõ attento titulo, non probante, possessio in suo loco maneat. x Obi. Nemo cogitur, tela aduersario submini strare *l.1.C.de ed.l.7.C.de testib* ℞. Neque hic: nam si specialem titulum iustum dicit, petitionẽ submouet. Quid si nolit dicere? Eo ipso indicat se, pro possessore tenere, per *l.12.h.l.*11. § 4. *de inter m. iure.* Et hoc in directa petitione hereditatis, perpetuũ. VTILI TAMEN TENENTVR, qui se eos dicunt qui, si verè essent, pro heredibus haberentur, vti BONORVM POSSESSOR *l.*11. *in fi.h.* Vbi v. *videtur.* Verè enim non pro herede possidet, cum nec verus bonorum possessor, propriè heres sit, FIDEICOMMISSARIVS *l.*13. §. *sed etsi* 6. ET EMPTOR HEREDITATIS *l.*13 §.4. quia qui à vero herede emit, heredis vice est. Ergo & qui, y ab eo, qui pro herede possedit, vice eius. y Sed hic sub conditione, si nõ expediat peti, à venditore (nam vẽditor quoque tenetur, siue malæ fidei sit, quia dolo possidere desiit, siue bonæ, ad pretium, vel actionem præstandam *l.*10. §.17. *h.h.*) quia is vel abest, vel non soluendo, vel quia modico vendidit, vbi bonæ fidei venditor, nõ vltra, quam locupletior factus est, tenetur *l.*25. §.11. *h.d.* §.4. Eadem conditio, in malæ fidei emptore, vt probat *d.l.*13. §.8. quia nõ tenetur, vt prædo, sed vt emptor vniuersatis. Ergò, nõ nisi, sub con- z ditione ea, quæ in *d.*§.4. z Obst. *l.*2. *C.h.tit.* vnde liquet, malæ fidei emptorẽ indistinctè, per verba *q.m. possessor iunct.l.*25. §.7. *D.h.t.* bonæ verò fidei, ne vtili quidem, per *verba ex eo die fructus &c. iunct.l.*27. *& seq. D.h.t.* teneri ℞. Si cum vulgò Dd. accipimus *d.l.*2. de ẽptore hereditatis, inexplicabilis difficultas. Sed nõ de eo, nec de petitione hereditatis, loqui illam patet 1. quia dicuntur restitui fructus, ex die litis contestatæ. Secus est in petitione hereditatis *d.l.*27. *& seq. vt I. c.*13.2. Subditum ibi: Fructibus enim, augetur hereditas, cum ab eo possidetur, à quo peti potest, id est fructus omnes veniunt, in petitione hered. quandocunque percepti, etsi agatur contra bonæ fidei possessorem, vt *d.c.*13. *lit. D.* Quod si priora, de petitione hereditatis, verba hæc, nõ confirmationem habebunt priorum, sed infirmationem 3. *in vers. vlt. Emptor a.* aut hic sensus est, emptorem in proposito tantum teneri actionem speciali in rem, aut vtraque. Non hoc, quia ineptè adiicitur vindicatio, partitioni hereditatis. cũ illã minus, de fructibus consequi liceat. Ergò illud. Quare *d.l.*2. accipi debet, vti concepta est, de emptore bonorum, hoc est rerum hereditariarũ singularũ. Hæc enim vsu iuris, bona denotant *l.*26. §. *vlt. de leg.* 1. cum intelligantur, deducto ære alieno *l.*39. §.1. *de V.S.* Et *in specie d.l.*2. omissa quæstione de genere actionis, quæstio mouetur de fructibus restituẽdis, eáque sola deciditur per distinctionẽ. Si malæ fidei emptor, omnes, sin bonæ, à tempore litis contestatæ, à quo incipit prædo haberi *l.*25 §.7. *h.t.* Sequitur obiectionis occupatio *in vers. fructibus enim.* Sensus hic: Augetur sanè fructibus hereditas, & quãdocũque percepti restituendi sunt, etiam à bonæ fidei possessore. Sed id tunc, cum petitio hereditatis intentatur. Hîc verò emptor, vti proprio titulo munitus est, ita etiam, seu pariter, singularũ rerũ iure conuenitur, id est, eo iure, quod seruatur in singularum rerum petitione, nõ verò quod in petitione vniuersatis, quia scilicet specialis actione in rem solum tenetur. Coniecta autẽ *d.l.*2. *in h.t. C.* propter interpretationem regulæ: Fructibus augetur hereditas. aa Quæ de emptore hereditatis aa diximus, obtinent quoque in eo, qui à fisco emit *l.*13. §. *itẽ* 9. *h.* eadem scil. conditione: si res aliter salua esse nequeat, nẽpè quo casu, à fisco vẽditore peti nequit, vt si vendidit eã lege, ne eius hereditatis nomine teneretur *hic & super l.*9. *c.*3. *sub fin.* Tunc enim pactum fisci, cũ emptore, nocet heredi emptoris, postea hereditatem vindicante *d.c.*3. *sub fin.* bb Quomodo dicemus, bb non correctam *d.*§.9. *per l.*2. *& 3. C. de quad. præscr.* quæ ementem à fisco, tutum esse, & securum cauent. Eadem quoque obtinent in illo, qui à non herede accepit, ex alia iusta caussa, vt dotis *d.l.*13. §. *apud* 10. hereditatis. Sic enim verus heres eius, qui pro herede, proue possessore possedit, tenetur directâ, etsi ita possedisse defunctum ignoret *d.l.* 13. §.3. [vide supra *h. c. lit.Q.*] vt enim ipse possideat bonã fide, tamen necesse est, vtatur iure decessoris *l.qui in ius* 177. *de R.I.* Et verè, hic heres, in iis, quæ decessoris sui fuerunt, non in aliis. Quare, & vbi emptor, vtili tenetur hac petitione, ibi & heres eius, earum rerum nomine *d.l.*13. §. *heredem* 14. *h.t.* cc cc

NOTATA.

Et verè, itaque hæc mixta actio, de vtraque reali, & personali participans [etsi hoc *Don. noster.* non velit, quippe, qui, nullas mixtas *actiones* statuit, vid. *S.c* 2. *lit. G.*] *vt* rectè *Dd. vulgò Azo in summa C.h.t.n.*20. *Mynsi. in* §. *actionum* 28. *I. de act. n.*115. *Maranta speculo aureo p.*4. *distinct. iudic.*3. *n.* 62. (scribens oriri, ex quasi contractu, additionis hereditatis, quod non omninò placet.) *Zang. de except p.*2 *c.*1. *num.*102. *vital.*1. *var. lect.*16. *nu.*1. *P. Greg.*46 *Synt.*17. *num.*2 *Vult. ad l. vn. C. vbi de her. ag. n.*25. *Cuiac. ad* §.1. *I. de act. Facbin.* 11. *contr.*62. Atque hæc nõ alia ratio est, quod ei tricennio tantum præscribitur, reddita *in d.l.*7. vt frustra, quidam aliam commiscantur, rectè *Parlad.*1. *ver. quotid.*1. §.12. *n.*5. *& seqq.* t *Cuiac.*6. *diff. Modestini ad l.*46. *h.t.* duas actiones huic ineſſe, personalem, & realem, vtramque per se, ideóque tricennio illi præscribi; Nam, ait, si tota æstimaretur ex parte, quã realis est, iniuria fieret actori, coarctatã etiam personali actione ad annos 10. vel 20. Expedit itaque actionem mixtã totam æstimari ex parte, qua personali, vt non nisi 30. annis perimatur, quia iura & actiones produci, quàm coarctari melius est, Tametsi *Cacheran. decis.*56. *n.*7. quãdoque longo tempore præscribi huic actioni velit, tunc scilicet quando datur contra possidentem, titulo singulari. At imò nunquam contra eum datur, vt *S. lit V.* † Planè, quia actus mixtus, à potiori nomen sumit *l.*12. *de stat. hom* ideo hæc realis dicitur, plerunque, à re, ceu principaliori, vt *Menoch. adip. poss. remed.*4. *num.*29. *& seq.* Et per eam vindicare dicimur *l.* 8. *l.*19. §.1. *D.l.*3. *l.*9. *C.h.t. l.*17. *pr. de inoff. test.* non ideo tamen merè realis, vt *Achill. personal. tr. de petit. hered. n.*633. *Cagnol. in Rub. D. Si cert. pet. n.*62. *Bellon.*2. *Supp.*3. *A. Fab.*20. *coni.*10. *pag.*116. Dura enim expositio, Belloni: *mixta personalis ratio compellit*, id est, quæ ratio efficit, vt personalis mixta præscriptione, tricennali perimatur, eadem in hac, quæ quamuis merè realis sit, habet tamen præstationes personales. Hæ enim imò præstationes personales faciunt, vt sit mixta, per *l.* 22 §. *pen. Eam. erc.* vel saltem; cum principaliter quidem, & per se in rem sit, orta ex iure hereditaris vniuersali, & reali, actio tamen personalis illi, quasi inclusa, & sic immixta est, vt in multis eundem effectum habeat. Et vt reliquæ tres actiones mixtæ *quæ in* §.20. *I de act.* origine, & essentia sunt in personam, fine & effectu vero, de realibus participant. vid. not. *S.c.*2. *lit. G.* ita hæc, versâ vice, origine in rem, exitu verò multa cum actione personali, cõmunia habet. Quod & ferè agnoscit *Bellon. seq. c.*4. scribens hanc dici posse realem mixtam, vt illæ personales mixtæ. Non obstat retorsio *Belloni ex d.l.*7. *v. ceteris autem* sic arguentis: Regula traditur, quod actionibus realibus præscribatur longo tempore. Inde excipitur petitio hereditatis. Ergò & hæc realis, aliàs exceptio de regula non erit. Nam ℞. mixta sub simplicibus contineri, vid. not. *S.d. lit. G. p.*457. Et spectari quod præualet *l.*12. *de stat. hom. &c.* b Ideóque dari post additionem, tradunt arg. *l.*1. *& 2. c. Quor. bon. Gomez. in leg. Tauri.*45. *n.*154. Et repelli posse petitorem censeant, inde, quod hereditatem non adierit. *Hieron. Marilian. decis.*44. Sed rectè *Wes. ad h. t. C. num.*18. additionem aliam, non requirendam, in eo, qui ex se

se heres esse vult, cum eo ipso, quod hanc intentat, satis pro herede gerat, cum animo solo, hæc acquisitio contenta sit, vt *S. lib.*7. *c.*8. At si ex alterius iure agat, vt heres hereditus, necesse est, vt probet illum, ex cuius iure agit, egisse quando hereditas non adita, non transmittitur, vt *S.l.*7. *c.*4. Itẽque si pater, & dominus hereditatis per filium, vel seruum sibi quæsiram perant. † Difficultatem verò hic mouet *Gomez. d.lo.* Si post adicionem, nulla amplius est hereditatis, sed patrimonium heredis, cum illa sit ius fictum, & imaginarium, inductum ad repræsentandum defunctum, quomodo petitur hereditas, quæ non est, sed extincta. Resp. *Gomez.* Non datur hæc petitio, ad consequendam hæreditatem, vel ius illud, sed principaliter competit, vt declaretur heres, ac in consequentiam fiat restitutio rerum, quæ penes alium sunt, quæ dicuntur hereditatiæ, donec possessionem adeptus heres, † *Gæd. ad l.*24. *d.V.S. num.*12. etsi repræsentationis istius ius, quod hereditati inerat, extinguatur aditione, per eamque fiat, ne res amplius defuncti censeantur, caussa tamen, ait, manet, & titulus petendi continuatur, vt & heredis heredi competat; Sicuti & emptionis ex. grat. obligatione per traditionem dissoluta, caussa empti, & titulus pro emptore c durat. Si nempè vires testamenti, priùs ignoranit. Vnde & qui, ex testamento, hereditatem petiit, & victus, non prohibetur, legitimam hereditatem vindicare *l.*8. *D.l.*3. *C.h.t.* Etsi ab intestato, quid amplius habiturus. Non enim, quod iudicium defuncti ignorans (per iustam facti errorem. Secus si errore iuris, per *l* 3. *si quid instr. patr. Costal. ad d.l.*8.) secutus successionem intestati repudiauit *l* 19 *vers. caterum de inoff. test.* cum nemo ea quæ sibi competere nescit remittat d *l.*35. *de pact. Fac. l.*97. *de acquir. her. Wes. in par. h. t. num.*8. Datur verò ordine successiuo primo testamentariis, deinde in eorum defectum legitimis per *l.*39. *de acquir. her. & sim. Wes. h. t. C. num* 19. *in par. D. h. t. n.*9. Quemadmodum verò in vindicatione speciali non necesse est adiicere causſam ac titulum dominij, *l.lib.*25. *c.*4. ita nec hîc titulum hereditariũ libello declarari opus, an scil. est testati, an intestati caussã petat, sed admittitur petitio vniuersalis expressã causſã propinquã, *Sich. ad rub. c. h. t. n.*4. *Alfons. Aluarez. speculo pontif. Impp. &c. C.*70. *n.*16. & causſa remota, quo iure se, heres fit, in certaminis progressu per probationes patefacit. Diff. *Achil. Personal. tr. de petit. hered. n.*150. Sicuti autem in vindicatione præstat dominij titulum in libello assignari, vt deinde victus ex vna causſa, litem redintegrare possit ex alia, vid. *j. lib.*2. *c.*5. *lit. T.* ita hic consultius videtur exprimere, an ex testamento hereditas petatur, ne ad aliam causſam victus recurrere prohibeatur, aut saltem de eo ipsi fiat contentio. Hinc *Mynsin.* §. *actionum* 28. *I. de act n.*28 consulit aduocatis reorum ne vrgeant ab actoribus expressionem tituli, vt videl. litis redintegratio caueatur. Tametsi *Personal. d. lo. n.* 552. contra consulat, vt actor interrogetur, quo iure heres sit, vt deliberare possit reus, cedere an contendere velit. Plan. vtramque hanc causſam per alternationem coniungi posse statuit *Wes. par h. t. n.*8. ita; peto ex testamento si quod ratum est, sin minus, ab intestato &c. † Competit & hæc omnibus quibus ex statuto aliqua portio debetur. *Wes. ad h. t. C. nu.*9. An & filio ratione legitimæ? vid. laudatos *S.* in not. *e. A. lit. Xx. vers. de quo & contra quos* Et necessaria est hæc actio, non ad dominium rerum aut ius heredis consequendum, sed ad possessionem adipiscendam, cum eam propriã auctoritate, non nisi vacantem, occupare liceret. Nec competit hæc, nisi de iis rebus, quarum possessionem necdum adeptus heres. Nam si semel antea apprehensum amisit, aliã deinde actione speciali opus est. *Gomez. in l. Tauri* 45. *num.* 164. *Tiraq. tr. le mort saisit le vif. p.*7. *declar.*4. *num.* 4. *Vult. in* §. *actionum. I. de act. n.*66. *& n.*73. *Sneiduin. ibid. num.*59. *Azo* e *in summa C.h.t n.*7. *Wes. in par. h. t. nu.*9. etsi millesimus sit post alios *Pruckman. vol.*1. *cons.*2. *n.*514. vid. not. *S. lib.*7. *c.*12. f *lit. K.* add. *Tiraq. de retract. conuent.* §.1. *gl.*6. *n.*20. *& seq.* g *Wes. in Parat. Quor. bon. n.*6. *Meno. adip. poss. remed.*1. *n.*5. *& num.* 96. In quibus differat hoc interdictũ a petitione hereditatis, *Gomez. in ll. Tauri* 45. *n.*167. *Meno. d. remed.*1. *n.*3. *& seqq. ad de Pruckmã. vol.*1. *cõs.*2. *n.*505. & seqq. *Achill. Personalis tr. Interdict. Quor. bon. n.*451. & seqq *Matth. de Afflict. decis.*14. *& in annot. ibi Cæsar. Vrsil* Affine huic remediũ *l. vlt. C. de edict. D. Hadr. tol.* Sed 11. differentias recensent post alios *Menoch. adip. poss. remed.*2. *q.*6. *a.n.*45. *vsque ad n.*56. De quo remedio fusius *Hubertus Zabarellus & Sebast. Sapia. tract. de missione pos-* g *sess.* g Sed *vide Wes. in par. C.h.t n.*7. vtile hoc interdictum heredi ciuili competere. Quæ receptior opinio. *Meno. remed.*1. *adipisc. nu n.*32. & seqq quia sicuti hereditatis petitio, qua ciuilis, directa datur heredi solo, vtilis etiam successori prætorio, ita interd. quod iuris prætorij, ex verbis & mente datur bonorum possessori, ex mente verò sola heredi ciui- li h *l.*2. §. *pen. Ne quid. in lo. pub. t. pro possessore* 36. *de R.I. in* 6. h *Meno. remed.*1. *adipisc. poss. n.*63. *& 2. seqq. Vult. ad l.*1. *C. vbi in rem agi n.*35. Fingitur enim possidere ad hunc effectum, vt contra ipsum agi possit. Et ira iuris, interpretatione possessor est ratione incommodorum, vt sententia contra eum fieri queat. Non autem quoad commoda possessionis. Non vtique ratione vsucapionis. *Dyn in d.c.*36. *n.*3. *Phil. Matth. in l.* 23. *de R. I. num.*49. † Atque hoc generale, nec rectè ea ſon id restringit ad dolum commissum post litem contestatam, quem refellit *Lud. Vital. t. var. lect.*17. Hæc verò actio non directa, sed vtilis *Menoch. d. lo. num.* 66. *Alfons. Aluarez. in speculo Pontif. Imper. Regum &c. nu.*22. quia non verè possidet hic, vt ex verbis, Senatusconsulti teneatur, sed possidere fingitur *Treutler. vol.*1. *disp.*14. *th.*16. *lit. A. add. not. j. lib.* 20. *c.*3. *lit. L.* Vbi audiri ideo, quia cuilibet est potestas aliũ i defendẽdi in iudicio præstitã cautione *l.*33 §. 2. *& 3. de procurat. Hen. à Suerin. repet. lect. c.*18. Sita *Brisſ. l.*1. *de solut. pag.* lc 352. Doli pœna præstita ab eo, qui dolo possess. amisit. In pœnalibus autem vnius solutio alterum non liberat, sed sui quisque delicti pœnam suffert, add. *Cuiac. ad l.* 14. *sub fin. quod met. ca. Pac.*3. *enant q.*41. *Suerin. rep. lect. s.* 18. Non expectatur, ait, vt soluerit qui prius conuenitur, sed vt iudicium tantum acceptum fit. Forsan inde quod non ita grauis dolus eius qui rem suam alienauit. Neque in nõxali de re sua ablata repetendæ agitur, sed ad noxam reparandam, quæ res tanti momenti non videtur, m Verum quidem hoc vbi titulus iustus, etsi post mortem defuncti, ab eo contra quem petitio hæc tenuit, modo non lite pendente, quæritus, vt not. *R.I.V.* Sed in *d.l.* 10. titulus empti est iniustus, emptione ipso iure inualidã. Aptior itaque solutio prior. Et faciunt verba *d. l.* 10. ex *equitate*, quæ coniunctim aliud esse summo iure; sed non ita asperè eo pupillum vti debere *Cuiac. ad l.* 14. *in fin D. Quod met. ca.* n Diff. *Gomez. in l. Tauri* 45. *n.*160. n *fol.* 366. volens, quod etsi reus nihil possideat, si tamen contendat se heredem esse, efficax sit actio, cuius vis vt iudex sententiã suã pronunciet heredem, aduersarióque silentium perpetuum imponat. Effectus item vt si postea quandocunque reus reperiatur possidere sententia ex secutioni mandetur, via summariã, prius implorato iudicis officio. Hoc probari putat *l.*18. §.1. *h.t.* Sic quoque in *l.*9. *hoc tit.* exponit verba; *Quibus possidet*, id est qui dicit se heredem & pro tali reputatur. Quæ vix probanda: Nam ibi dicitur: vel ius possideri pro herede vel res scilicet corporalis. Atqui & qui rem corporalem pro herede tenet necesse est, se dicat heredem. Ergò ius ibi significat rem incorporalem *vt l.*13. §. *vlt. l.*34. *in fin. l.*35. *h.t.* Rectè. Nam & hîc vniuersalis sit petitio o oporteat, licèt executio fiat tantum in re vnica possessã, *Cacheran. decis.*84. *num.*5. Etsi aliter *Gæd. ad l.*24. *de V. S. num.* 11. appellationem nimirum huic actioni esse non à re subiecta, quam actor persequitur, sed à causſa agendi, quia in hoc iure ac titulo fundata sit, sicuti & aliæ actiones, ex. g. empti, locati deposiri, à iure agendi, non à re subiecta vel adiuncto nomina sortitæ. p Putat tamẽ *Cuinc. 4. ad Africam. in l.* 56, *h. t.* duobus casibus dari aduersus verum heredem, qui in *l.*32. *h.t.* Si vel patronus præteritus agat bonor. possess. hereditatis petitione, vel exheredatus de inofficioso. Sed nulla hic exceptio, vid. *S. h.lib. c.* 3. *lit. D.* 9 vid. *Modest. Pistor. p.*3. *q.*126. Sed non est verus heres eius cuius he- q r reditas petitur, quod rectè declarat *Wes. h.t. C. numer.* 23. modò tamen causſam habeat quam obtendere possit, quamuis commentitiam, vt si dicat se testamento scripturn, aut se proximum defuncto cognatum item cum emit hereditatem à possessore mala fide. Non autem si nullam causſam afferre possit, rogatus vnde ipsi titulus hereditarius, hic enim prædo *l.*25. §.3. *h.t.* add. *A. o in summa C.h.t. num.* 1. s Verba s Don. hîc ambigua videntur. Puto autem non hoc eum velle, quod non omnis prædo pro possessore possideat, sed quod non omnis qui sciens bona aliena tenet prædo sit Quippe omnis quidem prædo malæ fidei possessor est, sed non è conuerso: cum & qui titulum habet sæpè mala fide possideat, prædo verò non sit *l.*13. §.8. *h.t. l.*126. *K I. Ans. Faber.*26. *err. prag. pag.* 50. *Cas. Schisordegher. l.*2. *ad Ans. Fab. tract.* 18. *q.*6. qui & prædonis acceptionem quoque strictiorem esse sentit, quam possidentis pro possessore, vt qui titulum habet iure inualidum sciens prædo non sit per *d.l.* 126. etsi pro possessore possideat *l.*13. §.1. *h.t.* Planè qui prædo nõ est quoad titulum, & in hac materia, dicitur prædo quoad apprehensionem iniustam. *l.*5. *de acq. poss.* vid. not. *S. lib.*5. *c.*18. *lit. A. Casp. Schisordeg. d tract.*28. *q.*7. addens quod t sicuti titulus pro suo generalis omnib. veris & iustis hæret, ita hic omnibus vitiosis & iniustis. † Sed hæc ita si titulũ inutilẽ sciat *Cont.*1. *disp.*9. Requiritur enim ad hoc scientia & rei alienæ & simul iniustæ possessionis. Hoc enim est, quod in

in §.3.1.*de interd.* pro poſſeſsore &c. qui *nullo iure* id eſt ſine titulo iure probato ſciens ad ſe non pertinere, & ita mala fide &c. vid. *Schiforded. d.* q.7. Quid ſi titulum nullum planè habeat, ſed le habere putet? Si iuſta errori cauſſa, quo caſu ad vſucap. titulus putatiuus proficit, vt *S.lib.* 5.c. 15.*lit.B.* vtique & hic *Couar.pract.qq.cap.*12.*num.*4. diſſent, *Achill. Perſonal. tr. de petit. her. num.*726. Rectè ergò *Cont. d.c.*9. pro poſſeſſore tenere qui nec titulum habet, nec ſe habere putat. Diſſentit *Schiford. d. lo.*q.6. Rectè. Et conuenit ratio *Bart.* in *l.*7. *Cod. hoc tit.num.*3.&4. Hac agens, inquit, fundat ſe ſolum ex titulo ſuo & poſſeſſione defuncti. At qui poſſidet habet titulum pariter ipſe & poſſeſſionem. Neceſſe autem eſt ius agentis potentius eſſe, quàm conuenti. At qui alium titulum ſingulatem allegat potentiori iure nititur, cum ad titulum illi accedat poſſeſſio, quæ facit vt ipſe dominus præſumatur, donec contra probetur *Weſ. ad tit. C. de inoff. num.* 46. *Zaſ. in par. D. h. t. num.*7. *Gomez. in l. Tauri* 45. *num.*158. *Sich. in l.*2. *Cod. hoc tit. num.*5. *Wurmſer. lib.*1.*tit.*26.*obſerv.*1.*nu* 4. *Alfonſ. Aluarez in ſpeculo Pontif. Impp. &c.*c.70. *num.*19. & 20. Quin nec defunctus, cuius iure hic vtitur, agens, potuiſſet auferre rem poſſeſſori aliter quam rei vindicatione *Weſ. ad hoc tit. Cod. num.*17. Et qui hanc rationem reiiciunt *Parlad.*1.*rer. quotid.*5. *Vital.*1. *var. lect.*16. mentem Dd. vix aſſecuti aut rectè accepiſſe videntur. Poſteriorem rationem confirmat, *Cuiac.*10.*obſ.*1. Hereditarij, inquiens, nominis iuriſque cauitouerſiam non facit, niſi qui pro herede vel pro poſſeſſore poſſit, & idem in *lib.*20. *Pauli ad edict ad l.*14.*h.t. Borch. de gradib. pag.*671. Petitio, ait, hereditatis contra eos tantum inter quos & actorem lis ſuper hereditate conſtare poteſt. Huiuſmodi ſunt tituli & pro herede & pro poſſeſſore. Quia & reus hic ſibi hereditatem aſſerit illo titulo quod heres ipſe ſit, hoc quod poſſederit. At inter heredem & poſſidentem pro emptore lis eſſe nequit ſuper hereditate, ſi ille ſe heredem contendat, hic ſe emptorem. 1 *Mynſ. decad.*2. *Reſp.*12.*num.*9. Officium petitionis huius eſt tractare de iure hereditario. Qui allegat titulum ſingularem conſentit planè vel non contradicit aſſerenti ſe heredem. Natura autem rei vindicationis verſatur in contentione dominij, & qui titulum prætendit, aduerſarium dominum eſſe negat & *Gilman. lib.* 2. *deciſ. Cam.* 49.*num.*3. *Couar. pract. qq.c.*12.*num.*2. Hæc ita obtinere ſtatuunt in titulo vero & idoneo ad acquiſitionem dominij. Nam eos qui ex cauſſa commodati depoſiti precarij, locati &c. quæ ad dominium nihil operantur, tenent, rectè hac conueniri vult *Zaſ. in par. h. tit. num.*7. *Gomez. d. lo. num.* 17. *Alfonſ. Aluarez. d. num.*20. Sed vid. *Achil. Perſonal. tr. de petit. hered. num.*753. Quid ſi titulus poſt mortem eius cuius hereditas petitur quæſitus? Actionem hanc admittunt plures *Catellian. Cotta in memorab. v. hered. petitio Matth. de Afflict. deciſ.*228. *Cacheran. deciſ.*56.*num.*4. *Menoch. remed.*1.*adipiſc. poſſ. num.*62. Quod *Caſpar Vrſill. in annot. ad Afflict. d. lo. num.*1. ita demum ſtatuit ſi quæſitus abeo qui conueniri ipſe hac petitione potuit, Secus ſi ab alio: Verùm crebriori calculo alij etiam poſt mortem quæſito titulo hanc act. excludi *Hot. poſt* alios *conſ.*18. *num.*13.*& ſeq. & num.*20. *Perſonal. d. lo. num.*754. & ſeqq. *Hubertin Zuchart. de miſſ in poſſeſſ. num.*465.*& ſeqq. Fachinæ.*11.*contr.*4. *Couar. pract. qq. cap.* 12. *Gomez. in l. Tauri* 45. *num.*163. Et probat *Couar. ex l.*2.*in fin. Cod. hoc tit.* ita: Emptor hereditatis tenetur hac petitione, rerum verò ſingularum act. ſpeciali *d. l.* 2. Atqui neceſſe eſt, vt ille titulus adeptus ſi poſt mortem. Ergo ſi apta oppoſitio *d. l.* 2. ponendum emptorem quoque ſingularem ibi poſt mortem comparaſſe, aliàs incongrua eſſet collatio tituli vniuerſalis poſt mortem, & ſingularis ante mortem comparati. Deinde emptor quoque hereditatis, qui nec ante mortem deceſſoris fingi poteſt, tantum certis caſibus tenetur, vt *S. hoc cap.*13.3. Rationes denegandæ huius act. non ceſſant. Nam nec hic negat heredem eſſe petitorem, ſed dominum. De dominio igitur vtrius id ſit inquirendum. † *Gomezius* amplius *d. lo.* non exception. tantùm hanc reprobat, ſed nec regulam ipſam de alio intelligi poſſe ſentit, quàm qui titulum poſt mortem acquiſiuit. Quia petitio hereditatis, ait, non competit, niſi de rebus tempore mortis à defuncto poſſeſſis & in hereditate relictis. Quando igitur titulus ante mortem quæſitus, res planè indubia non dari petitionem hereditatis, nec quæſtioni locus. Sed fallitur in eo *Gomez. vt non. S. cap. ſeq. lit. A.* Sicuti nec concinna eius illatio ex *l. pen. Cod. in quib. ca. ceſſ. bon. temp.* verbis: *res quæ ex hereditate ſunt vel fuerunt*; Res, inquit, non dicerentur eſſe hereditatis, niſi titulum poſſeſſor poſt obitum defuncti nactus. Malè. Dici enim poteſt res hereditatis ratione iuris vel dominij etſi non ſit ratione poſſeſſionis. Vera tamen hæc communis ſententia (etſi non his à Gomez. addùctis firmetur) etiam tunc cum titulus habetur ab eo qui petitione hereditatis tenebatur *Couar. d. cap.*12. *nu.*5. diſſ. *Cacheran. deciſ.*56.*Vrſil.* vt *S.* niſi lite pendente ab eo quæſitus *Couar.* ibid. *Buſius ad l.*9. & ſeqq. *hoc tit. num.*3. *Achil. Perſonal d. tract. num.*765. *Gomez. d. lo. num.*159. vbi aliud ſtatuit ſi à vero domino quis eum adeptus ſit, etſi poſt litem conteſtatam, vide tamen *Zuchart* minutatim hic diſtinguens *tr. de miſſ. in poſſeſſ. num.*470.*& ſeqq.* x Alia ratio extat in *l. cogi* 12. *Cod. Th. de fide teſt. lib.*11.*tit. vlt.* vnde deſumpta eſt *d. l.*11. quia omnis probatio ab actore non à reo exigitur. Addit *Weſ. h. tit. Cod. num.*36. quod ea res pertineat ad exceptiones peremptorias reorum, vt omninò non conueniat tale quid actorem à reo exigere, cum nec iudex exceptionem à reo non obiectas exquirat vel ſuppleat. Et ita non cogitur reus edere titulum, ſcilicet ad commodum actoris. Ad excludendam verò intentionem actoris quandoque docere id compellitur *l.*16. *in fin. Cod. de probat.* nimirum ad commodum ſuum, ni condemnari velit *Weſ h.t. Cod. num.*51. *Sich. in d. l.*11. *num.*21. vt & quando pro actore præſumptio eſt, vid. *not. ſupr. lib.*20. *cap.*2.*lit.V.* In noſtra verò hac petitione cogitur ad commodum actoris cum per hoc aperiatur via petitioni: Sicuti enim rem vindicaturus debet prius quærere an poſſideat reus, ne fruſtra cum eo litiget, ita hîc an pro poſſeſſore vel herede; Quia tantum facit in re vindicatione ſimplex poſſeſſio, quantum hîc modificata, *Azo in ſumma Cod. h tit. num.*31. Et quando non poſſum agere ſimpliciter, ſed tantum ratione alicuius qualitatis de illa prius conſtare oportet, vt ex *Caſtr. Sich. d. lo. num* 3. y Et ita tenetur tanquam poſſeſſor pro herede *Weſ. hoc tit. Cod. num.*23. Quomodo adhuc nulla exceptio regulæ prius traditæ, quod non detur contra poſſidentem alio titulo &c. Atqui hoc videtur fefelliſſe *Parlad.*1.*rer. quotid.*5. dum ait Dd comm. ſententiâ à veritate abhorrere. Nam quandocunque, ſiue empto ſiue alio quocunque titulo, habetur ipſum ius ſucceſſionis vniuerſale, ſi hæc actio tenet, non tanquam contra alio, (quam pro herede) titulo poſſidentem intentatur; Grauior lapſus eſt *Vaudi* 2.*q.*24.*num.*5. ſtatuentis ab eo qui titulo iuſto poſſidet plerunque poſſe hereditatem peti, contra ipſa verba Iuriſconſulti: *ita demum &c. l.*9. *hoc tit.* z Non ſequitur, ſed hoc tantum quod quia non poſſeſſore poſſidens tenetur conueniatur vt poſſidens pro herede. Neque enim is ſemper bonæ fidei poſſeſſor eſt vid. *ſupr. h. cap. lit.* R. Et ſanè *d.*§.4. ſatis clarè & reſtrictè de bonæ fidei poſſeſſore loquitur. aa Conſentire videtur, ſed obſcuriùs *Parlad.*1.*rer. quotid.*5 *n.*11.*& ſeq.* Et ſententia noſtri eſt quod vocula *etiã* non implicet aliam actionem, ſed ſit vocula comparationis, ac ſi diceretur *ſimiliter* quomodo etiam exponit, etſi aliàs longè aliter *d.l.*2. interpretans *A. Fab.*17. *Conſ.*1. *Azo autem ad d.l.*2. ita: id eſt non tantùm tenetur ad reſtitut. fructũ, ſed & conueniri poteſt rei vindicatione non verò petitione hereditatis. Et mihi ſanè hæc expoſitio Donelli etſi ſpecioſa, non penitùs ſatis facit, ſed quia nondum ſatis liquet, ampliare malo, quàm temerè & cum periculo quicquã definire. Enimuerò *Sichard. in d l* 2 *nu.*1. intellectum prioris membri *d.l.*2. inde dependere cenſet, quod in vniuerſalibus iudiciis ſola controuerſia mota, etſi per extraiudicialem denunciationem, tantum efficiat quantum in ſingularibus litis conteſtatio, atque ita, per illam res vitio litigioſi afficiatur, proinde alienatio poſtea contingens iure prohibita & inualida, titulúſque empti nullus. Sed nec hæc rem plenè expediunt, per not *l.c.*14.*lit.N.* Planè quod ex verbo *bonorũ* dicitur argumentum hic à noſtro, debile eſt, cum bona paſſim pro hereditate legamus, Et in *l.*1. *C. de her. vend.* hereditate vendita mox dicitur emptor bonorũ &c. bb Obſcuriora iſta. Puto autẽ Don. emptoris heredem *d.c.*3. ſub fin. abuſiuè vocare heredem, ad quem ſpectat hereditas ea quæ à fiſco emptori alienata eſt, alias non video qui ſpecies poni poſſit. At quomodo pactũ fiſci, cum emptore, tertij ius & petitionem minuere poſſit pariter nõ video. cc Et ita noſter *d.*§.11. accipit vbi defunctus em tor fuit hereditatis. Nã vbi res ſingulas tituloempti poſſedit ſicuti ipſe non tenebatur, ſic nec durior debet eſſe cõditio heredis ſui. Et malè *Hugolin. teſte Cuiac.*9.*obſerv.*25 intelligit *d.*§.11. vbi quod defunctus poſſedit pro emptore, heres putat eum poſſediſſe pro herede. Opinio imò heredis nec facit quo minus teneatur, nec quo magis. Ineptius alij: quia poſſidet quaſi heres. Nam neceſſe eſt vt hãc conuentus dicat ſe heredẽ eius de cuius hereditate agitur. *Cuiac. d. lo.* Qui & ipſe aliter quàm noſter *d.*§.11. accipit ita: Legitimus idemque verus heres petit hereditatẽ à teſtamẽtario. Quæritur an in actionẽ veniant res tantũ propriæ defuncti, an etiam ab eo emptoris alióve titulo poſſeſſæ? Hoc ſtatuitur *l.*19. *pr. ibi quæ rum nomine publiciana h.t.* † Vera per ſe quidem ſententia, ſed vereor vt interpretatio ad

mentem

mentem & verba Iuriſconſulti *d.*§.11. appoſita. Vereor vt præcedd. ſeries & vis vocularum *etiam* eam patiatur. Taceo quod hoc modo ſequeretur etiam res pro poſſeſſore, atque ita mala fide & ſine titulo à defuncto poſſeſſas, in hoc iudicium venire contra mentem *d.l.*19. *pr.*

CAPVT XIII.

Res quæ in petitionem hereditatis veniunt.

§. QVIBVS DE REBVS? PERSEQVITVR RES HEREDITARIAS, TVM CORPORA *l.*18.§. 1. *h.t.* SIVE A DEFVNCTO HABITA: QVÆ AVT AD IVS EIVS SPECTARVNT in quibus vel habuit actionem, vt quæ in dominio fuerunt, etſi pignori data à defuncto *l.ei qui* 54.§.1. *hoc tit.* aut iure finitimo, vt res pignori datæ defuncto, bonâ fide ab eo poſſeſſæ *l.*19. *pr. h.t.* a vel exceptionem; veluti iuriſiurandi aut rei iudicatæ *d.l.*19.§.2. AVT AD PERICVLVM vt commodatæ, depoſitæ *d.l.*19. *princ.* quæ vſu iuris ex bonis dicuntur *l.*2.§.22. *vi. bo. rap.* Nam & huius periculi ſucceſſio eſt. hereſque ad cuſtodiam & fidem in his rebus adſtrictus. SIVE HEREDITATI QVÆSITA. Nam & hæc defuncti fuiſſe videntur, quia hereditas perſonam eius ſuſtinet vid. s. *lib.*6.*c.*2. Vt 1. quæ rebus acceſſerunt, *l.*20.§.3. *h.* alluuio, vſusfructus qui ad proprietatem rediit. 2. per ſeruos quæſita *l.*32. *hoc tit.* 3. Pecunia redacta ex re hereditaria. Et vel pro re vt pretia rerum diſtractarum *l.*16. §.1. *l.*20.§. *ait* 17. *l.*25.§. *petitio* 18. niſi reſciſſâ venditione id reſtituere venditor coactus *l.*20.§.18. *& ſeq.* litis æſtimatio *d.l.*16.§.2. pœna pretij tardiùs ſoluti *l. vtrum* 23. §. *vlt.* debita exacta *l.*16.§.1. *l.*25.§.18. *hoc tit.* Vel pro vſu rei, vt mercedes *l. mercedes* 29. *h.* Et ratio in *l.*22. *hoc tit.* quia pretium (idem eſt in cæteris pecuniis) ſucceſſit in locum rei. b Secus eſt ſi extrinſecus accedat, etſi occaſione rei, quæ lucro poſſeſſoris cedit *l.*20.§.3. vt ex ſtipulatione poſſeſſoris. Exempla in *l. at vbi* 24. *hoc tit.* 4. Res hereditatis cauſsâ comparatæ, etſi ex pecuniâ non hereditaria *l.*20. *pr. h.* Quia cum has poſſideat nomine hereditatis poſſeſſor, eas illi acquirit per *l.*20.§. *vlt. de acquir. do.* Vbi requiritur, vt hoc conſilio comparatæ ſint & euentu, ſeu vt ex vſu quoque hereditatis ſit eas emi *d.l.*20. *pr.* Aliàs ne quidem ſi exhereditariis nummis *d.l.*20.§.1. *l.*25.§.1. Dices: Cur non æquè res ſuccedit in locum pretij. ℞. ſuccederet, ſi pecunia eſſet verè hereditaria. Atqui poſtquam nummi à poſſeſſore attingi cœpti, deſierunt eſſe hereditarij, alioqui ſolui non poſſent pro re emptâ argum. *l.*11. *princ. de act. em.* Et pro iis genus, ſeu tantumdem in genere deberi cœpit. Dicuntur verò hereditarij per anaphoram, qui ſcilicet antea fuerunt hereditarij. 5. Fructus rerum hereditariarũ, etiam pignori acceptarum *l.*41.§.1. *h.* Regula enim veterum: Fructus augent hereditatem *l.*20.§.3. *l.*25. §. *vlt. D. l.*2. *Cod. hoc tit.* id eſt recepti inter res hereditarias ampliorem eam efficiunt. c fructus hîc omnes obuentiones & reditus *l.*25.§. *vlt. & ll. ſeqq.* ita ancillarum partus, etſi fructus verè non ſint *l.* 20. §.3. *l.*27. *princ. hoc tit.* percepti ex re ipſa vel vſu rei vt mercedes *l.*29. *h.* etſi non honeſtè *l.*27. *in fin. l.*52. *h.t. vid. cap. ſeq.* Etſi à bonæ fidei poſſeſſore ante litem conteſtatam imò & rem petitam *l. poſt SC.*28. *h.* Contra quam in vindicatione *l.*2. *C. h.t. l.*48. *de acq. dom.* Ratio diff. Bonæ fidei poſſeſſor lucratur fructus, ſed ſi titulo poſſidet §.35. *I. de R.D.* Qui verò hac petitione tenetur caret titulo. Ergo nullus fructus ſuos facit argu. d *l. nullo* 24. *C. de R.V.* d TVM IVRA *l.*9. *l.*13. §. *vlt. l.*18. §.1. *hoc tit.* VT ACTIO in perſonam, (nam quæ in rem eſt corpora ſequitur, ac eo referenda.] QVÆSITA VEL DEFVNCTO, omnis, exceptis iis quæ iniuriam perſequuntur. VEL HEREDITATI ex contractu, (ſtipulatione ſerui) vel quaſi, negotiorum geſtione alterius *l.* 21. §. 1. *de neg. geſt.* vel ex maleficio, vt legis Aquiliæ, expilatæ hereditatis. Quare omnes qui his act. tenentur, debitores hereditarij, petitione hac conueniuntur, ſi vel dicant ſe heredes, vel tantum ideò non præſtent, quia nolint *l.*13.§. *vlt. & ſeq. h.* e Obiicitur. Atqui actionem non habet vel poſſidet eius, ſed actor. Ergo ℞. Sed petitur hic debitum, quod eſt hereditarium, quodque quamdiu non præſtatur, actio abeſſe intelligitur. Ideoque *Vlp. in l.*20.§.4. *hoc tit.* omnes hereditarias actiones (intelligeſpeciales *l.*19. *princ. h.* in petitionem hereditatis venire, quia earum vis & poteſtas venit, cum hac inſtituta id omne conſequatur actor, quod, ſi ſpecialibus illis egiſſet. Non tamen per omnia eodem modo. Nam inter illas intentatas & hanc differ. tres. 1. Quod ſi debitor ſoluere nolit, quia negat petitorem eſſe heredem aut de eo dubitat, petitio hæc fruſtranea *l.*42. *hoc tit.* Specialis actio non item *l.*25. *C. de pact.* Quia hæc non eſt cùm debitore, tanquam debitore, ſed iuris poſſeſſore *l.*13.§. *vlt.* pro herede, próve poſſeſſore. f 2. Quia ſi intentata ſpeciali lis inficiando creſcit, ſi hac agatur non creſcit *l.*20.§.4. quia huic non dat cauſam obligatio rei, ſed poſſeſſio. Ergo quantum is poſſidet tantum reſtituendum *l.* 10. *hoc tit.* g Nec obſtat regula, ſubrogatum ſequitur naturam, &c. Quia hic duæ principales actiones, ex ſuis quæque cauſſis, neutra ſubſtituta alteri. 3. In diem debitor aut ſub conditione, qui ante diem, &c. conueniri nequit, actione perſonali, hac ſtatim poteſt *l.*16. *princ. hoc tit.* vt ſi ante rem iudicatam venerit dies, ſtatim condemnetur, ſin non, cautio præſtetur de reſtituendo cum venerit. Quia hic non agitur ceu cum debitore, qualis ante diem propriè non eſt, ſed ceu iuris & debiti poſſeſſore. Vnde non obſtat *l.*35. *de iudic.* h Numquam autem plus venit in hanc petitionem, quàm in act. ſpecialem *l.*40. §. *vlt. l.*36. *princ. hoc tit.* VEL EXTRANEO ex re hereditariâ, vt ex contractu ſi poſſeſſor vendidit, nec dum precium accepit, ſi commodauit, ex maleficio ſi poſſeſſor fundo deiectus. Hic aduerſus poſſeſſorem petitio hæc vt actionem cedat *l.*16.§.4. *& ſeq. &* §.7. *l.*40.§. *actiones* 2. *hoc tit.* Licet enim ſubtili iure non ſit hereditaria huiuſmodi actio, ſed perſonæ eius qui acquiſiuit, cohærens, quod & ipſa ceſſio arguit, eſt tamen origine inſpecta & æquitate iudicij bonæ fidei, tanquam fructus. Sed quia ſubtilitas iuris obſtat, obliqua hic perſequendi via eſt. ET SERVITVTES PERSONALES, vt vſusfructus vſus habitatio, quia in his eſt quod reſtitui poſſit, fructus ſcilicet in quibus percipiendis conſiſtunt, i NON VERO REALES *l.*19. §. *vlt. hoc tit.* i (Quæ lex etſi generaliter ſeruitutes nominet, ex vſu tamen verbi pariter, vid. s *lib.*11.*cap.*1. *lit.D.* & ratione ſubiectã, ad reales reſtringitur.) Quia nihil eo nomine reſtitui poteſt *d.*§. *vlt.* Nam patientia non egreditur perſonam patientis, qui patiens hodie eras prohibere poteſt. Cautio verò de non prohibendo quæ præſtatus in vindicatione ſeruitutis *l.*7. *ſi ſer vind.* tantùm præſtanda eſt domino prædij dominantis. Heres autem non vtique dominus eſt. Obi. Legatam ſeruitutem qui occupauit tenetur heredi interdicto. Quod legatorum *l.*1.§.7. & 8. *quod leg.* vt reſtituat *d. l.*1. *pr.* ℞. Sed ibi petitur reſtitutio non ſeruitutis, quæ nulla eſt, ſed libertatis priſtinæ, quæ eſſe poteſt, ſublato ſcilicet eo quod impediebat libertatem, ex. g. tigno vel ſtillicidio. k RES AVTEM HEREDITARIAS perſequitur, ſcilicet QVÆ NVNC SVNT HEREDITARIÆ,

RIÆ, NON SI ALIQVANDO FVERVNT, & postea ad proprium ius heredis pertinere cœperunt. Quod accidere solet tum in dominio rei antea hereditariæ. Vt si vsucapio rei bonâ fide possessæ ab hærede impleta *l.19.§.1.h.* quia dominium hoc non ab hereditate acceptum est. l Tum in actionibus ex re olim hereditariâ, non vt heredi, quæsitis: Si vel proprio personæ iure ea deferatur, vt Caluisiana *l.16.§.6.* vel post aditam hereditatem, quæsita *l.36.§.2.h.t.*

NOTATA.

a *Vult. in §. actionum 28. (ipse 25.) I de act. num.73.* requiri scribit, vt res quæ petuntur, fuerint tempore mortis eius de cuius hereditate quæritur vel iure dominij, vel possessionis, vel defensionis. Falluntur igitur & fallunt, qui in petitionem non venire volunt, nisi res quas defunctus tempore mortis possedit & reliquit. Earum verò nomine, quas tunc non possedit vel tenuit, necessariam esse rei vindicationē, vel Publicianam actionē. Nec sufficere heredi si probet titulum & possess. defuncti, sed quod cum moreretur, possederit vel tenuerit defunctus probandum heredi ceu causſam & fundamentum intentionis suæ, ita *Gomez. in l. Tauri 45. num.156. Modest. Pistor. vol. 1. conſ. 41. numer. 8.* addens non hic locum esse præsumptioni isti, quâ olim dominus vel possessor etiam hodie censetur, cum ea tunc procedat quando dominium vel possessio præsentis temporis allegantur, non quando certum est alium nunc in possessione esse & quando dominium non planè, per legitimas probationes, ostensum † Sed vnde istud commentum mirari subit? Hoccine conueniens vel consequens definitioni hereditatis: In vniuersum ius quod defunctus habuit heres succedit. Totum igitur in hoc vniuersale iudicium deducitur, etiam posito quod nihil penitus possederit cum moreretur, sed res omnes ab aliis detentæ. Sed quia illud commentum ex omnibus quæ toto hoc cap. traduntur, abunde conuellitur, piget diutius insistere & in re manifestaria operam perdere. b Quam regulam vulgò admittunt in vniuersalibus iudiciis solum non in particularibus, maximè personalibus *l.21. verſ. sed hoc de hered. vend. l.48.§.vlt. de furt. l.38.§.2 de nox act. l.7. in fin. Qui pot in pig. vid. Tiraq. de retr. lignag §.32.gl.vn.num.21. & Moller. 1. Semestr. 41.n.10. Cuiac. 2. ad African. in l.23. de reb. cred. Goth. in d.l.48.§.vlt. de furt. L. Russard. in l 13.§.1. de V.S. inter op. post h. Donelli Iacob. Schulies in addit. ad Modest. Pistor. p.2.q.60. Ant. Fab. C. Fabr. de R.V. definit.5.* Rationem diff. reddit Faber, quia in his singularibus iudiciis pretium non ex re mea est, sed propter negocium contractum percipitur *d. l.21. de her. vend.* Sicuti & contra quod ex pretio redacto ex re venditâ comparatur, non pretij, sed conuentionis potestate acquiritur *l.8.C. si quis al. vel sibi.* Hereditas autem iuris est & rem vnam æquè ac aliam, pretium æquè ac rem, & rem ex pretio comparatam æquè ac pretium complectitur. Et *Cuiac. d. loc.* speciale esse in petitione hereditatis, vt pretium ex re sit hereditarium, & in iudicium veniat. Quia hæc act. qui tenetur præsumitur agere veluti heres & tenetur quoque iura & actiones præstare. Si actiones, igitur & pretium quod exegit actionis iure. In rei vindicatione verò res tantum veniunt, nec pecunia ex re mea mea censetur. Nec quemquam moueant, quæ contra adducit *Gœdd. ad l.14. de V.S. num.21. & seqq.* Longè enim aliud est quærere an valor & æstimatio rei in locum rei succedat, vt ipsa re peremptâ præstanda sit, quod illis casibus de quibus Gœd. tractat Dd. non negant, aliud an pretium negotiationis. Vt temerè vulgari huic distinctioni firmiss. ll. citatarum fulcro subnixæ obloqui videatur, tanquam non rectè perceptæ, eóve sensu, quo ab auctoribus traditur, acceptæ. c ita &, Don. non laudato, *Gasp. Schifordegher. lib.2. ad A. Fab. tract.30.q.1.* Et ideò veniunt siue petiti sint siue non, etsi secus sit, in iudicio singulari vt est rei vindicatio *Sich in rub. C.h.t.n.8.* Quia hic ob actionis generalitatem nec alias res peritas exprimere necesse est, idem ad *l 2.C.h t.n.11.* d Sed hæc ratio refellitur ex *l.45. D. de Vsur.* & distinct. an titulum habeat bonæ fidei possess. reprobat ipse Donell vt s. *lib.4 c.25 lit.G.* Alia ratio *Pinelli in l.2.C. de rescind vend p.2.cap.4 n 61.* quod hic non æquè possessor dominus fructuum fiat, ideò quia fructus augent hereditatem vt s. *h.cap. lit.C.* eiusque corpus censentur. Quod secus est in particularibus *l.9.§.1. de donat.* Ad hæc in vniuersalibus pretium succedit loco rei. Malè verò *Sich. ad l.1.C. h.t.n 8.* de naturalibus tantùm fructibus hic bonæ fidei possessorem teneri. Malè item qui istam inter hæc iudicia differentiam non agnoscunt, censentes in rei quoque vindicatione etiam consumptorum fructuum ratione teneri possessorem bonæ fidei quoad inde locupletior quos refert & sequitur *Hart. Pist. lib.4.q.25.n.4. & seqq.* Quo de aliquando alibi. e ita & *Vvesenb. h t. C. num.25.* reprobans Dd qui non aliter teneri debitorem, quàm si se heredem contra contendat, vt *Cacheran. decis.74. num. 16.* f Quia hic non hereditatis controuersiam facit actori, nec ideò se heredem ait, quod alterum negat esse *Goth. in d.l.42.* cum paratus sit soluere vbi constiterit quis sit heres *Vvesenb. h t. C. nu.25.* g vid. ad hoc *Zas. 1. singular. Resp. cap.14.* h Ac constitutione Zenonis, cuius mentio est in §.33. *I. de act.* & quæ nunc est *l.1. C. de plus petit.* restituta ex Basilicis à *Cuiac. 12. obseq.27.* plus petitionis pœnæ hæc actio exempta, aliter *Cagnol. ad l. lecta 40. de reb. cred. num.160. & seqq. & nu.180.* i Non placet. Vsusfr. enim & seruitutes personales, cum morte extinguantur, nec ad heredes transeant vt s. *lib.10. cap 17. &c.* quomodo in petitionem hanc venire poterunt. Nam quod aliquando ad primum heredem peruenit *d.c.17. lit.E.* id irregulare est, nec sæpè frequentatur. Et in vsufr. quoque patientia loco traditionis *l.3. pr. de Vsufr.* k Rectè & confirmat. *Cuiac. in lib.20. Pauli ad edict. add. §. vltim.* Etsi aliter *Vital. 2. var. lect.2. num.10.* volens seruitutes quoque in petitionem hanc venire, neque hoc negari *d. §. vlt.* sed hoc dici quod in restitutionem non veniant. Nimirum ideò dici, quia cum in hoc iudicium omnia corpora & iura veniant, restitutis rebus seruitutes quoque illis competentes restitutæ censeantur, per *l.15. de pig. act. l.10. §.1. de Vsucap.* Et hoc esse quod dicitur *d. §. vlt.* nihil eo nomine posse restitui. Aliter *P. Grangian. Paradox. cap.28.* † Quæritur, An & feuda in hanc act. veniant? Ita statuunt si feudum hereditarium *Mynſ. 3. obſ. 67.* aut tota successio feudalis *Vvesenb. in Par. D.h.t.n.11. & ad h. t. C. num.29. Pruckmam vol. 1. conſ. 2. num.402.* Alij verò etiam in non hereditario idem admittunt *Rittershus. lib.2. partit. feud. cap 8. num 31.* Ast contrarium verius, quia nihil hac de re iure feudali cautum *Hart. Pist. p.1. q.1. num.62.* Et quia feuda etiam quæ dicuntur hereditaria, non verè sunt & ita vt res allodiales iure hereditario debentur. Nam nec de illis dispositio in vltimâ voluntate valet. At si verè hereditaria essent, decederet quis contra iuris communis regulas pro parte intestatus. add. *Val. Guil. Forst. tract. nat. Iustin. p.2 disput.2. th.5. lit.G. P. Heig. p. quæst.25. num.18.* l Et generalius rerum quarum possessemel adeptus heres si postea illa exciderit, nomine act. negant, vid. not.s. *cap. praced. lit.D.*

CAPVT XIV.

Finis & effectus iudicij.

4. CVIVS REI GRATIA: FINIS DVPLEX PRIMVS, ac intermedius DECLARATIO HEREDIS. 2. SVMMVS, VT quod restitui oportet, RESTITVATVR, [a] quos effectus sequitur. Duæ igitur partes iudicis. I. Vt petitorem declarat heredem, argum. *aliarum in rem actionum.* II. Vt de restitutione rerum caueat *l.licet 10.h.t.* Tantum autem restituit possessor, quantum, ex bona fide, seu æquum & bonum est præstare, quia bonæ fidei iudicium est *l.vlt. §.vlt. C.h.t. §.28.1. de act.* [b] ET QVIDEM RES HEREDITARIAS, quas tempore rei iudicandæ possidet OMNES restituere tenetur, etsi post litem contestatam possideri cœptæ *l.4. l.41. h.* Ac etsi tempore iudicij accepti nihil possederit *l.18. §.1.h.* Obiicitur. Atqui hoc casu iudicium nullum, cum petitio hereditatis vt teneat, requirat possessionem rei s. *cap.12. lit.G.* Ergo qui nihil hereditarium possidet, hac act. conueniri nequit. R. Rectè, sed si de eo conueniat inter litigatores, si & reus se possidere neget & actor agnoscat: Ast si actor contendat reum possidere, iudicium constituitur, vt quæratur an possideat. Quod si inter moras probationis possess. adeptus, firmatur iudicium ac exceptio rei, qua vsus, quod non possideat, ceu temporalis, tollitur. c Obiicitur. At res postea cœptæ possideri non deductæ sunt in iudicium *l.23. de iudic.* Ergo iudex statuere de iis nequit, *l.19. comm. diuid.* R. Immò & illæ deductæ. Peritâ enim hereditate necesse est res omnes peritas esse, quæ sunt hereditatis, cum toto pars insit. *l.7. §. pen.*

pen. de rei iudic. Quin etiam res postea natæ, vt fructus d hereditarij, vna deductæ habentur. d Nec obstat *d.l. 23. de iudic.* Nam loquitur de eo, quod post litem contest. accedit in iure petitoris cum quid petit, de quo agendi ius initio non habet. Veluti 10. petit à Titio, quasi mutua, quæ non erant. Pendente iudicio 10. mutua dedit, iudicium hic institutum de obligatione, quæ initio nulla *l.35. de iudic.* e Hic verò petitur e res ad ius actoris initio pertinens; Nec spectatur quid initio possederit reus, quia actionem ex iure petitoris, non personâ possessoris, metimur *l.1. §.1. si pars hered. pet.* Quod idem quoque receptum in aliis actionibus, frei vindicatione *l.27. §.1. de R.V.* ad exhibendum *l.7. §.4. ad exhib.* depositi *l.1. §.21. depos.* de peculio *l.30. princ. de pecul.* NISI PLVRES VNIVS VICE FVNGANTVR, vbi vna restituitur & si quid amplius est in altera, per *l.57. de R.I.* Veluti: possessor rem hereditariam à se venditam pretio accepto redemit. Res vtique restituitur, & si quid in pretio accepto amplius, quam in dato, vt si vilius redemit *l.si & rem 22 hoc tit.* Quia hic etsi res diuersa, ac vtraque hereditaria, tamen cum qui rem habet vna etiam pretium rei, vi ipsa vnius vicem obtinent, vt vtramque exigens eandem bis exigere videatur. QVAS VERÒ NON POSSIDET SI NEC HABERE POTVIT NVNQVAM de iis tenetur. SIN POTVIT, distinguitur: MALÆ FIDEI POSSESSOR, qui scit hereditatem ad se non pertinere *l.20.§.6. verſ. item eos & §.12.* seu qui nullam possidendi causſam habet *l.25.§.3.* Item si postea se heredem non esse cognouit *d.l.25.§.5.* EARVM omnium NOMINE tenetur, QVAS QVO MINVS POSSIDERET ipse FECIT, etsi ante litem contestatam *d. verſ. item eos d.l.25.§.2.* VT I. SI POSSIDERE DESIIT DOLO *d.l.25.§.2. & § si ante 7.* vel culpa *d.§.2. facit L.91.§.3. de V.O.* imò etsi casu *l.20.§.vlt.h.* vbi ratio, quia distrahere potuit petitor, & ita hîc quoque per eum steterit, quò minus pretium pro re petitor habeat, ac mora, in qua hic est *l.vlt. de cond. furt. & simil.* ceu species culpæ, perpetuat obligationem *d.l. 91.§.3.* Nisi iusta causſa excuset, 1. Si res iam ante ipsi petitori restituta alio iudicio *l.44.h.t. 2.* Si quæ casu periit, eodem modo peritura esset petitori argum. *l.14. in fin. depos.* vt si casus fatalis, isque receptam rem dictaturus non fuerit, (aliàs secus *l.20.h.vlt.8. per l.14.§.14. verſ. pro eo in fin. quod met. ca.*) vt si res minoris, quæ vendi prohibita. 3. Si res iudicio ab alio euicta *l.pen.h.* quia pœnam non meretur, quod iure fit. 4. Si ex vsu hereditatis fuit rem distrahi *vt l. 53. hoc tit.* eaque forte minoris vendita *l.20.§.2. h.* Quæ de interitu diximus, eadem dicenda re diminutâ vel deteriore factâ *l.54.§.vlt. l.31.§.4. hoc tit.* II. SI QVÆ ACQVIRERE POTVIT, OMISIT *l.20.§.6. l.35.§. perinde 8.* VT DEBITA NON EXACTA, vel à se, vel ab alio *l.25.§.17.* si tempus exiit, aut debitores non soluendo facti. Sed cum exigere potuit, vt à se semper potest *l.6.§. vlt. de neg. gest.* Ab aliis, ita, si actionem ipse acquisiuit ex rebus hereditariis, aliàs non *l.31.§.4. hoc tit. d.l.6.§. vlt.* vt si debitores defuncto debere cœperunt; Nisi solutionem ab his oblatam non admiserit, per *l.25.§.8. h.t.* FRVCTVS ITEM NON PERCEPTI, quos percipere potuit *l.23.§. quod a.3. D.l.1. C. hoc tit.* Sed qui honestè percipi potuerunt non si, exempli gratia lupanar exercitum à defuncto, nec possessor ex eo quæstum fecit, *l. fructus 33. de R.V.* Tametsi huiusmodi fructus si percepti à possessore restitui debeant *l.27.§.1.l.52.h.* Etsi petitor non percepturus erat *l.56.h.t.* Hîc enim quid natura suggerat spectatur *d.l.52.* g Illic cum nullum lucrum factum ponamus honestas spectanda. *Facit l.15. de cond. instit.* ET VSVRÆ NON PERCEPTÆ *l.20.§.12. & §. redacta 15. D. l.1. C. hoc tit.* quæ vice fructuum *l.34. de vsur.* Sed pecuniæ hereditariæ. Non autem specierum & fructuum, si corpore amisso litis æstimatio præstanda. Vsuras enim species non respicit *l.3.§. vlt. de vsur.* Atque hinc probè sibi constant duæ definitiones Papiniani *1. in l. neque 15. de vsur.* Nec vsuras fructuum, qui post litem contest. percepti, præstari; quia per eam malæ fidei possessor, esse incipit vt mox h neque eorum, qui prius percepti, quasi malæ fidei possessori, condicuntur. Rectè: nam si extant ratio est in *d.l.3. §. vlt.* Si consumpti, habentur pro extantibus, per ea quæ mox, vt quamuis eorum nomine præstetur pecunia, fructus tamen ipsi principaliter sint in præstatione. 2, est in *l.51.§.1. hoc tit.* Cuius prior sanè pars expedita: ast posterior videtur contraria *d.l.15.* si de malæ fidei possessore accipitur. Nam de bonæ fidei possessore accipi nequit, cum is ne fructus quidem ipsos præstet, proinde inepte quæreretur an fructuũ vsuras. R. Diuersa ratio dicitur *d.§.1.* fructuum ante actionem illatam perceptorum; non quòd eorum vsuræ semper debeantur, sed quòd aliquando. Nimirum si à bonæ fidei possessore, ante litem contestatam, in rem eius versi sint. Non vt petantur pro tempore quod litem contest. præcessit, quo bona fide possedit, sed vt lite contestatâ exinde vsuræ accedant, vt fieret in peritis rerum ante litem contestatam venditarum *l.1.C. hoc tit.* Neque sic fructuum nomine tenetur quos non habet, sed æstimationis, seu pecuniæ quo locupletior factus: cui pecuniæ vsuræ accedunt. i Pecuniæ autem vsuræ debentur, non omnis, sed quæ vt pecunia ab eodem debetur, id est quam tractauit. Itaque rerum distractarum pretij vsuræ à malæ fidei possessore semper, à bonæ fidei post litem contestatam debentur *l.20.§.12. D.l.1. C. hoc tit.* Non autem eius quam non attigit. *d.l.20.§.14.* quia eam, vt corpora hereditaria, restituit. k Nec obstat quod per eum factum ne vsuras perciperet. Nam 1. sæpè interest hereditatis pecuniam præsentem esse. Deinde culpâ vacat nolens periculum mutui suscipere, quæ ratio in *l.62. de R.V.* Tenetur autem ex Senatusconsulto 1 qui desiit possidere, & qui omisit l acquirere, perinde ac si possideret *l.20.§.6. verſ. item eos. l.25.§.2. hoc tit.* Ac ita res amissæ habentur, quasi exstarent perpetuo apud eum, vsque ad sententiam. Idque propter moram *l.82.§.1.l.91.§.3. de V.O. l.15. §. vlt. de R.V.* Effectus duplex: 1. circa fructus, quos debet, non illius tantum anni, quo res amissa est, sed omnium sequentium, imò & fructuum fructus *l.20. §.12. & §.16. l.40.§. prædo. 1. hoc tit.* ad tempus vsque rei iudicandæ *l.33. de R.V.* 2. Circa æstimationem; in quam non venit pretium quanti res, quæ postea periit, vendita, sed verus valor rei, *l.20.§. vlt. l.48. h.t.* Et quia SC. ita loquitur *condemnandos, &c.* non sic *condemnari posse*, hinc Quæritur, num quandoque expediat habere potius pretia rerum distractarum cum vsuris, quam res cum fructibus (vt si res pluris venditæ, item si plus onerosa quam proficua) ânne id desiderare possit petitor? Quod Vlp. etsi timidiusculè, ob dicta Senatusconsulti verba, admittit, & rectè vt electio sit petitoris *l.20.§.12. in fin. &* §. 16. h. nam & pretia hereditaria sunt *l 22.h.t.* Quare si res, quæ postea periit, distracta eodem modo peritura apud petitorem fuisset, petitor pretium nihilo secius consequitur, qui aliàs, si solùm ad rem venditam teneretur possessor, nihil consequeretur *l.33. l.36.§.3. h.t.* Idque ex sententia SCti vt ratio in *d.§.3.* ne melior sit causſa prædonis, quàm bonæ fidei possessoris. De hoc enim SC. cauit vt pretia rerum distractarũ,

etsi eæ post perierint, restituat *l.*20. §.17. *b.* Itaque verba illa SCti *condemnandos quæst possiderent*, & sic rerum ipsarum nomine, accipi debent, si petitor velit, cuius id gratii constitutum est. BONÆ verò FIDEI POSSESSORIS qui scilicet se heredem existimat *l.*20. §.12. *h.t.* iustâ nempe causâ ductus *d.l.*20. §.6. *ibi, eos autem qui iustas causas.* Nec tantum si in facto erret. Vt si testamentum proferat, quod inutile ignorat, fortè quia filius præteritus quem mortuum putauit; si ab intestato alios se proximiores esse nesciat. Sed etiam
m si in iure erret *l.*25. §.6. *h.t.* [m] vt si testamento sollemnia requisita desunt, si filius verè ingratus caussâ non adscriptâ exheredatus, &c. Quia hic vertitur damnum amittendæ rei suæ (quoad res enim quas possidet omnium possessorum par conditio) Ergo per ea quæ s. *lib.*1. *cap.*18. *lit.G.* EADEM CONDITIO POST LITEM CONTESTATAM. Nam tunc omnes possessores pares *l.*25. §.7. quia post eam incipit malâ fide possidere & fit prædo *d.* §.7. *l.*31. §.3. *b.* Immò & post controuersiam motam extra iudicium, ac post omnem denunciationem factam ab herede vel etiam ab
n extraneo *l.*20. §.6. *sub fin.* & §. *petitam* 11. *l.*25. §.7. *h.* [n] Item si aliter scire incipit, nemine denunciante *d.* §.11. *d.l.*25. §. *de eo* 5. Exempla in *l.*31. §. *pen. D.l.*1. *C.h.t.* SED NON PERPETVO. Quid enim si iusta litigandi caussa vid. *l.*24. *de Vsur.* Quid si ex.gr. non putet filium esse defuncti actorem, vel non esse eius procuratorem. Hic itaque à malæ fidei possessore distat, non in omnibus sanc vt ante litem contest, sed in duobus: Inte-
o ritu rei, quo liberatur *l.*40. *princ. h.* [o] Eius enim præstatio moræ pœna est quam hic non facit *d.l.*24. *de Vsur.* Et in fideicommissi restitutione, quod si testamento inutili relictum restituit, nihil amplius eo nomine præstat quàm bonâ fide accepit: Pone: Heres testamento irrito scriptus iussus est fundum, qui valuit 200. vendere 100. Et si ita vendiderit post litem contestatam præstat petitori sola 100. quæ bona fide accepit. Secus si negotiationis caussa minoris vendidit, *l. in æstimationibus* 48. *h.t.* Quæ de bonæ fidei possessore loquitur per verba extrema. Non autem de eo qui ante litem contestatam vendidit, quia is nonnũquam tenetur vltra quam locupletior per seqq. sed qui post eam si iustè litigat. Vbi in fideicommisso opinio necessitatis eum excusat. in aliis culpa ipsi nocet, si vilius
p vendidit. [p] CONTRARIA VERÒ ANTE EAM: VBI CONDEMNATVR VSQVE EO, QVO LOCVPLETIOR FACTVS *l.*20. §.6. *vers. eos autem.* Qualis habe-
q tur [q] 1. si res adhuc possideat. 2. si in rem suam conuertit *l.*1. *C.l.*5 1. §. *vlt. D. hoc tit.* Vbi & ad vsuras tenetur si inde rem suam auxit *d.l.*1. §.1. & pretia rerum distractarum cogitur restituere, etsi eæ res deperissent vel diminutæ *l.*20. §.6. §.17. & §. *vlt. l.*21. *h.t.* Interitus enim sine culpa tunc liberat debitorem, quando res quæ periit, sola principaliter debita, & deperditæ æstimatio petitur. Hic verò pretia propter se petuntur, ceu hereditaria per se & principaliter *l.*22. *h.t.*
r [r] Quin etsi non debitum accepit, beneficio hereditatis, in restitutionem venit. Vt si remunerationis caussa ab eo, cui quid ex hereditate donauerat *l.*25. §.11. *h.* 3. Si exhereditate consecutus, vt suum quod alioqui amissurus retineret. Vt si alias in vsus familiæ impendere solitus 300. accessione opimæ hereditatis fretus, auxit sumptus & ex hereditate impendit 600.
f Tenetur ad 300. *l.*25. §. *quod autem quis* 16. *h.t.* [f] Ratio in *l.* 47. §.1. *de solut.* DVMTAXAT non amplius Hinc non tenetur de iis quæ non possedit, quia acquirere neglexit, vt de fructibus ex desidia non perceptis *l.*31. §. *pen. h.* de debito non exacto, vbi tamen actionem præstat *d.* §. *pen.* & *l.*20. §.17. *h.* Nec de iis quæ possidere desiit etsi malo more. Vt si dilapidauit, re suâ se abuti putans, si donauit, nec ἀνὴδωσε accepit *l.*25. §.11. Ne quidem si pretia rerum distractarum perdidit, consumpsit donauit *l. verum* 23. *h.* vbi speciales dubitandi rationes 1. ex vocula *peruenisse* in Senatusconsulto *d.l.*20. §.6. Ad quam Bꝛ. IC. in *d.l.*23. vocula *peruenisse* cum effectu accipi debere *l.*71. *de V.S.* maximè ob seq. clausulam Senatusconsulti in *vers. eos autem* quæ ad priorẽ trahendal. 24. *l.*26. & *seqq. de l.*2. quia pretiorũ præstatio est personalis vt supr. *c.*12. *lit. A.* nec corpora nummorum debentur, sed quantitas ac genus quod perire nequit. Sed Bꝛ. non aliter debetur hic quantitas, quam si pecunia in rem suam conuersa, vt si inde quid sibi emit. Tunc enim etsi res empta perdatur, exinde perpetua est præstatio. Hinc Q. anne hoc casu, quo pretia consumpta, res venditæ nec dum vsucaptæ, à possessoribus vindicari speciali-
ter possint. Bꝛ. in *l.*25. §.17. *h.t.* non possunt, si emptores regressum habeant contra venditorem. (habent autem nisi conuenerit ne venditor de euictione teneatur *l.*16. *C. de euict.*) quia præiudicium alias fieret hereditatis petitioni, ac obliquè à possessore peteretur quod rectà non posset. Non possunt item aliis. 2. casibus 1. Si possessor paratus defendere hereditatem, ex regula iuris communis *l. solutione* 23. *de solut.* 2. Si minori pretio res venierint, & id actor acceperit. Eo ipso enim venditionem comprobauit. Sed hæc ita si res ipsas hereditarias prodegit. Secus si suas, quamuis contemplatione hereditatis: Vt si accessione hereditaris elatior rebus suis lautius t vti cœpit *l.* t
25. §. *si quis re suâ* 12. *hoc tit.* Non enim hic quæritur an locupletior sit in rebus suis, sed an in hereditate. Errorque, quo se decepit, alij nocere non debet *l.*3. *princ. de transf.* Hinc dubium quandoque an suas in alienæ hereditatis res consumpsisse videatur. Pone: Duo heredes sunt. Vnus peregrè abest. Hunc obiisse putat alter, seque ex asse heredem esse. Occupatæ hereditatis dimidiam consumpsit. Ille reuersus petit hereditatem. Q. quantum debeatur. Quæstio in eo; quam partem consumpserit alter? Bꝛ. Hic tres sunt visiones *l.*25. §. *adeo* 15. *hoc tit.* id est partes distinct. quæ in proposito occurrit, quæ totidem habent inspectiones & tractatus, quibus videndum quid hic iuris sit. [u] Aut u
enim omne restituit, si solùm suam partem consumpsit, aut nihil, si solùm partem coheredis, aut partem, si partem suam, partem alterius hereditatis consumpserit. Quod postremum deciditur. Quia quamdiu hereditas non diuisa omnes res communes pro indiuiso *l.*7. *si pars hered. pet.* Ergo necesse est vt res communes attingens vnâ attingat partem socij. An autem locupletior sit quo TEMPORE spectandum? REI IVDICATÆ inquit Paulus *l.*36. §. *pen. hoc tit.* Quod falsissimum siue quæratur de iis quæ post litem contestatam acciderunt, quia omnimodo tenetur, licet possidere desierit, ceu prædo, per præcedd. *lit.* N. Et spectãdum in illis nullum certum tempus, sed omnia quibuscumque aliquando post iudicium acceptum fuit locupletior, etsi deinde amiserit ante sententiam. Siue de iis quæ ante litem contestatam, vbi certè non aliud tempus spectari potest, quam litis contestatæ, quia post eam omnia restituenda petitori, quæ habiturus esset si tempore litis contestatæ res restituta esset *l.*40. *princ. hoc tit.* Et quidem Azo ita defendit Paulum, vt dicat eum loqui de eo, qui sit locupletior tempore rei iudicatæ, & quærere an sufficiat eo tempore esse, si tempore litis contest. locupletior non fuerit, idque affirmari. Sententia per se vera *l.*41. *hoc tit.* sed Paulo non conueniens, qui non quærit quo tempore sufficiat, sed quo debeat. Et quærit tantum de bo-

de bonæ fidei possessore. Azonis autem sententia communis malę fidei possessori. Quare aut mendum
x est in *d.* §. *pen.* aut Paulo vel Triboniano somnus obrepsit. x Et has res consequitur petitor officio iudicis *l.*10. *hoc tit.* qui ipsas restituere iubet si exstent. Qui iussus arbitrium dicitur. Cui si non pareat reus, succedit condemnatio in æstimationem litis. Si verò non obstent res, æstimatio statim in condemnationem venit *l.*20. §. *vlt. b.* Et si quidem culpa factum quo minus res restitueretur, verum pretium, sin dolo quanti iuratum in litem *d.l.*20. §. *vlt. l.*25. §. *hæc verba* 10. *h.t.*

NOTATA.

a [a] *Gomez. in l. Tauri* 45. *n.*154. Principaliter dari hanc petitionem vt declaretur heres, in cõsequentiam & ex officio vt fiat restitutio. † *Vvef. in h.t. C.n.*9. Duæ partes, ait, sunt petitionis, quarum altera caussa alterius, tanquam antecedens consequentis, Inde *Cougrr. pract. qq. c.*12. *n.*1. non rectè petere qui ipsam solùm hereditatem petit, nisi prius petierit se pronũciari heredem. Contra *Vvef. Parat. h.t. n.*12. *Meichsner. tomo* 3. *decis. Cam.*8. *n.*18. *Cacheran. decis. Pedem.*4. *nu.*12. *P. Frider. lib.*3. *de contin. caus. cap.*23. *n.*18. & *relatis à Treutl. vol.*1. *disp.*14. *th.*8. b Vbi non primus Iustin. constituit quasi
b ius vetus abrogens, vt sentire videtur *Cuiac.*3. *obs.*7. & 17. *obseq.*4. dum ait constitutionum esse facere bonæ fidei iudicia, exemplo hoc prolato. & Hot. *ad* §. *act.*28 *I. de act* ne dum Tribonianus errore graui, cuius hic arguitur ab *Ant. Mussa Galesio tr. de iudic. bonæ fidei num.*9. & ipse Imp. lacessitur ab *Ægidio Hortensio in* §. *actionum* 28. *I. de act.* sed, cum res inter dissidentes hæreret partes, dubitationem Imp. sustulit, vt verba ipsa clarè vtrobique testantur, *Ant. Fab.*14. *coniect.*18. qui idem olim statuisse Papin putat in *l.*42. *de donat. mort. cap.* vbi verba *bonæ fidei iudicio constituto* de petitione hereditatis accipit, vt & *Loriot. tr. de pact. axiom.*45. *ac Gœd. de contr. stip. cap.*8. *concl.*1. *num.*32. Et Paulum *l.*38. *h.t.* In contrarium verò alios mouebat defectus mutuæ præstationis, quia in hac nullum negotium geritur, nec est vicissitudo obligationis. Ea enim negotia bonæ fidei sunt, vbi contrahentes sibi inuicem obstricti, quando vtriusque votum est vt alter ex bonâ fide secum agat, *Donel. in d.* §. *actionum* 28. *num* 43. & *seq.* Sed melior pars obtinuit inde, quia propius hæc accedit ad negoc. gestorum actionem. Inesse quippe videntur personales præstationes & quidem mutuæ. Quia vt reus ad pretia rerum distractarum & debita soluta, item ad res hereditatis caussâ etsi sua pecunia emptas, vt restituat tenetur, ita huic petitor ad refundendum earum pretium Don. *d. lo.* Accedit quod vniuersale iudicium certa formula concludi & strictis iudiciorum regulis includi nequit,
c *Vvef. in Par. h.t. n.*6. c Alter Gomez. vt notaui s. *cap.*12. *lit.*
d N. d Rectè. Non hic, vt in specialibus actionibus, necesse est res hereditarias designari, & specificè exprimi, sed, quia iudicium est vniuersale, generalis hic libellus substinetur, quo heredem se declarari & res sibi restitui petit, absque vlla earum mentione. *Couar. pract. qq. c.*12. *n.*1. *Menoch arb. cap.*176. *n.*11. *Costal. in l.*6. *de R.V. Achill. Personal. h.tr. num.*555. *Rauchbar. p.*1. *q.*29. *n.*2. *Mynsin cap.*8. *extr. de probat. num.*9. *Gail.*1. *obs.*68. *Sich. ad l.*2. *C.h.t. n.*11. *Vvef. ad h.t. C.n.*32. & *n.*43. *Modest. Pist. vol.*1. *cons.*2. *n.*17. postea scribens in executione inquiri, quid restitui debeat, cum principaliter hæc actio detur ad declarandum ius actoris, restitutio autem venit officio iudicis. Et hoc ita etsi petierit actor vnius rei restitutionem *d.l.*4. *h.t.* verbis *de quâ solâ* controuersia erat. Quamuis non defuerint qui rebus certis libello expressis alias in iudicium deductas non videri voluerunt. *Personal. d. lo. n.*556. & *seq. Menoch. c.*176. *n.*7. & *seq.* quod ad eas se restrinxisse & coangustasse act. vniuersalem ac effecisse iudicium singulare videatur, quodque in rebus nouiter possessis reus non defensus, sit nec auditus. nec liqueat an titulo singulari eas teneat, an sit alia iusta defensionis caussa. Quos probat *Couar. pract. qq. cap.*12. *num.*6. *Et Gomez. in l. Tauri* 45. *n.*166. post varias interpretationes *d.l.*4. expensas statuit quod in *d.l.*4. petitio restricta sit ad vnam solam rem. Sed si prius petiit se heredem declarari, quod necesse est, postea si alia res possideri incipiant, alium libellum, litis contestationem, iuramentum calumniæ, &c. non desiderari. Quia, ait, cum primus libellus sit super actione vniuersali, & in eo iam petitum quod principaliter & iure actionis venit (nempe declarario heredis) extenditur eius vis ad omnes res, ita tamen vt summariè eas petat actor, implorato iudicis officio, quod is impertit post summariam cognitionem. † Qua

de caussa & qua sententia generalis libello conformis? Condemno te vt restituas quicquid ex hereditate Titij possides. (Qualis hic valet, etsi sententia sine certa quantitate reproberur, cum sufficiat hic certitudo quoad ius vniuersum *Vvef. ad h.t. C.n.*43. *Petr. Barbosa ad tit. D. sol. matrim p.*3. *rubric. a n.*44. & *seqq.*) exsecutioni, antequam processu summatio liquidatio & probatio rerum hereditariarum facta, mandari nequit; non stultè facit qui res certas exprimit vt Sich. *in rub. C.h.t n.*5. *censet* sed imò cautè & prudenter, si in libello aliisve articulis designet, & in termino probatorio probet, vt iudex certiorem sententiam ferre possit, eiusdemque expeditior sit exsecutio. *Gail. d. obs.*68. *Rauchbar. p.*1. *q.*29. *n.*3. Vbi tractat an possessor ad inuentarij pariter exhibitionem & iuramenti præstationem teneatur. Et alterutro contentum esse debere iudicatum testatur. Vt & *Modest. Pist. p.*3. *q.*126. e Vid. de *d.l.*23. *j. lib.*26. *c.*4. Planè *Ant. Gabr. Rom.* e
*lib.*2. *comm. concl. tit.*1. *de iudic. Concl.*3. *num.*4. & 5. regulam illam non procedere vult in iudicio vniuersali, quia natura eius ea vt omnia includat. f Non tamen eadem ratio- f
ne, de quo j. *lib.*20. *cap.*5. *lit. B.* g Et ratio in *d.l.*25. cuius g
hæc sententia: ne si interpretemur honestum esse, ne petitor desideret in honestum quæstum sibi restitui, hac ratione efficiamus vt is maneat apud possessorem, quod indignum *Cuiac.* 4. *ad Afric. in l* 56 *h.t.* Nam vel vtrique auferendus erit, vel si alterutri, innocenti potius dandus. Atqui honestius est inhonestos quæstus iam quæsitos cedere lucro petitoris quam possessoris. † Atque sic non obstat *l.* 5. *D de vsur.* Quia horum fructum præstatio non est inhonesta petitori, etsi perceptio fuerit inhonesta possessori *Pac.*5. *q.*41. De malæ fidei possessoris præstatione fructuum, add. *Io. Copus lib.*2. *de fruct. t.*1. *cap.*1. & 2. h *Io. Cop. d.t.*1. *cap.*1. ratio- h
nem hanc reddit, quia cum post litem contestatam fructus, etiam quos non percepit, restituere teneatur, in eoque oneretur, in alio succurri ei debet, vt ab vsuris præstandis excusetur. Quæ apta non est, quia malæ fidei possessor etiam tenetur de iis quos ante lit contest percipere potuit. i Aliter i
Don. noster de vsur. c 4. intelligens *d.l.*15. cum fructus petuntur vt fructus. Hic autem fructus rem principalem, hereditatem afficiunt, & in ea computantur, neque vt fructus, sed vt hereditas exiguntur. Aliter *Achil Personal. tr. de petit. hered. n.*659. & *seqq.* k *Ioh. Cop. lib.*2. *de fruct. t.*2. *cap.*2. *in fin.* k
nec possessorem pecuniæ hereditariæ rectè dici putat si non attigit, id est, si non fœnori locauit, vel in suos vsus conuertit. Atque ita differentia est præstationis fructuum & vsurarum, quod non vti illic ita & hic, spectatur, an fœnerari potuerit. *Sich. ad l.*1. *C.h.t.n.*11. l Quod SC. (in quo, vt hoc l
obiter, pro illis verbis, *Maximusq; princeps proposuit*, hæc reponit *Pontifex Max. Pater patriæ.* quia in notis fuerit *P. M. P.P. Petrus Pithoë. 2 aduers. subsec.*15. ne alias superuacua sint verba: *libello complexus esset.* Sed si solam voculam *esset* quæ hoc signo [] inclusa est demas, nihil redundat nec emendationis eget locus) de hereditate quæ ad fiscum pertinet nominatim loquitur, ad priuatorum tamen petitiones extensum est *d.l.*20 §9. *Copus lib.*2 *de fruct. t.*2. *c.*5. Et loquitur SC. de partibus Caducis. Sed etsi ex asse fiat Senatusconsulto locus dicitur *d.l.*20. §.7. Quæ verba *Cui.*18. *obs.*14. cum seqq. iungit, mutata vocula *idem* in *id est*, vt sensus sit: etsi tota hereditas caduca, non per legem Papiam sicuti partes caducæ fiunt heredibus ex parte scriptis, morte naturali vel ciuili ante apertas tabulas deficientibus, sed per l. Iuliam cum bona herede vocant vel ex delicto publicata. Sed *Ant. Fab.*3. *cons.*16. hoc modo: Non intellige si heres ex asse mortuus ante apertas tabulas. Lex enim Papia ad hunc non pertinebat *Vlp. t.*17. §.1. Nec si ante aditam hereditatem decesserit; tunc enim fit caduca. Nec de ea, quæ ob delictum publicatur, nam hæc verè noc est caduca, sed adimitur. Nec vt in specie *l.*44. §. *Lucius* 2. *de Vulg. & pup.* nam nec ibi caduca est, sed indigno auferrur (hæ 3. expositiones Accursij) sed si plures heredes ex partibus scripti omnes ante apertas tabulas decedebant, vbi locus est legi Papiæ in Consencit præter m
relatos s. *in not. lib.*5 *c.*14. *lit. C. Vital. t. var. lect.*24. *Couar. t. var. resol.*3. *n.*8. *Azo in summâ* C *h.t.n* 11. *Gœd. ad l.*109. *de V. S. n.*5. & 5. Diss. præter illic citatos in hic terminis nostris hac de re disceptans *Pinel. in l.*2. *C. de rescind. vend. p.*2. *c.*4. *n.*31. & *seqq.* Vbi *n.*34. & seqq. errorem iuris nec ad acquisitionem fructuum prodesse statuit. Et in *d.*§.6. non hoc velle IC. quod error is à restitutione fructuum excuset, sed à nomine & pœnæ prædonis, quod leuius est, ne scilicet teneatur de fructibus percipiendis. Si quis tamen errauerit iure dubio, cum similem esse errori facti scribit ibid. *n.*40. & *c.* Quæ nunc non expendo. n Quod moribus contra Senatusconsulti verba obtinuisse hic, ob exuberantiam bonæ fidei, vt prima denunciatione mala fides inducatur & æsti-

meque scribit *Vvesenb. in h.t. C.n.45.* & probat *Rauchbar.p.2. quæst 28.n.24. Hart. Pist. lib.4.q.27.n.6.* quia in bonæ fidei iudiciis liberior iudicis potestas, reprobatâ eâ quod hic reus possessor titulo carens facilius in mala fide constituatur. Aliter *Sich. in l.1. C.h.t.n.9. & 10.* id inde, quia in vniuersalibus iudiciis quælibet controuersia mota habeatur pro lite contestata, idemque efficiat quod litis contestatio in iudicio singulari. Vnde post quamuis denunciationem etiam extraiudicialem res quæ in hanc act. veniunt virio litigiosi affici censet, vt alienari nequeant. Neutrum placet. Nihil imò hic speciale quoad inducêdam malam fidem. Vbicumque enim quis rem alienam ignarus tenet, vbi scientia iniustæ possessionis accedit, necesse est vti conscientia lædatur, ita malam fidem induci, nec vllo iure aliter caueri potest, cùm ius ciuile ea quæ facti sunt, & naturalia ac in animo consistentia, mutare nequeat. vid s. *lib.4. cap.24. lit.E.* Quare & qui bona fide initio possedit, rei vindicatione conuentus, tenetur quoque de fructibus ante litem contest. perceptis, ex die, quo primum rei alienæ certam notitiam habere cepit, si is lite contestata anterior: Tametsi fructui illi speciali actione petendi sint, vt j. *lib.20.cap.5. ibi. Petunrur a. hi fructus, &c.* Minus probatur illud Sichardi de vitio litigiosi. Neque enim conuenit hoc iudicio vniuersali vbi principaliter ius ipsum successionis petitur, res verò singulares in consequentiam, & vbi quoad has certè actoris ius imbecillius, quàm in rei vindicatione, facilius rem litigiosam fieri. Quin & nomen ipsum *litigiosi* resistit, cum ante iudicium acceptum *lis* propriè non dicatur. Taceo quod litigiosa res dicitur de cuius dominio causa mouetur, *auth. litigiosa C. de litig. &c.* † Planè si anteriore interpellatione non liqueat, saltem à die emissæ citationis vel exhibiti libelli, in hoc iudicio fructuum ratio habetur, vid. *Rauchbar p.1.q.28.* Etsi *Cuiac.20. obs.35.* post controu. motam, vno tantum casu possessores pares esse, (si desinant possidere) post litem autem contestatam in plurimis. o Quia quo minus res fato intercat præstare nequit, Fructus autem si non collegit, quos potuit, ipsi imputari potest *Pac.3 q.37.* qui tamen malè generaliter docet, post litem contestatam bonæ fidei possessorem pro prædone esse quod fructus s. *d.l.* non autem quoad interitum rei *d.l.40* Nam immò *d.l.40. pr.* loquitur de casibus certis quibus bonam fidem retinet. Aperte enim bonæ fidei possessores vocat. At in *l.31.§. pen. h.t.* prædo dicitur. Et perbellè noster hæc distinguit, vt & *Cuiac.20.obs.35.* Quæ dum alij confundunt, malam fidem litis contestatione induci, sine distinct. docentes, omninò falluntur. Et ita puto. Quando non euidens calumnia rei conuenti apparet, in dubio, conscientiam, quam initio illæsam habuit, retinere censendus est: tum, ex ratione *d l.40. in fin pr.* tum quia mala fides iudiciis perspicuis probanda, arg. *l.6.C. de dolo*, tum quia interpretatio ea capienda quæ delictum excludit. Fiducia itaque iuris sui potius, quàm procacitate contendere quam cedere malle credendus est. Facit *L.49.h.t.* vbi inter moras litis bonæ fidei possessor dicitur: idque ei licet, quod malæ fidei possessori non item, vt *c seq. lit.B.* Aliàs quicumque iudicio aliquo reali pulsati malæ fidei obnoxij indignè reputarentur. Quin etsi inter litis moras ambigere de iure suo incipiat, modo non certo cognoscat, se litem iniustam suscepisse, nec tunc malæ fidei reus fiet. Confer not. s. *lib.5.c.17. lit. A. Don. j.h.lib.cap.15. lit. L. Io. Carsia Galleus de expens. cap.6. num 3. & 4.* scitè *Goth. de tutelis Electoralib. lib.6. pag.102. & p.165. ae seqq.* Quod verò indistinctè, post litem contestatam, omnium fructuum ratione æquè teneatur bonæ fidei possessor, etiam tunc cum bonam fidem retinet, id fit vi litis contestationis, quæ efficit vt omnis causa restitui debeat *l.40. pr. h.t. l.2. de Vsur. l.20. de R V.* vt j. *lib.20. cap.5. lit.E.* Atque sic ea præstatio non est pœna malæ fidei, sed ex obligatione quasi contractus iudicij accepti *l.3.§.11. de Public.* Ex quibus iam nouò animaduerto claram facem accendi posse *l.25 § vlt. D. de Vsur.* mirè exagitatæ, vid. s. *lib.4.c.24 lit.H.* & adi, præter ibi citatos. *Vital.1.var. lect.19.n.2. Io. Cop. lib.2. de fruct.t.4. & 5. Marq. Freh.2. Pareng 24.* Cui, salutis verbis, sine vlla contortione & violatione, suus sic constabit sensus. Quod bonæ fidei emptor *intelligi* debeat, id est, præsumi, in dubio pro eo haberi (vti hæc vocula accipitur in *l.1. C. Quan. libel. prine. oblat.*) quamdiu cuictus fundus non fuerit, id est, donec sententia contra eum dicta, *quoad percipiendos fructus*, vt scilicet perceptione suos faciat, de quo ibi quæritur. Quare inter moras iudicij iis qui non eo ipso dum litigat scientiam iniustæ possessionis habere conuincitur, fructus verè & iure dominij acquirit. Tametsi eos iudicio victus restituat, non tanquam non suos, sed tanquam in obligationem iudicati deductos & exinde debitos. Sicuti & in simili res inter moras litis vsucaptas restituere reus cogitur, etsi earum dominus verè effectus sit, vid. s. *lib.5. cap.21. lit.F.* Nec quod *Don. noster d.c.24.* docet post sententiam haberi malæ fidei possessorem retrouersus, &c. iam probatur, etsi ibi non reprobauerim, cum non firma illatio sit. si quis sic arguat: Titius bona fide rem emerat à Seio conuentus à Caio noluit ei restituere, Caius rem iudicio euicit. Ergo ex die litis motæ Titium in mala fide constitutum fuisse per sententiam apparuit. Cum non probet hoc esse, quod ab hoc cõtingit abesse. Et, quia potest esse vt iustè ad iudicium prouocauerit *l.24. pr. de vsur. l.40. in fin. pr. h.t.* id cum benignius amplectendum. Maximè cum mala fides dolo affinis sit, quem apertissimis probationibus doceri conuenit, & vbi alia præsumptio quam doli haberi potest, ea capienda, cum tralatium Dd. sic etiam fatuam causam à dolo excusare. Etsi verò quoad restitutionem fructuum post litem contestatam eadem causa videtur bonæ fidei possessorum, quæ prædonum, nonnihil tamen interest, non tantum quod saluâ epitimia illi abeant victi, quorum aliàs saltem pudor nimis grauaretur, si eo ipso quod superati, mala fide litem fouisse argueretur. Sed & quod iidem lite pendente fructus alienantes, etsi rectè forte non faciant, tamen dominium eorũ in bona fide accipientem, litis ignarum, transferrent. Quod de prædonibus dici nequit, à quibus accipientes, etsi ex causa onerosa & bona fide non nisi vsucapione & consumptione tuti erunt. Sed hic satis superque. Qui aliàs de bonâ & malâ fide definiendâ & æstimandâ ac vtriusque vi peculiariter tractaturus, ostensurus ex iuris nostri principiis plerosque hic in plerisque grauiter lapsos esse. p Non placet expositio. Loquitur *d.l.48.* de venditione non fundi hereditarij, sed ipsius hereditatis. Quæ post litem contestatam non facilè tenebit *r. Dec & C. de lit. G. & d.l.48.* sine vlla distinct. possessorum indefinitè docet quomodo æstimari debeat hereditas. Quando autem æstimatio solida restituenda aliunde perendum. Et membrum sanè posterius de alio quàm bonæ fidei venditore accipi se non patitur, prioris verò generalitas ad has se angustias cogi non finit. q Quomodo probetur locupletior & an in dubio ex consumptione fructuum censeatur, adi *Meno, recup. poss. remed 15.n.585. Pinel. in l 2. C. de rese. vend. p.2.c.4.n.64. & segq. Achil. Personal. tr. de petit. her. n.658. Vinch. de Franch. decis 31. n.2. Iac. Schulth. q. pract. 31. Gasp. Schisordegher. lib.2. ad A. Fab. tract. 29.* qui non præsumi statuit nisi in necessarios vsus conuertisse appareat. r Eximiè. In quo insigne discrimen huius iudicij à singulari actione, & plenior effectus, cuiusmodi alij plures *Hot. in Epit. de R.V. n.16.* non illi soli quos putat *Cuiac.* 10. *obs.1.* Et pinguius dictum à *Vult. in l. vn. C. vbi de hered. nu.1.* siue singulariter agatur, siue vniuersaliter, rem eodem redire in effectu, licet ex causis diuersis. s Quamquam *A. Fab.18. coni.13.* pro solita audacia primùm *vers. nam & Diuus d.§. 16.* deinde *totum* §. Tribon. de suo inter seruisse contendit, eumque satis acerbè, vt malum Grammaticum & Iurisconsultum exagitat. Sed tanti non videntur, quæ profert vt cordatiorem mouere debeant, dignúmve operæ pretium in his refellendis ponatur. Suauem verò se probet ibid. *pag.1300.* scribens penum in masculino aut neutro nullum probum Latinitatis autorem vnquam dixisse: quomodo Tribonianus dicat *d.§.16.* Dedisset hanc errorem Faber. Audiat *Agell. 4. & Noct.1.* adud quem quidam Grammaticæ rei doctior ad Fauorinum: Penus variis generibus dictum & varie declinatum est. Nam & hoc penus & hæc penus, & huius peni, veteris dictitauerant. Audiat *Non Marcell. de propriet. serm. lit.P.* qui masculino vsurpatum à Pompeio & Nævio docet. Et vt hos iudices eieret, arbiter esto Paulus noster *l.4.§ 3. de penu. leg.* Nomen penus mihi traditum est omnibus generibus dictum. Ne verò & hic cauilletur, ex aliorum opinione loqui Paulum potius quàm sua, aliumve ei mentem affingat, num Latio exterminabit Plautum qui in *Pseudolo 2. sc 2* Procuratorem peni dixit, ac 1. sc. 2. & virili genere vsurpauit, circa med. nisi penus annuus hodie conuenit: & neutro in fin. *d. sc. 2.* omne huc penus adfertur, Et neutro sanè genere, & in casibus inflexis, passim legimus *l.3.§.5.8.9.10. l.5 pr. de penu. leg.* Ac in nominandi casu omne penum *l.2. pr. de trit. leg.* sicuti & Festus *lib.14* Penora dicuntur res necessariæ ad victum. Ac apud Columellam tit. est. Quemadmodum villica tractare debeat penora ref. *Phil. Beroaldo annot. in Seru. §.16.* Denique si vel verum istud esset, nonne tolerabilius foret leuicula co.rectione v in a mutare, quam totam periodum resecare, t ita & in *d.l.25. §.16.* laurius impendit, lautè erogasset. Sic *Saluian. lib.3. contra auaritiam pag.94. edit. Rittersh.* hoc animo voluat quàm *lautè* heres suus *res suas* comedat. Vnde apparet nulla necessitate *Duar.1, disp.5.* pro *lautius* reponere *latius*, quia sic

sic *Horat.2. Sat.2.* latius opibus vsum, *& Seneca de brevitate vitæ cap.8.* tempore vruntur latius. Nam eodem vtrumque sensu dicimus & phrasis *latius vir* minus frequens *Rob. 3.*
u *sentent.5.* u Rectè & non abludit *Ant Augustin.2. Emend.2. pag.77.* qui Gr. v. Ἰσοτιμίας huic Latino par esse scribit, testaturque ad vulg. libros manasse *diuisionibus*. Quæ ipsa lectio non absurda, si distinctionis partes interpretaris, & eodem recidit. Nec longè absimili sensu *Cic. 4. Acad qq. pag.m.26.* visionem veri falsique communem dicit & *Tusul. qq. pag. 201.* falsâ doloris visione & specie moueri homines, &c. Enimverò cum nihil crebrius sit nostris aliisque auctoribus, quam vt de re dubiâ tracturi dicant ita: Videbimus, videamus, &c. Loci sunt infiniti: elegans perquam & concinna sit hæc *visionis* pro inspectione *l.44. §.1. de O. & A. l.91.§.4. de V. O.* Ἰσοτιμία, aut etiam opinione, vt *Goth. vlt*, acceptio oportet. Planeque non ferenda audacia nouatoris Sabaudi, qui locos omnes, quibus *visionis* vocula legitur, qui perplures sunt, sceleratâ manu Tribon. corruptos censet tanquam hæc vox (quæ tamen ipsi Latinitatis principi non insolens) illatina, atque à consultorum nostrorum elegantia aliena sit. Sed expendamus parumper quam valida manu adducatâ idem *18. coniect.3. vers. sed in propositâ d.§.15.* ceu adiectio-
Ra- nem Triboniani impugnet. Contextum (1.) ait verborum esse inconcinnum. Nihil ineptius esse & solutius illis verbis, *unâ primâ*, pro proximâ, quæ verbis præcedd. expressa, deinde *aliâ posse dici*, &c. illa autem (2.) *tertia vtrique* planè non
ti- consuenire, pro iis scribi debuisse *omnibus portionibus*, cum Marcellus tractauerit, non de duabus portionibus, sed pluribus, saltem tribus, quia vocat coheredes consumentis. Inde,
o- ait, alius error, quod dicitur *pars dimidia restituenda*. Cum tamen non nisi tertia esse possit, si coheredum partes viriles, vt si duo coheredes illis restituantur, cuique trien. (Nam in *pr.d.§.15.* voculam *dimidium* ceu irreptitiam ex gl. interpretis delet Faber.) Vtiles autem in dubio intelliguntur, ac diuinatio esset dicere coheredes eum habuisse ex reliquo se-
nes misse. Quæ nec (3.) cadere posset in aliam speciem, quam heredum ex testamento. At SCt. pertinet quoque ad legitimos: Et in his procliuior error, vt putet quis se heredem ex
An- esse, aut maiore portione quam quæ delata est. Subdit (4.) quod non credibile sit Marcellum quæst. indecisam reliquisse, aut mancum esse Vlp. in referendâ eius sententiâ. Postre-
co- mo (5.) maximè se moueri ipsa decisione quam iuri contrariam putat. Dicenduinque in ea specie totum quod superest restitui debere, etsi quantum pro parte sua ad se spectabat, totum consumpserit, modo non amplius. Quia hæc tantum intentio Senatusconsulti (absque quo esset, condemnandus omninò foret, etiam nõ locupletior) nè damno afficiatur possessor, non vt quidquam lucri capiat. At etsi totum residuum restituat in damno non constituitur, sed extra lu-
ni- crum. Tribon. autem facit, vt in lucro ponatur. Etsi verò hic locupletior non tam ex consumptis, de quo SC. loquitur, quam ex hereditate ea quæ supereft, nil tamen absurdi est si lucrum omne ei auferatur, nec coheredum damno cedat,
j quod consumpserit, sed ipsius. Quid (6.) quod aliquando per occasionem possessæ hereditatis, consumptio etiam pauperiorem reddat, vt in specie *d l.25.§.12.* Quamuis autem discrimen in eo sit, quod illic hereditatem non attigit, hic ita, eius tamen effectus tantùm vt deducat quod consumpsit,
Fa- ne proprij patrimonij iacturam subeat. Et verba ipsa (7.) prima arguunt quæstioni huic vix dubium inesse, tantùm abest vt Marcellus pro possessore responderit. aut si omnino id, Vlp. ab eo dissensit. Nam ratio dubit. à Marcello allata *vers. nam etsi is* facile diluitur ex ratione diuersitatis, quia hic etsi totum restituat, damnum non sentit. Consumit sane hic heres ex parte, idemque possessor totius assis, ex hereditate. At cur non (8.) ex portione sua potius quam coheredum, nam & pars hereditatis hereditas est *l. 77. ad l. Falc.*
Con- Sicuti & pars fundi fundus, ita Faber. † Quibus moueatur
uel- sanè qui vult, me certè nec mutare nec nutare vel minimum
lunt. efficiunt. Nam ad *1. rat. Fabri.* Rr. nihil in sermone inconcinnum. Studiosus breuitatis Vlpian. non potuit commodius, æquè paucis verbis, sententiam Marcelli complecti. Similes nostrorum locutiones conquiri possent, si vacaret aut expediret. Ad 2. Rr. Facilior tollendæ difficultatis ratio leuiss. mutatione *s* in *m.* si legamus *coheredem* quomodo & Don. nostrum legere apparet ex specie quam ponit. Quin & salua lectione vulgari exponi potest, *vtrique* scil. semissi; Et ponenda species vbi possessor ex semisse heres, cui duo coheredes, quisque ex quadrante. Neque hæc diuinatio est, à verbis aliena; sed immò ex ipsis verbis necessariò infertur ibi *quasi suam partem*. Nam si dimidia quam consumpsit dicitur eius pars necesse est ex semisse heredem esse. Posito hoc, pariter necesse est, quotquot coheredes sunt, non posse omnes simul plus habere quam hic solus. Ad 3. Rr. Falsum hoc: Quid enim si defuncto filius vnus superstes & ex alio prædefuncto duo nepotes; ac ille se solum superare putes, nepotibus fœrè peregrè natis. Esto autem. Numquid non sufficiet in vna specie heredum ex testamento id contingere. Semper supponendi sunt termini habiles. Ad 4. Rr. Non insolens hoc nostris quæstionem in ambiguo ab aliis relictam definire, exempla obuia sunt. Apparet autem Marcellum primam opin. seu distinct partem reiecisse De 2. & 3. verò vtra amplectenda sit hæsitasse. Ad 5. Rr. Immò apta & iuri consona decisio ex firmissima ratione à Donello hic allata. SC. sanè hoc tantum agit ne damno afficiatur possessor. Damno autem æquè afficitur cui lucrum ex alia causa, (non ex iniustè possessa hereditate,) iustè iam quæsitum, auferrur. Nam quod diuersa sunt in lucro non versari & damnum subire *l 16 pr. Quæ in fr. cred.* procedit vbi lucrum quærendum impenditur *d. l.16. pr. Tiraq. in ll. connub. gl.2. n.35.* non vbi quæsitum adimitur. Quis enim ambigat si mercator ex. gr. mille aureos ex negotiatione fericì lucratus eosdem in negotiatione pellium perdat, verè damnum fecisse dicatur. Quare & hic si verè heres ex semisse partem suam iam additone quæsiuit, si per occasionem alterius semissis coheredum, bona fide à se possessi, propter consumptionem illum suum semissem totum amitteret, vtique non tam extra lucrum, quam in vero damno, cõstitueretur. Accideret enim vt ipsi quod non accidisset, si portiones coheredum non possedisset. Ad 6. Rr. Distincta ratio. Spectatur, non tantum quid sit in opinione, sed & quid in re. Accedit quod quæ salua sunt & oculis dominorum obuersantur maiori inuidia illis auferuntur *Gilken. ad l 22. C. de R.V. c.7. nu.73.* Et omninò Fabri opin. posita proprij patrimonij iacturam subiret ex cõsumptione hereditatis alienæ. Suam enim partem additone acquisiuit, eaque in partimonium eius redacta est. Sed dum res hereditaria, coheredibus communes, abiunit, quantumcumque hereditatem minuant necesse est vt consumptio facta sit pro altera parte, ex hereditate iacente, ratione coheredum qui non adierunt. Enimverò hoc largiendum quod ratio *d.§ 12.* conuincit etsi si scisset totam hereditatem ad se non pertinere, nihil omninò ex hereditate consumpsisset, statutis sumptibus, ante delatam hereditatem solutis, contentus, tamen pro rata suo semissi decedere. Ad. 7. Rr. Hoc non video quem colorem habeat. Nam immò vocula *adeò* arguit extensionem, & responsionem in fauorem possessoris. Ad 8. Rr. Retorquere licet ita: At cur non ex portione coheredum potius quam sua; nam & illa hereditas est. Sed num probandum id partem hereditatis hereditatem esse, id ceu non præsentis loci minimè hic discepto. x Imò *d.§.pen.* ac- x
cipiendus de eo bonæ fidei possessore, qui iustè ad iudicium pronocauit, quique per acceptionem iudicij malæ fidei possessor non effectus. Nam qualitas adiecta verbo deber intelligi secundum tempus verbi *l.4.§.2. de nox. act. Tiraq. de iure primigen. q.40.n.176.* Spectatur tempus rei iudicatæ in eo, qui ad illud ipsum vsque tempus bonam fidē retinuit. Nam hic moram non facit *l.24. pr. de Vsur.* Præstatio autem eorũ quæ non percepit possessor, item quæ amisit pœna moræ vel culpæ est. Et imò hoc ipsum quod Don. agnoscit vt s. *lit.O.* interitu rei fatali contingente post litem contestatam liberari bonæ fid. possessorem *l.40. pr. h.t.* arguit rei iudicatæ tempus spectari. Durum certè eum qui quamdiu cuicta hereditas non fuerit, bonam fidem habuit, de amissis inter moras litis, fortè citra culpam suam, teneri. Neque hoc æquitas, aut formula iudiciorum bonæ fidei, in quibus & hæc petitio, permittet, aliudve iudex ex æquo & bono statuere poterit. *Facit l.3.§. in hac 2. Commod.* Paulo aliter *Cuiac. in lib. 20. Pauli ad edictum ad d.§. pen. & Scip. Gentil. lib.1. de don. int. vir. cap.32.*

CAPVT XV.

Effectus iudicij quoad reum.

POSSESSORI QVOQVE DVPLEX FINIS: COMMVNIS, VT ABSOLVATVR, quod fit actore non probante *l. 9. C. de ed. & simil.* ET PROPRIVS, QVO DVO CONTINENTVR. I. ADMINISTRATIO RERVM pendente lite. QVÆ IN REBVS COLENDIS, & tuendis, cum aliàs culpæ rationem reddat, nisi sit bonæ fidei possessor *l.31.§.3.l.54.§. vlt. h.* IN ÆRE ALIENO EXSOLVENDO *l.53.h.* ne vsuræ, crescant, aut pignora distrahantur. (Quæ duo quiuis alius facere potest, possessor autem cogitur, aliàs ipsius est periculum. Seqq.

pluſculum habent dubij.) 3. JN REBVS DISTRAHENDIS. Quod cum nihil in præiudicium huius iudicij fieri debeat *l.5.§.vlt. D. l.vlt.pr.C.h.t.* [a] non licet ipſi, niſi ſatisfdet de rebus reſtituendis, aut, cauente ſolum eo neceſſaria ſit diſtractio *d.l.5.pr.* vel ob conditionem rei aliàs periturę, vt ſunt edulia, vel ad impẽſam neceſſariam *d.l.5.in fin.pr.l.53.h.* 4. IN DEBITIS EXIGENDIS rebuſque ab aliis poſſeſſis vindicandis. Quod non licere videtur, tum quod nec creditor ſit hic poſſeſſor, nec dominus, tum quia alias præiudicium fiet petitioni hereditatis, ſiue pro poſſeſſore eodem iudicatũ fuerit, deinde iudicio generali, quia iudices priore iudicio moti videntur, ſiue contra. Nam & hic quoque exemplũ priore iudicio allatum eſt iudicibus quod ſequerentur, &c. Sed hac de regula in *l.ſi bonæ* 49.*h.t.* bonæ fidei poſſeſſorem, [b] iudicio conſiſtere cum debitoribus, & poſſeſſoribus rerum hereditatis, non ſimpliciter obſiſtente d. ratione *ne præiudicium, &c.* ſed *vtique* id eſt, hac conditione, ſi periculum erit ne inter moras iudicij, e de hereditate actionis intercidant. Imminet hoc aut ex genere actionis temporalis, breui exituræ, vt lite conteſtatâ perpetuentur: aut ex perſonâ rei ſuſpecti, ne fugiat vel labatur facultatibus. Quippe his caſibus præiudicium non fit iudicio generali, nec iudicatur quod alij noceat, ſed quod proſit. Neque ſic fit iniuria vel poſſeſſori rei hereditatis ſic conuento, quia ſi ex ſententia reſtituit, etſi ex euentu deinde appareat heredem non fuiſſe actorem, deſiit tamen ſine dolo poſſidere: vel debitori (quaſi ſoluendo alij quàm creditori non liberetur) quia inhibetur condemnatio, donec illi caueat aut ſatisfdet actor, ſe, ſi hereditario iudicio ſuccumbet, quod accepit reſtituturum, eúmve defenſurum, argum. *l.vlt.princ.C.h.t.* Petitor verò tunc ſolùm vindicare poteſt inter moras iudicij, ſi poſſeſſor hereditatis negligat *d.l.29.* [d] citra metum exceptionis ſcilicet de præiudicio hereditatis. Quod nullum hîc fieri poteſt, neque in perſona poſſeſſoris, quia is hereditatem non petit, neque petitoris, quia volens & ſciens non fraudatur. Quia hic poſſeſſoribus rerum non fit iniuria cum reſtitutione liberentur, quos ſine dolo poſſidere deſinant, etſi petitor hic poſtea iudicio generali ſuccumbat. Agere verò in perſonam non poteſt, niſi eadem conditione, quâ poſſeſſor, quia hic debitorum periculum vertitur, ne ſi alij quàm creditori ſoluerint, denuò conueniantur. Obſtat priori huius diſtinct. parti, quod poſſeſſor non ſimpliciter, &c. *L.13.de except.* vbi habetur petitis, actione ſcilicet reali, poſt litem de hereditate conteſtatam, rebus ſingulis, non obſtare except. Quod præiudicium hereditati non fiat. Quæ formula exceptionis. *Quod*, id eſt, dummodo, hactenus, eo vſque, dum vt in *l.1.in fin. Quib.ex cauſ.mai.* R. Sed loquitur de vindicatione poſt litem de hereditate finitam, vt ratio ſubiecta conuincit. Futuri enim iudicij nõ facti huiuſmodi exceptiones comparatæ ſunt. Ergo, in *d.l.13.* ſpecies de lite hereditatis, de quâ iam iudicium factum, id eſt, ſententiâ iudicatum & lis finita. Hoc enim ſenſu iudicium factum alibi *l.58.de R.V.* Et iudicium facere ſignificat iudicare *Cicer.11.epiſt.ſam.vlt. & paſſim.* [e] Futurũ igitur, item factum iudicium *d.l.13.* non denotat totam concertationem litis, à conteſtatione litis vſque ad ſententiam, ſed ſolam ſentẽtiam qua iudicatur. Quare in *princ.d.l.13.* vbi legitur *poſt litem conteſtatam*, mendum eſſe apparet, ac vel vox *conteſtatam*, ceu ſurreptitia delenda, vel pro eâ reponendum *concertatam*, id eſt, finitam. Sed cum hæc inſolens noſtris ſit locutio, prius magis placet. Mouit fortè interpretem qui adiecit, quòd alibi futurum iudicium pro nondum cœpto *l.35.de iudic.* Aſt vt iudicium factum exponatur lis conteſtata, nec vſus loquendi, nec ratio ibi ſubdita patitur, quæ ita falſa erit vt & *Petr.Ioan.& Bart.* notant ex *l.16. & l.18. de except.* Quòd verò *Accurſ. & Bart.* [f] poſt illa verba *litem cõteſtatam* ſubaudiunt *& finitam* vel *terminatam*, ineptum nimis. Nam nec vox *conteſtata* exponi poteſt *finita*, cum imò ſignificet cœptam, nec vocula *finitam* ſubaudiri ſine manifeſto ſuperflui vitio, cum quæ finita eſt neceſſe ſit prius fuiſſe conteſtatam. Et ratio diff. Sententiæ futuræ præiudicari poteſt alio iudicio inſtituto. Iudicio finito ſequens vllũ nocere nequit, nec vis rei iudicatæ infringi. 5. JN ACTIONIBVS SVSCIPIENDIS. Vbi idem metus præiudicij. Ac propterea olim hæc exceptio nocuit creditoribus, cum poſſeſſore petitoréve agentibus, vt probat *l.vlt.pr.C.h.t.* etiam in libertatis petitione *l.7. D.h.t.* Nunc autem ne controuerſia litigantium aliis obſit, [g] quod æquitas non ſinit, id correctũ *d.l.vlt.* Ex quâ tamen ALIA CAVSSA LEGATORVM quæ tantũ peruntur ab herede ſcripto; qui nec aliter præſtat, quàm ſi caueatur, aut ſi perſona forrè ſuſpecta ſit, ſatisdetur [h] de reſtituendo legato, & vſuris etiam quadrantibus (id eſt 3. pro 100.) ſi non heres iudicetur *d.l.vl.pr.* ALIA DEBITÆ PECVNIÆ, quæ ab alterutro rectè petitur. [i] Neque hoc damnoſum vllo caſu. Non ſi, qui ſoluit, iudicio hoc deinde obtinuit, quia debuiſſe & iure ſoluiſſe apparet. Nec ſi idem victus. Nam poſſeſſor ſi hoc caſu ſoluit, non reſtituit hereditatẽ, niſi ei hoc nomine ſatisfiat. Sin petitor ei quoque ſatisfit officio iudicis, vel datur illi negoc. geſtorum actio, vel condictio ex lege *d.l.vlt.* §.1. ALIA LIBERTATIS, vbi directæ præſtatio, fideicommiſſoriæ petitio, in annum à morte teſtatoris differtur. Etſi enim libertas aliis relictis fauorabilior, ratio tamen hic quia libertas data reuocari nequit *t.C.ſi adu.libert.* [k] ſatis igitur hoc fauori libertatis tributum, quod poſt annum, &c. *d.l.vlt.§.2.* II. INDEMNITAS in iis quæ geſſit. Quæ poſita TVM IN PERICVLO AMOVENDO, ſi ſe obligauit damni infecti nomine *l.40. §.pen. h.* ſi re diſtractâ emptori obſtrictus *l.20. §.pen. h.t.* TVM IN IMPENSIS SARCIENDIS. Vbi neceſſarias & vtiles deducit: voluptarias verò nonniſi ſine incommodo detrahi poſſint *l.36. §.vlt. & 3. ſeqq.h.t. vid.ſ.lib.20 cap.7.* Vna ſpecies impenſæ huius iudicij propria: Solutum creditoribus hereditariis, vel qui putabantur tales. Vbi ſic habendum: Si vtiliter impendit, id eſt, ſi hereditatem ſoluendo liberauit poſſeſſor, deducit. Quare aut ſoluit in debitum, etſi per errorem, ac non imputabit nec deducet *l.20.§.18.h.* Niſi error iuſtus, ex ipſo teſtamento natus, ſi fortè eo teſtamento, quod inutile eſſe neſcit, rogatus 100. dare Titio ei dederit. Hîc ſi à Titio quod dedit recipere nequeat, ceſſis act. quas contra eum habet, deducit *l. quod ſi 17.h.* Aut debitum, & vel nomine hereditario; ſi dicat: ſoluo quod defunctus, aut quod heres eius debuit, & hîc liberat heredem, ideoque imputat *l. de hereditate 5.C.h.t.* Nam etſi *d.l.5.* loquitur de bonæ fidei poſſeſſore, tamen & hic poteſt nomine hereditario ſoluere, ſi cœperit dubitare de iure ſuo. [l] Et de hac ſolutione nomine hereditario accipi debere *d.l.5.* ratio ſubdita arguit. Neque enim creditor ſuum ſibi ve debitum recipit, niſi cum ab vtraque parte debetur, quod ſoluitur, cumque ſoluitur ab ipſo debitore vel ab alio, ſed eius nomine vid.*s.lib.13.c.14.* Et pertinet deciſio *d.l.5.* ad malæ quoque fidei poſſeſſorem per *l.38.h.t.* Nam & is ſoluendo poteſt bonâ fide agere, ex præſcripto naturalis & ciuilis rationis. Vel nomine ſuo, tanquam heres ſi ſoluendo dicat. Heres ſum, quod debeo ſoluo. Et ſi ita bonæ fidei poſſeſſor ſoluit

ſoluit imputat, quia etſi non liberauit heredem ipſo iure cum hoc non egerit, tamen per exceptionem *l.ſi quid 31.in fin. princ. h.t.* Si nempè vult quod ſoluit manere penes creditores, eo animo vt cedat ad liberationem nec condict. indebiti repetere velit, vti poteſt, ſed condictionem præſtet heredi *d.l.31. pr.h.t. l.19.§.1.de cond.iudic.* Exceptio illa eſt doli mali per *l.17. de R.I.* Nam cum condictione à poſſeſſore ceſsâ, petitor habeat actionem contra creditores, quibus ſolutum eſt, ad repetendum, magis exceptionem & retentionem ſi ipſi petant *l.156.§.1.de R.I.* Malæ fidei poſſeſſor etiam imputat his caſibus, ſed condictio indebiti, cum ipſe non habeat, qui ſciens non debitum ſoluit, cedere & præſtare nequit. Eadem tamen liberatio petitori per except. doli *d.l.57. de R.I.* quia certum eſt ſolutum reperi non poſſe. Adhuc tamen cogitur hic cauere petitori, ſe eum aduerſus creditores defenſurum *d.l.31.pr.* ſi ſcil. poſtea agant, licet iniuria, ad hoc vt ipſe iudicij moleſtiam & ſumptus declinet Facit *l.68.l.112.de V.O.*

NOTATA.

[a] Quia cauſſæ maiori per minorem præiudicari non debet *l.54.de iudic.* Maior autem hereditatis cauſſa, tum quia petitio eſt vniuerſalis, tum vt dicitur *d.l.vlt.* ob auctoritatem Centumuiralis iudicij: vocaturque hæc actio Centumuirale iudicium *l.30.de lib.leg.* Etſi enim & alias, quoties de iure ambiguo & incerto contentio, Centumuiri, quibus Prætor præſedit, cognoſcebant, vid. *not.s.lib.17. cap.21. lit. E. &c.cap.12. lit.D. & cap.14.lit.V.* hanc tamen petitionem *d.l.vlt.pr. d.l.30.* vt & de inofficioſo *l.13.l.17. princ. de inoff. teſt. Quintil.lib.7.cap 5.Plin 5.epiſt.2. Cic.2. de orat. Valer. lib.7. cap.8.* & denique quaſcumque hereditarias cauſſas argum. *5.ſent.Paul.16.§.2.* omnimodò ad eos pertinuiſſe, etſi de facto ambigeretur, nec potuiſſe hic iudices vel recuperatores addici probabile videtur. Confer. *Cuiac.10. obſ 10. Goth.in not.ad d.l.17 princ.lit.A.* † Quia verò ex hoc ordine ſeptem ſingulas cauſſas diſceptabant, inde eadem ſeptemuiralia iudicia in epigraphe *l.7.28.ac 31.de inoff.* vt rectè *Cuiac.14.qq.Papin.ad l.15.§.2.d.t.& 30obſ.32.* Contra Duar. ad eum *tit.cap.2 & Iac. Schegk.præmiſſ.epiſt.2.* [b] Nota hic inter moras litis bonæ fidei poſſeſſorem dici. Ergo non perpetuum quod litis conteſtatio malam fidem inducat. vid. *not.cap.præced.lit.O.* Nam malæ fidei poſſeſſor nec his [c] caſibus actionem habet *l.31.§.pen.h.t.* [c] *Cuiac.20. obſ.35.* exponit *inter moras*, id eſt, ante litem conteſtatam, poſt controuerſiam motam. Malè. Nam hæc verba *inter moras* in *l.23.de R.V.l.60.§.4.de ri.nupt.* quas ipſe *Cuiac.* profert, ſignificant inter moras iudicij accepti. Ac etſi eadem in *l.28.pr.de admit rut.* tempus inter in ius vocationem & litis conteſt. denotent, nil tamen verat hic generalius accipi *inter moras*, id eſt donec iudicatum fuerit, ſiue lis conteſtata ſit, [d] ſiue non: modò bonæ fidei poſſeſſor verè manſerit. [d] Non placet. Nam *d.l.49.* indefinitè dicit agere poſſe. Et quam rationem hic Don. reddit indiſtinctè locum habet. Nec *v. quid n.ſi &c.* hoc reſtringit, ſed rationem priorum reddit. Cuius hic ſenſus: Alioqui, ſi negamus petitori actionem, euenier vt ſi poſſeſſor hereditatis negligat, impunè res hereditarias alij & citra periculum teneant. Adhæc additur. *d.l.49. Quid ſi nihil iuris habere ſe ſciat.* quod Donel. præterit. Quæ ſiue de malæ fid. poſſeſſore accipias, ſententiam veram continent: is enim actionem ipſe non exercet *d.l.49. pr.* arg. à contrario *l.31.§.pen.h.t.* ſiue cum *Cuiac.20.obſ.35.* ita interpreteris: ſi bonæ fidei poſſeſſor hereditatis, neſciat ſe quaſi heredem ius habere in eâ re. Sed prius iſtud etſi diſpliceat Cuiacio, magis placet. Neque enim eo ipſo quod bonæ fidei poſſeſſor eſt hereditatis, aliquid iuris habet in rebus ab alio poſſeſſis, cum an ſit heres incertum ſit. † Enumerẽ petitorem hereditaris, pendente iudicio, cum poſſidente aliquas res pro herede vel poſſeſſore, ratione aliarum rerum quas ſingulari titulo alij poſſident, vindicationem intentare poſſe ſine diſtinctione probant mihi *l.2.& 7.C.h.t.* Et quia hç ipſæ res in reſtitutionem iudicij vniuerſalis non veniunt, nec de iis poſſeſſor petitione hac conuentus condemnatur, [e] Et ita *factum iudicium* de re iudicatâ accipit *Cuiac.9. obſ. 27.* adductis locis *Cic.pro Quinto Liu.lib 6 lib.7. & lib.38.* & Dd. vulgo *teſte Zaſio ad d.l.13.num.3.* quia per litis conteſtationem iudicium cœptum dicatur non factum. Qui tamen *num.9.* id improbat ſentiens poſt ſententiam non dici *factum* iudicium, ſed perfectum. Sed aliter hæc accipit *Rau. 1.de præiud. c.14.* Qui cum putet eâ exceptione. Quod præiudicium non fiat, non hoc agere reum, vt yulgò Dd. & Don. hic vt impediat ne fiat præiudicium. Sed dum conqueritur, *quod non fiat*, in effectu eum poſtulare, *vt fiat præiudicium*: vt ſcil. iudicium ſequens ordinem accipere poſſit, vt idem *d.lib.cap.11.* Hinc ſi interpretatur *d.l.14.* Futuri enim &c. id eſt vt ex iis fiat iudicium vel vt in futurum aliquod iudicium tranſeant. Veluti de hereditate contendi. Tota ſucceſſionis controuerſia in iudicium deducta. Video res quaſdam ab improbis poſſeſſoribus teneri Has vindico. Illi heredem me negant, & præiudicium hereditati fieri debere aiunt. Exceptio non daturus prætor, vt præiudicium tranſeat. Quia eæ exceptiones non facti iudicij nomine comparatę Hac autem in ſpecie factum eſt iudicium de hereditate, ita *Rau.* † Planè de poſſeſſore potius hereditatis vindicante quam de petitore accipiatur *d.l.13.* vt hic Donello videtur nihil eſt quod vincat. Sed & ſi iudicium vniuerſale ſententiâ tranſactum, non video quæ apta ſit dubitandi ratio. [f] & *Cuiac. 9. obſ.27. Goth.in d.l.13* Quod & refellit *Zaſ.ad d.l.13.* peculiari interpretatione adducta quem adi. [g] Illo namque modo euenicbat, quod plerique calumniis extrahebant creditores & legatarios, ſubornantes qui actionem inſtituerent, vt creditores & delegatarij diu ſuſpenderentur. His calumniis ſuſtin. obuiam ire voluit *Sich. ad l.vlt.C.h.t. num.4.h.* pro qualitate perſonarum dicitur *d.l.vlt.* Et vult. *Sich.ibid num.6.* iudicem arbitrari & æſtimare num cautione iuratoria ſatis heredi proſpectum ſit, an fideiuſſoria præſtari debeat. *In hoc*, inquit, arbitrio verſabitur maximè qualitas legati. Si res mobilis, quæ facile alio transferri poteſt, & perſona ſuſpecta, ſatisdatio requiritur. Sin immobilis. cæteris paribus, nuda cautio, arg. *aut h. cui relictum C. de ind. vid. toll.* Creditores autem non cauent, quia creditum ſemper debetur, ſiue teſtamentum valeat ſiue concidat i Quia cum creditores non habeant cauſſam ex [f] teſtamento, etiam à legitimo rectè petunt *Sich ad d.l.vlt. num.7.* [k] Tardè autem concedendum eſt quod datum non [k] adimeretur, vt ex *Corn. Tac. lib.13. Cuiac.9.obſ.27.*] Rectè [l] vid. *not.s.lib.5.cap.17. lit.A.*

CAPVT XVI.

Petitio partis hereditatis.

DE PARTE HEREDITATIS GENERE & ſubſtantia rei VNA PETITIO EST *l.10.de pet.hered.* CIRCVMSTANTIIS DIVERSA. Sanè hic omnia valent quæ in petitione totius per *l.76. de R.I.* ſed non ſola, aſt quædam amplius ſpectanda; de quibus ſeparatim tractari conuenit vt & in *D.h.t. ſi pars her. pet.l.1.pr.eo.* Vbi dicitur hanc act. à prætore propoſitam: non quod ſit prætoria, nam imò ciuilis eſt *l.1. de poſſ.her.pet.* nata ex hereditate, cauſſa ciuili *§.2.I.de bon.poſſ.* Sed quia & ciuiles propoſitæ edicto prætoris. Id enim duplex 1. actionem inducens. 2. Monitorium: quo commonefiebant litigaturi de actionibus iure ſibi competentibus *l.2.§.10.de O.I.* Hinc 6. libri Calliſtrati monitoriorum edictorum in indice auctorum iuris. Sic actio commodati quæ ciuilis *l.17. §.3.commod.* edicto monitorio propoſita *l.1. pr.eod.* [a] ET SVNT HIC in ſingulis partibus PROPRIÆ DVBITATIONES. I. DE PETITORE vbi hoc notabile quod qui totam hereditatem ſuam contendit, cogitur partem petere, ſi poſſeſſor parte vna cedere paratus *l.permittendum 8.h.t.* quod & in aliis ferè iuris *l.21.de reb.cred.* 2. DE POSSESSORE, (is verò non alius hic quàm in priori act: *l.vlt.h.t.* vbi pro *nam etſi* reponendum *tametſi)* qui etſi totam hereditatem poſſideat, licebit actori partem petere. Nec quid aut quantum reus poſſideat, ſed quantum iuris habeat petitor, ſpectatur *l.1.§.1.h.* [b] Quid ſi poſſeſſor [b] idem & petitor? Pone: Caius ex fundis hereditariis Cornelianum poſſidet, Titius Sempronianum. Vterque ſe ex parte heredem contendit, alterum in totum negat! Et nihil obſtat quo minus inuicem petant *l.1. §.quin imò 2. verſ. etſi poſſeſſor h.* Quod ſi plures, puta duo,

duo, possideant, & duo item ad se partes pertinere dicant non singuli à singulis petent, sed vterque ab vtroque *d. §.2. & l.pen.h.* etsi qui possident sint coheredes *l.sorori 6.hoc tit.* Nisi duo sint heredes, ex quibus vnus possidet cum extraneo. Hîc enim vtilitatis
c caussa, contra summi iuris rationem, c petitur ab extraneo solo *l.1.§.siego 3.h.* vt circuitus euitetur. Nam si ab vtroque peteretur nihilo plus consequeretur. Et hoc inde molestiæ coheredi possidenti crearetur, quòd ille dimidia partis suæ restituta de eadem deinde cum extraneo experiri cogeretur. [Æquiss. verò quod mihi non nocet, alteri prodest, illi tribui *l.2. §.5. de acq. pl. arc. ex lib.20. cap. sub fin.*] Idem est etsi petitor quoque aliquid possideat. Vt duo sint heredes. Vterque & extraneus possidet, quisque trientem. Vterque heres tantùm contra extraneum, quisque de sextante, agunt *d.l.1.§.pen.* Sed hæc ita si possideantur partes indiuiduæ: sin diuisæ aut distincta corpora, quia in singulis petitor partem indiuisam habet, petit ab iis qui possident, etiam coherede *l.8.de R. V.* 3. DE RE PETITA. Petitur hîc quæsita tantùm pars, non
d sperata, quæ accrescere potest vt species in *l.2.h.t.* d Ratio in *l.35.de iudic.* Et petitur etiam incerta si iusta
c caussa *l.1.§.vlt.* e id est ceu exemplis colligitur, quoties incertitudo non ex negligentia, sed ex conditione rerum, vt si mulier vterum gerat & incertum quot nascentur *l.1.§.vlt. l.3. hoc tit. vid. s. lib.1.cap.15.lit.G.* Vbi pars naturâ reuera incerta, interpretatione iuris auctorum, ad certitudinem aliquam reducta, cum prægnans ita habeatur quasi ternos paritura *d.l.3. vid. d.cap.15.* Et dicitur tamen partis incertæ vindicatio *d.§.vlt.* quia certitudo interpretationis non est perpetua, sed quæ verè incerta est, certa æstimatur vsque ad tempus partus. Postea ad veritatem naturæ redi-
f tur *l.4.h.t.* f 4. DE FINE. Pars petita pro indiuiso restitui iubetur. Nam vt à communione discedatur non hoc, sed familiæ erciscundæ præstat iudicium *l. non possumus 7.h.t.*

NOTATA.

a a Ita *Don.noster ad* §.3. *I.de act. n.*14. Edictis pollicendo act. prætor non constituit, quæ legis auctoritare absque eo valeret. Sed vt sit prætoria ex iurisdict. Prætoris introduci oportet *d.*§ 3. Quin & omnes actiones ciuiles antequam instituerentur imperrare à Prætore necesse erat *Oldend. Progym.cl.5.act.5.num.*1. Et vindicationem Prætor pollicen dicitur *l.75.de R.V.* quæ non ideò Prætoria *Vvesenb.in Par.h. num.*5. Exempla alia pete ex *l.1. princ. iunct.* §.3. *si quadr. paup. l.2.*§.1. *iunct. l.29. in fine princ. ad S.C. Vellei. Fortun. Garcia in l.7.*§.& ideo (*est vers.*§.2.) *de pact. num.* 54. *add.*
b *Gilb. Reg.1. Enant.2. confer Cuiac.25. obseq.*16. b Quare heres pro parte, etsi hereditas magni, res autem possessa parui pretij sit, non consequitur nisi partem illius rei eam pro qua heres est, per *d* § 1. *&* l.10.§.1. *de pet.her. Gomez in l.Tauri*
c 45. *num.*155. *Oldend. Progym. act. cl.5. act.5. num.6.* c Ratio in *d.*§.3. quia vtilitati opponitur, summum, merum & rigidum ius significat, sicuti & alibi *l.*3.§. *vlt. de in rem verso & simil.* de quo bellè *Frid. Hortleder. de concursu act. realis mer.& pœnalis mixtæ cap.*7. d Vbi vocula *non* primò posi-
d tam exponit *nondum Ant. Fab.*1. *coniect.*10. *&* 49. *err. prag.* 10. *pag.*1173. Quamdiu itaque coheredum portiones ab iis agnosci possunt, eorum qui prior adiit, petere nequit *Ant. Fab. Cod. Fabr. h.t. de fin* 3. Quare etsi vnus heres iure scriptus coheredo dato sub conditione, interim ille, quamdiu non defecta est conditio, partem solam obtinet non totam. Nam si totam interim haberet, euenieate postea conditione pars ei decrescere non posset, vt pluribus contra Dd. *A. Fab.*
e 49. *err. prag.*10. e Nam & qui nescit portionem suam adire potest *l.5.§. vlt. h.t.* si nempe adeat ex ea ipsa parte incertâ, non, non si ex ea, quam falsò putat sibi deferri *l.75. de acq. her. Pac.3.q* 39. Rectè. Potest enim hunc animum habere, vt quantacumque ea pars futura, illam sibi acquiri velit, & incertitudo ad certitudinem redigi potest. Nec igitur *d.§. vlt.* verba extrema *qui nescit, &c.* interpretis sunt imperiti, vt *Ant. Fab.* 49. *err. prag.* 10, *pag.* 1177. Nam pone: Caius fratris sui filios & Titium omnes pro vitilibus sibi heredes scripsit. Nescit Titius quotnam sint illi, & fortè etiam testator nesciuit, quia fratri suo peregrè nati sunt. Potest Titius, priusquam etiam comperiat numerum coheredum, & ita quoque quantitatem partis suæ, adire animo habendæ suæ partis (quantacumque sit, quæ natura certa est etsi ignorata) declarato. Alioqui, si diem fungeretur priusquam de coheredum numero certior fiat, ad heredes transmittere non posset. Potest idem eam partem incertam vindicare *d.§. vlt.* Hoc est tenet interim iudicium contra possessores hereditatis, etiam antequam sciatur quæ pars sit petitoris, ob ignoratum etiamnum coheredum numerum. Quia, inter moras iudicij, de eo constare potest, nec ideò necesse incertam sententiam dici. Faciunt ea quæ *s.cap.14. lit.C.* Atque sic opinor, genuina species ponitur *d.§. vlt.* Non vt noster ex *l.3. h.t.* f Et hic interim reuera heres pro quarta parte. *d.l.3. in* f *fin.* Et quidem quod paucioribus natis accrescit ex ratione iuris est, quod verò pluribus natis decrescit, in eo violatur iuris regula, qua semel heres numquam desinit. Idque propter vtilitatem *l.15. de ll. Ant. Fab.* 49. *err. prag.*10. *pag.*1177. Etsi *Pac.3. quæst.*28. vbi vnus est in vtero, propter incertum euentum, heredem esse interim alium filium, ex quadrante, ratione effectus, quia ratione eius solùm emolumentis fruitur, reuera autem ex semisse. Sed si ita est, non propriè accrescere, ac decrescere diceretur *d.l.*4. Ad intellectum pleniorem *d. l.* 3. adi *Anton. Guibert. Polyst. cap.*11. *Luc. Io. Scoppam.*1. *Collectan.*32. *Greg. Lopez. animadu. cap.*11. *Marq. Freher.*2. *Parerg.*5. *Fopp. ab Aezema* 2. *dissert.* 3.

Finis Libri decimi noni.

LIBER VIGESIMVS.

CAPVT I.

Rei vindicatio.

SEQVITVR REI VINDICATIO quæ est in rem actio *l.* 25. *de O. & A. §.*15. *I. de act.* a PER QVAM PETIMVS REM VNAM aliquam, seu speciem certam *l.6.h.t.* b actio specialis *l.in speciali 73.h.t.* c CORPORALEM NOSTRAM ad differentiam prætoriarum act. vt Publicianæ, Seruianæ. TANQVAM NOSTRAM ad differentiam act. commodati, depositi, locati vbi petitur tanquam debita: d Dicitur sanè & hereditas vindicari *l.1.§.1. &* §. *vlt. si pars her.pet. &* seruitus *tit. si serv. vindic.* item pignus *l.* 16. §.3. *de pign.* e Contractâ tamen per antonomasiam significatione & ad speciem restrictâ, per excellentiam, in corporis petitione nomen generis retentum est. f Quia hæc primaria & præcipua est in rem actio, quæ ab initio in hoc genere prodita. Quin idē est in verbo actionis in rem. Quod licet generale sit, act. quoque Seruianam, Publicianam, &c. complectens, specialius tamen solam hanc significat, qua res dominij nostri petitur *l.* 25. *de O. & A. l.*23. *princ. h.t.* §.1. *I. de act.* g

NOTATA.

a Vindicare (pro quo male quidam *vendicare, Oldend. Progem. act. cl.*3. *act.*2. *initio,* neque enim *vendicius* vsquam legimus, nec rectè post *Ant. Aug.*3. *emend.*9. *n.*9. *Vvef. in h.t. C.n.*2. inter hæc discrimen nullum esse. Neque enim æque *vindicare æstimationi* aptè dicetur vt *vendicare* Cic. in Verr. nec contra *vendicare maleficia* pro *punire* & *sibi vendicare* crebriùs dicitur, *vindicare* absolutè.) idem hic est quod suũ adferre, dicere, intendere rem esse suam *l.66. h.t. l.*27. §.2. & *4. de auro leg. l.*10. *de pet. her. Vvef. d.n.*2. *Oldend. d. l.*9. *Borch. in* § *appellamus* 15 *I. de act.* hoc modo & legatum vindicationis dici scribens. Vel proprietatem sibi stabilire ac firmare, iure proprietaris repetere, alteri auferre, liberare, asserere de manu & iure possessoris, *Vvesenb. Par. hoc tit. num.*2. sibique recipere & in potestatem suam reuocare, *Hotom. ad d.* §. *appella-*

appellamus 15. *Don. noster ibid. num.*4. *Gœd. ad l.*31. *de V.S. num.*22. *Turneb.*19. *ad vers* 28 Sic vindicare in libertatem *Cic.*3. *de ll. & Orat. de l. Agrar. f.m.*406. Generaliùs de omnis caussæ persecutione dicitur, quomodo vindex pro defensore *Cic. in Top* qui alterius caussam suscipit vindicandam *Boët. in Top Cic. Cuiac.* 5. *obseq.* 29. *Gœd. d. num.*22. etsi appellatio inde quod vindicet quo minus is qui pensus est ab aliquo teneatur *Fest. lib.* 20. *Reuard. ad ll.* 12. *tab. cap.*7. & vindicare pro iniuriam vlcisci & persequi *l.*2. §.5. *in fin. de indic.* ac vindicta pro vltione passim. † Quin & ad alias act. in personam quandoque refertur vt *l.*22. *C. Mand. Duar. ad l.* 1. *de leg.* 1. † Compositum hoc verbum à *vim* & *dico*, quod vis hic fieret, non bellica, sed legitima ac ciuilis, quæ festucaria *Agell.*20. *Noct.*9. *Hot. in d.*§ 15. *Borch. ibid. & Don. num.*3. Hinc *vindicir* pro *vindicat* legimus in lege 12. tabularum apud *Agell.*20. *Noct.*1. quam lect. rectè probant *Cuiac.*3. *obs.*39. *Ioseph. Scal. in Fest. lib.*12. *in v. Nexum & not. ad Varr. lib.*3. *de re rust. laudatus à Taubmano in Trinummo. Plauti act.*3. *sc.* 2. *Fulu. Vrsin. in not. ad ll.*12. *tab. p.*237. *& Theodor. Marcil. in ll.*12. *tab. collect. cap.*18. Etsi *Reuard. ad eas. cap.*7. pro illo *vindex est.* reponat, quia veteres *vindicare*, non vsurpauerint. Quod si vel ita esset notationi huic non obstaret. Nam nec *iudicare* vsurpasse veteres legimus, pro iudicare, &c. Hinc & *vindicia*, quâ non possessi significatur vt *Cuiac. Par. C. h.t. Hot.*2. *obs.*9. *in fin. Borch. in d.*§.15. *I. de act.* sed res, de qua lis, aut glebæ ex fundo delata, rem repræsentans *Fest. lib* 19. *v. vindicia Agell.*20. *Noct.*9. *Gisan. in d.*§.15. *Turneb* 11. *adu.*27. *Coras. in d.*§.15. *num.*1. † Planè antiquitus ex l.12 tab. omnis vindicatio fiebat apud Prætorem, in re atque loco præsenti: *Agell. d. cap.*9. Ac si res mobilis peteretur, ea si præstò erat, petitor iniecta manu, quasi vim quandam adhibendo, vindicabat, suamque esse dicebat *Liu. lib.*3. *Quintil. in argum. declamat.*359. Quo alludit *Ouid.* 1. *Amor.* 4. *&* 2. *Amor. &* 4. *Fastor. Virgil.*10. *Aeneid* vid *Brisson. lib.*5. *Formul. pag.* 374. *Muret. ad l.*2. §.24 *de O. I.* Si non aderat, ad exhibendum agebatur vt exhibita vindicari posset. *Vult. ad l.vn. C. vbi fideic. peti oporteat num* 16. Sin res soli, ex loco iuris dicendi Prætor, cum litigatoribus, ad fundum controuersum proficiscebatur & veniebat in rem præsentem, ibique vindicia, *correptio* manus fiebat, *Agell. d.lo.* seu vt legere, leuicula mutatione, mallem, *consertio* (ex verbis 12. tab. Si qui in iure id est apud Prætorem *Turneb.*29. *aduers* 33. manum *conserunt*) Nam sumptis ex arbore furculis seu festucis, vterque reus imaginario duello inter se concertabant, actor suum prædium asserebat, reus contra vindicabat, vnde vis illa festucaria *Agell. d. loc. Reuard. ad ll.* 12. *tab. cap.6. Hot.* 3. *obs.* 15. Qui hunc ritum originem traxisse suspicatur ex institutis veterum Germanorum, qui lites plerasque certamine singulari diremerunt, & à quibus Latium aliquando ante Romam conditam occupatum forte fuerit. Sed rectius dicemus à vera militia & dimicatione hostili hoc ad forense verborum bellum translatum esse, *Fop. ab Aezema* 2. *dissert.* 5. Dilatato post imperio, cum grauis profectio ista esset Prætori, moribus inductum est vt rei non amplius ex iure manum apud Prætorem conferent *Agell. d. loc.* id est non vna cum Prætore manus conferendæ gratia in agrum irent. Sed ex iure manu consertum vocarent. Nam actor aduersarium manu prehensum, ex loco vbi ius dicebatur, in rem præsentem vocabat. Et vterque eo profecti manus illic conserebant; inde superstitibus præsentibus, (id est testibus) vindicias sumebant, *Fest. lib.* 17. *in v. superstites.* Et acceptâ ex agro gleba atque in ius delata in ea tanquam in toto agro vindicabant *Agell. d. cap.*9. *Boët. in Top. lo. à diuis. Rau. d. cap.*6. *Charond.* 3. *veriſim.* 1. *Rosin.* 9. *antiq. Rom.* 13. *Hortens. in* §.1. *vers. aut cum eo. I. de act. Vult. ibid. num.* 54. *Marcil. in ll.* 12. *tab. cap.*11. Quo alluſit *Enn. libr.*8. *annal.* Non ex iure manu consertum, sed mage ferro Rem repetunt. Qui versus citantur & *à Cicer. pro Murena & lib.*7. *epist.*13. vid. *Paul. Merula Comment. ad d. lib.*8 *pag.* 469. Tandem & huius profectionis tædio instituta profectio imaginaria, nouaque & sollemnis manus conserendæ ratio, ex solis formulis ac certis verborum conceptionibus constans, quæ alia actoris: Fundus qui est in agro, qui Sabinus vocatur meus est, eum ego ex iure Quiritium meum esse aio. Inde ego te ex iure manu consertum voco · Alia Rei: Immò meus. Vade tu me ex iure manu consertum vocasti, inde ibi ego te reuoco: alia Prætoris: Vtrisque superstitibus præsentibus istam, viam dico: inite viam, redite viam. vid. *Cic. orat pro Murena Reuard. d. cap.*6. *Obrech. in exercitio de Rei Vindic. post disput.* 12. Postremò & hisce formulis exoletis Prætores, additis exceptis, & replicationibus, ius in litis verba composuerunt *Reuard. d. loc.* † Planè lis suborta, vter pendente proprietatis iudicio possideret, vindiciarum lis, dicta, quia possessio fiduciaria interea obtinebatur, teste *Ascon. in Verr. lib.* 3. *Cugnol. de vita & vegrim. boni principis num.* 357. *Gail.* 1. *obser.* 5. *numer.* 4. *Menoch. retin. poss. remed.* 3. *numer.* 8 *& seqq. Reuard. d. cap.*6. *Phil. Broidæ. in supplem. histor. fori Pollesi lib.*5. *cap.*4. Et vindicias dare dicebatur prætor cum possessionem momentariam addiceret, ferre autem is cui ea tribuebatur. *Turneb.* 1 .. *adu.* 27. Non quod vindicia possessionem significaret, sed quia is cui glebas allatas Prætor addiecbat eidem vindiciæ dicebantur, *Reuard. d. loc.* Et cui iniustè ita addicta possessio is petitorio victus ad duplam fructuum restitutionem damnabatur vid. j *not. cap.*5. *lit.K.* b Et petitio inde, quia petere Latinis aliquid adferre significat. vt petere ignem à vicino, vinum à caupone. Qua & hic mos, vt actor peteret glebam ex agro quem vindicabat, &c. ita *Gisan. ad l.*28. *de O. & A num* 4. *c l.*1. § 1. *l.*27. §. 3. *h.t. l.*7. *Cod. de pet. hered. l.* 3. *Cod. de præs.* 30. *an. &c. Vvesenb. in h. t. C. numer.* 1. d Ac licet rem suam petat ibi actor non tamen intendit esse suam, nec de dominio contendit, aut hoc agit, vt dominus declaretur *Gisan ad l* 25. *de O. & A. numer.* 37. & 3. *seqq.* Nec rem suam, sed oblig. ius persequitur *Hottom.* 3. *obseq.* 17 Confer. *Ev. Sarmient. de reditib. ecclesiast part.* 1. *cap.*4. *numer.*12. *& part.*3. *cap.*2. *numer.* 7. *& seq.* Hæc autem actione res ipsam, quæ nobis aliquo sensu abesse videtur, dum eâ ab alio detentâ commodo fruendi & possidendi excluſi sumus *Gœd. ad l.*14. *de V.S. num.*15. † Pronomina possessiua meum, tuum &c, quando dominium denotent, vid. *Rebuff ad l.*91. *de V. S. & ibi Gad ax ad l.* 239 *§. vltim. eod. Vvesenb Cons.* 2. *numer.* 76. *Vult. cons. Marp* 21. *numer.* 50. *& numer.*215. *Vol.*3. *Menoch.* 4. *præsumpt.* 162. *numer.* 29. *add. s. lib* 12. *cap.* 1. *lit. B.* Confer *Galeot. Martius de doctrinâ promiscua cap.*28. *p.*238. *& seq.* e *l.*22. *l. vltim. de pig. act. l.*7. *C. de O. & A.* Generaliter enim vindicatio caussam habet non tantum dominium, sed dominium vel ius in rem *Vult. in* §. 1. *I. de act. num.*27. *Gisan. ibid. & in* §. *seq.* † *Cuiac.* 5. *obseq.* 29. Triplex, ait, vindicatio est: Proprietatis, Seruitutis. Pignoris. Prior propria, reliquæ quasi vindicationes. Quam distinctionem ait *Vvesenb. in hoc tit. Cod. num* 7. ductam videri ex *l.* 19. *de Vsur. l.*18. §. 1. *de lib. cap.* Cæterùm & alia genera reperiri, vt possessionis & generaliter varia genera vindicationum statuit, ipse *Cuiac. 6. ad Afric. in l.*46. *de euict.* † *Fope. ab Aezema* 2. *dissert.* 1. quæ ratione iuris datur vindicationis nomine gaudere, sed alienioti & abusitio. f Ac dicitur *rei* vindicatio, differens à vindicatione vt species à genere, *Cuiac. par. hoc tit.* volens vocabulam *rei* significare proprietatem. Sanè vocula *rei* non hic generalis, quorsum enim adiiceretur, aut quænam ita est *non rei*, sed specialis, vt secernatur à *iure*, licuti passim *res & ius in re* opponuntur. Est rei appellatio speciem notat *l.6. hoc tit.* quæ non nisi corpus, vid. j. *cap* 4 *lit. H.* Atque in hoc, quod rei vindicatio incorporalibus non tribuatur, conueniunt *Azo. in summ. C. h num* 6. *Sich. in rub. Cod. h. num* 4. *Vvesenb. ibid. num.*1. 2. 19. 20. *Oldend. Class.* 3. *act.* 2. *Gisan. in l.*25. *de O. & A. n.*36. *Coras. in l.*12. § 1. *de act. possess. p.*2 *num.*30. & seq. *Vvesenb. in comm. ad rub. D. de rer. diuis. num.* 9. *Mudæ. in* § 1. *I. de act. vers. aut cum eo agit. numer.*14. *Vult. in d.* §.1. *num.*30. *& num.*64. *Io. Tauard. ibid. num.*17. *Fopp. ab Aezema* 2, *diss.* 1. *Busius ad rubr. D. hoc tit. numer.* 2. Scribens vindicationem iuris incorp. constituere genus tam materiâ quam formâ agendi diuersum. Quid & firmatur 1. ex veteri ritu de quo *s. lit. A.* Res autem incorporeæ nec tangi queunt, nec in iudicium deferri; nec manus eis iniici potest, *Vult. in d.* §. 1. *numer.* 55. 2. Horum iniurium propriè nullum est dominium, sed ius potius finitimum, à dominio separatum *Vvef. d. numer.*20. vid. *s. lib.*9. *cap.*8. *lit. B.* 3. Eadem nec propriè possidentur, nec etiam corporaliter detinentur. 4. Prob idem *l* 1. § 1. *h.t.* Iura enim res nec mobiles nec immobiles sunt, sed tertium genus rerum ac propria species & ab vtrisque separantur *l.7.*§.4. *de pecul. l.*15. § 2. *de re iudic. l.vn.* §.7. *vers. exactio. C. de rei vx. act. l.*2. *&* 3. *Cod. de quadr. præscr.* Qua de re vid *Cuiac. Consult.* 22. *& lib.*12. *de feud. tit.* 1. *Hot. disput. feud cap.* 16. *Parlad. 1. rer. quotid.* 3. §. 8. *numer.* 2. *Tiraq. latè de retr. lignag.* §.1. *glos.* 7. *Pinel. ad rub. Cod. de bon mat. p.*1. *numer.*24 *& seqq. Gail.* 2. *obseq.*11. *num* 9. *&* 10. *Langl.*4. *Semestr* 7. *Coler. de Process. ex sec. p.*1. *c.*3. *num.*237. *ac decis.*59. *num.*5. *Lut. Schultes ad Modest. Pist. p.*3. *quæst.*114. Nam cum mobilitas & immobilitas corporis sint affectiones *Arist.* 3. *Phys. acro.* ac dicantur ratione loci, his non conuenient, quæ nullo loco

circum-

circumscripta *l.86.princ. de leg.2 l.78.§.1.de leg.3.l.12.§.45. de instr.leg. Frid.Martini de iure censuum cap.1.n.97.* Quamquam non ideò insitemur nomina & actiones quandoque ad mobilia vel immobilia referri, ad quæ nimirum propitiæ sunt, vt perplures citatos *à Schult. quæst.præct.40.nu.10. Toming.decis.122.num.6.* Vnde nec publicatis omnibus mobilibus & immobilibus iura & actiones venire post alios censet *Petr.Barbosa ad l.si constante 25. (aliàs 24.) §.vlt.D. sol.matrim.n.2.&* 3.5. Accedit denique quod, hic tit. *de R. V.* sequitur post *tit.de hered.petit.* qui si generalis esset, præcedere deberet. Dissidetur *Vult. in l.1.C.Vbi in rem act. n.32.& 2.Iurisp.122.Ioan.Meichsner.decis.Cam.tomo 4. decis.7 n.23.* Planè, vti accessiones rei corporalis, in hanc actionem iura venire possunt, *Ant.Rambaud.addit.ad quæst. Papæ 148 & Steph.Ranchin. ibid. Sneidwin. ad §.1.I. de act. num.135.per l.1.§.3. iunct.§.32. de vi arm.Facit L.10.§.1. de Vsucap.* vid. *not.j cap.4 lit.H.* g Rectè, & meliùs quam ad §.1.*I.de act. num.*19. vbi vult Don. exempti loco in *d.§.1.* nominari rem corporalem. † Nam vt actiones in rem vno modo diuiduntur in eas quæ de vniuersitate & quæ de singulis rebus; *l.1 princ. hoc tit.* ita aliâ ratione in eas quæ pro rebus corporalibus & quæ pro incorporalibus competunt *Robert.2.not.ar.6.add Sneidwin.in §.1.I.de act.n.55.ac seq.*

CAPVT II.

Petitoris conditio & onus.

a c DE HAC itidem Quæritur 1. CVI detur? DOMINO *l.25.de O. & A.* a seu vt *l.23. princ. h.t.* qui dominium acquisiuit aut iure gentium, b vt in exemplis *l.5.§.1.I.13. §.2.& 3. & §.5. & vlt. I.fructus* c d 44. *D.* c *l.2.I.7.I.16.C.h.t.* aut iure ciuili, vt vsucapione *I.nullo 24. C. h.* d Plura exempla peti & adaptari possunt ex materia acquisitionis dominij *s.lib.4.&* 5. Hæc enim præcognita hic esse oportet, ac præposteratio in hoc Pandect. tractatio, & distantia tit. *de R.V.à tit.de acq. do.& seqq.* Si nec quæsitum amisit. Hinc cui in diem addictus fundus ante adiectionem ab alio e factam vindicat, postea non *l.41. princ. h.t.* e Etsi v- f susfructus sit alienus f *l.fructus 33. in fin. h.t.* OMNI. g Nec obsistit actioni qualitas dominij, sub conditione recessuri *l.66.hoc tit.* h *d.l.1.princ.* Nec bona fides h possessoris, etsi pro re pretium soluerit *l.3.C.hoc tit.* i Nec persona alienantis, à quo possessor habet, ne quidem si mater rem vendidit *d.l.3.& l.à matre 14.C.* k *h.t.* & NON TAMEN PERPETVO. ALIQVANDO enim NEGATVR ACTIO IPSO IVRE in vna specie tigni iuncti *l.33. §.vlt.h.t. vid.s.lib.4.cap.33.* ALIQVANDO EXCEPTIONE submouetur. NATA VEL EX FACTO DOMINI: Cuiusmodi 4. 1. Si transegit, vel pactus de non petendo. 2. Si iusiurandum detulit. 3. Si iudicio prius egit & victus. Vnde exceptio pacti, iurisiurandi rei iudicatæ. 4. Si qui prius vendidit & tradidit rem alienam, postea dominus effectus vindicet ab emptore vbi exceptione submouetur *l.si à Titio 72.h.t.* doli scilicet seu in factum *l.4. §.si à Titio 32. de doli ex.* tum ipse venditor ita. Ita enim regula vulgata. Quem de euictione tenet actio l eumdem agentem repellit exceptio *l. 17. de euict.* l Tum empror secundus, qui post nouam dominij caussam vendidit *d.l.72.* eadem exceptione *d.§.32.* ex personâ scilicet auctoris per *d.l.4.§. de auctoris 27.* m *de doli exc. l.ex quapersona 149. de R.I.* m VEL EX FACTO DECESSORIS, vbi quæ exceptiones contra defunctum, eædem contra heredem *l.qui in ius 177. de R.I.* vt si filius matri, quæ antea rem eius vendidit, n succesſit *l.cum à matre 14. C.h.t.* n Qui verò vindicanti aut conuento adstetit tantùm vel aduocationem præbuit, si postea comperiat rem suam esse, a- o gens exceptione non repellitur *l.inter 54. hoc tit.* o quia errans dominium non amisit *l.35.de acq.do.* nec si iuris error sit *l.8.in fin. de iur.& fac. ign.* ONVS AVTEM PETITORIS NECESSITAS PROBANDI *l.is qui destituit 24. hoc tit.* P Sed id tantum quod acquisierit, non quod non amiserit *l. siue possidetis 16. Cod. de prob.* Negantis enim nulla probatio *l.23. Cod.d.tit.* Et semel dominus effectus adhuc est, nisi desierit. Quod ipsum, si aduersarius intendat, ex regula iuris, probet necesse est *l.2.l.19. D. de probat.* q Quæ q dominij probatio, quia difficilis, ac periculosa r cum r & dominium auctoris ostendi oporteat *l.20. de acq. do. &c.* s vt euitetur duæ sunt cautiones: 1. vt videat s acturus an interdicto aliquo nancisci possit possessionem *d.l.24.* t Cuius commodum releuatio ab hoc t onere *l.23. Cod. de prob. l.vltim. Cod.hoc tit. §.4. I.de interd.* u 2. Hoc destitutus actio Publicanâ experiatur u *l.1. de Publ.in rem vt infr. cap.8.*

NOTATA.

a Hinc vocatur lis dominij *l.18.princ.de Vsur.* & dicitur a hic proprietas verti, vti in interdicto possessio *l.14. §.vlt.de exc.rei iudic.* Vnde apparet malè quosdam statuere actiones reales omnes propter vnam rem, possessionem scilicet instituti & vni illi fini inseruire. † Sustinetur tamen actio, etsi quo tempore intentatur, petitor non sit dominus, sed fiat post litem contestatam *cap.abbate in fin. vbi gl.in v.tempus de re iud.in 6.Obrecht.disput.12,p.1.num.37.* b Vbi non dib rectam dati actionem, propter verba formulæ: *ex iure Quiritium,* sed vtilem vult *Hor. ad princ I.de Vsucap.* Cuius opinio nec olim obtinuit, nisi in dominio bonitario nudo, hodie sublato. Nam & qui ex caussis iuris gentium acquirit, vtique plenum dominium consequitur. Et naturale ac ciuile dominium non sunt diuersæ species, licet diuersas caussas habeant, cum caussæ efficientis ratione species non varient. Et vtilis actio datur ei qui dominus iure prætorio, quem vulgò vtilem vocant vid. *I.lit.G.* c Vbi; vt hoc obiter, c in vulgar. exemplarib. plurib. monostichon habetur, à Iurisconsulto non de industria effusum, vt vult *Matth. Gribald.lib.3 de rat.stud.* sed quod imprudenti excidit, quod nec aliàs insoleas. Exempla *l.12.princ. de Publ. act.l 12.§.4. de vsu & hab.l.46. de ed. ed. l.9. §.11. de reb. dub. l.9. de R.I. Scip. Gentil.2. Parerg. vlt.* † *Cic. initio pro Archiâ.* In quâ me non infiteor mediocriter esse, & in *Proœm.1. Act. in Verr.* Iudicium corrumpendum spectare videntur. Et in *vers. Biblior.* Non veni pacem mittere, sed gladium, &c. d d Et hic quoque actio directa, qua agi potest & contra priorem dominum, *Parlad.1. rer. quotid.* 1. §.2. *Const.disp.12.* ac malè Dd. vulgò, qui vtilem act. dari censent, quod vtile sic dominium acquiratur vid. *s. lib.5. cap.29. lit. A.* e e Vbi malè alij libri pro *adiectio* habent *addictio* Glb. Leonin. *1. Emend.12. num.1.* † Quare & is cuius res vsu capta est, ne quidem si illa ad tertium possessorem venerit, eius vindicandæ ius habet, vt rectè contra alios *Vasq.2.ill.q.54.n.12. f l.25.de V.S.* vbi Cuiac. *& Gœd. num.2. & num.12.* vid.s. f *lib.10.cap.2.lit.D.&c.* g Et soli scilicet directa. Vtilis autem g vindicatio & aliis qui quasi domini, vt Emphyteutæ *s.lib.9. cap.14. lit.A.* superficiario *d. lib.9. cap.17. lit. B. add. Valasc.iur.Emphyt quæst.33. num.9.* Et hi quidem ipsius fundi. ædiumque vindicationem habent, vti & seruitutis illis debitæ, quod ius non est fructuario *Cuiac.lib.2.de feud.tit.9.* Neque enim hic dicitur ius tantum peti, vt *lit.D. si vs. pet. & si seru.vind.* sed ipse ager vectigalis *tit.D. si ag. vect. pet.* Quare vindicatio quoque vtilis dirigitur in ipsam rem corpoream, ac aliud est vindicari ius rei inhærens, aliud rem respectu iuris, quod in eo corpore quis habet: Attamen haud aptè inde dominium vtile adstruitur. sicuti ex eo quod ad vtilis actio hypothecaria sit, ineptè quis arguet vtilem hypothecam *Cuiac.in lib.21. Pauli ad edict. ad l.74. hoc tit.* & ex eo quod vtilis actio in personam ineptè vtilem obligationem vel contractum, directè oppositum. vid *s. lib.9. cap.14. lit.Q.* † Sic quoque vtilis vindic. datur rei emptæ ab alio ex nummis meis, certis casibus *l.8.C.h.t.vid.s.lib.5. cap.2.lit.C.Scip.Gentil.1. de don. int. vir.29. Vvef. in h.t. C. n 7.Coler.decis.286.n.83. & seqq.* Et 10. casus ex Placentino refert *Nicol.Carbon.Practicæ lib.1.cap.2. n.37.* h *l.plerumque* h *205. de R I.* Etsi enim non perfectè nostrum esse videatur *l.139.§.1.eod.* tamen medio tempore dominium suâ vi non destituitur. vid. *Cuiac.2.qq.Pauli in d.l.66. & omninò Tiraq. de retr.Conuent.§.2.gl.vn.n.36 & seqq. Petr.Fab.ad d.l.205. & 3.Semestr.6. Confer Virg.Pingicz.quæst.25.* i *l.23.C.h.vbi* i *simil.*

genus defensionis, si mala fide id est dolo, rem alienam tenens, alio dolo, defenditur. Quid enim hic aliud est, titulum adhibere, quàm fraudi latebrã quærere, & prætextum iniuriæ, vt in re aliena, liberiùs grassetur, Facit *l.*5.*& seq.de sup.tut.* Deniq; omne dubium præcisum, in *l.*10.§.20. *Quæ in fraud.cred.* Quàm malè *Accurs.in d.l.*17. ad emptorẽ eum, de quo ibi, restringit. quasi in eo speciale sit, vt percipiendos restituat. Nã si, qui emit à vero domino, sed mala fide, in fraudem creditorum, de his tenetur *d.§.*20. magis, qui à non domino mala fide, in fraudem veri domini. Sed ETIAM BONÆ FIDEI; per *d.l.*22.*C.h.t.in fi.*2.*per regulam l.*20.*h.t.& simil.vid.initio h.capitis* 3. quia post litem contestatam, omnes pares, & quasi prædones tenetur *l.*25.§.7.*de pet. her.* & quia etiã bonæ fidei possessor culpam præstat, in iis, quæ habere potuit, in re, & ex re, nec habet *l.*36.§.1.*l.*45.*h.* Ergò & hanc, quæ in fructibus, non perceptis 5. quia *l.*33. *h.t.* generalis est, ideoque, ad omnes possessores pertinet. Obi. *l.*17. *C.h.t.* verbis, *quos malâ fide perceptisse probatum* ℟. Mala consequentia. Non quod, de vna specie affirmatur, de altera, necessariò negatur. Nec qui perceptos fructus, præstari dicit, percipiendos negat, vt in his ipsis terminis probat *l.*91.§.*vlt.de leg.*1. vbi itidem, perceptorum solùm fructuum, mentio *iunct.l.*39.§.1.*eod.* vbi in eadẽ specie, etiam quos percipere potuit. Quin si firma illatio, sequeretur, etsi mala fide, non perceperit, non teneri, quod falsum, & absurdum *l.*27.§.2.*h.t.* De perceptis verò, solum loquitur *d.l.*17. vel quia, de illis solis Impp. quæsitus: Leges enim *Cod.* ad facti species propositas, rescriptæ. Vel quia vi ipsa continẽtur, qui percipi potuerunt, interpretatione iuris certa, quia possessor malæ fidei (talis autem etiam qui bonæ fidei iuit ante litẽ contestatam) de rebus, quas fecit, ne possideret, tenetur, quasi possideret *l.*25.§.8.*de pet.her.* Ergò & de fructibus, non perceptis, quasi percepisset. Sed an in omnibus rebus æstimantur? Si res, neq; naturâ fructum ipsa fert, nec vsum aliquem præbet, ad mercedem percipiendam, vt lapides, animalia, quorum nullus ob ætatem, adhuc vsus, nõ æstimãtur *l.*31.*l.pen.h.t.* Si vero fructus esse potest, aut ex re, aut ex vsu rei, vt nauis, æstimantur *l.*62.*h.* etiam in rebus, quæ vsui, nõ fructui sunt *l.*64.*h.* id est, quæ vsu cõsumuntur, vt in pecunia vsuræ, in frumẽto additamenta, quæ loco vsurarum præstantur *l.*12.*l.*13.*C. de vsur.* Et æstimantur quoque, in iis quæ rei accesserunt, alluuione, insula, ædificio *l.*33.*in fi.l.*34.*h.* Et fructuũ fructus, *l.*17.*§.*1.*h.t.& per l.*40.§.1. *de pet.her.iunct.l.*27.§. 3.*h.t.* In duobus tamen generibus, non percepti, non æstimantur, etsi percipi potuerint 1. in iis, quæ accesserunt opera possessoris, vt si seruum, artificiũ docuit *l.*31.*h.* idem ergò, si in area, ædificium posuit, si ex eo, pẽsiones non percepit, Improbus enim petitor, si hoc exigat, cui satis esse debet, si in vno beneficio affectus. Adhæc, nullum hîc eius damnum vertitur, sed lucro prohibetur. 2. in rebus fungibilibus, quarum vsuræ, & quæ earum loco restituuntur *l.*64.*h.* sed si perceptæ. Non autem pecuniæ, quam non attigit possessor *l.*62. *pr.h.vbi ratio.* Ex quo autem tempore, fructus vtrique æstimandi? ℟. Si petitor, nudæ proprietatis dominus, ratione temporis, quo durauit vsusfructus nihil fructuum nomine præstatur, sed ex eo tempore, quoad proprietatem rediit, ratio habetur *l* 33.*in fi.h.* Sin plenæ proprietatis dominus, ex quo, lis contestata est, nõ fi, qui antecesserint *l.*2.*Cod.de fruct.& lit.exp.* Neque enim hos haberet petitor, re initio litis restituta. Petuntur autem, hi fructus, ante litem cõtestatam, percepti, (quia non sunt accessiones rei petitæ, sed proprium corpus habere, cœperunt, & rem principalem constituunt) actione speciali, vindicatione, aut condictione *l.malâ* 3.*Cod.de cond.ex lege.* tũc, cum, restitutioni obnoxij. Et malæ fidei possessor, restituit omnes *l.* 22.*C.h.t.* etiam consumptos, si dolo, vindicatione, aut condictione furtiua, sin absque eo, condictione *d.l.* 13.*C.de cond.ex lege l.*4.§.*post litem.Fin.reg.* scilicet furtiua. Et hæc de naturalibus. Ciuiliũ verò nomine, quia earum dominus, fit possessor *per* §.40.*I. de R. D.* cum vindicatio, condictio ve dari nequeat, datur actio negociorum gestorũ *l. vlt.de neg. gest.* Non percepti verò, ante litem cõtestatam, etsi percipi potuerint, nulla harum, actione peti possunt. Nec obtineri, à malæ fidei possessore, nisi actione in personam, de re principali, cui accedunt, institutâ *l.*38.*§.*7.*de vsur.* Quales hic sunt interdictum, vnde vi in re soli, aut actio in factum, eius loco *l.*1.§.4.*l.pe.de vi arm.* In mobili, condictio furtiuâ, de ipsa re, subrepta *l.*8.§. *vlt.l.vltim.de cond.furt.* Bonæ fidei possessoris alia ratio, qui de his nullo modo tenetur, vid. *supr.lib.*4.*c.* 25. ÆSTIMANTVR AVTEM, VSQVE in eum diem, quo sententia dicitur *l.*3.*§.*1.*de vsur.* seu vsq; AD TEMPVS REI IVDICATÆ, *l.*17.§.1.*l.*33.*h.* etsi res, inter moras litis perierit, quoties pro extante habetur *dd. ll.* non autem, quando interitus rei ipsius, præstatione liberat *l.*21.*h. t.* Quos verò fructus, post sententiam, etsi intra tempus, iudicatis indultũ, percepit possessor, quicunque, eos restituit: Verum non hac actione, quia officium iudicis, re iudicata cessat, sed actione iudicati, per *d.l.*17. *§.*1.*vers.sed & fructus l.*3.*pr.de vsur.* Quos verò cum posset, non percepit, de iis ita tenetur, si ante sententiam, moram fecit, in re restituenda *d.l.*3.*pr.* vbi ratio. Si nõ fecit post rem iudicatam, tempus à fructibus dependendis (scilicet non perceptis. Hi enim dependi dicuntur, id est, cum damno præstari) immune est *d.l.*3. §.1. Quæ de fructibus dicta, eadem in partu ancillæ, qui in fructu est, omnino obtinent *l.*17.§.1.*l.*20.*h.t.* IV. LVCRA, per caussam, occasionémve, rei petitæ, EXTRINSECVS OBVENIENTIA. Quæ quadruplicia 1. legatum, vel hereditas, seruo relicta *l.* 20. *h.* quæ in fructu non sunt *l.*21.*& seq.de Vsuf.* 2. Actiones quæsitæ possessori, vel re vsucapta, vt actio in rem, & ad exhibendum. Quas cedere debet petitori, veluti si seruus petitus, inter moras litis vsucaptus fugerit *l.*21.*h.t.* 1 Sic & actio legis Aquiliæ, illi post vsucapionem veluti domino, quæsita *l.*17.§. 1. *vers. vsque adeò & vers, vlt.h.* Vel non vsucapta: Interdictum, vnde vi ex deiectione, actio Locati, depositi, commodati *l.*21.*h.t.*3. Fructus, & litis æstimatio; quam possessor percepit: Vt si, inter moras litis, possessione excidit, deinde agens Publiciana, consequutus rem, & fructuum æstimationem *l.*17.§.1.*vers.sed & fructus.*4. Ea quę accepit, pro re distracta; pretium *l.*15.§.1.*h.* quoties id habere expedit, cum, vel res, ex necessitate vẽdita aut pluris, quam valebat: vel ablata, vt, si ager militibus assignatus, quod in bellis ciuilibus, quandoque factum vt arguit Virgil. *Eclogæ* 1. [m] modico aliquo honoris in caussa, dato *d.l.*15.§.2.

NOTATA.

[a] *l* 35.*l.*75.*de V.S.* Restituere enim, vt Varro quasi retro statuere, vel constituere dicitur *Gæd.ad l.*22 *de V.S.num.*12. [a] *& ad d.l.*35.*num.*2. & restitutio repositio in pristinum statum, qua obtinetur omne, quod abest *Menoch.recup.possess. prælud.num.*6.*Mercer.in l.*16.*de pig.nu* 35. Cuius iuris originem, in his actionibus in rem ex lege 12. tab. quæ fructus, duplione æstimat, deducit *Cuiac.*6.*qq. Papin.ad l.* 2. *de vsur.* Nam quod vulgo receptum dicitur *d.l.*2. id est ex æquitate *l.*38.§.4.*eodem tit.A.Fab.*15.*Coniect.*1. ad actionem in personam solùm pertinet, vbi ex stricti iuris ratione, Proculiani præstationem caussæ negabant. *Cuiac.d lo. &* 7. *ad Afric.in l.*37.*de*

b *l.37.de Vsuf.* b Sed vix posteriori casui,locus erit. Negando enim, reus planè declinat hoc iudicium, neque tunc aliud, quam possessio rei,probanda petitori, quæ deinde transfertur, saluâ proprietatis lite, mutatis personis reorum, vid. *not.s.c.3.lit.R.* Priori autem locus erit,etsi, nec se possessorem dixerit, siue se obtulerit, sed susceperit litem, quia putabat se possidere, vt *l.9.§.1. de exc. rei iudic.* † Planè & cum reus,nulla parte litis possedit, si negata intentione actoris,possidere eum putantis, litem prosequutus sit, ac dominium petitoris probatum,sententiam secundum eum ferri, qua dominus declaretur volunt. Eamque exsecutioni mandari, contra reum, quandocunque postea conuentus possidere reperiatur, sine noua actione, aut processu *gl.singularis in d l.9.§.1. de exc.rei ind. Coraſ. in l.12.§.1.de ac. poſſ p. 2.n.27.Sich.ad l.3.C.ad exhib.nn.4. Zang. de exc.p.3.c.17.n. 35.Petr.Barbosa in l.si constante 24.§.vlt,D.Sol matr nu.15.* & Dd.vulgò quo plures citat. *Didac.Gomez.ad Comm. Ant. Gomez.aui sui in l.Tauri 45. n.4.* Quod licet inde sustineri, eidem videatur,quia reus, litem contestando, & respõdendo, petitioni actoris, nec negando possessionem, liti se offerre censeatur, iuri tamen minimè conuenire puto,Nam si,nulla parte litis possidet conuentus, alterum vindicationis requisitum, & extremum planè deficit. Et itaque frustra expetitur actor *l.36.pr.h.t.l.24.§.1. de iudic.* Nec liti se offert nisi qui dolosè se possidere mentitur,vt *s.c.3.lit. M.* Atque tunc verè condemnatur, in æstimationem litis, cuius exsecutio, non differtur. ‚Sed & *d.l.9.§.1.* de noua, & iterata quæstione loquitur, non de prioris exsecutione;add. *Ant.F.12.Conſect.14.* Quare & si partem solum rei petitæ possidet conuentus, quoad eam solam iudicium subsistet, licet Dd. velint, & ratione alterius partis, absolui quidem reum,quoad restitutionem, ferri autem sententiam declaratoriam dominij,itaque partim vincere,partem vinci actorem *Petr.Baboſa d.lo.* Confer.*Guid.Papæ deciſ.27.* † Planè si qui sé obtulit liti, post istam condemnationem,priusquam iudicatum faceret. vt æstimationem persolueret, possessionem, vel restituendæ ipsius rei,copiam nactus,quin ipsam rem,si hoc petitor malit, præstare debeat,vix ambigo arg.*l.47.h.t.* & quia licet emptionis vice æstimatio litis , dominium tamen non transit, nisi cum eam pertulit reus , & persoluit *arg. §. 41. I. de rer. diuiſ.* Contra, etsi præstare rem velit, ne æstimationem præstet, vix audiendus erit,si petitor,illam habere malit , & quia pœnam istam doli sui fert . & quia obligatione iudicati, se præstatione alterius rei, exsoluere non poterit. Sicuti nec cui æstimatio, ita persoluta est, ea pecunia refusa, rem,si ad eum possessio venerit, qui soluit,recipit *l.63.in fin.h.t.* c Vnde notat *Menoch.arbitr.caſu 61.* nauigationis ineundæ periculum, de quo *l.3.de don.mort.ca.*non dici,cum opportuno tempore, quis maria ingreditur, veluti à Calédis Aprilis, vsque ad Calendas Octobris *l.3. in fi.C. de nauſrag. lib.11.tit.5 Veget.l.4.de re milit.* quo æstatis beneficio, ventorum acerbitas mitigatur, vt *Cuiac.in d.l.3.* Verùm, non ea ratio *d.§.1.* quod nauigatio, sua natura,illo tempore periculum præ se non ferret,vt *Menoch.d.lo.n.8.*sed quia,nauis ad id,parata est, vt nauiget *l.12.§.1.de vſufr.* Confer.*Vaſq.1. ill.contr.10.n.10.& ſeq.* d Vbi non excludi casum , quo distracturus non sit, verum exẽplum ponit vehementis absurditatis,scribit *Forcat.de Morâ p.2.n 43.* Facilè enim crederetur asserenti,se distracturum, nec facilis probatu possessori, negatio,cum iura, contra morosum perpetuò malè suspicentur, pro possessore Forcat.d.loc.vnde non probandum, quod *Sebaſt.Medic.de fort.caſib.p.2.q.12.n.14.* vult deducẽdum esse petitori,rem sibi non perituram De quo alibi plenius. Minùs audiendus. *A.Fab.16.Coni.19,* verba *d.§.vlt.ſi fortè diſtracturus erat petitor ſi accepiſſet* Triboniano adsignans e Loquitur enim *d.§.1.* de distractione, quæ sit,lite proprietatis pendente Neque quæstio ibidem aut dubium,aut pretium restituendum sit,sed an id duntaxat, anne solida rei æstimatio.Humanumque quid pati videtur,qui de casu,quo ante litem motam,res vẽdita *d.§.1.*exaudiunt,dum statuunt venditorem teneri,ibi,ad pretium, non actione reali,sed in subsidium, re perempta, vel vsucapta condictione, ex lege *Iac. Scult.addit.ad Mod.Piſt.p.2 9.60.nu.14 & num.21,*Sed nec officio iudicis vindicationi cohærente efficitur, vt teneatur, ad hoc,qui distraxit,ceu *Hart.Piſt.lib.4.q.25 num.13.p.614.* verùm officio iudicis, succurri dicitur *d.§.1.* non petitori, (vt præstetur, quod naturæ actionis, non consequens videtur)sed reo conuento, ne (quod naturæ vindicationis consequens videbatur,)ad amplius teneatur. Proinde inferri,ex *d.§.1.* nequit , quod & lucrum quod ex fructib. bonæ fidei, ante litem motam consumptis supereſt bonæ fidei possessori, cohærente vindicationi officio,præstari possit. † Sicuti nec eorum opinio ll.iuris̃que rationi conuenit, qui & bonæ fide emptorem,si rem alij,nondum conuentus iudicio, vendiderit,ad pretium, teneri dominio , statuunt *Virgil. Pingiez.q.49. n.33. & ſeqq.* vti, & quod, si rem bona fide consensum sit,inque vsus vitæ necessarios teneatur domino,ad restitutionem tantæ pecuniæ,quantum aliàs,ex suo impendisset, quia in eam locupletior sit effectus *Pingiez. ibid.n.24. & ſeq.* Quomodo Lipsiæ iudicatum testatur, *Modeſt.Piſtor. p.4.q.57.*putans dari condictionem pretij,seu æstimationis, re cõsumpta,per *l.32.de rob.cred.& arg.l.31. Depoſ.* Faciliùs tamen,huic actioni,locum esse cõcederem, quàm, cum Pingiez.negotiorum iustorum iudicio. Si ex æquitate generali, arguit Pistor, illic depositarius reddere tenetur rem domino , quo cum non contraxit, ex eadem & hic. Sed num par vtrobique ratio sit,alij viderint. Planè, si quid hic contra meri iuris rationem , quo certæ actionum causſæ prodi-tæ, quibus cessantibus , nulla oritur , ex nuda æquitate indulgendum domino, id in eo tantùm, quod pretium à bonæ fidei possessore, pro re antea expensum excedit. Veluti si pluris vendiderit , quàm ipse emit , si plus commodi , ex re perceperit, quam ex pecunia, quæ vicissim abest , probabiliter percepisset : Nec alio casu , quam quo spes recipiendæ rei, à nouo possessore abscissa. Nam nec, in interiori conscientiæ foro, ad plus teneri,rectè censet *Couar.in Relect.c. peccatum de R I.in 6.parte 3.pr.n.4.* Quorum & *Vſil.in §.ſic itaque 14.I. de act.n.14.& ſeq.*teneri venditorem rei alienæ, non nisi ad augmentum pretij, quod ipse pro ea re alij dedit. Nam vt in plus teneatur, æquitas certè deficit, vt miror, contra visum fuisse, exacti alias iudicij iurisconsulto, & prærogatæ auctoritatis viro,Virgilio Pingizero *d.lo.* Qui enim lucrum facere videor,si quantum mihi parte vna accedit, tantundem alia decedit. Sed & nihil est , quod hic imputari possit , ei qui vendidit , iure suo se facere existimans; immò qui verè iure suo fecit, cum rei alienæ venditio , ab ignorante facta iniusta haberi non debeat , etsi domino non obsit, quin nouo emptori cedat, quem conuenire debet,non venditorem *l.1.C vbi in rem act. Facit l.1.§. vlt.de diſtr.pig.* Quod si in casu *l.36.de cond.indeb.*naturaliter æquum, vt cui pecunia, quam alteri crediderat, rem sibi à seruo cõmodatam, pro debito oppignoranti, ab eo seruo, qui commodauerat solutam retineat, nec hic iniquum videtur &c. Magis miror, qui Iuris prudentiſſ. *Hart.Piſt.lib.4. q.25.* permotus fuerit, vt nec fructus vllos consumptos, plenè lucrari bonæ fidei possessorem, quinque ex causſa onerosa tenet,operosè adstruere nitatur. Quod exactiùs fortè, in commentatione, quàm institui de bona & mala fide, excutiam. † Enim verò, vt rei vindicationis iudicio condemnetur, qui sine dolo , vel culpa possessionem amisit , nulla ratione euenit *l.27.§.1 h.t.d.l.1.C vbi in rem act.* vti nec officio iudicis, ei cohærenti, quod substantiali eiusdem naturæ,aduersari non poterit. Quæ est, vt teneat possessorẽ, quiue iure, pro possessore. Talem verò censeri,qui rem opinione,& affectu domini distraxit, vtendove consumpsit , nunquam efficies. Neque etiam audiendos puto , qui sentiunt possessione sine dolo amissa,actorem pronunciari dominũ, cuius vi postea reo , si rem rursus cœpit possidere, possessio auferatur, vt *ex Villalob.Vigel.meth.iur.contr.lib.3.ca.13.reg. 31.exc.4.*Nam *d.l 27.§.1* absoluendum hoc casu, possessorem dicit. Absurdum autem iudicati exsecutionem dari in absolutum. Nouo itaque hic iudicio opus *l.9.§.1.de exc.rei ind.* conferr *not.s.lit.B. f* Confers.*lib.16.cap 3.lit.D.& Gæd.ad l.14.de V.S.n.6.& ſeqq.* g Qua de re forsan, quædam tractabo j.*lib.21.c.3.* h Plura hic suppetunt,quæ subnotare possem. Sed quia hoc argumentum perfectiùs exsequi , institui , in tractatione quàm de bona,& mala & fide aliquãdo, si Dᴀvs viram, vitesque dederit,adornabo, & emittam,ea opera nũc supersedeo,cum & hìc libri mole,me circumscribi sentiam. Satis interim sit,auctores eos solùm, qui plenius attigerunt, iudicasse.vt *Menoch.recup.poſſ.remed.1.numer.414.* & seqq & remed.15 *num.576.*& seqq.*Rebuff.tr. de fructibus & cor. reſtitutione tomo 3. Loriot. & Gopus de fructib. Rolant.theſauro fructuum. Damhuder. praxi ciu. cap. 104. Vveſen. ad h.t.C.nu 61.*& seqq. *Vult.1.diſc.20.Vaſq.3.contr.vſu freq.70. ac ſeq.Pinel.in l.2.C.de reſc.vend.p.2.c.4.Perrenon.1.animad. 5.Buſ.4.ſubtil.13.Fachin.1.contr.56.* & seqq. *Bocer,ill. q.de fructib.ſubiecta tract.de crimin.laſ.maieſt.Vveſen.99. Harim. Piſt.lib.4.q.25.*& 3.& seqq. *Iac,Scult.q. pract.28.31. & ſeq.* & *q.35.*&c.add. *s.libr.4.c.24. & 2.ſeqq.* i Vbi verò constat, quod possessor perceperit , quia quantum perceperit, probatu foret difficillimum , sufficit si testes dicant tantum percipi consuetum , vt exinde censeatur percepisse. Proinde differentia inter percipiendos & perceptos consistat, tunc

quando

k quando non percepisse constat , ita *Achill. de Graſſis deciſ. Rotæ.122.* Lege 12. tab. pœna malæ fidei possessoris , dupli fructuum præstatio : Si vindiciam falsam tulit rei , siue litis prætor arbitrio tres dato , eorum arbitrio reus, fructi duplione decidito. Quod ius innuitur *leg. vn. Cod. Th. de vſur. rei iud. Paul.l. ſent. 9.§.2.* Iidẽque vestigium *in l.6.§ vltim. Mand.l.12. § 1. de diſtr. pig.* (vbi fructus maiores vocantur,) *& l.8.§.1.de neg.geſt.* (vbi ampliores) exstare volunt, *Cuiac. 9. obſ.19.ac 6.qq Papin.ad l.2.de Vſur. & Theod. Marcil.in ll.* l *12. tab. c.12.* l Aliud si nondum vsucepit. Quo minus enim petitor , eam rem persequi potest *d l.* 21. Vbi *Cuia.11 obſ.* 29. *Elb.Leonin.1.Emend.16.n.7.& 8.ac Rod.Forner.1.rer-quotid.*30 pro *quo minùs* reponunt *comminus* quasi dicat statim sine cessione. Nullâ necessitate. Quia, ceu concisa oratio, & concitata defendi potest,addita nota interrogationis,post vocẽm *poteſt*,vt idem *Cuiac.21.Pauli ad edict.in dict.leg.11.*m *l.11.pr.* m *de cuict.* vid. P. *Fab. 2. Semeſtr 4 pag.*48.& seq *Cuiac.2.obſ.* 9. *Pinel. in rub. Cod. de reſc. vend. p. 1.cap.12.num.15.ibique Enan , Soarez. Vaſq.1. conor. vſu freq. 1 numer.7.Fachin.8. contr.63.*& s.*lib.4. cap.* 27. *lit.F.* Confer *Langla.6.Semeſtr.2. pag.279.*

CAPVT. VI.

Officium iudicis in hoc iudicio.

CONSEQVITVR HÆC PETITOR, OFFICIO IVDICIS *l.9.l.15.§.1.h.* QVOD POSITVM IN SENTENTIA , vbi Q. 1. An de omnibus iis,quæ cap.præced.sententia ferenda? Dubium hic duobus temporibus. *Vno*, cum res sine dolo & culpâ periit.Et hoc quoque casu non tantum de accessionibus,sed de re ipsa principali,quæ sublata,etsi eo ipso, possessor liberatus *leg.16.pr.h.t.vbi ratio*.nam necessaria ea , & petitori , propter fructus, & possessori, propter euictionem , quia actionem de euictione contra actorem suum non intentare potest, nisi re, sententia iudicis alienâ declaratâ. Pronunciat autem iudex rem fuisse actoris sed quia periit , de ea absoluet reum, aſt con-a demnabit de fructibus, & accessionibus. a Nec obstat *l.cum.principalis 178. de R. I.* Neque enim regula illa impedit , quo minus accessionum eius temporis , quo res constitit,actio habeatur *leg.21.hoc tit.*Obi.Actione principali sublata,tollitur petitio accessionum *leg. 4.C. Depoſ. 82.* Hìc non sublata actio de re petitâ , sed litis contestatione semel constituta durat , etsi res deinde perierit;quia & de eâ pronunciandum est, *Altero* cum iudex errore falsus pronunciauit rem petitoris esse , vt restitui debeat ; Q. an comperto errore, possit omittere accessionum condemnationem.Quod neg.*leg.35.§. 1.hoc tit.*duabus rationibus:1.*in verſ.eodem.n.*quia qui de re condemnauit, vi ipsâ quoque de fructibus, tum b quia idem dominus fructuum , qui soli , tum per ver-bum *reſtituendi leg. reſtituere 75. de V. S.* b Iudex autem, sententiâ dictâ esse definit, nec errorem corrigere potest *l.45.de iud.2.in verſ.non debere,cui iungo leg.20. h. tit.* SENTENTIA autem,quia intentioni conformis esse debet *leg. vltim.de fid.libert.*cui duo insunt:dominium,vt causſa petitionis,& restitutio,ceu ius inde nãc tum c CONTINET DECLARATIONEM d DOMINII, *leg.35.§.1.h.* d ET CONDEMNATIONEM : Quæ alia est,cum res petita exstat, habens 1. iustum iudicis, de re intra certum tempus restituendâ *l.35.§.1.leg.68.h.tit.*quia arbitrari dicitur *dd. ll.*Et iusſus arbitrium *l.18. de dolo. leg.14.§.11.Quod met.cap.* quia pro arbitrio,viri boni,& quasi amici,consulit pose sessori,vt grauiorem condemnationem euitet. e Cui si paret reus , absoluitur : Vnde dictum olim , omnia iu-f dicia absolutoria esse *§. vlt. I. de perp. & temp.act.* f 2. Si non paret eius tuitionem,ac velut exsecutionem, vt sic hæc actio verè arbitraria , per *§.31.I.de act.* Et aut reus rem apud se habet, contumaciter non restituens, ac manu militari,transfertur possessio *d.l.68.* Nã quod exsecutio militaris prohibita in negotiis priuatorum *l.1*

C.de off.mil.indic. & ad inuestigationem aliorũ,quàm facinorosorum *l.vlt.cir.med.C.de his qui latron.vel al. crim.* ad exsecutionem sententiæ non pertinet,in quâ non priuatâ, sed publica vtilitas versatur *l.65.§.2. ad Trebel.* g Fructuum verò tunc , & accessionum, quæ g exstant,vel non apparent,fit condẽnatio,sine aliâ translatione, in earum æstimationem. Aut non habet,& fit condemnatio in totius litis æstimationẽ *dict.l.68.*Quę pro conditione reorum duplex: Si possessor dolo fecit, quo minùs possideret,quantum actor,in litem iurauerit, sine vlla taxatione in infinitum *d.l.68.*scilicet si nullus modus à iudice in declaratione iuramenti adiectus, vid.j.*lib.26.cap.11.* Sin absque dolo quanti res est *d.l. 68.*h Alia,cum non exstat,in æstimationem litis:seruah ta iam dicta distinctione , nullo præuio iussu, de restituendo,quippe elusorio futuro *l.18.§.1.de dolo.* Quid si,res mobiles,non in eo loco vbi agitur ? Distinctio est *in l.10. & 2.ſeqq.ht.* inde petenda. Superior verò omnis restitutio ita accipienda , modò actor non postulet locupletior fieri , cum possessoris damno *l.38. de pet. her.*vt si possessor,impensas fecerit *de quo c.ſeq.*

NOTATA.

a Rectè & conuenit *Cuiac.21.Pauli ad edict.in dict.leg.16.* a Licet *Menoch.recup.poſſ.remed.15. num.*521. eam legem intelligat , ratione moræ commissæ, vt cognoscatur , an præcedente mora res peremta sit,nec ne b Rectè. Et hoc de fru- b ctibus lite pendente perceptis , de quibus , Paulum loqui, rationes eius conuincunt. Quin imò , ante perceptos', nominatim peti debere, nec non petitos officio iudicis æstimari, omissâque fructuum petitione , nec posse Iudicem , in eos condemnare Dd.contendunt, quos refert *Gæd. ad l 22. de V. S. n.*15.illisque accedit *Cuiac. in Paulo ad d. l.* 35.*VVeſ.conſ. 99. num. l.*13.& *num.*18.*Obrecht.de Concip.libell.cap.16.n.*20. quia præteriti temporis ratio non pertineat , ad officium iudicis *l.* 25.§.9. *de ædil. ed.* Sed iis, post *Mynſ.* 4.*obſ.*55.occurrit *Gæd.d.loc.n.*17. & seq.vid.& *VVeſ.ad h.t.C.n.*70. & seq.*Gilman.libr.2.deciſ.Cam.27.num* 84.& *ſeqq.* Confer *Teſſaur.de-* c *ciſ.*135.*Ludou.à Peguera deciſ.*178.c Vt duplex causſa petitori proponenda:dominium, & possessio, ita & duplex petitio, ac conclusio. Ex illâ pronunciari rem suam esse : ex istâ eandem restitui. Quæ propria huius actionis duplex conclusio, vt omnes vno ore *teſt. VVeſ.ad h.tit.Cod n.*31. & *conſ.*13.*n.*10. Sustinetur tamen , libellus , quo non'petiit declarari dominum, sed simpliciter, *eam* possessam restitui *Meichsner. lib. 1. deciſ. Cam.* 40. *num.*17.*VVit.conſ.Marp.*20.*num.*5.*vol.*3.*Ioan. Bapt.Aſin.de exſecut. §.*3. *cap.*223. *num.* 2.*P.Frider.lib.*3.*de Continent.cauſſa.cap.*23.*numer.*18.& *VVeſ.dict.num.*31. Nam etsi, Iasonid controuertat, quod petitio restitutionis, possessorio communis sit, differentia tamen quòd ibi possessio, hìc autem res restitui postulatur *VVeſen. conſ.* 21. *num.* 13. Ex qui tem restitui expresè petit , tacitè quoque , ac in consequentiam,se dominum declarari, per regulam: Qui vult consequens,&c. *Aſin, d. loc*, sed hoc ita, si dominium in narratione deductum , aliàs libellus , ceu ambiguus reiicitur *VVeſ.d.* d *num.*31.& *Conſ.*21.*n.*3.*ac* 4. d non verò adiudicationem, etsi ita vocet *Ant.Fab.* 16.*Coni.*17.& 18.*err.prag.*5. Neque enim sententiâ hac dominium acquiritur, sed ante æquisitum declaratur. Nec noui quid illa inducit, sed quod est demonstrat *l.8.§.4.si ſer.vind.Cuiac.*21.*Pauli ad edict.in dict.l.*35.§.1. *VVeſ.in hoc tit. Cod.n.*58.*ac in ſupplem.in Sneidwin.ad §.vlti.I. de off. iudic.num.*43.*Vult.ad §.1.I.de act.n.*60.*Gifan.ad l.*40. *§.2.de Procur.n.*26.*Gaſp. Schiſordegher.lib.*2.*Ant.Fab.tract.* 22.*q.*1 *Gilken. de præſcript.p.* 2.*memb.*1.*cap.*21.*num.*2.c vid. c *j.lib.* 26.*c.*5. Vbi quid sentiam,forsan subnotabo. f Rectè & f ita *Obrecht diſp.*12.*c.*9.*n.*411. Etsi *Bero in l.*73.*de Procur.*id ita accipiat , non quod iudex,si post litem contestatam solutum sit, semper debeat absoluere , sed quod ei permissum sit , vt ex eius officio pendeat , quod possit absoluere vel condemnare. † *Alcia.* 7 *Parerg.*12. scribit prouerbialiter hoc dictum posse eò trahi , quod pœnitenti sit parcendum , etsi res non omninò integra. Aliter *Marcil.in Legis 12.tab.collect.& interpr.c.*8 g Rectè. Vetat quoque *d.l.*1. ordinariam militum statio- g nem conuerti ad vsum priuatum. vid. *l.vlt.*C. *eod. Non.I.16.* Non autem exsecutionem, quæ per ministros & apparitores, seu viatores magistratuum fit, qui instar militum, gladio, & vi exsequuntur *Oldend. in miſcell. poſt Progymnaſm. pag.*1258.

Vetar, inquam, non omnem executionem militarem, sed militarium iudicum, de quâ *d. l.* 1. accipienda tùm ex titulo, sub quo posita, tum ex *l. 4 C. de off. rect. pron.* Manus enim militaris duplex. Non castrensis, quò refertur manus apparitorum, & stipatorum, ac viatorum magistratuum, qui & officiales, per quos decreta executioni mandantur *l. vlt. §. vlt. Quod met. ca. l. vlt. de iudic l.* 50. *de euict. & ll. similib. citatis à Iusto Meiero Endox. Inst in. decade* 3. *cap.* 4. *numero* 6. Manum Prætoris vocat *Cic.* 2. *Verrinâ* Prætoriam potestatem *Vlp. in l* 1. *§.* 2. *Si ventr. nom. mul. Scip. Gentil.* 1. *de iurisd.* 17. 2. Castrensis de quâ *d. l.* 1. *C. de off. mil. iudic. d. l. vlt. C. de his qui latron. l.* 8. *C. de off. rect. proxime*, Quomodo & exsecutionem militarem *in l.* 3. *C. de iurisd.* accipit *Vult. ibid. num.* 12. Quanquam, & ibi exsecutio militaris licita, aliàs exauditi possit, sed prohibita ibi in vetito examine, seu iurisdictione incompetenti. Planè ordinaria exsecutio, per ministros magistratus fit, sine vi, *l.* 5. *§.* 25. *vt in poss. leg.* cum videlicet victus, non resistit inducenti victorem in possessionem. Et quandoque arbitri dantur ad exsequendum, vel iudices, qui de iudicato cognoscant *l.* 75 *de iudic. l.* 15. *§.* 6. 7. *&* 8. *de re ind.* Aſt quando hoc modo, res expediri non potest, ne lusoria sint edicta, ac decreta *d. l* 75. extra ordinem iure suæ potestatis exsequi oportet magistratus, etiam per manum militarem *l.* 3 *pr.* Ne *vis fiat ei, qui in poss. d. l.* 5. *§.* 17. *Vt in poss. leg. d. l. vlt. §. vlt. Quod met. cap. dict. leg. vlt. de iudic. Briss.* 4 *antiq.* 2 *Sc. Gen. d.* 6, 17 qui vsum hunc coëcitionis inciuilem vocat, per *d. l. vlt. §. vlt l.* 1. *§* 2. *Si ventr. num. mul.* aſt non semper iniustum, verùm tunc perente aduersario sit, sine causæ cognitione, vt *in d §. vlt.* Itemque cum aliud ciuile, & ordinarium remedium adest *d. l.* 1. *§.* 2. Quæ lex nihil obsistit, aut dictæ *l.* 3. aut *d. l.* 68 nostræ quia loquitur de eo, qui dolo venit in possessionem, sed nondum restitit decreto prætoris, *Pac.* 7 *q.* 13. Quin vbi interdicto postmodum victus, non paret, tunc prætoriâ potestate opus est *d. l.* 3. Facessant iam argutiolæ iuris nostri nouatoris 16. *coni.* 17. *&* 18. *err. prag.* 5. vim semper exosam, alienam à publica honestate legúmque auctoritate. proinde nec in exsecutione adhibendam exclamantis, per *d. l.* 1. *§.* 2. *Si mul. ventr.* Nam imò quæ res in priuato vis est, non est in magistratu, officium suum exsequente *Coed. de contr. stip. c.* 9 *n.* 61. Neque hac iustâ vi, iurisque ministrâ *not.* 8, *lib.* 15. *c.* 40. *lit. C.* vlli fit iniuria, quin ea vim priuatâ rei iniustè reluctantis conuellit. *Iust. Meier. Endox. Iustin. decade* 3. *c.* 4. *n.* 6. Nam & ciuilis res nisi admissum habeat robur militum, infra mediocritatem auctoritate carebit, vt est in *Nou.* 26. *c. in fin.* Enimuerò exsecutionem militarem, ac violentam subsidiariam præter adductas ll. aliæ plures comprobant. Sic dominus deiiciendus de possessione damni infecti cauere nolens *l.* 15. *§.* 27. *de dam inf.* & tradere compellitur *l.* 10. *de interr in iure fac.* Et auferri dicitur res, à victo *l* 21. *§.* 2. *in fi. de euict.* ac qui obtinuit, in possessionem induci *l.* 5 *§.* 1. *cir. med. Vt leg. Iul. pd. ferv. ea* transferri possessio *per iudicem l. vlt h. t.* Deniq; & *d l.* 1. *§.* 2. valide contra Fabrum retorquetur. Neque enim absolutè ibi negatur, manus ministrorum, sed in eo casu, causâ nec dum disceptâ, ex interdicto. Quin imò differtè ibi, hæc prætoria potestas dicitur, quæ nec frustranea sit, oportet. Verùm expendamus quoque, quibus aliis nouator ille moueatur vt *d. l.* 68. quam totam, nec verbulo demto, Triboniano adsignat, ceu iuris rationi aduersam, infectetur. Et quidem quæ contra alia membra eiusdem profert, alio suoque loco, si opere videbitur, excutiemus. Hic quæ reliqua, sunt huius loci. Quid absurdius, aut inciuilius est, exclamat ille, quam exsecutionem fieri, priusquam perueniatur ad condemnationem, manum militarem adhibere in eum, qui nondum iudicatus est *l.* 1. *C. de Exsec.* Atqui iussus ille de restituendo non est condemnatio, sed arbitrium. Nam cum sententiâ dictâ iudicis officium quiescat, consequitur nec adiudicationem, qua dominus declaratur actor, neque arbitrium sententiam esse, cum & nec condemnationem, ne absolutionem contineant ℟. Immò, & declaratio dominij & iussus, verè sententiæ partes sunt, vt hic Don. noster & vtroque modo res verè iudicatur, vt abundè probant Il. quas profert *Meier. d. decade* 3. *c.* 4. ac nos vel *j. lib.* 26. *c.* 5. vel aliquando in tractatu de bona & mala fide, &c. accuratiùs expendemus. Verùm esto, non sit sententia, vel mera interlocutio, decretum, præceptum, vel quocunque modo appellet. Nunquid non quæuis decreta, ad effectum perduci interest *l.* 75. *de iudic.* Nunquid non & interlocutiones iudicis (ex. g. instrumenta edi; testes produci iubentis) præscidam parendi necessitatem habent? Quid, quod & vbi reo se possidere neganti, & conuicto, possessio aufertur *l. vlt. h. t.* nulla principalis sententia præcedit, quippe, cum lis dominij, eo ipso non finiatur, vid. *s. c.* 3. *lit. R.* Et iussus sanè dicitur hoc arbitrium proinde, ex vi verbi, & naturâ relationis, auctoritatem cogendi continet. Pergit Faber: Eo ipso quod Tribon. subiicit fructuum duntaxat, &c. nomine condemnationem fieri, priora sua tradita conuellit. Nam post sententiam definitiuam exsecutioni mandatam, iudex de fructibus pronunciare nequit. *l.* 3. *C. de fruct. & lit. expens. ℟.* Sane *Marc. Lyeklama ad l. vinum* 22. *de reb. cred.* hinc, vt apparet, motus *d. l.* 68. explicandam, ex *l. vlt. h. t.* censet quasi is, qui contendit, se non posse restituere *d. l.* 68. perinde faciat, ac qui se possidere negat *d. l. vl.* proinde eadem vtriusq; pœna, translatio poss. Sed errat 1. quia in *d. l. vlt.* illa translatio, ei qui rem suam esse non adprobauit, fit saluo proprietatis iure, nec eâ finitur lis dominij, sed conuentus ipse, postea actoris vice fungi potest, vt *not. s. c.* 3. *lit. R.* Aſt in *d. l.* 68. iussus, ac arbitrium, de restituendo, sequitur (ordine naturę,) vel coniunctum est declarationi dominij *l.* 35. *§.* 1. *h. t.* 2. In *d. l. vlt.* nulla fructuũ condemnationis mentio. Quin si eos expetat, cui possessi restituta est, rem suam esse, vt adprobet, ac tantisper aduersario possessi. relinquat oportet, vt *not. d. lit. R.* vel saltem, quod consultius erit, speciali actione fructus seorsim vindicet. Neque enim ei petitioni obstat *d. l.* 3. *C. de fruct.* cum eo modo, terminatum, transactúmque negotium non sit. Quare ita occurrendum est Fabro. Post sententiæ exsecutionem, lis de fructib. non supereſt, sc. post plenam totius sententiæ omniumque eius partium, post absolutum, & dimissum iudicium, vt loquitur *d. l.* 3. Translatione autem fundi, non exsequitur iudex, totam sententiã. Nam illà, non rei modo, sed & fructuum restitutio continetur, vt *Don h. c. lit. B.* & firmatur *§.* 2. *l. de off. iudic. l.* 17. *C. h. t.* Fructuum autem nomine *duntaxat* dicitur, condemnatio fieri, sc. in æstimationem, quando restitui ipsi non possunt. Noli hinc inferre, ideo rei principalis condemnationem, non fieri. Neque enim dicitur *duntaxat ad fructus*, sed *fructuũ nomine* condemnatio, in aliam rem sc. nempè earũ valorem, ac pretium, cum contra non rei principalis *nomine*, sit condemnatio, sed in ipsam rem. Taceo, quod *d. l.* 3. nihil de fructibus disponit, sed de sumtibus, & impendiis litis, quorũ in multis dispar, atque fructuum ratio. Postremò obstrepit Faber: Posità manu militari, vsum iurisiur. in litem tolli, nec relinqui id nisi vno casu, quo dolo possidere desiit reus, eò quòd, non nisi ex necessitate iuris defertur *l. vl. de in lit. iur.* proinde ei locus nullus, vbi aliâ certiori ratione consulitur victori. Atqui, ait, absurdè deteriori loco ponitur ille, qui restituere nequit, quàm ille, qui adhuc retinet, rem, & dolo restituere detrectat. Quin, nec aliam ob causam, contra ipsum iuratur, quã quia pro poss. habetur. Denique causa inducendi iurisiur. in litem, ne liceat rem alienam, inuito domino retinere *l.* 25. *§.* 1. *Sol. matr.* ei potiss. cui copia est restituendæ rei conuenit. ℟. Sed prioribus satis occurreturj. *suo loco lib.* 26. *c.* 9. Quis autẽ sensus sit, *d. l. vl.* vid. *d. li.* 26. *c.* 11. Non deteriori loco esset, qui dolo desiit possidere, si alio modo tunc plenè posset victori consuli. In *d. l.* 25 *§.* 1. autem allegata ratio, apertè accommodatur ei, qui possessi dolo amisit. Nec ideò contra hinc iuratur, quia pro poss. sed quia hæc iusta doli coërcitio. Quod si verò eo quoque casu, quo possideat reus, actorem necessitati iurandi subiicit, eo ipso per contumaciam rei, is oneraretur, dum aucipitis periurij, periculum subiret. Ac sæpiusculè, qui ad iurandum timidiores, & religiosiores, eius vitandi timore, rem minoris iusto æstimantes, iacturam, cum iniusti possess. commodo, facerent. Vt vel hinc appareat aperta iniquitas, nouæ Fabri opinionis, quâ positâ, cuius improbiſi, prædatori, ansa præbetur, eos, quos perquam timidos, vsque ad superstitionem *iuxta l.* 8 *pr.* de cond. inst. nouerit, rebus suis exuendi, postea iudicio repetentibus, duram iurandi conditionem imponendi. Facessant igitur, facessant hic, & vbique eiusmodi legum nostrarum cauillationes, ac innouationes, quæ non ad iuris rationem reducunt, sed ab eâ abducunt, illamque peruertunt penitissimè. Age enim tu, qui nullum omnino locum esse coactioni violentæ, in exsequendo iudicato, prauè detortа *l.* 1. *C. de off. mil. iud.* contendis, dic, sodes, quam vlli sententiæ parendi necessitatem relinquis. Condemnabitur, inquis, reus in æstimationem, quanti in litem iuratur. Quid si eam præstare nolit? Capientur, dices, pignora, indicetur mulcta. Quid si nec hanc persoluat, illa capi impediat, vel prohibeat? Necesse erit tandem ad vim venire, manúmve militarem, sine quo, res etiam ciuilis auctoritate carebit *Nouell.* 26 *cap.* 1. Fateor rarò, & non nisi re vrgente, fieri hanc militarem exsecutionem debere *l. vlt. de iudic.* Monendus enim prius victus, vt obtemperet, quàm cogendus, maximè si potentior, aliáve incommoda metuantur, *l.* 13. *§.* 3. *de Vsuf.* Et plerique sanè, parere malunt sententiæ, quàm vim experiri, eam tamen vim, si non formidarent, nec plerique parerent. Nimis, quàm id verum esse, experiuntur multi, qui cum in augustâ, Augustæ Nemetum Curiâ, causas suas egerunt; & peregerunt post tanta temporum spatia, totque impendia litis, tandem victores fructu sententiæ, cui victi, sæpè impunè (qui sæculi huius abusus!) non parent, destituntur. Sed piget de his plura. Obijciunt alij: Obligatio faciendi non est præcisa, sed interueniri præstatio libetat. ℟. *Oldend. s. d. loc.* Obligatio sciliceț quæ ex conuentionibus, non quæ ex præcepto Iudicis, vel legis. Nam quæ ad iuris exsecutionem spectant, nihil commune habent cum ijs, quæ ad constituendam obligationem, *Gœd. d. c.* 9. *n.* 60. † Cæterum officium Iudicis *in d. l.* 68. rectè exponit *Baro de inuisd. f.* 44. ordinarij scilicet magistratus (confer s. *lib.* 17. *c.* 21. *lit. C.*) non pedanei, etsi aliter *Duar.* de sententia Iudicis accipiens 1. *disput.* 53. *&* h *in apolog. contra Baron. n.* 16. h Quod & probat *l.* 63. *h. t.* verbis: ex sententia Iudicis, quæ arguunt æstimationem non fieri iureiurando actoris, *Cuiac. ibid. in Papiniano.* Et quod ex culpa non restituentis, æstimatio, non actori, sed Iudici permittatur. *Oldend. class.* 3. *act.* 2. *pag.* 322.

CAPVT VII.

Possessoris indemnitas & receptio impensarum.

ALTER POSSESSORIS (*connecte sup. c.* 5. *initio*) IVS HVIVS DVPLEX: VINCENTIS, VT ABSOLVATVR. Si vel non possedit, vel res sine dolo, & culpa perijt, vel exceptionem obiecit, de quo suprà, vel si actor dominium non probauit, etsi ipse nihil præstiterit *l. vlt. C. h. t* l. 4. *Cod. de ed.* [*Nec necesse est possessori, contra vindicare, ac*
a *dicere se dominum esse*, a *nisi & se dominum pronunciari*
b *velit*; b *tunc enim initio, in lite contestanda, id allegare oportet. Aliàs, ne quidem, si actor probet dominium, rei defensio contraria, quod ipse sit dominus fortè, quia vsuceperit, initio litis contestandæ.* c *Quia satis inficiatione eâ, quâ actorem dominum negat, continentur omnia, quibus sit ne sit dominus.* d *Non obstat formula vetus: Imò meus, &c. Nam additio illa non necessaria; neque vt probare cogatur reus actore non probante, neque vt eo probante rem suam esse, ad contrarium docendum admittatur, sed adjici, tum honestum, tum vtile. Ideóque vsitatum, vt reus se dominum dicat* §. 1. I. de act. vbi Donell. noster num. 25.] VICTI, VT INDEMNIS SIT. DAMNVM verò quòd admoueri oportet, AVT EST PRÆTERITVM, QVOD VERSATVR IN
c IMPENSIS deducendis, c quatenus æquum est, scilicet si petitor his retentis, lucrum cum iactura possessoris, quærat *l.* 38. *de pet. her.* QRÆ TRIPLICES *l. impensa* 79. *de V. S. l.* 1. *de imp. in res dot.* NECESSARIÆ, quibus omissis, res peritura, vel deterior *d. l.* 79. vt, quæ ad refectionem ædificiorum, agrorum culturam, animalium valetudinem & alimoniam *d. l.* 1. *§. vlt. &* 3. *ll. seqq.* VTILES, quibus res carere potuit, sed quæ fructum augent, vt si ædificetur in areâ, ferui instituantur. ET VOLVPTARIÆ, quæ speciem rei ornant, sine vllo fructu, vt viridaria, aquæ salientes, incrustationes, picturæ *d. l.* 79. *de V. S. l.* 5. *§. vlt. l.* 7. *de imp. in res dot.* ET primò, alia causa est impensarum earum, QVÆ FRVCTVVM CAVSSA FIVNT, quarum illæ, quæ causâ quærendorum, fiunt vtiles, quæ natorum cogendorum, & conseruandorum necessariæ. Quæ semper OMNES DEDVCVNTVR à quocumque possessore *l.* 36. *§. vlt. de pet. her. l.* 51. *pr. Pam. erc. l. fructus* 7. *Sol. matr. vbi ratio* quia fructus, non nisi deductis impensis, intelligun-
f tur. f Nam id demum lucrum, quod deducto damno omni, supereſt *l. Mutius* 30. *pro soc.* Alia RELIQVARVM RERVM: Vbi NECESSARIAS DEDVCVNT OMNES *l. planè* 38. *de pet. her.* ex regulâ æquitatis *l.* 14. *de cond. indeb.* g etsi eas non fac-
g tus petitor, quia idem lucrum facit. ETIAM MALÆ FIDEI POSSESSOR *l.* 5. *Cod. hoc tit.* Quia deductio causæ tribuitur non personæ, nec æquitas malâ fide possessoris mutatur. At videtur obstare huic, culpa, & donandi voluntas, argum. *l.* 37. *hoc tit.* ℟. Nulla culpa est in eo, qui necessitate coactus, agit *l.* 15. *§.* 1. *h.* imò culpa esset, si non has fecisset *l.* 36. *§.* 1. *h.* Nemóque in necessitatibus liberalis *l.* 18. *de adim. leg. l.* 39. *de don.* etiamsi re peremptâ, litis æstimatio petatur, quia hæc, loco rei est. Quod si interitu rei liberatus possessor, impensas amittit; tum, quia causa deductionis *d. l.* 38. *de pet. her.* deficit; tum quia exceptio dari nequit, vbi nulla actio. Aliud tamen hic, & speciale in petitione hereditatis *d. l.* 38. *in fin.* Ibi namque sumptus in rem, quæ interijt, factos aliarum rerum hereditariarum retentione, consequi potest possessor. Quæ etsi aliæ ab eâ, quæ perijt, omnes tamen vnius sunt hereditatis. Actione verò in rem speciali, etsi fortè eodem iudicio, plures res petantur, singulæ tamen suas proprias vindicationes habent. Accedit, quod possessor hereditatis tenetur etiam, de fructibus bonâ fide perceptis, quousque ex illis locupletior. supr. *lib.* 19. *cap.* 13. *lit. D.* Æquum ergò hoc illi, vice mutuâ, tribui. VTILES, NE BONÆ QVIDEM FIDEI POSSESSOR OMNINO: sed res variè æstimatur *l.* 38. *h. t.* ex dictâ vid. æquitatis regula. DEDVCTIO itaque tribuitur, AVT EX PERSONA PETITORIS; qui si diues, deducet has possessor *d. l.* 38. nisi ille paratus sit, pati possessorem tollere ædificium, aliámve impensam *l.* 27. *§. vlt. h. t.* tum quia lucrum non quærit hæc concedens; tum ne aliàs emere cogatur, quod nolit. Multæ enim causæ esse possunt, cur non putet sibi expedire. *Facit L.* 4. *ad Trebell.* Obi. *L.* 37. *hoc tit.* ℟. Ex eâ lege, regula tantum argumentà contrario sensu elicitur, quæ eadem apertè traditur *in d. l.* 37. *§. vlt.* vbi hæc subnectitur exceptio. Ad hæc *dict. leg.* 37. loquitur de eo petitore, qui cum arcâ, habere volebat quoque ædificium impositum. Contra quem rectè dicitur esse deductionem, sine exceptione. Instas: Quia vterque de damno amouendo solicitus est, possessor in pari causa potior. ℟. Dispar hic causa. Possessor hic laborat de damno, cuius causa ab illo, & ex proprio facto nata est, quod ipsi, non aduersario nocere debet, *leg. factum de R. I.* Instas. At *dict. leg.* 37. statuitur alia causa malæ fidei possessoris, à quo ita non distabit bonæ fidei possessor. ℟. Imò. Quia illi tollere permittit *dict. leg.* 37. sub conditione, si sine dispendio domini fiat: hic autem, nisi dominus impensas deduci concedat, etiam cum dispendio tollit. Sin pauper dominus, qui si præstare cogitur, necesse habeat rem vendere, negatur deductio *dict. leg.* 38. *ibi, finge pauperem h. tit. leg.* 25. *de pig. act.* Aliàs enim, non tantum non haberet rem meliorem, sed ne haberet quidem. Finis autem huius iudicij exigit, vt rem recipiat. AVT EX CAVSSA aliqua extra conditionem personæ, quales tres: 1. Si petitor easdem facturus, aut si eius voluntate factæ, *dict. leg.* 38. *pr. h. l.* 25. *de pign. act.* vt si ædificium ab eo institutum, perfecerit. 2. Si petitor, quamuis pauper, rem venalem habuit, *dict. leg.* 38. *in fi. l. nisi* 29. *h. tit.* 3. Si possessor, dum adhuc non certò cognouit rem alienam esse, denunciauit ei, qui se dominum dicebat, se ædificaturum, isque dissimulauit *leg.* 30. *h.* quia hîc, ex silentio, consensus arguitur *arg. l.* 18. *Mand.* Detrahi has causas in paupere petitore, & tãtum licebit possessori tollere, amissæque erunt operæ omnes *dict. l.* 38. tribus conditionibus: 1. Si sine detrimento prioris status. 2. Si ex ablato quidpiam consecuturus. 3. Nisi dominus tantum illi dare paratus, quantum adepturus esset *dict. leg.* MAL Æ verò FIDEI POSSESSOR NVMQVAM has deducit *l.* 5. *C. l.* 37. *D. h. t. vbi ratio & l.* 7. *§.* 12. *de acq. de §.* 30. *I. de R. D.*

Quia damnum hoc culpâ eius accidit *dict. l.37.d.§.30.* Vnde regula æquitatis *leg. 14.de cond.indeb.* non obstat *per l. 203. de R. I.* Et cum nullo iure cogente, ædificium imposuerit; quod solo cedit, donasse videtur, per *l. 29.de donat.* Nec fraudatur sciens, & consentiens *l. nemo 145. de R.I.* Aliudquoque hîc, & speciale in petitione hereditatis *l. 38.in fin.de pet.hered.* h Quia ibi actor replicatione donationis, contra exceptionem doli, à possessore obiectam, vti nequit. Dicere quidem potest: Tu voluisti donare domino. Sed non protinus qui heres, idem dominus [*Confer ea quæ s. lib. 19.cap.12.lit. V.*] Sed potest, sine læsione prioris status, tollere *dict. l.5.Cod.dict. l.37.D.h.* Nam etsi *dict. l.* 37.loquitur de eo, qui initio bonâ fide possederat, nil tamen refert initiò quis dolosè versetur, an postea *leg. 25.§.5.de pet.hered.* At obstat superior ratio, quia donasse videtur, & *dict. l. 7. §. 10. & dict. §.30.* dicitur materiæ proprietas amissa. ℟. Hactenus videtur alienasse, & donasse, vt nec sublato ædificio, materiam vindicare possit *dd. locis.* Quod si ipse possideat, datur ei exceptio, quâ liceat sine detrimento rei tollere *dict. l.37 hoc tit.* quæ diuersa sunt, nec hoc *in dd. locis* negatur. Ergò per *l. 32.in fin.Cod.de appell.* Sed hæc non aliter, quàm si sublato ædificio, aliquid consecuturus, neque id ei à petitore præstetur, *argument. à fortiori ex l.38. hoc titul.* VOLVPTARIAS NEVTER DEDVCIT, cum ex his nullum lucrum sit petitori, ne quidem in petitione hereditatis, quia ratio æquitatis, quæ *in l.38.de pet.hered.* deficit. Nec obstat *L.39.§.1.dict.tit.* vbi dicitur doli exceptio, earum ratione, bonæ fidei possessori dari. Nam imò petitor, has præstare recusans, nihil dolo, aut iniuriâ facit. Ergò per *pr. dict. l.39.* Quare doli exceptio datur bonæ fidei possessori *dict. §. 1.* non semper, sed tunc cum habentur pro vtilibus. Vt 1. Si easdem actor facturus probetur. Eo enim ipso locupletior videtur, per *l.47.de sol.* Facit L.3.§.*nec non 6. de in rem verso.2.* Si actor rem venalem habuit, eámque propter has impensas citiùs vendidit *l. 29. de R.V.* Vtique autem tollendi potestas, sine detrimento rei *d. l.39.in fin.de pet.her.* Vbicunque verò deductioni locus, semper fructuum ante litem contestatam perceptorum fit compensatio *l.sumtus 48.l.emtor 65. hoc titul.* i At quomodo, dices, bonæ fidei possessor, compensat fructus, quos non debuit, sed fecit suos, vt *supr. lib.4.cap.25.* ℟. Vbi deductioni locus, incipiunt naturaliter deberi. Quia enim possessor postulat, ne petitor lucrum faciat ex impensis suis, æquum vicissim est, ne ipse lucrum faciat ex re petitoris, *l. 1. Quod quis iur.* SERVANDARVM autem impensarum omnium VNA RATIO EXCEPTIO *l.27.§. vltim. l.48. D.l. 11.l.16.Cod.hoc tit.* (seu retentio rei petitæ, *vt l.33.in fin.de cond.ind.*) doli mali, per *l.1.de doli exc.inncta l.14 de cond.ind.* Quæ officio iudicis effectum sortitur, *dict. l.48.hoc tit.* qui sumribus æstimatis, possessorem, si rem habet, condemnat, vt restituat, redditis priùs sumtibus; sin non habet, condemnat, deductis illis, in reliquam litis æstimationem *l. 38. in fin.b.* EAQVE SOLA *text. clari dict.l.48.d.l.33.* quæ necessariarum impensarum exemplum habet, *& l.Paulus 14.de dol.excomm.* Non igitur, vtilis negociorum gestorum actio, ad petendas eas, re iam ante restitutâ, *vt Martinus ref.Accurs.ad l. 38.de pet.hered.& l.36.hoc ti.* tum quia *dd.ll.* contradicunt, tum quia suum possessor, non alienum, eas faciendo, gessit negocium *l.5.Cod.tit.* nec hoc animo, vt repeteret. k Ergò pe, *l.4. de neg.gest.* Nec condictio indebiti. *text.l.33.de cond.ind.vbi ratio.* Obi. *L.6.§.3.de neg. gest.* ℟. Potest quis ad negotia aliena, tanquam aliena accedere, etsi sui lucri, vel deprædandi caussa: Huic datur actio *dict.§.3.* Hîc verò nunquam, in suo ædificans negocium suum gerit *l. 5.Cod. hoc tit.* Obi. Atqui *dict. l. 5.* repetitionem negans exceptionem habet, nisi necessarios sumtus fecerit. E. ℟. *Repetitio* verbum commune est, ad exceptionem quoque etsi minùs propriè pertinens, argument. *l. 1.de excep.* Ergò per *l.in ambiguâ 19.de ll.item per l.32.in fin. Cod de appell.l.26.& 2. seqq. D.ll.* Denique obi. *l.vltim.§.1.in fin. Cod.de pet. her.* ℟. Datur ibi actio de impensis, non in rem factis, de quibus nos hîc, sed extra rem collatis, in personam petitoris, vbi debita eius, possessor soluit. Ratio differentiæ. Qui solutione suâ alium liberat, liberationem in eum confert, quam non aliunde, quàm à soluente, is accipit; itaque apertè eius negocium gerit, vnde actio *l.3. Cod. de neg. gest.* Vbi autem quid ædificatur in alieno, dominus id non accipit à possessore ædificante, sed à re sua, iure soli *dict. l. 5. Cod.h.dict.l.33.de cond.ind.* AVT FVTVRVM (*connecte sup. h.c.lit.E.*) quod iustè metuitur. Id VEL EX OBLIGATIONE, non omni, sed quam possessor propter rem necessariò subiit, vt damni infecti *l. ipsi 19. hoc tit.* iudicati, si separatim, à duobus actoribus in rem conuentus, & ab vno priùs victus, *l. pen.de pet. her.l.57.h.tit.* aut si à quo seruus petebatur, eiusdem nomine, ab alio furti actione impetitus *l.58. h.* His casibus cauendum ab actore, qui prius vincit, si quid eo nomine postea aberit possessori, se id præstiturum *dd. ll.* l VEL EX CONDITIONE REI PETITÆ, l si in æstimationem litis condemnatio fit. Quia enim ea emtionem facit *l.3. Pro emt.* m consequens est, petitorem de euictione obligari. Hîc pericula quædam videntur amouenda. Vnum in re præsente. Qui eius æstimationem sustinuit, fit dominus, *l. 46. & seqq.* si scilicet petitor dominus fuit. Hinc Q. an petitor cogatur cauere de euictione? Ratio dubitandi ex dictis. Neg. *l.35.§.2.h.vbi ratio decid.* Duo in absente. n Hic n enim, cum res non priùs acquiri possit, quàm si possessionem nactus, ex voluntate actoris *l. 47. h.per leg. 20.Cod.de pact.* inde duæ quæstiones. 1. An petitor cauere debeat, se rem traditurum, Neg. Sed ita per se non futurum, quo minùs tradatur *d. l. 47.* o 2. Num o actiones, quas habet petitor, ad persequendam rem, cedere cogatur? Distin. Si reus dolo amisit possessionem, non cogitur *l.69.& seqq.h.* sin culpâ, cogitur, *leg. 63. hoc tit.* p p

NOTATA.

a Consentit *Hot. ad.§.1.I.de act.sub.fin.& Mud. ibidem verss. vel cum eo agit. numer. 60.* qui antiquarum formularum reliquias latere in *d. §. 1.* scribunt, sed posteriores Iurisconsultos defensionem in solâ negatione posuisse, atque hoc esse commodum possessionis. Planè antiquitus, si reus non contradiceret, aut contrauindicaret, tanquam ex cessione in iure factâ, Prætor continuò, secundum petiorem vindicias dabat, eique rem addicebat ita: Quando neque ais, neque negas, illum fundum, præsenti, & vindicanti, addico, *Valer.Prob. in notis Hartens. ad d §.1. Cont.1.disput.12 Broid.& supplem.ad hist.fori.Poletti lib. 5.cap.4.Obrech.de concip.libell.cap.8.num.11.* Quò respiciebat illa formula: Quando te in iure conspicio, postulo, anne fias auctor, id est, an periculum iudicij recipias, *Hot.7.obs 5.* Probatio tamē contrauindicanti nulla incumbebat, nisi actoris intentione priùs impletâ. *Cont.d.lo.* Hodie autem satis est, si neget, rem actoris esse, *leg.vlt.C.hoc t.h.42.de pet.her.l.2.l.23. Cod.de probat.Hortens. Hot. & Mud.dd.locis.* Quod & pluribus contra *Cont.d. c.12.* adstruit *VVesenb. ad hoc tit.C.n.54.2.* Quia nec titulum possessionis dicere cogitur reus, *l. 11.C. de probat.* Ergò nec dominium allegare. Fallitúrque Cont. dum scribit absolui possi non, etsi nihil dicat, nullâ defensione vtatur, sed etsi nihil præstet, id est, probet. Aliud esse, verbotenus cōtrauindicare, aliud probationes dominij exhibere. Nam *d. l. 11.* probat nec dicere, vel allegare, eum cogi. *VVes.d.loc.& vlt.C.h.tit.* absolui quoque eum, quem constat iniustè possidere, *Petr. Barbosa ad l. si alienam 11. ipsi 12.D.Sol.matr.n.60.* Nec verba, *etsi nihil præstat l. 4. C.de ed.* ad probationes restringenda. Et quorsum, quæso, allegatio eius, quod non probandū, & quo nō probato, reus æquè obtinebit. Quin si dicere non cogitur possessor pro quâ parte res eius sit *l.73.h.t.* vtiq; nec quod tota, *arg.l.76.h.t.*

Quid

Quid, quòd absque suâ allegatione, seu ex possessione sola præsumitur dominus, per *leg.15. verbus in detinendo dominio C.hoc tit. leg.2. C. de probat.* [Quin necessitate eâ contrauindicandi positâ, ex simplici iudicio petitorio constituitur duplex, vt possessor quoque actor sit, *VVes. d. loc.* Denique etsi palam agnoscat reus, rem suam non esse, causam possidendi se nullam habere, non tamen inde actor vincit, nec rem suam esse probat, sed maner ea apud possessorem, ex regulâ, cum cuius non interest, non admitti ad agendum, *leg. 1.C. Sine censu vel reliq. Vasq. 2. ill. contr. 84. numero 1. Paul. Æmil. decis. Rotæ 11.p.1.* Eo ipso enim, quòd possidet, potior b reus est, ipsique facilior retentio, quàm alteri persecutio. b Defensio, quæ in solâ inficiatione dominij actoris, parit reo solam absolutoriam, *l. vlt. C. h.* At quæ in contrauindicatione efficit, vt res vna eius esse declaretur *Muda. in. §. 1. I. de act. numero 61.* Itaque maioris auctoritatis est pronunciatum, rem esse rei conuenti, quàm simplex absolutio, *Coler. cons. 30. numero 77.* † Hæc enim ipsi quidem reo proficit, quousque possidet, vt habeat exceptionem rei iudicatæ, contra actorem. Aſt, si possessione cecidit, etsi ea ad petitorem peruenerit, nulla sic absoluto, contra hunc actio, nec in rem, per *l. 11. pr. de iurei.* nec Publiciana, *arg. l. 7. §. 7. de Public. iunct. l. 2. de iurei.* Neque enim, ex titulo sententiæ, rem tenet, iure dominij, vel quasi, nec aliquod ius in re ei sententia tribuit, quia non pronunciatum ideo est, rem suam esse, scitè *VVes. ad h. t. numero 47.* Quando autem contra vindicando, reus suam esse probauit, non simpliciter tantùm absoluendus, sed & ipse dominus declarandus. *l. 14. D. de probat. cap. cum caussa extr. de sent. & re ind. Hartm. titul. 45. obs. 2.* Eóque ipso vnà iudicatum rem, actoris non esse [*leg. 40. §. de Procur. l. 15. de exc. rei ind.* per regulam, Res duorum in solidum esse nequit. Quare hæc sententia, si possessionem amiserit, contra actorem eiusque heredes ad agendum etiam prodest, cum sententia inter eos, ius fecerit, *VVes. ad d. t. C. numero 57. ad d. idem cons. 6. numero 62. & seq. vt Coler. cons. 30. numero 77.* Vnde apparet rem, cui probatio dominij sui expedita, non frustra fiduciâ sui iuris, eam in se recipere, c *iuxta d. l. 14. de probat.* c Et ita exceptio dominij, quandocunque ante sententiam opponi potest, ad hoc vt reus absoluatur, *arg. eorum quæ habet Petr. Barbosa ad l. si alienam 11. ipsi 12. Sol. matr. numero 22. & seqq.* Ad hoc autem, vt super dominio rei feratur sententia, non item, cum sententia petitioni conformis esse debeat, nec illa, post litem contestatam, mutari possit. Facit *L.9. C. de præs. long. temp.* d Vnde d efficitur, etsi aliàs exceptio de iure tertij, à quo reus nullum ius, vel causam habet, non audiatur *leg. 4. §. 7. Si ser. vind. VVes. cons. 15. numero 97. Monter. à Cueuâ decis. 42. numero 88. Tessaur. decis. 4 numero 1.* hic tamen exceptio, de dominio tertij efficax, per *leg. vltim. Cod. hoc tit. leg. 6. iunct. gl. v. apparuit. C. de ser. fugit.* Quia hæc perimit ius agentis, actorem in totum à suâ petitione excludit, ac in effectu concludit, illum sine actione agere, *Tessaur. d. decis. 4 numero 1. Ioan. Petr. Surd. decis. 144. numero 19. Petr. Barbosa ad l. si alienam 11. ipsi 12. D. Sol. matr. numero 4. & 5. ac numero 51.* vbi docet, eum quoque sic rectè excipere, qui caussam à vindicante habet, & *numero 52.* etiam eum, qui possessione spoliauit petitorem. Ibidemque *numero 57.* & seqq. tractat, an de vtili quoque dominio tertij, vindicanti domino directo opponi exceptio possit. Ac quod admittenda hæc exceptio, etiam post litem contestatam *Tessaur. d. decis. 4. numero 8.* quia non tam sit de iure tertij, quàm de non iure agentis. Quare impletâ intentio actoris, hoc probandum suscipere reus potest. Quin nec omninò necesse est, vt postquam actor probauit, ex. gr. se emisse à domino, reus, vt contra probando doceat se, vel alium dominum esse, fortè, quia vsuceperit, sed & si aliâ ratione probationes eius elidat, obtinebit: Veluti si obiiciat actori, quòd sit incapax eius rei, qui conditione personæ dominus esse nequeat, ex. gr. si seruum petenti, obiiciatur, quod sit Indæus, mancipium autem Christianum, &c. e De impensis de- e ducendis, à bonæ vel malæ fidei possessore, pleniùs & exactius, DEO dante, tractabo aliquando, in commentariis de bonâ, & malâ fide, &c. vbi reperies, non vsquequaque consentientia illis, quæ de hac materiâ tradunt *Menoch. arb. cap. 258. & recup. poss. remed. 15. numero 500. & seqq. Tiraq. de retr. lign. §.15.gl.1. & de retr. conuent. §.7.gl.1. Sich. ad leg. 5. Cod. hoc tit. num.6. & seqq. Petr. Barbosa ad leg. diuortio 8. §. vlt. D. Sol. matr. Gomez. in leg. Tauri 46. Cuiac. 10. obs 21. & 4. ac in Paulo ad leg. 38. & 40. de pet. her. & leg. 27. §. vltim. hoc tit. Marc. Mantua. singul. 52. Sarmient. 1. select. interpret. 10. Peregrin. de fidicomm. artic. 50. Anton. de Gamma decis. 309. Achill. Personalis 11. de petit. hered. numero 670.*

& seqq. Vital. 1. var. lect. 20. Anton. Fab. 2. Coniect. 1. & decade 26. err. prag. 8. 9. 10. Casp. Schisor degher lib. 2. ad Anton. Fab. tract. 12 Marc. Lyclama 7. Membran. 4. Fachine. 1. contr. 55. Zang. de Exc. p. 3. cap. 13. numero 32. vsque ad n. 71. Bronch. 3. enant. 17. Gæd. ad l. 79. de V.S. Sc. Gentil. 1. de don. int. vir. cap. 40. Io. Bapt. Costa de facti scientiâ. dist. 65. centur. 1. Moller. 1. Semestr. 30. Elb. Leonin. qui scire 4. *Emend.* 1. *Gilkent. tr. de Impens. Ioan. Garsia Gallecus tr. de Expens. & meliorat.* aliique plures. f Et generaliter Lex. vel statutum loquens de f fructibus intelligitur, deductis impensis, etsi agatur contra prædonem, *Tiraq. de retr. gl. 1. Leonin. 4. Emend. 1. numero 10.* Atque has non restituit possessori petitor, sed tanto minus fructuum nomine præstat *Leonin. d. numero 10. & numero 21.* Et æstimatur quoque labor personæ, si rusticus, cum suâ familiâ, nullâ expensâ pecuniâ, laborauit; nempè pretium operarium, iuxta quantitatem, quæ aliis, pro iisdem operis danda, *Hartm. Hartm. titul. 23. obs. 1. numero 3.* post alios *Pinel. in l. 2. Cod. de rescind. vend. p. 2. cap. 3. numero 4.* 8 Exceptio tamen videtur in g fure, qui nec expensas in alimenta infantis deducit *l. 13. D. de cond. furt. l. 1. Cod. de infant. expos.* vbi *gl.* durior em esse conditionem furis, quàm alterius malæ fidei possessoris. vid. *Fach. 1. contr. 54.* h Diff. *Cuiac. 10. obs. 1. A. Fab. 2.* h *Coniect. 1. &c.* Qua de controuersiâ alibi. i Ad hoc vide i interim *Nicol. Vall. de reb. dub. tr. 9. numero 11. Pinell. in l. 2. Cod. de rescind. vend. p. 2. cap. 4. numero 62. & seqq. Leonin. 4. Emend. 1. numero 33. & seqq. Io. Garsia. de Expens. cap. 23.* k ita k *& Gomez. in l. Tauri 46. num. 2.* quia qui bona fide, sumtus fecit, tanquam in re propriâ, non habuit animum alterum sibi obligandi, ideò nec potuit sibi quærere actionem. Et immò vix est, ac ex summâ æquitate, vt debetur retentio pro impensis in alieno solo factis, quæ naturali ratione, soli dominum sequuntur, *Leonin. 4. Emend. 1. numero 50.* Quare fatuus, qui rem restituit, non receptis impensis, *Moller. 1. Semestr. 30.* Datur autem retentio, quousque expensæ taxatæ, & solutæ. Quæ taxatio, etsi non ita citò expediri queat, non ideirco possessio victo auferenda, nec si victor offerat satisdationem, nisi moram fecerit reus in prosequendâ iudicati executione, & sumtibus declarandis, *Anton. Fab. in Cod. suo hoc tit. de R. V. defin. 15.* Si tamen liquidatio perplexitatem habeat, & difficultatem, cautionem fideiussoriam sufficere vult *Leonin. d. c. 1. num. 46.* l Et ita duobus rem eandem, l diuersis iudiciis vindicantibus, etsi secundum motum, priore necdum finito, sed pendente, qui prior sententiam obtinet, executionem quoque. Nec restitutio inde impeditur, quod alterius ius nondum discussum, aut actio finita, modò cautionem victor præstet, vt *d. l. pe. d. l. 57. Petr. Barbosa ad l. si alienam 11. ipsi 12. D. Sol. matr. n. 15. Couar. pract. qq. cap. 16. num. 3. Castillo contr. quotid. c. 9. Coler. decis. 112. num. 1.* Et præstitâ cautione, est necessitas secundo petitori prosequendi eandem instantiam cœptam, cum possessore primo, vt vult *Castillo d. loc.* Quod si latâ sententiâ, quæ vires iudicati sortita est, lis de eadem re moueatur ab alio, nec executio differenda, nec cautio præstanda, *Castillo & Couar. dd. loc.* Quia nec lis iure tunc moueri potest, aduersus victum, qui propter sententiam non potest haberi pro possessore, sed aduersus victorem, in quem possessio mox transferenda, translata habetur, *arg. l. pen. de test mil. Barbos. 1. d. num. 13. Couar. d. loc.* testans de communi. Nam etsi dicat nouus petitor interesse sua, ne fiat exsecutio, aut possessio transferatur in duriorem aduersarium, sibi tamen imputet, cur non priùs egerit contra priorem possessorem, *Couar. d. lo.* Minus dubij habet, quod *Virgil. Pingicz. q. 37.* tradit, non cauere possessori de indemnitate, si in futurum quis veneritt, prætendens deinde, rem esse suam, Meritò. Non tantum, quod iudex solicitus esse non debeat de iis, quæ postea contingere possunt, quo ille mouetur, quàm quia, & sine cautione, in omnem casum indemnis est possessor, à quocunque postea conueniatur, quia dum iudicis iussu restituit, sine dolo possidere desiit. Quid autem, si lite dominij inter C. & S. vertente T. si se eodem iudicio opponat, petatque remoueri Caium, à petitione, eò quod res sua sit? Etsi non desint, qui hic quoque dispositionem *d. l. 57.* vigere volunt, si tamen T. pendente iudicio (nam si sententia finitum nouo iudicio opus) & ante conclusionem caussæ interueniat sententia pro C. ferri non posse, nisi Titij iure discusso, adeóque restitutionem ita impediri, nec cautioni locum esse, sentit, post *alios, Barbosis d. lo. n. 16. & seq. & Cast. d. n. 9.* Quia etsi hic oppositor vice actoris, quatenus rem suam esse iudicari petit; vt ea ratione locus *d. l. 57.* videri posset, tamen quatenus vna remoueri Caium à vindicando, petit, eidem, exceptionem intentionis, quod sua non interfit, vel ei non sit actio, obiicit, qua ratione priùs iudicium differtur, nec nisi cognito, de hac exceptione

definiendum *Barbosa d. num.* 1. Verùm contrarium firmiùs asserit *à Couar. pract. qq. c.* 14. *n.* 4. *& Fachin. contr.* 5. processum causſæ, litisque examen retardari arbitrio tertij interuenientis non debere. Quin inter C. & S. lis determinanda citra læsionem iuris Titij, nec sis, inchoato iudicio, seriùs veniat, exspectandum petitori, donec hic causſam suam instruat; quippe illi, his remoris, interiectis, fieri posſet iniuria. Ad hæc, si eiusmodi prætensio tertij, non remoratur exsecutionem sententiæ latæ, vnde maius præiudicium gigni videtur, minùs sisset cursum iudicij, sententiámve ferri impedier, *Couar. d. loc. add. Io. Petr. Surd. dec. f.* 335. *lib.* 2. †Iure *Sax d. l.* 57. non obtinet, verùm licet de eadem re, à duobus morâ, res iudici postulanti seruanda traditur, vel à posſessore retinetur, donec vterque de iure suo, inter se decertauerint, eademque posſea restituitur vincenti. *Land. lib.* 1. *artic.* 15, *&* 41. *diff. iur. cui & Sax.* 19. *n.* 11. *&* 12. *p.* 1. *Coler. dec.* 112. *num.* 2. *& simil. ad d. l.* 3. *à Goth. subnotatis* fusè *Io. Bapt. Asin. tr. de Execut. §.* 7. *cap.* 170. *Tiraq. de retr. lign. §.* 1. *gl.* 14. *num.* 20. Quo de alibi. Rem præsentem, & absentem exponit Accurſ. quæ in potestate emtoris est, vel non est. Sed *Cuiac.* 4. *obſ.* 3. præsentem dici, quæ in præsentia, & oculis est contrahentium, absentem contra. Atque ita in *d. l.* 46. & seq. absentem exponit *A. Fab.* 75. *err. prag.* 3. *&* 4. inde firmans, constituto posſessorio, non transire posſessionem, ne aliàs actor, litis æstimatione perceptâ, impedire possit, ne posſessor, vnquam dominus fiat, si consentire nolit, vt eius posſessionem nouam reus apprehendat. *A. Fab.* 75. *err. prag.* 3. Sed & non cessis actionibus, Prætor auxilium laturus, etiam ipso priori actore possidente *d. l.* 63. id est, Publiciana actio ei succurrit, quam & aduersus ipsum petitorem exercebit. Non autem datur vindicatio directa, quia etsi videatur emisse, non tamen dominus est ante apprehensam posſessionem. *d. l.* 47. *Cuiac.* 10. *obſ.* 6. *& in Papiniano ad d. l.* 63.

CAPVT VIII.

Præiudiciales & in rem Prætoriæ actiones.

RElIquæ in rem actiones, prioris exemplum sequuntur: nec necesse est, eas pluribus persequi, in quibus mutatâ re & actoris consilio, omnia propè communia. Causſæ modò, ad agendum aliæ, nec omnia vsquaque similia. DE REBVS itaque VERE NOSTRIS, EXTRA PERSONAM positis, INCORPORALIBVS, duæ actiones: CONFESSORIA, ET NEGATORIA, de quibus *sup. lib.* 10. *cap.* 12. *& c.* 15. *ac lib.* 11. *cap.* 15. *& seq.* DE REBVS NOSTRIS, IN PERSONA, seu ad statum personæ pertinentibus ACTIONES PRÆ[a] IVDICIALES §. 13. *I. de act.* [a] quibus, de alterutrius statu, agitur, dum aut vnus, in alterius personâ aliquid iuris sibi vindicans, eius statum oppugnat, aut impetitus ab altero, suum statum defendit. EARVM TRIA GENERA, totidem quot status. 1. De libertate, mutuæ actiones domino, seruum sibi asserenti, & ei qui seruus dicitur, vltrò in libertatem
b proclamanti [l. 7. §. vlt. l. 10. de lib. cap. [b] *Indeque dicitur liberalis causſa, & liberale iudicium* d. l. 10. l. 29. pr. d. t. [c] hæc ad §. 13. I. de act. num. 2. quò Donell. hic remittit.] Illa, confessoriæ affinis, hæc, negatoriæ. 2. De ingenuitate, cùm vnus sibi ius patronnatus vindicat, alter sibi contra ingenuitatem [*si se, vel planè ingenuum contendit, vel saltem, ab eo, cum quo agit. Hic vter agat, præiudic. actio* l. 14. l. 18. pr. D. de prob. l. vlt. D. Si libert. ingen. esſe dic. ad d. §. 13. n. 2.]. 3. De iure familiæ, aſt non quolibet, sed de iure filij. Huius generis species duæ: 1. De partu agnoscendo, quæ datur mulieri, soluto matrimonio, contra maritum, eiusve patrem ex se, filióve, natum negantem, [*siue vxorem neget, siue ex se prægnantem* l. 1. §. 11. de agn. lib. *Vt prosio agnoscat, & alter cogatur* d. l. 1. §. pen. & vlt. *Vbi sciendum, permiſsum mulieri esſe, vt denunciet viro, eiúsve parenti, intra* 30 *dies post diuortium, se ex illo prægnantem esſe.* vid. d. l. 1. §. 1. *Qui si nec ipse, nec alius, eius nomine, contra respondet ex se non esſe prægnantem, cogitur posſea agnoscere, & alere pro suo. sine hoc iudicio, neque actio necessaria est* d. l. 1. §. 4. & §. 14. *etsi suus ideo heres, & filius non efficiatur* d. §. 14. *Quin, de eo iudicio experiri potest, nō quidē cum matre, sed ipso filio. Si verò negarit, ex se prægnantem, tunc huic actioni locus* d. l. 1. §. vlt. hæc ad d. §. 13. num. 3.]. 2. Quâ inter patrem, & filium agitur. [*Quæ datur vtrique in vtramque partem affirmanti, & neganti. Secus ac prior, quæ soli mulieri. Neque ibi marito actio contra vxorem negatoria. Esſet enim inepta, & frustranea. Nam niſi denunciatum viro legitimè, vel si denuncianti, negauerit nullâ ipsi actione opus, cùm etiam sine iudicio, non cogatur agnoscere, modo non vxoragat* l. 1. §. Iulianus 12. & seq. de ag. lib. *Hic verò neganti filium esſe, aliquando actione opus est, cū nimirum tempestiuè mater denunciauit, nec maritus contradixit. Hic in dubio sanè, pro filio habetur, vt alendus sit, non tamen suus heres sit.* d. l. 1. §. 12. *&* 14. *Sed posteaquam verè constiterit, hoc scilicet iudicio à patre peracto, filium non esſe, non amplius deinde alendus. Datur quoque hæc actio matri, profilio,* leg. 3. §. 1. de ag. lib. hac ad d. §. 13. num. 4.] Sunt autem hæ actiones in rem *d.* §. 13. *Inſt. de act.* qua de re, & iure nostro; seruitute scilicet, libertate, iure patronatus, &c. aduersus eos, qui iuris eius controuersia faciendo, eo ipso, velut ademtum detinent, & pro posſessoribus habentur. Non tamen per omnia vel in totum. Ideóque *in d.* §. 13. habetur verbum *videntur*. Finis quippe differt, qui hic vnicus est, declaratio videlicet. Alter, isque præcipuus aliàs, restitutio nempe deficit, nec vlla hic eius, cum quo agitur, condemnatio. [d] Hinc *Theoph. in dict.* §. 13. Præiudicialem actionem vocat formulam, intentione solâ constantem, quæ de eâ requirat quidem sententiam, sed sine condemnatione. [*Ratio, quia iudicis sententia non debet excedere id, quod in iudicium deductum* leg. 19. Comd iu ad d. §. 13. num. 8.] Neque ideo, hæ actiones inanes. Pronunciatio enim, ad ius quidem petitum nihil refert, sed ad commoda, quę ex eo nascuntur, vt habeat actor præiudicium partium, quo vtatur in omnibus iis, quæ quandoque posſea ex iure asserto nascentur, si quando de illis controuersia inciderit, siue inter eosdem, siue alios. Et vocantur hæ actiones præiudiciales [*item vno verbo præiudicia* l. 18. pr. de prob. l. vl. Si li. ing. esſ. dic. l. 3. §. 2. de R. V. l. 37. de ag. li. l. 1. §. 2. de O. & A. ad d. §. 13. num. 5.] quia non restitutionis alicuius, sed solius præiudicij causſâ comparatæ, & ita appellatio, ex fine ducta, vti & pœnalium, & persequutoriarum. [*Præiudicium est iudicium præcedens, de re aliqua, ad sequentem causſam ita pertinens, vt priore illo iudicio de hac quoque iudicatum intelligatur. Et quo ad priorē causſam, absolutè iudicium est; quoad sequentem, præiudicium* ad d. §. 13. num. 5. [e] *non tamen ideo hæc appellationis ratio. Nam & ex gr. actio de inofficioso, præiudicat legatis, & libertatibus* l. 8. §. vlt. de inoff. *præiudicialis verò, non dicitur. Aliud exemplum* l. pens. vers. veluti si creditor de re iud. *Nec illa, quod hoc iudicium præcedere debet,* [f] *quia id commune omni causſæ maiori* l. per minorē 54. de iudic. l. 5. in final. de pet. hered. *Sed quia, nō tantum, præiudiciū adferunt, verùm etiam, huius præiudicij causſâ, instituuntur; adferuntq; præiudicium sine exceptione, etiam inter alias personas, inter quas posſea, de eodem statu quæstio inciderit. Vt duæ sint res, quæ has actiones tales faciunt, illis peculiares: Finis, quia non propter statum ipsum principaliter institutæ, alioqui inutiles, sed propter commoda, & incommoda, quæ ex eo, in causſis, de eo quandoque incidentibus: Et vis, ac potestas, vt in omnibus quæstionibus, per causſam status exortis, præiudicium, seu ius faciant, litemq; dirimant, quasi de iis quoque iudicatum sit; etiam inter personas extraneas*

l. 25. de stat. hom. Exempla l. 1. §. vlt. l. 2. l. 3. pr. de ag. lib. *Vt non locus hoc sit regula: Res inter alios iudicata, aliis non nocet, &c.* Hæc noster ad d. §. 13. 6. & 3. seqq.] DE REBVS QVASI NOSTRIS, aut alioqui, ad ius nostrum pertinentibus, quæ omnes prætoriæ sunt, DVO GENERA. I. DE VNIVERg SITATE: POSSORIA & item fideicommissiâh ria, hereditatis petitiones, h eadem recipientes, quæ i actio ciuilis l. 2. *de posſ. her. pert.* l. 2. *de fid. her. pet.* [i] ideòque petenda, *ex lib.* 19. *c.* 21. *& seqq.* II. DE REBVS SINGVLIS IV. actiones. 1. EMPHYTEVTICARIA *l.* 2. *St ag. vect.* 2. SVPERFICIARIA, *l.* 71. *in fi. l.* 74. *de R. V.* de quibus *supr. lib.* 9. [*Et hæ duæ proximæ, R ci vindicationi, & ideo notiores, nec pene quidquam differentes indeq;; omiſsæ* in §. 3. & seqq. I. de act. Don. ad d. §. 3. n. 5.] 3. PVBLICIANA, k ab auctore Publicio §. *namque* 4. *I. de act.* k in quâ l propè omnia, quæ in rei vindicatione *l.* 7. §. 8. *h. tit.* [l] de *Publ. in rem.* [QVÆ vt de eâ Don. noster ad d. §. 4. quò hîc remittit DATVR, SI RES ALIQVA ALIENA l. 1. h. t. *etiam incorporalis, vt seruitus* l. 11. §. 1. h. *cuius alienatio, non interdicta* l. 12. §. 4. *nec* m *legibus vſucapi, vetita.* [m] *Competit tamen, de eâ, quæ vſucapi nequit, quia non posſidetur, aduersus dominum, vt si prædia vectigalia, aut superficiaria, contra Emphyteutam, vel cuius superficies posſideat* d. l. 12. §. 2. & n 3. [n] TRADITA l. 1. l. 7. §. pen. & vlt. *quando scilicet, ad dominium acquirendum, traditione opus, aliàs, non* o *necesse, hoc est,* vt exemplum l. 12. §. 1. h. [o] Ex IVSTA CAVSSA, DOMINII ACQVIRENDI per voculam vſucaptum in verbis edicti l. 1. h. t. *non autem pignoris ex gr. aut precarij* l. 13. §. 1. QVALIPCVNQVE *l.* 1. & seqq. h. [p] *Quid si causſa subesse putatur, vt si quid ignorans emit à furioso? Publiciana datur, non contra furiosum* l. 2. §. 16. Pro emt. *sed,* q *extraneum* l. 7. §. 2. h. [q] BONA FIDE ACCIPIENTI, *ementine* l. 7. §. prætor 11. [r] ET IS, NECIDVM DOMINVS EFFECTVS l. 1. §. 1. [r] CASV POSSESSIONEM AMISERIT, *non si voluntate suâ, rem alienando.* [s] *Esto;* *hæc actio vtilis,* d. §. 4. I. u act. *ad ius ciuile relata:* [u] *ex cuius sententia, & ratione ducitur, quia durum est* vt d. §. 4. *non dari hoc casu* x *actionem.* [x] VT DICAT SE REM VSVCEPISSE, QVAM NON VSVCEPIT, *& ita vindicet. Quæ intentio actoris est falsa sanè, si ad verba exigatur, sin, ad effectum, & sententiam verborum congruens. Hinc,* Accurſ. *dicit actorem intendere debere, ita: Peto rem restitui iure dominij quasi vſucepiſſem per* §. 3. I. de act. *Male. Sed immò dicit actor, se vſucepiſſe, aut quasi & c. non totidem verbis, sed dicendo, quod eodem tendit videlicet, se rem bonâ fide accepiſſe, petere, vt restituatur* y y *Quo sensu Imp. scribit, actorem dicere se vſucepiſſe, effectu scilicet inspecto, quia perinde petit, ac si vſuceperit* CONTRA OMNEM posſeſsorem, *qui aut nullo iure* z *tenet, aut posſessionem post eum qui agit, nactus est,* [z] *& qui dolo desit* arg. l. 16. §. 3. de pig. EXCEPTO DOMINO l. pen. & vlt. h. *Cui, exceptio est, dominij* d. l. pen. per l. 156. §. 1. de R. I. [aa] *Sed quæ vindicantem dominum aliàs* aa *removent, eadem hîc excipientem replicatione. Quæ vel faciunt, vt iure pro domino non habeatur contra posſeſso*bb *rem, vt res iudicata* l. 24. de exc. rei iud. [bb] *& iusiurancc dum, cuius eadem vis* [cc] *, vel vt ipse, si teneret, posſessori restituere deberet, si ex suâ venditione tradidit, cum dominus non esſet.* l. 72. de R. V. *aut procurator eius voluntate vendidit, eoque prohibente tradidit* l. 14. h. t. [dd] *vel* dd *vt posſessori petenti, rem tradere deberet exemplum* l. 18. §. pen. de dam. inf. *Cui hodie non locus posſquam dominus propter vim domino priuatur, vel vt pati debeat rem apud eum manere vt transactio omniq;; pactio, vnde exceptio pacti* l. 21. C. de pact.] 4. SERVIANA seu hypothecaria etiam aduersus ipsum dominum, vbi idem iudicij exitus qui in vindicatione *l.* 16. §. 3. *de pig. vind. tr. de Pig. cap.* 11. Neque his plures actiones in rem principales. Quas namque addit Imp. *in* §. 5. *& seq. I. de act.* sunt harum species. Nam Rescissoria *d.* §. 5. est verus in rem actio rescisſâ vſucapione à prætore *de qua lib. seq. c.* 5. *lit. S. & seqq.* Pauliana autem in rem non est, nec *in d.* §. 6. proponitur [ee] , sed actio de ee pignore prætorio, species hypothecariæ, quam ideo Imp. à genere distinxit, quia ipse primus dubitationem an in hac specie detur actio sustulit. Quin & *in Cod. tit. de prætorio pignore* generalibus subiunctus.

NOTATA.

a De his quædam exactiora subnotare nunc supersedeo, a cum de quibusdam nondum satis liquent, nec quid certi constituerim. Adire potes *Renar.* 1. *var.* 18. *& libb. duob. de præiud.* (vbi *lib.* 1. *c.* 12. pudendi erroris & absurditatis insimulat nostros, qui omnes actiones, quibus status conditionisque quæstio tractatur præiudiciales statuunt. Quàm verè, alij interim viderint (*Coraſ. Hot. Mudæ. Hortenſ. & Vul. ad d.* §. 13. *I. de act. idem Vult. ad* §. 1. *I. eod. n.* 6. *& seqq. & disc. scholaſt. c.* 3. *Goth. Anton. disp. Antiault.* 3. *th.* 32. *& seqq. Duar.* 2. 2. *disp.* 2. *Loriot. de iur. arte tr.* 3. *de conſanguinitate ax.* 6. *&* 6. *seqq. Cuiac.* 5. *obſ.* 37. *Mercer.* 2. *Opin.* 21. *P. Fab.* 1. *Semeſtr.* 25. *Reiner. Bachou.* 1. *miſc. disp. c.* 2 *p.* 14. *& seq.* Itemque ad praxin materiæ *Tiraq. de Nobil. c.* 37. *num.* 1. *& seqq. ac de iure primigen. q.* 17. *opin.* 1. *num.* 27. *& seqq. Menoch. recup. remed.* 9. *n.* 35. *& seqq. Gutierr.* 1. *pract. q.* 25. *Nicol. Carbon. Practicæ lib.* 2. *c.* 9. *& lib.* 3. *cap.* 3. *Robert.* 2. *rer. iudic.* 17. *ac seq. Virg. Pingioz. q.* 43. *P. Frider. lib.* 2. *de mandat. iudic. c.* 51. *&c.* De posſessoriis præiudicialium *VVeſ. conſ.* 44. *& conſ. Marpurg.* 32. *vol.* 3.

b Et proclamare simpliciter ac coucisè dicti qui ad libertatem b *l.* 4. *C. vbi causſa stat. agi Seneca* 2. *contron.* 2. *P. Fab.* 2. *Semeſtr* 16. *pag.* 256. *ac seq.* c etiam aliis actoribus *Terent. Adelph.* 2. *ſc.* 1. *Plaut. Pœnulo* 4. *ſc.* 2. non à liberalitate, vt quidam inſulsè, sed c libertate, sicuti & artes liberales, *Merc.* 2. *Opin.* 21. *Ioan. à VVouer. de polymathiac.* 3. Vnde & liberalitas dicitur quaſi libero digna, sicuti & Græc. ἐλευθεριότης 4. *Eth. Nicom.* 1. *Tho. Sagittar. Exerc. Ethic. Exoter.* 13. *theſi* 4. *lit. B.* Planè *Renar.* 1. *de præiud.* 12. Liberales causſas à præiudicialibus act. differre contendit. Sed in his immorari non libet. d Conuenit *Hortenſ. ad d.* §. 13. Iuſta, inquit, dubitatio an sint actiones, cùm d ita agens nec vindicet quid nec sibi dari oportere intendat, sed se liberum, ingenuum, sui iuris, vel aduersarium seruum libertum filium f. esſe, nec vlla hic restitutio vnquam aut condemnatio scilicet ad restitutionem. Sed posſquam actiones videntur *l.* 37. *de O. & A.* vtri generi propiores? Act. ie rem vtique quia perpetuò sequuntur ipsum personam, [illegible] intenditur seruum libertum &c. esſe vel non esſe, tanquam rem actoris. Longiùs absunt à personalibus, quia seruus, filiusfam. libertus nil eo nomine debent, cùm in istis potestas omnes obligat. ciuilem impediat. Et libertus operas etiam debeat ex iureiur, non iure patronatus, &c. *ita Hortenſ.* †. Sanè in liberalibus iudiciis vindicias secundum libertatem vel seruitutem datas fuisse legimus *l.* 2. §. 24. *de O. I. vid. Hot.* 2. *obſ.* 9. *Turneb.* 30. *aduerſ.* 35. Quo ipso act. in rem ea accedere patet. Quicquid contra nitantur *Bodin, distrib. iur. pag.* 41. *Vult. disc.* 3. *& ad* §. 1. *numero* 6. *& seqq. & ad* §. 13. *I. de act. Val. Gail. Forſt. tract. Iuſtin. p.* 2. *disp.* 1. *th.* 3. *lit. B. & Arumæ. Exerc. Iuſtin.* 18. *th.* 8. Nam etsi non vero dominio, tamen iure quodam in rem & quaſi dominio nituntur *Giſan. ad d.* §. 13. *& ad l.* 25. *d. O. & A. n.* 6. *&* 7. dominio nempe iuris, vnde, comparatæ vindicationibus corporalium rerum *videntur* in rem *Bachou.* 1. *miſc. diſp.* 14. *pag.* 15. Pluribus *Goth. Anton. loco cit.* §. *lit. A.* e *vid. auctores* e *citatos j. lib.* 22. *c.* 9. *lit. S.* f Quomodo vult *Ren.* 1. *de præiud.* 12. non inde dici quod in iis magnum præiudicium vertatur, nec quod aliis causſis præiudicent, nec quod per illas impediatur, nec præiudicium feratur, sed quod priùs, quam causſæ ad quas per tinent, per datum iudicem expediantur. Sic esſe in manuſcripto lib. vetu stiſſ. de verb. iuris: Præiudiciales dicuntur, quæ in modum exceptionis opponuntur, & ante primam quæstionem de necesſitate terminantur. Quæ credibile est, *ait Ren.* ex Iniſconſultorum aliquibus esſe. g g Quam sanè *P. Greg.* 46. *Synt.* 7. num. 5. non prætoriam, sed ciuilem esſe contendit, vtilem ex sententiâ legis. Quia, ait, prætor non act. dat, sed dando facultatem succedendi act. communicat & veluti ad eos, quos facit quaſi heredes, prorogat. Verùm quod prætoria sit *cum nostro Oldendorp. claſſ.* 5. *act.* 6. *Nicol. Carbon. practicæ practicar lib.* 1. *c.* 4. *n.* 20.

Val. Guil. Forst. tract. Inst. p. 2. disp. 3. th. 1. satisque reuincitur *P. Greg. ex l 1. D. h. t. de poss. her. pet. pr. I. de perpet. & temp. act. ibi, quales sunt ea &c.* Daturque hæc omnibus bon. possessoribus. exceptis Carbonianis *l. 3. §. 13. de Carbon. edicto, vbi ratio Cuiac. in Par. h.* statim atque eam bon. possessionem intra præfinita tempora agnouerunt *Old. d. lo.* Etsi autem illa agnitio annalis vel 100. dierum, hæc tamen petitio, quæ non datur nisi vtili iure hereditatis iam quæsito perpetua *d. pr. I. de perp. & temp. VVes. act. ad tit. C. de pet. her. n. 8.* Nec possessorium hoc iudicium, ita vt interdicta, sed petitorium, *Old. d. act. 6. p. 858.* Et nunc quoque possessoria rectè vocabitur, cùm lege municipali alicui defertur successio, contra tenorem iuris Rom. *Old. ibid. & in tabulâ actionum p. 1104.* item cùm ex bono & æquo ei, qui iure summo non admittitur, *vt Io. Meischner lib. 1. de*
h *cis. Cam. 9. num. 6.* h Quæ datur ei cui verbo tenus solùm restituta hereditas, quæ restitutio idem præstat quod heredi ciuili aditio, *Old. cl. 5. act. 7.* Vbi autem re ipsâ restituta antea amissâ possess. intentanda rei vindicatio, *Old. ibid.* Nam etsi fideicommissarius, vt & bon. possessor sint quasi *(&* vt vulgò vtiles) domini hereditatis seu vniuersitatis, possunt tamen esse veri *(&* directi) domini rerum singularum, quæ de hereditate *Sarmient. 3. select. interp. 1. num. 29.* Confer *not. s. lib. 7. c. 14. lit. D.* Et hæc quoque Prætoria *per l. 2. h. t. & colleat: tituli & l. 1. v. post ciuiles, tit. præced.* Nam etsi de restituendis fideicomm. Senatusconsulta Pegas. & Trebell. caueriut, de act. tamen rer. persequendarum, si ab aliis derineretur, nihil iis expressum, sed id Prætori curæ fuit *Old. d. loc.* Nec placet quod *VVes. ad t. C. de pet. her. num. 11.* vult hodie esse ciuilem post exæquationem fideicommissorum cum legatis. Neque enim illi in fideicommiss. vniuersalibus locus. Vid. *not. s. lib. 8. c. 2. lit. L.* De hac act. *vid. & Raudens. decis. 28. num. 136. ac seq. & Menoch. ad p. poss. remed. 4. num. 188. &c.*
i i Quare & hæ bonæ fidei *Don. ad §. 28. I. de act. num. 38.* con-
k tra quàm *Io. Bap. Plot. de in lit. iur. §. 25. num. 10.* k Qui Prætor fuit cum Marco Iunio, *Cicer. pro Cluentio Cuiac. 19. Pauli act. edict. in l. 4. hoc tit. Vult. ad §. 3. iunct. seq. I. de act. n. 6.* Hanc definit *VVes. ad rub. C. de R. V.* quòd sit actio honoraria *l 1. h. t.* petitorij iudicij *l. 7. §. 2. h.* quâ petimus rem iure quasi dominij nostram à possessore restitui. Aliter *Vult. d. loc. n. 8. Hot. ad*
l *d. §. 4. in fine.* l Et omnia hic eadem, nisi expresè aliud statutum, *Sneidu. ad d. §. 4. n. 27.* Qui & *n. 54. & seq.* in quibus hæ act. conueniant, in quibus differant, exponit, *& Mynſ. ibid. n. 49. & seqq. add. Vult. d. loc. n. 9. & seqq. Old. cl 3. act. 3. 6. Vital. 1. var. lect. 25. num. 3. & 4.* Planè & hæc petitoria est, non possessoria, *l. 7. §. 6. h. t. Maranta Speculi p. 4. diſt. iudicio 7. n. 1.* Et datur pro quasi dominio, quod medium locum obtinet inter possess. quâ validius, & proprietatem, quâ imbecillius est, *Tauard. ad §. 2. I. de act. nu. 2.* Et ad instar proprietatis respicit *d. §. 6.* quia non habet instar eius prætoriæ in rem act. quæ nudam possess. auocat, vt hypothecaria, *Cuiac. in Paulo ad l. 2. h. t.* ideóque & arbitraria est. *Cuiac. 6. qq. Papin. 1. ad l. 84. h. tit.*
m *Menoch. 1. arb. q. 5. n. 6.* m Regula enim *l. 9. §. 5. h. t.* de his accipienda, vt in exemplis eiusdem *§. vid. Vſill. ad §. 4. I. de act. n. 67*
n *Vult. ibid. n. 23.* n Rectè. Nam & hic licet emphyteuta & superficiarius in præiudicium ciuitatis vel municipij aut qui id ius constituerunt, (vulgo domini directi,)tempore non acquirat: nil tamen impedit, quin possessor rei emphyteuticæ vel superficiei contra eum qui id ius constituitum habet vsucapiat, *Azo in Summa, ad tit. I. de act. n. 15 Vital. 1. Vra. lect. 25. num. 6. Hot. diſp. feud. c. 20. Ritterhus. Partit. feudal. lib. 1. c. 18. q. 11.* Quomodò & *Rua. 1. var. 5.* conciliat *d. l. 12. § 2.* cum *l. 15. §. 27. de dam. inf.* quod nempe horum prædiorum proprietas populi vel municipum maneat *d. §. 2.* vsus tamen & fructus longo tempore acquiratur *d. §. 27.* † Cuiac. autem *in Paulo ad d. l. 12. §. 2.* regulam *l. 9. §. 5.* latius accipit: q.d. quæ nec vsucapi nec longo tempore quæri possunt. In *d. §. 2.* non vsucapi vectigalia scilicet strictè; olim in mobilibus biennio, acquiti autem longo tempore *d. §. 27.* prædia etiam vectigalia, siue tributaria sint, siue stipendiaria. † *Ant.* verò *Faber 64. err. prag. 1.* loqui vult IC. *d. §. 2.* de prædiis, quæ verè vectigalia quidem, sed quæ emta non tanquam vectigalia, sed tanquam propria venditoris, cui tamen ea ceu vectigalia concessa. Hoc, ait, denotant verba, *si forte bona fide mihi tradita*, id est, si empta traditáque acceperim, ignorans esse vectigalia; vbi vsucapio quidem impeditur, non ob defectum bonæ fidei, sed rerum qualitatem, quæ vsucapi nequeunt suâ conditione, nisi municipum negligentia causſam det vsucapioni, *vt. d. §. 27.* Aſt Publiciana datur, quia ratio quæ vsucapioni obsistit, hic cessat. Non enim vitio possidentis, odióue eius inhibetur vsucapio; sed solo fauore ciuitatis, quam periclitari non oportet ex facto & negligentia conductoris, si is vel vendiderit, vel ab alio possidere passus fuerit; annua tamen canonis præstatione non omissâ. Nam si omissa ea, negligentiâ municipum in exigendo vectigali, iis imputatur *d. §. 27.* Ita *Faber.* Qui & in hoc differre vectigalem ab emphyteuta statit, quòd ille liberè vendat, nec res ab eo auferri possit, quamdiu vectigal siue ab ipso, siue ab. emtore penditur. Sed hæc alterius loci, illa tuo iudicio relinquo: ipse non nimium eis tribuens. † Equidem quod è diuerso sentit Faber *64. err. prag. 3.* si quis emerit fundum tanquam vectigalem, nec Public. dari, neque etiam actionem de fundo vectigali, eo quòd hic non sit vectigalis, probari non potest. Ita namque emptorem bonæ fidei omne remedium destitueret, quod durum est. Et quidni detur Publiciana non ad fundum, sed ad ius fundi: seu vt is peratur, non perinde ac si ceu proprium vsuceperit actor sed ceu vectigalem, † In superficie quoque Publicianæ locus *d. l. 9. §. 3.* Atqui nunquam dicitur sine solo capi posse *l. 26. l. 39. de vsucap.* & nec superficiei dominus est superficiarius, *vt s. lib. 9. c. 17. lit. G. p. Horten. ad l. 13. §. 3. de pignor.* vult mò vsucapi posse *per d. l. 12. §. 3.* Et intelligit *d. l. 26. cum Accursio* de superficie dominio iuncta ac cum eo confusa, non de separata & alij constituta. Rem non expedit. † *A. Fab. d. err. 3.* etsi superficiarij vsucapioni mera iuris ratio obsistat, quia tamen idem fauor bonæ fidei possessoris, ideò & hic Public. dari, si quis emat rem superficiariam à non domino, quem dominum putabat. Quòd si ab illo emerit, quem superficiarium credebat, bonâ fide, cum non esset, Public. locum esse negat. Quia non potest esse, vt, quod bona fides in vsucapione requirit, se dominum credat, qui putat auctorem superficiarium, qui nec dominus est, nec esse potest quamdiu talis. † Verùm puto probabiliter dici, quod & tunc si à superficiario quem esse putabat superficiem quis emerit, vsu longi temporis quasi dominium seu ius superficiei acquiratur, saltem aduersus verum superficiarium & in eius præiudicium, *Vital. 1. var. lect. 25. numero 6.* (vt ita *d. l. 26.* exaudiatur de vsucapione superficiei contra dominum soli, qui superficiem alteri constituit.) Ergo & eid. si tempora nondum impleta, Public. datur ad vindicandam non rem aut solum, sed superficiem, seu ad rem ceu superficiariam, o Etsi enim vulgò easdem hic quas o
ad vsucap. perficiendam conditiones requirant. Vnde quinque huius act. requisita referunt, *de quib. Sneiduin. ad §. 3. iunct. seq. I. de act. num. 35. & seqq. Nicol. Carbon. Practica lib. 1. c. 2. n. 1. & num. 4.* Quomodo & *Hot. in Epitom. D. h. t. num. 3.* Tria hic, ait, concurrant oportet: Traditio ex iusta causa, bona fides, & vsucapionis initium; quamuis momentaneum, *l. 12. §. vlt. h. t.* Traditionem autem etiam fictam sufficere tradunt *l. 9. §. 2. & 2. h. t. Mynſ. ad §. 4. I. h. t. num. 55.* Hinc & ex constituto possessorio hanc act. dari volunt, *Tiraq. de iure constit. possess. p. 1. n. 16.* Rectè tamen *VVes. ad rub. C. de R. V. n. 14.* quod hæc actio ad traditionem & vsucapionem restringenda non sit; cùm & iis qui ex alia causa possident detur, *vt l. 7. §. 7. hoc tit. l. 18. §. 5. de dam. inf.* Hinc Vlp. *l. 1. §. vlt. h. tit.* quæst. mouit, cur traditionis solùm & vsucap. edicto mentio facta. Cui eum respondisse probabile est. Sed Resp. illam non habemus, quia nec integra Iurisconsultorum responsa, *vid. Oldend. cl. 3. in defens. rei sub. fin.* Immò edicto solius emtionis factam fuisse mentionem colligit *Cuiac. in Paulo ad l. 2. h. t. ex l. 3. l. 7. §. 11. & l. 8. h. t.* ad alias tamen causas porrectum *l. 2. & seqq. h. t.* Ex quacunque igitur causa dominium citra traditionem & possess. acquiritur, vt rei vindicatio detur, ex iisdem etiam citra eandem causſa dominij & ius dominio finitimum, quod Publicianam parit *vid, Oldend. d, act. 3. in Practica n. 3. Vital. 1. var. lect. 25. num. 7. Mynſ. ad §. 4. I. h. tit, num. 33.* qui tamen sibi contrarius ferè, dum *num. 55.* apprehensionem tamen possess. sine vitio exigit. Causſa, dico, dominij seu titulus. Neque enim ea semper possessioni cohæret, sed sæpè præcedit, & abscedente possessione manet. Quare legatario, ex gr. liberum erit, an rem legatam, si fortè ab alio teneatur, ciuili, an hac prætoria actione petere velit, etsi nunquam antea possederit *per d. l. 12. §. 1. & regulam l. 7. §. 8. h. t. & Fac. l. 15. h. t.* Quid enim si non consultum sit rei vindicatione experiri, si nec expedita probatio dominij defuncti sit legatario. Non enim audiendi qui in casibus his possess. nunquam apprehensa, Pulicianam non posse intentari ex persona agentis, sed ex auctoris sentiunt, & *d §. 1.* ita exaudiunt si & defuncto fuerit ius exercendæ Publicianæ, & post mortem eius possessio ad tertium venerit, hereſque vel legatarius ex persona testatoris experiatur *Sneiduin. ad d. §. 3. n. 3. & 7. Menoch. adipisc. possess. remed. 4. nu. 601. & seq.* Quod facilè refellitur. Nam *1. d. l. 12. §. 1.* indefinitè concepta, tot subauditiones non admittit, scitumque est ne distinct. lege ipsa non proditam nos comminiscamur: 2. Accessionibus possess. ad vsucap. implendam ex persona auctoris nos vti non inconcinnè dicemus. Aſt quod heres, vel legatarius act. vllam ex persona defuncti exerceat vix apposi-

tè

rè dicetur. Ex persona alterius agit; cuius actio non est propria. Vt cuiusnam magis quàm heredis, vniuersi iuris successoris. Experitur sanè Publiciana iure hereditario, quia in eius incommodum vergat, sed eius solùm, qui ipse minus vel nihil iuris habet, collatus actori, *ita post Iaſ. in §. 3. I. de act. numero 77. & numero 86. Sneiduin. ibid. numero 59. Menoch. recup. poſſ. remed. 16. numero 12. & seq. Io. Bapt. Aſin. de Exſecut. §. 7. cap. 81. poſt plures relatos Gilken. de præſcript. 2. memb. p. 2. cap. 7. num. 31.* † Bona fides autem solius emtoris (ex. gr. idem in alio) continetur, *vt l. 7. §. 13. hoc t.* Quare non nocet mala fides actoris, vt ne quidem heredi dolus defuncti; *d. l. 7. §. 12.* (etsi hic contra sit in vsucapione, vt s. *lib. 5. cap. 20. in fin.*) Iure enim fieri potest, vt ficuti quandoque dominium transfert qui ipse non habet, ita & causſam dominij *l. 46. de acq. dom. 6. Old. cl. 3. act. 3. q. 3.* Neque id iure nouo correctum *poſt auct. malæ fidei C. de præſcr. long. temp. Nou. 119. cap. 7.* vt malè quidam voluerunt, contendentes hodiè Publicianam exerceri non posse. Quos refellit sanè *Oldend. d. act. 3. in defens. rei. pag. 339.* (& iisdem verbis ex eo eo non laudato, more non laudando, *Mynſ. ad d. §. 4. num. 30.*) sed ita, vt tamen iis nimis largiri videatur, dum sic locum dat hodiè actioni huic Oldendorpius, si mala fides auctoris, opposita petitori ab aduersario, non appareat, vel iudici satis non probetur. Vt ita non bona fides auctoris probanda sit actori, sed contrarium reo. † Rectiùs qui nullam hic quoque mutationem agnoscunt. Nam *d. auct.* non tollit præscriptionem in casibus de quibus loquitur, sed in longius tempus differt, *Sneiduin. ad d. §. 4. num. 43.* Et hic quoque rationi superiori diuersit. locus, vnde nec iure Canon. aliud dicendum videtur. Quod & menti *auctorum antecitatorum* conuenire reor. Hoc ampliùs bona fides auctoris efficit, vt successori detur hæc actio, etsi ipse dolo non careat *d. l. 7. §. 12.* Quod de herede ac successore vniuersali accipit *Mynſing. ad d. §. 4. n. 27. & fac. ea quæ, 5. lib. 5. c. 20 ante lit. K.* Tentari potest idem esse in singulari cum *d. §. 12.* indefinitè successorem vocet, & is maximè successor qui in rem, *vt s. d. c. 20 ante lit. A.* Sed de hoc alio & loco & tempore. Planè vti superiori casu cautio ne de mala fide auctoris confiteatur agens *Sneiduin. ad d. §. 4. n. 43.* sed si reus ea obiecta se defendat, eum audiri non debere, nec ad probationem admitti contendat. Ita hic, opinor, tutius facier successor, si intentionem suam in titulo suo, & iure hereditario, ex. gr. ac bona fide auctoris fundet, & de his fidem faciat, non autem malam fidem suam agnoscat, obiiciente eam aduersario (quis enim æquus iudex huic reum condemnabit) sed ad probandum eam illum non admitti debere dicat. †Quin & *Old. d. act. 3. in defens. rei.* censet except. malæ fidei petitoris non ab alio reo obiici posse, quàm cui ipsi ius aliquod in re, quia aliàs sit exc. de iure tertij cui replicare possit actor, *habeo rem quæ ad te attinet bono iure, arg. l. 4. §. pen. Si ſer. vind.* Quod tamen asserere nolim. † Cæterum alleganda hic est bona fides petitori, non autem probanda, cum ex causſa seu titulo, qui probandus, inferatur ac iure præsumatur, etsi tamen iuramento actoris probandi velint *Oldend. d. act. 3. pag. 336. vid. Sneiduin. ad d. num. 48. & seqq. Mynſ ad §. 4. eod. n. 58.* At *VVes. ad tit. C. de R. V. n. 48.*
f nec allegationem necessariam concedit, etsi vtilem esse fateatur. f Hinc pernicioſus plurium error, vero domiaio Publicianam negantium, & *per. d. l. 12. §. 1. & d. l. 18. de pignor. d. §. 4. Inſt. de act.* & quia, aiunt, non aliis hæc actio, quàm qui vsucapere potest. Dominus autem rem suam nequit. Et cui iure ciuili satis prouisum directa act. non est quod ei Prætor subueniat. Denique quod hæ actiones sibi inuicem aduersentur *ita Vital. 1. var. lect. 25. num. 8. Sneiduin. ad §. ſed iſta 3 iunct. seq. I. de act. num. 24. & seq. Vult. ibid. n. 11. & n. 20. ac Gifan. & Harpr. n. 15. Valent. Guil. Forſt. tract. Inſtitin. p 2. diſp. 3. th 4. lit. B.* Quem errorem conuellit *Oldend. cl 3. act. 3. paſſim, & Mynſing. ad d. §. 4. n. 38. & seqq.* Nos eiusdem radices ac fibras omnes amputabimus. Ecquodnam vero domino, si probatio dominij, quæ ferè semper in difficili est, non suppetat, rei persequendæ etit remedium, si non hoc, Siquidem nec interdicto recipere possess. poterit, si casu amiſit. Annè vel omne ei remedium abdicabimus, & ex ea ipsa causſa hanc actionem negabimus, quod plus iuris habeat, quam daremus, si minus iuris haberet. Vel scientem mentiri cogemus, si hac intentata necesse habebit dicere aut se dominum non esse, *vt Accurſ. vult. & Iaſ. ad d. §. 4.* aut se ambigere vtrum sit dominus, *vt poſt Ang. Sneiduin. ad d. §. 4. n. 45.* Quorum illud insulsum, *vt rectè Oldend. d. lo. p. 337.* vtrumque vaniſſ. & falsiſſ. est. Cum immo ex conditione bonæ fidei sit, & sic agenti necessarium *l. 13. §* 1. *h. tit.* vt se dominum esse credat. An nō autem tantò magis credit, quantò minus dubitat. Vindicatio ciuilis vti ex parte agentis exigit dominium, ita prætoria hæc causſam dominij, id est, titulum, bonam fidem & traditionem

tionem auctoris, (nisi in casibus quibus hæc non necessaria *vt s.lit. O.*) Fac iam dominum verum, qui vel non certò scit quod sit dominus credit tamen (quid enim si auctor à quo accepit verè dominus fuit, sed de illo successori non satis liqueat) vel certò scit sed probare nequit (pone instrumenta vnde possessio longiss. auctoris & consequenter vsucapio constabat, perdita esse, testes qui de eâdem illi priuatim fidem fecerant, obiisse) vel probare etiam potest, sed eam molestiam, moras item Iudicij, quod longissimè extrahi sic soler, cuitare satagit; Iudicio sic intendere. Fundum Sempronianum, quem tu possides, me à Seio venditum bona fide accepisse (aut mihi testamento Seij legatum) aio. Eum mihi restitui, Iudex, peto. Quæ vera formula est vid. *j. lit. Y.* Intentione hac firmata, quid est quod actorem ex persona sua submoueat. *Annè* reus eum repellet dicendo: At tu dominus es, ideo non hac act. experiri debes, sed alia. Ita sanè *Accurs. in gl: magnâ §. 4. I. de act.* his verbis: in ea (*Public.*) obtinebit, nisi aduersarius probet actorem dominum huius (*rei*) fuisse. Quod si probet, dabitur ei rei vindicatio. Qui enim Publ. succubuit, non repellitur à rei vind. directa. Absurdè dicit *Accurs. probet* item *succubuit*. Qui enim probatio huius rei exigetur à Reo. Nónne is, confitendo dominium *actoris*, *malitiam* ipse suam prodit, & quod nulla sibi causa restitutionem vel negandi vel remorandi? Qui succumbet Publiciana, qui confessione aduersarij intentionem suam non modo impleuit, sed quid amplius? Non enim quæ abundant vitiant. Falsis. quippe est, quod toti errori causam præbuit, act. has origine pugnantes esse, cùm potiùs veldè affines sint origine medio & exitu, alteráque alterius supplemento perficiatur, *vt Oldend. d. act. 3. p. 326 & seq.* & maioris minorisque ad inuicem rationem habeant, vt sicuti cui aureus est, eidem & grossus; ita &c. *Oldend. ibid. pag.* 332. Sicuti & heredi ciuili bonorum possessio datur §. 1. *in fin. I. de bon. poss.* At ius bonæ fidei possessoris non aduersum est dominio, sed affine, finitimum. *Annè* initio reus repellet actorem, quasi non rité (& vt vulgò formiter) intendat. Sanè si formulas *gl. d. loc.* sectamur id dicendum. Itaque agere oportebit: Fundum &c. à Seio nō domino, vel, quem dubito an fuerit dominus, venditum accepi. Eum restitui, iure quasi dominij, perinde ac si vsucepissem, peto. Ast hac ratione iura, quæ mendacia coercent, dominum aut mentiri scientem cogerent, aut oneri difficillimo probandi vsucapionem, dominúmve adstringerent, ob id ipsum quia dominus. Qui non adstringeretur si dominus non foret. *Iungenot. j. lit. Y.* Hinc facilè concidunt rationes aduersæ. Nam illa verba: *nec dum dominus d. §. 4.* & similia refereada ad casus crebrò contingentes, non autem ad opinionem accipientis, rem & intentionem petentis, quasi actio hæc in eo fundetur, quod non sit dominus, vid. *Old. d. act. 3. pag.* 325. *& p.* 338. Nec verò ex certitudine naturæ, cui omnia cognita, sed ex eo quod est in vsu & foro, & ad hominum captum, actiones æstimandæ *Old. ibid. pag.* 332. Sic quod *d. l. 1. §. 1. h. t.* habetur in casu inuentionis verum, est quia ad id prodita Public. vt quasi domino subueniret *Mynsi. ad d. §. 4. num.* 41. ac illa *si vsucaptum est d. §. 2.* accipienda: si idem constem, aut si id proband, in se recipiat & intentet actor. Tunc enim Publicianam non ritè intentat, non quia huius intentio illi intentioni contraria, quin imò illa huic consequens esse potest, sed quia tunc iure ciuili communi satis ipsi consulitur. *add. Old. d. act. 3. p. 324. VVes. ad tit. C. de R. V. num.* 45. *in fin.* Vnde nec has act. coniunctim proponere licebit. Tametsi, ex quo vsu fori cumulatio actionum frequentari cœpit, inde & rei vindicationem ac Publicianam eodem libello proponi non temerè inualuerit, sed disiunctim, vnde formula hodie vulgaris: Peto declarari rem iure dominij vel quasi ad me pertinere *Oldend. d. act. 3. pag. 356. Sneiduin. ad §. 3. I. de act. n. 61. & seqq. Mynsing. ad §. 4. eod. n.* 62. *& seq. Gail. 1. obs. 62 n. 5. VVesenb. ad tit. C. de R. V. n.* 45. *Bronch. 1. aff.* 76. *Busius ad l. I. h. t. per c. abbate 3. de re iud. in 6.* Vbi dominio probato sententia ferretur, qualem rei vindicatio exigit, non probato, qualem hæc actio, quod iudici animaduertendum *Oldend. d. loc. p.* 337. Confer *Gæd. ad l. 28. de V. S. num. 6. & ad l. 124. eod.* Sic nec arg. à contrario sensu *ex d. l. 18. de pign.* valet de quo t vid. *Mynsi. d. loc. n. 42. & seqq.* t Etsi ad id metu vel dolo inductus, quia & is vtcunque voluit, *Oldend. cl. 3. pag.* 333. *Forst. tract. Iust. p. 2. disp. 3. th. lit. C.* u Directa autem ad edictum Publicij relata *Oldend. cl. 3. act. 3. p. 327. add. not. j. lib. 21. c. 2. lit. G.* x Quam duritiem scitè explicat *Donel. noster ad d. §. 4. n. 13 & Oldend. cl. 3. pag.* 326. Hinc bonæ fidei possessor sæpè dicitur domini loco, & vocatur dominus *l. 32. de vsucap. l. 84. de furt.* Meritóque iure domini fruitur quoties res est cum alio quàm cum domino, quia æquius est illum rem recipere, quã alium eandem tenere. *Cuiac. in Papin. ad l. 14. h. t. Vult. ad §. 3. & 4. l. h. t. num.* 12. y Atque hæc aptissima pariter ac simpliciss. huius act. formula, firmata s. *lit. S.* Non quas *Accurs.* & alij comminiscuntur. Vnde hanc intentans nihil falsi, nihil, fictitium dicere necesse habet. Nedum eum mentiri oporteat, *vt Speculator voluit.* Et ferè *Cuiac.* qui 2. *Feud. tit. 20. & 14. qq. Papin. in l. 15. §. 1. de inoff.* falsas expositiones ac titulos in foro recipi, Ac dari iniquæ actioni colorem scribit. Sæpissimè nos vti in foro falsis narrationibus ac titulis. Quæ certè supina & crassa locutio, ansam præbet facilè calumniandi augustiss. iuris scientiam, alienis ab eâ auctoribus. Qui & alias sæpè verba captando, nec quâ mente dicatur attendendo Iurisconsultos nostros carpunt immerenter. Exemplo sit *Ioan. Passerat. præfat. in libb. Cic. de ll.*† Non tam scitè se expediunt qui actori dicendum volunt *se quasi vsucepisse*: itaq; à mendacio vindicant, quia vocula *quasi* fictionem & similitudinem denotet *Azo in summâ ad tit. Inst de act. n. 26. Vult ad §. 3. & seq. eod. n.* 21. Sed nec in iis assentior qui rem ab eo ceu suam & à se vsucaptam peti volunt, *vt Cuiac. in Paulo ad l. 2. h. t. Gisan. in d. §. 4. & Hot. ibid.* quia, inquit, eius est, si non pleni dominij, tamen bonæ fidei ratione & tituli ac vsucapionis inchoatæ. A quibus non alienus videtur *Oldend. cl. 3. act. 3. p.* 325. qui nuda facti superficie hic mendacium apparere, iuris auctoritate non esse, cum actor dolo nil asserat, nec animo fallendi sed vt ius suum persequatur. Neque tamen dico omnem fictionem hic abesse. Sed nulla fictio est in sermone agentis, verùm in ipso iure prætorio, quod vel momento inchoatam vsucap. *l. 12. §. vlt.* habet pro impletâ *Vult. d. n.* 21. Vbi nihil suppletur in facto & qualitate possidendi, bonâ fide &c. sed in iure vsucapiendi *argum. l. 48. §. 1. de acquir. do., Oldend. d. loc.* Fingere enim legis est, & vt scitè *Corn. Fronto.* Fingere artis est, vt mentiri fraudis, *Curt. 3. Comi. ad fr. 13.* z *ita noster ad d. §. 4. n. 13.* Receptiss. tamen vulgò est Publicianam non dari contra possessorem nouiorem, si & ipse bonam fidem ac titulum habet, nisi ab eodem causam peritor habeat tum *per l. 9. §. 4. h. tit.* tum quia possessio iuncta titulo fortior sit nudo titulo *Sneiduin. ad §. 3. & seq. I. de act. n. 28. Old. cl. 3. act. 3. p. 330. Vasq. 2 ill. contr. 70 in §. Petr. Barbosa ad alienam 1. ipsi 12. D. Sol. matrim. num. 45. Curt. Iun. cons. 177. n. 2. Menoch. recup. poss. remed. 15. n. 19. VVes. ad tit. C. de R. V. n.* 17. Quod tamen declarant modo & huius titulus sit iustus, causam dominij præbens, veluti titulus pro herede *de quo tit. D. Pro herede.* non autem qui *tit. de Petit. her. Oldend. d. loc. & Sneiduin. n.* 32. Confer *s. lib. 5. cap.* 14. nec in fraudem agentis procuratus *Sneidu. num.* 31. *Oldend. & VVesenb. d. loc.* & de eo appareat. Aliàs vel ex eo solo quod antiquior possessio titulata, nouior clandestina censetur *ait Barbosa d. n.* 45. Quidam etiam vbi petitor ex causâ onerosâ tenuit, act. hanc contra nouiorem possess. ex titulo lucrativo concedunt, quod potior ratio esse debeat damni euitandi quàm lucri *Vult. in d. §. 3. & seq. 1. de act. numero* 18. *poss Vsil ibid. n.* 23. *& Forst. tract. Iust. p. 2. disp. 3. th. 4. lit. D.*† Verùm hoc omne etsi non temerè ab interpp. statui videatur, eorum tamen magis auctoritate quàm ll. veritate iurisque ratione nititur. Quod & *VVes. ad tit. C. de R. V. num.* 47. sentirene & priora, quæ *numero* 17. veluti corrigere videtur. Nam *d. lex. 9. §. 4.* loquitur de casu quo alteri emptori res plenè nō tradita per verba, *qui tantùm emit.* Ac imò 1. ratio eo ipso quod prior possessor bonæ fidei & cum titulo dominus à prætore fingitur, posterior, etsi rem teneat, contra illum fingi nequit, ne duæ fictiones contrariæ in iisdem personis concurrant. Et fictio extremum habile requirit, *fusè Ale. ad l. si is qui 15. de Vsucapi.* Quare posterior hic possessor fingi quidem & ipse potest dominus, sed contra eos qui post se venient. Aliàs (3.) fortior quoque erit fictio in casu ficto quàm veritas in vero *contra l. 19. §. pen Locati l 8. §. vlt. de opt. leg.* Nam nec verus dominus excep. dominij vtiliter obiicit ei contra quem actionem efficacem non haberet, *vt j. h. cap. ibi: Sed quæ vindicantem.* Adhæc (4.) semel quæsitum priori quasi dominium ac iis possidendi (quidam dominium possess. vocant) illi sine facto suo & culpâ, quæcunque bona fides sit posterioris, adimi nequit. Nisi dicas regulæ *l. 11. de R. I.* in iis quæ iuris prætorij, locum non esse: quod non probabis, nec persuadebis. Sed nec (5.) ex auctoritate prætoris est, vt quem semel loco domini habuit, eundem rursus restituat. Accedit (6.) quod *l. pen. h. tit.* except. *iusti* dominij obiiciendam dicit. Hanc quomodo obiiciet posterior priori: Immo (7.) quam aliam obiiciet? Neque enim regulæ *l. 156. §. 1. de R. I.* æquitas eum tuetur, cum non possit dicere se, si actor possideret, contra illum actione experiri posse. At *d. l. 156. §. 1.* est de excep. contra eundem danda, contra quem foret actio. Neque enim ex, gr. cui actio ex vendito contra Seium, eidem excep. rei venditæ contra Caium, cui actio spolij. vel, interdictum contra Titium, ei exceptio spolij contra Mæuium

uium &c Ei igitur exceptionem obiicit possessor, contra quem si ille possideret ageret. Ageret autem vtique non contra antiquiori, sed nouiori titulo præditum. Vti nec (8.) absonum forte quod *VVesen. d. n.* 57. Publicianam inniri præsumto dominio ex antiquiore possessione. Quod si ita est hæc præsumtio à nouiori possessore non nisi contraria probatione sui dominij elidetur. Et hæc ita certissima reor. Contrarium autem receptum est tametsi nullo iure. Quo vsu fori facilis cautio commentitio titulo eludendi hoc iudicium. Nam posterior possessor qui nullo iure tenet Publicianam timens aut præsagiens, procurare potest antea simulatum instrumentum emtionis, subornare, qui vendidisse se tanti vel tanti dicat. Nam etsi tradant procuratum titulum hunc non prodesse vt s. etsi item verissimum sit hunc esse in mala fide. Ex alia tamen doctrina Dd. facilè malignus hic possessor euebitur, cum ipsi satis sit bonam fidem allegare, & actori contrarium probandum incumbat, quæ probatio plerunque difficillima. Ast si rationi iuris hic in iudiciis sua constaret auctoritas, omnis ansa tali commento & vafritiei aa præcisa foret. aa Et fac. *l. 173. §. vlt. de K. I.* Nequa enim Prætor iuducere debuit beneficium in dominij iniuriam, eive suum auferre. Et æquius est tueri dominum quam possessorem bonæ fidei *d. l. vlt. Donel. ad d. §. 4. numero 15. Vult. num. Sneiduin. numero* 34. *P. Fab. 2. Semestr 17. pag.* 281. Apparet autem hinc actionem tamen ipso iure consistere & opponi except. necesse esse *Sneiduin. d. numero* 34. *Oldend. cl. 3. act. 3. pag.* 333. Proditaque videtur hæc dominij exceptio contra hanc actionem peculiariter. Namque in aliis, vel non necessariam, vt in rei vindicatione, vbi contra vindicatio non exceptio propriè est, neque vt *VVes. ad tit. C. de R. V. num.* 56. *& num.* 84. vult, illius species est hæc exceptio, vel ei locum non esse puto. Tametsi multum Dd. disceptent, quando remediis possessoriis opponi possit, vt *Menoch. bb passim. Lang. de Exc. p. 3. c. 24. add. not 3. lib. 12. c. 2. lit. C.* bb Quam & de Publiciana rectè exponit *VVes. ad tit. C. de R. cc V. num.* 57. *& Old. cl. 3. act. 3. p.* 329. cc Obstare videtur *l. 7. §. 7. in h. t. vid. Ves. d. num. & Mude. ad §. item si 11. I. dd de act. num.* 24. *& seqq.* dd Cuius tamen decisio dubio non vacat vid. *Cuiac. d. q. Papin ad d. l. 14. Oldend. cl. 3. act. 3. p. 328. & seq. Forner. 3, Select. 6.* Retert & *Cuiac. 10. obs. 6.* casus quibus hæc exc. replicatione doli, vel in factum elidatur exstare in *l. 63. de R. V. l. 31. Ex quib. c. mai. l. 57. Mand. ee add. l. 28. de nox. act. Mercer. in l. 18. de pign. num.* 14 ee Quod *Don. ad d. §. 6.* non friuolis argumentis firmare nititur. Quem sectatur *Val. Guil. Forest. tract. Iust in. p. 2. disp. 3. th. 6.* Occurrit ei ex parte *Gisan. ad l. 25. de O. & A. num. 29. & seqq. & Anton. Matth. ad d. §. 6.* Ego ne hic prolixior sim, litem hanc meam non facio. Vid. modo *Iust. Meier. Endox. Iustin. decade 1. cap. 3.*

CAPVT IX.

Actio ad exhibendum.

ET tot sunt actiones in rem principales quæ propter se expetuntur. SVPEREST VNA, QVÆ a VIAM AD ALIAS MVNIT a AD EXHIBENDVM, propter superiores inducta. *l. 1. h. t. ad exhib.* de qua expositis illis ceu directis. Sic enim eodem sensu, quo principales vocantur directæ *l. 3. §. 13. l.* b *17. h. tit.* QVÆ quod IN REM sit probatur. b 1. Quia aduersus possessorem vel qui dolo desiit vt *j. lit. Z.* c 2. Quia non in personam. Nam desunt huic c tria illius requisita: 1. Origo & causa, ex facto obligatorio. Hîc autem reus eo ipso quod possidet, nec contraxit, nec quasi contraxit, nec deliquit vel quasi. dd 2. Perseuerantia. Quia ea tenetur nullo facto suo, nisi solutione liberatur. *l. 23. l. 91. §. 3. de V. O.* Hîc reus liberatur alio facto, si scilicet ante litis contestationem sine dolo, vel post eam sine culpâ, possidere desiit. *l. 7. §. 3. l. 9. pr. h.* e 3. Transmissio ad heredes; Omnes enim dantur heredi, quæ hîc nulla *l. 11.* f *§. vlt. h. t.* Sed nec mixta est f tum quia mixtæ nullæ sunt, vid. *supr. lib. 19. c. 2. lit. G.* tum quia nihil omninò habet actionum in personam proprium. Obi. At vocatur hæc personalis actio *l. 3. §. 3. h. t.* Respondeo: Non quod in personam sit, actioni, in rem oppositæ vt sumitur *l. 8. Cod. de pig. l. vltim. Cod. de O. & A. & simil.* Sed quod personæ cohæreat, cumque eâ extinguatur, quo sensu vocula personalis in *l. 8. §. 4. de lib. leg. l. 13. Sol. matr.* Quia scil. nec heredi nec in heredem datur *l. 12. §. vlt. h.* quod maximè conuenit actioni in rem. Quin & hoc modo actio in rem dicitur personalis in *l. his solis 7. C. de reuoc. do.* g Ergo *per l. in ambiguâ 19. de ll.* CVIVS VSVS g NECESSARIVS *l. 1. h. t.* Etsi enim nuda exhibitio & conspectus rei domino nihil profit. Sine eo tamen actio sæpè aut exerceri non potest, aut non vtiliter *l. 3. §. 11. l. 9. §. 5. h. t.* h Estque hæc præ- h cursio quædam subseruiens actionibus principalibus fundandis vel vtiliter exercendis. DE HAC ergò, vt de aliis DICEMVS. 1. Cui? Non tantùm domino *l. 3. §. 1.* sed OMNI CVIVS, quacunque de causâ, INTEREST. Quæ causa huius actionis habetur in *l. 13. §. 9. l. 13. l. pe. h.* seu, vt explicatè Neratius *l. 3. §. 11. in fin.* qui iustam & probabilem causam habet actionis propter quam exhiberi desideret. i i Id est, QVI HABEAT ACTIONEM VEL PRÆSENTEM, quæ aliàs vtiliter exerceri nequit. Cuiusmodi tres sunt: 1. Actio in rem qualiscunque *l. 3. §. 1. h. t. verbis propter vindicationes.* k Adeò vt si k plures eiusdem rei nomine diuersas actiones habeant, vindicat. rei, vsus fructus, pignoris, Publicianam, eodem tempore aduersus eundem hæc experiri possint *d. l. §. 12.* Etsi alieno nomine habeat vt Procurator *l. ad rem 56. de Procur.* & qui pro libertate alterius sine mandato acturus *l. 12. pr. h.* Vtilitas exhibitionis hic non vt designari possit res, quia & qui hac experitur designationem certam adferre debet *l. 3. pr. h.* l Sed in specie quoque certâ suo nomine l & loco designatâ duo præstat: Vt norimus qualis res sit, ne si inter moras iudicij deterioretur, non agnoscatur vitium secutum: & quanta; ne imminui damno actoris queat. Quæ vtilitas in rutis cæsis; fimo aut alio aceruo in alieno congesto, naue tempestate in alienum delatâ; glande quæ in alienum decidit, de quibus in *l. Celsus 5. §. 2. 3. 4. l. 9. §. 1. hoc tit.* Absque hac esset multa possessor directo iudicio victus mentiri posset, ex. gr. nauem fractam fuisse, tabulas eius non alias quàm quas nunc restituit &c. 2. Interdictum *l. 3. §. 5. & §. 11.* ast non omne, sed vbi idem periculum eiusque amouendi necessitas, vt quod legatorum, vnde vi, (de mobilibus) de Precario, m m de glande legenda *l. 9. §. 1. h.* Non verò quod de rebus ipsis exhibendis, vt de libero homine exhibendo de liberis exhibendis, *l. 13. h.* vbi ratio propria, item de tabulis exhibendis. Ratio communis, quia hæc actio non datur nisi gratiâ alterius exsequendæ. Atqui sic præparatoriâ idem consequi daretur, quod ea ipsa cuius gratia competeret. n 3. Actio ex maleficio ser- n uorum duobus casibus. 1. Si noxali act. experturus nescit designare eum seruum qui nocuit *l. 3. §. 7. h.* Quod speciale contra *d. l. 3. pr.* o tum ob ignorantiam o actoris qui cum noxio nihil contraxit, tum ob odium delicti 2. Si de maleficiis plurium criminaliter agitur exhibendus est quem actor nouit, vt consciosindicet. *l. vltim. D. l. 2. Cod. h. t.* p VEL CER- p TO IVRE SPERATAM, id est, quam re exhibitâ habiturus aut statim, aut postea si velit. Vbi non tantùm vtilis, vt in priori genere, sed & necessaria exhibitio. q Vt 1. in rebus nostris, quæ alienis iunctæ illis q cedunt, nec vindicari possunt, nisi separatæ *l. gemma l. 6. l. 7. hoc tit. l. 23. §. item §. de R V. 2.* in pluribus rebus si vna ex iis legata mihi quam optauero *l. 3. §. 6. h.* aut quam Titius elegerit, ex eadem ratione. Qui verò nullam actionem nec præsentem nec speratam habet, cuius exsequendæ gratiâ hanc intentare vult, act. hac experiri nequit, etsi alioqui eius interfit *l. 3. §. 11. h.* Vt si actor aduersarij rationes sibi exhiberi velit

l. pen.

r *l. pen. h.* r aut ſtudioſus libros alienos, vt ex illis doctior fiat *d. l. pen.* Non obſtat quod generaliter dicatur dari ei cuius intereſt *l.* 3. §. 9. *l.* 13. *h.* Nam vt Reſp. Iuriſconſult. Paulus in *d. l. pen.* non oportet ius ciuile calumniari, neque verba captari &c. quaſi dicat. Tametſi ex vi verborũ propria videri poſſit dictis caſibus intereſſe; per definitionem eius quod intereſt *l.* 15. *Rem rat. hab.* hæc tamen legis ſententia; cuius propter actionem aliquam ſuam intereſt. Sicuti quoque dicta definitio ſic accipienda *ſi quidabeſt* de noſtro ſcilicet *ſi quid lucrari potuimus* ex re noſtrâ non ex alienâ ſine vllâ iuſtâ cauſsâ. Quod enim inde captamus lucrum iniuſtum eſt, cuius nulla æſtimatio argum. *l.* 6. & 7. *Quod met. ca. l. Proculus* 26. *de dam. infr.* Vna tamen ſpecies, in quâ vtilis hæc actio ex æquitate in *l.* 3. §. *pen. hoc tit.* Ea enim per actionem *in factum* ſignificatur. ſſ Et ratio ibi quia parum abeſt quin videantur eæ rationes meæ eſſe quæ meo nomine & mandato conſcriptæ. Sed & ei qui habet præcedentẽ aliquam actionem, ſi eius pecuniariter non interſit, nec negatur vt t *l.* 13. *hoc t.* t Quare quod in *l.* 12. *præſcr. h.* habetur hanc quoque conditionem habet, ſi modo vindicantis pecuniarter interſit, vt ſi pater filium, patronus libertum in libertatem aſſerit, vt rectè Accurſius. u Et ideò dicitur *poteſt* aliquando ſcilicet. Intereſſe autem debet vtroque tempore iudicij accepti & ſententiæ *l.* 7. §. *vltim. h.* Vnde ſi dominus egit & inter moras exhibitionis alienauit poſſeſſor abſoluendus. Ac ſi aduerſarius neget intereſſe actoris, huic incumbit probatio ex regula generali. At, dices, ſuperuacua ſic hæc actio, ſi eadem probationis neceſſitas, quæ in directo iudicio, quo ſine circuitione vtrumque conſequi licet, exhibitionem & reſtitutionem. Bz. In hac non exigitur exacta & plena cognitio, ſed iudex ſummatim x cognoſcit *l.* 3. §. 9. *h.* x Itaque exceptio altiorem quæſtionem habens, contra intentionem teſtis aut inſtrumenta, non admittitur *l.* 3. §. 13. y Exceptæ ibi 4. exceptiones de quibus in hac actione diſceptandum: Pacti, iurisiurandi, rei iudicatæ, doli (ſpecialis ſcilicet, vt recte *Accurſ.* Generalis enim omnibus aliis concurrit.) Quia hæ naſcuntur ex facto actoris quod auctori nocere æquum eſt. Denique heredi vt heredi non datur *l.* 12. *§. vltim. h.* ſi eius nihil interſit, etſi res vni heredum prælegata. II. CONTRA QVEM POSSIDENTEM *l.* 3. §. *vltim. h.* vbi nihil peculiare, omz nia vindicationibus communia. z Etiam naturaliter *d. l.* 3. §. *vltim. l.* 4. *l.* 5. *pr. & §.* 1. *h.* modo habeat facultatem reſtituendi. Vnde non tenetur poſſidens ſeruum qui in fuga eſt *d. l.* 5. §. *vltim.* Etiam filiusfamil. tenetur *l.* 12. §. 1. municipes *l.* 7. §. *h.* ET QVI DOLO POSSIDERE DESIIT *l.* 14. *D. l.* 5. aa *hoc t. Exempla l.* 9. *pr.* §. 1. 2. 3. *h.* aa Is verò in quo neutrum horum, non tenetur *l.* 15. *h.* nec heredes vt heredes *l.* 12. §. *vltim. h.* niſi quatenus ex dolo defuncti locupletior hereditas, *d.* §. *vltim.* argum. *l.* 52. *de R. V.* III. QVA DE RE? De re MOBILI, non ſoli, quia hæc latere nequit *l.* 2. *Cod. Quan. & quibus.* 4. *pars* bb *lib.* 10. *tit.* 34. bb CERTA & ideò deſignandâ *l.* 3. *pr. h.* exceptâ ſpecie *d. l.* 3. §. 7. IV. AD QVID? FINIS DVPLEX: ACTORIS: EXHIBITIO, & ſi non pareat reus, præſtatio eius quod intereſt §. *ſi ad exhibendum* 3. *l. de off. iud.* Vbi Q. 1. An ſemper exbere cogatur? Bz. Omninò ſi tempore rei iudicatæ poſſidet, etſi non poſſederit cum lis conteſtaretur *l.* 7. §. 5. *h.* item ſi dolo culpáve poſt conteſtationem poſſidere deſiit, aut moram fecit, argum. *l.* 15. *§. vltim. l.* 16. *de R. V.* Quare quod in *l.* 7. §. 5. *h.* abſolui debere qui ſine dolo deſiit, id mox in *verſ. quamuis* ex ſententiâ Pomponij, corrigi dicendum eſt. Et ſi exhibendi facultas in præſentiâ ſtatim: Sinpetat tempus, ex iuſta cauſſa vt *l.* 5. §. *vltim. h.* caueat ſe eo die ex hibiturum *l.* 12. §. *pen. h.* Locus exhibendi idem qui in vindicatione *l.* 11. §. 1. *h.* quia ſimul cauſſa rei reſtitui debet *l.* 5. §. *pen. h. d.* §. 3. *l. de off. iud.* Q. 2. Quid ſit exhibere? Eſt facere in publico poteſtatem *l.* 2. *h. t.* ſeu in publicum producere &c. *vt l.* 3. §. *ait.* 8. *de lib. hom. exhib.* vt experiundi ſit copia *d. l.* 2. actione ſcilicet non hac, vt per ſe patet, ſed principali vid. *l.* 9. §. 5. *hoc titul.* cc Et quid ſit cc cauſſam reſtitui. Præſtare id omne quod actor habiturus, re tempore litis conteſtatæ reſtitutâ *l.* 20. *de R. V.* quod declaratur in §. 3. *I. de off. iudic.* Pertinent hæc verba tum *ad rem.* Eadem res exhiberi videtur, ſi idem corpus eadem ſubſtantia quæ fuit lite conteſtatâ, etſi deterior *l.* 17. *h.* vbi tamen ſi culpa rei, actio in factum *l.* 7. *Cod. hoc tit.* dd Non dd autem ſi forma mutata exemp. gr. maſſa ex ſcypho facta *l.* 9. §. 3. *h.* Eodem iure quo fuit, in nullo cauſſa quam intendit læſa *l.* 9. §. 5. *hoc tit.* Sic enim rectè reponit *Buda.* id eſt, nulla in re, nulla ex parte læſa, cum vulg. & Flor. libri habeant *caſu* nullo idoneo ſenſu. Vt ſcilicet re exhibita actori ita ſit integra actio principalis vt initio fuit. Quocunque igitur modo inter moras exhibitonis fit, vt actio principalis intercidat res exhiberi non videtur. Vt fit vſucapione *l.* 9. §. 6. Vbi *verſ. niſi paratus* hic ſenſus niſi ſuſcipere velit intentionem ſeq. actionis in rem, teneríque ea ad reſtitutionem ex eo die quo ad exhibendum actum eſt: & temporis conſtituti exemtione, ſi tempus optionis interim exiit *l.* 10. *h.* Tum *ad commoda extra* vt fructus *l.* 9. §. *pen. h.* §. *de off. iud.* Sed hæc ita ſi hac victus nolit amplius de re contendere, vt rectè *Accurſ. d. l.* 9. §. *pen. & vltim. l.* 5. §. 2. & 3. *l.* 7. §. 1. & ſeqq. *hoc tit.* quæ de reſtitutione loquuntur accipit. Qui enim rem ipſam reſtituere non debet vtique nec acceſſiones. cc Q. 3. cc Si non exhibeat, quæ condemnatio? In id quod intereſt. *d.* §. 3. *I. de offic. iud.* quod declaratur *l.* 9. §. *pen. & vltim. l.* 10. *l.* 11. *pr. h.* Et quia arbitraria hæc actio, æſtimatio duplex. Aduerſus contumacem quanti in litem juratum *l.* 3. §. 2. *l.* 5. §. 2. *h.* aduerſus alios vera, quanti res eſt *l.* 9. §. *vltim. h.* POSSESSORIS FINIS INDEMNITAS tatione impenſarum de quo *l.* 11. §. 1. *h.* & damnorum tum præteritorum. Vt ſi nauis in alienum depulſa fruges corrupit; tum futurorum, de quibus illi cauendum eſt, vt exempla peti poſſunt ex *l.* 5. §. 2. *& ſeqq. l.* 9. §. 1. *in fin. hoc tit.*

NOTATA.

a Aditúmque ad illas aperit, vnde vulgò præparatoria a dicitur *Sich. ad rub. C. h. t. numero* 1. *& ad l.* 1. *eod. numero* 1. *Vvef. in Par. h. num.* 1. *Goth. ad l.* 1. *h. t. Gœd ad l.* 22. *de V. S. Regn. Sixtin. conſ. Marp.* 13. *numero* 3. *vol.* 1. *Cagnol. in rub. Cod. de edendo num.* 4. vbi & in ſeqq. cur hæc materia in *D.* & *C.* poſt alias act. reales expoſitas tractetur plures ſententias refert, ac expendit. An autem principali act. iungi poſſit vid. j. *lit. Ee.* b Eodem modo noſter ad §. 1. *I. de act. numero* 14. b Cui ferè conſentit *Bodin. in diſtrib. iur. pag.* 41. qui realem act. tripl. facit Præparatoriam, poſſeſſoriam & petitoriam. Prórique ſpeciei hanc, & tres alias, ſubiicit, actionem realem ſic deſinjens, quæ in rem, vel rei cauſſa inferitur. Verum in alia omnia alij omnes abeunt. Quos ſequi, tutius eſt, quod nempè verè hæc perſonalis ſit, ſubſtantia vi & effectu, etſi ſcripturâ in rem concepta, & ita perſonalis in rem ſcripta *Cuiac. 9. obſerv. 7. ad §. 1. de act. & in Paulo ad l.* 12. §. *Vltim. h. tit. Coraſ.* 1. *miſc.* 22. *numero* 10. *Duaren. de in lit. iur. num.* 10. *& in com. Poſſor. eod. tit. cap.* 3. *Sich. ad rub. Cod. hoc tit. numero* 3. *Mynſin. in §. præterea* 31. 1. *de act. numero* 46. *&* 48. *Vult. ibid. numero* 18. *Oldend. cl.* 3. *act.* 1. *quæſt.* 2. *Bellon.* 2. *ſupput.* 4. *numero* 3. *&* 4. *Suppur.* 8. *num.* 2. *Vveſen. par. hoc tit. num.* 2. P. *Frider. lib.* 2. *de mand. iud. cap.* 50. *num.* 4. Io. *Mauric de reſtit. in int. cap.* 21. *num.* 4. *Gifan. ad l.* 25. *de O. &*

O. & A. num. 20. *& ſeqq. Gilman. lib.* 2. *deciſ. Cam* 32. *num.* 3. *Ant. Fab. C. ſuo h. t. defin.* 3. vbi à iudice laico contra clericum hanc exerceri, quia in rem ſcripta ſit, tradit. Ac ſanè non petitur hac actione rem noſtram, vel ius noſtrum nobis reſtitui, ſed actor intendit facere reum oportere, nimirum exhibere, & ni faciat id quod intereſt rem exhibitam eſſe præſtari, *Vveſ. d. nu.* 2. Nec quæritur hic de dominio aut iure noſtro, cùm & aliis quam in rem actio viam muniat, *Giſ. d.* c *lo. n.* 2. Ad obiect. noſtri Reſp. vt ſequitur *lit. C. D. &c. c* Bz. *Gifan. ad d. l.* 25. *n.* 25. illa duo, vt contra poſſidentem detur, poſſidenti non detur, ita propria actio in rem, vt cum aliis quandoque act. communicentur *ad d. not.* 8. *lib.* 20. *cap.* 3. *lit.* d *B.* d Quid ad hoc? Quidam, teſte, *Olden. cl.* 3. *act.* 1. *q.* 2. nullum hic eſſe factum obligatorium fatentur, ideoque hanc actionem irregularem vocant. Quomodo & *Hot. in §.* 1. *I. de act. Enunc.* 6. eſſe hanc in perſonam, nec tamen ex obligatione. Alij ex quaſi contractu eam oriri, *Sich. ad rub. C. h. t. n.* 3. *Vvef. par. h. n.* 2. *Forſt. tract. Iuſtin. p.* 2. *diſp.* 6. *th.* 6. Alij ex quaſi delicto ac contumacia non reſtituentis, *Coraſ. miſc.* 22. *num.* 10. *Gifan. ad l.* 25. *de O. & A. num.* 20. quod dolosè facere videatur, qui admonitus exhibere renuit. Sed etſi qui hanc exhibitionem negat, ſuſpicionem fraudis præbeat, quòd in animo habeat rem celare aut transformare, vt iudicium petitorium eludat, bellè *Oldend. cl.* 3. *act.* 1. *intentione actoris num.* 6. hæc tamen contumacia, fraus & ſuſpicio, actione natâ, non ordine naturæ modò, ſed & tempore poſterior, proinde cauſſa ſtatui nequit. Nam etſi fraudem inde æſtimari velis, quod denunciationẽ conuentus non vltrò exhibuit, actio tamen iure habetur etiam antequam ad iudicem eatur, & quid ſi rectà ad iudicem actor velit. Veriùs ergo *Oldend. d. act. q.* 2. obligationem hic ex æquitate ſumma procedere, vt quod mihi prodeſſe poteſt, nec tibi nocere vllo modo, præſtes *l.* 2. §. *in fin. de aq. pl. arc.* Exhibet enim rem conuentus ſine vllo detrimento ſuo, cum ſi agentis non ſit, nihil ipſi noceat, & *Mynſ. in §.* 31. *I. de act. numer.* 47. *Vveſ d. numer.* 2. *Frider. lib.* 2. *mand. iud. cap.* 50. *num.* 11. Hinc æquitas exhibitionis *l.* 3. §. *pen. D. l.* 7. *C. h. t.* Quandoque & ex neceſſitate, vbi alias act. intendi planè non poſſet, vt j. *lit. Q.* Hucúque refert *Oldend.* quod in *l.* 52. §. 7. *de O. & A.* eſt neceſſitate nos obligari. † Et ita puto. Ex ſtricti iuris regulis nulla nec realis, nec perſonalis ad hoc actio. Sed eas inſuper haberi æquitas non naturalis modò *d. l.* 2. §. 5. (quæ & ipſa ſæpè, vel quæ inde eſt obligatio, lege aſſiſtente ad actionem efficax vid. *not.* 8. *lib.* 12. *c.* 2. *lit. P. & c.* 4. *lit. A.*) efficit, ſed & ciuilis ac publica *l.* 1. *h. t.* vtilitas vt quiſque expeditori via ſuum conſequi poſſit, nec fraude occultantis aut rem tranſmutantis, vel per rerum accidentem qualitatem iure ſuo priuetur. *Oldend. d. act.* 1. *pr.* Quid quod ipſe noſter, vt apparet ex *lib.* 12. *cap.* 4. *&* 5. partitionem illam cauſſarum obligationis properfecta non agnoſcit. Denique ſi ita quis ſcrupuloſè metiri rem velit, pleraſque actiones in factum vtiles quæ in perſonam ſubuerti deprehendet. e Bz. Liberatur, quia æquitas exhibitionis cauſſa huius obligationis tunc deficit. c Quod & interdictis pluribus commune eſt, vti & id quod ſequitur. f Quam quidam vulgò ſtatuunt & *Vveſeb. d. num.* 2. eodem errore quo aliàs rem ſcript. vid. *not.* 8. *lib.* 19. *cap.* 3. *lit. G. ſub fin.* g ita & noſter *ad* §. 1. *I de act. numer.* 14. f Hoc refellit *Gifan. ad d. l.* 25. *num.* 28. quia eo modo rei vindicatio quoque rectè diceretur perſonalis, quia nec heredi, nec in heredem, vnde confuſio rerum ac verborum. Et immò *d. l.* 4. *C.* loquitur de actione in perſonam, ſed quæ vnum effectum habet actionis in rem, quod nec heredi, nec cohtrà heredẽ datur. Enimverò fui ipſius immemor eſt hic noſter, qui *d. l.* 7. de in perſonam actione accepit s. *lib.* 14. *cap.* 29. *&* g *ſeqq.* h Hoc enim modo cognoſcit actor rem ſuam eſſe per ſigna & argumenta, vt deinde in vindicatione exactiùs h probare poſſit, *Sich. ad l.* 1. *C. h. t. num.* 1. Licet enim interrogatione explorari queat, an reus poſſideat s. *ẽ.* 3. *lit. P & Q.* non ideo hæc inutilis. Nam etſi dicat aduerſarius ſe poſſidere veſtem nigri coloris, certus tamẽ non eris veſtem tuam eſſe, niſi inſpexeris. *Old. cl.* 3. *act.* 1. *in practicâ p.* 292. i Qui i in iuſta vel probabili dominij aut alterius iuris aſſerti vel prætenſi cauſſa fundatus eſt, *P. Frider. lib.* 2. *de mand. iud. cap.* 50. *num.* 4. Et duo principia ac fundamenta huius act. 1. in actore, vt eius intereſit. 2. in reo, vt poſſideat. *Sich. ad l.* 3. *C. h. t. num.* 1. k Non tamen vindicatio ſeruitutis, eò quòd ſolùm k in prædiis conſiſtat, *Cuiac. in Paulo ad l.* 10 *h. t. vſi. j. lit. Bb.* l Non id quæritur hic, vt aduerſarius me inſtruat de re l mea, ſed vt certius ſim illam rem, quam is habet non occultari, vel immutari, *Old. cl.* 3. *act.* 1. *qu.* 7. Quare ſigna rei ac ẽdicia proferenda, modò eas qualitates cognitas habere poſſit, *l.* 3. §. 7. *h. t. Sich. ad rub. C. h. t. num.* 7. Et quia quando-

que rei qualitas iudicia non recipit quæ ſufficientia, ſint iudicis arbitrarij eſt, vt *Mynſ. in* §. 31. *I. de act num.* m *Gœd* m *ad l.* 22. *de V. S. num.* 8. ad reſtitutoria & prohibitoria interdicta pertinere *d.* §. 5. ſcribit. Malè *Cuiac. obſ.* 25. hoc ius ad interdictum Vtrobi coarctat. Quia hæc actio datur ei qui poſſeſſionẽ ſuam eſſe contendat *d. l.* 3. §. 12 Id autem non affirmari ait, niſi in Vti poſſidetis, (in quo, quia eſt rerum, ſoli exhibitioni nullus ſit locus) & Vtrobi. Somnianti hic ipſe ſimilior, quam quem redarguit interpres, qui Precario *d.* §. 5. accommodat *Accurſ. ibid.* vt & *Oldend. cl.* 3. *act.* 1. *qu.* 4. Nam plurifariam errat Cuiacius in materia ac forma argumenti; 1. quòd illa verba *d.* §. 12. *poſſ. ſuam &c.* de Vtrobi exponit. De Publicia debuerat, vt hic noſter s. *lit. K.* 2. quod id interdict. vindicationis ſpeciem facit *d. c.* 23. & vindicationem poſſeſſionis vocat in *Paulo ad l.* 10. *h. t.* cùm interd. à vindicationibus toto genere ſint alia. 3. Non perſpicit ſi omninò interdicto poſſeſſio rectè vindicari diceretur, id nõ minus interdictis recuperandæ poſſ. conuenire. Neque enim qui Vnde vi experitur minus poſſeſſ. ad ſe pertinere contendit, quàm qui Vti poſſidetis, aut Vtrobi, etſi eam non teneat. 4. Poſito, illa verba *poſſeſſ. ſuam &c.* conuenire hic interdicto Vtrobi, & quidem ſoli (quod vtrumque falſum eſt) aſt hoc vitioſum verbũ generale *interdicturus d.* §. 5. *d.* §. 11. exemplo ſpeciali reſtringi. Per ſpeciem enim derogatur generi, cùm diuerſum de ea diſponitur; nunquam autem ſpecies reſtringit genus, cum quod generaliter cautum eſt, in ſpeciebus & per exempla denuo inculcatur. Præſertim cum nec *d.* §. 12. tam diſpoſitionem, quam declarationem iuris per caſus fictionem contineat. Apertaque *ἀσυλλογισία*. Qui poſſeſſ. ſuam affirmat ad exhib. rectè agit Interdicturus alio quam Vtrobi interdicto poſſ. ſuam eſſe non affirmat. Ergo ad exhib. rectè non agit. 5. Non enim animaduertit, alterius interdicti exemplum *l.* 9. §. 1. *h. t.* 6. Poſtremus & præcipuus error quod aduerſus iuris rationem reliquis interdictis, de rebus mobilibus, acturis denegat hanc actionẽ quibus cõcedenda, vbi par vtilitatis vel neceſſitatis cauſſa æquè exhibitionem expoſcit, rationeſque eædem vigent, quæ in vindicaturis, vt re exhibita videat interdicturus, eáne ſit quam petit, neúe eius occultatione, aut mutatione in aliam ſpeciem poſſeſſionis adipiſc. vel recipiendæ iure priuetur, vt expeditior ſit probatio, vtque qualis & quanta ſit norit &c. Contra ei ſoli interdicto Cuiac. act. hanc tribuit, cui minus quam reliquis conuenit. Qui enim ſe poſſidere intendit ſeque in eo inquietari conqueritur (vt Vtrobi) qui quæſo petere poteſt ea res in publicum producatur, ciuíque præſentia præſtetur. Niſi dicas tunc poſſe quando ciuiliter ſolùm poſsidet. Atqui vix eſt, vt tunc Vtrobi interd. detur, & ſi omninò datur, vt coniunctum habeat interd. recup. aliquod oportet, per ea quæ *Meno. retin. poſſ. remed.* 3. *n.* 22. *& ſeqq.* & deniq; ita non vni modò interdicto, ſed & in vnico eiuſdẽ, eoq; ſtatori caſu actio ad exh. inſeruiet, vel in ius præparabit, ll. iuris ratione inuitis. n Rectè. Si ipſo interd. & exhibitionem & poſſeſſ. nuocationem conſequi datur, ad quid præparatoria? *Gœd. ad l.* 22. *de V. S. n.* vbi non obſtare *l.* 1. §. 1. *de tab. exhib.* oſtendit. o ita tamen vt ad cauſſas ſimiles iure protra- o harur, vid. *Sich. vt* s. *lit. L.* p Quãl. 2. de act. ſanè ciuili accipit p *Accurſ. & Sich. ibi. n.* 1. quando ſcil. ad ſarciendũ damnũ cum domino experiri vult actor, quia ſi criminaliter ad pœnam ſerui agitur, pecuniariter nõ intereſt. Ergo per *l.* 13 *h. t.* Quod rectè refellit *Cuia.* 20. *obſ.* 10. tũ quia diſertè dicitur reus criminis poſtulatus *d. l.* 2. Ergo *iunct. l. C. de accuſ.* tum arg. *l.* 17. *C. de accuſ. l.* 2. *de cuſtod. reor.* Deniq; iuſta hic & probab. cauſſa exhibitionis, vt ſeruus præſens accuſetur, cũ teſtibus cõponatur, condemnetur add. *not.* 3. *lit. T.* Cæterùm aliis quoque in perſonã actio hæc viam munit, *Vveſ par. h. t. n.* 3. hoc probans per §. 28. §. 26. *I. de R. D. & Frid.* 2. *de mand. iud.* 50. *n.* 8. dari hanc condicturo chirographum *l vlt. C. h.* vel pignus *l.* 27. *de pig. act.* rem furtiuã *d.* §. 26 *iunct. l.* 6. *h. t.* Supinè verò addit idem *condicturo*, Seruiana vel quaſi aut Hypothecaria. Hæc enim condictiones non ſunt. † Quin & propter contractus dari, ſi de qualitate rei dubium incidat, vult *Mynſ in* §. 31. *I. de act. n.* 44. *per l.* 4. *h. t.* Quæ etſi accipiatur vulgò de eo qui rem depoſitam, commodatam ve pòſt vindicaturus, nil tamẽ obſtat ne generalius exaudiatur. Quo minus enim æquum eſt ei qui ante 10. forte annos veſtem, ex. gr. preciosam apud patrem tuum depoſuit, cui tu poſtea ſucceſsiſti, exhibere prius te compelli, vt certus ſit eam ipſam veſtem adeſſe, quam condicturus eſt. Cauendum verò à Cuiacio qui 9. *obſ.* 7. ad vindicationem, Vtrobi, optarionem & noxale iudicium hanc præparatoriam actionem coangustat. Et grauius errãdos 5. *obſ.* 13. ad act. in rem & Vtrobi ſolus. q *Mynſ. in* §. 31. *I. de act. num.* 55. vbi alias fraude rei vel ex rerum accidente qua- q

litare quis iure suo planè priuaretur. *Old. cl. 3. act. 1. pr.* r *Oldend. cl. 3. act. 1. g. 8.* Hæc actio, ait, non potrigitur ad scripturas, quarum editio non dominij vindicandi gratia petitur, sed ob probationes, de qua *tit. de edendo.* Sed & aliis remediis ad exhibitionem competentibus hoc cessat. *Mynsi. num. 55. Vvesenb. par. h. t. num. 3. vt* s. *lit. N.* Cuiusmodi 13. censet *Oldend. d. act. 1. in ad fin. remed.* s Sed diuersam esse eam act. sentit *Old. d. act. 1. g. 8. Sich. ad l. 4. C. h. t. n. 5.* & recte per *l. 7. C. h. t.* Simile præiudicium curiæ Spirensis refert *Frider. d. cap. 50. num. 8.* qui & hinc infert *num. 10.* si tu codicem habeas meo similem, & ad mei vindicationem vel conditionem intersit mea illum exhiberi, rectè id me petere. Plànè & hac actione instrumenta exhibenda non tantum si mei dominij sint, vt *d. §. pen.* sed etsi ad ius meum pertineant *l. 4. l. 6. C. h.* siue ius dominij, siue possessionem prætendam *Io. Bapt. Plot. de iurei. in lit. §. 23. num. 3.* siue aliud probabile *Frider. d. num. 8.* Quare non tantum soluto debito contra creditorem ad chirographa exhibenda agere potest debitor, vt *l. vlt. C. h. t.* Sed & ad eadem recte agit creditor contra alium quam debitorem *l. 18. h. t.* Praua namque est corruptio gemina *Cuiacij 9. obs. 7. debitor & creditore* pro *creditor & debitore* reponendo sensum l. inuerentis. Quem iustè notat *Frider. d cap. 50. nu. 9.* Quippe & vulg. lect. sententiam veriss. abundè confirmat *l. 27. pr. D. de furt.* & istius corruptæ falsissimæ. Quâ efficeretur debitorem hoc casu ad exhibendum quidem contra alium agere posse, contra creditorem autem cui soluit non posse. Quod & absurdum & directò. aduersum *d. l. vlt. C. h. t.* cui tamen conformem *d. l. 18.* reddere erronee intendit. † Nec quoque perpetuum, quod ibid. Cuiac. vindicare hic debitorem posse chirographū. Non enim alio casu potest, quàm quādo charta in ipsius dominio fuit dum scriberetur *d. l. 3. §. pen.* aliàs qua dominium transibit? Quare non ideo ad exhibendum competit, quia vindicatio, vt Cuiac. sed quia aut vindicatio aut condictio, t ita & Dd. vulgò ac *Sich. ad rub. C. h. t. num. 4.* non affectionis & cognationis interesse hic spectari, & *Mynsi. in §. 31. I. de act. num. 50. Cuiac. in Paulo ad l. 12. pr. h. t. Gæd. ad l. 22. de V. S. Frider. d. cap. 50. num. 7.* non interesse lucrativum, sed pecuniarium iuris quæsiti allegandum. Verùm Florentini libri habent *peculiariter.* Quæ lectio displicet Cuiacio ad *d. l. 12.* quod & in Basil. extet χρυσαλιπῶς. Mihi autem necessariò probanda videtur, vti & sententia nostra altorumque præcisè pecuniarium interesse requirentium improbanda. Moueor 1. *d. 12. pr. h. t.* quæ aliter conciliari nequit, vt *lit. q. 2.* Exemplo criminalis actionis ab ipso nostro proposito vt *s. lit. P.* vbi tale interesse, nec singi potest. 3. Quia aliàs ferè vbique affectio in rebus nostris spectatur, ne cogatur quis rē suam, iusto licèt pretio, vendere per vulg. 4. Quia aliàs nunquam in hac act. iuriiur. in litem locus foret, nec nisi in veram æstimationem eius interesse condemnatio fieret. Nam si interesse solùm pecuniarium causa huius actionis est, à parte agentis, in ea vt se fundat is, neque in amplius intendat, necesse erit. Petitio enim actoris in iure eiusdem innixa sit, petitioni autem, vt sententia congruat oportet per vulg. Simili res plana fiet. Rei vindicationis causa est dominium à parte actoris. In ea se fundat nec amplius intendit, quam vt res restituatur, quo eam iure dominij teneat, illa fruatur, vtque quod hoc nomine, quod hactenus tenere frui non licuit, abest, præstetur; omnis nempe causa &c. Id si non præstetur condemnatio in id quod interest, vel verè, vel ex affectione iurantis. Nec ad iniur. in litem venitur, quam si id iussus præstare nolit, vel sua culpa non possit. Pari itaque modo & hic non ante veniretur ad iusiur. in litem, quàm non præstito interesse pecuniario. Et nunquam itaque veniretur, quippe iurandum foret quanti actoris interfit affectu, pecuniarium illud interesse sibi præstari. Atqui in pecuniam affectio non cadit, *l. 3. de in lit. iur.* Dices: Ita quidem de nummis ius esse, *Pecuniarium*, hic latius sumi pro quouis damno facultatum. Regero. At cùm nummis omnia æstimentur, cumque præter verum rei pretium non aliud sit quam effectionis, excluso hoc, illóque solo relicto, idem omnino effici consequitur. Quare & vbi pecuniariter interest hac actione vt plerumque, nec id tamen solùm attenditur, quantùm eo modo interfit, sed quantùm omnino, ex quacunque iusta & probabili causa *l. 3. §. 11. h. t.* & id tantū excluditur quod improbabile, quodque proprio affectu quis sibi fingit *l. pen. h.* Veluti Creditore ad exhibēdum Chirogr. agente post solutionē sibi factam, vt *l. 18. h. t.* reo contumace, non pretium solum tabularum æstimatur, sed & quod interest, ne calumniari possit debitor se indebitum soluisse &c. *l. 27. pr. de furt.* Florentinæ autem & veræ lectionis *peculiariter &c.* hic sensus: Quia actio ad exhib. est subsidiaria, nec competit vbi alia actio idem consequi licet, vt *s. lit. N.* idcirco cum interd. de libero homine suppetat hæc actio *inutilis*, id est, superuacua, non est necessaria. u Sed durum u hoc nimisque sententiam *d. l. 12. pr.* coangustat, vt rectè *Cuiac. in Paulo ibid.* Verius itaque quemuis assertorem libertatis futurum priùs recte ad exhibendum agere, cùm publica assertionis causa sit ac interfit publicè quemcunque audiri, cumq; nisi hac prætuia sæpè in libertatem vindicari nequeat. Et denique quia interdictum de libero homine exhibendo de eo est quem liberum esse constat, non autem de eo qui ex possess. seruitutis liberali manu asseritur *l. 3. §. 7. de lib. hom. exhib.* x an interfit, non an res mea sit *l. 3. §. 9. h. t.* x Neque in hac præparatoria actor ad probationem dominij vel iuris sui vrgetur, sed vt causam alleget, cur exhiberi velit, *Old. cl. 3. act. 1. intent. actoris num. 2.* Quin quod eo ipso rectè asserat sua interesse quod vindicare vult censet *Petr. Iacob. ref. Sixtino conf. Marp. 13. num. 5. vol. 1. & Gilm. lib. 2. decis. Cam. 52. num. 1.* iurandum hic actori quod sua interfit, quodque non animo calumniandi petat *Ioh. Bapt. Plot. de in lit. iur. §. 23. numer. 2. post Fab. & Ang. Mynsi. in §. 31. I. de act. num. 50.* pet *l. 15. h. t.* Quod *Sich. ad rub. C. h. t. nu. 5.* post *Iaf. ad d. §. 31.* admittit cum modicum damnum in exhibitione vertitur. Quod si magnum, semiplenam probationem & iusiur. suppletorium exigi. Sed & vbi paruum præiudic. præsumptiones admitti idem ad *l. 1. C. h. t. nu. 7.* Vbi *n. 7.* acta in hoc iudicio summario non sufficere in ordinario. Ideoque etsi antè auditi testes & publicatio facta, posse tamen ordinario iudicio super iisdem articulis eosdem, vel alios produci, quia mutata natura iudicij, probationis quoque natura mutatur. Et etsi in eodem articulo producātur testes, tamen ad alium finem. † Licere quoque non solùm per modum actionis, sed & per mandati ad exhibendum experiri docet *P. Frider. 2. de mand. iud. 50. n. 11. & 14.* si nim. statim probabile fiat quod interfit ibid. *n. 17.* y Auditur autem reus, si offerat illicò probationem dominij sui, vel actori ius nullum y competere ostendat, arg. *l. 3. pr. Vt in poss. leg. l. 3. §. 4 de Carb. ed. Old. cl. 3. act. 1. q. 2.* z A qua semper rectè argumentum ad hanc & vicissim duci docet *Cuiac. in Paulo ad l. 12. §. z 1. h. t.* Quare & interrogationes ad hoc iudicium fieri possūt, vt actor designet rem aliquibus circumstantiis, ac quærat, an talem reus possideat. Et hic quoque pœnæ inficiantis *l. vlt. D de R. V.* locus *Old. d. act. 1. in fin. Mynsi. in §. 31. I. de act. 59.* Quidam volunt satis esse, si probetur, reum aliquando possedisse. Exinde & nunc præsumi per *l. 4. C. h. t.* post alios *Sixtin. consil. Marp. 13. n. 13. vol. 1. Sed Sichard. ad d. l. 4. n. 6.* hanc præsumptionem reiicit. Quia alia ratio dominij, alia possess. quæ faciliùs amittitur. Satis autem si probetur habuisse rem reus *d. l. 4.* scil. tempore iudicij accepti, *Sich. ibid. Io. Bapt. Plot. de in lit. iur. §. 23. nu. 3.* aa Vnde & de nummis mala fide consumptis ad exhibendum agitur *§. 2. I. Quib. aa alien. non lic.* vbi *Theoph.* regulam tradit: Ex quibus caussis, si res extent, in rem agitur, ex iis si vel celentur, vel mala fide consumptæ ad exhibendum, non ad id quidem, vt exhibeantur, sed vt in litem iuretur, *Hor. in d. §. 2.* vid. *Sixtin. conf. Marp. 13. n. 14. & 2. seqq. vol. 1. Gilman. lib. 2. decis. Cam. 52. n. 8. & seq.* bb *ita & Old. cl. 3. act. 1. q. 2. Cuiac. 5. obs. 23.* & in *Paulo bb ad l. 10. h. t. Sich. ad rub. C. h. t. n. 6. Mynsi. ad §. 31. I. de act. nu. 53. Gæd. ad l. 22. de V. S. n. 5. Goth. ad l. 1. h. t. A. Fab. ad l. 56. de Procur.* Sed hoc non ita strictū esse putat *Frider. 2. de mand. iud. 59. n. 5.* quin & de rebus soli, si incognitæ sint actori, quas ad exhibendum rectè agatur, vt quasi exhibeantur per deductionem in rem præsentem. Veluti si fundus **Sempronianus** mihi legatus sit, egoque ignorem vbi situs, quibus finibus circumscriptus sit. Nam & fundus ita extra secretum haberi potest. Adducit idem *l. 8. D. h. t.* quæ tamen rectè perpensa nihil ad rem facit, vti nec arg. ex *l. 1. h. t.* ductum cc *Gæd.* cc *ad l. 22. de V. S. num. 4. & 2. seqq.* Exhibere, ait, quasi *ex*, id est, in publico, seu palàm, & *habere*, id est, ostendere & præbere: quia qui exhibet, è penu rerum suarum quod habet depromit & profert. Ideoque nec res soli, nec iura & nomina exhiberi propriè dicuntur, sed edi, nisi nomina pro tabulis accipiantur, & tabulæ tanquam res corporales petantur. dd dd Re semel exhibita non potest amplius hac act. agi, & si deterior res, quia hæc actio concernit substantiam rei, quæ est ipsa forma. Nec potest amplius agi propter aliquam qualitatem. Sed datur actio ex l. Aquil. ad æstimationem detrimenti *Sich. ad l. 7. C. hoc tit. num. 5. & 6.* vbi *nu. 7.* aliud esse in contractibus bonæ fidei, vbi res reddita non videtur, quæ deterior: vid. *& Don. noster ad l. 3. de cond. triti. c. numer. 30. & 35. Gæd. ad l. 14. de V. S. numer. 9.* caussas & accessi. tunc præstari hic docet, ee quando exhibere iussus contumaciter arbitrio iudicis non paruit.

paruit. Planè principalem actionem huic præparatoriæ in eodem libello iungi, & vt vulgò cumulari posse conuenit, cùm id ad compendium litium tendat. *Oldend. cl. 3. act. 1. quæst. 7. Sich. ad rub. C. h. t. num. 8. Sixtin. conf. Marp. 13. nu. 1. & 4. vol. 1.* Sed præparatoria ex officio priùs expedietur ac de eâ pronunciabitur, *Oldend. & Sich. d. loc. Sixtin. de conf. 13. numer. 18.*

Finis libri vicesimi.

LIBER VICESIMVS-PRIMVS.

CAPVT I.

Actiones in Personam.

a SEQVVNTVR ACTIONES IN PERSONAM a. Mixtas enim non agnoscimus, vid. *s. lib. 19. cap. 2. lit. G.* QVARVM genera non ita distingui oportet. Neque, vti actiones in rem, singulæ suas distinctas causas habent, sed earum OMNIVM COMMVNIS CAVSSA EST OBLIGATIO *l. 25. de O. &* b *A. §. 1. I. de act.* b quæ actione in personam patere dicitur *l. 42. §. 2. de Procur.* Vbi tū in personis, (creditore & debitore,) tum in re (quæ inbetur) tum in præstatione, quæ finis & effectus, quædam omnium obligationum communia, proinde & actionis omnis in personam, quæ ex illa causa nascens eam per omnia sequitur. Et hic pariter illa quatuor spectantur: Cui, Contra quem, Qua de re, Ad quid. Creditori, aduersus obligatum, de re debita, vt soluatur. De singulis satis *s. lib. 12.* & seqq. Ex causa enim effectus facilè colligitur. Sed & veteres iunxisse obligationibus actiones apparet ex tit. *de neg. gest. const. pecun. Cōmod. Mand. Locati & Inst. quib. mod. re contr. de V. O. de O. q. ex contr.* Etsi enim in diuisione iuris res ab actionibus secernuntur, tamen actio, cum sumitur vt ius agendi, & ipsa res est, non minus ac obligatio, imò magis; cùm oblig. in personā magis sit debitoris, actio in bonis nostris *l. 49. de V. S.* Diuisio autem illa intelligit ipsam persecutionem, quæ in facto consistit, de quâ ideò hic seorsim, sed quæ ex iure agendi pendet. Quamquam verò idem sit in actionibus in rem, quo minus tamen (præterquam in seruitutibus, quarum conditio coniunctionem vindicationum, quæ de illis exegit) æquè de iis, vbi de dominio & iuribus finitimis egimus, tractaremus, hæc ratio est: Obligationis conditio ea vt actio coniuncta sine eā ne intelligi quidem possit, c quia illius vis in necessitate præstandi. Nec alia vlla aduersus inuitum obtinendi ratio. Contrà dominus potest ius suum obtinere aduersus inuitum, etsi actionem non habeat vel exerceat, si nempè ipse possideat. Vnum tamen s. in materia obligationum fortè prætermissum hîc expediamus. Diximus si quod debetur non detur aut fiat, æstimari litem quanti quæque res est. Q. ex veróne an ex actoris effectus sit. Pretia rerum non ex affectione & vtilitate singulorum, sed communiter fungi *l. 33. ad l. Aq.* d *l. 63. princ. ad l. Falc.* d Sed hæc ita nisi actio iusiurandum in litem admittat. Cui locus contra eum qui dolo fecit in actionibus bonæ fidei, nō omnibus, sed quibus agitur, vt res à nobis profecta restituatur *l. 5. de in lit. iur. vid. & lib. 26. cap. 8.* Sed & quod reus damnatur in æstimationem excep. habet in stipulationibus prætoriis. Vbi non damnatur inuitus id in quod interest: sed in cautione damni infecti, & legatorum seruandorum caussa actor mittitur in possessionem *l. prætor 7. de damn. infr. tit. vt in poss. leg.* In rem pupilli saluam fore tutor vel curator remouetur ab officio *l. 1. & 2. C. de tut. vel cur. qui satisd.* Quibus cognitis nihil de his actionibus quoad earum institutionem ampliùs in re requirimus.

NOTATA.

a Vulgò ideo reales præcedere, quia potiores sint dignioresque ac firmiores; cùm non vt hæ personam sequantur, sed etiam contra non obligatum competant. Plenioresque quia ex iure in re constituto, cum & personales egestate rei sæpè reddantur inanes, *Vvesenb. ad rub. C. de inoff. test. num 1. Sneiduin. in §. 1. I. de act. num. 58. Sich. ad rub. C. de reb. cred. num. 2. & 3.* (vbi *num. 4.* Principem etiam sine caussa alicui adimere posse actionem in personam, in rem verò non item, quod vix tamen largiendum.) Contra *Coras. ad rub. D. de reb. cred. num. 6.* act. in personam dignores censet, ex sublecto digniore, persona. Neque enim semper quod potentius, idem dignius esse, cùm delegatus à Principe, ordinario dignior sit, & Dec. *ibid. ref. Fachin. 11. contr. 63. Vult. 1. decis. 4. initio.* Verum *Sich. d. num. 2.* nō quia personæ dignores rebus *l. 2. de sta. hom.* ideo & act. in personam. Neque enim vti res ipsa petitur, ita & persona, *Fach d. cap. 63.* Firmiores quoque arguit *Coras.* esse personales, cum perempta persona non æquè, vti reales re exstincta pereant. Ad quod pariter nō. potest procedere arg. si persona ipsa peteretur. Et imò interitu ac amissione rei debitæ æquè tollitur actio in personam *s. lib. 16. cap. 1. & 6.* b *Coras. 6 misc. 5.* b *num. 7. Gisan. ad l. 25. de O. & A. num. 48.* vbi in seqq. 24. diffi actionum in rem & in personam percenset diss. *Vult. 1. disc. 4. & ad §. 1. I. de act. num. 4. & seqq.* c Confer *Gregor Lopez. c animadu. cap. 10 n. 2. & not. j. lib. 20 cap. 1. lit. D.* vid. *s. lib. 8. cap. 24 lit. L. & M. ibique not.* Et iusto pretio rerum, quodnā, vade cognoscatur & æstimandum sit vid. *Vin. lib. 1. decis. 70. Coler. de proceff. exec. p. 3. cap. 9. nu. 144. & seqq. & cons. 29. num. 16. ac seq. & numer. 174. Hering. de fideiuff. cap. 22 n. 67.* fusè *Io. Bapt. Asin. tract. de Execut. §. 7. c. 170. & seqq.*

CAPVT II.

Diuisiones Actionum in Personam.

SED si ita est, QVORSVM TOT DIVISIONES, TOT NOMINA? AD EXPLICANDA & iudicandā EA quæ de omni actione quæri solent. An, quæ, qualis sit, nec propterea quidquam mutatur in rebus. Cognoscendæ autem nobis erunt, non quòd in iis amplius aliquid de rebus ad actionem pertinentibus subsit, sed ne ignorentur, cùm inciderit, aut res his subiectæ non intelligantur. a AN SIT, quia in eo quæ- a stio, an iure constituta DOCET DIVISIO, quæ in *l. 25. §. vltim. de O. & A. l. 178. §. pen. & vltim. de V. S. §. 3. I. de act.* IN CIVILES, b quæ vel ex ll. vii 12. tabul. b *de pauperie, arb. furt. cæs.* plebis-scitis *l. Aquiliæ* constitutionibus, vt quæ in *§. tripli. 24. I. de Act.* c PRAETORIAS, quæ & honorariæ, quales in *§. 8. I. de act.* d ET EXTRAORDINARIAS, quæ nullo iure certo inductæ paulatim in vsum venerunt, *vt fideicommissi persequutio d. l. 178. §. pen. & vltim. iunct. §. 1. vers. quia I. de fid. hered.* e Vsus huius olim necessarius, si reus actio- e nem negaret, nunc tantum nobis ad historiam conducit, ad vim actionis nihil facit. f ITEM ea quæ in f *l. 37. de O. & A. l. 47. de negoc. gest.* QVOD ALIA DIRECTA, quæ verbis legis proposita dirigitur, seu rectà fertur ad eam speciem. g ALIA VTILIS, quæ ver- g bis cessantibus ex sententiâ l. dicitur propter eandem vtilitatem, vt declar. *§. vltim. I. de l. Aq.* h Vsus di- h uif. hic vt non minus hanc quàm illam iure proditam doceat per *l. 6. §. 1. de V. S.* Inde eiusdem vtraque potestatis ac effectus *d. l. 74.* i QVAE SIT & quomo- i do appelletur. VBI magna NOMINVM VARIETAS. ALIA SVMMORVM GENERVM, nempe actionum in personam. IV. ACTIO specialiori significatu, vti

l.39.princ.de Procur. de re aut pecunia, ſad diff. interdicti ordinariam cognitionem habens ad diff. extraord. QVÆ ET CONDICTIO à formâ agendi, de quo
k ad §.*appellamus* 15. *Inſt. de act.* k INTERDICTVM, de poſſeſſione vel quaſi, aut vſu rei, vid. s. *l.15.cap.31.&*
l *ſeqq.* l Dictum, quod Prætor dum inter litigantes expectatur directum iudicium de proprietate, interim inter eos dicebat. Quaſi inter duos, & interim dictũ
m *§.1.l.de interd.* m Et à formâ iubendi dicuntur alia prohibitoria, alia reſtitutoria *dict.*§.1. Hodiè formâ ſublatâ act. in factum vtimur *l.pen.& vlt.C.d.t.* nomen
n manſit. n EXTRAORDINARIÆ COGNITIONES, de quibus *tit.D.de extr.cog.* quæ ex contractu locationi finitimo, vt s. *lib.12.c.14.lit.G.* ET STIPVLATIONES PRÆTORIÆ *l.37.h.t.* Sic per metonymiam actiones quibus petuntur hæ ſtipulationes. Cuiuſmodi, quas agendo petere licet (Sunt enim aliæ plures, ſed de quibus non ita actio prodita) tres. Damni infecti, legat. ſeruand. cauſsâ *d.l.37.*& Rem, pup. ſal. fore *t.C.de tut. vel Cur. qui ſatiſd.* ALIA SPECIERVM his generibus ſubiectarũ. Quæ propè innumera, ſed certa fient ſi ad tationem originis ſuæ reuocentur. Nam ducuntur alia A CAVSSA EFFICIENTE, vt ex ſtipulatione incertâ *ex ſtipulatu*, ex contractibus qui re fiunt *Commod. Depoſ. Pignoratitia, Cond. ob cauſſ. Cond. ob turp. cauſſ. Cond. indeb.* qui conſenſu: *Mand. Pro ſoc. empti, venditi, locati, conducti*, ex alienis *de peculio, die in rem verſo, Quod iuſſu* ex quaſi contractu *neg. geſt. tutelæ, ex teſtam.* maleficiis *furti, arb. furt. cæſ. vi bon. rap. dam. iniur. dati, iniuriarum, de dolo,* A REPETITA *conditio certi cond. furtiua, interd. de precario,* A FORMA AGENDI. Sic aliæ vulgares & vſitatæ proinde certæ *l.1.& 2. de præſc. verb.* aliæ incertæ, quæ à præſcriptis verbis ac in factum, *De quo & vnde appellatio vid. tr. de Præſcr. verb. cap.21. & ſeq.* à fine & effectu, *Populáris* quia ius populi tuetur, *Noxalis, Tributoria. Interd. de tab. exhib. de bom. lib. exhib. ducendiſve*, à NOMINE LEGIS: *legis Aquil. Cond. ex lege*, AB AVCTORE LEGIS: *Pauliana, Fauiana, Caluiſiana, Cond. Trticiaria, Salutanum interd.* A PERSONIS CONTRAHENTIVM; *Exercitoria, inſtitoria*, A PRIMIS VERBIS EDICTI; *Quod met. cauſſa, Quor. bon. Quod leg. Vnde vi, vti poſſid. Vtrobi, Quod vi aut clam.* Vtcunque verò ſe habeant nomina, ad ſubſtantiam rei nihil pertinent. Neque vbi de eâ conſtat, de nomine curandum. Cognoſci autem illa oportet, vt cùm occurrunt, res, quarum notæ ſunt, cognoſcantur. Sanè iure veteri ad rectam actionis inſtitutionem vti certæ ac ſollennes erant conceptionum formulæ, ita & nominis actionis expreſſio neceſſaria, vt prob. *l.1.& 2. de præſc. verb. & maximè l.1. de æſtim. act. ibi; quia dubitatum &c.* Inepta enim dubitatio ſi & olim tũc cum certũ actioni nomen, licuit eo omiſſo ſolâ demonſtratione rei geſtæ vti. Sed formulæ ſublatæ *l.1.C. de form. & imp. act.* Num autem & nominis adiiciendi neceſſitas per *l.2.C.d.t.* diſceptatur? Quod Dd. vulgò aff. Quia ſi aptam & rei cõuenientem act. eſſe ſufficit *d.l.2.* quorſum adiectio nominis, quod dũ res intelligatur ad rẽ nihil pertinet §. *ſiquidem* 29. *I. de leg.* Et ll. rebus ſcriptæ non verbis *l.2. in fin. C. Commod. de leg.* Ethæc vſu noſtrorum iudiciorum probantur, vt & iure Canon. *cap. dilecti de iudic.* vid. plura *ad l.edita.3.C. de ed. & ÿ. lib.*
o 23. *cap.* 4. o QVALIS SIT PLVRES DIVISIONES docent. Quarum QVÆDAM ACTIONVM inter ſe ORDINEM INDICANT. Sic ALIÆ DIRECTÆ. Sic vocantur act. in rem & ſimiles, cum actioni ad exhibendum opponuntur *l.3.§.13. l.17. ad exhib.* non quòd hæc vtilis ſit; nam ex verbis legis eſt, ſed alio ſenſu quod illa rectâ dirigiturad id, quod principaliter agitur: ALIÆ PRÆCVRRENTES, quæ ad iſtas viam muniunt, vt ad exhibendum, *lib. præcep. cap. vlt.* QVÆDAM PRÆSTATIONIS GENVS, ſeu qualitatem & quantitatem. Cuiuſmodi IV. I. Oſtẽdens quales res in actionem deducantur, p quæ in §. *ſequens* 16. *I. de act.* p [Cuius *triplex vſus: Vt norimus 1. quid & quantum petere liceat; 2. intra quæ tempora. 3. an actio aduerſus heredem* Donell. ad d.§.16.& ſeqq. num.3.] QVOD ALIÆ REI PERSEQVVTORIAE [*ſcilicet noſtræ. Rei enim vero hîc in ſpeciali ſignificatu (aliàs pœna quoque res eſt) ab aduncto, quod ſignificationem generalem & propriam reſtringit, ſubintellecto. Poſſeſſua enim ſubaudiri ſolent accommodata ad perſonam eius de quo ſermo: Exempli gratia, Vendidi fundum, ſcilicet meum; collocaſti filiam, ſcilicet tuam; Publicauit opus, ſc. ſuum.* Valla 4. eleg. 1. (ad d.§.16. num. 4.) *id eſt, quibus perſequimur, quod à patrimonio nobis abeſt* l.35. de O.& A. *idq; ſolùm ad differ. mixtarum. Abeſſe dicitur 1. quod patrimonij noſtri eſt, ſed ab alio tenetur. 2. quod eſſe deſiit, ſed ex obligatione reſtituendum. 3. quod debetur ex contractu.* q q
4. quod æſtimationem eius quod nobis abeſt continet; veluti æſtimatio ex iureiur. in litem & pœna conuentionalis. Nam hac etſi reo pœna ſit, actori tamen perſecutio: In hac verò diuiſione quia opponuntur rei perſecutoriæ pœnalibus, pœna intelligitur ea, in quâ non inſit rei perſecutio (d. loc. num.5.) r r *Tales igitur omnes actiones in rem §.17.* l. de act. *etiam cum iuratur in litem. Quia licet tunc plus iuſto pretio conſequatur actor, non tamen plus quam ei abeſt, ſi ſpectatur id pretium quod rem ſuam æſtimat.* s Fac. L.3. de bon. lib. (d. loc. s num. 8.) *Et ex contractu omnes, exceptâ depoſiti in vnâ ſpecie, incendij, ruinæ cauſſâ & exhibitoriâ, quæ vtraque in duplum* (num.9.) *Ex quaſi contractu omnes exceptâ vnâ legat. & fideicomm. nomine relicti Eccleſiæ, de quâ §. vi a.* 19. I. de act. num. 12.] ALIAE POENALES, [*tantùm: hæ duæ: Furti §.18.* I. de act. *& iniuriarum* §. pœna 7. l. de iniur. Donell. d. loc. num. 11.] ALIAE MISTAE, [*reliquæ omnes quæ ex maleficio vel quaſi §.18.* & ſeqq. I. de act. *excepta Rerum amotarum & Conduct. furtivâ quæ rei perſecutoriæ.* d. loc. num. 10.] Vbi & id quod abeſt perſequimur & aliquid amplius, de quo vid. s. *lib.16. cap.8. inter lit. B. & C.* II. Indicans quantitatem præſtationis in pœnis §.21. I. *de act.* t quod omnes VEL t IN SIMPLVM conceptæ, VEL DVPLVM, vel in triplum vel in quadruplum. III. quantitatem præſtationis in fructibus, vſuris, & aliis acceſſionibus. Sic in §.28.& ſeqq. ALIAE BONAE FIDEI, ALIAE STRICTI IVRIS, ALIAE ARBITRARIAE. u IV. u Quantitatem præſtationis rei principaliter petitæ. QVIBVSDAM MINVS §. *ſunt præterea 36. vſque ad fin.* QVAEDAM NECESSITATEM PROBATIONIS: Sic IVDICIA ALIA SIMPLICIA, ALIA DVPLICIA nimirum quinque: Famil. erciſc. Comm. Diuid. Fin. regũd. *l.2.§.1. Com. diu. l.37.§.1. de O.& A.* Vti poſſidetis, & Vtrobi *d.l.37.§.1.* quæ & mixta *d.§.1.* in quibus vterque duplicem perſonam ſuſtinet, actoris & rei, proinde ab vtroque exigenda probatio. Et quidem ita in duobus iſtis poſſeſſoriis ius eſt, cum vterque pro poſſeſſore haberi poſſit, vt *l.3. princ. Vti poſſid.* In reliquis, etſi par vtriuſque cauſſa, actor habetur, qui ad iudicium prouocauit, & ſi vterque, ſorte res dirimitur *l.13. & ſeq. de iudic. l.2. §. Commod. diu.* QVAEDAM vim & EXITVM IVDICII. x Sic ALIAE x AB VTRAQVE contrahentium PARTE DIRECTAE, Vna nimirum Pro Socio *§.2. I. de pœn. temp. litig.* y ALIAE ab vnâ directæ, AB ALTERA CONTRARIAE, vt Commod. Depoſ. Pignoratitia, Mandati, Negoc. geſt. Tutelæ illis *titul. D. Commod. vel contra &c. dict. §. ſecundo.* Directa hic quæ principaliter petit id cuius dicitur eſſe actio, z dicta quod

cta quod rectè ad id obtinendum feratur. Sic directa Cõmmodati reperit Commodatum, Mandati virget ſolùm mandatum, eiuſque rationem reddi exigit. Hinc eadem principalis actio *l.17.§.1. Commod.* rectum iudicium *l.18.§.vlt. eod.* Cõtraria qua non principaliter de eo, cuius actio dicitur, agitur, ſed per conſequentiam; non perſequens commodatum, depoſitum &c. (quia non eſt ei qui dedit, ſed qui accepit) ſed quod per cauſſam cõmodati &c. abeſt *d.l.18. §. vlt. Commod. l.5. princ. Depoſ.* Dicta quod ex aduerſo directæ conſtituta eius vim quaſi reprimat ac præſtationem minuat, aa vice mutua exigendo (hic & 13. aa *Com.* 14. [ideóque de eius præſtationibus recto quoque iudicio agi licet iure penſationis *d.l.18.§.vlt.* Inde dicitur de calculo, id eſt, computatione eorum quæ abſunt, agi, qui ferè iudicio (ſcilicet directo) dirimitur *l.6.§.vlt. de his qui not. infr. hac s. 13. Com.* 14.] Et quia contrariæ quaſi ſequelæ & appendices directarum, inde exitu iudicij differunt. 1. Contrariis damnatus non fit infamis vid. s. *lib.18.cap.8. lit.G.2.* In iiſdem non iuratur in litem vid. *ÿ. lib.26.cap.8.* Notanda denique hic triplex acceptio, directæ actionis. 1. quæ bb opponitur vtili. bb 2. actioni præparatoriæ ad exhi- cc bendum. 3. Contrariæ, vt hic. cc

NOTATA.

a De diuiſionibus actionum, earumque vſu adde *Duar. ad tit. Dig. de O.& A. ca.8. P. Greg. 21. Synt. 8. n.10.* & ſeqq. *Arnold. ab Haërſolte in Prolegom. de act. in genere Bodin. diſſrib. iur. pag.41.* & ſeqq. *Vult. in §.1. I. de act. n.32.* & ſeqq b Quæ b & eodem ſenſu legitimæ *l.14.§. vlt. de præſc. verb.* Nec legitima ea ſolùm, quæ ex 12. tabulis, Ciuilis verò ex aliis partibus iuris, vt *Muda. in §.3. I. de act. n.9.* Nam *d.§.3.* dicitur ex legitimis, *& ciuilibus* cauſſis coniunctim non, *aut ciuilibus.* Ac etſi legitimum ſtrictè quod ex lege, vna parte iuris ciuilis, latiùs tamen vſu iuris & quod ex aliis, quæ etſi non verbo, aſt vi ac poteſtate leges ſunt. Sic legitima cõuentio ex Senatuſconſulto *l.6. de pact.* hereditas *l.3.§.2. Pro Soc. iunct. l.3. in fin. de per. her. Dom. noſter add. §.3. num.7.* Ducta verò hæc diuiſio ex cauſſa efficiente *Vult. in d.§.3. num.1. & in §.1. eod. num.32. Mudæ. in d.§.3. n.2. Bodin. diſtrib. iur pag.44. Gifan. ad l.25. de O.& A. num.107.* Planè vt actio ciuilis eſſe cognoſcatur ſpectari vult *Sneiduin. in d.§.3. num.10.* I. Perſonam actoris, vtrum ei Lex det actionem, non autem Rei vtrum inde prætorio etiam contra aliam perſonam detur, vt rei vindic. contra illum qui dolo poſſeſſionem amiſit. 2. Originem actionis an aliqua parte iuris ciu. inducta ſit. Sed verius eſt neutritus litigatoris perſona hoc æſtimari. Nam quod ius agentis ex perſona actoris metimur *l.1.§.1. Si pars her. pet.* aliorſum ſpectat. Nec tantùm dici ciuiles quod aliqua parte iuris ciuilis prædiræ, ſed quod ex legitimis & ciuilibus cauſſis deſcendant *d.§.3. vbi Vult. num.2. & in §.1. I. eod. num.32.* quæ nempè illis ipſis iuris partibus ad agendum conſtituæ ac idoneæ iudicatæ ex quibus actio oriretur. Etſi enim cauſſas aliquas harum act. ius ciuile per ſe improbat, vt delicta, tamen ad agendum iuſtas eſſe agnoſcit, & ob id dat actionem vt coërceantur *Don. in d.§.3. nu.9.* Nec etiam Ciuiles tantùm quæ conſtitutæ certo iure ciuili, ſed & quæ eo comprobatæ ac confirmatæ. Vt quæ ex dominio, ſeruitutibus ac contractibus iuriſgentium *Don. d. loc. nu.14. Gifan. ad d.l.25 nu.106. Vult. ad pr. I. de act. n.32.* Nam qui ipſamque originem omnium actionum iuri ciuili Rom. adſcribunt, adeoque vſum earum 12. tabulis antiquiorem eſſe infitentur, vix eſt vt in iis refellendis digna collocetur opera. Perfectiora certè non in florentioribus ſolùm Græcorum Rebuſpublicis, ſed & aliis aliarum gentium, quibuſcunque iudicia fuerunt, ſquam in ipsâ Roma Romanaq; ditione, anguſtis tunc finibus terminatâ, proximè poſt mutuatas illas ab Athenienſibus leges ſub iucunabulis fermè naſcentis aut certè lactantis adhuc & balbutientis, ſi ita loqui licet, Reipublicæ Romanæ. c Num & ex reſponſis prudẽtum Ita volunt *Muda. ad d.§.3. I. de act. n.9. Vult ibid. n.4. P. Greg. 21. Synt. 8. n.11. Hot. ad d.§.3.* qui negatorias actiones ad ſimilitudinem confeſſoriarum à Iuriſcõſultis inſtitutas eſſe ſcribit. Contra *Donell. in d.§.3. n.10. 11.* quia non fuit Prudentum act. conſtituere ex aliqua cauſſa, ſed an & quæ prodita ſit in-

terpretari ac oſtendere, datas denique componere at certis formulis includere, *l.2.§.6. de O.I.* † Ita verò puto Nouæ & peculiares act. nunquam à Iuriſconſultis excogitatæ, in quo errat Hot. eorum tamen interpretatione actiones iure ciu. prodiræ ſæpè ad caſus ſimiles producta, quæ vtiles ciuiles. vt *Vult. d.n.4. vid. j. lit H* d Prætorias tripliciter dici, ex *Aug. ad* d *§.1. I. de act. n.1.* refert *Sneiduin. ibid. nu.12.1* Inuentione ac origine, quæ à Prætore deficiẽte ciuili inducta. 2 Extẽſione: Talem eſſe Rei vindic. contra eum qui dolo poſſidere deſiit (Quò & alij referunt Petitionem hereditatis poſſeſſoriam, quod actioũ ciuilem prætor extendat ad bonorum poſſeſſorem, *Arn. ab Haërſolte Prolegom de act. in genere n.23* vid. *Muda. ad d.§.3. n.15.*) 3. Approbatione vt actio Cõmodati *l.1. Commod.* Sed immò eæ ſolum prætoriæ, vt eſt *d.§.3.* quas prætor ex ſua iuriſdictione (id eſt, edicto. Sic enim alibi paſſim iuriſd. pro edicto *l.1.§.pen. de poſtul. l.7. de iuriſd. l.11. de in ius voc. & ſimil. Coraſ. ad d.§.3. n.3.* Quia edicta pars iuriſd. prætoriæ *Don. ibid. n.11.*) comparatas habet, id eſt, conſtituit *§.1. I. de obl.* ſeu facit vt ſint paratæ iis quibus proponuntur *Don. d.n.11.* Non autẽ dicitur quas approbauit *Mynſ. ibid.n.3.* Quare origo hic ſpectãda. Nec vti ea quoque actio ciuilis, quæ iure ciuili confirmata vt s. *lit. B.* ita ea quoque prætoria, quæ prætoris edicto. Ius enim ciuile act. iuriſgent, comprobando, conſtituere eaſdem & inducere in ciuitatem videtur, quæ non admiſſæ non tenerent. Prætor autem eas actiones quæ legis auctoritate valent, edictis ſuis pollicendo, conſtituere illas non videtur, quæ ſine auctoritate illius eædem futuræ *Don. ad d.§.3. n.14.* Quare ſi quæ actio ante ll. conſtitutæ, edicto prætoris monitorio propoſitæ naturam non mutant, ſed manent ciuiles vt actio Commod. *l.17.§.2. Cõmod. iunct. l.1. pr eod. Don. d.n.14. Mynſ ibid. n.4. Harpr. n.10. & ſeq. Gifan. ad l.25. de O.& A.n.107.* Nec ſi actio legitur à prætore dari, ideo prætoria, cum in eo reliquiæ exſtent iuris veteris quo impetrari ſolebat actio & dari à prætore etiã ciuilis *Muda in d.§.3. n.10. Duar. de O.& A c 8. Vult. ad pr. I. de act. n.97.* Tametſi quoque ciuiles ipſo iure competere dicantur *§.1. I. de perp & temp act.* & Prætoriæ dari. † Planè ſi non nuda & ſimplex approbatio, ſed quæ aliquid nouæ adiectionis cõtinet, per extẽſionem, ea ratione prætoria act. rectè dicitur, vt *Mynſ. d. loc. n.6.* Veluti Rei vindicatio contra dolo deſinentem poſſidere: Quia etſi non ſit inuentum prætoris quod domino datur rei vindicatio, eſt tamen id quod cõtra eũ datur qui non poſſidet *Muda. in d.§.3. n.12.& 15 vid. not. s. l.20. c.3. L. in fin.*† Prætoris accenſendæ ædilitiæ quæ illarum nomine cõtinentur *l.5. pr. de V.O.§.1. I. de diuiſ & ip.* non natura, ſed ex ſimilitudine, vti à parte præcipua res denominari ſolet, *Don. in d.§.3. n.13.& ad d.l.5. Duar de O.& A.c.8. Cuiac.8. obſer.38.* Q Num actiones Ducum vel Marchionum ll. prouincialibus aut ſtatutis inductæ ciuiles an prætoriæ. Veluti ſi hereditas alicui iure ſtaturario delata, ad quem iure communi non pertinet, num petitio hereditatis inde ciuilis an prætoria? Poſterius probat *Mynſ. in d.§.3. nu.8.* quia omnes magiſtratus poſt Imp. proximiores ſiut prætoriæ iuriſdictioni quam vllius alterius magiſtratus Romani *& Muda ibid. n.16. ac Sneiduin. n.7.* excipientes ſolum duces ſuperiorem non agnoſcentes, ſeu quibus regia poteſtas. Verùm immò cum perpetua hodie Principum imperij ſit iuriſdictio, cumque in ſuis quiſque ditionibus iura Cæſaris habere cenſeatur, vt not. s. *li17. ca.9. lit.H.* conſequens eſt eos in locum Prætorum & præſidium non ſucceſſiſſe, adeoque eorum conſtitutiones Prætorij iuris portionem non eſſe, ſed à ſuis ſubditis pro ll. cuſtodiendas quibus & necipſi auctores adſtricti & incõſulto Imp rogare eas & abrogare poſsũt *Fac. L 9. de inſt. & iur. l.13.§.1. Gom. præd. l. vlt. de decret. ab ord l.25 ad municip. l.1 C. de emanc.* vid. *Viſll. in §.3. verſ. alia autẽ I. de act. n.18. & ſeq Loriot. tr. de act. axiom. 4. Fortun. Garcia ad l.7. §.7. de pact. n.14. Guerin. Piſo. Soacc. de Roman. & Venet. Magiſtra inter ſe comparatione nu.112. Val. Guil. Forſt. tract. Iuſti. p.2. diſp.1. th 2. lit. C. Barthol. Muſculus de ſucc. cõuent. mẽbro 1. claſſ. 1. concl. 1. lit. D. n.18. & ſeq aliiq; ab eo citati.* e e Huc refert Gœd. *ad l.34. de V.S. n.5.* reſtit. in integrum, bonæ poſſeſſ poſtulationem, item miſſionis in poſſeſſ. ac cautionis prætoriæ, Salarij denique aduocatorum medicorum &c. exactionem. Ibid. *n.13.* variè dici act. extraord. 1. ratione ſollennitatis impetrandi, quod hodie ſublatum 2. ratione cauſſæ efficiẽtis & originis, Ita prætoriæ ciuilibus & vtiles directis collatæ extraord *l.47. de neg. geſt.* quæ diff. ſupereſt 3. genere perſequendi vt *l. vlt. de furt.* cuius diff. etiamnum vſus eſt, † *P. Greg. 21. Synt. 8. nu.10.* Extraord. diciquæ vel iure quidem ſcripto, aſt ſine forma communi expediuntur, vt reſtitutio in integrũ vel arbitrio iudicis ex æquitate iure ſcripto deficiẽte, nobiliq, vt vulgò iudicis officio, *add. not. s. lib.19. c.1 lit.*

P. *Ant. Fab. 4. Conſ. 17. Vult. ad princ. I. d. act. num. 38. & ſeqq.*

f Labeur hîc noſter. Nam adhuc inſignis differentia, quia prætoriæ pleræque annales, ciuiles perpetuæ *princ. I. de perp. & temp. act. l. 35. de O. & A. s. l. 16. c. 8. Mudæus in §. 3. I. de act. num. 19. Gisan. ad d. l. 35. num. 4. Barth. Muſch. de ſucceſſ conuent. membro 1. concl. 1. lit. D. num. 21.* & Et recta datur alicui & in aliquem ; quaſi in eum ipſa legis verba dirigantur *Don. ad §. 4. I. de act. num. 11.* † *Baro in §. 2. I. de fideic. hered.* directum dici quod recto iure antiquo ſit nullius interpretationis indignum, qua ad conſequentiam ius antiquum produci ſolet. *Vult. 2. Iuriſpr. 4. num. 13. & ad §. 1. I. de act. nu. 33.* Directam dici quæ ex ipſis legis vel edicti verbis expreſſis, formula in ea intentanda ex ipſis verbis legis ſeu edicti deſumpta. *add. Duar. de O. & A. cap. 7. Coraſ. ad §. 4. I. de act. num. 4. P. Gregor. 21 Syat. 8. num. 17.* qui ex verbis legis, *vel contrahentium* dari ſcribit. (Quæ adiectio non probanda. Nam & præſcr. verb. act. vtiles ſunt, ex verbis tamen contrahentium, vid. *tr. de præſc. verb. cap. 22.*) Et hæc non datur alij niſi cui L. vel iuris aliqua pars expreſſim propoſuit, vel qui eam ſuo facto, & negocio nempe inito, ſibi peperit, accedente tamen & aſſiſtente iuris confirmatione. Rademque intra viſcera eius, cui parata eſt, ita hæret vt diu ſtli ab eo nequeat, nec in eum cui ceſſio facta eſt, recta transire poteſt *Curt. 3. Conſect. ad Vſu. 1. vid. ſupr. lib. 15. cap. 43. lit. I.* & K. Vocaturque ordinaria *l. 5. C. Sires al. pig.* ſpecialius ciuilis *l. 14. de precar. vt. s. lib. 14. cap. 34. lit. D.* & legitima *l. 22. §. vltim. de aq pl. arc. Vult. ad d. §. 1. numero 33.* Etſi aliàs & plurès vtiles act ciuiles, nec omnes prætoriæ. *§ vltim. I. de l. Aq.* (vbi vtilis actio l. Aq. ab act. prætoria diſcernitur) *l. pen. Si quadr. paup. l. 6. C. de tranſ. l. 46. de her. Inſt. Vult. ad §. 4. I. h. t. numer. 4. Gœd. ad l. 6. §. 1. de V. S. numer. 20. Hortenſ. ad l. 2. §. 1. eo quod cer. lo. Ant. Fab. 63. err. prag. 9.* Enimuerò omnes tamen prætoriæ ſunt vtiles ad ius ciuile relatæ. Nam & quæ verbis edicti propoſitæ ex ſententia & ratione iuris ciuilis ducuntur ad caſus ſimiles lege omiſſos *Baro ad l. 11. de minor. Donel. ad d. §. 4. numer. 11.* per ea quæ *s. lib. 1. cap. 8. lit. I.* Atque ita directa actio opponitur prætoriæ *d. §. 4. I. de act. l. 26. §. 2. & 4. de nox. act Briſſ. lib. 4. de V. S. v. Directa. Vult. 2. Iuriſpr. 4. numer. 12.* Quomodo Publiciana vtilis comparata cum rei vindicatione *d. §. 4. vbi Coraſ. n. 4. Mynſ. n. 9. & Vult. num. 11.* Et ſuperficiaria vtilis *l. 16. §. vltim. de pign. act.* etſi ex verbis edicti *l. 1. princ. de ſuperfic.* Aſt ſi ipſum ius Prætorium ſpectamus, directæ quoque dici poſſunt, quæ ipſis verbis edictorum proditæ ; vtiles, quæ ex ratione vel interpretatione productæ. *Mynſ. & Coraſ. d. lo.* Sic Quaſi Publiciana *l. 70. de R. V.* id eſt, vtilis *Coraſ. d. nu. 4.* Quaſi Seruiana §. 7. *I. de act.* quæ vocatur vtilis & ad exẽplum inſtitui dicitur *l. 1. C. de procur.* Et vtilis inſtitoria probatur ex *l. 16. in fin. l. 19. princ. D. l. pen. & vltim. C. de inſt. act. Don. ad rub. C. eod. num. 16. Val. Guil. Forſt tract. Inſtitu. p. 2 diſput. 1. th. 2. lit. E* Et vtile interdictum *l. 1. C. de interd. §. vlt. in fin. Inſt. eod. l. 2. §. 5. de aq pl. arc.* vtilis neg geſtorum *l. 47. de neg. geſt. l. 17. C. eod.* Denique, directa actio alia ex verbis & mente ita datur, vt vtilem, genere quodam in ſe, contineat, ſed quæ in parte non in iure conſiſtit, *Curt. 2. Conſ. ad Vſu. 1.* Veluti : Rei vindicatio domino plenæ proprietatis contra verum poſſeſſorem competens. Actio ex empto emptori contra venditorem. Sicuti & vſufr. pleni dominij pars cenſetur, & obligatio naturalis ciuili iuſtæ quaſi incluſa. Vnde docendi gratia forſan non ineptè actio Directa plena, ad dominij, vel mixta ad obligationis ſimilitudinem dicetur. Alia non continet. Eaque vel ſola, nec vtili oppoſita, vt quæ ex obligatione merè ciuili, qui except. oppoſita inefficax ve *s. lib. 12. cap. 3.* Vel oppoſita, aut cum illa concurrens, cum ad eandem rem ratione iuris diuerſi alij directa actio alij vtilis. Sic proprietario vindicatio directa, emphyteutæ vtilis. Re ex pecunia militis empta à domino, vindicatio, directa emptori, contra omnes alios, militi vtilis contra omnes *l. 8. C. de R. V.* Actionibus mandatis directæ ei, qui ceſsit, vtiles Ceſſionario, ſeu Procuratori in rem ſuam vt *s. lib. 15. cap. 43. lit. I.* & *ſeqq.* Reſtituta hereditate fiduciario directæ, ſed inanes, fideicommiſſario vtiles & efficaces *s. lib. 8. cap. 25. lit. B.* h ita & noſter ad *§. 4. I. de act. numer. 11.* & *de præſc. verb. cap. 22. P. Greg. 21 Syn. 8. numer. 17.* (ex mente legis vel contrahentium per extenſionem dari) *Bodin. diſtrib. iur. p. 44. Forcat. dial. 63. numer. 1.* & *2. Coraſ. ad §. 4. I de act. num. 14.* & *ad l. his verbis 19.* D *de adopt. numer. 4. Vult. 2. Iuriſpr. 4. numer. 13.* & *ad §. 1. I de act. numer. 33. Gœd. ad l. 6. §. 1. de V. S. num. 16.* & ſeqq. *Parlard. 2. rer quotid. cap. fin. p. 5. §. 1. num. 10.* Dicta non ab vtendo, quod exercitium eius & vſus habeatur, vt *Cur. 2. Conſ. ad Vſu. 1.* ſed quia gratia vtilitatis datur *l. 5. §. pen do conſt. pec.* benigna iuris interpretatione *l. 3. C. de bon. quæ ſub mo.* ob æquitatis rationem *l. pen. Cod. ad exhib. l. 20. princ. de tut. & rat. diſtr. l. 1. de eo quod cer. lo. l. 2. §. 5. de aq. pl. arc. Cuiac. 2. ad Afric. ad l. 46. de her. inſt. Vult. ad §. 1. I. de act. num. 33.* quæ ita per ratiocinationem ex lege edictove colligitur *Vult. 2. Iuriſpr. 4. num. 15.* quod ita bonum & vtile in publicum viſum aduerſus iuris-ſtricti regulas, cum & quandoque alij, quàm quo cum contractum eſt detur *Curt. 2. Conſ. ad Vſu. 1.* Et ita contra ſubtilitatem verborum, propter manifeſtam legis voluntatem æquitate ſuadente *Coraſ. ad d. §. 4. numer. 4.* cum L. de eo caſu nominatim non loquitur, ſed de eo idem ſenſiſſe legiſlatorem veriſimile eſt, *Coraſ. ad d. l. 19. num. 4.* Nam vtilitatis cauſſæ idem eſt quod ex æquitate, rigore iuris non ſeruato *l. 44. §. 1. de acquir. poſſ. l. 44. §. pen. de Vſucap.* Atque hîc non tam ius ad factum, vt in directa, quàm factum ad ius inflectitur, vnde dicitur accommodari *l. 1. C. de inoff. don. l. 55. in fin. de don. int. vir. l. 24. de pign. act. Vult. ad d. §. 1. numero 31.* & *d. cap. 4. numero 17.* & ſeqq. nec ſine cauſſæ cognitione olim datam cenſet *Vult. de numero 18.* indèque *decernendi* verbum in his act. vſurpari *l. 22. de conſt. pec.* & *ſimil.* Etſi verò ſint, qui act. directam quoque ex ſola ſententia legis ; Vtilem autem non ex mente legis, ſed protectione, extenſione, interpretatione, ac ſuppletione dari cenſet *Duaren. de O. & A. cap. 7. Mudæ. ad §. 3. I. de act. numero 4. Coraſ. ſibi contrarius ad l. ei qui 16. D. de ſeruit. numer. 17. Loriot. tr. de actionib. axiom. 6. P. Grangian. Paradox. cap. 32. Val. Guil. Forſt* & ab eo citati *p. 2. diſput. 2. th. 2. lit. F.* non conſtituto iure, vt directæ ; ſed ad exemplum & in conſequentiam earum, vbi ſubtili iure actio omnis deficit *Vand 1. qua. 42.* qui hoc amplius etiam vtiles ex verbis Edictorum & Senatuſconſultorum dari vult probante *Forſt. d. loc.* Denique *Ant. Fab. ad l. 47. de neg. geſt.* vtiles actiones non tam per interpretationem voluntatis induci, quam ex neceſſitate & in ſubſidium alterius actionis ex æquitate. Falluntur tamen illi *1.* ignorantia elenchi. Nam illa ipſa porrectio ac extenſio ſit vi ſententiæ, vt prob. *s. libr. 1. cap. 14. toto* Et iuris benigna interpretatio, quod intus eſt in lege exeutit, ac relicto cortice verborum ſententiam accipit Forcat dial. 63. num. 2. Nec directè *Coraſ. ad d. l. 16. numer. 17.* vtilem ideò non eſſe ex mente legis, quia de ea facti ſpecie Lex non congitauit, ſed per interpretationem prætoris, vel iuriſconſultorum eò porrigi, quod veroſimile ſit legiſlatorem ſi de eo cogitaſſet idem diſpoſiturum. Certè nimis in anguſtum cogitur ll. ſententia, ſi ad ſpecies præcogitatas reſtringuitur. Nam imò ſententia earum ad caſus ſimiles eoſque de quibus ſi cogitatum idem diſpoſitum foret pertinet *lib. 12. de ll.* Quæ eadem liquidiſſimè conuincit protectionem, & extenſionem ad caſus ſimiles non *ex ſententiâ* modo legis ſed & *manifeſtâ* fieri poſſe. Et benigniori interpretatio,) cauſſa vtilis actionis *l. 3. C. de don. quæ ſub mo.*) non eſt præter mentem legis, nedum contra vt *Bart. ref. Forcat. d. loc.* ſed ex ciuſdem voluntate *l. 18. de ll.* Fachin. *tit. I. de leg. patrõn. tut. in verbo per interpretationem iuncto verb. voluiſſe legem.* Quod & exemplis illuſtrat *Gœd. ad d. l. 6. §. 1. numer. 17.* & *3.* ſeqq. Etſi L. 12. tab. tab. de quadrupede loquitur, quis ambiget, quin voluntas eius ad pauperiem à bipede factam pertineat, vbi vtilis actio *l. pen. Si quadr. paup.* Verba legis Aquil. damnum à corpore in corpus exigunt. Mens non deficit ſi alia ratione corpori nocitum *§ vltim. Inſt. de l. Aq. l. 47 §. 8. D. eod.* Edicti de arboribus cædendis verba ceſſant, vbi arbor radices noxias in ædes meas immiſit, voluntas quia non ceſſat, vtile interdictum *l. 1. C. de interd.* Deinde iidem rationibus infirmis nituntur. Sic arguunt : 1. Verba legis non rectè ſeperantur à ſententia *l. 6. §. 1. de R. V.* Sanè ne quicquam *Forcat. dial. 63. numer. 4.* verba *d. §. 1.* (*tam* ex legum ſententia, *quam* ex verbis) coniunctim accipit, veluti ſi dicam : Titius inſignis *tam* viribus *quàm* doctrina, Nihil enim veriùs verè lege contineri, quod verbis non expreſſum ex mente, ac ratione ernitur *Gœd ibi. numer. 11.* & ſeqq. Confer. *Menoch. adip. poſſeſſ. remed. 4. num. 116.* & *num. 231.* & *c. Turamin. ad l. 1. c. de iure fiſci p. 1. cap. 4. nu. 67.* & *ſeqq.* At quid inde aliud efficitur niſi actionem vtilem, quæ ex mente legis, Senatuſconſulti, conſtitutioniſve, eſſe ciuilem vel, quod idem eſt legitimam, quæ ex mente edicti, eſſe Prætoriam. 2. Obiicitur. Vtiles actiones exemplo, ad exemplum, vel inſtar directarum inductæ *l. 1. C. de procur. l. 16. in fin. l. 19. princ. de inſtit. act. l. 51. de furt.* & *ſimil.* E. nec ex intellectu legis ortæ argum. *tit. I. de leg. par tut.* ℟. Hic medij tenentur & in laqueum ſe ipſi dant. Nam ſi tutela parentum exemplo patronorum recepta vt *d. tit.* quin imò quaſi exemplum exempli *vt per tit. præced.* legitima tamen dicitur, æquè legitima actio, quæ exemplo directæ, verbis

legis

legis proditæ. Proinde quia non eſt verbis, neceſſe eſt, ſit ex ſententia, per *d. l. 6. §. 1.* Denique grauiter errant, tum qui directas actiones aliquando ex ſola mente competere volunt. Exemplum eſſe in Interd. Vti poſſidetis ; quod, etſi eius verba de ædibus *l. 1. princip. Vti poſſid.* tamen de fundo directò datur *l. 1. C. eod.* Reſp. Ædes *d. l. princ.* exempli gratia poſitæ non reſtrictionis cauſſa, ſed vt omnes res ſoli contineantur *d. l. 1. §. 1.* vbi nota verbum *ſcripsum* eſt *& §. 6. 7. 8. Forcat. dial. 63. numer. 3. Gœd. ad d. l 6. §. 1. numer. 21.* Niſi quis dicat interd de tab. exhib. item de liber. exhib. ex verbis Prætoris, quibus L. Titij mentio, ad ſingularem hominem pertinere. Aliud exemplum ſtatuit *Vaud, d. quæſt. 42. numer. 2.* in act. l. Aquiliæ ad æſtimationem hereditaris, quæ directa *l. 23. princ. & §. 1. ad l. Aq.* cum tamen non ſit ex verbis *§. 10. I de l. Aq.* Reſp. Diſt. inter cauſam actionis quæ in *d. l. 23.* eſt occiſo ſerui : & ita ipſa actio ex verbis l. Aq. quia *corpore* & in corpus nocitum, & effectum ac præſtationem iſtius æſtimationis, quæ ex accidenti accedit. Pari certè modo argutari quis poſſet, nullam fermè actionem directam dari ex verbis, quia in quamcunque ferè veniunt præſtationes, fructuum, cauſſæ, interuſurij, verbis vt plurimum eius ipſius legis, quæ eam ipſam actionem propoſuit, non definitæ. Tum qui vtilem ex ipſis verbis. Quod paradoxon firmare audet *Vaud. d. loc.* exemplis ſeqq. 1. Ex edicto. Publicianæ & Superficiariæ actionum. Ad quod Reſp. expedita, ex dictis *lit. præced. G. verſ. Enimuerò, &c. 2.* Ac vtilium, quæ in fideicommiſſarium tranſeunt ex verbis Senatuſconſulti Trebel. *leg. 18. in fin. ad l. Falc. l. pen. in fin. C. ad SC. Trebell. iunct. l. 1. §. 2. D. eod.* Reſp. Commiſſitur fallacia elenchi vel plurium quæſtionum. Aliud eſt tranſire ex verbis Senatuſconſulti, aliud ex iiſdem dari. Neque enim is cui reſtituta eſt hereditas agit directò vel vtiliter, ex Senatuſconſulto, ſed ea ipſa actione ſpecie, quæ defuncto competiit, ex eo ipſo negocio vel cauſſa. Quin & pluribus aliis caſibus actiones lege transferuntur, vt *S. libr. 15. cap. 43. litt. P.* nec dantur tamen lege, nec directæ ſunt, ſed vtiles † Cæterum variis modis vtiles actiones dici refert *Forcat. dial. 63.* adeoque ſex diuerſas acceptiones *ibid & dial. ſeqq.* percenſet, quæ tamen non omnes à ſe inuicem diſcrepare videntur. Sicuti nec placet quod *Gouean. 1. var. lect. 40.* diſcernit eas quas vtilitas legum exigit *l. 11. de præſcr. verb.* ab iis quas vtilitas hominum *l. 1. de eo quod cert. loc.* Planè vti vtilis actio non, niſi deficiente directa atque in eius ſubſidium datur *l. 4. §. 7. Fin. reg. l. 26. §. 3. de pact. dotat. & ſimilibus confertim citatis à Vult. ad §. 1. I. de act. numer. 33. add. Vaud. 1. qu. 42. numer. 5.* ita vbi mens pariter ac verba legis ceſſant, in ſubſidium vtilis actionis datur, actio in factum prætoria. Veluti in damno dato, cum nec corpora, nec in corpus nocitum eſt, vt *prob. §. vlt. I. de l. Aq.* vbi prætor occaſione legis ſuppler id quod menti deeſt *Gœd. ad l. 6. §. 1. de V. S. n 19. Gouean. 1. var. l. 40. n. 2. Vahd. 1 q. 42. n. 10. Coraſ. ad l. 19 de adopt. n. 5. Parlad. 2. rer. quotid. c. fi. p. 5. §. 1. n. 10. Vult. ad d. §. 1. n. 34.* Quam tamen ipſam quoque vtilem rectè dici, ac ex ſententia l. non ita manifeſta oriri videtur ſentire *Gœd. d. n. 19. & ſeq.* vid. *Don. de præſcr. verb. 21. & 2. ſeq.* Poſtremo nota vtilem quandoque dici pro efficaci quæ excepit. non ſubmouetur, vt *l. 41. de fideic. & fi. Don. ad l. 10. C. de pact. 4.* i ita *Vult. in §. 1. I. deact. n 33.* in effectu idem conſequi vtili agëtem. Et quod *d. l. 47.* habetur id in vniuerſum de directis & vtilibus actionibus tenendũ eſſe. Et ad *pr. I. eod num. 39.* argui *ibid.* à modo ius dicendi ad modum actionis inſtituendæ. Atque ex eo quod nunc ius dicitur ſecundum petitionem actoris inferri, quod actio quocunque modo intentari queat, eodem effectu, ſiue ſolleniter ex verbis, ſiue non ſolleniter ex mente legis inſtituta. Vbi & Tribon. in *d. leg. 47.* manus admouiſſe Paulo cenſet vt & *A. Guid qq. iur. cap. 10 num. 6. Petr. Greg. 21. Synt. 8. num. 17.* ad effectum non referre ſublata formularum conceptione. Ampliùs *Cuiac. ad pr. I. de act.* ex quo formulæ ſublatæ nullas eſſe ampliùs act. directas, omnes vtiles, mutataſq; in perſequutiones extraordinarias. Et *A. Fab. 4. Conject. 7.* olim multum retuliſſe directa, an vtilis actio competierit in ord. iudiciis, indeque toties quæri in Dig. vtra competat In extraord. quæ pauciſſ. in quibus magiſtratus ipſe cognoſcebat, nullaque formularum obſeruatio, non retuliſſe. Formulis autem ſublatis iudicia omnia extraord. eſſe *§. vlt. I. de interd.* id eſt, eodem modo ; quo quæ olim extraordinaria, tractanda : Hoc mouiſſe Tribon. vt ſuo tempori ſeruire volens locum Pauli *d. l. 47.* corruperit. Adieciſſe enim eum ſententiæ Iuriſconſulti : *nihil referre directa, &c. quia vtraque actio, &c.* aliam rationem de ſuo, *quia in extraord. &c.* itaque ſententiam l. fœdaſſe incautum, qui non animaduerterit rationem hanc à diſpoſitione alienam, quia neg. geſt.

indicium ordinarium *l. 3. pr. de neg. geſt.* & ſecum pugnantem, quia in extraord. nec directa datur actio, nec vtilis, idcoque perſecutiones dicuntur. Neque id agere ibi IC. an in conceptionem formulæ non differant, ſed monere cum quæritur, an neg. geſt. agi poſſit non diſtinguì directáne agatur an vtili, ſed id tantum ſpectari, an interſit agentis, quia tam vtilis quàm directa, ad id quod intereſt. Ibidem paulò pòſt etiam verba extrema Tribon. adſcribit ; quibus tamen paulò antè rationem Iuriſconſulti contineri agnouerat, & Tribon, vt connecteret cum ſua ratione addidiſſe voculam *maximè*. † Sed rectè *Forcat. dial. 65. Vand. 1 q. 42. num. 8. Gœd. ad leg. 34. de V S. num. 10 & ſeqq.* hodieque has actiones inuicem differre. Sublatis enim formulis natura ſing. actionum manſit. Vnde *Gœd. d. numer. 11.* cauſſam & media concludendi alia eſſe, cum vtilis ſola facti narratione contenta ſit, directa etiam cauſſæ expreſſionem & nominatam petitionem exigat per *l. 5. in fin. C de dolo iunct. l. 10. §. pe. nde in ius voc. l. vlt. C. Qui & adu quos in int. reſt.* de quo tamen ambigo. Planè directa ſæpè inanis, cum vtilis efficax. Et quibus caſibus eiuſdem rei nomine alij directa, alij vtilis, illis nunquam hæ actiones, nec hodie eiuſdem effectus vt patet ex not. *S. lit. G. ſub fin. add. Curt. 2. Conſ. ad Vſu. 1. pag. 106.* Directa act. cedentis extinctâ vtilis Ceſſionarij ſupereſt *S. lib. 15. cap. 45. lit. K. Forcat. dial. 65. numer. 2.* Actio directa ſi priuilegiis munita, non vtique ſemper & vtilis, vt ſi mulier act. dotis ceſſit *l 1. C de priuil. dot. Vaud. d. numer 8. vid. S. d. cap. 43. litt. O.* Denique vtilem act. famoſam non eſſe, poſt *Bart. ad l. 1. de O. & A.* vult *Forcat. d num. 2.* quod odia & pœnæ minuendæ ſint. Sed quid *add l. 47. Cuiac. 15. obſ. 11.* Nec refert, ait, id eſſe, non attenditur ſcrupulosè, nec in diſquiſitionem venit. Rem non expedit. † *Forcat. dial. 65. nu. 1.* Non vtramque act. *ibid.* confundi, ſed hoc dici formulam vtriuſque non differre, vtrobique ſatis eſſe ſi conceptum animi quoquo modo actor exprimat. At ſic non ſatisfit ſententiæ Pauli, cuius tempore formularum differentia vigebat. *Ibid. num. 1. & 3.* Reſp. *Forcat.* voculâ *maximè* innui quod aliquando eadem poteſtas vtriuſque act. non ſemper. Nempe in ſola neg. geſt. actione, non aliâ, quia illa ex ſolâ æquitate *l. 1. & 2. de neg. geſt.* perinde ac vtilis actio. † *Gœd. in d. leg. 34. num. 12.* Iuriſconſultum ſentire quod multum aliàs referat, &c, ſed de ea differentia fruſtra quæri in neg. geſt. act. cum vtraque ſit ex æquo & bono & bonæ fidei. Concludi ergò cum bonæ fidei actio competit nil intereſſe, ſecus cum ſtricti iuris. Rationem Iuriſconſulti exponit, *quia in extraord.* id eſt, non ſollennibus & directis, ſed vtilibus *vbi conceptio, &c.* id eſt, in quibus iudex non adſtringitur ſtrictæ petitioni, *hæc ſubtilitas* an actio directa ſit an vtilis *ſupernacua.* Non placet. 1. quia & in bonæ fidei iudiciis directæ act. alia vis, quàm vtilis & olim erat. & nunc eſt per ante dicta Verſ. *planè directa.* 2. Expoſitio ſecum pugnat. In vtilibus iudiciis non refert, an actio ſit vtilis, an directa 3. Concluſioni non conuenit ratio. Concluſio iuxta Gœd. In bonæ fidei iudiciis eadem *vis* actionis, quæ directæ. Ratio iuxta eundem. Quia in vtilibus iudiciis non refert, an actio directa, &c. 4. Confunduntur vtilia iudicia cum iudiciis bonæ fidei. Hæc enim ſunt quibus *iudex* formulæ non præciſè adſtringitur. Atqui & bonæ fidei iudicia directa ſunt : † Planè extraord. iudicia in *d. leg. 47.* non ratione iudicantis, aut cognoſcentis magiſtratus vt *Ant. Fab. S. d. loc.* accipit, dicuntur, vt *leg. 178. §. vlt. de V. S.* ſed vtilia, quæ paſſim extraordinaria, vt *leg. 17. de reb. cred. iunct. l. 18. §. 1. de iudic. leg. 43. de R. V. l. 5 C. Si res al. pig* quod in iis non ſecundum lege proditas formulas, ſed extraordinarias ex æquitate ad factum accommodatas cognoſcatur *Inſt. Meier. endox. Iuſtin. decade 2, cap. 3. numer. 4.* Sententia Iuriſconſulti hæc : Etſi, vbi verba edicti ceſſant, atque ita formula ordinaria deficit, nulla videatur actio danda, ſi tamen iuſta ex cauſſa interſit vtilem actionem accommodari ex mente edicti. Neque obſiſtere formulæ rigorem : quia in vtilibus iudiciis *ea ſubtilitas* formularum, nempe obſeruationis, ſuperuacua eſt, *Inſt. Meier d. cap. 3. num. 5.* Denique ſenſus : Tam vtili actione quam directa neg. geſt. actione perſequi licere id quod intereſt, quod nempe ex cauſſa geſtionis abeſt. Et verba *maximè cum vtraque, &c.* non tam confirmant priora, quàm temperant (nec *cum*, pro *quia* ponitur, ſed pro *quando*, quia dicitur *cum eſt*, non *cum ſit*) innuuntque quandoque intereſſe inter has actiones etiam in ipſo negoc. geſtor. iudicio, tunc ſcilicet quando plus eſt in alterutra. k ſc Vbi *Don. noſter ita num 5. & ſeqq.* Condictio non modo priſcis, ſed & poſteritatibus Latinis mutua denunciatio certi temporis & loci *Feſt. libr. 3.* Condictio eſt, ait, in diem certum rei, quæ agitur denunciatio & condicere, eſt ſimul di-

cere, ibid. Sic condicitur cœna, cum & quis inuitat vt alius certo die adsit, & ille promittit se adfuturum. Ita hic in ius vocatus si satisfaret ire non cogebatur, sed differebatur itio in certum diem vt l. *lib. 23. cap. 9.* Eum actor dicebat reo (indeque diem dicere pro litem intendere, *Plaut. Capt. 3. sc. 1.* & *Asinar. 5 sc. 1.*) denunciando illi, vt se eo sisteret, aut liti persequendæ adesset *Theophil. in d. §. 15.* Eundem dicebat reus contra denunciando, se eo die adfuturum *Fac. l. 8. princ. Qui sat. cog.* Hinc actio dicta non *dictio*, vnius, sed *conditio* duorum, vt ambo diem dicerent, quo sisteretur & iudicio agi inciperet. Etsi autem eadem denunciatio in rem, quia tamen illi aliud nomen *vindicatio*, inde vsus vocabulæ *Condictio*, ad speciem restrictus est. Nunc nulla eo nomine denunciatio fit *d. §. 5.* intellige eiusmodi, quia non amplius in potestate actoris est reo diem dicere, sed is lege constituitur, *auth. offeratur C. de lit. contest.* Ideoque abusiuè sic dicitur *d. §. 15.* nec malè tamen, quia & aliàs sæpe exoleto rei vsu appellatio prisca supereſt, ita Don. Conuenit & confirmat *Hot. ad d. § 15. Briſſ. 5. Formul. p. 368. Roſin. 9. ant. Rom. 11. Coraſ 4. miſc. 7. numer. 4.* Itaque *condici*, pro simul vel vtrinque dici, aut conueniri in *leg. 66. pr. de contr. empt. Liu. lib 2.* Inducìæ cum Rom. condictæ sunt. Et loca condicta pro expressis *Marcellin. libr. 20. Andr. Clud. de Condict. in præfat. numer. 16.* Nec rectè *Vult. in d. §. 15. numer. 2.* accipi pro simplici *dicere* & subaudiri *diem*. Sicuti & vulgò malè condicere cœnam pro inuitare, cum sit indicenti spondere se venturum *Cic. 1 epiſt. fam. 9. poſt med.* Cum mihi condixiſſet, cœnauit apud me *Sueton. in Tiber. Hot. & Clud. d. loc. Mynſ. in d. §. 15. numer. 7. & 6.* Ibid. *Hot.* hanc denunciationem comperendinationem dici *Aſcon. 3. Verrina*, quæ quid à vadimonio distet, exponit. Hunc quæ morem condicendi sublatum esse *l 6. C. Th. de denunc. vel edict. libr. 2. tit. 4.* ex qua & liquet eandem in act. in rem quoque frequentatum fuisse. † Planè aliter *Cuiac. 16. obſ. 17.* in act. in personam denunciationem litis sollennem processisse, quæ insinuatio dicatur *l. 2. C. Si ex plur. tut. vel cur.* eamque factam apud acta vel editionem rescripti ac inde vtrique parti certa tempora liti exsequendæ & contestandæ, &c. *ac Goth. in d. l. 2. Vult. in d. §. 15.* Aliter Dd. vulgò accipientes *d. §.* de interpellatione extrajudiciali, ac charitatiua admonitione, vt vocant, quæ olim non in realibus, ast in personalibus necessaria fuerit, quæ necessitas hodie sublata sit, honestate & vrbanitate relicta, *Sueidun. in d. §. 15.* & alij. Quos refellit *Coraſ 4 miſc. 7. & Mynſ. ad d. §. 15. Idem Coraſ. add. §. 15. num. 8.* inde exoleuisse eam conditionem ex quo non amplius priuata auctoritate, sed iudicis iussu per apparitores reus in iudicio vocatur. Planè vetus Quiritium institutum fuisse scribit. *Hot. ad l. 10 C. de pig.* vt prius debitores conuenirent & apud amicos constituto loco appellarent, ac ni soluerent, iudicium commineraentur *d. l. 10. & l. 7. de inoff. Cic. in Lælio & pro P. Quintio.* Doce, inquit, aliquando mentionem feciſſe, dixiſſe deberi, debuiſſe fatebor, &c. Et post eas interpellationes licet res non litigiosa *l. 1. de litig.* tamen in controuersia esse dicebatur *leg. 25. §. 7. de pet. her.* Nec probandus *Vult. add. §. 15 numer. 4.* volens *d. l. 10. C. de pig.* incuria collectorum, cum abrogata sit *d. l. 6 C. Th. & c.* relictam. Aliter *Cuiac. 3. obſ. 31.* Denique specialius Condictiones dictæ, quæ aliud nomen non habent, quæque ad repetendum datæ, vt cond. causſa data, indebiti, Triticiaria, &c. *Duar. de Cond. ca. dat. cap. 1. Vult in d. §. 15. numer. 5.* l Illa vulgò Possessoria iudicia vocantur, quæ petitoriis viam præstruunt, & eorum quasi sunt præparatoria *Cuiac. 5. obſ. 19 vid. Obrecht. de concip. libell. cap 8. num. 6. & ſeqq.* Etsi verò & aliæ actiones personales de possesſe possunt, vt condictio possessionis *l. 2. de cond. tritic. & ſimil. Cuiac. 5. obſ. 17.* Etsi item pluribus condictionibus possessio auocatur; non rectè tamen illas remediis possessoriis accenset Menoch. Neque enim possessoria illa, quæ possessionem auocant, nec inde dicuntur quod auocent, quippe ita quoque rei vindicatio esset possessorium ac pleraque iuris remedia; sed quæ ex interdictis oriuntur, quæ ad proprietatis iudicium præordinantur, vel natura ipsa id exspectant, & quibus solum de possessione contendi potest. Per condictiones autem ex earum natura, etiam dominium amissum recuperamus, & ex accidenti dantur ad possessionem, ita *Fr. Sarmient. de redit. ib. Eccleſiaſt. p. 1. cap. 4. num. 12.* Et quia peritorium & possessorium correlativa, quorum vnum sine altero esse nequit, ideo cum in condictionibus non detur peritorium, nec possessorium quoque *l. vltim. Quor. bon. Coraſ. ad leg. 12. §. 1. de acquir. poſſ. p. 1. numer. 12* Cumque dominium à possessione cœperit, vbi non datur effectus possessionis, dominium, ibi necipsa possessio, ceu causſa dari vel existere potest, vt arguit *Gœd. conſ. Marp. 31.*

numer. 8. & 9. vol. 3. m Verè siquidem Interdicta, ex vi & proprietate vocis, vt & veteri formula, non sunt actiones, sed ipsæ præceptiones ac iussa & monita Prætorum *Don. noſter ad rub. C. de interd. num. 4. Renat. ad leg. 15. de R. I. Gœd. ad l. 5. pr. V. S. numer. 28.* Quæ tamen ab edictis diuersa, quod hæc quasi leges prætoris ius generale & ad omnes pertinens continentes. Interdicta verò iussiones prætoris illis edictis accommodatæ ius priuatum ligatores solos, inter quos de possessione contentio, concernentes. Hinc *Paul. 4. Sent. 7. §. Charond. 3. veriſim. 3 & 4. Rob. 2. animadu. 5. & 3. animadu. 1. & ſequent. Menoch. arb. quæſt. 3. & ſeqq. Mozz. de contract. in genere art. 4. numer. 14. & ſeqq. Ang. Matthæuc. libr. 1. de via iur. cap. 13. Felician. de Solis, lib. 1. de Conſib. cap. 3. Velaſc. qq. iur. emphyt. 6. Vult. ad l. vn. C. Vbi conuen. qui cert. lo. Tauramin. lib. ſing. de ll. p. 3. ca. 5. Bocer. ad leg. 23. de R. I. cap. 2. Gœd. de contr. ſtip. cap 3. num. 124. ac ſeqq. & cap. 8. Sarmient 3. ſelect. interp. 3. Fopp. ab Aezema 1. diſſert. 22.* Ac in specie de arbitrariis actionibus præter citatos plerosq; *Coraſ. 4. miſc. 12. & ad l. in actionib. 5. de in lit. iur. num 11. & ſeqq. Ant. Fab. 13. Conject. 1. & ſeqq. ac 18. err. pragm. 4. & 5. Hortenſ. ad rub. de eo quod cert. loc. Marc. Lycklama ad l. vinum 21 de reb. cred. num. 28. & ſeqq. Celſ Bargal. lib. 4. de dolo cap 1. numer. 50. & ſeqq.* Comprimis autem consule, si habere potest, tractatum singularem *Ant. Maſſæ Galeſij de iudiciis bona fidei, &c.* x Cui diuisioni tantùm locus in act. personalibus; quæ ex contractu vel quasi, non in aliis *Vult. ad §. 1. I. de act. num. 35.* etsi *Cuiac.* Negatoriam quoque actionem contrariam vocat, quia Gr. ἀντιθετικὴ & ἀμφίστομος. y Vna scilicet eiusdem appellationis, non verò ex vnico contractu societatis, Nam & ex Emptione ac Locatione actio vltro citroque directa, nulla contraria, vbi contrahentium nomina variantur *Coraſ. 6. miſc. 6. numero 1.* quia & ibi vtriusque par conditio & vtrinque æqualis obligationis cõstitutio *Cuiac. 9. obſ. 2. Duar. de O. & A. cap. 7. Vult. d. num. 35.* z cuius causſa contractus initus, ex eo quod principaliter in obligationem deductum *Duar. ad tit. D. Commod. cap. 3.* data iis quorum principaliter interest, contractus origine & radice inspecta *Coraſ. 6. & miſc. 4. numer. 4.* aa Quod ex opposito respiciat directam, contraria illi non autem naturæ contractus; data occasione negocij gesti, præter intentionem eius cui competit *Vult. ad §. 1. I. de act. num. 36.* cuius non ex natura contractus, sed per accidens interest *Coraſ. d. loc.* vel vt Duar. *ad titul. Commod. cap. 3. & Io. Mercer. 1. Opin. 13.* non quod aduersaria aut contradicturo detur, sed quia contra, id est, vicissim intenditur, ab eo qui directa conueniri potest, ex aduerso & mutata serie ei competens, cui defendendi onus magis incumbere videbatur. bb Planè *Loriot. tr. de act. axiom. 7.* omnes contrarias actiones vtiles esse, imò & à prætore inuentas statuit, per *rub C. de contrar. iud tut. iunct. l. 2. & rub. D. de contr. & vtili act.* Etsi non contra omnes vtiles sint contrariæ. cc Alio adhuc sensu directa, quæ in auctorem facti datur, opposita noxali vt *§. 3. I. de noxa. act. Mercer. & opin. 13.*

CAPVT III.

Concursus actionum.

PRiora ad cognitionem institutionis actionum satis sunt, si vna tantum sit actio. SED SI PLVRES ACTIONES IN EANDEM REM LEGIBVS CONSTITVTÆ, a Q. I. AN OMNES COMPETANT, saltem vt vnam eligere liceat. Rat. dubit. quia posterior lex nouam actionem constituens videtur tollere veterem. R. Paulus *l. quoties 41. de O. & A.* quod ITA R. decid. Posterior lex nõ tollit priorem, nisi expressè illam silere iubeat, vel contraria sit *s. libr. 1. cap. 13. litt. L.* At quæ idem factum nouâ actione vindicat, adiuuandæ & roborandæ prioris causſâ prodita. b Exemplum in arboribus furtim cæsis, vbi & vetus actio ex l. 12. tab. & noua ex lege Aquilia *l. 1. Arb. furt. cæſ.* Obiicitur, L. Aquil. derogauit omnibus ll. ante se de damno iniuria dato locutis *l. 1. ad l. Aquil.* R. Generalibus scilicet simpliciter de damno eo constitutis. Hîc autem L. cauit de certa specie damni arborum cæsarum. c Nisi nominatim cauerit Lex posterior vt solâ eâ vtamur, *d. l. 41.* Exemplum in *d. l. 1. ad l. Aquil.* sed obscuriùs, quia verba eius non exstant: Certiora in act. de pecunia constituta, sublata receptitia verere *l. 2. de conſtit. pec.* & in actionem ex stipulatu ad repetitionem dotis antiquata rei vxoriæ actione *§. ſuerat 29. I. de act. l. vn. §. 1. C. de rei vx. act. 2.* Q. AN OMNIBVS EXPERIRI LICEAT? In quo hæc summa distinctio est: SI DIVERSARVM RERVM NOMINE, quamuis in eandem rem concurrant, & ex eodem facto natæ d LICET ET SIMVL ET SEPARATIM, nec vna alteram consumit, ne euentu quidem & perceptione vnius ex iis rebus: Exemplo sunt actio furti & condictio furtiua *l. 7. §. 1. de cond. furt.* Idque ex ll. solutionis, vt non liberetur debitor, quandiu res est quæ debetur, vel pro extante habetur, nisi eiusdem solutione. Atqui qui rem restituit, non idem pœnam *dependit vel contra.* SIN EIVSDEM REI NOMINE VNA QVIS EXPERIRI DEBET *l. nemo 43. §. 1. de R. I. l. plura 53. de O. & A.* Exemplum *l. 34. §. 1. de O. & A.* QVARE NEC POSSVNT SIMVL PLVRES EXERCERI, sed vt vulgò cumulari. e Ratio. Qui vnam intendit, alteram superuacuo adiicit. Iniquum autem superuacuâ act. reum onerari *arg. l. 14. §. 1. vt leg. nom. eau.* f Obi. L. 1. §. *quia a. 4. Quod l. g.* R. Verbis ibi plures de eadem re actiones, re vera & exitu vna. Instituuntur enim sub contrariis conditionibus. Petitio hereditatis sub ea, si pro herede próve possessore possideat reus: Interd. Quod legat. si pro legato. Vt non possit nisi vna ex his vera esse conditio; itaque locus vni actioni, altera etiam intentione actoris repudiata, vt & probant seqq. g Obi. *§. 4. I. Quod cum eo.* R. Ibi vna actio duas habens condemnationes *d. §. 4. verſ. licet*, qua agitur vt si in rem versum fuerit totum præstetur, sin minus, quatenus peculium patitur. NEC SEPARATIM, si vnâ quis egerit, alterâ amplius vti potest, quia illa hanc consumpsit. Seu *vt l. 34 §. 1. de O. & A.* altera alterâ peremit. Nam si reus absolutus priori actione habet exceptionem rei iudicatæ etiam contra aliam actionem *l. 5. de exc. rei iud.* Sin victus aut soluit & non bis idem exigendum. Aut nondum soluit & stultè nouam quærit actionem, cui executio indicati parata est. Obi. Immò regula: Numquam actiones, præsertim (quæ vocula arguit etiam rei persecutorias contineri; h hæc enim vis comparationis vt *leg. 19. de ll. & ſimil.*) pœnales de eadem re concurrentes alia aliam consumit *l. numquam 130. de R. I. l. 60. de O. & A.* R. In verbis repugnantia, in re nulla. Nunquam scil. per se & naturâ suâ, aut ipso concursu, ita vt electio adimatur *l. 34. pr. de O. & A.* Nam & post litem de vna contestatam, ante sententiam tamen, ad aliam transire licet; veluti, Qui habebat actionem commodati & condictionem furtiuam, hac egit. Videns deinde se furtum, aut quòd dominus sit, probare non posse, transit ad actionem commodati, vbi de dominio non necesse est vt doceat *leg. 15. & ſeqq. Commod.* Licet hoc ipsi etiam post litem contestatam per *lib. 3. C. de edendo vbi vide.* Nam quod *l. 9. §. 1. de tribut. act.* electa vna regressus ad aliam negatur. Electio cum effectu ibi accipienda, qua actio ad exitum iudicij perducta. Sic enim & *l. 34. pr. de O. & A.* electa dicitur de qua iudicium peractum est. Atque ita actio vna non perimit alteram *d. l. 60. d. l. 130.* propriè scilicet. Non enim eo ipso quod competit, sed rei victoria aut condemnatione perimitur. i Altera autem alteram perimit *d. l. 34. §. 1.* si scilicet priore non actum solùm, sed & iudicium peractum. Sic enim *& d. l. 34. §. pr.* electa vsurpatur qua res iudicio finita est & reus æstimationem præstitit. Perimit autem sic vel ipso iure cùm posterior bonæ fidei est, vel per exceptionem cùm strì-

cti iuris *leg.71.pr.de furt.* Ratio diff. quia illic except. potestate iudicij insunt,hîc contestandæ *l.3.in fin. de rescr. vend.* k Consequi autem hanc peremptionem per exceptionem potest reus; etiam in prioti actione,si solutionem recusét, nisi aliæ actiones remittantur. Vbi actor cauere debet se aliis non vsurum. Sin aliis ceu plenioribus vti malit reus, priore actione absoluendus *l.7. in fi. Commod. l.3.in fi.& seq.de R.V.* l SED QVÆ SVNT DIVERSARVM RERVM, QVÆ VNIVS REI ACTIONES? QVOTIES PLVRES CIRCA EANDEM REM CONCVRRVNT, AVT OMNES REI PERSECVTIONEM CONTINENT AC EIVSDEM REI SVNT m per *l.35.de O.& A.* vt condictio furtiua concurrens cum actione Commodati *l.34.§. 1.de O.& A.* item Locati, & cum vtraque legis Aquiliæ, quæ quandoque rei persecutoria si contra confitentem & res rupta quæ prius integra. Item l. Aquil. & pro Socio.*l.47.§.vlt.& ll.seqq.pro Soc.* Item pro Socio & condictio furtiua. Exceptio in act.pro Socio quæ interdum plus continet & tunc post cond. furt. n supereſt illa ad id quod pluris interest *d.leg.47.pr.* n Quod explicat *l.94.d.t.* AVT VNA REI PERSECVTIONEM, ALTERA POENÆ, ET DIVERSARVM RERVM SVNT, vt actio furti & condictio furtiua *l.45.leg.50.pro Soc.l.7.§.1. de cond.furt.* o Obiicitur *L. 71.pr.de furt. iunctis iis quæ s. h.cap.lit.D.ibi: si diuersarum.* R. Furti actio in *d.l.71.* non pœnalis denotatur, quæ propriè ita & specialiter, sed impropriè Condictio p furtiua quæ ex furti causſa, p nec quælibet, sed similis actioni Commodati,id est, de re eadem. Suadent hoc 1. vitium sententiæ vitandum *leg.19.de ll.* Absurdum enim, pœnalem per rei persecutoriam consumi *d.l.7.§.1. d.l.45. & 50.2.* Coniunctio & comparatio actionis Commodati. Cui similis quidem cond.furtiua, æquè rei persecutoria. Furti autem pœnalis nihil minus. Facit *L.69. de leg.3.* AVT VNA REI PERSECVTORIA, ALTERA POENALIS MIXTA. Et tunc quatenus mixta habet persecutionem rei,ab altera consumitur, quatenus pœnæ, non item; sed ad id quod amplius est in pœna alterius, agi potest. Vt si concurrat actio ex contractu, aut rei vindicatio cum actione legis Aquil. *l.7.§.vlt.Commod.l.48.§.1. iunct. l.50. pro Soc.l.13.de R.V.* Sed hic circa act. Commodati & l.Aquil. antinomia inter *d.l.7.§.vlt. Commod.& l.34.in fin.de O.& A.* Etsi enim Florentiæ legitur *verius est remanere*, quomodo decisio eadem quæ *d.l.7.* ea tamen lectio apertè mendosa & ratione subiectâ refellitur. Cuius hæc vis. Sublato principali tollitur accessio. Ar res rupta eiúsve æstimatio est principalis. Eius autè accessio est æstimatio quæ amplius fuit in 30. diebus proximis. Ergo subductâ illâ per a ct. Commodati huic locus esse nequit. Apparet itaque legi debere *non remanere*, vt in aliis libris quod & Accurs. notauit. q Hîc a.obst.*de l.7.in fin.* vbi si omissa quæstio remissionis post act. Commod. Aquil. supereſt qua consequitur, quod in ea act. amplius, subducta rei æstimatione quàm priore act. obtinuit. Quare hæc sic concilianda: Non remanet post Commodati Aquiliæ, in eo, quod in repetitione 30. dierum amplius est *d.l.34.§.vlt.* sc. in eo dumtaxat. Quippe huius excurrentis summæ repetitio accedit simplo, quo sublato accessioni locus nullus. Remanet autem tota, potestque ea commodator experiri de toto damno per *l.etiam 27.de sol.* Sed reo exceptio datur, quia liberatur, quatenus priore actione præstitit. Vt iudex in posteriore deducat id quod ex prima actor consecutus,in reliquo condemnet *leg.1.Arb.furt. cæs.* Et hoc est quod *Vlp.in d.l.7.in fin.* ait videri habere rationem. Ideo autem necesse est posteriore in qua plus est in solidum agi *d.l.27.* Quia cum accessio sine principali non subsistat, nisi de re ipsa principali,antè soluta,actio relinquatur, quod deest illi per se per non posset. Et hic sensus est *d.l.34.§.vlt.* Quoties ex eodem facto plures actiones & vna plenior, si hac prius actum,minor tota consumitur. Sin minore,illa manet, sed ita vt consequamur residuum. r Et hoc r est quod *d.l.34.pr.* Quod amplius in altera est, etiam hoc exequi. sc. posteriore in totum agendo vt tamen id solum quod amplius est consequamur. *d.l.1.d.l.7. in fi.Com.l.41.§.1. de O.& A.* s AVT OMNES POENALES, ET SI MIXTAE SINT, simul rei persec. continentes, vt si concurrant vi bon. rapt. & l. Aquil. actio hactenus sunt eiusdem rei & vna aliam consumit *leg.43. §.1. de R.I. leg. 50. pro Soc. leg. 34. §.1. de O. & A.* siue ex eodem facto nascantur, siue ex pluribus, vt illa ex eo quod rapuit, hæc quod occidit, quia semper eadem æquitas *l.bon.fides 57.de R.I.* Nam quod in *l.2.§.3. de priu.delict.* habetur, nihilominus l. Aquiliæ agi, &c. intellige,quatenus scil. in ea amplius est ex *d.l.34. in fin.pr.d.l.1. Arb.furt. cæs.l.13.de R.V.* SI VERO MERE POENALES, itemque si in illis,mixtis, extrinsecus solas earum pœnas spectamus, tunc si ex t pluribus factis & separatis delictis, plurium rerum t sunt,& omnibus experiri licet. t De his loquitur *l.2. pr.de priu.delict.* vt exempla subdita declarant. Si verò ex vno facto, in quo plura delicta, vna tantum *l.plurae 53.de O.& A.* Quod declarat exemplo *l.34.pr.eod.* nisi in vna aliquid amplius, quàm in altera *d.l.34.in fin.pr.* Cui exceptioni non resistit generalitas *d.leg.§3.* Nam ibi *non posse vti* exponendum scilicet indistè. pro arbitrio,etiam ad id quod alia act.consecuti sumus. Adhæc verba *in vna re* ad factum vnum & ad summam u vnam pariter rectè referuntur. u

NOTATA.

a Multiplex hæc & confragosa materia, vt vocat *Hot.ill.* a *qu.* 29. nimium concisis & in speciem pugnantibus Consultorum Responsis obscurè variantibus interpp. nouiorum doctrinis magis obscurata. Non minus quàm veteriorum commentis agitata, vsúque iudicium inuoluta de actionum Coniunctione & Cumulatione, doctrina. Fusior hic aliquanto ero, non tamen omnia expendere est animus, vti nec referre quæcunque suppetunt, sed potiora & quædam ex iis minus vulgata. Monendum autem hic initio duco. I. Tunc solum spectari Concursum actionum. & de eo quæst. oriri cum plures act. productæ & de eadem re & inter eásdem personas *l.10.de act.em.l 5.de fidei.* Quippe concurrere eas actiones haud aptè dixeris, quæ vel plures vnà competunt eidem áduersus eundem de variis rebus, siue ex negociis diuersis;dissimilibus, vt in *l.29 de O & A.* aut similibus, vt si eidem distinctis temporibus, ædes ac prædium venditero: siue ex eodem, vt in venditione aut promissione plurium rerum, vbi quot res, tot contractus, proinde & de singulis experiri licet,per *l.29.pr.de V.O.& simil.* Vel de eadem re aduersus plures, vt *l.76.§ 1.de furt.l.11.§.2. ad l.Aq.l.15. § vlt.de iniur. & sim.* Hic enim regulis huius materiæ locus non est. † Sanè *de eadem re* dum dico, non vim & potestatem actionis denoto, sicuti Don. hic accipit verba *eiusdem rei nomine*, sed rem quæ vel in oblig. conuentione deducta est, vel circa quem obligatio vertitur. Veluti Sticho subrepto Condictio furtiua & actio furti vtraque de eadem re, sed non ad idem vel eundem finem, itaque nec eiusdem rei nomine iuxta acceptionem Donelli. Nam *Cuiac. & P. Fab.Hot.Obrecht.* & alij verba illa aliter accipiunt, vt j.*lit.D.* II. Concurrere dicuntur actiones non solùm quæ ex vna causſa, negocio vel facto proditæ, veluti arb. furt. cæs. & l. Aq. actio furti & condictio furt.sed & quæ ex pluribus diuersis, nec solùm actiones diuersi generis, vt *leg.18.de O.& A.* sed & eiusdem, vt *d.l.10. de act.em.l.4. de fidei.l.56. pr.de furt.* nisi causſæ duæ lucratiuæ *§.6.I. de legat.3.libr.16.cap.5. add.no.* j. *lit.D.* III. Verè ac propriè,ex vi verbi, concurrunt duæ actiones, cùm vtraque intentari & exerci poteſt, vt vel vtriusque commodum cõsequatur actor *l.10. de act.em.* vel

vel alterâ in iudicium deductâ, altera integra remaneat *d.l. 18. de O.& A.* seu cum omnibus experiri licet *leg.32.eod.* & eam quam voluerit prius exercere, deinde etiam quod amplius in altera est ecsequi *l.34.in fi.pr.h.* Concurrunt denique quæ vtræque competunt *d.l.34 pr.l.1. Arb. furt.cæs.l.24 §.pen.de priu.delict.l.5.§.1. ad l.Aq.* cum *& hanc & illam* act. dari legimus, vt *d.l.5.§.1 d.l.34 pr.& §.1.l.Arb.furt.cæs.l 7. §.1 de cond.furt.l.43. Locati l 21.§.1. de tut.& rat.distr.l.2.§. 1. & omnib.seqq. de priu.delict.l.45.l.47.& seq. pro Soc.§.1.* (vbi notanda verba,præter has)t. *Si quadr.paup.fec.dicatur.* Quæ itaque actiones alternatim competunt non concurrunt, vt cum dicitur, *vel hac vel illâ* actione me consecuturum,&c.*l.21.§.vlt. Quod met.caus.l.38.§.1 pro Soc.l.27.§. 11.ad l.Aq.l.33.de dam.inf.* Illic enim altera alterâ non tollit *d.l.45.pro Soc.d.l.2.§.1.de tut.& rat.l.18.de O.& A.l.12. C.de furt.* nec consumit *d.l.2.§.2.de priu.delib.l.pen.de O.& A.l.130.de R.I.* Hic tollit *d.l.38.§.1.* & consumit *l.28.§.4.de iurei.l.5.in fi.de fideiuss.* nec electâ vnâ regressus ad aliam *l. 9.§.1.de trib.act.* Positâ autem electione tali negatur concursus. Concursus enim plures act.exerceri posse arguit. Hæc namque est vis verbi, quando duo vel plura simul currunt, & coniunctim habentur *leg.14.pr.de exc.rei iud.* Vbi autem istiusmodi electio vna actio est. Et quæ alternatim competunt, ex iis alterutrum habetur, vel vnum ex pluribus, non vtrumq; vel omnia. Quare & quod discrimen inter vtrumque & alterutrum:idem inter hæc;concurrere actiones plures ex.g.& Commodati & Aquiliæ,ac competere plures disiunctim, e.g. *vel* tributoriam, *vel* de peculio; inter concursum & competentiam (liceat sic loqui)alternatiuam. Sicuti etenim rebus disiunctim legatis, Sticho aut Pamphilo vnum, non plura legata, aliàs agnitione legatarij vtrumq; consequi daretur, sicuti rebus disiunctim promissis, aut vendentis. vt *l.34.§.6.de cont.em.* vna stipulatio venditóve, ita & hic vna actio. Confirmat hæc regula *§.6.I. de lega.* Duæ lucratiuæ causſæ in eundem hominẽ & eandem rem non concurrunt. Cuius non alia vis, quàm ex vtraque causſa coniunctim rem eandem persequi non licere. Quin autem ex duabus lucratiuis causſis duæ actiones disiunctim cõpetant, vt alterutra rem consequi detur non ambigitur. Sic legatarij re tantum coniuncti, vel, quod idem est, disiuncti, concursu partes facere dicuntur, vt suo loco. Concursus is dicitur, quoties (non alteruter, vel vnus ex pluribus, sed) omnes ad eandem rem legatam (non vocantur tantùm, sed &) admittuntur, eamque agnoscunt. Quemadmodum igitur hic dicũtur concurrere, non eo ipso quod sunt scripti in testamento, iisque res assignatæ, sed quia existunt in eadem re simul, vt eiusdem rei legatæ commodum non vni, sed omnibus acquiratur. Ita & actiones cõcurrere dicendæ,non cum sunt legibus proditæ, sed cum exerceri vtræque in iudicio & existere possunt, atque ex iis commodum actori consequi & vna expedita ad aliam trãsire licet. Agnosco inter hæc similia interesse, quod res conuersa videtur. Ithic personæ plures dicuntur cõcurrere in vnâ re; hîc in materia nostra plures actiones dicũtur concurrere in vna persona. Vtrobique tamen ratio haud dispar, vt & efficacia vocule *concurrere.* Quamuis itaque ex.gr. pro Socio & Communi diuidundo, sint duæ actiones, eædemq; iure ambæ constitutæ, tamen cum in specie *d.l.38. pro Soc.* vel hac vel illa impensas fructúsve socio consequi conceditur, non existunt ambæ actiones, proinde nec concurrũt, sed dum altera intentata, alterâ tollit, impedit eius existentiam efficitq; ne concurrere possit. Proinde vtram actor intentet, eam solam habet actionem. Nam & ita si cui Stichus vel Pamphilus legatus, vti vnum legatum, ita vna actio, non duplex *l.19.de l.2.* licet initio vel Stichũ petere vel Pamphilum liberum. Sic eodem testamento scripti heres institutus & substitutus non concurrunt, quia non vterque, sed alterutter eorum heres esse potest, *l.69.de acq. her.* Quia autem vnus singularis casus in *l.40.de her.inst.* quo vterque admittitur, non inconcinnè dicitur eo casũ concursus instituti & substituti: ita quoque creditores in pignore concurrere dicuntur *l.7.§.1. Quipot.in pig.* non cùm alterutri, sed cũ vtrique in eo ius. Ita delicta concurrentia vbi vtrumq; admissum est *l.2.pr.de priu.delict.* Ita deniq; vt exc.rei iud. derur, tria hæc concurrant oportet: res, causſa petendi, & personæ eædem *l.14. pr. de exc. rei iud.* Sed vt semel definiam: Quoties duæ actiones sunt, quarum altera per alteram consumitur, id est, existere impeditur, & vnam tantũ intentare licet, vt ipsa electione aditus ad aliam sit præclusus, concursus earum non, nisi latè & abusiuè, dicetur. Inter hæc enim naturalis pugna cõcurrere & eligi deberet, competere vtrumque & alterutrũ. Contrà verus concursus. Quoties vna proposita alteram non tollit, sed vel ex hac consecuto actore illa, aut

ſis totum, aut in id quod amplius in ea supereſt, vel saltem cum intentata non eo ipso quod de ea iudicium acceptum, sed cum inde actor plenè cõsecutus id quod debetur & cuius consequendi gratia vtraq; prodita est actio, vt nihil amplius ei absit, perempta est. Nec inter hæc electione tollatur, an consecutione actio altera, parum interest. Illic enim si priore actione absolutus reus posteriori locus nullus. Hîc autẽ & vbi non alternatim, sed coniunctim plures act. competunt, etsi consecutio efficiat aliã cessare, tamen vbi priori actione succubuit actor, fortè probatione defectus, alia ei actio cõcurrens suppetit, qua obtinere poteſt, vid. j. *lit.D.* Non obst. *L.43.§.1. de R.I. vt d.litt.D.* Non obst. quòd *l.5.§.1. de cal.l.18. ad l.Aq.l.43. Locati* dicitur sufficere alterutram act. alterutra contentum esse actorem, & tamen ibi exempla veri concursus, vbi dicitur *& hac & illa, &c.* Nam R. Disting, hæc: Dari aut competere alterutram act. quibus verbis concursus negatur, ac sufficere alterutram *dd.ll.* postquam scil. vna actum & ex ea solidum quod in vtraque oblig. exactum est *l.18.§.vlt.de const.pec.vid.not.* j *lit.* Q. IV. Etsi de eadẽ re plures actiones legibus aliisve iuris partibus introductæ, proinde natiuitas ac ortus iisdem adscribi possunt. Concursus tamen earundem admissus Iurisprudentum interpretatione. Nec vsquequaque placet, quod *Obrecht.de concip.libel.c.22. n.1.* introductum eum iis partibus iuris, quibus act prodite, sentit. Neque enim iisdem vnà definitum, quando alia aliam vel consumit electione, vel perimit consecutione. Verùm hanc doctrinam omnium Prudentũ auctoritate niti, constat 1.*ex l.53.de O.& A.* verbis probatũ est, & 2.ex *l.32.eod.* verbis post magnas varietates obtinuit. Hisce enim vti solent ICti cum innuunt fori disputatione, de qua *l.2.§ 5. de O.I.* perplexam quæstionem fuisse decisam, cum in vnum quasi collegium Prudentum conuenit, cumq; communicatis sententiis rem expederunt, quam pro se quisque non ausus definire. Ita in *l.55.§ 1. de l.2. l.vlt.Pro legato & simil.* 3. Apertissimè ex *l.vn.pro C. Quando ciu. act.crim. prsind.* verbis à pleríque Prudentium definitum est. Sed & fuisse varias quoque hîc veterum sententias probant *l.34 pr.de O.& A. l.38. §.1.Pro Socio, &c.* b vt laxior sit agendi facultas *l.76.§ pen.* b *de l.2.l.108.§.2.de l.1. Cabot.1. disp.vlt.Fac.L.1.§.4. de Pub.* Planè *A.Fab.ad l.130.de R.I.p.554.* etsi in hac sententia non dissentit, tamen longè aliter *d.l.41.pr.* exponit, quod nempe noua actione iam experti adhuc veteres rectè intendant & quod in iis plus est consequantur, etiam cùm priori act. reus absolutus, vt *l.pen.Arb.furt.cæs.* c Dura perquam hæc expo- c sitio. Aliter *P.Fab.ad leg.130.p.de R.I.554.* derogauit sc. dum oblig. nouam introduxit, non autem prohibet ne veteres vna act. exerceantur iuxta *d.l.41.pr.* Atqui hoc quomodo *derogare* sit non perspicio. Malo sic: Derogauit, id est, non abolevit, sustulit prorsus, sed partẽ quasi detraxit *l.derogatur 102. de V.S.* Quia vim earum act. hactenus imminuit, vt si quis Aquilia prius egerit, deinde alia act. ex veteri lege, tanto minus ex posteriore consequatur, quantum ex priore adeptus est; vt non penitus in effectu salua maneat ac integra, alia actio in solidũ, sed solùm quatenus in ea amplius est. Quomodo bellè conspirat *d.l.1. Arb furt.cæs.* pariterque aliis difficultatibus ex *l.2.§.1.de nox.act.l.5. Si fam.furt.fec.* occurrit- tur. d Nota. Alio sensu Don. exponit verba *eiusdem rei no-* d *min.* in *l.43.§.1. de R.I.* & consequenter illa eis opposita *diuersarum rerum* quàm alij. *Hot.ill.qu.29. p.m.235.* exponit *eiusd.rei*, id est, facti vel delicti pariter atque illa *de eadem re* in *d.l.130. vt j. lit.* Hoc & alij reprobant & illis eiusdem rei nomine idem est quod Don. hîc vocat in eãdem rem *Cuiac. P.Fab.Hippo.à Collib.in d l.43. & Obrech.de cõcip.libel.c.21. & seq.* in quibuscunque act. quæstioni locus de concursu, & an vna solùm vel plurib. vti liceat, eiusdem rei vocat, siue ex vna sit, siue ex pluribus causſis. Idemq; vim concursus dicit esse, vtquæ act. eiusdem rei nomine vel vnà competant, vel alterutra eligenda. Et *P.Fab.ad d.l.43.p.215.* etiã ex diuersis contractibus actiones diuersas eiusdem rei nomine haberi. Planè in *l.56.pr.de furt.* haberur re eadem bis subrepta cum eodem eiusdẽ rei nomine sæpiùs furti agi. Vbi vna quidem genere actio, ast specie & numero duplex. Nec eiusdem rei nomine ibi denotat ad idem cõsequendum, quod consecutus est priori actione; sed ratione eiusdem rei in qua furtum admissum est. Diuersarum autem rerum alij vocant, quæ circa alias res & ad præsentẽ tractationem planè non pertinent, vt *s.litt.A.ibi: Quippe concurrere, &c.* Enimverò dilucidior fedderur distinctio Donelli sic: Si ad diuersa tendunt actiones, licet eiusdem rei ratione omnib. act. locus: secus si ad eundem vel idem cõsequendum tendant, cùm vna & eadem vtriusque vel omnium vis. *Hot.ill.q.29 p.234. Hipp.à Collib. ad l.130 de R I.p.173.* cùm quælibet aliò non spectat, quàm ad

finem

simplicem rei persecutionem, nec vltra id amplius quidquã altera consequi licet. *Rob. 2. rec. lect.* 25. Et hic quidem iuxta mentem Donelli vna intentata, ad alteram iudicio de priore nondum peracto, semper datur regressus. Peracto autẽ nunquam non modo si ex sententia consecutus id ad quod actio prodita, sed etsi nihil inde tulerit, reo absoluto. Quæ cum in aliquibus minuenda videatur opinio in vniuersum, sic statuendũ puto. Plures circa eãdem rem actiones, aut ad idem consequendum & eundem finem tendunt. Et vel ex eadem causa oriuntur, nec concurrunt initio plures, *hæc & illa*, sed disiunctim competunt *hæc aut illa*. Atque hic altera alteram tollit & consumit, vt not. s. *lit. A.* Non perceptione aut sententia, quod Don. vult, sed ipsa electione: dum intẽtata est & litis contestatione in iudicium deducta. Nam etsi quandoq; electa vsurpetur qua res iudicio finita est, vt *d. l. 34. pr.* ne tamen & hîc ita accipi possit multa efficiunt. 1. Natura hæc electionis, tum communis, vnde vulgò, *Qui semel elegit*, variare nequit *l. 22. de l. 2. & simil.* tum diserte cõfirmat specialim in actionib. quoq; vt alterutra electa non possit ex pœnitentia ad alteram veniri *l. vlt. §. 1. C. de furt* & vt ab ipsis intentionis exordiis vnius electione alterius aditus omnino præcludatur, *l. vlt. pr. C. de Godicillis*. Quas vt interpreteris, si & sententia secuta sit, nec verba, nec mens vtriusq; vllo modo patitur. 2. In iis quæ sic ex eadem causa & ita alternatim competũt, dicitur actio vna aliam tollere, in aliis autem quæ ex diuersis caussis, & ita coniunctim vna aliã non consumere. Arqui cum in hisce quoque sæpissimè & peracto iudicio ex vna si consecutus actor, altera non superfit, vt postea dicetur, consequens vtiq; in illis, etiam modũ peracto, sed instituto solùm iudicio vnius act alteram sublatam. Aliàs regulæ duæ contradictoriæ, neg. de illis & aff. de his eiusdem vis erunt, idem in effectu cõtinebunt, quod absurdũ. 3. Hoc confirmat *l. 18. §. vlt. de const pec* probans vbi solutione ex caussa iudicati oblig. quoq; alia peremptа est, id actioni ipsi de qua iudicatũ est non adscribendum esse. 4. Facit arg. à cõtrario *ex l. 18. de O. & A.* ibi altera in iudicium deducta. 5. Verba clara *l. 5. in fi. fidei.* cum altera (actio) in iudici deduceretur, altera consumeretur. Deducitur autem tunc cum iudicium accipitur, non cùm sententia fertur, nedum cum exsecutio fit, aut iudicato paretur. 6 In *l. 9. §. 1. de trib. act.* intetpretationẽ Donelli nec verba nec septẽtia admittunt. Nam si liberaliùs largirer istis verbis: electa vna actione regressus ad aliam non datur, hunc sensum donari posse. Quãdo ex vna actione iam adeptus actor quod debetur, vel in eadem succubuit, aliam deinde exercere nequit. Quæ prædura tamẽ expositio foret. Attamen alia illic verba quibus ipsa structura sermonis præcisus locus huic sensui. Nam dicitur *eligere debet* qua actione experiatur, &c. Inconcinna declaratio debet *eligere*, id est, ea actione intẽtata suum consequi, aut vinci debet. Nam id quidem vt eligat in potestate est agentis, vt verò vincat, aut vincatur, in exitu litis & alea iudicij. Indigna quoq; decisio foret acumine Vlpiani, nec seqq. conuenirent. Nam dum dicitur, ex diuersis caussis veraq; act agi posse, non intelligitur de rebus diuersis & ad diuersos fines. Ita enim nulla dub. caussa, sed de iisdem & ad idem consequendum; vt nim. altera intentata iudicio accepto, resilire & ad aliam regredi possit; itemq; si ea, sententia secũdum reum delata, finita. Quid multis? Suis Donellum telis cõficiamus. Ipse statuit lite contestata desertionem prioris actionis non esse licitam, nec ab ea recedi posse nisi reo illa absoluto. *j. l. 23. c. 5.* Absoluto autem reo vna act. ex iis quæ ita disiunctim competunt, e.g. tributoria, per necessariam cõseq. fit ne alteri e.g. de peculio locus sit, propter except. rei iud. quæ datur lite inter eosdem de eadẽ re ex eadẽ caussa, redintegrata etsi alio genere actionis, vt *lit. 22. c. 5.* Quorsum igitur permitterur post litem contest. hic nouæ actionis institutio, cuius in omnem euentum nulla vtilitas futura actori, reum solum nouæ molestiæ implicans. Neq; ideo tamen sentio exceptillius, aut cuiuscunque obiectum hic reo necessarium. Quin iure ipso potius repellitur actor, regressum captans ad aliam, à quo iure arcetur *d. l. vlt pr. C. de codic. &c.* quemque ipse sibi ademit etsi necdum vlla sententia ex priori act. lata. Sed hoc volo posità doctrina *Don. h. c* & iuncta illa quæ *d. lib. 23. c. 5.* inanem tamen ac sine effectu hic fore mutationem actionis lite contestata. † Exempla actionum ex eadem caussa ad idem hæc. Ex contractu serui qui sciente domino negociatus, Tributoria, vel de peculio *d. l. 9. §. 1. de trib. act.* Ex damno à seruis coloni illato vel ex locato vel ex l. Aq. *l. 27. §. 11. ad l. Aq.* Impensis in rem ex societate communem factis pro Socio, vel communi diuidundo *l. 38. §. 1. pro Soc.* Et quoties eadem quæstio in iudicium deducitur *l. 38. §. 4. de iurei.* Vt caussa hic accipiatur ferè quomodo cum de except. rei iud. quæritur, vbi eadem caussa dicitur, etsi alia actio. Paulò tamẽ pinguior regula Dd. post alios *Gilken. ad l. 3. C. de ed. n.* 257. Quoties duæ actiones ita cõparatæ vt sententia in vna pariat except. in alia, concursum nõ admitti. Vel ex pluribus diuersis caussis & hæc coniunctim competunt, *& hæc & illa*, ac verè concurrunt, etsi ad idem tendant, ac rei persecutoriæ non modo sint, sed nec pluris interfit alia agi. Veluti in constituto debiti ex quacunque caussa, vbi & actio principalis & de constituto *l. 18. §. vlt. de const. pec.* sic ad legata persequenda variæ actiones, in rem ex dominio, in personam ex quasi contractu s. *lib. 8. c. vlt.* Proinde de his idem ius, quod in seq. membro. *Ant. ad diuersa & ad alios fines.* Et hæ item verè concurrunt siue merè diuersa persequantur, siue partim idem, partim aliud, quæ ad diuersos fines permixtim dantur, (modo non contrariæ sint. Hæ enim disiunctim competunt, vt *l. vn. C. si seruo extero. vbi Donell.* Quò pertinere quoque puto *leg. 21. §. vlt. Quod met. cau.*) Quod accidere potest non solùm vbi altera persecutoria, altera pœnalis, mera vel mixta, aut vbi vtraque pœnalis, & vel ambæ merè pœnales vel mixtæ, vel vna ex his, altera ex illis; siue quæ concurrunt ex eadem vtraque caussa, vel facto ortæ, siue ex diuersis, ex. gr. actio furti & Commodati, Commodati & condictio furtiua, Aquiliæ & iniuriarum, Commodati & Aquiliæ, &c. Sed & quandoque vbi vtraque merè persecutoria de eadem re Nam & hæ quandoque planè ad diuersa (eiusdem tamen rei ratione, aliàs non sunt præsentis tractationis & de iis res per se clara) comperunt & concurrunt, tum in diuersis actionum *generibus*, vt in *specie l. 18. de O. & A.* quoties denique eadem res ex pluribus obligationi caussis debetur, vbi non tolùm ei, qui ex vna caussa egit & succubuit, altera superest, *l. 14. §. 2. de exc. rei iudit.* Sed & si ex vna rem consecutus, ex altera ad æstimationem, aut id quod interest agi potest, vt vtriusque commodum consequatur, tum, quod notabilius, in eodem; vt *l. 10. de act. emt.* vbi de eadem merce eidem contra eundem duæ actiones ex vendito, specie eædem, aſt numero diuersæ; quandoque partim ad idem, partim ad aliud. Sic concurrit Rei vindicatio cum actione ad exhibendum, Condictio furtiua & actio pro Socio, si pluris interfit *l. 47. iunct. l. 49. pro Soc* vbi quatenus id quod interest egreditur rei æstimationẽ quæ in condict. furtiuam venit, plus in hac quàm illa; actio ex stipulatu & ex vendito, in *l. 28. de act. emt.* vbi pluris interest quàm quod ex illa cõsequi licet. Et ita hæ actiones non planè ad idem, etsi neutra pœnam persequatur. De his autem omnibus act, quæ verè concurrunt duplex dubitatio vererum. Vna: num eadem plures formula proponi eodémve iudicio exerceri possẽt. Hoc modo negatur, *l. 43. §. 1. de R. I.* Quæ de hac coniunctione solum accipienda. Quò & inclinauit *Hotom. illust. qu. 29. p. 235.* hæsitans tamen, quasi hæc sententia illis verbis non satis commodè expressa sit. Aſt immò hæc sententia ex serie præced. princ. & oppositione exceptionum, & actionum elicitur. Nam vt *d. princ.* est de exceptionibus & defensionibus quæ coniunctim competunt, *hæc & illæ*, non *hæc aut illa*, ita §. 1. monstrans discrimen actionum ab exceptionibus, *concurrere* dicit actiones plures: nõ quarum alterutra competit actori, sed vtraque, vid. *not. s. lit. A.* Et vt *d. princ.* arguit plures ab eodem exceptiones coniunctim competentes, non in diuersis iudiciis (qui de hoc ambigat) sed in eodem iudicio ad eundem liberationis finem, vnà inferri, eodémve libello defensorio proponi posse. Ita, si rectè probeque sibi oppositio constat *d. §. 1.* arguit plures coniunctim competentes actiones in eodem iudicio, ad eundem consecutionis finem, simul intendi vno libello actoris non posse. In oppositione enim non disconuenire solùm attributa, sed & subiecta conuenire oportet. Quæ enim oppositio, quàm ve aptum discrimen hoc modo foret? Plures defensiones coniunctim competentes vnà proponi possunt. Aſt plures actiones disiunctim competentes nec separatim exerceri possunt, sed vbi vna actum, altera consumpta est. Huc autem reciduunt cùm Donelli, tum aliorum ferè interpreriones. Nam cum Donell. putat eiusdem rei nomine dici *d. §. 1.* quæ ad idem obtinendum, & vnà peracta, etsi nihil consecutus sit actor, reo absoluto, adirum ad aliam esse præclusum, nõnne de disiunctim competentibus actionibus accipit, quæ nihil minus quàm concurrunt; vt s. *litt. A.* Etsi enim comdlectitur plures quæ verè concurrunt, exempli gratia, Condictio furtiua, & actio Commodati; tamen ex ea interpretatione sequereтur, eas disiunctim competere, quæ immò competunt coniunctim, quæque ne separatim vna post aliam exerceantur nihil impedire potest, quàm si idipsum consecutus sit actor, ad quod posterior actio prodita est: vt sequitur. Sensus igitur *d. l. 43. §. 1.* est. Quoties plures actiones concurrunt, id est, non vna ex iis, sed

sed omnes, non alterutra, sed vtraque competit, vt not. 8. *lit. A.* eiusdem rei nomine, id est, ratione, seu de eadem re, siue ad idem consequendum, vt in *l. 18. §. vlt. de pec. const.* siue ad aliud, omnino, vt actio furti & condictio furtiua, vel ex parte Commodati & Aquiliæ, vnà quis experiri debet, id est, Variis simul actionibus vti non licet, vt *leg. 76. §. penult. de leg. 2.* Vbi vocula *simul* arguit à contrario separatim, immò licere, de quo mox. Hanc expositionem non suadet modo, sed exigit vis verbi *concurrere*, aliàs oratio secum ipsa pugnaus hoc sensu. Cum vtraque actio competit, alterutra competit, cum omnes vnà, ex illis vna. † Eadem videtur sententia *l. plura 53. de O. & A.* vt & ibi omnibus vti interpretemur, scilicet simul *dict. leg. 76. §. penult.* aliàs insolubilis dissensio *dict. leg. 53. & leg. 32. eod. tit. vt & l. 2. pr. de prin. delict.* Altera. Num separatim vel diuersis iudiciis exerceri possint? Vbi regula: Actiones de eadem re concurrentes, alia aliam non consumit vel tollit. Quæ non solùm generatim expressa *l. 130. de R. I. §. 1. in fin. I. Si quadr. paup fec.* & in specie de pœnalibus *leg. pen. de O & A.* sed & perpluribus aliis iuris locis innuitur. Passim enim vbi eiusdem rei ratione dicitur *& hæc & illa* actio dari, (hoc autem est concurrere) additur quod alia aliam non tollat *leg. 2. §. 1. de tut. & rat. distr. l. 45. pro Soc. leg. 12. Cod. de furt.* non consumat *leg. 18. de O. & A. l. 18. §. vltim. de const. pec. l. 2. §. 1. de priu. delict. leg. 2. §. 1. de condict. furt.* Quare hîc si vna quacumque priùs actum, per sententiam ipsam numquam contingit liberatio ab alia, siue ea reus condemnetur. Etsi nec altera amplius sit plurisve interfit. Nam quod iudicati obligatio præcedentem nouat, non de aliã verum quàm de eã, quæ in iudicium deducta est. Sed tantùm solutio rei aut consecutio aut perceptio actoris quatenus & quousque solutum perceptúmve est, *dict. l. 18. §. vltim. de pec. const. d. l. 2. §. 1. de tut. & rat. distr.* Tunc enim non vi litis contestationis, aut iudicati actione prioti tollitur posterior, sed solutione; tollendæ cuiusvis obligationis modo communi. Et posterior exerceri non potest efficaciter, non quia prior exercita, & ad finem perducta, sed quia nihil abest actori eiúsve non interest. Nam & si extra iudicium solutio facta, & ita nectra actio exercita esset, pariter ad vtramque obligationem profecisset *d. l. 18. §. vltim.* Potest autem intentari cum effectu, etsi prior finita, si necdum quid inde consecutus actor, aut eã reus absolutus, de quo mox. Quid quod nec ea ipsa actio, quæ exercita aliter iudicati obligatione nouata & ita peremptа est, quàm quatenus expedit actori, vt s. *lib. 15. cap. 20. lit. Y. ibique not.* Quanto minùs igitur sententia per se citra exsecutionem vel iudicatum antequam id factum eíve patitum est, actiones concurrentes peremit. Nam etsi Donellus hic stultè quæri aliam actionem ad idem, de quo iudicatum aliá est; variæ tamen caussæ incidere possunt, vt etiam planè pro eodem obtinendo expediat nouã potiùs actione vti, quam exsecutionem ex priori petere. Quin etsi solutum sit, ceu ex aliã obligatione iuxta quidem nostrorum opinionem, vt *j. lit. R.* alia actio concurrens, si stricta sit, ipso iure superest, sed quatenus idem petit exceptione doli submouetur *leg. 71. pr. de furt.* Sin bonæ fidei ideò iurè peremptа creditur *leg. 34. §. 1. de O. & A.* quod ista exceptio natura iudicij insit; quia contra bonam fidem bis idem exigi *l. 57. de R. I.* Quare vbi nondum solutum, multò magis actio concurrens supererit, nisi exceptione repellatur: Aſt quænam illa exceptio. Transij inductione per omnia exceptionum genera. Nullam hîc conuenire reperi. Siquidem rei iudicatæ exceptio condemnato numquam competit *l. 16. de except. rei iudic.* & nec hic absoluto competere potest vt sequitur. Siue absolutus sit. Etsi enim Donellus hic exceptione rei iudicatæ hunc tutum sentiat; verissimum tamen: Quæcumque actiones concurrunt, siue idem planè petãtur, siue aliud, & siue persecutio alterius planè diuersa, vt neutra in altera vlla ratione insit, siue vberior solùm altera vt hæc illi quasi partis ratione insit siue hæc illa; grauiori aut leuiori, priùs expertus actor, vti condemnatio sola non liberat altera, qua necdum actum est, ceu iam firmani, ita nec absolutio. Probo hoc tum ex iure: 1. per sæpè dictam regulam *l. 130. de R. I.* Nunquam consumit. Ergo nec si peractum iudicium, nec adhuc nondum finitum; & peracto eo, nec si condemnatus reus, nec si absolutus. Sententia enim propter actionem secuta est, & vix est vt non dicatur actione sublatum, quod sententia 2. per *leg. 28. de act. em. leg. 2. §. 1. de tut. & rat. distr.* vbi hæc conditione tollitur iudicium concurrens si consecutus fuerit actor. E. per vulg. 3. *per dict. leg. 18. §. vlt. de const. pec.* vbi habetur, si quis vna actione egit, (ac sic vicit vel victus est) non nisi solutione liberari Reum ab alia. 4. Absoluto reo in priori iudicio necesse est posteriorem saluam manere, quia nihil est quod eam peremerit. Non institutio istius actionis & litis contestatio, quia aliàs hæc non concurreret cum illa. Non solutio, quia nulla facta. Non sententia denique absolutoria, quia inde nata exceptio rei iudicatæ actióni, quæ cum priore concurrit, obiici nequit, quicquid hic contra Don. Siquidem vt ea dicatur coniunctim requiritur, vt & eadem res iterùm petatur & ex eadem causa *l. 14. pr. de exc. rei iud. j. lib 22 cap 5.* Perpetuum autem dicere ausim, quoties plures actiones concurrunt semper, aut vtrumque, aut aliquod horum deesse, vt vel alia res petatur vnà quàm altera, vel alia caussa petendi sit. Exemplis hoc clarum fiet. Vtrumque deest, cum Commodati & Furti actio concurrunt. Nam in illa intentio actoris rem reddi, & id quod interest sua, se maturè recepisse præstari debere. Caussa petendi & medium concludendi, quia commodauit. In hac intentio Quadruplum præstandum: Caussa vel ratio, quia reus rei commodatæ furtum admiserit. Res eadem & caussa diuersa, cum Commodati & Condictio furtiua concurrunt. Illic enim caussa, quia Commodatum; hîc, quia res furto ablata. *Sic* cum de eodem legato Rei vindicatio ex dominio, & actio ex testamento ex quasi contractu. Et ita quoties pœnalis mixta cum merè persecutoria competit, & quatenus in illa amplius, aliud petitur, & semper caussa petendi diuersa. Quippe illa ex delicto est, hæc caussæ contractus, vel quasi aut dominij ferè inuititur. Caussa denique eadem & res diuersa in actione furti & condict. furtiuã, &c. Idem iudicium de reliquis, vt inductione constabit. *Tum ex æquitate.* Euidenter enim iniquissimè præcipere hic rei iudicatæ exceptionem parumper per rem expendens reperiet. Quid enim si in conditione furtiua succubuit actor, quia non potuit probare se dominum rei esse. An ideò minus verùm eum commodasse. Au qui l. Aquil. intentata act. probare non potuit damnum dedisse reum, rupisse, fregisse rem suam, idcircò minus æquum est rem ipsi restitui, si rei vindicationis iudicio se dominum esse probaturus. An quia legatarius vindicatione restitura probatione dominij defectus, idcircò minus verum rem legatam esse, eam ab herede præstandam, &c. Quid? Nónne absoluto possessore iudicio reali superest l. Aquiliæ, imò quandoque is absoluendus, vt illa agi possit *l. 14. de R. V.* Num igitur, quia priori iudicio vicit reus, exceptioni rei iudicatæ contra l. Aq. act. pro concurrente quantitate, seu quatenus idem petitur hac actione, quod illa petitum est, proficit, vt effectum tantùm habet posterior actio in eo, in quo priorem excedit. Hoc sanè consequens foret. Quod quam inconueniens, quis non videt. Pluribus hæc firmari possent. Sed eamus porrò. ¶ De Cumulatione actionum multa & intricata Dd. est tractatio. Eam iuri ciuili ignotam contendit *Char. 3. verisim.* 7. 1. quia magistratus plures vna formula concepisse actiones nusquam legitur. 2. Cuique actioni sua solemnis iudicij formandi figura. 3. Iurisconsulti non simul, sed nunc vnam, nunc alteram posse intendi dicunt. Pluribus equidem, aio, actionibus experiri licuit, sed eæ singulatim dari solitæ. Quæ confirmat *Obrech. de concip. libell. cap. 23. Don.* autem noster hic Complexionem eodem libello earum actionum negare solùm videtur, quæ *ad* idem consequendum propositæ. Admittere autem in iis, quæ ad aliud consequendum, quas diuersarum rerum vocat, etsi de eadem re sint, vt actio furti & condictio furtiua. *Hoi si a 20 variarum rerum nomine act. simul edi* possit, per *l. 11. de iurisd. l. 35. §. 1. eorum, ex Leb. ad d. l. 43. de R. I. p. 214.* Pluribus ait actionibus idem cum eodem vno etiam iudicio agere posse, per *d. l. 11.* Sed plures intelligit diuersarum rerum alio sensu, quàm Donell. quæ & de rebus aliis, vt in *l. 29. de O. & A.* † *Rau. ad dict. l. 43. §. 1.* statuit omnes act. eiusdem rei nomine concurrentes apud Prætorem vno contextu propositas & decretas fuisse. Sed vbi ad datum iudicem lis translata vna electa reliquas iudicis officio omissas per *leg. 25. §. 5. Loc. leg. 3. §. vltim. Naut. caup. stab.* quæ hoc non probant. Quid iure verius ex dictis supra constare potest. Cæterum non vocat regulas Dd. & doctrinam quando Cumulatio iudicio eodem licita vel non expendere. De iis consule *Obrech. de concip. libell. cap. 23. & seqq. Petr. Frider. lib. 3. de Continent. Causs. cap. 10. & seqq. Gilken. ad leg. 3. Cod. de edendo numer. 152. & seqq. Zang. de Exc. p. 2. cap. 19. Speckhan. cent. 1. quæst. 66.* Et hi ferè totam materiam expendunt. Sparsim alij de Cumulatione possessoriorum, petitorij item & possessorij, &c. *Menoch. adip. poss. remed. 2. num. 12. & num. 105. ac seqq. & remed. 3. num. 160. & remed. 4. n. 515. & seqq. ac retin. poss. remed. 3. n. 507. & seqq. Achil. Persoual. tr. Interd. Quor. bon. numer. 460. & seqq. Coras. ad l. 12. §. 1.*

de acq. poss p. 3. Rulant. de Commissar. p. 3. lib. 4. cap 4. Mynsi. 1. observ. 57. ac seq. *Gail. 1. obs. 63. Vvurmser. tit. 46. obs. 6. Hartm. tit. 45. obs. 5. Meischster. tomo 3. decis. Cam. 9. num. 14. & seqq. & tomo 4. decis. 2. &c.* f P. *Fab. ad leg 43. de Reg. I. pag. 216.* Quia, ait, non ea mente delatæ plures actiones, vt simul dicentur, sed vt liberior sit agendi facultas *l. 76. §. pen. de leg. 2.* g *P. Fab. ad dict. leg. 43. p. 216. Hipp. à Collib. ibidem p. 177. & Obrechs. de concip. libel. cap. 23. numer.* 9 tunc solùm proponi vnâ duas actiones posse, cum actor probabili causâ compertum non habet, vtrâ actione vrendum, vt si vel nesciat quo titulo reus possideat *d. l. 1. §. 4.* vel de viribus testamenti dubitetur, vbi duplex actio; 1. quasi testamentum iure non sit perfectum. 2. quasi inofficiosum sit, *l. contra 16. C. de inof. test. Hot. ill. q. 29. p. 236.* actionis verbum in *dict. leg. 16.* impropriè sumi pro intentione, cum de injusto testamento nulla sit actio, sed incidens quæstio esse soleat in hereditate vel bon. possess. petitione *l. 1. Cod. de ord. iudic.* h Hoc quidem rectè. Quam vim vocalæ *præsertim* & agnoscit *P. Fab. ad dict. leg. 130. pag. 556.* † *Cuiac. 8. obs. 24.* per hanc ipsam vocalem huic regulæ solùm locum esse in pœnalibus. Neque etiam in illis omnibus, sed iis tantùm quæ ex pluribus factis. Quem notat *Cabot. 1. disput. 30. p. 166.* & seq. Quæ autem vera regulæ sententia vid. *Not. ℣. lit. D.* i De hisce omnibus quid habendum satis tractaui ℣. *lit. D.* vbi vide. k ita & *Cuiac. ad leg. 130. de R. I. pag. 316. P. Fab. ibid. pag. 551. Vinc. Cabot. 1. disput. vlt. p. 166. & Obrecht. de concip. libell. cap. 22. num. 14.* ipso iure si prius condictio, actio structa, per exceptionem si Commodati actio prius intentata *d. l. 71. pr.* Sed additur in *d. §. 1.* quod est totius. Ita enim Pand. Flor. habent. In vulg. legitur *tutius.* Quæ passim probatur nulla ferè variantis lect. mentione. Quasi sensus: Essi bonæ fidei iudic. except. insit; magis tamen sibi consulit reus si eam initio opponat. *Don. ℣. lib. 24. cap. 2. sub fi. Obrech. d. cap. 22. numer. 15.* † *Forner. 3. rer. quotid. 11.* Quia crebra aliàs litterarum *o.* & *v.* commutatio, sicuti epistola, suboles, &c. *totius* hic pro *tutius* irrepsisse. Tueri Florentinam licet hoc modo: *Peremit altera,* id est, commodati, *alteram*, id est, condictionem, aut *ipso iure*, si integrum consecutus actor, nec Condictio vberior, *aut per exceptionem*, vbi aliquid amplius ex condictione (exinde forte, quia æstimatio in ea fit ex rempore quo res vuquam plurimi *l. 8. §. 1. de condict. furt.*) *quod est* scilicet actio hæc posterior *totius*, id est, si nulla mentione eius, quod priori iudicio iam adeptus actor, posteriore torum petat. Quæ exceptio *doli mali* est, *l. 28. de act. em. per l. 57. de R. I. iunct. l. 2. de doli except.* Sic & vice versa. Si condictione prius expertus & rem, vel rei æstimationem consecutus Commod. agat, itidem disting. Si solidum illa consecutus ipso iure actio Commod. non tenet, solutione extincta. Quod si quid amplius interfit Commodatarij præter æstimationem rei Commod. superest arg. *l. 27 Pro soc.* & quidem tota, per *l. 27. de sol.* sed si ea solidum exigere velit except. doli arcetur. Sanè prior illa expositio facilè conuellitur. Neque enim ritè accommodatur regula. Bonæ fidei iudiciis exceptiones insunt. Cum vera solutione, modo integrè facta, id est, præstatione eius totius quod debetur, vndecumque obtigerit, quæuis obligatio, etiam quæ ex stricti iuris contractu, tollatur ℣. *lib. 16. cap. 12. Fac. l. 12 §. ubicun. de const. pec.* l Et ita [illegible] transire licet ad *l. act. l.* Aquiliæ. Neque enim aliàs absolui reus ab altera posset, nisi ea prius impetitus. Vnde opinio Hortlederi conuellitur, vt ℣. *lit. Q.* Atque hæc mutatio licita in quibusvis concurrentibus actionibus, contra m in iis quæ disiunctim competunt, vt ℣. *lit. D.* m At ex iis quæ ℣. *lit. D.* constat plures de eadem re act. rei persecutorias ad diuersa competere. Conspicuum id in rei vindicatione & act. ad exhibendum. Propiùs verum accedunt, qui tunc misceri & inter se confundi plures rei persecutorias, cùm ex eadem omnes caussa, vt eodem contractu, vel delicto admisso in re, de qua contractum, quasiue contractum est, vt si colonus e fundo quid subtraxerit, si quis vestem commodatam fecerit. Secus si ex pluribus caussis ad idem competant, siue similes eæ, vt *leg. 10. de act. em.* siue dissimiles, vt *leg. 18. de O. & A.* Vbi vna peracta altera superest, siue priori victus actor, vt *leg. 93. §. 1. de leg. 3. l. 28 §. vltim. de lib. leg.* siue vicerit *d. l. 10. d. l. 18. Hot. ill. q. 29. P. Fab. ad l. 43. d. R. I. p. 217. & ad l. 130. eod p. 551. Obrech. de concip. libel. cap. 22. numer. 17.* & n seqq. n add. *leg. 43. eod. l. 28. de act. em.* Vnde apparet posse persecutoriam aliam plus alterâ continere. Neque hoc peculiare actioni pro socio, sed & ex quouis contractu quandoque plenior actio ipsius contractus quàm quæ ex delicto circa eum admisso, vide *& Obrech. d. cap. 22. num. 12. & 16.* o *add. l. 42. Locati. l. 2. §. 1. de tut. & rat. distr. Fac. L. 14. §. 1. de præs. verb.* Et has actiones omnes rectè exerceri conuenit *Hot. ill. quæst. 29. p. 238. Cuiac. ad leg. 130. de R. I. & 8. obs. 24. Cabott. 1. disput. vltim. p. 167. in fin. Obrech. de libell. cap. 22. numer. 36.* si scilicet eidem in eumdem competant. Nam si persecutoria in vnum, pœnalis in alium electâ & peractâ vnâ, quandoque tollitur altera. vt *l. 3. §. vltim. leg. 6. §. vltim. Nauta caup. stap. leg. 1. Cod. Mand. Cuiac. dict. cap. 24. P. Fab. ad l. 130. de R. I. p. 551.* qui casus singulares esse scribit, cùm tamen potiùs non sint de genere regulæ. Planè *Obrech. d. cap. 22. num. 15.* condict. furtiuam accipit, in *d. l. 3. §. vltim.* non pœnalem. p Ita magno consensu *Cuiac. 17. obs. 12. & ad l. 130. de R. I. P. Fab. ibidem p. 551. Hot. ill. quæst. 29. p. 238. Obrech. dict. cap. 22. numer. 15. Pac. 4. enant. quæst. 9.* Nam & ita, in *leg. 9. de in lit. iur.* Ac furti actio genus est, cuius duæ species, vna ad rem, altera ad pœnam *l. 14. §. 16. de furt. Cuiac. dict. cap. 12.* q De quo & testatur *Ant. Augustin. 1. emend. 3. p. 29. in fi.* Et ita legend. esse ex sententia trabali, quæ certò certior sit scribit *Hortens. ad §. sequens 16. I. de act.* Sed & *Bart. ad d. l. 7. §. 1. Comm. numer. 13.* affirmatiuam lectionem non esse bonam scribit, nec communem. Patere id ex antiquis libris, quos ad hoc perscrutatus sit. Quin ipsèque pluribus manuscriptis, diuersis locis & Bibliothecis publicis, lect. neg. *non remanere*, & pluries quàm affir. repeti. Quam probarem vtique, si nec Donelli expositionem præduram, & quæ vim verbis faciens, negatiuæ lectioni sententia affirm. accommodat. (Quid enim! an non tantò magis verum est *remanere*, si tota ipso iure remanet, an non in eo, quod plus est minus, in toto partes contineantur.) statuerem; nec Florentini Codicis auctoritas omni aliorum manuscriptorum quorumuis potior & antiquior esset. Nec denique ipsa iuris viua ratio lectionem & sententiam affirm. exigeret. Eam sanè *Cuiac. 3. obs. 21. 15. obs. 23. 1. notat. Mercat. 29. & ad leg. 130. de R. I. P. Fab. ibidem pag. 552. Hott. ill. quæst. 29. sub fin. & 8. obs. 19. Balduin. de l. Aquil. pag. 242. Cabot. 1. disput. vltim. p. 167. Pac. 4. enant. quæst. 43. & Obrech. de concip. libell. cap. 22. num. 37.* (licet in huius bibliothecâ satis locupletè duos quoque manuscriptos lect. neg. *non remanere* exhibere viderim) tuentur, sed ita vt altero articulo abnutiuo in extremis verbis, quem omnes tamen codices exhibent, dempto legant *locum habet.* Pro Florent. scripturâ pariterque affirm. priori & neg. posteriore pugnat *Rob. 2. rec. lect. 25. & 1. animadu. 29. ac 1. notar. ad Mercat. 29.* Cuius quis sensus idoneus post dicetur. Prius expendamus, numquid, rationi iuris, conueniat peracto iudicio merè persecutorio pœnale mixtum superesse, quo quod in eo amplius est actor exsequatur. Id, magno aliorum consensu receptum, veraque iuris ratione suffultum, post Pauli Castrensis, leuem quasi velitationem certamine duriori impugnare aggressus haud dudum Vir Cl. Illustriss. Duc. Sax. Vinariens. studiorum moderator politiss. *Fridericus Hortlederus libello de concursu act. realis meræ & pœnalis mixtæ.* Videbimus an & huius tela arcere & arcem nostram nouis præsidiis munire queamus. Verùm ordine procedemus: Ac primò partes illius ita sumemus, ne & nos quisquam cauillatos, aut ille Vir doctissimus caussæ suæ nos præuaricatos iure meritòve conqueri possit. In hanc igitur ille sententiam. Etsi inuenerit passim intentato prius iudicio persecutorio e. g. Commodati pœnali mixtâ ex. g. Aquiliæ, ad residuum experiri licere. Ei tamen opin. Clariss. IC. testimonia refragari. Dum in hisce speciebus dicitur actorem contentum esse debere vnâ actione *l. 9. arb. furt. cæs.* alterutra *l. 18. ad l. Aquil. l. 45. Loc. item l. 50. Pro soc.* Si quâ earum actum aliàs tolli *leg. 18. §. 1. Commod.* si vno iudicio res iudicata amplius non agendum *l. 27. §. 11. ad l. Aquil.* Et ratio in *d. l. 50.* Quia actio etiam mixta ad rei persecutionem respicit, non vt pœnalis mera, ad pœnam *dumtaxat hæc cap. 2.* † Neque aliter statui debere; eo quod iudicis officio, in persecutorio iudicio, bonæ fidei, aut arbitrario, eius quoque superfluì, quod in mixta, e. g. Aquiliæ amplius est, ratio habeatur, neque aliàs reum condemner iu ex quam si ei actor potestatem æstimandi subducendique damni dederit & L. Aq. act. remiserit *hæc c. 4.* † Constare id *1. ex l. 13. de R. V.* vbi dicitur ratio per iudicē haberi si res deterior facta. Quare damnum, ait, æstimatur & subducitur in ipsa rei vindicatione. Ad quid igitur deinde Aqu. Quin ex verbis *d. l. 13.* pariter necessitatem in æstimandi damni inferri per *v. debeat* & remittendæ actionis L. Aq. cùm nisi ea remissa æstimari

eauere oporteat lege Aquil. non vsurum. Qui supplearur *l. seq. 14. Si malit potiùs* quàm scilicet cauere, & iudici potestatem subducendi damni facere *l. Aquil. act. vti absoluendus possessor*, non autem condemnandus ad restitutionem rei. Illis autem verbis *dict. leg. 13. quamquam & legis Aquil. &c.* remoueri hîc act. l. Aquil. Quasi dicat: Initio quidem hanc potuisse intentari. Alt vbi res vindicari cœpta, damni quoque & eius quod in act. L. Aquil. venit, rationem haberi, proinde hanc cessare. 2. per *leg. 36. §. 2. de pet. hered. ibi: vt caueat. &c. 3. per leg. 43. Locati. l. 25. §. 2. eod.* Vtrobique enim dicitur *iudicis officio contineri*, vt vnâ actione contentus sit, cæteras omittat. 4. *in d. l. 36. §. 2.* in petit. hered. venit si seruus hereditarius occisus. *§. dict. leg. 50. Pro soc.* si socius *damnum dederit* actione pro socio *consequi* actorem, vt altera act. contentus sit. *hæc cap. 4.* † Sed nec aliud *ex ipsâ l. 7. §. 1. Commod.* probari, 1. Quia cedi debet actio legis Aquiliæ, statim atque alter socij vice damnum præstitit. 2. Quia dicitur *damnum*, quod aliàs L. Aquiliæ actio persequitur. *sarciri* actione commodati, scilicet iudicis officio. 3. Subditur vt remittatur act. L. Aquiliæ esse *aquissimum*, id est, vtilissimum, Nimirum quod & actori id expediat, duplicatis sumptibus petere cogatur, & reo ne vexetur pluribus iudiciis. Cùmprimis in iudiciis bonæ fidei & arbitrariis: Vbi & natura actionis hoc indulgeat, quia iudex non ita meræ actioni adstrictus *leg. 14. §. 13. de relig.* & voluntas ac concessio actoris *dict. leg. 13. de R. V. hac cap. 5.* † Tandem non obsistere *vers. vltim. dict. l. 7. §. 1.* Quippe cùm verbis talibus *nisi quis dixerit*, sæpè non exceptio contineatur, aut confusè antea dicta declarentur & restringantur. Sed illis frequens si obiici aliquid & reprobari, vsu tum nostrorum *l. 7. §. 8. de dolo leg. 9. de seru. corr. leg. 37. de R. V. leg. 15. §. 9. de re iud. leg. 15. de de præs. verbi leg. vltim. de eo quod cert. loc. leg. 7. §. vltim. de supell. leg.* tum aliorum auctorum. *Cic. 1. offic. Liu. lib. 5. Seneca 1. de benef. 4. & epistol. 88. Minut. Felix in Octau. & alij, de quibus Cuiac. 2. obseruat. 25. Val. Guilielm. Forster. 1. observat. succis. vltim.* Idem hîc fieri. *hac cap. 6.* † Neque verbis extremis quod videtur habere, rationem hanc conuelli expositionem. Nam si vulgato sensu *ratio* sumeretur, pro dicti confirmatione, cum priora, ipsius *l. 7. §. 1.* & alia ex aliis legibus ducta argumenta conuincant rationi hoc, quod est in *d. vers. nisi forte quis*, non conuenire; dicendum fore *videri* hanc rationem non esse. Neque rationem dici absolutè deberi; sed apparentem, non veram, sicuti in simili falsum tutorem, modium iniquum vsurpamus *leg. 221. de V. S.* Cæterum magis esse, vt eo sensu non accipiatur. Sed *ratio* ibi significetur iuris generalis, communis, regulæve, iuris communis ordinaria, in forma, & in vno rigore perseuerantia; tenor rationis, vt *l. 14. & 2. seqq. de ll.* Commune scilicet præceptum. Quod vbi non satis latè patet protrahitur ad similia *leg. 10. & seqq. de ll.* Vbi verò latius, præter finem iuris vlt. & supremam legem, quæ est vtilitas, excurrit, æquitate corrigitur & temperatur. Quomodo ratio opponitur æquitati, vtilitati, benignitati *leg. 1. §. 3. si pars hor per. leg 3. vlt. & leg. 4. de in rem verso, leg. 43. de relig. sumpt. fun. leg. 51. §. vltim. ad leg. Aquil. leg. 11. de seru. rust. prad. leg. 7. §. 5. de acq. do. leg. 22. §. 3. Mand. leg. 8. Cod. de iudic. §. 10. l. Mandat.* Et ius ob vtilitatem receptum opponitur rationi *l. 16. de ll.* Nam & *d. l. 7. §. 1.* opponi *rationi*, id est, regulæ vulgari (quâ vbi diuersæ actiones ad diuersa, veram malit actor intentare prius potest; deinde quod amplius in alia est exsequi *l. 34. pr. de O. & A.*) *aquissimum.* Qui æquitas efficiat, vt illud superfluum, actoris pariter reique commodo, in ipso commodati iudicio per iudicem subducatur. *hac cap. 7.* Ex hisce denique infert *in d. l. 34. §. 1. de O. & A.* Florentinæ lect. affirmatiua vitiosam esse sententiam. Maximè cum eam & præcedd. repudient, in *vers. & hoc in legis*, quæ arguant perinde Aquiliæ & Commodati misceri, vti locati & condictio furtiua, cui illæ *vtraque enim actiones* suffragari apparear ex *iunct. l. 50. Pro soc.* & ratio subiecta, *quia simplo accedit, &c.* Quare cum in aliam mutanda sit, scripturâ aut negatione inserta, ex fide manuscriptorum legendum *non remanere* aut citra eam leuiori mutatione *remoueri.* Et hoc magis probat. Quod & lenior correctio sit & sensui accomodatior. Eum autem hunc putat. Etsi post commodati Aquiliæ ipso iure remaneat, quia stricto iudicio exceptio non inest, tamen *verius est remoueri* eam exceptione rei iudicatæ, *quia* id quod amplius est in Aquiliæ *simplo accedit* per officium iudicis in Commodati iudicio *& simplo subductio* vna cum accessione *locum non habet* actio legis Aquiliæ. Postremò non obstare contendit, quod 30. dic-

dicis officio eius quoque superstui, quod in act. Aquiliæ pœna & cuius intuitu illa mixta est, in petitione hereditatis, cum & hæc olim quoque bonæ fidei habita fuerit (vt hoc quidem probè *Hortled. d. lib. cap. 4. & nos, S. lib. 14. lit. B.* rationem haberi. Minimè. Quid igitur? *Simplum soluturum.* Quod si igitur ita in petitione hereditatis ius, vbi ipsa generalitas & potestas vniuersalis iudicij non leuem dubij rationem specialem suppeditat, quanto magis in iudiciis specialibus & singularibus idem obtinebit. Si illic actio l. Aquiliæ *concurrit* tantum cum petitione hereditatis, sed immò, quod longè plus est, *in eam venit*, vt dicitur *dict. leg.* 20. §. 4. *& leg.* 36. §. 2. *in fin. eod.* id est, *ei inest*, vt quodammodo ceu pars in toto, eius ambitu contineatur; & ipsâ quidem actio, nec res solùm actione petita *dd. locis.* & simplum tamen ibi non exceditur. Quantò minùs excedi poterit in actione Commodati, rei vindicatione, aliáve, quæ concurrere quidem & vna dari dicitur, cum act. L. Aquiliæ; aſt hanc illi ineſſe, cáve contineri nec aptè nec verè dixeris. Ac telum quidem hoc vnum pugnæ conficiendæ sufficere apparet, quo causſæ iugulus petitus & præcisus. Promamus tamen & alia. Et quidem ex illis ipsis ll. in quibus suæ sententiæ firmamentum Vir Cl. constituit. Veluti 2. ex leg. 13. & seqq. de R. V. Nam illa verba *quanquam ex L. Aquil. act. conueniri possit. dict. leg.* 13. non remouent in proposito Aquiliæ act. Quippe & structura sermonis expositioni *Hortlederi* resistit. Dici enim deberet, *potuisse*, non *possit*, quo in præsenti facultas inuitur, re iam vindicari cœptâ. Et cumprimis Lex seq. 14. quæ clarissimè probat necessitatem damni æstimandi (etsi ea æstimatio, vt postea dicetur, alia omninò sit quam quæ fit in Aquiliæ) nullam esse. Posse actorem reculare Aquiliæ remissionem. Illóque casu absoluto rei vindicationis iudicio, legis Aquiliæ actio superest: tota scilicet non ad id, quod æstimatio, fieri solita in Aquiliæ, excedit eam æstimationem quæ fieri debuisset in actione in rem, sed in solidum, ac si in rem numquam actum fuisset. Quòd si verò id omne, ad quod actio Aquiliæ intenratur, rei vindicationis iudicio ferre potuisset actor, si eam persequeretur, stultus, & temerarius foret si eâ iam institutâ & ex parte prosecutâ lite relictâ, ad Aquiliæ transire vellet. Nónne enim expedit eodem iudicio idem consequi minore opera & impendio. Cur superuacuò, instituto iam vno postulat se admitti ad aliud, si hoc posteriori nihilo plus laturus. Si hæc iudicia eiusdem potestatis ac effectus, nondum intentato vno; dici sanè posset ipsam laxiorem agendi facultatem commodo actoris constitutam *leg. 76. §. penult. de leg 2.* Aſt eo instituto meritò aditus ad aliud præcludendus foret, tum vt litium multiplicatio euitaretur, tum argument. *l.* 38. *verſ. constituimus. de R. V.* item argum. *leg.* 14. §. 1. *vt leg. nom. cau.* quia ea re sibi in nullo prodesset actor, noceret solùm alteri, etiam cum suomet damno. Planè *in dict. leg.* 14. absolutio non à restitutione rei, vt *Hortled.* sed à præstatione damni æstimationis accipienda. Tum quia id ratio subiectæ materiæ & propositæ quæstionis exigit, tum quia restitutionem illam l. Aquiliâ agens, ex naturâ illius iudicij, quod in personam est, obtinere nequit. 3. *Ex l.* 36. §. 2. *de petit. her.* verbis, an malit integram sibi esse actionem l. Aquiliæ, omissâ eius rei æstimatione à iudice. *Vbi* 1. notanda vox *Omissâ.* Non igitur necessitas est æstimandi damni à iudice, quasi sine eâ æstimatione condemnari reus non possit in iudicio persecutorio bonæ fid. aut arbitrario (& ita etiam in petitione hereditatis) vt *Hortled. cap.* 4. *initio.* Sed immò condemnatur tamen reus ad præstationes alias *omissâ* non condemnatione, sed *eius rei* quanti scilicet seruus occisus, *æstimatione.* Deinde *ex d.* §. 2. idem argument. quod *ex d. l.* 13. Si ipso vniuersali in rem iudicio consequi licerer, etiam id in quo Aquiliæ mixta est, ac excedit, frustra, temerève, instituto iam illo iudicio (de quo loqui *d.* §. 2. cuidens est) resiliret ac transiret petitor ad aliud, quod nihilo sibi futurum vtilius, cæterum ipsíque reoque mutatio isthæc damnosa. 3. Ex ipsis ipsius *l.* 7. §. 1. *Comm.* verbis prioribus. Etsi ea per se sola spectemus, nullo respectu *ad verſic. nisi quis forte.* Expendamus ea, ita ac si *d. verſ.* nec adiectus esset. Dicimus, sirmissimè tenemus illis non quidem principaliter adstrui sententiam nostram quod Aquiliæ post Commod. supersit. Id præstat *d. verſ.* præstat iuris ratio. Attamen rationem & fulcrum opinionis aduersæ quod superfluum Aquiliæ deducatur in Commodati, funditus subuerti. Agitur illic, vt constat ex præced. *l.* 5. §. *vltim.* de duobus commodatâ re eâ, cuius conditio illa, vt vsus eius plurium esse possit, vti vehiculum. Dicitur hos ambos duorum reorum loco esse. ideoque pro se quemque *dolum & culpam*, &c. in totum præstare *d. l.* 5. §. *vltim.* id est, etsi facto culpáve alterius damnum in re commodata admissum, ad id farciendum æquè alterum correum atque eum qui dedit damnum teneri, verùm vbi vnus id sarcierit, alterius quoque oblig. tolli. *d.* §. *vltim.* Hinc infertur verbis extremis *d.* §. *vltim.* re ista furto ablata, vtrique act. furti competere. Nimirum quia vtriusque interest, & cùm furto neglecta custodia causſam dederit *l.* 52. §. 3. *Pro soc.* De ea autem vterque commodatori teneatur *d.* §. *vlt. ibi & custodiam in totum, &c.* damnum rei amissæ siue ab eo cui subrepta est, siue ab altero commodatori exigere liberum. Sed quia actio furti, non ab vtroque exerceri potest, sed ab vno *l.* 6. *eod.* inde quæstio *l.* 7. *pr.* Si alter furti agendo lucrum sensit ex re commodata, id est, si dupli vel quadrupli pœna ei persoluta, an ipse locus Commodati conueniendus? Pro aff. videtur iuris benignitas & æquitas. Pro negatiua autem meta iuris ratio, quia cum initio vterque, & sic quoque ille qui furti non expertus est, obligati fuerint, commodum hoc electionis, & alterum conueniendi potestas, commodatori inuito, facto alterius, adimi non poterit. Media autem Vlpia. via ex Celso, & rectè quidem alterum quoque Commod. conueniri ostendit, quia nihil est, quod eum iure liberet; sed si hic postulet litem in socium correum transferri audiendum. Non vtique tamen ex eo solo, quod alter correus furti egerit & inde lucrum consecutus, proinde eum potius teneri æquius sit. Sed ita si paratus sit periculo suo alterum conuenire, id est, si & ipse suis sumptibus litem exerceri patiatur & vnà caueat, quod si Commod. ab eo suum consequi nequeat, ipse iudicatum facere, ac exsoluere velit. Sequitur iam *in* §. 1. cuius verba & mentem exactè pensitabimus: *Sed si.* Dixerat in prioribus non de damno facto alterius commodatarij in re data, sed de furto neglig. admisso. Hic inquirit quid iuris, si in re duobus commodata alterius facto damnum illatum *legis Aquiliæ*, quia vehiculum fortè fractum ruptum, *aduersus socium eius* quem sc. lite pulsat, correum eius debendi, *habuit commodator actionem*, & quidem hanc aduersus eum solùm, cùm solus deliquerit. *Videndum erit ne*, id est, dicendum, quod verba enim hæc non quærentis solùm, sed & decidentis, non ambigentis, sed modestè suam sententiam exponentis, in quo rectè *Hortled. d. cap.* 3. nam aff. decis. verſ. sequens & inde ducta argumentatio exigit. *cedere debeat*, id est, mandare ac transferre actionem legis Aquiliæ, constituere eum Procuratorem in rem suam, *si fortè damnum dedit*, corpore & in corpus, quod L. Aquil. requirit. Quis? non hic qui Commod. iudicio reus est, sed *alter* socius qui vnà commodatum accepit iuxta priora, *quod hic qui conuenitur Commodati actione farcire compellitur.* Quia nempe ita ius est re duobus commodata vt vterque culpam, diligentiam & custodiam in totum præstet, ideoque de damno quoque non à se suâve culpa, sed à socio illato, teneatur. Decisionis huius, & quare cedenda sit L. Aquiliæ actio, ratio non tàm in iure, quàm æquitate, quia alias & ille conuentus Commodati iudicio æstimationem, quam præstitit, à socio, qui damnum dedit, recipere non posset, quippe nulla ad id sibi actione iure prodità, & huius ipsius correi culpa indemnis foret, cùm præstatione eius, qui conuentus Commodati iudicio soluit, liberatus sit, vt præc. *l.* 5. §. *vltim. in fi.* Eam verò decisionem confirmat Vlp. in seqq. *Nam etsi aduersus ipsum*, qui scil. corpore suo damnum intulit. Non enim intelligit eum, quem modo dixerat Commodati conueniri. Nam hic Aquiliæ teneri nequit ex delicto alieno, de quo mox plura. Et vocula *ipsum* refert se ad voculam *alter* in præc. aliàs aptius diceret Vlp. *aduersus hunc*, &c. *habuit Aq. actionem Commodator*, qui nempe non vni, sed vtrique simul commodauit, *aquissimum est*, æquitas suggerit, etsi iure deficeremur, *vt Commodati agendo*, contra eum ipsum qui damnum dedit, quia & contra hunc Commodi actio habetur, *remittat actionem*, sc. Aquiliæ, seu caueat se lege Aquilia non actum *l.* 13. *de R. V. l.* 36. §. 2. *de pet. hered.* Vis confirmationis hæc. Si damno in rem duobus commodatam illato actio Commodati intentata contra ipsum auctorem damni id efficit, vt præstita damni æstimatione Commod. iudicio, rectè postulet reus Aquiliæ actionem remitti; vtique eadem æquitas efficiet, vt institutа illa contra socium culpæ exsortem, damnique æstimatione ab eo illata, iure exigat reus mandari sibi & exhiberi, Aq. act. cuius vi à socio correo, damni auctore, id quod, vice veluti eius, præstitit, recipiat. Iam hac ita genuina *dict. leg.* 7. §. 1. *mente ex verborum* vi ac præced. connexione erua & adstructa, iuris-

que

que rationi congruâ sententiâ, firmiss. argum. exstruo quod in specie *d.* §. 1. superfluum est. Aquiliæ istud, cuius ratione rei persecutionem ea non respicit, sed mixta est, illis verbis *damnum farcire compellitur*, intelligi, nec debeat, nec vllâ ratione possit: Esto hîc Syllog Superfluum omne in quo Aquiliæ actio excedit act. merè realem, (siue dum crescit ex inficiatione, siue quod in repetitione anni, aut 30. dierum) pœna est §. *vi a.* 19. *l. vi bon. rap.* Sarcitio damni in *d. l.* 7. §. 1. pœna non est. Quare alia sit à superfluo isto oportet. Assumptio sic probo: Pœnam is solum dependit qui deliquit *l.* 22. *C. de pœn. & simil. vulg.* At in *dict.* §. 1. damnum sarcit alius qui non deliquit, ipse non nocuit. Verba enim sunt si damnum dedit, *alter*, quod *hic* farcire compellitur. Sarcitio igitur ea non ad pœnam, sed ad rei persecutionem spectat. Quin & hæc propria vis vocule *farcire.* Et sarciri quoque damnum dicitur in act. merè persecutoria ea cum quâ nulla pœnalis, mera vel mixta, concurrit *l.* 32. *de damn. infecto.* Sic sarciri ædificia *l.* 7. §. *vltim. de iure delib.* vnde sarta tecta *not.* S. *lib.* 10. *cap.* 13. *lit. D.* Accedat ratio specialis. Actio l. Aquiliæ in eum qui corpore suo damnum dedit. Atqui in *d. l.* 7. §. 1. damnum ille sarcit qui non corpore suo damnum dedit, sed socius eius ac correus. Damnum itaque is sarcit *ib.* §. 1. qui ipse l. Aquil. act. non tenetur. Qua ratione igitur in præstatione damni ab hoc facta, inerit superfluum actionis Aquiliæ, cum contra hunc eumdem Aquil. actio non habeatur, nec accessio sine principali subsistat, & quod fortius, ei quod non est nihil tribui possit. Nam vt dicatur in actionem Commodati contra hunc venire superfluum eius actionis l. Aquiliæ, quæ contra alterum correum datur, admitti nulla ratione potest per dicta. Etenim quod factum vnius rei promittendi alteri nocet *l. pen. de duob. reis*, ad præstationes contractuum proprias referendum est, minimè ad pœnas, quæ ex delictis penduntur, & quæ lucrum continent, pertinet. Quippe id iure inauditum. Ad hæc concurrere eæ dicuntur actiones, quæ eidem plures aduersus eumdem. At in *d. l.* 7. §. 1. *verſ.* 1. Aquiliæ & Commodati quâ conuentus damnum sarcit, non sunt contra eumdem, quin immò illa huic cedi debet. Proinde dici nequit in *dict. verſ.* speciem esse vbi in concursu Commod. & Aquiliæ superfluum huius in act. illam veniat. Sed de his satis. Nam quomodo damni præstatio ad persecutionem rei spectet postea dicam, vid. *f. pag.* . . . Dixi à iuris ratione. Quandoquidem sua cuiuis actioni constat natura, eaque legibus constituta. Neque ab ea, vel facto litigantium, imò nec communi consensu recedi, vel iudici illam immutare licet arg. *l.* 4. *Cod. de sent. & interl. l.* 1. *C. de exsec.* Sed huius officium iuxta illam dirigi oportet *leg.* 8. *in fin. de eo quo cer. loc. & simil.* Vnde Dd. nostri inferuire id actioni scribunt. Petitio quoque actoris necesse est, vt conformis sit naturæ actionis propositæ. Idque cum primis curæ esse actori conuenit, cum hac in re periculosè peccetur, vt suo loco. Petitioni autem conueniat sententia oportet. S. *lib.* 26. *cap.* 4. Fieri itaque non potest vt si Commodati quis expertus sit, ad id quanti interest se rem commodatam integram recipere, vt iudex condemnet reum ad pœnam, damno iniuria dato lege Aquilia statutam. Sed nec ad id actor in Commod. formula intendere potest. Aliàs egredienda notissimos huius terminos, arg. *l.* 24. *Depos.* suæ ipse intentioni aduersabitur, dum Commodati acturum præ se ferens vi ipsâ, ac effectu Aquiliæ instituetet. Quæ & res ipsum saltem iuxta rationem iuris antiqui, & quod Iurisconsultorum ætate etiamnum viguit, pœnæ plus petitionis adeoque iacturæ litis, fecerit obnoxium. Qui autem quæso vnquam eò extenderetur iudicantis officium, etiam liberius in bonæ fid. & arbitrariis iudiciis, vt & actione solùm persecutoria, ex parte pœnalem, ex mera mixtam efficiat. Siquidem in istis (bonæ fid.) potestas liberior eò pertinet, vt quod ex bona fide alterum alteri præstare conuenit, etsi de eo verbis contrahentium non conuenit eius ex æquo, & bono ratio habeatur. Vtque non tam quod verbis cautum quàm quid actum spectetur. In illis (arbitrariis) vt si arbitrio non pareatur, quomodo actori iureiur. in litem vel alias, satisfiat æstimetur. Vtrobique nimirum *inxta cuiusque* contractus & negocij aut *rei, de quâ actum est* conditionem ac *naturam.* Id enim diserte additum §. 31. *in fin. I. de act.* Neutiquam verò vt naturam iudiciorum auct. plusquam Prætoria, immò legislatoria, confundens pœnam reo in persecutorio iudicio, ad quam id proditum non est, dicter. Neque vnquam exitus hic esse poterit salua manente eius natura. Denique si vbi duæ merè persecutoriæ concurrunt & vtræque bonæ fidei, iudici tamen non permittitur præter naturam vnius iudicij de eo iudicare quod alterius est actionis *leg.* 34. *prosoc.* miaus ei licebit idem, vbi duæ magis diuersæ act. concurrunt, quando & vna est merè realis ac bonæ fidei & altera mixta pœnalis ac stricti iuris. Dixi ab vtilitatis ratione & æquitate quæ ad vsum communem eorum qui in iure regunturs ius dirigit. Quia diuersa natura iudicij persecutorij & pœnalis mixti (ex. gr. Commodati, aut rei vindicationis & Aquiliæ) diuersas non solùm petitiones, vt modo dictum, ac præstationes, sed & causſas petendi, ac iuxta eas genera probationum exigit. Vt quæ in vno necessariæ, in alio vel superuacuæ sint, vel inconuenientes. Non igitur verè dicitur, quod vtilitas siue communis, quæ lites imminui suadet, siue litigantium postulet, vt in vno vnius actionis intentatæ iudicio, super iisdem probationibus iudex sententiam ferat, qua eam quoque præstationem diuersam, quæ est in alia actione nondum institutа vel exercita, cuius alia natura, alia requisita, aliud αἴτιον & προκαθάρσιον & medium concludendi, aliæ probationes, complectatur. Quin iniquitas inde pluries non leuis emergeret. Quod constantes veluti in terminis *d. l.* 13. *de R. V. d. l.* 7. §. 1. *Commod.* exemplis earumdem explanabimus. Hominem alienum possidens in rem actione conuenitur à Domino. Hac is intendit seruum suum, sibi restitui & se dominum declarari debere S. *lib.* 20. *cap.* 4. & 6. Restitui autem integrum. Quare si vel inter moras litis à bon. fid. possessore eiúsve culpa, vel ante etiam conuentionem culpa malæ fid. possessoris *l* 36. §. 1. *l.* 45. *l* 63. *de R. V.* is debilitatus, aut vulneratus, quia integer restitui nequit, eius deteriorationis æstimatio initur *dict. l.* 13. Quæ præstanda in hoc iudicio domino, si & dominium serui suum & antea eum integrum fuisse probauerit. Quod enim nunc non sit integer ipso aspectu apparet. Neque oportet hic probet vindicans quod Reus ipse corpore suo damnum dederit. Satis est si dolo culpáve eius id acciderit. Veluti si seruum in arena esse concessit & is ibi mutilatus, arg. *l.* 36. §. 1. *iunct. l.* 76. *pr. de R. V.* Quin & si non integer appareat, nec certum quando mutilatio facta, cautio exigetur à possessore bonæ fidei, quod nihil dolo in re petita ante iudicium admiserit, à malæ fidei, quod nihil culpa; ab vtroque quod nec dolo, nec culpa post acceptum iudicium *l.* 45. *eod.* Quod si igitur quoties in rei vindicatione ratio à iudice habetur quantò res petita deterior, toties & id quod in Aquiliæ actione pœna est, vnà præstandum venit, pluries cueniet, vt puniatur is in act. rei persecutoria, qui non ipse ita deliquit vt Aquiliæ cum effectu vel initio conueniri posset. Quippe in hac ex tertio legis Aquiliæ capite intendit actor. Seruum, sui vel dominij vel iuris, vulneratum (non culpa rei ab alio sed) ab ipso reo, petere se vt quanti ea res in diebus 30. proximis, tantum æs sibi dare damnetur *l* 27. §. 5. *D.* §. 13. *I. de l. Aq.* Hoc, vt obtineat probare oportet vulneratum eum, vel ab ipso reo, vel saltem eius iussu, & quidem si iussu, non nisi ab eo cui ius imperandi fuit *l.* 37. *pr. ad l. Aq.* Aſt vbi ex. gr. in arena à gladiatoribus vulneratus seruus, vt S. nec corpore suo damnum dedit possessor, neque ille cui hic imperare potuit. Nec obst. quod *d. l.* 3. generatim dicit possessorem Aquiliæ conueniri posse. Nam & alias verbum *potest* terminos habiles præsupponit. Et hic itaque potest si actor probationem in Aquiliæ actione requisitam suscipere velit. Semper enim eius intentio iure tenet. Sed vt obtineat, factum, cui ius adaptatur, probet necesse est. Pressiùs argum. forma agamus: Quicumque act. reali conuentus damnum rei deterioratæ sarcit, is iuxta Hortlederi acceptionem id quod in Aquiliæ actione superfluum atque ita pœna est, dependit. Atqui damnum rei deterioratæ in vindicatione is quoque præstat, qui nec ipse corpore suo damnum dedit, nec alius cui ius imperandi habuit. Quare & hic iuxta Hortled. pœnam l. Aquiliæ dependit. Iam vlterius. Iniquum est eum pœnam l. Aq. in reali iudicio dependere, qui ipsa actione Aquiliæ conueniri cum effectu, aut ea condemnari nequit. At qui nec ipse corpore suo damnum dedit, nec alium eum, cui imperare potuit, vt id daret iussit. Aq act. condemnari nequit. Pœnam igitur eum in reali iudicio dependere iniquum est. Sanè non ignoro pluribus casibus si alio modo damnum datum, directa Aq. deficiente, vtilem decerni *§. vltim. I. de leg. Aquil.* Aſt & hoc noui plures alios esse, quibus res culpa deteriorari potest, maximè in omittendo, vt si ædes possessor reficere neglexit, & inde ingens damnum quibus nec vtili Aq. locus, & nihilò secius tamen in rei vindicatione quanti id damnum æstimatur. Satis de *l.* 13. Iam ad exemplum Commodati & Aquiliæ act. concurrentium *d. l.* 7. §. 1. Vehiculum integrum commodatum est duobus. Id vnus rupit vel

fregit. (Non iam de specie *vers. videndum*, quibus commodati conuenitur is qui non rupit. De eo satis superius. Sed *vers. nam etsi.*) Nata inde Commodatori & Aquiliæ & Commodati actio. Hac experitur. Intendit se rem integram commodasse quæ nunc corrupta sit. Damnum hoc sibi farciri petit. Probare hîc nihil amplius tenetur quam quod integrior res fuerit cum vtendam daret. Neque vnà ostendendum illi hac actione siue quòd Ius dominij eíve finitimum sibi sit in re commodata; siue quod commodatarius vel ipse damnum dederit corpore suo, vel alij quem imperata facere sua oportet, dare *iusserit* (quod vtrumque tamen in Aquiliæ præstandum,) immò nec quod culpa rei datum damnum, etsi hoc allegandum sit. Istâ enim probatione absolutâ reus, condemnationem actionis Commod. euitaturus, ipse ostendat oportet, damnum rei, citra culpam suam, casu qui præuideri non potuit vel vi maiori, accidisse. Hoc nisi præstet, iudex damnum sarcire iubebit. Iudebitne autem iudex vnâ, quod amplius est, in repetitione 30. dierum exsoluere, quid enim si ante duas vel tres septimanas duplo maioris fuerit æstimationis vehiculum. Iniquissimum verò hoc, si quidem nondum constat in l. Aquil. deliquisse reum, vt ea plecti debeat. Dices: Atqui *d. vers. nam etsi* ponitur casus quo Commodator *habuit* Aquiliæ actionem. Natâ igitur ei Aquiliæ actio, proinde verum est & actorem dominium esse, vel quasi, & reum ipsum commisisse, ita vt in Aq. incideret. ℟. Verum sanè naturâ, cui omnia certa sunt, inspectâ, ast de eo in Commod. iudicio liquidò apparere iudici nequit, quia nec de illo inquirit conuenit, cum eo potestas iudicij se non extendat. Ac vtut aliquando contingeret, vt reus ad id damnaretur, ad quod Aquil. act. intentâ damnandus foret, exemplo tamen poss. esset istud amitti: nam qui quid statuerit parte inaudita altera; æquum quantumuis statuit haud æquum facit. Dices: Quid si Commod. iudicio probet actor iuxta requisita Aquiliæ & se dominum, & ipsum commodatarium rem corrupisse. ℟. Probatio illa ceu ad propositæ litis, Commodati, decisionem nihil faciens non attendetur, sed superflua erit, per *l. 21. in fin. C. de probat. & arg. l. 65. pr. de V. O.* Quin nec admittenda ceu impertinens, si ea re iudicium extrahetur, per *l. 15. ibi neque enim inanibus C. de rescin. vend.* Singulis enim cõtrouersiis singulæ actiones statutæ *l. 6. de exc. rei iudic.* Suis quæque cancellis inclusa actio, vltra quos si euagatur ampliùs eadem dici nequit, arg. *l. 24. Depos.* Verùm age ponamus (quod numquam tamen concedemus) hoc casu quo in iudicio merè persecutorio iudicij pœnalis mixti instituta probatio, sententiam, quæ huic mixto conuenit, (monstrosâ quasi commixtione & confusione nominum ac rerum) ferri posse. At quæ feretur probatione hac non expedita, sed ea sola, quæ Commod. iudicij *propria*. Non alia certè quam quæ huius *natura* exigitur, vt quod ex caussa Commodati *actori* abest, id tantum præstetur. Quid igitur hic peracto Commod. iudicio Aquiliæ intentantem (finge probationes in hac requisitas exactiores quibus ante caruit. postea *actorem* nactum esse) remouebit. Non certè exceptio rei iudicatæ, quia non de hoc; de quo iam lis mouetur, antea vel cognitum vel iudicatum, priórque sententia & de alia re lata & ex alia caussa. Neque ibi in contentionem venit num rem commodatam ipse corruperit suo facto, reus ideoque Aquiliæ pœnam sufferre debeat necne, sed num res commodata ita adhuc integra sit, vt fuit cum vtenda data est. Et cuiuscunque tandem facto corrupta sit quantò inde deterior, commodatarius exsoluit, ob neglectam rei custodiam, quam Aquilia non punit. Non iniquum igitur Aquiliæ act. adhuc admitti, immò iniquum eam negari. Quid enim si cum vehiculum corruptum reciperet actor fidem habuit reo, dicenti fortè, id petulantiâ improborum puerorum, quos non nouerit, damnum datum esse, & ita simpla præstatione contentus fuit. Peracto autem iudicio Commodati rescisit id immò culpa ipsius Commodatarij damnum datum esse. Anne ideò hunc impunem esse decet, quia Commod. antea actum est? Id ex sententia Hortlederi consequi videtur. Qui & generaliter definit post Commod. Aquiliæ non superesse, & generalem rationem esse putat, quia in illa superfluum huius deducatur. Hanc vnicam exceptionem statuit *cap. 7. sub fin.* nisi omissa in Commod. æstimatio damni (Superflui intelligit quod in Aquil. pœna est. Æstimatio vera spectat ad rei persecutionem & numquam omittitur, vt ex dictis & dicendis patet) aut non remissa Aquil. actio errore iudicis. In istis autem casibus nullus error iudicis. Deinde vir doctiss. exceptionem statuit in casu raro & singulari. Nos autem si vel verum esset instituto iudicio Comm. posse superfluum Aquiliæ deduci (quod non ita est) tamen ostendimus pluribus & crebrioribus casibus iniquum fore istud deduci, quoties scilicet Commodator iuxta requisita solùm propositæ Commod. actionis probationem peregit, & non vna iuxta requisita Aquiliæ. Hoc verò non rarum, sed frequentissimum. Enimverò nimium vereor ne non ea mens sit Donelli, quæ *d. cap. 7. in fin.* exposita ei ab Hortledero tribuitur. Ex paucissimis enim Don. verbis *h. cap. 3.* his nempe solis: *Quid tamen si omissa sit eius remissionis quæstio*: illa haud aptè elicitur. Secum ipse pugnaret Don. si ita sentiret, non aliter Aquiliæ superesse, quam quo casu non remissa ea imperitia iudicis. Qui imò regulam statuit, quod post Commod. supersit Aquiliæ. Et ita igitur ista verba intelligenda: *si omissa*. non desiderante reo. Sic ipse ex seipso explicandus *lib. 20. cap. 5. fol. 412.* Id verò sæpè contingere potest, vt Commod. reus non petat remitti Aquiliæ etiam damno rei commodatæ illato, quod nimirum teneri se ea act. quia non ipse dederit damnum, præ se ferat. Dixi denique à naturali ratione, ex hypothesi scilicet sicut in simili *l. 16. D. de furt.* quod effectu pugnantiam inuoluat. Etsi enim non absolutè pugnent Commodati agere & inde pœnam exsequi; posteaquam tamen ius ita constituum est, certaque ei actioni natura ac limites præstituti, vt rei tantùm persequendæ caussa comparata sit *§. rei 17. I. de act.* si quis dicit accessionem 30. dierum, quæ pœna est in Aquiliæ act. *§. 19. Inst. de act.* venire in formulam Commodati *Hortleder. d. lib. cap. 8. pag. 66.* nónne in effectu dicit act. Commod. ipsa formulæ, & ita principali natura sua, ex parte, aliquâve ratione, pœnam persequi. Idem ipse si dicat Commodati id iudicium tamen merè persecutorium esse, nónne pugnantia loquitur. Siquidem merum & mixtum non contraria solùm, sed & contradictoria sunt. Mixtum quippe est non merum. Pœnam autem ex parte, aliquâve ratione exsequi idipsum est mixtum pœnale iudicium esse *d. §. 19.* Qui itaque dicit act. Commodati exsequi ex parte pœnam, nónne dicit eam mixtè pœnalem esse. Atqui antea dixerat esse merè persecutoriam & ita passim vocat. Eadem igitur actio & mixta erit & mera. Naturalis certè inter hæc pugna esse quidem alteram act. alteră plenioremn, nec tamen vnius formulâ minus intendere, minúsve sententia consequi actorem quàm alia. Taceo quod & ista pugnant: *Concurrere* actiones Commodati & Aquiliæ, & neutram tamen post alteram superesse. Ita enim nec initio vtraque competeret, sed alterutra, vid. not. 3. *lit. A.* Nam & quando merè persecutoriæ plures competunt, atque ita concurrunt, sæpè vna expedita supersit altera *l. 43. l. 47. Pro Soc. l. 28. de act. empt.* Qui & hic peracto prius Aquil. iudicio Commodati supersse potest, vt mox. Ac si vbi duæ merè reales competunt, in id quod amplius in altera est, illa remanet *dd. ll.* etiam cum prior instituta & peracta bonæ fidei, immò cum vtraque talis *d. l. 43. Pro Soc.* quantò magis hic, vbi altera ex parte pœnalis. Si illic superfluum alterius, neque in formulam neque in officium iudicantis in priori intentata venit quantò minùs hic veniet. Si vbi communi diuid. & Pro Soc. concurrunt, neque illa nominum rationem, neque hæc adiudicationem admittit *d. l. 43.* cum vtraque tamen bonæ fidei sit *§. 28. I. de act.* quantò minus Commodati recipiet æstimationem 30. dierum, aut præstationem dupli ob rei conuenti inficiationem, cum & inconueniens videatur ia bonæ fidei iudicio, præstationis eius rationem haberi, quæ in stricto exigenda. Hisce ita abundè infirmato nouæ istius opinionis fulcro, firmataque pariter recepta ac vera sententia, haud dignum curæ pretium in reliquis singulis singulatim excutiendis immorari, cum quatenus in speciem aduersantur & ex dictis nullo negocio diluantur, & collapso fundamine per se non subsistant. Ne quis ramen cuiquam resideat scrupulus adhuc tractabimus. I. Vnde viro haud vulgaris eruditionis tam monstrosi (pace eius dixerim, cuius nec honorem lædi, nec iura amicitiæ violari velim) erroris gignendi occasio. Ea gemina: Vna eáque præcipua ex errore alio, *ἰσὸς γὰρ, vt Philos. 1. Phys. 2. & 3. ἀτόπως δοξάζων τἀληθὲς συμφαίνει.* Dum putat cum *damnum æstimari*, item *sarciri* dicitur *leg. 13. de R. V. l. 7. §. 1. Comm.* superfluum actionis pœnámve legis Aquil. denotari; tamquam præstatio illa ad rei persecutionem non spectet. In quo humani quod patitur. Damnum enim vt præsterur plerisque omnibus actionibus etiam merè persecutoriis, cum nulli pœnali meræ mixtæve concurrunt, commune est. Quod plerumque omnium inductione ostendere in prochui esset, ni nimium istud foret & superuacuum.

peruacuum. Percurrat quis actiones quasuis, sing. naturam ac præstationes expendat, reperiet damni potissimam rationem haberi, idque ll. cautæ esse, vt quisque contrahentium seruetur indemnis, néve facto alterius ipsi noceatur *l. factum 155. pr. de R. I. & simil.* Quid verò multis hoc comprobare attinet. Nónne ex regula iuris *l. 23. de R. I.* id satis clarum est. Dum statutum est contractus quosdam dolum & culpam recipere, & in his quosdam & diligentiam, cæterum nullum omnino esse in quo dolus non præstetur. Quid id aliud quam pro diuersa contractuum conditione, si quid facto vel omissione vnius contrahentium alteri nocitum & ita damnum datum, varie statui quodnam *damnum* hic illi *sarcire* debeat, ánne id solum quod quod fraudulento animo sciens intulit, an & quod imprudentia peccans, & num quod quauis leuiori quoque culpa, an solum quod dissolutiori negligentia. Etenim quantumcumque fraudulentus animus quantacumque, etiam omnium dissolutissima, negligentia in re negocióve alterius admissa sit, si nihil nocitum est illi, nullum rei damnum datum, nulla inde præstatio. Veluti: Commodaui tibi monile pretiosum. Tu eo vsus antequam redderes omnem eius custodiam negligis, imò in loco furibus expositissimo reponis, siue malitioso animo, siue stolida leuitate. Centies subripi potuisset, subreptum tamen non est. Repetens ego monile integrum recipio. Rescisco postea te ad stuporem vsque incuriosum in asseruando monili fuisse. Nulla mihi tamen aduersus te eius rei nomine actio, quia mea non interest, nihil mihi abest, nullum damnum rei datum est. Tantum verò abest vt verba: *damnum sarcire* arguant pœnam dependi, vt contra potiùs vi vtriusque vocúlæ propria pœna remoueatur. Nam & *damnum* à deminutione patrimonij dicitur *l. 3. de dam. inf.* Pœna autem quæ præstatur actori in patrimonio eius non fuit. Et *sarciri* dicitur quod amissum reparatur *l. 32. eod. tit. vid. 5. pag.* 740. Plane alia damni æstimatio vera & realis *d. l. 13. d. l. 7. §. 1.* à præstatione pœnæ. Neque etiam verba *d. l. 13. quantò deterior sit factus*, ad pœnam vllo modo pertinent. In quacumque actione haberur ratio eius quod actoris interest *l. 38. §. 17. de V. O. & simil.* Interesse autem dicitur quantum mihi abest, quantumque lucrari potui *l. 13. Rat. rem hab.* Et priùs quidem istud præcipuè, vt suo loco *lib. 26.* quod nullam pœnæ, meram rei persecutionis rationem habet *cap. praced. lit. Q.* Quanto autem res deterior vel vilior facta, tantum nobis abest. Vnde nec reddita *l. 3. §. 1. Commod. l. 1. §. si res 16. Depos.* nec soluta videtur quæ deterior *l. 33. §. 1. de solut.* In hoc igitur nulla pœna, quod æquè æstimaretur, etsi actio l. Aquil. non vna competeret. Æstimatur itaque damnũ in rei vindic. *d. l. 13.* & Commodati *d. l. 7. §. 1.* sed nihil vltra. Ast in l. Aquil. interdum vltra, vt ex inficiatione rei duplum, & citra eam, quanti res rerouersus in 30. diebus plurimi. Licet si damnum non datum esset, adeoque res omnis manssisset integra, non haberet actor in re nisi præsentem valorem, quanti scilicet nunc esset si corrupta non foret. Summatim: Rei vindic. & Commod. indemnem præstant petitorem & Commodatorem. Aquil. actio præterea certa conditione lucrum ei adiicit. Altera quia se expedire se non potuit quomodo dicatur remitti debere act. l. Aquiliæ, non solum *d. l. 7. §. 1. Comm.* verbis prioribus, sed & *d. l. 13. de R. V. & l. 36. §. 2. de pet. her.* si post reale iudicium peractum nihilo secius remanet in superfluo. Ac certè non leuis omninò in hoc apparet difficultas. Nam solutio illa quod remittatur quatenus persecutorio iudicio priori consequitur actor, & sic quatenus Aq. realis est, idem quod altera priùs instituta persequens, recipi nequit. Non sanè quod refellatur illis verbis *d. §. 1. si damnum dedit, &c. vt Hortled. cap. 5 in fin.* Ea enim huc nil facere satis superque ostensum. Ac subditur *seq. l. 14.* electio actori danda, &c. Sed 1. quia *d. l. 13.* absolutè dicitur *cauere petitorem oportere*, si scil. damnum in vindic. æstimari velit. Et *d. l. 36. §. 2.* actorem debere *eligere*, &c. & sequitur: *an malit integram sibi esse act. l. Aq.* Quibus consequens cautione præstita eam amitti. Et neutrobique quidquam quod temperet vel moderetur, subiicitur. Ergo lege non distinguente, &c. Denique, quod caput est, altàs derisoria & lusoria illa cautio ac remissio, onerans actorem, sine rei commodo. Nec exigi igitur posset à reo *leg. 14. §. 1. vt leg. nom. cau.* Cui enim bono cauere actorem se Aquilia non in plus vsurum, quàm ea competitura, vel quàm superfuturum in illa, deducto eo quod Commod. iudicio consequetur. Nam etsi non caueris, tamen ea intentata nihilo plus consecuturus est. Itaque euenier, vt nec minus teneatur postea reus, finito Commod. iudicio, si in eo præstita cautio; nec magis si omissa. Non aliud ista actionis remissione tribueretur reo, quàm quod vel citra illam iure, is ope exceptr. doli *l. 57. de R. I.* haberet. Largiendum sanè Aq. act. id totum remitti. Quod & *dd. ll.* & ratio adducta coniuncunt, & Don. quoque hic sentit dum *d. l. 7. §. 1. vers. vltim.* exponit *omissâ quæstione remissionis.* Et *lib 20. cap. 5. f. 412.* ita exponit *d. l 13.* vid *§. d. cap. 5. lit. G.* Sed ea non fiet nisi petente aut exigente reo, vt Donel. noster. Hoc enim ius rei caussa constituum est, nec iudex non rogatus officium impertit. Quod si reus non petierit, tunc. omninò in rei vindic. per heredit. aut Commodati iudex damni rationem habebit. Æstimabit nimir. quanti verè interfit actoris, damnum id datum non esse, in id reum condemnabit. Atque hîc supererit actio Aquiliæ qua consecuturus hoc minus quàm ex caussa Commod. consecutus est *d. l. 7. §. 1. vers. vltim.* Verum inquirendum quæ ratio istius remissionis ac cautionis præstandæ? Num quia necessitas superflui quod in Aquiliæ est æstimandi imposita Iudici; id autem æstimari nequit, nisi remissa, Aquil. actione? Neutiquam. Satis enim superque ostensum est non modo necessitatem illam non esse Iudici, sed nec id vllo modo salua natura act. Commodati fieri posse. Quamuis igitur remittatur Aquiliæ, damni æstimatio vera solùm fiet, quanti interest actoris, nihil vlteriùs. Sed hoc tribuitur reo, tum quia ad lites minuendas facit, tum potiss. quia is non temerè id exigere videtur. Si enim hic animus actori expedita Commod. lege Aquilia experiri, interesse rei videtur ne aliquod istâ in act. Commod. condemnatione, etsi ad simplum fiat *l. 20. §. 4. depet. her.* futuro Aq. iudicio quasi præiudicium creetur. Nam ersi in Commod. simpli solutione iniuncta reo, non vtique consequens eum ideo ipsum damnum dedisse, vt Aquil. certò obnoxius sit, quid enim si damnum id ex neglecta custodia euenit, quæ in Commod. præstatur, in Aquilia impunis est. Tamen vix est, vt non aliquatenus saltem, moueatur iudex actionis seq. Aquil. iudicato illo in priori Commod. iudicio. Denique nec actori caussa denegandæ cautionis petitæ. Namque is certus est se vltra veram æstimationem damni nihil amplius act. Commod. consequi posse, quippe non ferente illius natura vt exinde reus in plus condemnetur. Quare si præterea pœnæ & lucri auidus sit, siquidem nouit probationes grauiores, in Aquil. requisitas, sibi suppetere, testetur male se Aquil. actione vti *l. 14. de R. V.* sibi integram esse act. l. Aquil. *l. 36. §. 2. de pet. her.* omissa eius rei æstimatione, id est, solutione simpli quanti res verè est. Vt ita absoluto reo ab æstimatione vera damni, in persecutorio iudicio, *integrâ* sit *d. §. 2.* id est, in solidum competat, actio Aquiliæ. Quomodo quicquid est in Aquiliæ act. & ita accessionem vnà auct. simplo consequetur, vnà potius quàm distinctis pensionibus vna probatione quàm diuersis. Quod ipsique actori conducit. Quod si probationes in Aquil. requisitæ non suppetant, quid est quod caussetur, aut quare renuet cauere se lege Aq. non vsurum? Electio itaque datur *d. l. 14 d. l. 39. §. 2.* an leuiori & simpliciori probatione in Commod. iudicio velit simplum & veram damni dati æstimationem solùm obtinere, an grauiori & exquisitiori postea suscepta alio iudicio Aquiliæ accessionem vnà cum simplo consequi *d. l 14.* Illud vt nanciscatur satis est, si ostendat rem integram antè fuisse, quæ nunc corrupta sit, cuius facto corrupta sit, necesse non est vt doceat. Hac autem si simul potiri velit oporter, vt probet damnum id culpa Rei nec quauis; fortè in omittendo, cautelæ neglecta, sed in faciendo contigisse. Nec hoc modo quidquam imminuitur aut infringitur sententia nostra: Post reale iudicium peractum mixtum pœnale superesse. Quin magis adstruitur. Eius enim hæc vis quod posteriori consequi id liceat actori quod priori consecutus idem. Ac vtique si præstita cautione omissáque eius rei; id est, damni æstimatione, in persecutorio absolutus reus à resarcitione damni, post illud finitum Aquiliæ superest, quæ & in solidum intenditur & eâ solidum consequitur actor, quia eius damni nomine antea nihil consecutus est. Neque enim minùs finitum istud absolutione rei quàm si is condemnatus fuisset. Vt vel hinc satis Hortlederi opinio, vtpote secum ipsa non consistens, refellatur. Sit si omissâ quæstione remissionis (quod fæpè contingere potest reo non exigente) peractum iudicium vindicationis vel Commodati, damno in hoc æstimato *d. l. 13.* & soluto simplo *l. 20. §. 4. de pet. her.* remanet Aquiliæ in eò quod incrementum est, & accessio simpli *d. l 7. §. 1. in fi. Commod. l. 34. in fi. de O. & A.* Præstitâ autem cautione remissionis & ita simplo solùm æstimationis damni soluto, etsi Aquiliæ postea agi nequeat, non tamen inde quod hæc

vis sit finiti iudicij Commodati, vt Aquil. absorbeat (ita enim semper ea esset, quod certè falsum) sed quia integrum consecutus censetur. Non sanè quòd Commod. iudicio vnâ cum simplo accessionem Aquiliæ obtinuerit, vt Hortled. Id enim ceu absurdum & iniquum abundè conuellimus; sed quia simplo illo contentus reliquum remisit, vt ita satisfactio pro solutione sit. Quin eo ipso quod remisit præsumitur quod nec competierit ei legis Aq. actio, quia probationem eius iudicij recipere veritus est. Quare si postea Aquiliæ agere vult remouebitur non except. rei iudicatæ, vt Hortled. sed except. pacti ac remissæ antea actionis *l.* 24. *Cod. de pact.* Enimverò si nouas postea actus probationes, ad Aquil. peragendam, errorève aliquo act. remiserit, vtilitatis ratio exiget vt ei actio restituatur. Quando & ex caussa erroris comperti eandem quoque act. sæpè referre & instaurare licet, vt *l.* 1. §. *vltim. Quand. de pec. act. annal. l.* 13. *pr. de institit. act., l.* 4. §. *vltim. Quod cum eo l.* 13. *de O. & A.* Quo de *Hot. ill. q.* 29. *p.* 234. *P. Fab. ad l.* 43. *de R. I. p.* 216. *Carbot. t. disput.* 30. *pag.* 125. *&c.* II. Quæ legum earum quibus altera, vnâ vel alterutrâ actione contentum fore actorem, si qua actum alias tolli haberur, *vt* ℨ. *pag.* 732. sententia *Cuiac.* 3. *obs.* 25. ita ℟. ad *l.* 18. §. 1. *Comm.* si scil. priùs Aquiliæ non si Comm. priùs actum *& ad l.* 130. *de R. I.* ℟. Satis vnâ, &c. si scil. priùs grauiori actum. Hanc ℟. rectè refellit *Hortleder. d. lib. cap.* 3. tum quia ceu diuinatoria non recipienda *Non.* 107. *pr.* tum quia à verbis *d.* §. 1. aliena & pugnans. Verba enim, *Si quæ earum*, ait, differentiam omnem grauioris ac leuioris actionis tollunt. Paulò tamen meliùs idem *Cuiac.* 8. *obs.* 24. ad alias ll. ℟. Vnâ contentum, id est, vt egisse mixtâ satis habeat, & si priùs ex merè reali egerit & aliquid exegerit vt eò minùs mixtâ consequatur & probat *Obrecht. de concip, cap.* 22 *n.* 42. † *P. Fab. ad l.* 130. *de R. I. p.* 652. *& seq.* Quod dicitur altera contentum, si qua actum, &c. id omne cum hac moderatione accipi, vt eatenus tollantur, quatenus ex priore iudicio ad actorem peruenerit, non omnimodò. † *Rob.* 2. *rec. lect.* 25. *in fin.* Si quâ actum alia tolluntur, nisi in plus competant, vt *d. l.* 18. §. 1. subaudiendum. *P. Frider. lib.* 3. *de Contin. causs. cap.* 10. *numer.* 15. Si quâ, &c. nisi minus actor consecutus. Et melior quidem horum quàm Cuiacij prior solutio. Sed cum scrupulum non penitus tollat ita malo. Quacumque actione, grauiori naturâ sua, vt leuiori, merè reali aut mixta pœnali prius egerit actor, ea contentus esse debet, id est, non debet aliam ad idem iterum consequendum intentare, non debet captorìè eam exercere. Vt ita *add. ll.* idem dicant, quod iuxta vulgarem acceptionem *l.* 43 §. 1. *de R. I. l.* 53. *de O. & A.* & ita eam dubitationem remoueant, ánne vnâ expeditâ, quacumque siue ex gr. Commodati, siue Aquiliæ prius actum, altera tota supersit. Hoc negatur *dd. ll.* & dicitur quod vna contentus sit, &c. si nempè pluris non interfit alia agi. Neque dici debet non conuenire vt restrictio hæc adiatur. Quia frequentiss. est, vt ll. aliæ ex aliis restrict. accipiant. Ecquid mirum quinque leges generales, nempè *l.* 18. *ad l. Aquil. l.* 25. §. 2. *& l.* 43. *Locati l.* 50. *Pro soc. l* 18. §. 1. *Commod.* recipere restrictionem ex aliis quinque legibus, nimir. *l.* 7. *l.* 7. §. 1. *Gommod. l.* 34. §. *vltim. de O. & A. l.* 2. §. 3. *de cond. furt. l.* 43. *& l.* 47. *pr. Pro Soc.* Cum id in toto iure crebrum sit potiusque attendend. quod ad speciem directum *l.* 80. *de* R. I. Ac etsi *d. l.* 43. *&* 47. *Pro soc.* sint de concurrentibus act. merè realibus, fortiorem tamen rationem esse, vbi altera mixta ℨ. ostensum est. Tantò scilicet quantò publicè expedit pœna aliquem inconsulto facto aduersarij non liberari, nec delicta etiam culpa commissa ferre auctores impunita: Et probè notand. quod nec in *d. l.* 34. §. *vltim. de O. & A.* dicatur absolutè remanere Aquiliæ, sed cum adiecto: *in eo quod in repetitione, &c.* Vbi ipsa quæstione innuit IC. Si nihil amplius in ista eam non remanere. Quæ ergo inter hæc pugna. Regula est generalis quinque textibus adstructa. Vbi alicui & realis & mixta actio competit, vna contentus sit, non vtriusque commodo potiatur. Exceptio totidem ll. auctoritate nitens. Nisi si quid in altera amplius sit, plurisve interfit, vbi altera adhuc ad id quod excedit, agitur. Exceptio enim hæc isti regulæ inest, nec duæ regulæ contrariæ sunt. Nec regulæ isti solùm sua vis constat in act. vnius generis priùs intentata, sed etiam alterius, & ita vtriusque. Et exceptio quoque ad vtrumque genus pertinet. Regulare, inquam, est. Vbi Commod. actum Aquiliæ tollitur. Constat ei sua vis in pluribus casibus. Quoties scilicet & conuentum ipsum dedisse damnum apparet; neque is inficiatur, vt dupli pœnæ locus sit, neque etiam res deteriorata in 30. diebus proximis maioris valoris fuit quam esset cum corrumperetur. Quid enim si eo immò tempore plurimi fuit. Hic casibus contingere nequit vt posteaquam Commodatarius iudicio Commod. damnum fareiuit, id est, æstimationem veram ac realem præstitit, Aquiliæ in superfluum supersit, quia nihil hic est, quod sit in ea superfluum. Vnde cautus IC. Paulus *d. l. vltim.* non indistinctè quæ, an post act. Commod. Aquiliæ supersit, sed *an in eo quod in repetitione, &c.* Quo ipso innuit si in repetitione, &c. nihil amplius sit quæstioni suæ locum non esse adeoque indubium fore quod Aquiliæ tunc remaneat. Vbi autem res retrouersus in diebus 30. pluris fuit, tunc regula officium suum perdente exceptioni locus fit, vt ad id Aquiliæ *d. l.* 34. §. *vltim.* Qua hoc minus consequatur actor, quam ex priori act. consecutus est *d. l.* 34. §. *vltim. d. l.* 7. §. *vlt. Comm.* Sic conuerso modo: Regulare est: Post Aquiliæ Commodati non supereſt *d. l.* 34. §. *vltim.* Hoc plerumque obtinet, quia vt plurimum aut plenior est, aut saltem non minor Aquiliæ quàm Commodati. Et potest tamen enenire vt & hic regula cessante, exceptioni locus fiat, ac peracta illa, Commod. remaneat, si in ea quid quod ista consequi non liceat, natura iudicij non ferente. Veluti si eidem rei Commod. damnum aliud facto & ita culpa in committendo, aliud neglecta custodia culpa in omittendo illatum. In Aquiliæ illud solùm æstimabitur. Superetir itaque Commod. ad alterum quoque farciendum. Ne dixeris casum hunc alienum à præsenti inspectione esse, quasi hic nec initio concurrant Aquiliæ & Commodati. Nam immò vt concurrere dicantur actiones plures, non requiritur, vt ex eodem facto sint, sed satis est si de eadem re, etsi ex factis pluribus. Sic enim si homo idem raptus & occisus *l.* 2. §. 1. *de priu. delict.* concurrunt act. vi bon. rapt. & Aquiliæ, quia vtraque de eodem homine etsi non ex eodem facto, &c. Sic itaque vt & in similibus ob aliarum præstationum coniunctionem pluris interesse potest Commodati agi, quàm Aquiliæ. Sed & Aquiliæ aliam condemnationem habet, scil. in pecuniam quàm Commod. rei vindicatio, &. Quocirca si vel domino laborandum vt res restituatur, vel Commodatori vt quod commodauit recipiat hoc Aquiliæ non præstabit. Et hìc initio expediet intentare rei vindic. vel Commodati, vbi si incidat quæstio damni dati, si petenti reo remittere act. Aquil. actor renuat, etsi damni æstimatio non fiat atque hoc nomine absoluatur reus *l.* 14. *de* R. *V.* condemnatur tamen actori vt rem restituat in vindic. vel reddat in Commod. qualis nimirum est. Simulque in ista actione in rem peritor dominus declaratur. Hoc enim si non fieret Aquiliæ postea actione obtineri non posset. Quippe natura eius iudicij non est vt in eo actor dominus declaretur, &c. Iunge dicta ℨ. *pag.* 738. Satis hæc de *dd. ll.* sensu. Qui confirmatur & ex *l.* 5. §. *de calum.* vbi concurrunt condictio ob turp. causs. merè realis & actio calumniæ quæ mixta. Ac æquè dicitur sufficere *alterutra* actio, cum tamen si priùs condictum, remanere alteram in superfluum ipsius Hortled. sententiæ consequens sit. Quia neutra earum act. vel bonæ fidei vel arbitraria. Planè quod ad *l.* 27. §. 11. *ad l. Aq.* attinet ei alia accommodanda Responsio. Nam & ibi vocula *vel*, iterata, arguit nec concurrere ex locato & Aquil. sed disiunctim competere, vid. *not.* §. *lit. A.* Et meritò noxæ dedito seruo altero, iudicio ampliùs agi nequit, quia nec ex serui facto in ampliùs teneri potest dominus quàm vt noxæ dedat. Eâ deditione liberatur *l.* 1. *de nox. act. & sim.* Quare eo casu non est plus in Aquiliæ quàm in actione locato. *Fac. L.* 2. §. 3. *in fin. de priuat. delict.* III. Numquid *vers. vltim. l.* §. 1. *Commod.* diuersam interpretationem recipiat. Nostra enim satis adstructa est. Nec agemus. Haud infitemur voculam *visi* sæpè esse redarguentis, ac ceu improbabile respuentis. Sed tunc aut ipsa reprobatio subiungitur, aut ex præcedd. sensu apertè liquet de mente loquentis. Saltem locus vix opinor præferri potest, nec prolatus sanè, vbi quid subiiciatur, quod vel speciem solùm approbationis habeat. Et loci itaque adducti & relati s. *pag.* 733. conuellunt potiùs hanc expositionem *d. vers. vltim.* Deinde quam hæc consona sunt: Ratio in verbis extremis *d. vers. vltim.* denotat *iuxta Hortleder.* iuris regulam eam, qua vna actionum quæ ad diuersa tendunt, instituta, altera adhuc quod in ea amplius est, exsequi licet. Et tamen *vers. nisi*, non approbationem habet iuxta eumdem, sed derisionem & reiectionem. Annè hoc solens Iurisconsultis, vt opin. aliquam quæ regulæ iuris inititur derideant ceu absurdam. Largior hoc fieri, vt non approbent semper, vt dicant ita rationem facere, sed aliud vtilius esse vel benignius. Verùm vt ceu absurdam exagitent vix ostendes. Atqui vbi vocula *nisi* reprobantis est, vt in adductis exemplis (licet

(licet quo quidem *ad l.* 15. *de præscriptis verb.* sub iudice lis sit, ipseque in contrarium procliuior sum) plerumque ironicam derisionem coniunctam habet. Et cur hìc ita luderet lectorem Vlp. nec subiiceret clarius quid sentiret, forsan ita: quod videtur sanè habere rationem, sed aliter dicendum, alia sententia vtilior, &c. arg. *l.* 3. §. *vltim. l.* 4. *de in rem verso l.* 1. §. 3. *Si pars her. pet. & simil.* At dicit: Ratio ibi opponitur æquitati. ℟. Nulla oppositio, quia *d. vers. vltim.* nec in quoquam contrarius decisioni præcedenti, sed eam declarat solum, non corrigit. Oftendemus paucis quomodo præcedd. accommodetur. Nam in ipsa sententia per se *d. vers.* cum aliis mihi conuenit, eaque clara & firmata est. Atqui ad præcedd. se referat, nondum clarè forsan expeditum. Ita sentio. Dixi ℨ. *d.* §. 1. *vers.* 1. proponi quæst. & decidi, vid. ℨ. *pag.* 739. In *vers. nam etsi* ea decisio à simili & fortiori corroboratur *vt ibid.* Dixi itidem antea *pag.* 749. quod *d vers.* 2. habetur remitti actionem, id accipi debere in totum, omninò, non ex parte. Connectitur itaque *d. vers.* & se refert ad *vers.* 11. decisionem (quia vers. medij verba ita se habent, ac veluti parenthesi inclusa forent) hoc modo: Cedenda sanè commodatario ei qui damnum sarcit, quod non ipse, sed socius eius ac correus dedit, Aquiliæ actio, qua recipiat à socio damni auctore, quod Commod. iudicio actori præstitit, vt seruetur iudemnis. Sed hoc si moderati decet vt cedatur, ita, vt non integrum cessæ act. commodum transeat ad istum; ita equidem cessa Aquil. act. agens plus extorqueret à socio, quàm ipse Commodatori præstitit, ita in lucro indebitè constitueretur, quod ratio recta non admittit. Quocirca rectè quis dixerit cessa quoque actione isti, cum cedenti adhuc directa aduersus auctorem damni maneat, illa *eum agendo è lege Aquiliâ*, act. sc. directa, quæ cessione non translata, *hoc minus consecuturum, quàm ex caussâ Commodati*, ab altero Commodatario, qui damnum non dedit, *consecutus est*, scilicet veram æstimationem damni illati, quam is ob communionem obligationis præstare compulsus fuit. *Quod videtur habere rationem* & generalem, ne ita non integrum consequatur actor, ad quod vtraque illi actio nata fuit; & specialem, vt exposui, ne id superfluum Aquiliæ commodo alterius, cui non conuenit, cedat. IV. Quis sensus vexatiss. verborum *l.* 34. §. *vltim. de O. & A.* quia simplo accedit, *&c.* Omissis aliis duas referam interpretationes, optione datâ vtram voles sumendi. Vna ante aliquot annos à Viro Cl. & nunc quidem Consiliario Elect. Sax. ampliss. *Iosepho Auenario IC.* fautore amicoque meo vetere in disputatione sua inaugurali proposita his verbis: Subducitur simplum, aut per Commodati, aut per l. Aq. actionem. Simplo subducto per Commod. act. remanet legis Aquiliæ non quidem *in totum*, sed in eo tantùm quod amplius est. Simplo autem subducto per act. comprehenditur simul id quod amplius est, neque denuò locum habet l. Aq. actio (vt illic) in eo quod in repetitione 30. dierum amplius est. Hoc enim residuum ita cum suo simplo coniunctum est, vt ab eo diuelli nullo modo possit, vt neque simplum ab illo, habitâ l. Aq. ratione. Semel itaque intentata Aquil. tangit quoque & secum trahit ex suâ naturâ, vltra simplum etiam residuum (non quod simplum idem sit cum residuo, aut totum id quod in act. l. Aq. venit, simplum sit, vt *Rob.* 1. *animad.* 29. tunc enim hæc efficeretur simplaria, neque relinqueretur mixta, vt *disputat. Mercat.* 1. *notat.* 29. *contra Rob.*) adeo vt nequidem necesse sit subducto simplo Aq. act. remanere aut locum habere in residuo. Hæc ille. Altera nostra hoc modo: *Quia simplo* quod Commod. iudicio extorsit actor, *accedit*, in proposito, actio legis Aquiliæ. Quasi dicat IC. Quæstio nobis mota est non indefinitè, sed vbi quid amplius est in Aquiliæ. Hic dicendum quod non simplo, verâ æstimatione damni, præstito sit contentus actor, sed accedit, vnà ei datur, supereſt Aquiliæ *& simplo subducto locum non habet*: Hoc est: Et si aliàs regula sit quod si qua harum actionum experrus actor, alia locum non habeat, tamen ea regula non perpetuò viget, sed *simplo subducto*, id est, eo casu quo nihil amplius est in Aquil. act. quàm Commod. iudicio obtentum est. Quando scil. retrouersis 30. diebus res, cui damnum illatum, non fuit pluris. Quia hìc planè eiusdem vis & Aquiliæ, idemque persequitur, quod Commod. Tunc enim verè subducitur simplum, cum nihil præterea, vel alia actione, debetur, cúmque eius obligatio omnis extinguitur, arg. *l.* 4. *verbis morte subducti. C. Si reus vel accus. mort.* Aſt vbi in Aquiliæ adhuc amplius est non *subducitur*, non planè perimitur. Deducitur enim vnà cum incremento in Aquil. actionem, licet eousque Iudex non condemnet, except. doli obiecta, &c. Enimverò quod Hortled. vult remoueri hìc Aquil. agentem exceptione rei iudicatæ, admitti nullo modo potest, nec si vera in aliis eius esset sententia. Quia exc. rei iudicatæ numquam datur condemnato *l* 16. *de exc. rei ind.* Et si vera in aliis esset eius opinatio, vel danda foret exceptio pacti aut remissæ actionis per *l.* 24. *C. de pact.* vel, quod magis est, ipso iure non teneret posterior actio, solutione perempta per *l.* 18. §. *vltim. de const. pec.* Postremò videbimus, num huius iuris, quod mixta actio, quoties est plenior merè reali, in eo quo eam excedit, post illam remaneat, restrictio sit, nisi actio mixta arbitraria. Quamuis hoc non attigit Hortlederus. Ita volunt *Cuiac.* 8. *obs.* 24. *& ad l.* 130. *de R. I. pag.* 319. *& seq. P. Fab. ad d. l.* 130. *p.* 553. *Obrecht. de concip, libell. cap.* 22. *num.* 40. *per l.* 9. §. 4. *iunct.* §. 6. *Quod met. ca. l.* 21. §. *vltim. eod.* Cæterum *d. l.* 21. §. *vlt.* speciem habet vbi non concurrunt actiones, sed disiunctim competunt; vid. not. ℨ. *lit. A. &* D. Aſt *d. l.* 9. §. 4. *&* 6. omninò sanè probant & concurrere act. in rem ac Quod met. caussa, & post illam quæ persecutoria, hanc, quæ mixta, finiri. Verùm ratio, quam proferunt citati, cur finiatur, rem expedíet. Dicunt, quia re restituta, nulla adest contumacia rei, cuius pœnam sufferre debeat. Triplum autem in quo Quod met. causs. excedit act. in rem, est pœna contumaciæ. Rectissimè. Sed *hinc* sequetur nihil hìc peculiare arbitrariæ mixtæ. Antea enim ostensum est, quod post persecutoriam supereſt mixta non indist. obtinere, sed iis solum casibus quibus hæc illâ plenior. Hoc autem casu quando alicui in rem agenti res restituta est, non potest dici, quòd actio, Quod met. caussa, concurrens plenior sit. Plenior enim est sub ea solùm conditione si reus sit contumax futurus. Re restituta certum est eam conditionem existere non posse. Ergo † ita & *Cuiac.* 3. *obs.* 25. scribens, quod priùs intentata leuior actio posteriorem pleniorem delibet, non consumat, *Carbot.* 1. *disp.* 30. *p.* 167. *P. Fab. ad l.* 130. *de R. I. p.* 552. *Obrecht, de concip. libell. cap.* 22. *num.* 37. † At quid est quod d. §. 1. si tantumdem, aut minus id consequatur. ℟. Sanè *Cuiac.* 3. *obs.* 25. 15. *obs.* 23. *&* 1. *not. Mercat.* 9. pro *id* reponit *nihil.* Ac sequuntur *Hot. ill. q.* 29. *p.* 237. *P. Fab. ad l.* 130. *de R. I. p.* 155. *Balduin. d. l. Aq. p.* 236. *Lud. Vital.* 1. *var. lect.* 3. *numer* 7. *& 2. lect.* 25. *numer.* 8. *Obrecht. d. cap.* 22. *numer.* 25. *P. Frid. lib.* 3. *de Cont. causs. cap.* 11. *numer.* 4. Aſt receptam tuetur lect. *Rob.* 2. *rec. lect.* 25 *sub fin. &* 1. *animadu.* 29. Sed vereor vt interpretetur appositè. Mihi sententia hæc videtur: vbi ex eodem facto duæ actiones quibus non idem planè peritur, tunc vnâ act. institutâ & peracta semper supereſt altera, siue in ea plus sit quam in priori, siue *tantumdem* (modo tamen non *idem*) aut minus. Vt siue grauiori siue leuiori priùs expertus actor & inde, quod in ea act. fuit, consecutus, altera supersit ad id, quod per illam nondum adeptus est, quantumcumque id sit, ita vt condemnatio posterior, pro rei qualitate, priori modo vberior sit, modo æqualis, modo minor. † Vt altera in solidum supersit, nec solùm quatenus plus in ea, vel aliam excedit. Et in vniuersum tuendum est, vbi duæ pœnales actiones siue ex pluribus factis, siue ex vno, modò plura delicta sint (etsi in hoc postremo diss. Donell. & alij) quatenus pœnam vtraque persequitur, eatenus semper vnam post aliam supereſſe, per *l.* 130. *de R. I. d. l.* 2. *pr. de priu. delict.* Nam etsi *d. l.* 2. §. 1. *&* 2. exempla refert, vbi & plura facta & delicta; ratio tamen quæ in pr. generalis & vniuersaliter concepta per voculam *numquam*, item *vllius*. Vbi autem vnum factum & vnum delictum regulæ quidem *d. l.* 32. *de O. & A.* omnibus experiri permitti. Sed eam ita accipit *Obrecht. d. cap.* 22. *numer.* 23. modo posterior plus quàm prima contineat *l.* 1. *& pe. arb. furt. cæs. &c.* Quomodo & *P. Fab. ad l.* 130. *de R. I. p.* 550. Et ita *Cuiac* 8. *obs.* 34. *& ad l.* 130. *de R. I.* Omnibus vti licet *d. l.* 32. si priùs leniori egeris, vnâ solùm si priùs grauiori. Confer *Hot. ill. q.* 29. *Cabot.* 1. *disp. vltim.* Quomodo perinde erit siue regula sit affirmatiua iuncta exc. neg. siue regula negans iuncta exceptione affirm. Sed magis puto alium esse sensum *d. l.* 53. *vt not.* ℨ. *lit. D.* Posset dici in *d. l.* 32. vim vocalæ *experiri* esse, vt persequatur actor omnibus quod habere debet, & quod per vnam non consequitur, alterius ope eum consequi. In *d. l.* 53. *v.* vocula *vti* plenum actionis vtriusque commodum denotari. Sed hæc arguta forsan magis quàm solida. ℟ *Cuiac.* 8. *obs. ad l.* 130. *de R. I. p.* 317. *& seq.* exponit *in vnâ re*, id est, facto & crimine. Et *P. Fab. ibid. p.* 550. *ex seqq.* verbis probat, quod de vno facto loquatur. Exemplum subdit *ibid. & pag seq.* † Planè *Reu. ad l* 130. *de R. I.* vult pœnalib. act. concurrentibus ita locum esse, vt non omnibus experiri oporteat, sed

alterutrâ

alterutra intentata, quod in aliis amplius officio iudicis exequi liceat, vt id cum act. concurrat. Ita accepit *d.l.* 54. vt & *l.*54 *pr. l.*41.§.1. *de O.& A.* Et regulam *d.l.*130. *de R.I.* refert ad officium iudicis. Quo cessante ait certum esse alteram act. consumi. Sed hæc opinio & aliis ll. conuelliturj & per dicta §. *lit. Q.*

CAPVT IV.

Restitutio in integrum.

HActenus iuris nostri integri actiones persecuti sumus. SEQVVNTVR (connecte vt supr. *lib.*19. *c.*2. *lit.B.*) OBLIQVÆ IVRIS NOSTRI AMISSI RECVPERANDI ACTIONES, seu persecutiones. RESTITVTIONES IN INTEGRVM, quæ iure extraordinario tribuuntur, *l.*16. *de minor.* [a] De quibus meritò posterius, quia extraordinarium ius ad commune se habet, vt exceptio ad regulam. DEFINITVR RESTITVTIO IN INTEGRVM *l.*2. C. *In quib. ca. in rest. nec.* AMISSÆ CAVSSÆ. Non igitur datur, quoties ius nostrum nobis integrum *d.l.*2. *& eo toto C.l.*19. *pr. D. de min.* Quod & nomen indicat *in integrum*, id est, quod integrum esse desierat. [b] Quare non aptè *Paul.* 1. *Sent.* 7. vocat restitutionem integri, cum nec actiuè sic rectè dicatur, nec passiuè, quia non integra res restituitur, sed amissa. [c] Sanè quia quod iure communi amissum saluum per hanc habetur, si in tempore petatur, inde nemo videtur re exclusus cui Prætor hanc pollicetur *l.*5. D. *h.t.* REDINTEGRATIO, [d] quia integrum rursus præstatur, resque amissa in eum locum & statum pristinum restituitur, *vt infr. cap. vlt. lit.Q.* Quam tribuit Magistratus caussâ cognitâ *l.*13. *§.vlt.* D. *de min. l.*2. C. *si adu. rem iud. l.*2. *Cod. si aduers. fisc.* [e] Ipsa ergo propriè non est actio, quia Magistratus restituens non agit, sed apud eum agitur. [f] Sed quia postulatio eius, quæ priuati litigatoris, [g] actio est *l.*39. *§.*6. *de Proc.* [g] inde figuratè actio dicitur vel per synecdochen partis, vel metonym. contenti, sicuti in simili stipulationes prætoriæ *l.*37. *de O. & A.* Vnde *Paul.* 1. *sent.*7. *§.* 1. definit redintegrandæ rei vel caussæ actionem. [h] Eædem igitur hîc, quæ in aliâ qualibet actione, rectæ institutionis partes; Cui, Contra quem, Quâ de re, Ad quid. E quibus posteriora hîc expeditiora, *de quibus j. c. vlt.* Primum altioris est quæstionis: Cui detur & quibus ex caussis.

NOTATA.

[a] Restitutiones in integrum extraordinariæ sunt persecutiones & cognitiones Prætorum ab ordinario iure distinctæ, quia iudex pedaneus de iis disceptare non solebat. Ideóque Prætor non dicit se iudicium daturum, sed animaduersurum *l.*1.§ 1. *de min. Cuiac. ad rub. D.h.t. Hort.*7. *obs.*4. *P. Fab. ad l.*183. *de R.I. Ant. Fab.*7. *err. prag.*1. *&* 4. *coniect.*17. *Vaud.*1. *q.*10. *num.*13. *& seq.* Et competunt hæ restitutiones contra ius commune, scil. strictum & summum, non contra ius simpliciter quod ex æquitate potissimum æstimatur, *Ant. Fab. ad l.*1. *&* 2. *h.t.* Vel contrariæ sunt iuri communi, quatenus gesta, quæ eo iure subsistunt, rescindunt ac infirmant; ex iure autem communi inductæ, quia Prætoris edictis inuentæ, quæ partem iuris communis faciunt, quomodo opin. *Zas.*1. *in tell. singul.*20. *num.*8. ex iure communi eas esse contendentis cum Dd. vulgò contrà statuentibus, vid. *Vualch.*1. *misc.*12. concilhat *Io Mauric. h.tr. de Restit. in int. cap.*2. *num* 7. *&* 8. Nec quia extraordinaria hæc remedia ideo iniusta, aut iuris regulis aduersa, sed imò illis consentanea, *Fr. de Caldas ad l.*3. *C. h.t. verbo, implorare in integrum restitut. n.*8. Et Prætor naturalem æquitatem secutus, *l.*1. *pr. de minor.* Quamquam enim præcipuæ quoque æquitatis sit gesta, maximè conuenta, seruare. *l.*1. *de pact.* id tamen in genere æquum est & de pactis licitis, non in specie de iis quæ læsionem & damnum afferius continent *l.*14. *de cond. ind. Sforzia Oddus h.tr. de restit. in int. p.*1. *q.*1. *art.*14. *num.*97. *Io. Mauric. d. cap.*2. *num.*10. Naturalis quippe æquitas ex cuiusque negocij circumstantiis æstimanda. Æquum est seruari quod conuenit, sed æquius est quod cum minore gestum est, in eius damnum non seruari. Quin nec Philosophi hac de re consulti aliud dicerent, ita Duar. *ad. t. D. de minor. in pr.* Quare fauorabiles sunt, non odiosæ, *Odd. d. art.*14. *n.* 98. adeò vt semper in dubio concedendas tradant *Caldas. d. lo.n.*6. [b] Malè *Ant. Fab. ad d.l.*16. *pr.* Vbi ipso iure gesta non tenent, non debere quidem dari *d.l.*1. *& pr.* sed posse ex abundanti & non necessariò *l.*2. *l.*11. *C. de præd. min.* eò quòd nulli iniuriam faciat Prætor. † At imò non debere & posse contraria sunt. Quod enim non debet fieri, prohibitum, quod potest, permissum. Et absurda collectio ex *d.l.*2. verbis non necessaria & *d.l.*11. verbis superuacuum est. Quæ imò ipsa arguunt restitutioni planè locum non esse. Nemo enim superuacuâ cautione onerasi debet *l.*14. *§.*1. *Vt leg. nom. cau.* Atque vt natura nihil frustra facit, ideo quia ceu sapientissima semper siue monetur, *Scal. de subtil. exer.* 61. ita & leges, ceu consulta virorum prudentum nihil temerè admittunt. Nec lites & iudicia sine necessitate institui sinunt. Quin nec ipsa res restitutionem capit, si nihil amissum, siue naturâ, siue iure, vid. j. *c.*9. Et quod nullum est, rescindi nequit, *l.*5. *de ini. rup.* [c] Immò passiuè sic non ineptè dicitur, vti & in *l.*34.§.1. *de iniur.* Integri, quia scilicet quod amissum est non ex parte, sed totum, seu integrum restituitur. Et vt brocardium illud habet: Quantum abstulit læsio, tantum refarcit restitutio. [d] Definitio vulgaris hæc est: In pristinum statum repositio, quam cuetur *Sforzia Oddus h.tr. p.*1. *art.*4. *Mauric. c.*1. *n.*1. reprobat *Rebuff. h.tr. tomo* 2. *const. reg. in præf. nu.*4. *&* 5. definiens *num.*3. quod fit ad rem & ius pristinum reductio. *Fr. de Caldas. ad l.*1. *C. h.t. verb. implorare in int. restit. n.*4. ita perfectè definiri censet: Auxilium Prætoris, minoribus concessum, facilitate suâ vel aduersariorum dolo læsis, intra tempus legitimum implorandum, per quod pristinum ius recuperant. Cuius definitionis verba deinde fusè exponit. [e] Vt scil. iustitiam caussarum examinet, an veræ sint *l.*3. *h.t.* Vbi voculam, *&*, interiicunt, tanquam repetendam ex postremâ præced. vocis syllaba, quod id frequens sit Paud. Florentinus *P. Fab. ad l.*183. *de R.I. initio A. Fab. ad d.l.*3. *& Rud. Forner.*1. *rer. quotid.*19. Vt sensus sit, duplicem caussæ cognitionem esse. 1. Sitne iusta caussa. 2. Sitne vera. Vt veritas facti & æquitas iuris concurrant, quæ duo in iudiciis spectantur, *Cic. ad* 9. *Att.*15. Caussam habuisti & veram & bonam. Quos lapides angulares iudicij vocat *Bald. in c. quoniam* 11. *de probat.* Verùm & non inserta vocula & salua hæc sententia. Frequens enim coniunctiones omitti. Adhæc veritas quoque bonitatem caussæ & iustitiam significat, vid. *Henr. Steph. lib.*2. *schediasm.*6. Et iustitia caussæ veritatem facti continet, vt multis exemplis ostendi posset si liberet aut vacaret. [f] Nisi dicas actionem apud *Paul. d.§.*1. non significare ius persequendi in iudicio, &c. quomodo Prætor dat actionem apud pedaneum iudicem intentandam, sed legis actionem, vt *Barò in l.*1. *h.tit.* Quod mihi non placet. [g] *l.*16. *pr. de minor, v. alia actio*, etsi *Vualth.*1. *misc.*31. quosdam codices habere *aliqua* scribat, quod & probat, vid. §. *lib.*19. *cap.*1 *lit. O.* Sed restitutionem hanc non actionis viâ, sed imploratione officij iudicis peti debere vult *Mauric. c* 11. *Meichsner. tomo* 4. *decis. Cam.*36. *nu.*10. *Oct. au. Vestr. lib.*8. *præct. aula Rom. c.*3. *n.* Sich. *ad rub. C.h.t. nu.*1. Et communem omnium conclusionem vocat *Sforzia Oddus p.*1. *q.*35. *art.*6. Atqui & hæc, generaliùs saltem, actio est vid. *not. d. c.*1. *lit. P.* An prohibita vel negata statuto actione, & hæc restitutio vid. *Oddus p.*1. *q.*15. *art.* 4. & num non petita officio iudicis concedi possit idem, *p.*1. *q.*31. *art.*1. Planè & in modum exceptionis vel contradictionis proponi potest *c. caussa restitutionis extr. h.t. l.*28.§.5. *Ex quib. causs. mai. l.*9.§.4. *de iurei. & ag. l.*8.§.13. *de inof. test. & per l.*156.§.1. *de R.I. Duar. ad tit. Cod. de restit. mil. fol.*131. *Ant. Fab. ad l.*16. *pr. hoc tit. Rebuff. h.tr. gl.*2. *num.*26. *Odd. d. q.*35. *art.*7. *Vuesen. conf.*42. *num.*103. *Franc. de Caldas ad l.*3. *Cod. hoc tit. in definit. verb. implorandum, num.*2. [h] De quo *Cuiac. ad rub. D. hoc tit.* ita: Etsi res videatur litem significare, vt in *l.*8.§.1. *de inof. & simil. (vid. Muret. ad l.*2. §. 29. *de O.I.*) & caussa hypothesin, seu negocium, vt *l. caussas* 16. *C. de transf.* ex quo lis nondum vlla est: tamen quia *Isidor. lib.*5. *Etymol.* hæc definitione tradita subdit: Res redintegratur, quæ vi extorta est, caussa quæ expleta non est. Ideò hunc sensum putat: Non tantum rem perfectam, puta datam, redintegrari, sed & imperfectam, id est, caussam, si res nondum data, sed promissa.

CAPVT

CAPVT V.

Restitutio maiorum.

COMPETIT EI CVI IVRE TRIBVITVR, certis de caussis. Caussæ duæ summæ. Vt rectè ab initio nata sit, & vt nata intra tempus præstitutum consistat. PARIVNT HANC duæ res iunctæ: REI de quâ [a] igitur, AMISSIO, sine quâ nec intelligi potest, [a] IVRE COMMVNI, cum ius petendæ aut persequendæ ius perdidimus, etsi natura exstet. Quæ triplex. *l.*44. *de min.* 1. eorum quæ habuimus, 2. quæ delata sunt, & 3. onerum susceptio, vid. *instr. cap.*8. *lit. A.* ET CAVSSA AMITTENDI, quam, ceu iniquam, æquitatis ratio improbet, vbi res auxilio digna seu quæ læso subueniendũ suadeat *l.*7. *de in int. rest.* [b] CAVSSÆ huiusmodi, ALIÆ IN MAIORIBVS. De quibus vtpote communibus & generalibus vt priùs tractemus ordinis ratio postulat, quæ EX GENERE FACTI DISTINGVENDÆ. AMITTIMVS VEL FACTO NOSTRO, vt cum donamus, remittimus, repudiamus. ET TRIA sunt quæ EXCVSATIONEM HABENT, culpâ eximũt, & restitutioni locum faciunt *l.*1. *& c. de in int. rest.* METVS, vnde duæ actiones: 1. in quadruplum ex maleficio, quæ huc non pertinet. 2. Restitutio veteris iuris. De vtraque *sup. lib.*15. *c.*38. *dictum ob caussæ coniunctionem.* DOLVS: Numeratur enim inter has caussas *d.l.*1. propter affinitatẽ actionis de dolo cum hac restitutione, [c] quia & illa rescisso eo quod gestum est, amissum reuocat. Non ideò tamen verè est restitutio, (nam & Pauliana ac Fauiana alienata reuocant, vt suis locis, nec tamen restitutiones in integrũ sunt) quia tantùm contra eum datur qui decipit. Hæc verò contra omnem qui nobis teneretur rebus integris, ET IVSTVS ERROR *l.*2. *h.t.* Sed hęc caussa à prioribus differt. 1. Nõ hîc, vt in metu & dolo, quicquid gestum irritum est. 2. Vt ratũ non sit sæpè tamen aliâ viâ reuocatur. Nam si cui donauimus falsò putantes eum negocia nostra gessisse, nulla actio *l.*65. §. *de cond. ind.* Si tanquam soluentes dedimus cõdictio indebiti; sin errore indebitè promisimus, exceptio doli vel in factum *l.*36. *de V.* [d] *O. pr. l. de excep.* Vna tãtùm species [d] caussam dat huic restitutioni. Si quid cum pupillo, falsò tutore auctore, ab ignorante gestum. Ibi enim duplex actio: 1. ad uersus tutorem, quanti res est *l.*7. *quod fal. tut. auct.* Quæ restitutio non est, sed delicti æstimationem continet. 2. Restitutio in integrum *l.* §. *vlt. dict. t.* contra pupilum aut alios qui rebus integris nobis tenerentur. [e] Et de hac specie erroris accipi debet *l.*2. *D. de in int. restit.* Quò facit quod Vlp. & Paulus iisdem libris egerint de eo quod falsò tutore auctore gestum, quibus de restitutione nostra, vt inscriptiones ll. docent. VEL OMISSIONE quæ in duobus spectatur: Si aut res nostræ ab aliis vsucapiuntur, aut actiones de exeunte finiuntur. VBI vna RESTITVTIONEM PARIT, de qua *l.*1. *h.t. Ex quib. ca. mai.* SI IMPEDIMENTVM NATVRÆ, agere prohibuit. QVOD QVADRVPLEX: AVT enim NASCITVR IN MOBIS IPSIS; vt iusta absentia *d.l.*1. *clausula* 1. *edicti.* [f] siue necessaria vt Reipubl. caussa [g] vel in vinculis, potestate hostium prædonúmve, [h] quod declaratur *l.*1. *& seqq. vsque ad l.*21. *h.t. Cod. de rest. mil. & eor. qui Reip. item tit. Cod. de vxor. mil. item Quib. ex ca. mai.* siue probabili, vt studiorum *l.*26. §. *vlt. l.*28. *pr. h.t.* Quo argumento idem erit in caussâ [i] mercaturæ, aut artificij honesti. [k] Item huc referenda species *l.*7. *pr. de in int. rest.* vt infirmitas auditus caussa absentiæ probabilis. In necessariâ autem & repentinâ absentiâ non nocet, quòd Procuratorem domi non habuerit: *d.l.*26. §. *vlt.* In voluntariâ verò vt studiorum, item necessariâ præuisâ vt relegatorum imputatur absenti, qui potuit relinquere Procuratorẽ, nec fecit *l.*26. §.1. *h.t.* Tunc autẽ illi succurritur cum Procur. relictus non egit, vel interim defunctus sit, *l.*28. *pr. h.t.* [l] AVT AB ADVERSARIO, CVM IS, possessor nempe rei nostræ vel debitor noster, ABEST *l.*1. *h.t. clausulâ.* 2. *edicti.* [Nam vt æquum est absenti non nocere absentiam, ita nec nocere alteri. Et vt absens damno ob id affici non debet, ita nec lucrum facere *l.*21. *pr. l.*22. *§.*1. *h.t. Don. ad §.*5.1. *de act. n.*4.] quæcũque sit absentia. *l.*21.§.1. Cui enim iusta absentia nõ prodest, minus malitiosa vel animi caussa susceptа. [m] NEC DEFENDITVR *d.l.*21. §. *pen. & vlt. l. ergo* 22. *h.t.* Ergo nõ aliter quam si nec quisquam se defensioni offerat, nec etiã amici eo requisiti defendant, nisi nemo fuit qui interrogari potuit. [Atque hæc testatione complecti oportet *d.l.*22. *pr.* [n] i. id est, date operã vt scriptura de eo sit attestãtibus & obsignantibus testibus adhibitis *l. curent* 22. *de testib. ad d.*5. *n.*3.] Eiusdem generis est vbi heres aliquis scriptus, emancipato præterito. Quamdiu enim in pendenti est an hic bonor. possessionem petat, cum neutro agi potest. Ergo interim actio finita restituetur *l.*15. *de O.& A.* AVT A MAGISTRATV *d.l.*1. *clausulâ* 3. *edicti.* si vel non eius copia fuit vel ius non dixit vel per dilationes eius effectum vt actio eximeretur *l.*26. §.4. *h.t.* [o] feriæ tamen sollemnes nihil ad hoc prosunt, extra ordinem verò indictæ prosunt *d.l.*26. *§. si feria.* 7. [p] AVT A RERVM NATVRA, IN AQVÆ DVCTIBVS, si fons, vnde aqua ducebatur exaruit, per tempus quo seruitus amittitur, deinde ad suas venas rediit. Hic ipso iure seruitus non recipitur, argum. *l.*98. *de sol.* sed hoc restitutionis beneficio *l.*35. *de seru. rust.* [q] *ex clausula edicti vlt. Si qua alia iusta caussa, &c.* Atque hîc cum res vsucapta est, [r] per restitutionem in integrum rescinditur vsucapio & actio pristina restituitur, olim intra annum vtilem *§. ex diuerso* 5.1. *de act. l. vlt. Cod. h.t.* nunc quadriennium continuum, quod omni restitutioni commune, vt *infr. cap.*10. præfinitum restitutioni petendæ, non actioni restituendæ, quæ nec potest dici dari intra annum illud vel quadriennium cum ante restitutionem nulla sit: nisi intra illud tẽpus rescissa sit vsucapio. Tunc enim rectè dicitur & intra id agi *l. ab hostibus* 18. *C. de postl. reuers.* Et si intra id restitutio non petita est, nulla postea actio est. *l.*3. *C. de rest. mil. l. vlt. Cod. h.t.* [s] Restituta autem actio deinde perpetua est. Quod & verb. restitutionis declarat, quæ est redintegratio rei amissæ ac fit rescissis his ob quæ amissa erat. Ergo remota vsucapionis caussa, quę quo minus dominus esset antea actori obstabat, necesse est ei perpetuò competat atque ad alium quoque transeat. [t] Dicitur autem nõ ipsa restitutio, sed actio restituta rescissoria *l.*28. *§. pen. & vlt. D. h.t. l.*18. *C. de postl. reu.* Non quod rescindat vsucapionem, sed quod rescisâ vsucapione detur, *d.§.* 5. *l. de act. l.*35. *de O.& A.* Cõpetit enim non restituendis, sed restituris *l. vlt. C. h.t.* Dicturque ita similiter vt restitutoria quæ ex caussâ Senatusconsult. Velleia. de quâ *supr. lib.*12. *c.*31. *lit. A.* [u] Errant verò qui putant hanc Publicianam vocari in *d.l.*35. *in fin pr.* Nam istic verba *sed cum redditur* ambigua possunt referri ad Publicianam. Potest & generaliter actio intelligi. Et ita deberper *l.*19. *de ll.* Nam quod hęc à Publicio Prætore inducta, non sic constat, 1. Quia Iustin. id *in d.*§.5. pro more solito monuisset. 2. Vtique vocatur rescissoria, nusquam Publiciana 3. *in tit. D. de Publ. act.* huius nec tenuissima mentio. 4. Quin &c in *d.l.*35. vocula *sed* aduersatiua arguit actionẽ diuersam à priori subiici. Diuersitas autem non in eo quòd hæc non eodem exemplo vindicationis detur, sed quòd non sit Publiciana. Est autem actio in rem *d.§.*5. ibi perere & ibi suam

x suã rem esse. x Etsi enim vsucapta iure ciuili, non ideò mentitur actor, quia rescissione à Prætore secutâ, effectu res eò rediit, vt nulla sit vsucapio, quæ rescissa est; vtilis, *l.vlt.C.h.t.* opposita directæ *l.18. C. de postl. reuers.* Sed eius exitus, itemque officium iudicis idem quod in illâ, hæc Don. *ad d.§.5.I. de act.*] Cum autem personalis actionis tempus exiit, recipitur vetus obligatio, vt vel idem denuò promittat debitor, vel soluat, vel iudicium accipiat *l.9.§.4. & 7. Quod met. ca.* VEL CASV. QVI AVT A RE DEBITA, si naturâ interiit, ac nulla restitutio. Quia si sine culpâ, liberatur debitor, sin culpa, eius obligatio perpetuatur & res integra, vnde nec restitutioni locus. y AVT A PERSONA NOSTRA VEL DEBITORIS. VT ITA AMITTATVR ACTIO FIT VEL CAPITIS DEMINVTIONE. Quæ sanè caussa restitutionis refertur *l.2. de in int. rest.* Sed angustis finibus concluſa vix in vnicâ specie locũ habuit, in quâ ipsa nunc sublata est. Quod percurrendo eius species cognoscemus. [Est autẽ illa status mutatio *l.1. de cap. min. pr. 1. eod.* integri scilicet in deteriorẽ. z Genera eius tria *l.vlt. d. tit.* totidem scilic. quot status aa Maxima, quæ seruitute cõtingit, media, quæ deportatione, minima emãcipatione, item arrogatione hæc ex *lib.3. cap.14.*] Aut enim creditor capite minutus & nunquã restitutio. Neque etiam edictũ de capite minutis, quod in *leg.2.§.1. eo. tit.* de his conceptum. Nam si maxima; ex damnatione in seruo pœnę publicantur bona. Ergo & actiones; ex sui venditione, aut reuocatione ingrati transeunt ad dominũ. Si media, vt in deportato, itidem bona amittuntur. Sin minima in arrogatione, transferuntur *leg. pen. §. vlt. de bon. possess. sec. tab.* magisque in emancipatione actiones amittũtur si seruilis in ea conditio interuenit, vt mox. Ac certè si ex delicto capite minutus iure hanc pœnã luit, sin suâ voluntate, ipse liberè à se abdicauit actiones. bb Aut debitor & non locus restitutioni si maxima, capitis minutio, quia cum seruis nulla actio, nec si media, quia bona amissa, quorum nomine conueniuntur. Quæ rationes in *leg.2. princ. l. penult. & vlt. de cap. minut.* Et alia ratio quia conueniri potest dominus serui dict. *leg.7.§. penult.* aut fiscus qui successit *l.2. C. Cod. ad l. Iuliam de vi.* Atque ita res integra est, non minus ac debitore mortuo. Etsi verò edictum *l.2.§.1. de cap. minut.* indefinitè loquatur, accipi tamen ita oportet si modo aduersus eos cõditione personæ actio esse possit. Superest minima, quæ fit aut arrogatione. Et quia illa non liberat obligatione veteri, arg. *l.39. de O. & A. l.57. de iudic. iunct. l.8. ibi, nam furiosus de his qui sui,* nec restitutio necessaria *l.2. §.12. in fin. de cap. min.* cc Aut emancipatione, & quia in eâ imaginariæ venditiones & seruilis quasi conditio, olim dabatur restitutio *l.3.§.1. d.t.* sed si obligatio ex contractibus, secus si ex delictis *l.2. § vlt. l.7. §.1. d.t.* dd Atque illa vnica species, ad quam edictũ de capite minutis pertinet. Quia cum non vera hic seruitus fuerit, iniquum visum est imaginem veritati nocere. Hodie formã emancipationis & venditionum imaginariarum sublatâ, & hæc restitutionis necessitas: Vt actiones ipso iure integræ maneant, & sic edictum de capite minutis totum sublatum est. ee VEL CONDITIONE PERSONÆ INTERCEDENTIS PRO ALIO, ita vt per nouationem obligationem in se transferret. Si mulier id fecit quæ beneficio Senatusconsulti Velleiani non tenetur. vid. *s. lib.12. cap.31. lit. A.* Quæ vnica species supereſt restitutionis maiorum ob læsionem ex casu. Quæ sic competere cœpit restitutio, heredibus quoque conceditur per *l.6. de in int. rest.* & fideiussoribus *l.32. de fidei.* Reliqua contra quos, qua de re, quo effectu, ex dictis ferè constant, vt & iis quæ *ff. c. vlt.*

NOTATA.

a Rectè quod & passim inculcat *Duar. ad tit. Cod. de hac materiã,* vid. quæ noraui contrà *A. Fabrum c. præced. lit. B.* b *vid. not. c. prac. lit. A.* Quotuplex sit restitutio vid. *Sfortia, Oddus p.1.q.1. art.15.* qui ira: Alia gratiæ, alia iustitiæ (sic M. *Anton. Caimus in summar. enarrat. tit. C. de in int. rest.* initio, aliam ex Principis indulgentia tribui, aliam suadente æquitate ex iuris dispositione:) sed prior illa non est huius loci, nec ciusdem omnino generis. Hæc alia prætoria, & vel maioribus communis, quæ aut officio iudicis, & propriè ita dicitur vt *t. Ex quibus cau. maior.* aut iure actionis, quæ impropriè vti ex caussâ metus vel doli. Alia ciuilis, quæ ex constitutionibus, vt in *l. Diuus 33. de re iud. l.31. de iureiur.* c Durum hoc. Melius *Oddus p.1.q.1. art.16. n.106. in d.l.1.* caussas poni restitutionis in integrum tàm minorum quàm maiorum, inter quas & dolus est aduersarij, vt *ff. c.10. lit. A.* Enim verò *Duar. de rest. in int. cap.1.* scribit *tit. D. de rest. in int.* suo ambitu speciales qui sequuntur continere. Et *Cuiac. ad rub. d. tit.* Edicti de restitutione sex fuisse clausulas in sex seqq. titul. tractatas, ac pro iis facit *l.9.§.7. Quod met. ca. Parlard. 1. rer. quotid. 3. §.5. n.12.* Sed *Odd. d. loc.* illis opponit ordinem titulorum Codicis, vbi priùs tractatur de actionibus doli & metus, quàm de restitutionibus in genere vel specie. Et sic quòd in statutis, si mentio fiat restitutionis in integrum, actiones illæ nõ veniant, *Sich. ad rub. C. de in int. rest. n.1.* Rectè verò *Ant. Fab. ad l.1.§.6. de dolo.* Edicto, *Ex quib. ca. mai.* numquam locum esse quoties interuenit dolus illius ipsius contra quem restitutio petitur. Alioqui superuacuum esset edictum de dolo. Semper enim ei restitutioni locus esset ex generali clausula, *si qua alia iusta caussa, &c.* Et facit *L.38. de dolo.* d At Dd. nostri perplures species admittunt, quibus ex caussa ignorantiæ vel erroris restitutionem, etiam contra læsionem quæ facto errantis contigit, indulgent. Idáque ex tertia clausula edictiſi qua alia iusta caussa *l.1. Ex quib. ca. mai. Mauric. c.387.* de quibus plenè *Oddus p.1.q.8.* item *q.9.* fusè tractans de restitutione rusticorum ex hac caussa, de qua & *Choppin. de priuil. rust. lib.1.p.2.c.1. & c.5.* item de restitutione mulierum *q.10.* Et *q.11.* de aliis caussis, furore, ebrietate, morte, iusto dolo, iracundia, &c. item de paupertate, *dict. q.11. art.9. & seq. & Cornel. Beninccasa de priuil. paupertatis q.4. n.18.* † Nobilitata hìc præ cæteris quæstio, an ex caussa ignorantiæ aduersus vsucapiones vel præscriptiones ex illa clausula competat restitutio? Quod omninò negandum per *l.vlt. C. de præs. long. temp.* vbi simpliciter dicitur nulla scientia vel ignorantia expectanda. Quod si daretur restitutio, esset hoc verbis ll. imponere, non rebus. Additurque illic *ne altera dubitationis, &c. & per l.3. ibi non absentia, non militia, & c. C. de præscr. 30. ann.* Vnde apparet, nec ex priori edicti clausula præscript. longiores rescindi, vid. not. *ff. cap.9. lit.I.* Et numquam certè sic esset litium finis, ac dominia in incerto, contra finem vsucap. & præscriptionum. Itaque placuit Augusto Electori Sax. *Nou. suã. 9.p.2.* Ac rectè probant *Ant. Fab. ad l.26. §.vlt. h.t. Bronch. 1. misc. 30. Sarmient. 2 select. interp. 10. num.1. Vasq. 2. ill. contr. 75. Pinel. in auth. nisi tricennale. C. de bo. mat. n.58. Petr. Anchoran. cent. 170. n.3. Fachin. 1. contr. 69.* Etsi contraria opinio receptior sit & vsu obtinere dicatur. vid. *Tessaur. decis 133. & seq. Io. Mohedan. decis. 13. Vult. cons. Marpurg. 22. vol. 1. Tiraq. de retr. lignag. §.35. gl 4. num. 36. & seqq. Cagn. in l.2. C. de pact. int. empt. num. 219. Io. Petr. Surd. decis. 4. Couar. in c. possessor. de R.I. in 6. p.3. relect. §.3. Maurit. de rest. in int. c.57. & seqq.* Vtrum tamen contra quadragenariam præscript. detur, magna est contentio, nec conuenit quæ opinio sit communis, vid. *Couar. d. lo. n.2. Affl. decis. 37. n.2.* qui aff. communem vocat, *& Mauric. de restit. c.58.* sed contra in addit. *ad d. decis. Io. Ang. Pisanell. & M. Ant. Pulherin. & Tessaur. decis. 133. n.6. & Raudens. decis. Pisanâ 31. n.12.* vid. *Trentacinq. lib.2. pract. resol. tit. de Rest. in int. resol.1. Cranetta de antiq. tempor. p.4.§. pen. n.44. ac seqq.* e Si actor falsum esse ignorauit *d.l.1.§. vlt. l.2. d.t. Odd. p.1.q.22. art.2. Cuiac. 22. obser. 20.* nisi sciens à prætore compulsus sit *l.5. d.t.* vbi vt hoc obiter, tamen etsi vnica dictio est, vt & in *l.7. §.3. de vsufr. accresc. l.7.§.11. ad SC. Maced.* & apud *Cic.* & alios vid. *Cuiac. 1. obs. 14. Muret. 11. var. lect. 17. Arison. Pompa de vsu antiq. locut. c.6. pag.42. lib.1.* Quãuis *Rau. 5. var. 9.* velit in *d.ll.* esse hypostigmen iteratæ dictionis, vt *in l.1.§.2. de extr. cog. add. Hot. 2. amicab. 14.* f Absentiæ quatuor genera refert *Sich. ad l.1. C. h. t. n.51.* Necessaria & probabilis, vt legati & militis. 2. Probabilis & priuilegiata, studiosi. 3. Probabilis & non priuilegiata, mercatoris. 4. Necessaria, sed improbata, vt relegati.

Sed

Sed *Bart. in leg. vltim. Cod de restit. mil. & Zas. ad §. rursus 6. I. de act. num.3. Sneidwin. ibid. numer 22. Arn. de Reyger. Thesauro iuris v. absentia. Mauric. h.t. cap.133.5* referunt. 1. Probab. & necessaria, militiæ. 2. Probabilis tantùm studiorum. 3. Necessaria, non probabilis relegationis. 4. Voluntaria citra contumaciam, mercatoris. 5. Voluntaria improbabilis eorum qui contumaciter absunt. *Oddus* verò *p.1. quæst.5. artic.7.* ita: Alia est ordinaria ex domicilio alibi constituto, sicuti ciuis Lipsiensis ordinariè abest Friberga vel Magdeburgo. Et hæc non est caussa restitutionis, *idem quæst.6. art.1.* Alia extraordinaria quæ aut necessaria: & vel laudè digna Reipub. caussa, &c. vel vituperio relegati, vel indifferens, ex. gr. capti à latronibus. Aut voluntaria quæ itidem commendanda in studioso, vituperanda in contumaci, indifferens in mercatore. g Ne cui officium publicum damdo sit *l.28. h.t.* Vnde absentium Reip. caussa domum familiamque virorum illustrium fidei tutelæque solebant committere, *vt ex Cassiod. libr.10. Iac. Durant. Casell.1. variar.1.* Neque indemnitatem hanc solùm, sed & præmia plura labores pro Rep. merentur, vid. Iac. *Grioshausen Cerraminis masculi fœminei acie virili cap.27. Libo. d Bodenstein disquisit. Polit. lib.2. cap.63. & seq.* Sed hæc ita si coacti absunt *leg. 36. hoc tit.* non si data opera vel litis gratia *leg.5. hoc tit.* Vbi *Duar. ad leg.7. §. dolo de pact. & 1. disput.47.* emendat & reponit *dicis gratiã*, notatus à *P. Fabro 1. Semestr.10* qui rectè interpretatur *post Azonem in summa. C. de rest. mil num.3.* litis fugiendæ caussa, qui videl. vt litem euitaret id affectauit vt peregrè mitteretur. Quomodo *Demosthen. ἐ δίκης ἔδωκε ἀπεναι.* Facit *L.1. C. Qui mil. poss. libr.12.* Quando impedimentum non excuset quia affectarum, vid. *Odd. p.1. quæst. 2. & Tiraq. de retr. lignag. §.35. gl.4. numer.29.* Confer. *Moller. 3. Semestr.9.* Sed magistratus qui Romæ Reipubl. caussa dant operam, ita non absunt. *l.5.§. vltim. leg.6. hoc tit.* scilicet ab ipsa Roma. Nam ratio dubit. quia ob negotia Reipubl. impendenda quo minùs sua curent impediri & ita animo abesse videntur. Nec dubitandum quin si, proconsularis Romæ gesserit magistratum & eâ re damnum domi passus ad id restituendus sit per *l.3.§.7. h.t.* Idem igitur si magistratus in patria gerat, vel loco eo quo res ipsius vsucapiuntur, aut aduersarius degit. Abesse autem intelligitur & is qui ab vrbe profectus est, licet nondum prouinciam excesserit, *leg.32. h.t.* Vbi non probanda correctio *P. Fabri ad leg.140 de R.I. ac 2. Semestr.16.p.258. & Cuiac.12. obs 33. & Anton. Fab. ad dict. leg. 32.* legentium: prouinciam accesserit. Quia sensus sit, *d.l.32.* non tantum abesse dum ex vrbe Roma it in prouinciam antequam eam ingressus, sed & dum ex ea redit in vrbem antequam portas intrauit *per leg. vltim. de off. proconf.* Quos notant *Rau. & Hippol. à Collib. ad leg.140. de R.I. & Lyclama 1. Membran. 10.* Nam per vrbem ibi metropolis accipi potest, vt Goth, ibidem vel ea ciuitas in qua quis degit. Et ratio dub. quia præsentes aliàs in materia vsucapionis, qui in eadem prouincia, vid. *supr. lib.5. cap.19. litt.A.* Et hoc exempla declarant. † In *d.l.32.* ad gratium vel in commentarium Principis delatos exponit *Rau. ad l.191. de R.I.* qui ea intentione vt iis ex ærario populi vel fisco Principis annua darentur, *Frontin. libr.1. de aquæ ductib. add. Perrenon. 2. animaduers. 26.* Caussæ quibus quis ita abesse censetur, passim *hoc tit.* quas congessit *Mauric. cap.351. add. Odd. p 1. quæst.6. artic.10. & seqq.* Inter eas & caussa militiæ *leg.7. leg.28 §. vltim. leg.33. §. vltim. leg.34. & seq. leg.40. l. pen. h.tit. & 1. Cod. de rest. mil. & c. ac tit. seq. de vxor. mil.* Etsi Romæ militent *leg.7. h.t.* quod in his peculiare, quia rebus suis superesse non possunt *Baro ad d.l.7.* vel quia nulla consistendi spes certa. Nam si aliò proficisci iubeantur, parere coguntur. Nec ibi quis esse intelligitur vbi ad tempus tantum vel casu reperitur, *leg.44 leg.87, leg. 79.§.1. de leg.3. Anton Fab. ad d.l.7.* Neque enim sola militia restitutioni caussam dat, sed & occupatio in expeditionibus, *l.vltim. Cod. de restit. mil.* Idem igitur etsi domi suæ militent sub incerto mansionis, abitum in dies expectantes. *Odd. p.1. quæst. 6. artic.4.* Aliud si commeatu excepto, *leg. 34. h. tit. l.1. de re mil.* Quanquam hic dum domum vadit, aut redit, pro absente est, *leg.35.§. vltim. hoc tit.* Commeatus enim duo tempora continet, eundi & redeundi, *Rau. ad leg.140 de R.I.* De in integrum restitutione militum, quibus & quando competat, nec non vt eorum vxoribus maritos comitantibus, itemque famulis, medicis (de quibus *l.33 §. vlt. h.tit.*) lixis, &c. detur, vid. *Maur. cap.334. & seqq. Odd p.1.q.6. art.2. & seq. Muda. adt. C. de rest. mil. Claud. Cotere. lib.2. de iure mil. cap.10. Georg. Acac. Enenkel. 2. de priu. mil.4.* De restitutione Commissarij ex caussa absentiæ *Rauus. de commiss. p.1. lib.7. cap.11.* h Etsi corpori vincula non

obſ.14. poſt Theodor. interpr. Græcum diſting. inter legatum Reipubl. *d. leg. 39.* qui à ſolo Principe mittitur, & ciuitatis *d.leg.26. §. vltim.* qui cùm communi ciuium decreto creatus ſit, non poteſt, ait, quiſquam exabſentia eius capere lucrum ſiue Procur. reliquerit, ſiue non, quia per omnes factum eſt vt abeſſet in rem omnium. Quæ diſtinctio non placet. Cuius prius membrum ex modò dictis conuellitur. Aliter *Anton. Fab. ad d.leg. 26. §. vltim. h. titul. & Pac. 3. qu. 10.* Si Procuratorem reliquit non reſtitui *d.l. 39.* ſcilicet ſi & Procurator potuit défendere, quia tum actione mandati contra Procur. indemnis ſeruatur. Reſtitui autem etſi habuit Procuratorem *d.leg.26. §. vltim.* ſi is, vel non potuit défendere, aut ſi potuit quidem, ſed actio mandati inanis per *leg. 5. & 6. de dolo.* Et rectè. Tametſi *Duar. ad h. tit. D.f. 126.* accipiat *d.leg. 39.* quia verba ſint ambigua, non de reſtitutione abſentis, ſed alterius illius abſentia læſi. Vt ſenſus ſit: Si qui Reipubl. cauſſa abeſt reliquit Procuratorem, tunc non auditur qui contra eum vult reſtitui ex 2. edicti parte. Quia is potuit conuenire Procuratorem relictum *l. 22. h.t.* † Animuerò & ei qui Procurat. potuit relinquere ex cauſſa ſuccurritur *leg. 26. §. 1. h. tit.* ſi ſcilicet grauis cauſſa præſentiam domini requirens, nec aliis facilè commendanda: *Duaren. d. lo.* Planè & qui per Procuratorem defenſus reſtituitur ad appellandum *leg. vltim. de in int. reſtitut.* quod *Sich. ad leg. 1. Cod. hoc tit. numer. 12.* intelligit excuſſo prius Procuratore per *l. 3. §. vltim. Quand. app.* Quod vix admittendum. Sed etſi Procur. relictus culpa non defendit, vel non legitimè vult *Sich.* excuſſo priùs eo reſtitutionem dari ad appellandum *d. l. vltim.* Quod ſi fato *impeditus* vel mortuus ad totam cauſſam *l. 28. pr. h.t.* Plenius & exactius hac de re *Sfort. Oddus p. 1. quæſt. 29 & ſeq.* Vnum hoc moneo in cauſſa ſtudiorum reſtitutionem, non inde negandam videri quod Procur. non relictus, etſi ita Don. noſter. *item Sich. d. loc. & alij.* Nam, vt & animaduertit *Odd. d. quæſt. 30. art. 3. numer. 11. & Harpprech. in §. 1. I. de iis per quos agere num. 69. ac ſeqq.* ratio reſtitutionis in *leg. 28. pr. h. tit.* non in eo quod Procur. mortuus, ſed ne decipiatur, &c. Et verba illa *fortè procuratore, &c.* exemplum læſionis continent. Nec ex iis reſtitutionem reſtringere, aut à contrario ſenſu arguere, vis voculæ *fortè*, permittit. Accedit quod non minor ſtudiorum fauor quàm militiæ. Quodque ſtudioſis priuilegia eadem quæ abſentibus cauſſa ſui principis, vel vniuerſitatis per *c. ad audientiam de cler. non reſid. Odd p. 1. quæſt. 7. artic. 14. numer. 128.* m *Ant. Fab. ad d. leg 21. pr.* non hic fauor abſentiæ vt in priori parte cauſſam dat reſtitutioni, ſed odium abſentis qui non defenditur *add. Zaſ. ad §. 5. 1. de act. numer. 15. Odd p. 1. quæſt. 5. art. 5.* Et reſtituitur quoque abſens contra abſentem eodem genere abſentiæ *leg. vltim. hoc tit.* Nec obſt. quod vterque videatur priuilegiatus. Neque enim nuda abſentia dat reſtitutionem, ſed cum læſione coniuncta *l. 19. hoc tit.* & ita alter ſolus priuilegiatus, *Ant. Fab. ibid. Duaren. h. tit. fol. 128. & ſeqq.* † Hodie ex quo inuenta ratio ne abſentia rei noceat actori, & vt ius illæſum maneat, nec præſcriptio currat, ſi ſeruetur forma præſcripta *libr. 2. C. de ann. except.* quæ noua conſtitutio eſt, non facilè aliquem propter abſentiam alterius reſtituendam monet *Duaren. d. loc. f. 129.* De proteſtatione quando neceſſaria, quando item vtilis agere impedito, fuſè *Odd. p. 1. quæſt. 28.* ac in vniuerſum de proteſtationum vſu, vi & poteſtate, *Menoch. arb cap. 461. Damhoudr. præxi ciuit. cap. 121. & ſeq. Vueſ. conſ. 4. num. 99. & conſ. 6. numer. 8. & num. 22. cum ſeq. ac conſ. 43. numer. 163. ac ſeq. Rauden. deciſ Piſana 12. numer. 70 & ſequent. Io. Meichſner. tomo 3. deciſ. Cam 32. ac Nigrin. tr. de Proteſtationibus. Hering. de fideiuſſ cap. 20 §. 34.* o Non ſi denegauit actionem cauſſa cognita *d §. 4.* quia tunc appellare debuit, Baro ibid. Vnde aliud ſtatuit ſi appellare non potuerit *Odd. part. 1. qu. 13. art. 6. qui & vid. ſupra d. qu. 13. totâ & Mauric. cap. 354. & ſequent.* p *vid. Odd. p. 1 quæſtione 14. artic. 3. Mauric. cap. 356.* qui notat aliquando vſui hoc litigantis cedere poſſe, & indemnem præſtare eum qui aliàs damnum ſentiret, veluti ſi probationem expeditam non habuiſſet, &c. q vid. *Conna. 9. com. 12. num. 1. Menoch. retin. poſſ. remed. 6. numer. 149 & ſeqq. Odd. p. 1. quæſt. 14. artic. 5.* r Exemplum vſucapionis, contra quam ex abſentiæ cauſſa reſtitutio datur, frequentius occurrit. Nec tantum ſi iterum completa vſucapio, ſed & ſi reuerſo eo intra modicum tempus *l 5. §. vlt. h. tit.* de quo *Anton. Fab. ibid. Duar. ad h. t. Cod. fol. 132. Muda. ad l. 3. Cod. de reſtit. milit. Azo in Summa. C. de reſtit. milit. numer. 11. & ſeq. Menoch. arb. cap. 33.* Sed & ex aliis cauſſis reſtitutio facienda *leg. 30. in fin. hoc tit.* vt aduerſus vêditionem *l. 6. Cod. de reſtit. mil.* præſcriptionem quamuis temporalem *leg. 1. leg. 5. Codic. eod.* aduerſus ſententiam *dict. l. 30. in fin. D. l. 1. Cod. hoc tit. Cuiac. 7. ad Afr. in leg. 19. h. titul.* vid. idem *22. obſ. 18. & Henr. à Suerin. repet. lect. cap. 14.* Vbi ſi abſuit cum cauſſa ageretur & indefenſus condemnatus, inſtauratio iudicij ſit *d. l. 1.* Si verò ipſe litigauit vſque ad concluſionem cauſſæ & deinde eo abſente lata ſententia aliud ſtatuit *Sich. ad l. 2. C. h. tit. numer. 8. & 9.* tametſi reſtitui ad appellandum decennio lapſo concedat. De reſtitutione in integrum maiorum, aduerſus ſententiam, maximè ex cauſſâ inſtrumentorum nouiter repertorum fuſiſſimè *Odd. p. 2. quæſt. 73. & ſeqq.* † Sic quoque etſi edicti partis 2. verba tantum de reſtituendis act. temporalibus, quarum dies exiit, ſententia tamen pertinet quoque ad eas quarum conditio defecit & quæ nondum natæ, vt *leg. 43. h. tit. vbi Ant. Fab. & Cuiac. ibid. 7. ad Afric.* ſcribens duplicem eſſe act. reſtitutoriam, 1. ex edicto, 2. ex decreto, ſeu officio Prætoris. Sed & alia impedimenta, præter abſentiam ab aduerſario exorta huc ſpectant, vid. *Odd. p. 1. quæſtione 12.* ſ Duplex enim in reſtitutione, ex recepta noſtrorum ſententia remedium vel iudicium: Reſcindens quo reſtitutio conceditur, per quod ſubmouetur obſtaculum & impedimentum ob quod agi non poterat. Et reſciſſorium, quod reſciſſo obſtaculo competere incipit, nec niſi præuia reſciſſione effectum producere poteſt, *leg. 13. §. 1.* verbis reſciſa alienatione dato in rem iudicio *de minor.* vid. *Zaſ. ad §. rurſus 5. 1. de act. numer. 4. & ſeqq. Sich. ad rub. Cod. de in int. reſtitut. num. 4. Anton. Fab. 7. err. pragm. 1. Mauric. capite 1. numer. 6. & 7. & c. 4. & ſequent. Odd. p. 1. quæſtione 33.* Et ex ritu veteri reſciſſio tota peragebatur apud Prætorem, actio verò reſciſſoria apud iudicem datum ſeparatumque erat officium Prætoris qui reſcindebat alienationem vel vſucap. & dabat actionem reſciſſoriam ab officio iudicis qui de eo cognoſcebat. Sed poſtquam ille iudicior. dandor. mos exoleuit ac magiſtratus ipſe partibus iudicis fungitur, eâdem operâ vtrumque peti & obtineri poſſe ſtatuit *Duaren. ad titul. D. de minor. ad verba: vt putarem fol. 85. & ad h. tit. fol. 131.* Et hoc eſt quod Dd. volunt Reſcindentis & Reſciſſorij iudicij cumulationem admitti, quod & vſus ſeruat, *Rebuff. h. titul. in præfat. in fin. & artic. Gallico gl. 5. numer. 11. Mynſ. 2. obſ. 25. Gu. Pape quæſt. 143. ibiq; in annot. Ant. Rambaud. Oldend. Progym. act. cl. 6. act. 8. Parlad. 1. rer. quotid. 10. num. 27. Sneidwin. in §. rurſus 5. I. de act numer. 24. Mauric. cap. 9. Odd p. 1. quæſtione 33. artic. 5.* Diſſent. *Anton. Fab. 7. err. pragm. 1.* Quia ea demum, ait, vna petitione coniungi poſſint, quæ ſimul & ſemel tractantur & inter quæ nullus ordo. Atqui Reſcindens præparatorium eſt Reſciſſorij, & neceſſariò præcedere debet. Quomodo enim act. in rem ex. g. poteſt dare Prætor, niſi ſub formula, Si apparebit rem eſſe petitoris. Iam verò non conſtat eſſe eius, niſi reſciſſâ alienatione. Sed his occurri poteſt ex *Mauric. d. cap. 9.* Poſſunt enim hæc ita ſucceſſiuè coniungi: ex. gr. Petò me reſtitui contra ſententiam, & reſtitutione conceſſa fundum ablatum reddi: Sed etſi cumulatio ſimplex ſit, æquius tamen eſt conditionaliter eam inrelligi, vt Odd. *d. artic. 5.* Quid quod exoſa legiſlatoribus iudiciorum multiplicatio & circuitus, vbicunque vno iudicio plura peragi poſſunt, *Muda ad leg. 3. C. de reſtit. mil.* Fruſtrà enim fit per plura quod poteſt per pauciora, de quo bellè *Dantes Aligher. libr. 1. de Monarchia in Syntag. tract. de iuriſdict. edito à Simone Schardio fol. 85.* t Sed hæc planè contraria ſunt *leg. 35. in fin. pr. de O. & A.* & ab omnium ſententia aliena. Et reſtellitur noſter ex *leg. 31. hoc titul.* vbi ita demum perpetua actio ſi poſſeſs. nactus eam poſtea amiſit, exiade quia nulla ampliùs reſtitutione eget, qui rem ſuam recepit ſine vitio, ita vt & poſtea euinci nunquam poſſit. Et ſit actio perpetua *d. leg. 31.* non beneficio reſtitutionis, ſed poſſeſs. recuperatæ, quæ non ſolùm except. perpetuæ ius peperit, ſed & vicem ſupplet non litis conteſtationis ſolùm, vt *Odd. part. 1. quæſtione 21. artic. 4. numero 20.* verùm reſtitutionis non modò petitæ, ſed & impetratæ & exſecutioni mandatæ. Cùm ita deſinat neceſſaria eſſe reſtitutio, nec quidquam verendum poſſidenti ne res ſua ipſi auferatur, *vid. Anton. Fab. ad d. l. 31.* Quod ſi actio ſic reſtituta ſæpe perpetua nõ video quæ *d. l. 31.* vel ſit vel fingi poſſit dubit. ratio. † Hoc inter noſtros non conuenit an idem quadrienniũ quod reſtitutioni in integrum hodie, aut annus vtilis olim, ſit huic actioni reſciſſoriæ. Quod vult *Duar. ad tit. God. de temp. in int. reſt. fol. 134.* 1. Quia hæc remedia nouo iure non ſeparata, ſed eadem operâ Prætor reſcindit & de act. cognoſcit. 2. Quia edicto Prætoris vnius tantum anni mentio. Nec dicit Prætor: Dabo act. reſtitutoriam intra alium annum. 3. Quia quadrienn. datur ad finiendam litem *l. vlt. C. de temp. in int.* Et *Muda. ad d. l. vlt.* etſi largiatur olim alium annum vtilem fuiſſe actioni reſtitu-

reſtitutoriæ tamen hodie, aliud. Quid enim promouiſſet Iuſtin. *d. l. vlt.* ſi iudicio tantùm reſcindenti quadriennium præfiniſſet, ſi reſtitutæ actioni adhuc ſuum annum vtilem, inutili actionum multiplicatione, conteruaſſet. Sed alij communius obtenta iam reſtitutione, vbi primùm competere cœpit reſciſſoria, eam anno durare *dict. l. 35. in fin. pr. l. 3. Cod de reſtit. milit. Vuurmſer. libr. 1. tit. 25. obſ. 4. num. 12. Sneidwin. in §. rurſus 5 I de act n. 76. Mauric. cap. 6. num. 7. Anton. Fab. ad l. 15. §. vlt. & ad l. 31. h. tit. vid. Odd. p. 1. quæſt. 21. art. 3. & 4.* Nam in *d. l. vlt.* verba ad finiendam litem intelliguntur quoad reſtitutionis iudicium, non actionis reſtitutæ u *Duaren. ad 1. D. de minorib fol. 85. & ad t. D. Quibus ex cauſ. mai. fol 130.* Reſciſſoria, quia datur reſciſſio eo quod geſtum eſt. Reſtitutoria, quia reſtituitur actio omiſſa. Aliquando tamen noua actio datur quæ nunquam ante competit, vt *leg. 43. hoc tit.* Vnde quidam reſciſſoriam duplicem faciunt inſtitoriam *dict. leg. 43.* & reſtitutoriam vid. *Mauric cap 5.* x Si ſcilicet contra vſucapionem. Nam & actio temporalis cuius dies exiit ipſa reſtituitur, per *leg. 1. hoc tit.* Et hoc quidem caſu manere directam actionem quæ priùs competiit vult Accurſ. quaſi quæ tempore ſublata non ſit, ſed aduerſus præſcription. temporis replicari per in integrum reſtitutionem *& Mauric. cap. 8. num. 3. Parlad. 1 rer. quotid. 1. §. 4. num. 6.* Sed *Anton. Fab. ad l. 15 §. vltim. hoc tit.* Si actio verè temporalis, prætoria vel ædilitia, tempore eam finiti; Non quia tempus modus tollendæ obligationis, ſed quia actiones eæ hanc naiuram habent à voluntate Prætoris qui introduxit. In actionibus verò perpetuis, quæ tempore perimuntur per præſcriptionem admittit opin. Accurſij. Quanquam & rectà y ac principaliter actio peti poſſit per in int. reſtitutionem. y Poteſt & caſus extrinſecus accedere, qui ſi cauſſam abſentiæ vel impedimenti agendi præſtet, reſtitutio inde *leg. 38. in fin. ex quibus cauſ. mai.* Et ſic caſus quandoquè reſtitutionem ex hoc edicto præbet, etſi non præbeat ex edicto de minoribus, quia per eum non læditur vt minor, vid. *Odd. p. 1. quæſt. 14. artic. 1.* z ita & *Ant. Fab. 1. Iuriſpr. tit. 16. princ. 1.* Neque enim cùm filiusfam. morte patris ſtatum mutat *l 1. §. 1. ad Tertyl.* capite minuitur *l. 38. §. vlt. ad SC. Maced.* Nec cum deportatus ciuitati reſtituitur, vbi capite potiùs augetur. vid. *& Forner. 1. Select. 26. P. Nann 9. miſc. 12. Gaed. ad leg 20. de V.S. nu.* 2. *Vult. 1. diſc. 12.* aa Status hic ſpecialius non quælibet conditio perſonæ, vt & ſexum & dignitatem ſignificet, ſed ea, quæ certam ſpeciem conſtituit ex iis in quas generalis ſtatus perſonarum diuidi ſoler, *Duar. ad h. t. D. Anton Fab. ad l. 1 h. t. vid. Hot. in pr. l. hoc tit & s. lib. 2. c. 9.* † interdum autem duarum ſpecierum mentio magnæ & minoris, vbi illa mediam complectitur *l 1 §. 4. de ſuis & leg. l. 1. §. 8. ad Tertyl. l. pen. de extr. cog. Duar. ad h. t. D. & 1. diſput. 9. Robert 3. Sent. 9. Anton. Fab. ad l. 5. h. t. & 1. Iuriſpr. 16. pr. 1. ill 3.* priores verò ſpecies ſemper pœna, vltima ſæpiùs beneficium, rarò pœna; *Manut. de LL. Rom. pag. 153. Vult. 1. diſc. 12.* Illis caput amittitur, hac ſæpè quis id quod non habet familiæ ſcilicet, conſequitur. Vnde quia triplex *ab Antonio Edyl.* 11. inter triadas relata *Briſſ. libr 3. de V.S.* bb Fauor enim edicti eſt ne alterius facto alteri ignoranti actio adimeretur, cùm non poſſit creditor prohibere, quò minùs capite minuatur debitor. Vnde & vbi ſuo facto proprio ademit ſibi cc act. hoc edicto non iuuatur vt *l. 2. §. pen. h. tit.* cc Non placet. Nam cum actio antea fuerit efficax, obligatio contracta cum homine ſui iuris, ſi maximè demus oblig. arrogatione non perimi, quod dandum non eſt vid. *Gaed ad l. 20. de V.S. num. 2.* tamen inanis fiet bonis omnibus in arrogantẽ tranſlatis. Et certè *l. 2. pen. h. t* probat à contrario reſtitui ex hoc edicto creditoribus omnibus act. præterquam ipſi arrogatori. Et rectè *Anton. Fab. ad l. 7. §. 3. hoc tit.* reſtitui hic actiones contra arrogatum propter perſonam quæ per arrogationem & familiæ mutationem alia facta videtur. Et reſtitui ita vt non ſolùm agi contra eum poſſit, dilata executione in tempus quo ſui iuris erit, ſed vt poſſit ſtatim executio fieri in bona arrogatoris ea quæ habuit ab arrogato, niſi eum in ſolidum defendere paratus ſit, arg. *d. l. 7. §. 2.* Aliàs deterior fiet conditio creditoris ſine eius calpa. dd Secus item ſi naturaleм perpetua habeant *leg. 8 h. titul. vbi vid Baro & Anton. Fab. Cuiac. 22 obſ. 14* ee Nam & hodiè Emancipationem capite minuere ſenrit *Donell. vt s. libr 6. cap. 16. litt. N. vt & Vacon. & Goneau. loc. ibi not. Vueſenbec. in Par. h. nu. 6. Cuiac ad Vlpian. tit. 10. §. vltim. Niell. diſput. feud. 6. theſ. 2. lit. A.* Sed *Duar. ad h. tit fol* 123. etſi hodie non vtamur imaginariâ venditione, ius tamen idem nos retinere. Et imò hodieque capitis minutionem emancipatione & arrogatione contingere probat *Ant. Fab. 1. Iuriſprud. 16. princ. 2. illat. 9. & ad leg. 4. hoc titulo*, quia etſi ratio illa ceſſet, ſub-

eſt tamen adhuc ea quod familiam muſet. Et certè hoc conuenit ei qui morte patris ſui iuris factus eſt. Retinet enim is caput & familiam ac gentem, nec inter agnatos numerari deſinit, *P. Nann. 9. miſcell. 12.* Nec credendum ritibus antiquis ſublatis totâ iuris obſeruationem euerſam voluiſſe Imp. arg. *l. 35. princ. C. de inoffic.* Quin & quod actio contra emancipatum, non in ſolidum, ſed quatenus facere poteſt, datur *l. 3. §. 4. verſ. cum & ipſe de minor. l. 2. C. Quod cum eo*, hodieque obtinere puto.

CAPVT VI.

Reſtitutio Minorum.

ALIÆ IN MINORIBVS (connecte c. præc. *lit. B.*) quæ illis propriæ. a DE QVIBVS EDICTVM a *l. 1. h. tit.* Vbi verba eâ, quæ tempus complexa; fortè huiuſmodi: *Poſtulante eo, quamdiu minor erit perpetuò, poſtquam maior factus erit exinde intra annum, quo primùm de ea re experiundi poteſtas erit*, de induſtriâ compoſitores omiſerunt, propter *l. vlt. C. de temp. in int. reſt.* ex quâ ipſâ id tempus edicto expreſsum fuiſſe liquet. Verborum autem *vti quæque res erit animaduertam*, non hic ſenſus: cognoſcam quomodo ſe res habeat. b Quia b is edictis non conuenit, propoſitis ad monendum ciues quid iuris de quaque re Prætores dicturi eſſent *leg. 2. §. 10. de O. & I.* Ac licet Baro hac interpretatione retenta, addat hæc quæ deeſſe putat *& cauſſa cognita in integrum reſtituam*, tamen nec id conuenit. Nam ſi hæc verba in edicto fuerunt, priora illa ſunt otioſa. Sed ſenſus hic: *Vti quæque res erit*, id eſt, Prout quæque res geſta poſtulare & mereri videbitur, *animaduertam*, id eſt, emendabo, corrigam in melius, adeoque in integrum reſtituam. c Sic *Terent. in Adria* animaduertendа iniuria *Cicer. 1. Tuſcul.* opiniones animaduertam, id c eſt, perſequar ad corrigendum. Vt ita illis verbis reſtitutio ipſa pariter & eius cauſſa exprimatur. Quorum vtrumque edicto comprehenſum per *l. 1. § 1. & 2. l. 11. §. 3. l. 13. leg. 16. l. 24. §. 1. hoc titul.* CVIVS edicti DVO MEMBRA SVMMA: CAVSSA PROMITTENDI (& *vt j. cap. 14. initio*) IN QVA QVATVOR verſantur res, quæ iunctæ huic beneficio locum faciunt.

NOTATA.

a Quæritur vtra reſtitutio potentior & fauorabilior? *Salic. leg 1. Cod. de reſtit. mil. nu. 1. teſte Mud. ad rub. Cod dict.* a *tit.* voluit faciliùs ſubueniri ex cauſſa abſentiæ læſo, tum per *l. 40. in pr. D. ex quibus cauſ. mai.* tum quia iuſtius illic ſubueniri videatur quam ætati, cum lubricum conſilij ſit à natura, nec ita Lex occaſionem læſionis præbeat, & alij quos refert *Franc. de Caldas ad l 3 Coa hoc titulo v. implorare in int. reſtit. nu. 6.* quia Ius commune pinguius iure ſingulari, quod reſtringendum. Contra *Rebuff h. tr. in præfat. num 7. Muda. dict. loc. Tiraq. de retr. lig. § 35. gl 4. num. 46 ac ſeqq. per leg. vltim, de in int. reſt. leg vlt. Cod. In quibus cauſ. reſt.* Sed *Caldas dict. loco num. 7.* pro varietate cauſſæ læſionis, modo hanc, modo illam fortiori ratione nti. Vbi autem cauſſæ pares haut dubiè minori magis fauen. *add. Oddus p. 1. quæſt. 5. artic. 1.* b vbi *Ant. Fab. de leg. 1. §. 1. hoc titulo* exponens ita de facto cognoſcam. Aliis ita, id eſt, cauſſa cognita, b *Sich. ad rubr. Cod. hoc titulo, num. 3. Duar. ad h. tit. D. fol. 86.* qui in aliis libris legi ſcribit, *Vtiq; quæ ea res erit.* c Alij putant hoc verbo innui quod ipſe Prætor ſit cogniturus, nec c Iudicem daturus, vid. *not. ſupr. cap 4. lit. A* Confer *not. ſupr. libr. 17 cap. 8 litt. Q q.* Aliter *Annæ. Rober. 3. rer. iudicat. 17. pag. 752. & ſeqq.* Non hic illa verba: *ratum non habebo*; vti in *leg. 1. Quod met. ca.* quia illi contractus nulli ſunt vel annullandi. Non item omnia minorum geſta reſcindi conueniens eſt.

CAPVT VIII.

Persona qua restituitur.

1. PERSONA (de 2.vid.*c.seq.*) CVI TRIBVITVR. MINOR scilicet 25.annis. a Minor aliàs dicitur qui vltimum anni 25.diem non attigit. Qui verò eum ingressus, etsi cœptus sit tantùm, non exactus, minor non habetur, per *l.*134.*de V.S.l.* 5. *Qui test.fac.l.*1.*de manum.* Hîc verò etiam qui vltimum diem attigit, si totum non compleuit, vt insp iciatur ipsa hora, qua natus est, *leg.*3.§.3. *hoc titul.* vbi momentum vocat Vlp. quod priùs horam dixerat. [vid. *supr. lib.* 5.*c.*19.*hoc tit.* E.] Et ita in hac materiâ minor, qui non est maior seu 25.annum excessit. Idque pariter ex verbis edicti, *cum minore natu l.*1. §.1. *hoc titul.* Natus enim seu natiuitas momentum nascendi significat, & ex sententia; tum quia eadem cõsilij infirmitas extremâ parte diei quæ cœpto eo aut pridie eius diei, tum quia fauores extẽdendi *l.*19.*delib.& posth.cap.odia.d.*R.I.*in* 6. b quisquis sit, ETIAM SERVVS, si res eiusmodi sit quæ admittatur, vt in specie *l.*5.*hoc tit.* c Extra eam causſam nulla restitutio de gesto cum seruo minore. Nec ipsi seruo. Quia etsi minor æquè sit, tamen non potest quidquam amittere, qui nihil suum habet, nec iure ciuili obligatur, vt suis locis. Nec domino, de peculio obligato, ex personâ serui, quia is sibi imputet, cur peculium concesserit, aut aliquid gerendum commiserit *l.* 3.§.*vlt.leg.*4.*hoc tit.* d ETIAM FILIVSFAMILIAS. Et hic ex omnibus causſis, SI MODO IPSIVS INTERSIT, id est, si sit obligatus, *leg.*3.& 4.*& seqq.* vbi exemplis id declaratur. e Ratio dubit. in *dict.*§.4. quia huic consequens etiam obligationem patris, ceu accessionem principalis *l.*44.*de pecul.* tolli per *l.*43.*de fol.* Hoc autem Prætori non propositum. Cui ꝛ. Vlpian. *dict.*§.4. nihilominus patrem conueniri, etsi filius impetrauerit restitutionem. Regulæ autem *dict.leg.*43. locus in veris liberationibus, obligatione ipso iure peremptâ. Hîc autem persona obligationi eximitur, cum iure obligato Prætor extraordin. auxilio succurrat. E. per ea quæ supr. *lib.* 16.*cap.vlt.litt.D.* SECVS SI NIHIL AMISERIT, vel non sit obligatus. Vt tribus causſis accidit, de quibus titulo *Cod.de filiofam.min.*1. Si mutuum accepit contra SC. *l.*2. *Cod.dict.titul.*2. Si iussu patris mutuum accepit *dict.l.*2.*& l.*3.§.4. *vers.si igitur h.titul.* Nam & hîc filiusfamil. ipse tutus est per SC. Macedon. f Nam si conueniri posset, auxilium hoc impetraret, vti si aliàs iussu patris contraxit *dict.* §.4. *vers. proinde.* Qui vers. loquitur non de filiofam. qui iussu patris quid gessit, sed qui obligatus. Ex causſa autem mutui etsi patris iussu acceperit, non obligatur. Obi. Immò cessat hîc SC. *l.*7.§.11.*ad* SC. *Macedon.* ꝛ. Cessat in personâ patris, quia eius voluntate contractum *d.*§.11. non filij. Siue quia SC. vtrique scriptum est, nec quidquam vetat ex causſâ vni negari, alteri concedi. Siue quia hæc pecunia ipsi patri credita videtur *l.*1.*Quod iussu*, ipsi quæsita, vt eum solùm teneri par sit. Non obstat quod per aduersatiuam in *dict.* §.11. ea species, vbi filius à patre institor datus, opponitur præcedenti, vbi ab extraneo. Atqui in eâ datur exceptio SC. ti filio. E. &c. Nã ꝛ. non dist. in eo, quod ibi iuuetur SC. to, hic non. Sed in eo quod in priore datur actio in alium, & tamen Senatusconsulto locus est; in posteriore datur etiam actio in alium, patrem nẽpe, sed cessat SC. patri, qui alio quin eo iuuaretur. 3. Si pro alio, siue extraneo siue patre, fideiussit, eique postea successit, vt probat *leg.*1.*Cod. de filiosam. min.* quæ de patre, maioris dubij causſa loquitur, argumẽt. à contrario. Quia obligatio fideiussoria per confusionem ipso iure tollitur. Ergo nec restitui potest ex suâ personâ vt fideiusſor, nec vt heres ex defuncti, quia is maior fuit, SIVE SVVM NEGOCIVM MALE GESSERIT SIVE ALIENVM, dum in eo quid amiserit, etsi in restitutione maioris vtilitas versari videatur, quia tenetur huic negoc. gest. actione. Eam non aliter euitat quàm restitutione cessa *l.*24.*pr.h.* g ET IS SOLVS. h NON igitur SI QVID GESTVM CVM MAIORE. *leg.*3.§.4.*pr.h.* etsi is rem minoris gerens ex eâ causſâ obligationem susceperit *leg.eum* 46.*h.* Quia ratio edicti *leg.*1.*pr.hoc tit.* hîc deficit (Vnde nec restitutio, si maior factus, quod ipse minor gessit, comprobauit, vt infr. *cap.*12.*litt.Aa.*) Ac etsi maiori isti minor successerit. i Exempla *leg.*1.*Cod.de filiosam.min.* item *leg.* i *vltim.Cod.Si adu.vend.pign.* vbi contra distractionẽ pignorum à patre debitorum pupillo nulla restitutio, etsi aliqua eius vel tutorum culpa, quod rem distracti sunt. Item *leg.*38.*hoc tit.* Ibi ei qui fundum lege Commissaria emerat pupillus heres. Tutores cum legi non paruissent, venditor, iure suo vsus, alij fundum vendidit. Negat Paulus restitui posse. Nam etsi in ea specie aliud imp. iudicauit, motus tamen inde, quia crebra tutorum interpellatione videbatur venditor à lege sua recessisse, & tutores suspecti pronunciari erãt. k Fac horum, quid deesse, illæsa Pauli sententia relinquetur. Efficit hoc certa iuris ratio, per definit. heredis & regulas *l.qui in ius* 177.*de R.I.l.*2.§.2.*de V.O.* E. potestas distrahendi vt *dict.l.*2. aut recedendi à venditione *dict.leg.*38. à defuncto, cum quo contractum est, nata, auferri, ex personâ heredis minoris, non debet *d. l.*2.§.2. Ac quamuis hîc aliquid omisit ipse in rebus gerendis, & pecuniâ soluenda, iniquum tamen creditores sequi conditionẽ eius heredis, cum quo nil gesserint *l.*3.*Quib. ex caus. in poss.eat.* Facit *L.*19.*pr. de iudic.* l NISI EIVS GESTI INCOMMODVM SIT MINORIS. Hîc enim vi ipsa res cum minore gesta: Vt si in causa eius contra tutores vel curatores lata sententia *l.vlt. Cod. Si ada.rem iud.* quia inde iudicati actio in minorẽ *l.*4.*de re iud.* m NON SI CVM IPSO MINORE, SED MAIORIS CAVSA aut illi quæsitum. Vt si maior rẽ gessit per seruum, eíve peculij administrationem concessit *l.*3.§*vltim.hoc tit* Aut si res alienas ex mandato maioris minor gessit *leg.*4.*l.*23.*pr.h.* vbi ratio, nisi euentu ipse damnum passurus, *dict.l.*23. Sanè pater de eo quod filiusf. gessit si ex causa iudicati condemnato filio inciperet teneri de peculio, potest restitutione eius nomine petita consequi rebus integris, ne teneatur *l.*3.§. 11.*de pecul.l.*27.*pr.h.tit.* n NON SI QVOD MINOR GERERE COEPIT MAIOR FACTVS PERFECIT. Non enim initium spectatur, sed finis & extremum, cum negocium quoduis geri intelligatur cum perficitur. o o Quare iudicio à minore susceptо & in id tempus extracto, quo maior effectus, restitutio contra rem iudicatam negatur *leg.*3.§.1.*hoc tit.* p *l.*1.*Cod. Si aduersus rem iudic.* Nisi calliditate aduersarij id actum vt consulto extraheretur, eaque probari possit, ad quod leuior suspicio nihil facit *d.*§.1.*in fin.* p

NOTATA.

a Ætas hæc lege Lætoriâ definita *leg* 2. *Cod. Th. de donat.* idonea visa est definiendo maiori. Quæ vocatur status *leg.*13. *de prob. leg.*77. §.14. *de leg.*2. quod sit ἀκμὴ crescendi finis, qua vigor virilis completur. *leg.*1.§.2. *hoc titulo.* Vnde dicitur ætas robusta *leg.*15.§.6.*de adult.* Et Hippocrates quoque sensit hunc esse pubertatis finem *libr.*5.*aphorism.Cuiac. ad leg.*1.*hoc tit.& de diut.temp.præscr.c.*29. *Odd.p.*1.*quæst.*2.*artic.*3.*num.*33.*& seqq.* Potest tamen hæc ætas statuto iure prouinciali variari vel minui. *Odd.d.qu.*2. *art.*6.*Tiraq. de Nobil.c.*20.*n.*42. Sicuti iure Saxonico maior quis censetur & perfecti iudicij anno 21. cõpleto, *Landr.l.*1. a

*artic.*23. *& artic.*42. Atque ita petitio restitutionis durat adusque annum 25. perfectum. Et quadriennium restitutionis expirat illo tempore, quo iure communi currere incipit *diff.iur.Ctuil.& Sax.*28 *p.*1 *numer.*13.*& seq. Coler.decis.*19. *Vvesenbec.cons.*52. *numer.*83. *Sneidwin in* §.6 *Institut de act. numer.*72. *Beust.in leg.*9.§.4. *de iurei.numer.*19 In Sicilia ætas hæc consistit intra 18. annos & infrà id datur restitutio in contractibus & iudicijs, *Maranta Specul. aur.p.*6.*v.& quandoque appell. numer.* 80. Totque annis eadem definita iure Longobard. *Host.in Lex feud. Cuiac.de diu.temp.præscr. cap.*27. Ac pluribus Galliæ locis inter nobiles maior 20. aut 21. anno *Tiraquell. de Nobil.cap.*20.*numer.*41. † Licet verò fœminæ naturaliter ἀκμὴν citius recipiant, quod hoc tamen nullum sexus discrimen, *Cuiac.in leg.*1. *hoc tit. Fr de Caldas, ad leg.*3. *Cod. hoc tit. in definit. verbo minoribus numer.*1. Quia etsi citius pubescant quo ad personam, vnde & tutelâ antea liberantur, non tamen curatelâ eas citius eximi expedit, vt nec restitutionem hanc negari, quia per se fœminæ imbecillioris consilij, vid. *Odd.p.*1 *quæst.*2.*artic.*4. b *Azo. Summâ Cod.hoc titul.numer.*3. *Duar.h.titul.in verbis edicti, Quod cum minore. Anton.Fab.ad dict.leg.*3.§ 3. *Cuiac.ad leg.* 98.*de V.S. Gœd. ibid. numer.*8. Quia ætas facti est, & solius naturæ, ac *Odd.p.*1.*quæst.*2.*artic.*8. Confer s. *libr.*5.*cap.*19. *ibiq; not.* c Propter spem enim libertatis seruus aditum habet ad Prætorem *l.*22.§.1. *ad Trebell. Anton.Fab.ad dict.l.* 5. reprobans Accurs. qui ex mora in præstanda libertate seruum ipso iure liberum fieri per *l.*3. *Cod. de fid. libert.* Nam imò manumittendus *leg.*84.*de leg.*2. d *Mauric.cap.*232. *Odd.p.*1. *quæst.* 23. *articul.*1. Et sic discrimen inter filiumf. & seruum, quia huius persona etiam iure prætorio & extraordinario nulla est, *l.nullo* 7. *ad l.Cor.de falsf. Cuiac.*6.*ad Afr. in l.*4.*h. titul.* Putat tamen Cuiac. vbi dominus & seruus ambo minores, posse dominum, vel serui nomine vel suo restitutionem obtinere. e Et iussu patris contraxit (scilicet extra causſam mutui) si ipse conueniatur *d.*§.4. Si nempe se obligauit suo nomine & rem suam gessit. Secus si rem patris gessit tanquam eius mandatarius *leg.*23. *pr. hoc tit. Duar. ad tit. Cod. de filiosam. min.* diff. esse scribens inter iussum *dict.*§. 4. qui potest fieri vt consulat filio, & mandatum *dict.l.*23. quod semper est alienæ rei † *Ant.Fab.ad l.*3. §. 4. *hoc titul.* ita: Si mandat filio, vt contrahat de re peculiari restitutio est *dict.*§. 4. Sin vt de re merè paternâ non item *dict.leg.*23. quia non tanquam filius & proprio nomine, sed tanquam Procurator obligatus est. vid. *Azo in Summâ Cod. de filiosam. min.& Cuiac. ad d.*§ 4. *Mauric. capite* 243. *Scip Gentil.de bon.matern.capite* 24. f Conuenit *Odd.p.*2.*quæstione* 51 *artic.*6.*in fin.* scribens, si contra exceptum Macedon. replicetur de iussu patris, duplicari de recursu creditoris contra patrem. Sed *A.Fab.ad d.*§.4. totum versum *excepta mutui* irreptitium ex Glossa interpretis statuit, vel à Tribon. adiectum. Et idem paulò pòst totum §. 4. plurifariam corrupisse Tribon. contendit. Quæ vt probare religio est, ita conuellere nunc non vacat. † Enimuerò nec Donelli ratio hîc planè arridet. Nam præterquam quod expositio *dict.legat.*7.§.11. satis dura; etiam, in *d.l.*2. *Cod. de filiofamil. min.* clarè hæc seiunguntur iussu patris contractum, & contra SC. contractum. Taceo quod *dict. vers. excepta.* verba *non adiuuatur* conuincunt non restitutionis tantùm auxilium, sed & quoduis aliud hîc negari. Aliàs dixisset IC. *non necessaria est restitutio, superuacuum est, &c.* Quid quod ex Donell. nostri sententiâ vt infrà *cap.* 11. *littera* K. Restitutio hæc cum alia actione vel exceptione concurrere potest. Denique satis inhumanum, si bona fide iussu patris permotus filio minor credidit, aliàs non crediturus, iacturam pecuniæ quandoque faciat, quod huic Donell. opinioni consequens. Pone. Patet post creditum à filio acceptum decessit, priusquam litem contra patrem mouere creditor potuit. Filiosamil. si semel parta est Senatusconsulti Macedon. exceptio, vtique durat, etiamsi sui iuris factus, modò eo tempore non agnouerit debitum, vid. s. *libr.*12.*cap.*28. Quare illo posito, etsi creditum acceptum filius non perdiderit, creditor excluderur, quia in Senatusconsulto non quæritur, an pecunia salua sit nec ne, &c. cum odium fœneratorum præcipuè ei causſam dederit, quo & in præsenti considerari nequit. Quare fortè aptior ratio glos. in *dict.l.*4. quam & refert *Odd.d artic.*6. quia quanto maiore odio persequitur L. mutuantes sine iussu patris, tanto maiore fauore dignata est illos qui eo adhibito, vt contractus ab omni rescissionis periculo tutus præstetur. Nisi cui magis placeat ratio *Mudai ad d. l.*2 quod nec hîc credendum sit minorem filium fam. læsum esse. Non tantùm ex communi ratione, in patris propenso animo, &c. b c d e f

Pars II.

sed & quod pater ipse, se quoque obligauerit, non facturus, vt verosimile, nisi vtilitatem aliquam ex contractu præsensisset. g Vbi rationis, *ne maiori damnum accidat* hic sensus; quod tantò magis restituendus sit minor contra eum cum quo negocia aliena gerendo contraxit, quantò minùs contra dominum ipsum restitui potest. *Anton. Fab. ibid.* Planè enim iniquum fuerit si ex gestione minoris, domino ignorante, & cui nihil imputari potest, damnum accideret. Malè verò Faber ibidem ex verbis, *si recusauerit, dict. leg.*24.*pr.* Tribon. manum agnouerit, quia minoris sit postulare, Prætoris concedere vel recusare. Quasi verò non passim recusari dicantur quæ delata omittuntur vt hereditas, vid. §. *lib.*7. *capite* 8. *littera* C. h Non tamen excluduntur personæ similes quæ minorum iure vtuntur, *Franc.de Caldas ad leg* 3. *Cod.hoc titul.in definit.v. minoribus numer.*60. vt sunt Respublicæ, *leg.*4. *Cod. ex quib. caus.mai.l.penult.C.de I.Reipubl. libr.*11.*titul.*29. De cuius restitutione & an idẽ in quauis ciuitate ac municipio, item in castro & villa aliaque vniuersitate, vid. *Sichard. ad d.*3.4. *Marsil.singul.*699. *Nicol.Ant.Granat. annot.ad pract. Vestrij lib.*8.*capite* 3. qui communem esse testatur, quemuis pagum hac restitutione gaudere, *& Tuscaminus ad leg.*10. *de iure fisci p.*3.*quæst.*3. *num.*16. *Duar. ad titul. D. & C. ex quibus caus.mai. fol.*130. qui inde affirmat 1. quia si succurritur legatis municipiorum æquè vt legatis Reipubl. *leg.*20. §.*vltim. ex quibus caus.mai.* E &c. 2. *per l.penult.* quia, ait, toto eo titul. tractatur de ciuitatibus. *Donell. ad leg.*27 *de reb. cred. numer.*9. (qui negat) *Mauric.ca.*417.*& seqq. Odd p.*1.*quæstione* 3.*artic.*9. *&* 3.*seqq.* qui ferè aff. vt & *Caldas dict.loc. numer.*61. *Trentacinq.libr.*2.*pract.resol.titul. de Restitut. in int.resol.*3.*& resol.*5. *Hartman. Pistor.libr.*1.*quæst.*37.*numer.* 56.*& seqq. Nicol. Losæus tract. de iure vniuersit. p.*3. *cap.*18. Add. *Ionn.Kitzel. Exegesi de oblig.Mutui cap.*4.*numer.*18.*& sequent.* vbi *numer.*20. hanc restitutionem ad eas causſas coarctat, quibus, exemplo minorum, alieno consilio & prudentia Respubl. indiguit atque ita læsa est. † Ecclesia per *l.*23. *Cod. de SS Eccles.* Quam restitui voluntam in contractibus *cap. vbi constitutus. extr. de in int.restitut.* quàm in iudiciis *cap auditis* 3. *eod cap.*1. *eod.in* 6. Idemque in loco alio pio & pia causſa, vid. *Maranta parte* 6.*verbo & quandoque appell numer.*88. *Caldas d.loc.numer.*60 *& numer.*63. *ac sequent. Vasqu.*1. *contr.vsufrequ. Mathesilan. singul.*44. c *Odd.dict. quæstione* 3. *artic.*4. *&* 2.*sequent. Tiraqu.priuil.pia causſa* 138. *& sequent.* Sed & Principi restitutionem concedendam volunt, quando ex gestione eius læditur Respubl. vid. *Odd dict. quæstione* 3. *artic.*13. vel Iura imperij & coronæ, *Caldas d.loc. numer.*62. Et fisco, per *leg.*1. *Cod. de sent. ad fisc.lat.l.*1. *Cod. de vend. rei fisc.libr.*10. *titul.*4. *Mauric. cap.*220. Et quia pars Reipublicæ, *Duar.dict.loc.vid.& Odd. dict. quæstione* 3.*artic.*13. *Facchinæ* 9. *contr.*80. *& sequent.* Et seni decrepito, vid. *Caldas dict.loc.numer.*66. *Odd.dict.a quæstione* 3. *articul.* 5. † Prodigo quoque aduersus gesta ante interdictionem bonorum, tametsi ea iure valeant, *leg.*27. *in final.pr.hoc titulo*, ita subueniri vult *Caldas ad leg.*3. *Codic.hoc titulo, verbo cum non absimiltb. numer.*3, *& in definitione verbo, minoribus numer.* 65. & alij relati ab *Harprecht. Proceff. iudiciarij decade* 2. *concluf* 2. Sed contrarium verius ac receptius est, cùm *dict.lex.*27.*pract.* de prodigo adolescente & sic minore loquatur, sed cui nondum interdictio facta, *Petrus Barbosa ad leg.*3, *&* 4. D. *Sol.matrim. numero* 20. *& sequent.* Quid in furioso, muto, surdo, &c. vid. *Odd.dict.quæst.*3.*arcic.*1. *&* 2. † Planè mulier etsi minori in quibusdam comparetur Iure ciuili, maximè verò iure Saxonico, non tamen in hac restitutione, si cum curatore contraxerit *Vvesenbec. conf.*11. *numer.*27. (qui tamen in contrarium valdè propendet, etsi definire non audeat, *conf.*25. *numer.*18.) *Moll. in Nou.elect.Sax* 15.*p.*2.*num.*98. *Rauchbar p.* 1.*quæstione* 32.*numer.*88. *adde Cacheran.decis.*87. *Sarmient.* 2.*Select. interpret. vltim. numer.*10. Tametsi muliebrem sexum causſam restitutioni ex capite ignorantiæ sæpius præbere velit, vid. *Odd. p.*1.*quæst.*10. i vid. *Mauric. cap.*82. i *Odd.p.*1 *quæst.*86. *artic.*2. *Matthæ. de Afflict.decis.Neap.*212. *ibiq; in annot. Cas.Vrfill.* Hinc quæritur *Mauric.capite* 101. an si Procurator ad donandum à patre constitutus, donauerit mortuo patre efficaciâ sui mandati, antequam reuocatio ei intimata fuerit, restitutio cesset? Putat autem locum esse restitutioni ex clausula generali *libr.*1.*ex quibus caus. mai.* si quod à patre actum, filius minor se ignorasse proponat. Quod si mortuo patre reuocare potuit mandatum ex edicto de minoribus, tanquam læsus in eo quod non reuocauit. † Atqui certiss. est mandatum morte finiri, nec reuocatio heredum necessaria. k ita k

Duar. ad tit. C. Si adu. vend. pig. fol. 97. Sententia & Pauli & decretum Antonini non contraria. Nam ita decreuit Imp. propter varias circumstãtias causasque, nec rationem Pauli improbauit. Neque ea ratione sola motus Imp. quod dies committendi incidit in tempus pupilli & factum & negligentia sua, & tutoris, vt dies exiret quæ sola non efficax foret, sed & aliis. Nec in *vers. dicebam* Paulus reprobat sententiam Imperatoris, sed ait alia spectari posse maximè id quod petendo pretium post l. Commissam renunciasse legi videtur *l. pen. de l. Commiss.* Et ita statuit Duar. 4. rationes iunctas in *d. leg.* 38. profuisse pupillo 1. quia dies committendi incidit, &c. 2. recessum à lege videtur petitione pretij, 3. duritiei l. Commissoriæ in proposito. 4 Fratis tutorum, qui vt suspecti remoti *ad d. Cuiac. ad dict. l.* 38. *P. Gilken. de præscript. p.* 3. *c.* 1 *nu.* 37 *& seqq.* Odd. *parte* 2. *q* 86. *art.* 2. Non ignoro *Ant. Fab.* qui hac de re fuse tractat. 2. *5. err. prag.* 5. *& seqq.* putare Paulum ab Imper. planè dissentire, nec germana ratione Antoninum motum esse, quò & ante eum inclinauit Azo in Summâ *Cod. hoc tit. n* 9. sed ea hîc examinate nimis longum foret & tædiosum. Planè quod his ipsis casibus, quibus ex edicto de minoribus non restituitur ei tamen ex generali clausula *l.* 1. *Ex quib. ca mai.* succurratur, vt receptior fert opinio *Mauric c.* 101. *n.* 3. Odd. *d qu.* 86. *art.* 3. meliori Iure reprobari videtur, à *Fr. Curtio Seniore cons.* 58. *& Ant. Fabro d. err.* 5. 1 Et facit *L.* 3. *Quib. ex ca. in poss. eat.* Et fieri non potest vt lubrico ætatis lapsus sit minor si nihil ipse contraxerit, sed pater eius etsi illi heres proponatur, *Anton Fab.* 2. *err prag.* 5. Vnde *Cuiac. ad. dict. l.* 38. minorem nec ob omissam vsurpationem restitui cõtra vsucapionem cœptam aduersus defunctum, etsi compleata fuerit contra minorem heredem. Malè & contra *l.* 45. *h. t.* vbi necesse est vsucapionem defuncto currere cœpisse, cum perfecta sit ante natum posthumum. Et alia certè ratio est præscriptionis conuentionalis quam vulgò vocant, seu lapsus temporis contractus à defuncto gesti, cuius pars quædam tempus est vsucapionis quæ non à conuentione, sed à lege *A. Fab. ad d. l* 38. *&* *d. l.* 43 Et cum vsucapio contra minorem complerur, alienasse & ita cum eo gestum intelligitur *l.* 28. *de V. S. Maur c.* 102. *n.* 13. m Et gestum cum tutore iuris interpretatione habetur gestum cum pupillo *l.* 5. *§. pen. de constit. pec.* Atque hoc ita si in rem minoris lata sententia *d. l. vlt.* id est, si minoris nomine condemnatus tutor vel curator, cum de re eius ageretur *Duaren. ad t. C. Si adu. rem. iud.* n Et proprium hoc Ius est patris si ex caussâ peculiari filiusfam. conuenitur, non si ex qualiber alia, *l.* 3. *§.* 4. *hoc tit. A. Fab ad d. l.* 27. *pr. Mauric. ca.* 285. *Pet. Barbosa ad l.* 3. *&* 4. *D. Sol. matrim. n.* 15. *& seqq.* o Quia eo ipso comprobauit in minori ætate gesta. Cur enim perficeret si ratum non haberet *Anton. Fab. ad dict. l.* 3. *§.* 1. Exemplum in *l.* 7. *§.* 1. *de lib. ca.* vid *Mauric. c.* 255. p Cui tamen obstat *§. sequens 2. dict. leg.* 3. *vid. not. j. c.* 12. *lit. Bb.*

CAPVT VIII.

Aduersus quæ facta restitutio.

2. FACTVM. De quo verbis edicti. QVOD CVM MINORE GESTVM. Vbi si acceptionem verborum spectes, significatur gestum cum alio, seu inter duos, ex vi voculæ *cum*, (non dicitur à *minore*) Quia nemo secum quid gerit *l.* 13. *§. pen. ad Treb. l.* 7. *§. pen. ibi: quia venditor de don. int. vir.* Et sic non continentur repudiatio, quasi cõtractus, delicta. Sed ex certâ interpretatione *l.* 7. *pr. h. tit.* continetur. QVICQVID A MINORE FACTVM NEGLECTVMVE, [a] QVO QVID EI ADEMPTVM ad alium perueniret. FACTVM ergò huiusmodi TRIPLEX *l.* 44. *hoc tit.* AMISSIO donando, vendendo, in dotem dando, pignori obligando, diuidendo. Item actionem remittendo, iudicio agendo, transigendo, nouãdo (de quo *l.* 40. *hoc titul.*) solutum accipiendo, *de quib. titul. Cod. Si adu. rem iud. & 3. seqq. & tit. Si adu. transact. &* 2. *seq.* Res vsucapi patiendo *tit. C. Si adu. vsuca.* Vbi & posthumus restituitur, si res priusquam nasceretur vsucapta *l. ettam* 45. *hoc tit. Ratio l.* 7. *l. pen. de sta. hom.* [b] OMISSIO eorum quæ acquirere potuit, hereditatem, legatum, optionem, repudiando *tit. C. Si vt omiss. her.* c Hoc est, quod dicitur & in lucro minoribus succurri *l.* 7. *§.* 9. *h. t.* id est, si facto suo omiserit facultatem pristinam amplectendi restitui. d Hinc petenda ratio *ad l.* 35. *hoc tit.* e Item si allegationem in iudicio omiserit *l.* 36. *h. tit.* f *Et oneris susceptio*, (quia & hîc amittitur libertas recusandi quæ ante integra, & res ipsa quæ inde præstanda *supr. cap.* 5.) contrahendo, promittendo, vendendo, transigendo *titul. C. Si adu. vend. Si adu. oran. l.* 27. *§.* 1. *hoc tit.* iudicium suscipiendo, g *l.* 34. *§.* 1. *h. t. & t. C. Si adu. rem iud.* quasi contrahendo, vt adeundo hereditatem *t. C. Si vt min. ab her.* legatum damnosum agnoscendo, vt *leg.* 33. *h. t.* Delinquendo *t. C. Si adu. del.* At vnde hæc lata interpretatio cõtra verba edicti? Sumpta immò ex verbis, spectatâ eorum non tam significatione quàm vi & potestate *l.* 17. *de ll.* Seu ex sententia edicti, sed quæ ipsis verbis indicatur. Non enim facta per se merentur restitutionem, sed quia illis minori aliquid abest. Etsi autem solus quid fecerit, vt in quasi cõtractibus, delictis, repudiationibus, idem euentus factorũ, quia minor aliquid amittit: Quod in his tantò faciliùs admittendum, quantò quæ inter duos gesta difficiliùs rescinduntur *l.* 5. *Cod. de O. & A.* Planè cum minore nullo modo gestum videtur si curator minoris, eò absente, à cura perperam excusatus *l.* 11. *§.* 2. *hoc tit.*

NOTATA.

a Quod geri omissum, videtur non rectè gestum dici: Sed contra *leg pen. Cod. hoc tit. & passim.* Quia vt stipulationes faciendi continent non faciendi *§ vltim. I. de V. O.* ita & hic gestum etiam omissa: † Cœptum sanè ab acto & contractu subtiliter distinxit Labeo *leg.* 19. *de V. S.* Sed *Duar. hoc tit. ad verba, gestum esse dicetur. & Cuiac. ad dict. leg.* 7. *pr. post Iac. Labitr. in indice Pandect.* monent applicandam ei *l.* 19. esse *dict. leg.* 7. *pr.* qua ostendit Vlp. negligi hoc edicto subtilem Labeonis differentiam. Vnde generale edictum dicitur *leg. necessariis* 57. *de acq. hered.* Quin & contractum latiùs pro quouis gesto sumitur, in *leg.* 11. *§.* 2. *in fin. hoc titul. Cuiac. d. loc. & Pac. 2. quæst.* 91. b Rectè. Etsi hinc rationem dubit. desumat *A. Fab. ad dict. leg.* 45. quod ideo ipso iure currere non videatur vsucapio. Malè verò *Cuiac. vt not. cap. praced. lit. L.* c Et restituitur quoque minor ad additionem hereditatis, si conditionem implere neglexit *l.* 3. *§.* 8. *hoc tit.* vbi elegãs species, qua nihil gestum cum minore. Etsi enim Prætor heredes non facit, restituit tamen ad adeundũ. Quia restitutio reponens in pristinum statum tantùm tollit impedimentum quod additioni obstabat, *Franc. de Calàas ad leg.* 3. *Cod. h. t. in definit. v. læsis nu.* 2. Qui de restitutione contra additionem hereditatis & ad eam fusè tractat ibid, *num.* 45. *& seqq. add. Fr. Vivius lib.* 3. *decis.* 443. *nu.* 17. *& seqq.* d ita & *Cuiac. ad dict. l.* 7. *§.* 6. *& ibid. A. Fab.* in lucro, id est, tum occasione lucri faciendi non vsus, vel eam amisit, per *l.* 17. *§.* 3. *sub fin de vsur.* Et hoc fauore ætatis, cum alia restitutio detur aduersus damnum. Et re integra, maximè cum res, de cuius restitutione tractatur, alteri nondum quæsita *l.* 24. *§.* 2. *hoc t. Couar. 1. var. resol.* 5. *n.* 2. vid. *Mauric. c.* 140. *& seq. Odd. p.* 1. *q.* 4. *art.* 8. *& seq. Tiraq. de retr. lignag. §.* 35. *gl.* 2. *n.* 7. *& seq.* Sed & contra transactionẽ omissam minorẽ restitui notant ex *l.* 9. *§.* 2. *in fin. hoc tit.* Hinc cautionẽ tradunt, ne, cui lis est cum minore, aliquid ei offerat vel trãsigere instituat. Contrà minori suadẽt, vt priusquam litem exerceat, exquirat ab aduersario, quanto decisurus sit litem & ab ea discessurus. Nam si postea minor condemnatus iudicio fuerit, ad id posse restitui censent *Duar. ad tit. C. si adu. delict. f.* 104. *Fr. Cremens. singul.* 29. ita se obtinuisse testans in ardua caussa *Odd. p.* 1. *quæst. 66. artic.* 5. qui tamen iudici expendendum tradit, an minor dolo vel imperitia transactionem oblatam non acceptauerit. Et *A. Fab. ad d. §.* 2. *in fi.* etsi restitutio dari nequeat, ad id, vt possit transigere post iudicatum contra *leg.* 11. *de transact. & sim.* cum & nemo cogi possit vt transigat *leg.* 13. *Cod. de transs.* dari tamen ad hoc vt quamuis ad amplius condemnatus, non plus præstare debeat, quàm præstiturus si transigendi occasionem non neglexisset. Verùm hæc ita generaliter magno errore probantur. Nam *d. §* 2. *in fin.* loquitur de pœna dupli, quæ est extra rem, in quo non vertitur damnum aduersarij nec restitutione minoris illi fit iniuria. Satis verò iniquum si ei qui non tam caussæ suæ diffidens quàm odio & execratione litium verecunda *l.* 4. *§.* 1. *de alien. iud. mut.* cum act. ad 100. contra minorem haberet, 60. se acce-

ptorum & litem derelicturum obtulit, nec auditus est, tractatio transactionis fraudi sit. Nam eo ipso quod cõdemnatus minor, creditur verè debuisse, quia sententia pro veritate habetur. Nec contra verum debitum minori succurritur *l.* 9. *§.* 6. *de admin. tut.* nec lucrum is vllum captare debet, cum aduersatij, iniuria *l. vn. Cod. de reput. quæ fiunt &c. vid Fr. de Caldas ad l.* 3. *C. h. t. in definit. verbo suâ facilitate n.* 29. e Quam contra Cuiac. exponit *Anton Fab. ibid.* non de præferendo minore posteriori licitatori, offerendo tantundem, sed restituendo contra venditorem solum. Ne res cuius iam dominus & possessor effectus *per verba, penes se collocatum*, à venditore minore tanquam meliore conditione allata auocetur, vid. *idem* 23. *err. prag.* 3. f Allegatio pertinet ad omnem except. dilatoriam, ait *Duar. ad t. C. ad. rem iud.* item declinatoriam quando non declinasse iudicii nocet. Secus quando non interest magis in vno iudicio litigari quàm in alio, *Caldas ad l.* 3. *C. h. t. in defin. verbo vel aduersarij dolo n.* 11. Nam & aliàs cum aduersus except. omissam restitutio petitur perscrutatio necessariæ an legitimæ except. omissæ, & an probatæ minoris intentionem confirmare possint. Vt non audiatur si, vel exceptio elidi possit, vel aliunde initio eius satis fundata vid. *Mauric. cap.* 5. *num.* 10. *add. Imbert. Enchirid. Iur. Gallic lit. M. pag.* 241. *& seq.* & communem dicit, sed non seruati *Trentac. lib.* 2. *pract. resol. tit. de except. resol.* 1. *num.* 34. Sed & restitutio datur minori si iudicem recusauit nec intra tempus præscriptum terminari curauit, aut si non satis maturè suspicionis exceptionem obiecit *Caldas d. loc. num.* 16. *Mauric. cap.* 253. De restitutione contra probationes & exceptiones omissas aliáve neglecta in iudiciis pluribus *Caldas d. loc. n.* 19. *& seqq. Odd. p.* 2. *q* 64. *& seqq. Cas. Cõtard. in l. diffamari c.* 3. *nu.* 66. *& seqq.* 10. *Bapt. Asin. Praxi iudic. §.* 13 *c.* 2. *vers. septimò. Trentac. lib.* 2. *pract. resol. tit. de excep. resol.* 1. *nu.* 22. *& seqq.* g item compromittendo *l.* 34. *§.* 1. *h. t.* quia melior condictio est bonam caussam fouentis, si ordinario iudicio rem persequatur, quæ via firmior & tutior, *Mauric.* 56. *Caldas in definit. verbo suâ facilitate n.* 5. excipiens nisi vigore statuti, fortè quia lis inter coniunctos, ad hoc adstrictus minor.

CAPVT IX.

Contra quæ damna restitutio detur.

TERTIÒ (de 4. vid. c. seq. lit. O.) FACTI CIRCVMSTANTIÆ, & conditiones, quibus hoc auxilium promittitur. Quæ innuuntur verbis edicti, Vti quæque res erit DVÆ: I. SI LÆSVS *l. verùm* 11. *§.* 3. *l.* 6. *C. h. tit. de in int. rest. min. l.* 1. *C. de temp. in int. rest.* a NE in rebus gerendis LÆDATVR EFFICITVR duobus modis, quibus proinde restitutio cessat. VEL NATVRA REI GESTÆ. Si nihil minori abest, aut is tantundem vel amplius accepturus, vt si donauit, sed antidora accepit si vendit iusto pretio rem eam quâ carere potuit, si mutuum accepit, sed inde locupletior &c. *l.* 27. *§.* 1. *l.* 24. *§.* 1. *h. t.* vbi ratio duplex: tum quia non æquum est libidini minoris permitti vt gestum, nullo suo lucro, in necem alterius rescindatur. Tum quia ipsi minori, cui prætor consultum voluit, damnosum, quia nemo cum illo contrahet VEL IVRE, CVM quæ à maioribus GESTA rata essent, IN MINORVM PERSONA PRO INFECTIS *t. C. in quib. ca. rest. in int. necess. non est. vid. sup. c.* 4. *l. B.* Nam quæ faciendo maioribus nocent vt alienationes, liberationes, contractus, minoribus non vtique. Equidem si alius in rebus minorum illa tentauit, pro maiorum caussa, vt si pater rem filij donauit *l.* 2. *C. si adu. don.* Si falsus tutor egit nomine pupilli & victus *l.* 4. *C. In quib. ca. in int. rest. nec.* Si verò ea ab ipso minore gesta, interdum iure valent, ac restitutioni locus vt si curatorem non habens vendidit, quod sine decreto alienari poterat *l.* 3. *C. h. t.* plerumque verò iure consistunt. Quod euenit VEL EX PERSONA GERENTIS minoris, si pupillus sine tutoris auctoritate, aut adolescens sine curatoris quem habet *l.* 16. *de min. d. l.* 3. *C. h. t.* Si minor aliter quàm vin-

dictâ manumiserit *l.* 3. *C. si adu. lib. §. eadem l. quib. ex caman. lic.* Si sententia contra indefensos minores lata *l. pen. C. si adu. rem iud. l.* 54. *pr. D. de re iud.* VEL EX RE IN CONTRACTVM alienationémve DEDVCTA si alienari vetita, vt res quæ seruari possunt *l.* 22. *C. de admin. tut. l.* 1. *D. de reb. eor. qui sub tut.* etsi tutor curatórve auctor fuerit *l.* 2. *C. si ad. don. l.* 2. *l.* 11. *C. de præd. min.* b VEL EX CONTRAHENDI MODO si dolus caussam dedit contractui, quod & in maioribus ius est *l.* 16. *§.* 1. *h. t. vid. supr. lib.* 12. *c.* 7. *lit. D.* Si verò dolus incidẽs, ex. gr. vt pluris emeret, minoris venderet, etsi sit exceptio doli vel in factum *l.* 36. *de V. O.* item condictio, re præstitâ, tamẽ & restitutioni locus *d. l.* 16. *§.* 2. Quia illis remediis non ipso iure munitus est minor. vid. *ff. cap.* 11. *lit. K.* & hoc plenius est, quo etiam contra alium vti licet, *vt infr. c. vlt. lit. O.* QVÆ NON FACIENDO vel omittendo MAIORIBVS NOCENT, MINORIBVS NON, nisi paucis caussis. FACTORVM quæ ad habendum aliquid exiguntur DVO GENERA: ALIA PERTINENT AD RES DEBITAS ACQVIRENDAS, vbi tres caussæ factum aliquod huiusmodi requirunt. 1. Si de hereditate occisi agatur, non obest minori vltionis omissio, vt ceu indigno auferatur *l.* 1. *C. In quib. ca. in int. rest.* c 2. Si mater minor tutorem filio non petierit, non amittit ius succedendi *l. vlt. C. si adu. del.* vid. *supr. lib.* 3. *c.* 8. *lit. F.* d 3. Si minor interpellationem o- d miserit, in bonæ fidei contractibus quo minus mora fiat, exindeq; vsuræ debeantur, Hîc enim reipsâ mora fit *l.* 3. *C. In quib. ca. in int.* ALIA AD QVÆSITAS RETINENDAS. Vbi maioribus facto opus est ne amittatur actio, vt præscriptione temporis submoueatur, minoribus non. Hinc dicitur: Tempus præstitutum ad agendum minori cedere; præscriptiones minoribus non currere *l.* 3. *C. quib. non ob. lon. temp. præsc. l. vltim. C. In quibus ca. in int.* e Ex. gr. In querelâ inofficiosi tempus adolescentiæ in quinquennium *id de quo supr. lib.* 19. *cap.* 6. *lit. E.* non imputatur *l.* 2. *C. In quib. cap. in int.* Obst. LI. *C. de in inst. rest. min.* B. Ibi *tacita dissimulatio* nõ est lapsus quinquennij, sed agnitio iudicij defuncti facto declarata, *cuius exempla vid. d. c.* 6. *lit. B. C. D.* f J- f dem est longi temporis præscriptione *d. l.* 3. quæ scilicet ex omissione & negligentia minoris. Alia causa vsucapionis *l.* 1. *C. si adu. vsuc.* g quia ea non ex cessatione, sed acquirentis possessione nascitur, quæ non est in facto minoris. Cùm autẽ olim de hoc quædam dubietates essent, sanxit Iustin. generaliter *d. l. vl. Cod. In quib. ca.* præscriptiones temporales contra minores ipso iure non currere. h Et facit ratio iuris, quâ gestum à minore sine tutoris curatorisve auctoritate irritum est. Atqui hæc omittit minor sine auctoritate suâ incuriâ & imperitiâ iuris, quæ minori permissa. Excepta *d. l. vlt.* 1. Præscriptiones 30. vel 40. annorum, quæ in statu veteri relictæ sunt, vt scilicet contra adolescentes iure currant, contra pupillos non, *l.* 3. *cir. med. C. de præsc.* 30. *ann.* i 2. Præscriptiones illæ contra quas i olim restitutio non dabatur, *de quib. vid. infr. cap.* 12. *lit.* I. Quod temperamentum ex verbis *d. l. vlt. ibi: per in integrum autem &c.* colligitur. 3. Quæ ab ipso Iustin. ita inductæ vt currerent cõtra minores sed aduersus illas restituerentur. Vt quæ obiicitur agenti de dote cautâ non numeratâ. Eam enim querelam statuto tempore minor quoque amittit. Sed restituitur, modo restitutionis postulatio non excedat 12. annum à die nuptiarum, in ipso minore; in defuncti verò herede minore quinquennium, *Auth. si minor. C. de temp. in inc. rest.* & præscriptio triennij finiendis litibus præstituit, quo vid. *c.* 12. *lit. H.* k Ex his constat à contrario quibus in k caussis lædatur minor vt restitutioni locus sit. LÆSVS

AVTEM RESTITVITVR, ETSI DAMNVM MINIMVM SIT *l.4.de in int.rest. & arg.l.22.in fin.de dam.infecto.* l dummodo maiori rei non præiudicetur *d.l.4.vt J.c.*12.*lit.*P. Duæ ſpecies exceptæ quæ damnum grande & enorme, quod æſtimãdum fortè ex *l.2.C.de reſc. vend.* m requirunt: 1. Cùm ex cauſsâ iudicati pignori diſtracta *l.9.pr.h.t.l.*1.C. *ſi id.vend.pig.* n In vniuerſum autem in reſtitutione contra diſtractionẽ pignorum, hæc diſtinctio eſt. Si pignus natum à defuncto qui maior fuit, nulla reſtitutio *l.vlt.C.d.t.vid.ſupr.c.7.lit.*I. Si à minore contractum, reſtitutio datur, quantulumcumque damnum ſit, per *l.*13.§.*vlt.h.t.arg.à maiori*, quia plus iuris habet emptor in re emptâ, quàm creditor in pignore o Quod ſi à magiſtratu captum ac publicè diſtractum, hic diſtinct. eſt, an modicũ damnum *d.l.9.d.l.*1. Ratio in fide publicæ auctionis & haſtæ fiſcalis *l.*8.C. *de remiſſ.pig.* p Obi. Imò *d.l.*1. generaliter *loquitur.* 2. Ibi cõditio *ſi magno detrimento* non ſignificat, quod in modico damno nunquã, ſed quod non ſemper, ſiue interdum non reſtituatur. 2. Si res minoris, ea quæ vendi poteſt, rectè vendita *l.pen. h.t.* q Ratio in neceſſitate diſtrahendæ rei, quæ ſeruata corrumperetur. Nihil ergò culpâ factum videtur ſi tanti vendit, quanti qui emerent inuenti ſunt, arg. *l.* 11.*§.4.h.tit.*

NOTATA.

a Etſi damnum, non pecuniarium, ſed vel affectionis ſaltem ratione interſit, vt ſi res vendita maiorum eius fuit *l.* 35.*h.t.* (etſi caſum ibi ſpecialem eſſe velit *Rauden ſ. deciſ. Piſanâ* 12.*n.*58. *add. A.Fab.*23.*err.prag.*3.) Facit *L.*22.*verſ.verũ. domum.*C *de admin.tut.* Confer. de affectione in auitas poſſeſſiones *Tiraq.de retr.lignag.in præfat.num.*64. *& ſeq. Goth. in not.d.l.*22. *Rad. Forner.*5. *rer. quotid.*23. Item ſi emendo incidit in vicinum malum, malámve loci, aut aëris temperiẽ, *Odd.p.*1.*q.*4.*art.*10.*n.*68. & ſeq. *Ménoch.*3.*præſumpt.*83. Confer. *Tiraq.de pœn temper. cauſsâ* 23. *Coraſ.*1 *miſc* 20.*n.*5. *&* 6. Vel ſi interſit eius litibus non vexari, *l.*6 *h.tit. vid. Mauric. cap* 233. † Læſio autem æſtimanda tempore contractus, non petitæ reſtitutionis, vt ſi rem iuſto pretio ex neceſſitate minor vendidit, cuius poſtea valor creuit, quia pretia rerum ſubinde mutantur, *Sich.ad l.*5.C. *de in int.reſt.n* 2. *Odd p.*1.*q.* 4.*art.*11.*n.*95. Vnde *Vaſq.*3.*vſufr eq.*67.*n.*8. & ſeq. reſtitutionem non dari, ſi læſio poſtea emerſerit. Enimuerò læſio tamen ab initio intelligitur quoties id fecit minor ex quo poteſt lædi, licet nondum lædatur, quia debuit proſpicere quod potuit euenire *l.* 11 *§.*5. *in fin. l.*34.*§.*1. *h.t. arg.l.*9.*§.*1. *verſ. idem quærit Locati. Anton. Fab. add. l.*34.*§.*1. Et ſic læſio præſæns, etſi damnum futurum quãtumuis incertum metuatur, vt ſi obligationem conditionalem ſuſcepit ante conditionis euentum, vid. *Odd.d.art.*11. Ipſe enim metus, per ſe læſio ſatis eſt. Sicuti & metus præſens dicitur futuri periculi *l.*11. *pr. Quod met. ca. iunct. l.*1 *eod* b vid. *s. lib.*9.*cap.*10. *lit* P. *add. Elb. Leonin.*3. *Emend.*3. *Oct. an. Simoncell. tr. de decret. & ſollen. in cõtract. minor. Pinel in l.*1.*C. de bo mat p.*3.*n.*31. *&* 2. *ſeqq. Gomez.*2. *var. reſol.*14.*n.*13. & ſeqq. *Ant. Fab, i. Iuriſpr.* 12. *princ.*8. *ill.*54. & ſeqq. *Trentacinq. lib.*2. *pract. reſol. tit. de Minorib. reſol.*9. Poſſe tamen diſiũctim renocationi rerum alienatarum reſtit. in integr. coniungi ac vt vocant cumulari volunt *Fr. Sarmient. de redit. ib. eccleſiaſt. p.*1.*c.*4 *n.*13. c *l. minorib.*6.*C. de his quib. vt indig. Duar. add. d.l.*1. d vid. *Franciſc. de Caldas ad l.*3 *C. h.tit. in definit. v. vel aduerſarij dolo n.* 64. *&* n.67 e At cur hìc illæſi ſeruantur minores ipſo iure potiùs quàm in contractibus? *Duar. ad d.l. vlt. C. d.t.* reſpondet: Quia hæ præſcriptiones ex quodam iuris rigore profectæ quodammodo odioſæ. Durum namque eſt ſolo temporis lapſu iure ſuo priuari. Ideóq; aliud in præſcriptionibus, quæ ex conuentionibus contrahentium naſcuntur *l.* 38.*h.tit. vid.s.c.*7. *lit K. & j.h.c. lit.K.* De præſcriptionibus contra minores fuſè *Vaſq. lib.*1. *de ſucceſſ. creat.*§.10 *n.*39. *& ſeqq. Mauric. h.tr.c.*94. *& ſeqq. Odd.p.*2 *q.*88. *& ſeqq. Gilken. de Præſcr p.*3.*c.*1.*num.*63. *ac ſeqq.* f ita & Duar. *ad l.*2. C. *In quib.ca in int.* Renunciatio tacita quæ in re ipſa ſine verbis fit, veluti acceptatione legati &c. & relati ab *Odd o p.*2.*q.*85. *art.*5. *Muda ad d.l.*1. Sed *Sich. ibid. nu.*3. hoc non conuenire voculæ *diſſimulatione.* Quare *d l.*1. correctam eſſe per *d.l.*2. Quod minimè dicendum. Sed *Mauric.c.*149.*n.*8.9. diſſimulationem quidem exponit lapſum temporis. Aſt non ideò ad ueſari putat *d.l.*2. quin idem Vtrobique diſponi. Nam, verba *nec hoc autem d.l.*1. conuincere quod ipſo iure ſit tutus. Nec verba *auxilium quod ætati* ſignificare reſtitutionem in integrum, ſed quod Lex nolit præſcript. currere, aliàs *d.l.*1. ipſa ſecum pugnaret. Nam caderet hoc in perſonam minoris, quod deinde ſubduceretur per in integrum reſtitutionẽ. Conuenit *Fr. de Caldas ad l.*3. *C. de in int. reſtit. in definit. v. læſis n.*29. Auxilium, inquit, ætatis *d.l.*1. non ſignificat reſtitutionem, ſed priuilegium ætatis, quo in fauorem minoris ſtatutum eſt tempus ei non currere. Quod licet Bart. diſplicèat, quia aduerſetur proprietati verbi, nec congruat titulo ſub quo lex poſita, tamen, vt ſopiatur ll. contrarietas, improprietas ferenda. Expreſſa autem renunciatio cum in minoris perſonam cadat, in ea neceſſariam reſtitutionem eſſe Imp. reſpondit. † Nec alienus eſt *Ant. Fab. ad l.*37.*§.*1. *D. h.t.* niſi quod hic priorem verſ. ita accipere videtur, quod ſiue hoc, ſiue illo modo renunciatum ſit, reſtitutio ceſſet. Subiungit *in verſ. nec hoc autem,* quod lapſu temporis quæ ſit renunciatio non obtineat in minore, propter auxilium ætatis quo ipſo iure tutus eſt. Sed hac ratione L. planè fugitiua erit. † Quare hic aptior ſenſus: Cum quæritur an reſtitutioni locus contra renunciationem querelæ, *inſpiciendum an palàm*, id eſt, diſtinguendum inter apertam renunciationem verbis vel factis claris oſtenſam. (Nec enim minus apertum dicitur quod facto declaratur) & tacitam diſſimulationem, id eſt, quæ ſine verbis & vllo facto ex ſola negligentia & omiſſione inducitur. Ita enim diſſimulatione dicitur tolli injuria §. *vlt. I. de iniur.* ſi non ad animum renocet vel annum labi patiatur *Nec hoc autem,* id eſt, in priori parte diſtinct. neceſſaria reſtitutio, in poſteriore non item, ſed nec id cadit in perſonam minoris &c. Vtut ſit, illud conſtat contra renunciationem querelæ expreſſam minorẽ reſtitui *d.l.*1. vt & contra facta illa quibus voluntas defuncti agnoſcitur, *Mauric.d.c.* 149.*n.*11. quæ facta s. *lib.*19.*c.*6. In quo euidens inter querelam & act. iniuriarũ diſcrimen apparet, iunctis iis quæ *i.c.*12. *lit.L.* Et inconcinnè *Cuiac.*17. *obſer.*17. ſimilitudinem vtriuſque ex *d.l* 1. comprobat. Et malè idem querelam vindictam perſequi, vid. *not.s. lib.*19. *cap.*3. *lit.E.* Nam ſi ita eſſet, contra omiſſam eius perſecutionem nec reſtituto daretur *l.* 37, *pe. h.t.* nedum ipſo iure ſeruaretur minor. Et rectè *Caldas d.loc. n.*28 initiuiam *in l.*4. *de inof.* latius ſumi, pro eo quod non iure fit. Quo reſpectu querelam intentans non dicitur vindictam perſequi, ſed magis ciuilem hereditatem iure naturæ ſibi debitam petere. add. *Odd.d.q* 85. *art.*5. *Mauric. d. c.* 149. *n.*12. Confer. *P. Barboſa ad l. Lucius* 38. D *Sol. matr.n.*7. *&* 2. *ſeqq.* Malè verò *Ant. Fab, ad l.*37. *§.*1. *h.t.* contra apertã approbationẽ teſtamenti non reſtitui minorem, & hãc cauſſam fuiſſe cur olim viſum fuerit tempora querelæ minori currere non debere, ne aliàs ſi currerent contra ea non poſſet reſtitui g *l.*45. *h.tit. l.*35. *de ſerv. ruſt.* & conſentit *Duar. ad d. l.* g *vlt.* quia fauorabilior vſucapio propter bonã fidem, *& Parlador.*1. *rer. quotid.*1.*§.*4. Quia temporalis præſcriptio negligentiam punit quæ in minore notari nequit, add. *A. Fab. ad l.*45. *h.t.* quia vſucapio longè potentior, cum effectum ſuum operetur ſola iuris ciuilis poteſtate, nec indiget tuitione Prætoris, qua præſcriptiones indigent. Quod non expendo. Vulgò diſt. inter vſucap. quæ contra maiorem cœpta, quam cõtra minorem compleri ſentiunt *l.*45. *h.t.* non autem contra minorem incipere *d.l.vl. Mauric.c.*102. *ns.*11. *Odd.p.*2.*q.* 88. *art.*4. Error inde quod præſcriptiones cum vſucapionibus confundunt. *Duar. d.l.* h *Ant. Fab. ad l.*37 *§.*1. *v. ceſſabit h.tit.* ita: Aut exceptio inducta ex iuriſd. Prætoris & iam olim, ea tẽpora nec minoribus, nec aliis qui reſtitui poſſunt, currebant *l.*2.3. *&* 6. *C. quib. non obi. lon. tem. præſc.* Aliàs ſecum pugnaret Prætor, ſi illis currere pateretur, qui reſtitutionem pollicetur. Aut ex iure ciuili, & harum aliæ quarum tempora ipſo iure currebant, ſed contra id reſtitutio, vt exc. non num. pecuniæ. Neque enim Prætor potuit efficere, vt non curreret tempus non ab ipſo, ſed à ll. præſtitutum. Et de his *d.l.vlt.* vt hodie iure non currant. Aliæ quorum currebãt, nec contra id reſtitutio, vt de adulterio, item ſtatus defuncti &c. Aliæ quarum tempora non currebant, non quia odioſiores, ſed quia ſi currerẽt nõ dari poſſet reſtitutio, vt de inofficioſo &c. i Et aduerſus has præſcriptiones nulla nec ex cauſſa abſentiæ vel militiæ in edicto, Quib. ex ca. mai. reſtitutio, neque ex priori, neque ex poſteriori clauſula. *Ant. Fab. ad l.*15. *§. vltim. in fin. Ex quib. ca. mai. per l.*13. *cir med. C. de præſcr.*30. *ann.* Sed nec minorem contra eas reſtitui vult. idem ad *l.*26. *§. vlt. d. tit. (diſſ. Azo in Summâ. C. ſi aduerſ. Vſucap. n.*2.) Et faciunt verba *d.l.* 3. pupillari ætate duntaxat; exemptâ

exemptâ add. *Mauric.c.*109. *& ſeq.* qui teſtatur paſſim à Senatu Dolano reiectos, qui ſe aduerſus tricennariam præſcriptionem petierunt reſtitui etiam minores. Quæ tamen, ex illius mente ita accipienda ſit minori eiuſque anteceſſoribus ſcientibus tempora lapſa. Quia, air, aduerſus tam longam, meram & ſupinam negligentiam iniquiſſ. reſtitui etiam minorem. Ex cauſſa verò ignorantiæ etiam maiori reſtitutionem ille cum pleriſq; (etſi minus rectè) indulget, vt not. *s.c.*5. *lit.D.* Quantò magis minori. k Sed an *d.l vlt* pertinet ad præſcriptiones nouis ll. vel ſtatutis inductas, veluti anni & diei in retractu gentilitio, item ad feudi inueſtituram petendam; variant Dd. Plerique negant teſte *Oddop.*2 *q.*88. *art.*5. *& Mada. ad d.l. vlt.* ac probat *Duar. ibid.* cum per verba *d l. vltim. in quib. veteratura,* tum quod hic reſtitutionem non neceſſariam arguat *c. conſtitutus extr. de in int. reſt.* Contrariã opinionem poſt alios veriorem ſtatuit *Odd. d. lo.* adde *Tiraq. de præſcript. §.*1. *gl.*9 (qui diuerſas *Bart. & Bald* diſtinct. hac de re refert) *Afflict. deciſ Neap.*370. & cõfer *Io Bapt. Aſin de Exſecut. §.*4. *c.*125. *& ſeqq.* Planè ad præſcriptiones cõuentionales *d.l.vl.* non pertinet, vbi nihil cum minore geritur, ſed actus procedit ex poteſtate per defunctum conceſſa *l.* 38. *h. t. vid. j. c.*7. *lit. K. Duar. d. lo. Mauric.c.*102. *num.*14. *Odd.q.*86. *art.*1. *Tiraq. de retr. lign. §.*35. *gl.*2. *Ant. Fab.*25. *err. prag.*5. *& ſeqq.* Nec ad eas quæ ex teſtatoris diſpoſitione, etſi in his quandoque reſtituto *l.*3 *§* 8. *h.t.* Lex enim faciliùs moderatur ſuum inuentum, quam contrahentium teſtantiúmve apertas voluntates, *Muda. ad d.l vlt.* l Quæ lex probat etiam in iis quæ iuris prætorij modica damna conſiderari. Quidnit? Cum ipſe Princeps minima quæque ſuâ curâ dignetur *Edict. Iuſt.* 13. *præf.* Et facit *l.*6. *h.t. v. aliquid* quod verbo etiam in minimo, vt loquuntur, verificatur *l.*71. *§.*7. *de acquir. her.* item *l.* 27. *§.*2 *ver. vlt. ibi:* ſi minori pretio quàm oportet vendiderit. Et quia minor ad lucrum reſtituitur *s.c.*8. *lit. D.* magis pro quolibet damno eſt leui. Nec *d.l* 4. verba, *ſi maiori,* otioſa, ſed reſtrictionis cauſſa appoſita. Et malè qui ex *l. pen. h.t.* inferunt, aut grande damnum aut colluſionem tutoris requiri, vt detur reſtitutio, vt oſtendit *Ant. Fab. in d.l. pen.* Atque ita ferè conſentiunt *Azo in Summâ C. h t.n.*12. *Cuiac. ad d.l.*4. [qui tamen, neſcio quo errore *lib.*4 *de feud. tit.* 13. vix dari hanc pro re mobili ſcribit] *Rau. de præiudic* 8. *in fin. Pinel. in l.*2. *C. de reſc. vend p.*1. *c.*1. *n.*25. *& ſeqq Couar.*1. *var. reſol.*34 *n.*11. *Rebuff de Reſtit gl.*2. *art.*11. *Franc. de Caldas ad l.*3. *C. h.t. in definit. v vel aduerſarij dolo n.*7. *Padilla in l. quamuis. C. de iur. & fact ig. n.*5. *Coraſ in l. qui liberos* 19. *de rit. nupt. n.*3 *Fach.*3 *contr.*4. *lo. Gerſia Gallecus de expenſis c.*18. *n.* 21. Contra hos tamen communis eſt Dd. opinio pro re minima, vel etiam modicâ læſionem non dari, *vid. Odd.p.*1.*q.*4 *art.*12. *Ant. Gabr. lib.*2 *Com. concluſ. h.t. concl.*1. *Mauric.c* 328.*n.*6. *& ſeq Muda. ad l.*5. *h.t.* Sed & vulgaris diſtinctio eſt in ordinariis remediis & quæ iure cõmuni conceduntur minimâ quoque curari. In extraordinariis v. & quæ iure ſpeciali contra ius commune non item, vid. *Tiraq. in l.* 8. *C. de reuoc. don. v. omnia vel partem.n.*15. & probant *Gail.* 2. *obſerv.*102. *n.*4. *Meichſner. tomo* 3, *deciſ. Cam.*14. *n.*113. *Rad. Forner.*2 *rer. quotit.*5. Sed hanc diſtinctionem in vtroque membro reprobat & cõuellit *Hippol. Riminald. ad l.*1. *Quod quis iur. p.*2.*n* 37 *& ſeqq.* Sicuti nec admittenda illa *Gœddei ad d.l.*99. *§.*1. *de V.S.n.*4. eòdem tendens modica non conſiderari de æquitate & diſpenſatione prætoriâ, ſecus rigore iuris. Nam immò ſemper æquius eſt fauere læſo ac decepto *l.* 41. *§.*1. *de R.I.* Add. *Menoch de arb. iudic. queſt. caſu* 75. qui Dd. eos qui affirmant ex læſione modicâ reſtitui minorem ſic intelligit ſi comparatè dici poſſit læſio exigua, quæ abſolutè tamen non ita leuis eſt: Veluti ſi res digna 1000. vẽdita 950. Læſio hìc in 50. comparata læſioni ei quæ in 500. leuis, per ſe tamen ſatis grauis minori. m Conſentit *Sich. in auth. Saeram. puberum. C. ſi ad vend. n.*41. Sed alij hìc arbitrio iudicis plurimum tribuunt, *Azo in Summâ. C. h.t.n.*12. *arg. l.*1. *§. vl. de iur. delib.* cui probè negocij geſti circumſtãtiæ, rei de qua lis eſt, qualitas item perſonæ, dies, an pauper ſit, qui reſtitui petit, expendendæ: cùm leue ſit locupleti & aſſiduo quod pauperi magnum, *leg.*52. *§.*2. *de iudic. Langl. 6. Semeſtr.* 2. *pag.*280. *vid. Menoch. arb. cap.*75. *Mauric.c.*124. *Fr. de Caldas in definit. v. Læſis n.*1. *Muda. ad l.*5. *C. h.tit. Odd.p.*1.*q.*4. *art.*12. *n.*106. *& art.*13 *Seraphin. de Seraphin. priu. iuram.*83. *n.*88 *&* 2. *ſeqq. Vveſenbec. conſ.*3. *n.*76. *Fr. Munnoz de Eſcobar. variar. computat c.*6. *n.*10. *& ſeq.* Planè *in dict. l.*9. *pr.* magnum damnum non dici monet *Ant. Fab. ibid.* ſi res minoris vendita ſit. Nam, ait, ibi reſtitutione contra ſententiam obtentâ creditor, qui vrſit diſtractionem pignorum, tenetur minori reddere id quod intereſt, in quo ſaltem iuſtum pretium, nec conuentum tantùm aut à minore ſolutum, continetur. Sed ita reſtitutio contra emptorem, ſi aduerſarius non ſoluendo & inde grande damnum. Quæ non probo. Quid enim eſt quod imputari poſſit ei qui iudicio contra minorem obtinuit, ſi exſecutionem petiit & impetrauit. n Videri poſſet hìc n reſtitutionem planè ceſſare. Nam qui emit pignora, nihil cum minore geſſit. Et nec ipſe minor per ſe aliquid geſſit. Nec poteſt quid ei imputari cui auctoritate Prætoris vel iudicis res vendita eſt. Sed contra viſum eſt vbi aliàs grande damnum *d.l.*9. *pr.* Quia pignus iudiciale etſi fiat ex auctoritate iudicis, eademq; diſtrahatur, perinde tamen habendum ac ſi à minore factum eſſet. Nam in vicem iuſtæ obligationis ſuccedit auctoritas iubentis *l.* 1. *Cod. ſi in cauſſ. iud.* &, vt vulgò factum iudicis factum partis habetur *leg.*13. *C. de euict.* Vt ita pignus conſtituta ab ipſo minore intelligatur *Ant. Fab. ad dict. leg* 9. *pr. Parlador. lib.*2. *rer. quotid. c. fin. p.*5. *§.*13. *n.*18. Parcius conceditur reſtitutio ob id ipſum quia emptori minus hic imputari poteſt. Nam & aliàs minor qui indiſtinctè reſtitueretur contra eum, cum quo ipſe contraxit non æquè contra tertium poſſeſſorem *l. in cauſſa* 13. *§.*1. o *h.t. ita Odd p.*1.*q.*53. *art.*4. *add. Mauric.c.*205. o Conſentiunt Dd. vulgò teſte *Oddop.*2.*q.*53. *art.*5. *per l.*7. *§.*1. *de diſtr. pignor.* Sed quia dura eſt expoſitio *dict. l.*1. *Cod. ſi adu. vend. pign.* quæ nimis clarè de pignorum venditione à creditoribus facta loquitur, aſſentior aliis qui pignore ab ipſo minore contracto vendito minorem non reſtitui contra emptorem, niſi ob magnum detrimentum volunt *d.l.*1. *Cuiac. & Ant. Fab. ad dict l.*9. *pr. idem Cuiac.*1. *ſent. Pauli* 9. *§. vlt. Mauric.c.* 204 *& ſeqq. Muda. ad dict l.*1. *C. ſi ad. vend. pignor.* Tum quia emptor cauſſam habet non à minore, ſed creditore, qui eòdem nihil cum minore geſſit. Tum ob ſollẽnitares plures, quæ in hac venditione interueniant oportet, *Mauric. dict. c.*305. *n.*2. Tum quia vt *Muda. dict. lo.* ratio hæc communis: Vt faciliùs inueniant minores qui ſub pignore eis credant, & vt ad vẽditionem peruenirì poſſit Inuidioſum enim eſt, emere quæ auctione publica à creditoribus venduntur, commiſeratione debitorum. Accedit quod ita natura comparatum, vt creditores pignora nunquam vendant iuſto omnino pretio, propterea quod de euictione creditores non tenentur, *tit. C. ſi cred. pign. euict.* ſed debitores *l* 13. C. *de euict.* Quorum cum tam anguſta res ſit vt pignora luere nequeant parum eo ſolo proſpectum erit emptoribus *Muda. d.lo.* Ex quibus argu- p mentatio noſtra ex dict. *leg.*13. *§. vlt* facilè concidit p Sed *Ant Fab. vt lit ſeq.* hoc omne de venditione priuata intelligit, vt publica autem ſub haſtationem reſtitutionem omni- q nò negat q Quam *Ant. Fab. ibidem* ad priuatas venditiones pertinere contendit, *vt & dict. l.*9. *princ.* non ad publicas auctiones quarum maiorem vim eſſe decet. Et ibi non reſtitui minorem ſentit, nec ob grane damnum, niſi colluſio tutorum acceſſerit per *leg.*7. *§.*8. *in fin. h. tit.* Quoties enim, ait, priuatim facta venditio, cauſſari poteſt minor rem amplioris pretij minoris veniſſe, quam vendi potuerit, publicè expoſita. Non poteſt hoc item ſi ſub haſta venditio facta. Qua enim ratione meliùs ſciri poteſt verum pretium quàm hoc modo. Aut quando aliàs verum erit tanti rem eſſe quanti vendi poteſt. † Sed his non moueor. Nam in re manifeſta, vbi euidens læſio eáque immodica, coniecturæ non eſt locus. Et *d.l.*7. *§.*8. *& d.l.pen.* vna ad aliam trahenda. Firmitas haſtæ fiſcalis in eo, vt captio vel læſio. non facilè præſumatur. Quin & in vinditione quauis pignoris aliæ ſolenuitates, quas præcedere neceſſe eſt eandem præſumptionem excludunt. † Accenſeti his ſolet reſtitutio contra tranſactionem, quam ipſam non niſi ex cauſſa grauioris læſionis concedi volunt, per *l.* 11. C. *de tranſact.* & quia ſui natura veliis eſt tranſactio eo ipſo quod litem exſtinguit. per *l* 6 *h.t. Mauric. c* 210. *& ſeq. Franc. de Caldas ad l.*3. *C. h tit. in definit. vt læſis num.*163. *& ſeqq.* Sed vid. *Odd.p.*2 *q.*66. *art.*4. Eſt & caſus in *c. ad noſtram* 11 *de reb. eccleſ. non al* quando eccleſia poſt quadriennium elapſum (vt probant verba, *per multos annos*) contra iuris reſtitutionem petit *Fr. de Caldas d. defin. v. vel aduerſarij dolo n.*9 *vid. de materiâ d.c. Pinel. ad l.*2. C. *de reſc. vend. p.*2.*c.*4.*n.*14. *& ſeq. add. not. c. ſeq. lit. S.*

CAPVT X.

Quæ læſio requiratur, item Tempus reſtitutionis ac Probatio.

2. CIrcumſtantia SI LVBRICO ÆTATIS *l.* 11. *§.*5. *h.l.*2. C. *ſi ad del. l.*1. C. *de filiof. min.* Sic per metaph. imbellicitas conſilij, quâ tanquam in loco lubrico

lubrico versans facilè labatur. Seu si vel dolo circumuentus, vel sua facilitate deceptus *l.44.h.t.* a NE ITA LÆDATVR FIT AVT CASV, b cum re consultè gestâ euentus improuisus fructũ abstulit. Si aut necessariò gessit; Siue necessitate iuris, vt si diuisit actiones contra fideiussores pro virili, & deinde vnus soluendo esse desiit. *l.51.§.pen.de fidei.* Non enim deceptus videtur qui iure communi vsus *d.§.pen.& pen.l.vlt.* C. *h.t.* id est, qui id fecit quod ius commune facere cogebat. c Siue necessitate rei familiaris, si res ita empta c
fato perierit, etsi magnum dammum *l. 11.§.4.h.t.* d d
Aut vtiliter, si locuples hereditas adita; prædiis à mari occupatis, ædibus incendio absumptis, repentino hostium incursu rebus ablatis ea non soluendo reddita, *l.11.§.h.* Aut honestè. Si quid ex communi more honestè impendit, quisquis euentus sit. Exemplo sunt donatio propter nuptias *l.1.C.si adu.don.* item dos *l.9.§.1.h.t.arg.à contrario.* Sed hæc ita si iustum modum non excesserint *d.l.1.d.§.1.* Exceditur is, *vt d.§.1.* si aut vltra vires patrimonij, id est, vltra quàm in bonis habet deducto ære alieno. Vbi damnum euidens, e aut e
patrimonium in dotem dedit *d.§.1. & l.vn. C.si adu. dot.* Etsi enim hic superstit quod creditoribus soluatur, non tamen vnde viuat. Quia licet maritus vxorem alere debeat, fieri tamen potest, vt profusus & egens non possit aut nolit. Non obst. quod nulla lege prohibitum vniuersa bona in dotem dare *l.4. C. de I. dot.* Nam inde tantùm sequitur ipso iure dationem valere. Sicuti & valere necesse est si restitutioni locus f
per ea quæ supr. cap.4. lit. B. f AVT IPSIVS MINORIS DOLO si inde damnum incurrit. Nihil enim magis contrarium infirmitati, quàm malitia, simplicitati quàm dolus *l.C.si adu.del.* Nec calliditas auxilium meretur *l.2.§.3.ad SC. Vell.1.2.C.si mi.se ma.* Admisso VEL IN CONTRACTIBVS. ET AVT AB INITIO IVRE g
CONTRAHENDA; Si se maiorem dixit, g non falsâ opinione ductus *l.1.l.pen.& vl.C. si mi.se mai.* Vbi tamen sacramento interpositio, si id corporaliter præstitum nulla restitutio, sin instrumento comprehensum ita demum si euidentibus instrumentis, non pe- h
testes, probet ætatem *d.l.pen.* h sed circumueniendi caussâ *l.2.l.pen.per C.d.t.l.32.D.h.t.* Quod præsumitur, i
nisi ipse minor contrà se falsâ caussâ deceptum probet *l.vlt.in fin. Cod.d.t.* Siue enim sciuit se minorem apertè dolus est, siue ignorauit non debuit facilè quæ k
ignorabat asseuerare *l.13.§.3. de act.emt.* k Fac. *L.2. l.19. de probat.* Hæc ita si & aduersarius ignorauit. Nam sciens non fraudatur, & ipse se decipit *l.26. de R. V.* l
De quo si controuertatur, probatio minoris erit *l.2. de probat.* Nisi aut tutor, aut cognatus proximè iunctus cum minore quid gesserit, qui ignari ætatis eius
non putantur *l.7. C. de in int. restit.* m AVT RE CON- m
TRACTA. Si quid ex rebus eius contractus sciens interuertat, frangat, rumpat *l.9.§.2.h.t.* VEL IN DELICTIS, n si sciens aliquid commisit datâ operâ doli n
capax. (Non igitur delictis adnumeratur, si quasi contumax condemnatus *l.8.h. tit.* o Potest enim abesse o
per imperitiam vel incuriam iurisve sui neglectum.) Non si culpâ vel imperitiâ. Quamuis enim regula generalis; *in delictis minori non succurri l.9.§.2.l.37.§.1.h.t.l.2.C.si adu.del.* Quanquam item *d.l.9.§.2.* exemplum damni iniuriâ dati, quod sine dolo fieri potest. Tamen ita apertè distinguit *l.1.C.si ad.del.* an delictum ex animo veniat, id est, studio nocendi, an extra, id est, aliunde quàm eo animo. p Malè quidam p
libri pro *extra* habent *ex contractu.* q Nam ita nec opositio constat, quia & delictum in contractu admissum venit ex animo, & dolo, & falsa sententia reddi- q
tur, cum & tunc cesset restitutio *d. l. 9. §. 2.* per ante dicta. Denique ratio posita in *d.l.2.* non nisi receptæ lectioni conuenit, & hanc distinct. probat. Quæ pertinet ad omnes qui dolo peccauerunt, etsi in contractu; non autem conuenit iis, qui culpa, cum imprudentia malos non faciat, sed proposirum. IV. (de 3. vid. & cõnecte supr. præc. c. initio.) TEMPVS RESTITVTIONIS PETENDÆ. Vnde passim conditio si statuta tempora largiantur &c. *l.2.l.3.l.7.C.h.t.l.1.& 2. C.si ad cred.l.1.C.si mi. se mai.* Quod variat pro ætate postulantis. Qui si adhuc minor sit. nam & tunc restitutionẽ rectè petit. *l.5.C. de in int.restl.l.1.C. Si ad.vend. pig.l.1.C.h.tit.de temp.in int.rest.* r totum tempus eius r
ætatis illi integrum, quæ præscriptio temporalis ipsi non currit *c.præced.lit.E.* Sin maior factus olim ei annus vtilis. Sed quia de eius cõputatione multæ contentiones erant, nunc pro eo QVADRIENNIVM s
CONTINVVM. Numerandum ex die quo annus vtilis currebat *l.vlt.C. de temp.in int.rest.* t Intra quod t
postulasse satis est, u etsi ob appellationem aduersarij u
non peragatur. Vt si is probatâ ætate actoris, dictâque pro ætate sententiâ, appellauit, vt reliquam cognitionem impediret *l. intra.39. h. tit.* x Nisi litem intra x
quadriennium contestatus postea desiterit, id est, non si distulit, sed renunciauerit liti in totum *l.20.§. l.vlt.l.21.h.t.* Exactum tempus non prorogatur ne exuli quidem, si interim per Procuratorem hanc desiderare potuit *d. l.20.pr.* y Ex communi verò PRO- y
BATIONVM LEGE *l.2.deprobat.& simil.* necesse est vt hîc quoque MINOR PROBET TVM ÆTATEM *l. 39. h.t.* z Quæ probatur ostenso die natiuitatis. Exinde z
computatio fit & collatio cum tempore rei gestæ. TVM LÆSIONEM *l.9.§.4. de iurei.* Si probet quid eorum, de quibus supr. *c.8.* Lubricum verò ætatis & infirmitas, quia natura ætati adiuncta est, peculiater nõ probanda. aa Si dolum aduersarius obiiciat, eum ip- aa
se probet, per *l.18.§.1. de prob.* nisi qui se maiorem dixerat errore, se falsum intendat *vt supr. hoc c.lit.I.* Temporis verò statuti probatio ex probatâ ætate & tempore rei gestæ sponte sequitur. bb Obi. *L.1.C. si adu.* bb
cred. vbi non probatio læsionis à minore, sed contraria ab aduersario exigitur. Vulgò speciale ius ibi esse volunt, partim fauore ætatis, partim odio fœneratorum. Malè. Neque enim minor ibi mutuum sub fœnore accepisse ponitur, sed generaliter *contraxisse.* Et nihil ibi speciale. Nam eo ipso quod constat minorem contraxisse probata læsio est, cùm contrahendo obligationem susceperit *l.44. hoc t.* cc Ergo reus ex- cc
cipiens quod locupletior factus sit debet except. suam probare.

NOTATA.

a *l.24.§.17. D.l.5. C.h.t. Fr. de Caldas ad l.3. C. h.t. in defin. v. vel aduersarij dolo n.1.* Pulchrè *Theodoric. Rex Goth. apud Cassiod.4.variar.35.* vti & insidiantium laqueis frustrarentur & lapsis ætas lubrica subueniret, dum ignara pueritia contraria gerit qua profuturra putauerit. Et sic in *l.1. D. de in int. restit.* dicuntur *lapsi* absque facto alterius sua facilitate læsi; *circumscripti* verò per alios decepti *Baro in d.l.1.* etsi quandoque circũscriptus & sine dolo dicatur *vt l.22.§.vlt. Locati.* Et sic accipiendum quod *Harmenop.l.1. promptuarij tit.3. cap. de minorib.* per circumscriptionem hic notari damnum quod ex fraude ac dolo in cõtractibus patitur minor. Quod si sensit *Harmenop.* eum ipsum dolum requiri ad restitutionem, grauis error est *d.l.5. pr. C h.t.* quo & lapsum Bellonum scribit *Odd.p.1.q.4.art.2.* Hinc verò patet, etsi solo dolo circumuentus sit, sine negligẽtia vel imprudentia, minorem ex hoc edicto restitui *Odd.p.1 q.4.art.3.* Vnde tẽtari posset minori nũquam de dolo act. famosam competere, cùm semper ei per restitutionem hanc subueniatur. Nec memini exemplum legere minoris de dolo agentis, etsi pupillum quoque

ea actio

ea actio competat. † Sed num in libello hæc qualitas adiicienda quod sua facilitate læsus? Ita statuunt, quod aliàs sit impertinens, ineptus, non concludens, adeoque iudicis officio reiici possit. *Sich. ad rub. Cod. hoc tit: numer.3. & ad l. vltim. Cod. eod. num.7. Rebuff. h. tr. gl.3. num.27. Trentacing. lib.2. pract. resol. tit. de Minor. resol.2. numer.27. & seqq.* qui ita declarat, nisi dicat se esse *circumscriptum*, quod hæc vocula includat læsionem suâ facilitate vel dolo. *Et num.29.* id non procederé in causis summariis. Sed rectè *Mauric. c. 174. numer.2.* defendi posse quod hoc non adiici necesse sit, per *l.7.§.1.* verbis *& captus est* non additur *sua facilitate:* Quia hoc sponte sequitur in dubio. Et lex præsumit eum sua facilitate læsum cum nemo facilè velit sibi damnum inferre *add. Caldas in definit. v. suâ facilitate numer.1. & v. vel aduersarij dolo. numer.1.* Facit *L.66. de iudic.* b Hinc tradunt non restitui contra ea quæ se æqualiter habent ad lucrum & damnum, *Rebuff. h. tr. gl.2. numer.8. Fr. de Caldas ad l.3. C. h. t. v. vel aduersf. dolo. numer.12. per l.13. C. de transact. vid. not. s. lib.19. cap.4. lit. Mm.* Indèque post alios *Caldas d. numer.12. & 2. seqq.* aduersus sortem, quibus casibus permissa est, restitutionem nullam esse. Potuit enim sors minori fauere. Ergo æquo animo ferat aduersum euentum. Quare, ait, *Caldas num.13.* bonorum diuisio per sortes, fratrum, vel sociorum non retractanda læsionis caussa, quia omnis læsio cessat, etsi vltra dimidium videatur. Nisi sortes per errorem facti dispares constituræ partibus ignorantibus. Alias, inquit, extra sortis iactum facta diuisione quælibet læsio etiam infra sextam partem causſam restituriont add. *Tiraq. de iure primigen. qu.17. Opin.1. numer.96. ac 2. seqq.* (vbi si intolerabilis deceptio restitutionem admittit.) *Befold. de appellat. cap.7. num.11.* c *ita & Sich. ad d. l. vltim. numero 2. & 3.* exempla refereus, vbi minor fideiussit pro parente qui in vinculis est, quia Lex eum cogit vt fideiubeat si vult esse heres patris, *auth. si captiui Cod. de Epis. & cler. & Mauric. cap.207. num.3.* Item si lege municipali ad quid teneatur, vt si consuetudo sit, vt coniuncti compromittant, *Sichard. ibid. numer.4. Tiraq. de retr lignag. ad finem. tituli num.54. Mauric. cap.291. num.6. Odd. p.1. q.4. art.7.* declarans vt non audiatur si aduersus ipsum actum quem necessariò fecit, restitui velit. Audiri verò si in modo quo fecit se læsum proponat. † *Muda. ad d. l. vltim.* tres variantes expositiones habet. 1. Si negoc. indifferens commune ad lucrum & damnum, si accidenti læsus. Sententia vera, sed strictior verbis legis. Vtut enim hic æquo iure & communi vsus cum illo cum quo contraxit, non tamen potest dici ius publicum secutus. Ergo *per l.116.§.1. de R. I.2.* vt significetur causſa, quasi dicas: Non sequitur: Minor vsus est iure communi. Ergo læsus & proinde restituendus. 3. quam aliis præfert. Si eo iure quod communiter & indistinctè constitutum est minoribus æquè ac maioribus sine ætatis discrimine. Somnus verò grauis obreppt, *Duaren ad hunc t. D fol.86. & Hippol. si à Collib. l.116.§.1. de R.I.* (monere huiusmodi curæ pretium ne incauti fallantur) speciem ponentibus cùm minor rem vilioris pretij cariùs emit/quasi in hoc casu *l. 16. §. penult. hoc tit.* neget restitutionem eò quod iure communi liceat ita circumscribere. Quod refellitur *l.7.§.1. hoc titul.* Et ius commune est illud inter maiores. Ideo verò *d. §. penult.* prioribus subnectitur, vt liqueat hoc casu non ipso iure munitum esse minorem, & propterea restitui. d *l.47.§.1. de solut. Anton. Fab. ad d.l.11.§.4.* aliud statuit, si rem vilem duntaxat emit. Quia, ait, non est prudentis emere rem mortalem, nisi ea sit prudentia præditus quæ sufficiat ad eam rem ita administrandam ne sibi pereat. Quid si rem mortalem minor iusto pretio vendidit & illud perdidit? *Vasqu.3. contr. vsit. freq.66. num.3.* non restitui putat, si nec in contractu nec in ipsa solutione læsio interuenerit, siue casu siue culpa, (modo non soluentis) postea perierit. Sed ei obsistit *L.7.§.2. hoc tit.* Nec solutio perfectè securum præstat soluentem minori, vadecunque debitum sit, nisi iussu iudicis fiat vid. s. *lib.16. cap.10. lit. F. ibique not.* Benignior tamen sententia videtur, quæ minori negat restitutionem si pecunia soluta casu pertit. Concedit autem si minor eam socordia sua vel malè vtendo, dissipauit & profudit, quomodo *Bart. in d. l. 7. §. 2. v. perdidit,* interpretatur vid. *Odd.p.1.q.4.art.5.num.24. Mauric. c.175. Caldas in definit. v. vel ad aduersf. dol. numer.5.* e Obi. At hæc promissio ipso iure non valet *l.61. pr. de Iur. dot. Ergo per l.16. hoc tit. Bl. Duaren. ad tit. Cod. si adu. tot.* disting. an dolo facta sit vbi ipse inualida *d. l. 61.* an sine dolo vbi rescinditur *d.l.9.§.3. d.l.vn.* & ita quoque *Pac.2.q.44.* Sed *Ant. Fab. ad d.l.9.§.1.* disting. ita: si ipsa mulier dotem constituit supra vires patrimonij, necessaria restitutio *d.l.9.§.1. d.l.vn.* Si verò curator eius, ipso iure tuta est *d l.61.* Quia curator in omnibus iis quæ extra officium gerit nunquam minorem obligat, *l.4. Quod fal. tut.* Atque egreditur officium *l.43.§.1. vers. curator de admin. tut.* Aliter *Azo in Summâ Cod si adu. dot. num.1. Mauric. cap.209. num.4. & seqq.* f *Duar. ad tit.* f
Cod. si adu. dot. Etsi nulla l. prohiber omnia in dotem dare, non tamen idcirco prudenter facit. Videndum quid prudens mulier faciat, non quid ei permissum sit. Sed rectè *Muda. ad d.l.vn.* non de eo inquiri, an omnia in dotem dederit, sed an circumenta id fecerit. Spectandus hic modus dotis, ex facultatibus & dignitate mulieris mariticique statuendus *l. 60. de Iur. dot.* Si enim omnia in dotem dederit paupertor longè ditiori, aut aliàs bene merenti, & tanta dote non indigno, læsa non dicetur. Contra sæpè & ei quæ non omnia dedit ceu læsæ subuenietur. *add. Cagnol. in l.2. C. de rescind. vend. num.63. & seqq. Petrus Barbosa in l. æstimatio 50. & seq. Sol. matr. num.24.* Sic læsio insignis quando iteratò nubens secundo marito omnia doti dicit, nullo retento vnde liberis prioris matrimonij possit subueniri. *Mauric. c. 209. numer.3.* Sicuti & restitutio, si pactum circa dotem inutile fecit *l.48.§.1. h.t.* Pluribus de restitutione contra donat. propter nuptias & dotem, *Mauric. c.207. & seqq. Odd. p.2. qu.59.* & vbi de restitutione minoris mariti ob exiguitatem dotis, item fratris ob immodicam dotem sorori constitutam. † In parentes verò hoc non cadit, nec potest minor habere filiam nubilem. Moribus nostris quibus omnia vxoris bona doti censentur, omnibus maritus fruitur, etiam nulla dotis constitutione facta *Coler. decis 18. num.3. & 4. & decis.57. numer. 3. vid. Frid. Pensold. in addit. ad decis. Coleri 286. num.205. & seq.* (in quo labitur *Mauric. d.c.209.* dum hunc morem ad ius commune accommodat, vid. *Curt. I. Coni. ad ff.39. Toming. decis.30.*) quæstioni non tam locus amplius videtur in modo dotis ab ipsa muliere constitutæ. Supererit autem in læsione circa pacta dotalia &c. g Ex hac causſa rescissio contractus validi peti nequit per restitutionem. Secus volunt communius quando contractus nullus ratione solennitatis in contractu minorum requisitæ. Quod probè notandum *Odd.p.1.qu.24.art.4.* Sed vid. *Tiraq. post li. Connub. gl.8. num.155. & seqq. & Seraphin. priuileg. iuram. 83. num.4. & 3. & seqq.* h ita & *Odd.p.1.qu.24.art.2.* vt si h
non corporaliter præstitum, sed verbotenus, audiatur si non testibus, sed scripturis probare vult. Multa enim sunt in quibus maior vis instrumentis quàm testibus, vt in probatione ætatis quæ facilè excidit, *Duaren. ad d. t. Cod. si mi. se mai.* Sed *Mauric. c.170. numer.8. & 9.* cum vis & efficacia sacramenti à corporali præstatione non pendeat, sed solius iurantis animum intueri & metiri conueniat, nihil esse putat cur vno casu minus quam alio iuuandus sit, ideoque *vers. vltim. d. l.3.* referendum putat ad eiusmodi casum quo minor à restitutione excluſus, & restringendum ex prioribus nisi ætatem probaturus. Quem sequitur *Mynſ.4. obſ.20. in fin.* † Sed qui verba legis expendet, hæc non sine eorum cauillatione admitti posse prolpiciet. Planè si dolo inductus minor vt se maiorem crederet, iurauit, iuramentum ei non obstabit. Quia cùm dolo inductus sit, ad credendum se maiorem eadem facilitate ad iuramentum prosiluit. Ergo argum. *l.41. Cod. de trans. & eorum quæ j. cap.13.* Quanquam diſſ. *Mauric. d.c.170. num.2.* eo quod cùm in *vers. quod si d. l.3.* dictum fuerit, dolum aduersarij facere vt hæc assertio non noceat restitutioni; subiecta sit exceptio, *in vers. si tamen instrumento &c.* Sed immò is vers. referendus ad proximè præced. *vers. aditus.* Aliter enim aduersario ex dolo suo commodo, minori damnum. Quin si dolus facit ne minori noceat iuram. confirmatorium, vtique & ne assertorium, *Fr. de Caldas ad l.3. C. h.t. in definit. v. Lapsis. numer.8. add. Odd. d. q.24. art.5. Fr. Curt. Iunior conſ. 118. & seq.* i Diſſ. videtur i
Duaren. ad d t. C. & apertiùs *Muda. ad l.2. C. d.t.* Quia fieri potest, vt errore aliquo prius id dixerit, immò & bona fide apud Iudicẽ probare nisus fuerit. *d.l. vl. C. d.t.* Ergo qui dolo factum dicit, probare debet. Confirmat hoc *ex l.3. Cod. d. t. ibi:* si tuum dolum non repererit interceſſiſſe; non dicitur si repererit non interceſſiſſe. Denique restituio hîc non negatur ob mendacium, sed ob id quod eo minor aduersariũ decepit. Et conſ. *Seraphin. de Seraphin priuil. iuram 96. num. 12. Trentacing. lib.2. pract. resol. tit. de Minor. resol.2. num.22.* testans de communi. Quibus vel ideò accedo, quia hæc vis iuramenti appositi, vt minor postea allegans se erraſſe antea asserendo se minorem (nam si scientiam se fefelliſſe proponeret, propriam turpitudinem & periurium manifestaret) non audiatur nisi liquidis instrumentis ætatem doceat. Nec præterea exigitur vt de errore suo doceat. Quantò magis igitur, si non iurata est assertio, dolus abfuiſſe præsumitur.†

An au-

An autem hoc casu quo sine dolo proprio ex errore vel dolo aduersarij se maiorem dixit, duplex restitutio, 1. aduersus contractum 2. aduersus confessionem ætatis. ℟. *Muda. ad l.* 1. C. *Si mi. se mai.* hanc non necessariam esse. Quia confessio erronea, siue in iudicio siue extra id, quamdiu non lata est sententia, reuocatur, vt ipso iure non noceat. Et rectè, quia cum error consensum excludat, necesse est, quicquid errore gestum, si in ipso quod gestum est, error (non circa qualitates & accidentia) iure non subsistere. Quod si apud iudicem ætatem falso probauit *v. l.* 7. *C. h. t. iuxta l.* 9. *C. de probat.* contra illam probationem datur restitutio, *Muda. d. lo* Diff. quod prius *Mauric. d. c.* 170. *numer.* 12. *Mynſ. 4. obſ.* 10. Fusè de hac iurata assertione tractat *A. Quetta conſ.* 34. *& aliquot ſeqq.* add. *Fr. Milanenſ. dec. lib.* 1. *Seraphin priu. iuram.* 96. k Facilis ℣. Non debuit. Rectè. At hoc ipsum tamen quod ignorata asseruit facilitas, est culpa *d. §.* 3. *v. facilis.* Cui ipsi restitutio subuenit. l Et ita fi ex vtriusque parte dolus, restitutio cessat, *Odd. d. qu.* 24. *art.* 7. *Mauric. c.* 172. *Mynſ. 4. obſ.* 20. quia dolus dolo compensatur *l. ſi duo* 16. *D. de dolo.* Perinde igitur est ac si neuter dolo fecisset, atque sic minor restituitur attento lubrico consilij. Et cum ambo sint in pari turpitudine, minor potior, nō quia de damno certat, vt *Sich. ad l.* 7. *C. de in int. reſt. num.* 4. potest enim & alterius damnum verti etiam magis, sed beneficio ætatis. Obi. At dolus minoris hic quoque faciet ne lubrico ætatis læsus videatur, qui probè nouit dolum aliis construere. Nec ope prætoriâ dignus sua calliditate deceptus. Resp. *Muda. ad l.* 2. *C. d t.* distinguunt obiecta doli, seu materia circa quam dolus versatur. Potest minor dolo mentiri ætatem; potest item alter dolo dissimulare notitiam ætatis. At circa negocium quod geritur potest fieri, vt vel minor solus vacet dolo, vel vterque, vtque solo lubrico ætatis lædatur minor. m In qua l speciem esse putant doli ex parte vtraque. ? Et probat *Mauric. c.* 172. *numer.* 4. ex vocula *falsò*, quia falsitas purum & verum dolum arguat. Quæ tamen ratio tanti non videtur. Planè *ex d. l.* 7 regulam conficiunt quot coniunctus ætatem scire credatur, vid. *Mauric. c.* 317. Quod *Sich. ibid. numer.* 9. declarat, si sit magnæ ætatis, non si paris propemodum, quia, ait, sensus corporeus deficeret. n In restitutione enim petiturvenia erroris proprij *l.* 7. *h. t.* & allegatur icapio lubrico ætatis. Impudens verò qui delicti veniam petit, *Duaren. ad h. t. C. Si ſtdu. del.* magis interest Reip. delicta puniri quàm minoribus subueniri, *A. Fab ad l.* 9. §. 2. *h. t.* vid. *Mauri. c.* 153. *& ſeq. Od. p.* 2. *q.* 80. 10. *Pet. Surd. deciſ.* 216. *Fr. de Caldas ad l.* 3. *C. h. t. in defin. verbo, vel aduerſarij, toto num.* 37. *& ſeqq* Sed hæc in delictis veris & quæ admissa constat, si de restitutione aduersus delictum agatur. Non si reus delicti in processu læsus omissione allegationum, *Caldas d. lo. nu* 39. Quin & contra confessionem delicti restitutionem concedunt Dd. si se errasse proponat *l.* 6. §. 5. *de confeſſ. de quo* 10. *Ant. Trigona ſingul* 52. *Gutierez in repet. auth. Sacram. puberum num.* 131. *& ſeqq.* (vbi idem statuit etsi confessio iurata) *Menoch. c.* 268. *Mauric. c.* 327. *& ſeq. Caldas d. loc. Gomez ℣ reſol. 1. n.* 66. *Facchin* 1. *contr.* 72. *Beuſt. ad l.* 9. §. 4. *de iureiur. n.* 17. Non obst. *L.* 37. *verſ. ſed vbi*, ibi: *ſi ſe adulterum fateatur* Q. enim ibi, an sit deprecatio pœnæ post confessionem, in qua persistit. minor nō an reuocatio cōfessionis allegato errore. (Diff. *Sarmient.* 3. *Select. interpr.* 13.) Immò & contra transactionem omissam in pœnali act. ciuili restitui minorem vult *Azo in Summâ C. Si ad. del. num.* 1. Sed malè per ea, quæ s. *not. c.* 8. *lit. D.* o Facit *L.* 15. §. 22. *de damn. inf.* Obi. Non potest dolo carere contumax *l.* 199. *de R. I* ℟. *Pac.* 2. *q.* 93. non omnem contumacem esse in dolo, sed qui in exsecutione non paruit, per *l. un. Si quis ius dic. non obt.* † *A. Fab. in d. l.* 8. minorem non posse dici contumacem *l.* 54. *de re ind. d. l.* 4. *C. Si adu. rem iud.* ideoque dici quasi *d. l.* 8. quia vbi condemnatus non quæritur, qua ratione, sed quid iudicatum, ideoque restitutio necessaria. Sed *Caldas in defin. v. Lasis. n.* 3. *& ſeq.* reprobatis iis qui in minorem contumaciam non cadere volunt (exinde quod solus in iudicio consistere nequit. Ad quod ℟. in delictis curatoris auctoritatē non spectari) accipit *d l.* 8. de ficto cōtumace, in quo præsumptus dolus per *v. quaſi* improprietatis notam. (quomodo & *Bald. ibid. ref. Teſauro deciſ.* 9. *num.* 8.) & probat *Gutier. lib.* 1. *pract. q.* 48. *qui & vid. lib.* 3. *q.* 37. quia iura præsumā ex errore potiùs, non comparuisse. Contra igitur si dolus verus probetur. Verum contumacem minorem & de dolo conuictum statuit, quando personaliter citatus respondit se nolle comparere *c. venerabilibus* §. *ſecus de ſent. excomm.* (in quo consentit *Vaſq.* 2. *contr. vſu freq.* 31. *numer.* 8. (communem esse testatur *Natta tomo* 1. *conſ.* 17. *n.* 4.) Aliud, ait, si ad domum citatus & certior factus, aut protestatus in iudicio se nolle in Iudicem consentire. Hic verùs quidem contumax; sed extra dolum verum, proinde restituitur, ita *Caldas.* † Sic *Mauric. c.* 169. minorem verum contumacem, nec contra ipsam contumaciam, nec contra sententiam inde latam restitui. Sed num minor ita restitutus aduersario expensas soluere teneatur? Aff. *Facchin. poſt alios* 8. *contr.* 104. *& contr.* 2. quod absurdum sit aduersarium ex contumaciâ minoris earum iacturam facere. Contra *Teſſaur. deciſ.* 9. Ex *d.* verò *l* 8. illud generaliùs inferunt Restitutionem dari aduersus dolum præsumptum, post alios *Natta tomo* 1. *conſ.* 17. *num.* 3. *& ſeqq.* si tamen de præterito fit, non si de futuro, *Vaſq.* 2. *contr. vſu freq.* 31. *n.* 2. *& Mauric. c.* 163. *& ſeq.* Quod benè declarat *Odd. q.* 80. *art.* 3. non minori hic succurri, tametsi malitia præsumatur, sed quod iis casibus quibus maiores in dolo esse crederentur, in minori præsumatur negligentia, non dolus, add. *Celſ. Bargal. lib.* 2. *de dolo diuiſ.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. *& ſeq. Gutierr. lib.* 1. *pract. q.* 49. p Exempla profert ex tit. de in ius voc. & Ne quis in ius voc. vi eximat. Minor enim, ait, iuuenili ætate istiusmodi p admisisse creditur. Etsi culpa lata sit, quia in delictis dolo nō comparatur *s. lib.* 16. *c* 7. *lit. Y. Odd. q.* 80. *art.* 6. Malè verò qui solùm in atrocioribus delictis negant restitutionem, per *l.* 37. *h. t. vtique atrociorib.* Ea enim verba excludunt dubitationem eorum, qui in his cōcedebant. Et *vtique* sæpè *maximè*, item *etiam* significat, *Caldas in definit. v. vel aduerſ. dolo, n.* 39 † Sunt qui inter delicta quæ in committendo & quæ in omittendo dist. *Gabr. Sarayna in annot. ad Matheſilan ſing.* 262. Quos reprobat. *P. Fab. ad l.* 221. *de R. I. pag.* 511 quia nō minus peccat ll. veritum admittens, quàm iussum prætermittens & *A. Fab ad d. l.* 9. §. 2. non obstare *l. pen. C. ex quib. cap. inſ.* Quia, ait, non ibi restitutio, sed minor seruatur ille. læsus ne deliquisse videatur. Scitè de hoc dist. *Odd. d. q.* 86. *art.* quem adi † Planè si ex lege Aq. conuentus ob inficiationem in duplum teneatur, aduersus id restituitur *d. l.* 9. §. 2. *verſ. ſed ſi.* Quia restitutio non aduersus delictum sit, sed aduersus id, quod ex leuitate & inconsulto mendacio accessit pœnæ ei, quam improbitas merebatur, *A. Fab ibid.* Et ita *Mauric. c.* 25. *num.* 3. mendacium, licet vitium in se habeat, non tamen esse verum delictum, ac *Duaren. ad t. C.* in minore credi ex temeritate potiùs profectum quàm ex dolo. Meliùs *Caldas d. lo. numer.* 41. restitui *d. §.* 2. non tam contra mendacium, quia id non sit causſa cur inficiatus in duplum condemnetur, quàm contra ipsam dupli condemnationem quæ ex eo fit quod aduersarius grauatus est onere probandi *l.* 30. *pr. de iurei.* Aliter *Sarmient.* 3. *Seleƈt. interpr.* 13. *n.* 9. & aliter *Celſ. Bargal. de dolo lib.* 2 *c. de dolo vero & præſumpto, diuiſ.* 1. *n.* 88. quod dolosum haut sit mendacium, non lucri, sed damni vitandi causſa dictum. q Sicuti & legit *Cuiac in Par. C. d t.* auctoritate Basilicorum. Exponit autem ita: Ex re ipsa, facto ipso vel inuoluntario contractu. Verum in manuscriptis, quos Augustæ, Argentinæ, Basileæ & Heidelbergæ alibique consului constanter legi *extra.* r Vbi tamen ratio dub. quia id periculosum aduersario videtur. Nam si fortè r restitutio negetur, alia noua inde petitio nasci videtur, si proponat se læsum esse in petitione restitutionis, & aliqua omisisse, atque ob id se restitui velit, sic restitutio vna trahet aliam, & causſa alterius, nec erit vllus finis, *Muda. ad d. l.* 5. *C. h. t. ſub fi. Sich. ibid. n.* 4. † Et potest eam ipse minor per se postulare *l.* 25. §. 1. *h. t.* auctore tamen tutore vel curatore, *Od. p.* 1. *q.* 31. *art.* 5. s Ante *d l. vlt.* ex lege Cōstantini *l.* 2. *C. Th. de in int. reſt.* pro anno vtili Romæ quinquenniū, in Italia quadriennīū, in Prouinciis trienniū substitutum erat. Quod discrimen *d. l. vl.* sustulit *Cui. 2. obſ.* 18. Gallis loco quadrienniū decenniū continuum, constitutione regia, intra quod sufficit litē contestari, *Baro ad tit. de in int. reſt. & tit. de minor. in iure Gallico Duar. ad t. C. de temp. in int. P. Greg.* 50. *Synt.* 1. *nu.* Speciale quid iure nouiss. in restit. contra amissam querelam non numeratæ dotis, vt scil. non transcendat 12. annum à die nuptiarum. Vnde si 15. anno nuptiæ contractæ, intra 27. annum queri necesse est, *Nou.* 100. *cap.* 2. *pr.* de quo vid. omninò *Azo in Summâ C. h. t. numer.* 5. 6. 7. Enimverò Dd. nostri hoc quandoque coarctant. Vt si ex lapsu temporis minori incommodum & aduersus eum lapsum petatur restitutio. Petendæ enim restitutioni non plus temporis concedunt, quam quantum lapsum est, & in quo læsionem accepit *Fr, de Caldas ad l.* 3. *C. h. t. in definit. v. infra legitimum tempus, numero* 8. Sed contra *Parlad.* 2. *rer. quotid.* 10. *M. Ant. Caimus de tempor. in int. reſt.* tum quia *d. l. vltim.* generaliter loquitur, tum quia olim vſucapioni rei mobilis annus continuus. Et tamen Prætor generaliter annum vtilem dedit petēdæ restitutioni cōtra vſucapionem Distinguit hīc *Odd. p.* 1. *q.* 19 *art.* 4. *ad d. Mauric. c.* 42. Quandoq; proferunt. Vt in Ecclesia ob enormē læsionem *c. ad noſtram. de reb. Eccl.*

Crauetta

Crauetta de antiq. temp. p. 4. §. *penult. num.* 71. *& Vaſq.* 3. *contr. vſu freq.* 71. *num.* 7. *&* 8. Minor enim lapsu temporis videtur tacitè ratum habere, arg. *l. vlt. C. ſi mai. fact.* Ecclesia semper minori consentit quam, nec vmquam potuit effici maior. *Caldas in definit. v. vel aduerſarij n.* 10. Dices. Ac sic ecclesiæ numquam curret hoc quadriennium *contra cap.* 1. *& 2. ext. h. t. clem.* 1. *eod.* ℟. Sed contra placuit; quia inciuile foret si nullo tempore tutus esset, qui cum ecclesiâ contraxit, ipsique ecclesiæ noxium nemine cum eâ contrahente arg. *l* 24. §. 1. *h. t. Odd. p.* 1. *q.* 20. *art.* 3. Sanè & vniuersitati restitutionem dari intra quadriennū non autem, vt *quidam*, intra id tempus, quod læsionem induxit communius esse scribit *Nicol. Loſa. de iure vniuerſit at. p.* 3. *cap.* 18. *num* 20. Item in minoribus & aliis, vbi enormissima læsio. Pro quo *Fr. de Caldas in defi. v. infra legit. tempus num.* 9. plures citat auctores & *textum cap.* 1. *ext. h. t.* verbis: nisi fraudis, &c. Hic enim fraus & dolus ait, re ipsa insunt. Et facit *l.* 9. *pr. h. t.* Vti enim ob graue damnum à regula illic proposita receditur, ita & nostra hac, add. *Odd. p.* 1. *q.* 19 *art.* 1. Vt & in restitutione aduersus sententiam contra matrimonium *Caldas d. lo. num.* 6. t Dicitur continuum, quia vbi cœpit currere semper continuatur, nec interrumpitur, etsi dies inciderent quo non liceat experiri *Duar. ad h. t. C. f.* 135. Et hoc est quod vulgò. Vtile esse tempus in initio, sed continuum in progressu. Nec currere nisi à tempore scientiæ *Sich. ad rub. C. de in int. reſt. n.* 3. vid. *Tiraq. de retr. lignag.* §. 35. *gl.* 4. *n.* 44. *Meno. lib.* 1. *præſumpt. q.* 71. *& recup. poſſ. remed.* 5. *n.* 115. vbi *ex Socino* tradit sufficere præsumptam scientiam *Caldas d. lo n.* 3. quia, ait, in *d. l. vlt.* negligens excluditur. Ignorans, negligens dici nequit *& Odd. plurimis citatis p.* 1. *q.* 20. *art.* 4. *Gail. 2. obſ.* 48. *nu.* 5. (Contra *Vaſ. in Par. ex quib. ca. mai. n.* 10.) Et hoc tempus commune maioribus *d. l. vlt.* Sed minori currit à die quo maior factus *d. l. vlt.* nisi veniam ætatis petierit. Vbi à die non veniæ impetratæ, sed quo Iudici intimata est *l.* 5. *pr. C. h. t. Duar. ad d. t. C.* Et in iis negotiis quæ minor gessit. Non in illis quæ perfectæ ætate gesta in isto quadriennio, vt si anno 27. ætatis læsus, non habet restitutionem intra biennium tex. *l.* 19. ℣. *diuerſum de nouat. Caldas d. lo. n.* 11. Maiori autem à die læsionis cessantis vel reuersionis, itemque Ecclesiæ & Reipubl. aliisque qui iure minorum vtuntur *Gomez. 2. reſol.* 14. *n.* 8. *Odd. p.* 1. *q.* 20. *art.* 3. *Mauric. c.* 42. *n.* 2. aliàs his numquam curreret. Subducitur verò tempus quo Reip. causſa abfuit, & omnis legitima causſa, ac impedimentum *d. l. vlt.* §. 1. *vid. Azo. in ſumma C. h. t. n.* 8. Quid si iudicio de nullitate contractus vel sententiæ pendente labatur quadriennium? Non nocere vult. *Caldas d. lo. n.* 13. & per *l.* 16. *C. de inoff.* & quia ob remedium nullitatis restituto cessat *l.* 16. *C. h. t.* Vnde quamdiu de nullitate agitur, non currit tempus restitutionis, experiri ea impedito. † Quid si contractus conditionalis, an tempus currit à die contractus maioti, vel minori à 26. anni initio; an à conditionis euentu? Prius placet *Muda o ad d. l. vlt.* Quia hic restitutio non intenditur ex contractu conditionali, sed de illo aut propter illum ex læsione, quæ nunc circa eum apparet, add. *Odd. p.* 1. *q.* 20. *art.* 6. Sicuti & in vſucapione & præscriptione non currit demum ab ea perfecta, vel completa *Odd. d. q.* 20. *art.* 2. *Mauric. c.* 44. u Atqui hoc tempus datur ad finiendam litem, *d. l. vlt. in fin. pr. & clem.* 1. *ext. de in int. reſt.* Ac etsi *Rebuff.* pro eo legat *inchoandam*, itemque *Caldas d. lo. n.* 1. *in fin faciendam* & alij *iniendam*, id est, ineundam. ref. *Forner.* 5. *rer. quotid.* 5. *in fin.* Rectè tamen *Duar. ad d. t. C.* refragari correctioni omnes codices & *Forn. d. lo.* Quin & olim annus vtilis non tantùm ad incipiendam, sed & peragendam restitutionis litem *l.* 5. *& 6. C. d. t. d. l.* 39. *D. h. t. vbi A. Fab.* & consentit *Odd. p.* 1. *q.* 19. *artic.* 12. *Mauric. cap.* 46. *& ſeq. Octau. Veſtrius lib.* 8 *præt. aula Rom. c.* 3. *num.* 14. Contrariam tamen opinionem vsus seruat, *Caldas d. lo.* Et Curia Imperij Spirensis. Sæpius in eā restitutionis lis longo interuallo decidituꝛ, teste *Mynſ.* 1. *obſ.* 51. *n.* 8. Cæterum quadriennio excludi restitutionem, etsi in modum except. opponatur, vult *Caldas d. lo. n.* 10. Nam, inquit, regula: Annalia ad agendum perpetua ad excipiendum valet, quando remedium exceptionis agendo proponi nequit. Vbi in potestate non est exceptionis except. antea in iudicium deducere, vid. ℣. *lib.* 22. *cap.* 2. *lit. P. ibiq. not.* x Et ita exceptio est *d. l. vlt. pr.* in *d. l.* 39. nisi dilatione moratoria & calumnioſa aduersarij lis in longius tempus prorracta. Idemque est si per iudicem factum quo minùs lis intra quadrienium terminaretur *Mynſ. 1. obſ.* 51. y vid. not. ℣. *c.* 5. *lit. H.* Consensu verò partium prorogari posse volunt, *Mauric. c.* 47. *n.* 4. *& 5. & num.* 11. *Odd. p.* 1. *q.* 19. *art.* 10. *n.* 86 *& art.* 12. *n.* 93. *z l.* 4. *C. h. t. l.* 9. *C. de prob.* Nam regula qua de præterito in præsens præsumitur, non procedit in iis quæ solo temporis cursu mutantur, *Sich in d. l.* 4. *n.* 2. *Odd. p.* 1. *q.* 37. *art.* 1. *n.* 5. Idque siue agendo, siue excipiendo ætatem proponat, *Mauric. c.* 315. *Trentacinq. lib* 2. *pract. reſol. tit. de Minor. reſol.* 2. *n.* 2. Et generaliter eius est probatio qui suam intentionem in ætate fundat, vel suā vel aduersārij *Io. Per. Surd. deciſ.* 75. *n.* 19. De quā probandi necessitate, deque modis probandæ ætatis fusè *Odd. d. q.* 37. perplures recensens *Maur. d. c.* 215. *& ſeqq. Fr. de Caldas ad l.* 3. *C. h. t. in definit. v. Minoribus. num.* 10. *& ſeqq. Muda. ad l.* 4. *C. h. t. Sich. ibid. n.* 6 *&* 7. *Trent ac. de reſol.* 2. *num.* 4. *& ſeqq. Curt. Iunior conſ.* 118. *n.* 8. *Menoch.* 2. *præſumpt.* 30. *& ſeq.* Planè ex eo quod Curatorem habeat minor satis non probata ætas *Odd. d. q.* 37. *art.* 11. Vt nec per actus iudiciales, vel extraiudiciales cum aliis, quibus semper curatoris auctoritas adhibita; quia res inter alios actæ aliis non obsunt. *Maynard. lib.* 3. *deciſ. Tolof.* 54. Sed & si minor in vno contractu, se maiorem esse iurauerit, non præiudicat in aliis, vt post *Accurſ. A. Fab. ad l.* 43. *h. t.* Tametsi sententia super probatione ætatis, causſa cognita, ius faciat in aliis quoque causſis, & inter alias personas per *l.* 43. *h. t.* Quia sententia lata de re, ad statum personæ pertinente, qui vnicus & indiuiduus, perinde ac persona ipsa *Ant. Fab. ibid. Caldas d. v. minoribus num.* 41. vid. tamen *Odd. d. q.* 37. *art.* 17. Non item sola probatio, sententia Iudicis non secuta vt contra *Bart. Caldas d. lo. nu.* 40. quia cum probationes arbitrariæ sint, nec ante sententiam verè probatum dici potest & *Mauric. c.* 323. diff. *Odd. d. q.* 37. *art.* 18. † Enimverò *Muda. ad d. l.* 4. principaliter quoque aditi Iudicem posse probandæ ætatis ergo probat, ex *d l.* 9. *C. de prob.* Certior namque hæc probatio, minusque suspecta, facta tunc cum nulla esset præsumptio, quidquam contra veritatem confingi, propterea quod incertum, non aliquando vsus futurus sit eius probationis, & in quam partem. Diff. *Od. d. q.* 37. *art.* 17. requirens; vt probatio hæc in aliis causſis præiudicet, legitimū contradictorem aa *Mauric. c.* 164. *num.* 2. quia *l.* 5. *C. h. t.* tantùm requirit, vt se captum probet, & *Caldas in defin. v. ſuā facilitate n.* 1. sufficit, inquit, præsumpta probatio ex eo inducta quod probata est læsio & *Rebuff. art.* 1. *gl.* 3. *nu.* 27. *Rulan. de Commiſſ. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 22. *n* 11. Confer not. ℣. *h. c. lit. A.* bb Et hoc quidem indubium, quando distinctim certam aliquam ætatem, in qua contrazerit gesserit ve, minor probauit. Ita enim ex dinumeratione sequentis temporis, certò apparere potest an posterius tempus petendæ restitutionis adhuc duret. Veluti: Adolescens 20. annorum contraxit. Post 7. annos restitui vult. Probat se tempore contractus fuisse 20. annorum. Hic calculo inito liquidò constat quadriennium restitutionis lapsum non esse, vid. not. ℣ *h. c. lit. T.* Proinde tunc non locus est quæstioni, vtri lapsus temporis probandus sit. Et malè omninò *Sich. in l.* 4. *C. h. t. n.* 5. accipit *d. l.* 4. quæ probationem quod lapsa tempora sint, aduersario iniungit de eo casu quando ex probatione primi temporis resultat (vt loquitur) tacita probatio secundi & *Fr. de Caldas in defin. v. infra legit. tempus n.* 19 *in fi.* Nam, imò plenè & exactè probato priori tempore cōtractus, plenè quoque & exactè probatum tempus posterius petendæ restitutionis, ex quo hodie quadriennium continuum. Nec præsumitur hoc tantùm, vt audiatur probatio contraria (ceu volunt *Sich. & Caldas*) *Odd. p.* 1. *q.* 39. *art.* 1. *n.* 3. *Mudæ. ad d. l.* 4. Non obstat quod quadriennium istud ratione initij vtile, vid. not. ℣. *tit.* T. quodque causſæ interuenire possunt ob quas minori non curtat *Odd. d. art.* 1. *n.* 2. Hoc enim efficit vt aliquando longius sit tempus, non vt vnquam breuius. Nam pone: septimo anno post gestionem restitutio petita; Probatumque quod tempore gestionis minor 20. annum non excesserit. Super eo sententia pro minore lata, nec appellatione suspensa. Hic si aduersarius nitatur probare tempora restitutionis lapsa esse præiudicium vtique fiet rei iudicatæ. Nec enim vnquam ostendet nunc esse 29. annis maiorem qui restitutionem petit, quin necessariò sequatur fuisse quoque tunc cum contraheret maiorem 20. annis adeoque falsò probatam esse priùs ætatem. Atqui hoc non licet, quia sententia pro veritate habetur, & post lapsa tempora appellationis, non quæritur quàm rectè, sed quid iudicatum sit. Quocirca quod tempora præstitura non excessisse ab aduersario comprobandum dicitur *d. l.* 4. *C. h. t.* id accipiendum de casu dubio, vbi ex probatâ ætate tempore negocij gesti, non infertur necessariò tempora illa nondum exisse. Veluti si non definitè certa ætas probata, sed in genere quod minor fuerit, *Mudæ. ad d. l.* 4. *Io. P. Surd. deciſ.* 75. *n.* 12. ℣. *& licet.* Item in restitutione maiorum quā non agitur de probatione ætatis *Odd. p.* 1. *q.* 39. *art.* 1. *n.* 2. Et malè *Salic. ad l.* 4. *Sich. & Cald. dd. locis*, hic probationem quod tempora lapsa non sint, restitutionem petenti iniungunt. Quib. alij com-

munitus obloquuntur *Odd.d.art.1.Mude.ad d.l.4.Trentacinq. lib.2 pract.resol.tit.de Minor.resol.2.num.24.M.Ant.Caimus in Summar.enarrat.h 1.C.Mynſ.4.obſ.16.* Et rectè tum per *d l.4.* quæ de alio caſu accipi nequit, vt oſtenſum. Sed & quia probata ætate ac læſione, vt intentione minoris, neceſſe eſt vt aduerſarius de lapſu temporis excipiat, idque ceu ſuæ except. fundamentum probet, *Mude.& Mynſd.lo.* Nec conſultum eſt, vt quis vltrò occurrat iis quæ ſenſerit ab aduerſario obiici poſſe *Trentac.d.lo.* Obi. *cap. conſtitutus* 8. *de in int.reſt.ibi 2* cum adhuc exiſtant intra tempus, &c. R. *Odd.d art.1.in fin.* ibi hoc tantùm requiri vt ſint intra tempus, &c. non autem vt hoc ipſi probent. Et *Caldas* quoque *d.lo.nu.19. ibi* referri factum petentis & allegationem eius, qui ad maiorem cautionem propoſuit quadriennij tempus ſe non exceſſiſſe. † Planè lapſu temporis continui ab aduerſario probato, ſi reſtitutionem petens vel ignorantiam læſionis, vel aliud impedimentum ob quod hodieque non currit tempus, vid not. 3. *lit.T.* obtendat, hoc ipſi probandum eſſe æquum iuriique conſonum videtur, quia & hic minor intendit & quaſi replicatione except. aduerſarij cuius iam fundata intentio eſt, ſubmouere nititur. Ergo per dicta tamenſi de hoc à Dd. traditum vel tractatum non animaduerterim. cc Hoc quidem ita eſt in actibus ſuis naturâ noxiis *Caldas in definit. v. vel aduerſarij dolo num.* 1. vel vbi de negotiis iis agitur, quæ non niſi in manifeſtum alicuius incommodum cedunt, vbi ex ipsâ naturâ rei ſatis de læſione apparet *Petr. Matthæ.annot.ad Guid.Pap.q.142.Hart.Piſt. lib.1. q.37. num.* 60. ſeu vt Dd. loquuntur, vbi ex ipſius actus facie reſultat læſio *Mauric. cap.*278. *num.* 10. *Mynſ.*4. *obſ.*16. *num.*5. vel ſaltem quos conſtat nulla ratione vtiles eſſe poſſe, etſi nec certò ſint damnoſi *Sarmient.3. Select. interpretat.*13. *num.*2. vt in fideiuſſione *Piſt.d.lo.Odd.p.1.q.*36. *art.*2.& 3. *num.*30.& *p.*2.*q.*54.*art.*3. *Trentacinq.lib.*2. *pract. reſol.tit.de Minor. reſolut.*2. *n.*34. renuntiatione *Sichard. ad l.1.C.de in int.reſt.num.*10. temporis lapſu *Odd. q.*37. *art.*2. & 3. *n.*26. *art.*4. aliáve præſcriptione aut vſucapione *Mauric.d.num.*10. *Odd.d.lo num.*29. *Mynſ.d.obſ.*16. *num.*5. compromiſſione per *l.*34. §.1. *h.t. Trentac.d.lo.num.*31. Addunt omiſſionem appellationis. Sed contra, alij quod hîc debeat doceri læſio, oſtendendo probationes & allegationes antea non deductas, quia pro ſententiâ præſumitur vid. *Beuſt.ad l.*9 §.4. *de iureiur. num.*5. & *ſeqq. Odd.q.*37. *art.*5. *Mynſ.*4. *obſ.*17. *Trentac.d.num.*31. *Caldas in definit. v.vel aduerſ.dolo num.*18. *Meno.*3. *præſumpt* 82. *num.*9. *Cacheran.deciſ.*158. Quin & in additione hereditatis aliam læſionem non probandam eſſe, *Guid.Papæ q.*142. aliique plures ſtatuunt, ref. & probante *Odd. d. q.* 37. *art.*6. Et *Ant.Fab. ad l.*7. §.5. & §.7. *h.t.* non probandum hîc minori quod hereditas plus habeat incommodi. Sufficere ſi dicat ſibi ſuſpectam eſſe, licet nec de vno, vel minimo debito appareat per *d.* §.5. verbis *minus lucroſam*, non dicitur *damnoſam*, & per *l.* 22. *in fin. Si quis omn.ca. teſt.* Contra quoque ſi ad additionem reſtitui velit non probati debere, quod ſit lucroſa hereditas, quia tanti eſt, quanti eam heres æſtimat, per *l.*70. §.1. *de leg.*2. & per *l.*36. *de bo.lib.* † Sed quod Don. purat generaliter eo ipſo quod contrahendo ſe obligauit minor læſionem ſatis oſtendi, eius minuenda opinio eſt. Nam apertè refragatur *l.* 24. §.1 *in fin.h t.* & quæ ipſe Don. tradit §.*c.6.lit.A.* Aliàs certè quæuis geſta minoris huic periculo ſubiacebunt. Satiſque inhumanum eum, qui ex gr. rem minoris vendidit, ad probationem adſtringi, quod illi emere expedierit, quod non carius iuſto vendita ſit, & denique quod re accepta minor incommodum ſuum vſus fuerit, &c. Cumque reſtitutio dicatur dari cauſsâ cognita *l.* 11. §.2. *h.t.* vtique cognitio non tam in eo an quid geſſerit minor, de quo vt plurimùm conſtabit, ſed quàm prudenter aut vtiliter. Et minor debet probare ſe captum eſſe *l.*5. *pr. C.h.t.* Sicuti autem probatâ ætate non protinus probata læſio *d.l.*9. §.4. *de iurei.* ita nec probato contractu aut negotio. Cum non probet hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe. Quin ſi in delatione iurisiur. minori probandum quod deferre ſibi non expedierit, quodque aliæ probationes ſuppetierint, *d* §.4. vid. *Ioſ. lib.*24. *cap.*12. quantò magis in venditione alióve ſimili contractu. Rectè itaque *Meno.* 3. *præſumpt.*82. *n.*13. regulariter ex ipſo contractu ſolo læſionem non præſumi. Hinc *Duar.ad tit. C.Si adu.cred.* cum de probatione hæc quæritur, inſpiciendum vter agat vel intendat, ſiue agendo, ſiue excipiendo. Quare vbi contractus ipſo iure non tenet ſi minor rem, ita alienatam vindicet ac emptor except. doli obiiciat quâ pretium recipiat, emptoris eſt probatio *l.*16. *C. de præd. min.* quia ipſe hoc intendit minorem eſſe locupletiorem. Vbi verò contractus iure valet, tunc ſi minor reſtitutionem inde petat, ex. gr. quod non expedierit rem vendi, quocumque pretio, idque probet, reus verò, excipiendo, pretium recipere velit, tanquam verſum in rem minoris, negante hoc minore, reo probandum eſſe vult Duar. Sed ſi ideò velit reſtitui minor, non quod in venditione captus, ſed quod ex pretio non factus ſit locupletior minori probandum eſſe, quia nihil aliud cauſſari poteſt in quo læſus ſit, quàm quod pecunia non ſit verſa in vtilitatem ſuam. Et conuenit *Trentacinq. lib.2. pract.reſol.tit.de Minor. reſol.* 6. *n.*6. verſ. alia eſt opinio & ferè *Hart. Piſt. lib.*1. *q.*38. *n.*18. † Sed hæc parum firma aut tuta videntur. Nam capto in venditione ipſa minore & contra id reſtituto, emptori pretium reddi debere, niſi tunc dederit cum perditurum ſciret, eſt *text. in l.*24. §.4. *h.t.* Quare ſi neſciuit perditurum, non adſtringitur emptor ad probandum pecuniam verſam eſſe in vtilitatem minoris *Fr. de Caldas in definit. v. per quod priſtinum ius num.*1. Vnde ſi excipiat emptor ſibi reddi debere pretium *d.l.*24. §.4. *d.l.*41. neceſſe eſt, vt replicet minor ſe illud perdidiſſe. Proinde hoc ipſe vti intendit ita & probet. † Non itaque recedendum à communi Dd. regula: Læſionem, niſi manifeſta ſit, vt in caſibus relatis & ſimilibus minori probandam eſſe *d.l.*5. *C.h.t. d.l.*9. §.4. *de iurei. Odd.p.*1. *quæſt.*36. *art.*1. *P. Frider. lib.*2. *de mandat. ind. cap.*62. *nu.*13. quam certam & indubitatam vocat *Mauric. c.*278. *n.*7. Probatur autem non ſi doceat abſolutè ſe contraxiſſe & obligatum, vt Don. hîc. Nam ex ſolo ipſo contractu regulariter læſus non præſumitur *Menoch.*3. *præſ.*82. *n.*13. poſt plures *Vult.conſ.Marp.*29. *n.*251. *ac ſeq.vol.*3. ſed ſe inutiliter rem geſſiſſe, obligatum vbi non oportuerit, non tantumdem vel amplius, pro eo quod gerendo amiſit, recepiſſe, &c. Neque aliud hîc aut ſpeciale in mutuo, ſiue gratuitum, ſiue ſub fœnore acceptum ſit; & ſiue de ſorte ſiue de vſuris agatur, vt oſtendit *Hart.Piſt.lib.*1. *q.*28 *nu.*28, & *ſeqq.* Tametſi Dd. vulgò in fœneratitio credito probationem aduerſario iniungant *Mauric.c.*221, *in fin. vid.Molina. de Vſur.q.*37. *n.*280. & *ſeqq.* Amplius alij in omni mutuo idem iuris eſſe cenſeant, *Matheſilan. ſingul.* 58, *ibiq; in annot. Gabr.Sarayna.Duar.ad d.t.C.Si adu.cred.* propter fraudem, ait, quæ hîc ſæpius interuenire ſolet, & quia experimentis conſtat damnoſum ferè eſſe ſolere. Ac etſi *L.2.C.d. t.* loquatur de fœnore tamen ad ſpeciem certum reſcripta eſt & *d.l.*1. indiſtinctè loquitur. Ac facit exemplum Senatuſconſulti Macedon. Et ita quoque *Pinell. ad l.*2. *C. de reſtim. vend. n.*32. & *ſeqq. Trentacinq.d.reſol.*6. *n.*5. Ac *Mudæ. ad d.l.*1. Cum minor, inquit, negat exſtare pecuniam, id veroſimile, cum nemo ferè roget mutuum, niſi mox erogaturus. Et ita quod non extent nummi probatur ex communiter accidentibus. An autem fructum fecerit exinde minor id in facti quæſtione, an ſcilicet verè egenti creditum ſit, ad vſum neceſſarium. Quare hoc probandam aduerſario. † Sed rectè *Hart. Piſt.d.lo.* vbi contrariis occurrit. Nec obſtat *d.l.*1. Nam Imp. qui ad caſum propoſitum à conſultore reſcripſit reſtitutioni locum eſſe. R. quod non doceri potuerit locupletiorem factum minorem. Vtri autem probandum ibi non expedit. Et ita accipiendum eſt illud reſcriptum, quod minor in ea ſpecie iam præſtiterit, quod ſibi ex ſua parte ad reſtitutionem obtinendam incubuerat, nec contraria aduerſarij probatione illud eliſum ſit *Hart. Piſt. d. loc.n.*18. & *ſeq.* † Vbi autem hoc onus aduerſarij, ſufficere probationem veriſimilem, etſi neceſſario non concludat vult *Mudæ.ad d.l.*1. *C.Si adu.cred.* Contra *Mauric.c.*222. † Elegans verò modus probandi pecuniam ceſſiſſe in vtilitatem minoris, ſi qui emit, exempli gratia, creditori minoris numeret & de eo inſtrumentum confici curet. *Elb Leonin.*3. *Emend.*3. *num.*12. † Quando à minore læſo probationis exacta vel minus requiratur vid. *Odd.d.q.*36. *art.*19. *Trentacinq. d.t.reſol.*3.

CAPVT XI.

Cauſſæ quæ reſtitutionem admittunt, cum contra videatur.

SED HIC QVÆDAM VIDENTVR ESSE EXCEPTIONES, NEC SVNT, quæ remouendæ, ne falsâ ſpecie incautos fallant. RES VEL CAVSSÆ OB QVAS iuſtè DVBITATVR QVATVOR. 1. QVALITAS MINORIS, ſi homo frugi, induſtrius, a maturi iudicij, a aduocatus, iure peritus b conſiliarius, decurio, magiſtratum alióſve honores gerens, c plurium liberorum parens d *l.*2. *C. de in int.reſt. l.*1. *C. Qui & adu. quos.* Etſi namque veroſimile ſit hos non facilè capi, vbi tamen captum eſſe conſtat in re certâ coniectura non eſt locus *l.*137. §.2. *de V.O.* Nec vnquam tanta minori prudentia, quin reſideat aliquid inſcitiæ, ob inexperientiam rerum. Ætatique huic ſemper facilitas & lenitas adiuncta, facilè hucilluc impellens. 2. ALIORVM ADHIBITA AVCTORITAS: VT IVDICIS *t.C.Si adu.rem iud.* Nec impedit auctoritas rei iudicatæ, contra quam & maiori appellatio prodita. Minori autem hæc reſtitutio idem præſtat, e etſi is ſummus vt præfectus prætorio; ac etſi in Principis auditorio res iudicaræ, vbi appellationi locus nullus. Nam hîc illi ipſi, qui iudicarunt, reſtituunt, *h.*16. §. *vlt. l.*17. *l.*18. *l.*42. *h.t.* Ratio diuerſi *in d. l.*17. Appellans queritur iniquè iudicatum. Minor hîc erroris ſui, quo omiſit quæ pro cauſſa faciebant veniam petit. Quo nihil auctoritati fideve iudicantis detrahitur. Vnde patet non reſtitui, niſi de errore falſſus, nouas allegationes f adferre velit. f Ac etſi pro minore iudicatum, ſi modo ad minus quàm oportuit, vt ſi nulla fructuum, aut vſurarum mentione *l.*11. *C. Si adu.rem iud.* Quæ in hoc genere exceptiones, vid. *c.ſeq.lit.O.* MAGISTRATVS, ſi eius decreto res vendita *l.*2. *C. de fid. min. l.ſi quidem* g *11. C. de pred. min.* g Vbi maior ratio, quàm in ſpecie priori, quia hîc magiſtratus vendere tantùm permittit, pretium autem non comprobat. TVTORIS ET CVRATORIS, *t. Si tut. vel cur. interu. l.tutor.*47. *D.h.t.* R. dub. tum quia hi domini loco ſunt, tum quia finis auctoritatis eſt, vt ratum ſit quod geſtum eſt. R. de cid. Nil profuit aduerſus captionem auctoritas, vbi captum eſſe liquet. Pro dominis verò illi vt prosint non vt noceant *s.lib.*3. *cap.*12. *lit.C.* Nam quod in fauorem, &c. Neque ſic fruſtranea auctoritas, quæ efficit id vt ipſo iure valeat quod geritur ETSI IDEM h PATER SIT, *l.*29. *pr. h.t.* h etſi perſonali actione à tutore ſuum conſequi. & ita damnum ſarcire poſſit *l.*3. *C. Si tut. vel cur.* Quippe liberum minori, an tutorem vel curatorem priùs conuenire velit *l. etiam* 45. i *h.t.* an reſtitui *l.vlt.C.d.t.* i Et ſi vnâ viâ non conſecutus ſit, id alterâ conſequi poteſt. *d.l.vlt, ibi: nullo præiudicio.* Quare reſtitutionem rectè petit etſi tutor ſoluendo ſit. Hæc enim vis verborum *licet ſuum conſequi poſſint d.l.*3. quæ malè quidam exponunt conſequi ſcilicet iure non effectu. Aliud enim eſt conſequi *debere*, quod ad ius refertur, aliud *poſſe* quod ad naturalem facultatem. Diuerſaque ſunt petere poſſe ſuum & conſequi. Quid quod nec verè peti poteſt ab impube *l.*6. *de dol.* Obi. 1. Qui ſuum à tutore qui ſoluendo eſt ſalùm habere poteſt, læſus non eſt, per *l. is qui actionem* 15. *de R.I.* R. Immò eo ipſo quod perſequi poteſt à tutore, arguitur amiſſio. Videtur verò habere rem, qui act. habet *d.l.*15. aliàs nec daretur actio *l.*57. *de R.I.* Obi. 2. Nemo iure communi & mero munitus reſtituitur *l.*16. *h.t.* R. Communi auxilio ſimul & mero iure munitus dicitur *d.l.*16. cum geſta ipſo iure non valent, *vt exempla ſubdita declarant.* Quin & *d.l.*16. §. 2. negatur ipſo iure munitus, quia aliam actionem habet. k Obi. 3. Procuratore læſo, negatur minori reſtitutio, ſi res ab ipſo Procuratore ſeruari poſſit *l.*23. *in fi. h.t.* idem ergo in tutore. R. Ratio differentiæ non quod Procuratoris adminiſtratio voluntaria, tutoris neceſſaria, cui ideò magis fauendum. l Neque enim neceſſe eſt tutori rem malè gerere. Sed quia Procurator etſi nomine & mandato minoris, ipſe rem gerit, ipſi actio acquiritur, quam poſtea domino præſtat, ipſe obligatur *l.*67. *de Proc.* Ergo minor non ſtatim poteſt reſtitui, quia res non cum ipſo geſta eſt. Verùm res eius tunc agitur cum eius incommodum vertitur, vid. *s.c.*7. *lit.L.* Vbi verò auctoritate tutoris geſtum, verum iam eſt ab initio rem eum minore geſtã eſſe. m Sed etſi per ſe tutores vel curatores geſſerint idem eſt *d.l.*3. *l.vl.d.C.d.t.* quia

cum pro dominis ſint perinde habetur, ac ſi ipſe minor geſſiſſet, qui & inde obligatur *l. vlt. C. Si adu. rem iud.* n Planè cum curatores idonei, aduerſus emptorem minor non reſtituitur, niſi fundo meliore reddito impenſas bonâ fide factas præſtare velit *l.*39. §. 1. *h.t.* Tres tamen caſus quibus hæc auctoritas reſtitutionem excludit, vid. *infr. cap ſeq. lit.M.* Quibus adde quartum *ex cap.*9. *in fi.* PATRIS ſiue in poteſtate habeat ſiue non, argum. *l. ſi him.* §. 1. *de V.O.* Quin & qui pro patre fideiuſſit reſtituitur *l. vltim. Cod. de filiofam. min.* 3. FAVOR EIVS CVM QVO AGITVR SI IS FISCVS *l.*2. & *t. Cod. Si adu fiſc.* o Exceptio vna in reb. 6 bus a Procuratore fiſci ob publicas penſitationes non ſolutas publicâ actione diſtractis *l. vlt. Cod. d.t.* & *l.*2. *Cod. Si propt. publ. penſ. & ſimil. notatis ab Accurſ. ad d.l. vlt.* [vid. *c.ſeq.lit.N.*] Vel debitor in pecuniâ minori ſoluta auctore tutore, *l.*1. *Cod. Si adu. fol.* Vbi quæ cautela, vid. *ſupr. lib.*16. *cap.*10. *lit.H: adde l.*7. §. 2. *h.tit.* 4. INCONSTANTIA MINORIS. Si hereditatem primò repudiauit, deinde in integrum reſtitutus adiit, poſtea iterum reſtitui vult, vt repudiet *l.*7. §.9. *h.t.* P Sicuti p & auditur, qui aduerſus vnum ſententiæ caput reſtitui vult, cætera autem valere *l.*29. §.1. *h.t.* q q

NOTATA.

a Diſſ. planè *Duar. ad d.l.1.C. Qui & adu. quos*, verami hanc except. ſtatuens. Nam ſi hoc ait, in cognitione Iudicis an fuerit induſtrius *d.l.*1: vtique ex hac cauſsâ negatur reſtitutio. Pone: minor vendidit rem, vult reſtitui, quia non expedierit vendi vel vilioris venit res. Aduerſarius obiicit non eſſe captum lubrico ætatis, ſed eam læſionem eſſe quæ & in prudentiſſ. cadat. Probatâ ſanè læſione præſumitur inconſulta facilitas. Sed, niſi reus contrarium probet, vel contrariis coniecturis fortioribus niteatur. Hoc autem dicitur *d.l.*1. quod ex eo ſolo quod decurio creatus non arguatur prudentia, per *l.C. Qui ætate vel profeſſ.* Sic vti nec ex eo quod liberos ſuſceperit, quia non ideò doctior, qui liberis fortè magis quàm libris operam dedit, ita Duar. Sed imò hæc ſententia eſt *d.l.*1. Quod ſi induſtrius filiusfam. appareat, non ita veriſimilis ſit læſio, ſed exactiorem probationē requirat. Veriſimile autem neceſſe eſt cedat verò præſumptio probationi *Odd p.*1. *q.*23. *art.*3. *in fin. Goth. in d.l.*1. *Iacob. Ferrer.annot.ad deciſ.Gu.Papæ* 88. Et ibi vocula *verum*, aduerſatiua hoc ipſum arguit. Denique refellitur *Duar ex l.*1. *in fin D.h.t.* b Et ita minorem iuris Doctorem, & qui ſe IC. profiteur ac de iure reſpondet non reſtitui vult *Duar. ad d. l.*1. *C. Qui & adu quos. Alaiſ.de Albertis ſingul.*87. *Gu.Papæ deciſ.*88. *n.*4. *Gomez.*2. *reſol.*14. *n.*5. *Bronch.*1. *miſc.*28. Quæ receptior opinio, teſte *Oddo p.*1. *q.*25. *artic.*7. & *Fachin.*3. *contr.* 5. Quod vtique procedit in iis quæ ad iuriſperitiam ſpectant, ſi errore iuris exceptionem vel allegationē omiſit, quod putauerit ad merita cauſſæ nihil facere. Quia hîc deſiderium eius cum profeſſione pugnat, arg. *l profeſſio. C. de minor. patrim. lib.*10 & turpe eſt cauſſas orauit ius ignorare *l.*2. §.45. *de O.I. Mudæ.ad d.l.*1. *Benuenut. Stracchæ de Mercatorib.p.*3. *n.*27. *Buſius ad l.*1. *D.h.t. n.*5. *Mauric. c.*223. *Cagnol. in princ. Proœm. Dig. n* 79. & relati ab *Harpr. in* §.33. *I. de act. n.*6. & *ſeqq.* & *Proceſſ iudic. deciſ* 24. *concl.*7. Secus ſi ignorantia facti, quę meretur excuſationem. Maximè in negotiis contrahendis & extra iudicium. Iuris enim ignorantia dedecori eſt Iuriſconſulto, facti in prudentiſſ. cadere poteſt. Quin profeſſo iuris & artium cum pronida adminiſtratione bonorum nihil cõmune habet. Imò ſtudiis dediti plerumque nullam vel exiguam curam habent rerum familiarium, quæ in puluere campi, act. otio litterario cõtratiis, expediuntur, bellè *Maynard.lib.*3. *deciſ. Toloſ.*38. *add. Fachin.*3. *contr.*5. *Odd.d.art.*7. *num.*32. & *ſeqq. Sarmient.*3. *Select. interpretatio num.*12. Sic & peritia alterius artis quàm minor profitetur, impedit, reſtitutionem circa negotia illius artis & profeſſionis. *Mauric. d.cap.*223. *Odd, d.q.*23. *art.*5. & 6. Quomodo *Mudæ.ad d.l.*1 idem eſſe in mercatoribus & aliis, qui præhabito examine recipiuntur & non inuiti trahuntur ad alicuius rei profeſſionem. Sed contra diſputat *Sarmient.d.cap.*12. *num.*11. c ob læſionem ſcilicet in rebus ſuis priuatis, non in c publicis *ita Maynard. lib* 3. *deciſ.*49. † Reges Francorum, eſſi infantes ſint, numquam ætatis beneficio reſtitui, ſed in omnib. iudiciis maiores haberi notat *Badin.*1. *de Reb* 8. *n.*104. d Numerus liberorum ſuppleat ætatem in honoribus ac- d quirendis *l.*2. *D.h.t.* à quib aliàs arcetur minor *l.*8. *de muner.*

A. Fab. ad d. l. 2. Sich. ad l. 2. C. de in int. rest. n. 4. Odd. p. 1. q. 23. art. 13. e Et tantò facilius in iudiciis læditur, quantò difficilius est cauere etiam maiori ne quid in eo damni incurrat *Anton. Fab. ad l. 7. §. 4. h. tit.* † De restitutione contra sententias pluribus *Mauric. cap. 192. & seqq. Octau. Vestr. lib. 8. pract. Rom. cap. 3.* fusissimè *Odd. p. 2. quæst. 68. & seqq.* Num & contra interlocutorias, vid. *Rulant. de commissar. p. 1. lib. 2. cap. 22. num. 3. & 4. Menoch. retin possess. remed. vltim. num. 55.* Quid si tres sententiæ conformes, vid. *Odd. quæst. 72. art. 4. Mauric. cap. 268. Mynsing. obseq. 74. Anton. Fab. ad l. 18. §. 2. hoc tit.* qui vult non dari restitutionem per *d. §. 2.* nisi à Principe. Variarum hac de re in Rota Romana refert *Cæsar. de Crassis decis. Rotæ 21. add. Octau. Vestr. lib. 8. pract. aulæ Rom. cap. 3. num. 7. & Knich. de Sax. non prouoc. iure verbo ius cap. 5. num. 125. ac seqq.* f Diss. *Odd. p. 1. quæst. 32. artic. 17.* idem statuens etsi imperitiâ iudicis læsus minor. Non autem minor iudex restituit contra sententiam maioris *l. 18. pr. h. tit.* An autem par contra sententiam paris? Aff. *Cuiac. ibid.* Sed *Ant. Fab. ibid.* id aliter admitti non posse quàm contra decessoris per concessoris sententiam *l. 42. h. tit.* quia quasi propria videtur. Aduersus sententias quoque supremæ Curiæ imperij restitutio peti potest *Ond. Cam. p. 3. tit. 51. & seqq.* Itt. *Meland. Com. Camerал. parte 3. fol. 36.* g *Odd. p. 1. quæst. 22. art. 9. Mauric. cap. 218.* Tametsi *Angell. & Io. de Crassis* contra senserint, contra iura aperta locuti, inquit *Fr. de Caldas ad l. 3. C. hoc tit. v. implorare in int. restit. num. 2.* Non obstat quod contra solutionem ex decreto iudicis factam nulla restitutio *l. 7. §. 2. hoc tit.* Nam illa solutio est necessaria quam iudex præcipit. In alienatione verò interpositum decretum non est compulsionis & præcepti, sed permissionis, *Caldas d. loc. Muda. ad l. 1. C. aduers. solut. vers. & sanè mirum.* Quin immò & contra dispositionem *l. bene à Zenone vlt. C. de quadr. præscript.* re minoris à fisco, vel Principe vendita restitutionem concedi post alios adstruit *Io. del Castillo quotid. controu. cap. 5.* h *num. 7. iunct. num. 14. & seqq.* h Ratio dubit. videtur ratione diligentiæ magis prospectum esse filio per *l. vlt. C. de cur. fur. l. 67. §. 1. de vit. nupt. Duar. ad d. tit. C. si tut. vel. cur.* Ratio decid. Excludit quidem partis affectio præsumptionem fraudis *dd. ll.* ast non probationem, siue fraus in consilio sit, siue re ipsa *Ant. Fab. ad d. l. 29.* † Mulrò igitur magis restitutió etsi consanguinei, vel amici interfuerint i vid. *Mauric. cap. 145. Odd. quæst. 22. artic. 6. & 7.* i Consentit *Odd. parte 1. quæst. 22. artic. 3. Meichsner. tomo 3. decis. Cam. 7. num. 17. Rauden. decis. Pisanâ, 12. num. 60. & seq. & tomo 4. decis. 36. num. 18. & num. 31.* Diss. *Cuiac. ad §. vltim. hoc titulo,* ita accipiens *d l. vlt.* si vel emptor mala fide emit, vel minoris interfit rem ipsam habere, quam à tutore, qui alienauit consequi nequeat. Sed malè. Et refellitur satis *Cuiac.* ex *Nou. 1. cap. 4. §. 1.* k Consentit *Duar. ad hoc tit. D. fol. 87. & ad tit. C. Si tut. vel cur. fol. 92. & ad tit. C. Si aduers. rem iudic. fol. 95.* brocardicum quod Dd. pro certâ lege habent Restitutionem non dari, si ordinarium remedium competat: remedium ordinarium & extraordinarium non concurrere, inepriss. ac falsiss. vocans ac meras nugas *& Baro. ad dict. l. 16.* munitum iure communi dici qui aduersus damnum ex re gesta defenditur. Minus verò est habere actionem quam rem. Et vilius est restitui quàm sumptuosis actionibus distringi *Vuesenber. in Par. hoc titulo num. 8.* Nec pro minore inducta decisio *d. l. 6.* contra eum adduci debet, nec subsidiarium hoc ideò remedium, sed principale *Alex. Rauden. decis. Pisanâ 12. num. 61.* † *Anton. ad d. l. 16. princ.* ita: Communi auxilio, &c. Sensus est si auctoritas iuris illæsum ius seruauit, non obstante negocio, quod gessit, perinde ac si nec gessisset. *Commune auxilium*, non quod maioribus commune. Nam & appellatio communis, nec tamen qui appellare potest restitui nequit; sed quod minoribus omnibus aut pupillis commune ex sola iuris auctoritate, citra vllam prætoris adeundi necessitatem, per exempla subiecta. † Sed etsi *commune* diceretur quod & maioribus competit, verba tamen *d. l. 16.* hæc duo coniungunt: *communi auxilio & mero iure*, vt rectè Don. hic post *Fulgos. & Muda. ad l. 5. C. de in int. rest.* Quæ malè Dd. separant priore contenti, aliàs frustra illa adiecta *& mero iure.* Quin vbi gesta iure rata sunt, sed aliqua actione maioribus communi infringi possunt, tantò grauior est læsio, dignioràque ope prætoris. Qui non dedignatur sua beneficia, etiam illis impertiri, quibus non adeò necessaria sunt, sed tantum vtilia, vt bonorum possessionem iis qui iure ciuili adire hereditatem possunt, &c. Alia ratio actionis de dolo subsidiariæ quia ea est famosa. Non obstat *d. l. 16. pr. verbis num aliæ actio.* Nam respondet *Ant. Fab. ibid.* Alia actio, non quod ius dicendi nullum act. verbo contineatur, vt post Accurs. Cuiac. Sed *alia* non quæcumque, verùm ea quam haberet minor etsi negotium non esset, id est, quæ ei competit ipso iure, non aliam ob caussam quàm quod gesta non teneant vt rei vindicatio vt per exempla. Non si *alia* ex ipso negotio competens vt condictio *d. l. 16. §. 2.* † *Mudæ. d. loc.* 82. non obstare illa verba, quia subditur, *citra in integrum restitutionem.* Quod idem est ac si dicas mero iure. † Mihi sic exponenda videntur. Videndum *num alia actio* competat, id est, non an alia actio sit minori, sed an alia actio sit aduersario, quasi d. Si aduersarius contra minorem actionem non habeat non necessaria est restitutio. Probat hoc species subdita. Pone: Pupillus mutuum accepit sine tutore, idemque nummos perdidit. Cessat restitutio *d. l. 16. pr.* Quia scilicet nulla actio est minuanti contra pupillum, &c. Apertior hic sensus, si pro *alia*, legas *aliqua*; quomodo veteres codices habere testatur *Vualth. 1. misc. 32.* † Verùm etsi hæc ita sint Dd. tamen & pragmaticis constitutiss. est suum illud brocardicum, ac citius forte clauam Herculi ademeris, quàm vt contrà in foro disputando audiaris. Videndum igitur vt istud declarent vel restringant. De quibus *Mauric. cap. 12. & cap. 289.* fusè *Odd. p. 1. q. 17. Caldas ad l. 3. C. h. t. v. implorare in int. rest. num. 9. & seqq.* Potiores declarationes hæ duæ: 1. vt obtineat quando vtrumque remedium ordinarium & extraordinarium contra eundem, secùs si contra diuersos *l. 3. C. si tut. vel cur. Caldas d. loc. numer. 10. Odd. d. q. 17. art. 2. Zasius singul. Resp. 20. num. 221. Meichsner. tom. 3. decis. Cam. 7. num. 17. diff. Pac. 2. q. 99.* ita demum admittens, si vtilior restitutio minori quàm actio contra alium. Planè 2. modis hanc declarationem restringit *Odd. d. lo. 2.* Vt non obtineat quando extraord. remedium plenius prospicit *Odd. d. artic. 2. num. 33. Caldas d. loc. num. 11. Mauric. cap. 12. num. 7. Pac. 2. q. 99. Zas. d. cap. 21. num. 18. Cas. Contard. in l. diffamari cap. 4. num. 101, Sichard. in l. 1. C. ex quib. ca. mai. num. 2. Petr. Barbosa ad l. quia 14. (aliàs 13.) Sol. matrim. num. 69.* Et communiss. vocat *Io. Ludou. Bender. de Restitione concl. 25. num. 12.* Sic etsi minori, ob omissas allegationes condemnato, appellatio parata sit; non tamen negatur restitutio quia pinguior *Caldas d. loc. Odd. d. q. 17. artic. 9. Rulant. de Commissar. p. 3. lib. 9. cap. 15. num. 2.* Hinc & læso vltra dimidiam minore restitutionem, non excludi per concurrens remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* tradunt *Cœuar. 1. var. resol. 3. num. 4. Pin. in d. l. 2. p. 3. cap. 1. num. 19. Anton. Fab. 7. err. pragm. 9. Ant. de Gamma decis. 21. Mauric. cap. 289. Caldas d. loc. num. 12. & seq.* Quia restitutio plenior per quam consequitur fructus à tempore vēditionis *l. 24. §. pen. h. tit.* Nec aduersarius supplēdo quod iusto pretio deest rem retinere potest, si forte intersit minoris ipsam rem recipere, &c. l quomodo *Azo. in Summâ C. hoc tit. num. 15. Fr. de Caldas ad l. 3. C. h. t. v. implorare in int. num. 34. Mudæ. ad l. vlt. C. si tut. vel cur. Mauric. cap. 234. cir. med. vers. nec est absonum. Seraphin. de Seraphis priuileg. iuram. 102. num. 14.* quod promptiùs subueniatur iis quorum munus necessarium *l. 1. §. 3. & 4. Depos.* m Quod geritur à tutore vel curatore faciliùs cum minore gestum intelligitur, quàm cum domino id quod procurator gessit. *Duar. ad d. h. tit. C.* Et tutoris persona magis repræsentat pupillum quàm procuratoris dominum. Nam ex contractu procuratoris contra ipsum agi potest *l. 46. h. t. l. 49. Mand.* ex tutoris non item *l. 2. de adm. tut. Ant. Fab. ad d. l. 23.* n *Duar. ad d. tit. C. Muda. ad l. 9. C. D. tit.* Tutor enim non alia ex caussa accedit, nisi vt infirmum iudicium suppleat. Et vt minoris nomine contrahit (nam si suo non tenetur minor, nec opus restitutione *l. pen. C. d. tit.*) ita huius opera & ministerio minor, iuris fictione, actum ipsum celebrasse dicitur *Mauric. cap. 147. n 3.* Sed etsi tutor omni culpa careat, vbi ipse non tenetur, restitutio est *l. 47. pr. hoc tit. Ant. Fab. ad l. 45 h. t. Muda. ad d. l. 3.* vid. *Mauric. cap. 146.* o *l. 45. §. vltim. de iure fisci.* vid. *Dunr. ad tit. C. si ad fisc. Mauric. cap. 217. & 219. Odd. quæst. 18. artic. 11. & seqq.* Atque huc referenda *l. vlt. D. de in int. restit.* iuxta receptam lectionem *contra Rempublicam.* Etsi, ea reiecta, alij substituant *contra rem iudicatam Gouean. 1. var. lect. 33. & probant Cuiac. & Ant. Fab. ibid. Elb. Leonin. 5. Emend. 18. num. 5.* Alij *contra rempublicatam. Rauard. 5. var. 18.* (quod scriptum fuerit *rempublic.*) id est, post rei iudicatæ exsecutionem, cum res creditoribus addicta venalis proscribitur. Nam, inquit, & quod publicè propositum erat venale publicari dicebatur *l. 11. §. 1. Quod vi aut clam*, quæ hoc vix probat. p Quia non contrarius est eodem tempore & instanti *Caldas in definit. v. implorandum. num. 35.* vid. *Mauric. cap. 231. Cuiac. & Anton. Fab. ad dict. §. 9. Confer. infr. cap. seq. lit O.* q

Cum

Cum scilicet plura capita non connexa, vbi tot videntur esse sententiæ argum. *l. 19. de V. O. A. Fab. ad d. §. 1.* Tunc enim & appellari ab vno capite posset *Rebuff. h. tr. art. 1. gl. 1. num. 21.* vid. *Mauric. cap. 195.*

CAPVT XII.

Causse restitutionem respuentes.

QVÆDAM VERE SVNT, VBI TRIA CAVSSARVM, quæ restitutionem adimunt, GENERA: 1. RES QVÆ NATVRA SVA EAM NON ADMITTVNT, QVARVM OCTO SPECIES. I. LIBERTAS *l. 3. C. si ad lib. l. §. vlt. l. 48. §. 1. h. t.* Quia certi modi constituti iure, quibus seruus efficitur. Nec vllus iudex, aut prætor hanc poterit restituere habet: a Postquam data est scilicet (secus si antequam competat *l. 11. §. 1. hoc tit.*) Etsi indebitè præstita *l. 1. C. d. t.* ac etsi dolo serui *l. 2. C. d. t.* Et quia in iudicio liberali sententia liberum facit *l. 25. de stat. hom.* ideo nec sententia pro libertate per restitutionem hanc rescindi potest *l. vlt. C. d. tit.* Aliud in sententia de danda libertate, quæ non liberum esse pronunciat, sed libertatem deberi *l. 1. C. d. tit.* b Nisi Princeps restituat ex magnâ caussâ *l. 10. hoc tit.* c id est, si duo hæc concurrant dolus serui & damnum quod à manumisso sarciri nequit. d Aliàs enim negatâ restitutione damnum illatum minor sarcire potest aut à curatoribus *l. 1. C. d. tit.* aut à manumisso si ab eo circumuentus *l. 2. & 3. C. d. tit.* 2. SERVITVS; in quam se facto suo coniecit, non tantùm si ex delicto. Hic enim ratio communis impedit, per ea quæ *supr. cap. 10. lit. N.* sed & leuitate ætatis, si se venire passus est *l. 9. §. 4. hoc tit.* vbi ratio. Quæ sic declaranda. Vbi statum quis mutat, scilicet planè, vt habere desinat, non est qui restitui possit, quia seruus pro nullo habetur. e Et magistratus, cum dominus non sit, manumittere eum nequit. Alia caussa arrogationis *l. 3. §. 6. hoc tit.* Quia ibi persona manet quæ recipiat restitutionem, cum & filiusfam. captus restituatur *d. l. 3. §. 4. & 5.* f 3. PRÆSCRIPTIONES TEMPORALES, quæ singulari iure currunt, ita vt & contra eas negetur restitutio. Tales tres sunt: Præscriptio 60. dierum obiecta accusanti vxorem adulterij iure mariti *l. 37. §. 1. h. tit. vbi ratio.* Quia si non calumniatur, cur non recens dolor citiùs accusationem expressit, & Præscriptio quinquennij agenti de statu defuncti *l. si mater. 6. C. Ne de stat. def. verbis: & pupillos.* Ratio in fauore libertatis: &. Præscriptio triennij litibus finiendis constituti. Quo desidiâ tutorum vel curatorum transacto ita demum restitutio si nec tutores nec fideiussores, aut eorū heredes idonei, vt ab illis iactura sarciri possit *l. 13. §. vltim. C. de iudic.* Jus singulare, contra regulam *l. 3. C. si tut. vel cur.* vt h aliquis sit litium finis *l. vlt. Pro suo.* h 4. EXSECVTIONES POENARVM *l. 37. princ. hoc tit.* id est, persecutiones priuatis constitutæ per *l. 7. §. 1. de iniur.* amissæ scilicet vt exemplo iniuriarum iudicij omissi declaratur *d. l. 37. pr.* & facit definitio restitutionis. Nec malè quidam libri habent *exemptionibus d. princ.* i Si vel omissis intra tempora constituta eas non exequatur; vel remissæ vtiliter, cum tutoris vel curatoris, si eum habet, auctoritate. k Neque enim nisi malitiosè aut turpiter per restitutionem hanc repeti possunt. Nam aut pertinent ad vindictam publicam solùm, ad minoris nihil interest, cum accusatio alij nocere queat, ipsi prodesse nequeat. Ergo per *l. 38. de R. V. ibi neque malitiis, &c.* Aut pœnam pecuniariam habent, cedentem commodo actoris. Et hæ vel vindictæ caussæ comparatæ, vt in actione iniuriarum. At qui hanc repetit, non id agit vt suum consequatur, qui de suo

nihil amisit. Nec pœnam lucri caussa persequitur. Turpissimè quippe id ex læsâ existimatione quæreretur. Sed vindictæ. l Adhæc neque veterem iniuriam persequi potest, quæ remissione ipso iure sublata *l. 17. §. 1. de pact.* nec nouam, quia iniuria non nisi ex contumeliâ nascitur *l. 27. §. 2. vers. sed si pactum de pact.* Vel natæ ex eo quod nobis ademptum est, vt in pœnâ furti. Et rectè Bart. *d. l. 37.* m ad has quoque pœnas pertinere, cum certum sit exemplis regulam non restringi. Nam & hîc si lucrum quærat minor, id turpe esse incipit. Turpis autem lucri non habenda ratio *l. 26. de damn. inf.* Et furti quoque actio per pactum ipso iure tollitur *l. 17. §. 1. de pact.* 5. SOLVTIONVM SPECIES TRES. 1. Reditruum & pensionum *l. 25. de adm. tut.* quia cum iis consistant alimenta, expedit solutionem non diu differri donec ad iudicem ventum sit. Adhæc cum particulatim exiguæ summæ soluantur, non sine molestiâ & damno, tum minorum, tum debitorum semper aditerut iudex [vid. & *s. lib. 16. cap. 11. lit. G.*] 2. Fideicommissariæ hereditatis restitutio *l. pen. princ. C. ad Trebell.* Quia hîc nihil minoris interest restitui contra heredem fiduciarium, qui voluntati defuncti paruit. Non si hereditas lucrosa vt apparet, nec si damnosa, quia contra creditores hereditarios restitui potest. Et 3. solutio quæcumque quam sententia & iussus iudicis præcessit, vid. *s. lib. 16. cap. 31. lit. H.* 6. PIGNORVM DISTRACTIONIS SPECIES DVÆ: PVBLICI: si prædia ob publicas pensitationes ad cessationem solutionis à fisco sollenniter distracta *l. 1. & 2. C. si propt. publ. pens. l. 1. l. vlt. C. si ad fisc. l. 2. & l. 5. C. de fin. inst. & iur. hastæ fisc. lib. 10. tit. 3.* n ET PRÆTORII ex caussâ iudicati capti, si damnum non enorme, vt *supr. cap. 9. sub fin. lit. N.* 7. RES IVDICATA IN DVABVS CAVSSIS: PRO LIBERTATE, vid. *s. h. t.* initio. VEL CONTRA IN INTEGRVM RESTITVTIONEM, *l. 1. l. vlt. C. si septus in int. restit. post.* o Nisi nouæ defensiones adferantur *l. 2. l. vlt. C. d. tit.* sic enim non de eâdem re postulari videtur, per *l. 14. de exc. rei iudic.* Superest tamen appellatio minori, à quâ illum præscriptio decendij nouo iure post *l. vlt. C. In quib. cap. in int. restit. necess.* non excludit, nisi à tempore quo maior factus erit. 8. HEREDITAS REPVDIATA IN CERTA SPECIE, de quâ *l. 24. §. Scæuola 2. hoc tit.* nisi sit ex suis heredibus *l. vlt. C. de repud. hered. 9.* RES MINIMA aliquando. Tunc scilicet CVM ita postulatur, vt MAIORI REI vel summæ PRÆIVDICETVR *l. 4. de in int. restit.* Ex. gr. si gregetoto vendito, duo capita morbosa, aut ex latifundiopratorum vnum redhibere velit. Quia cum vna venditio sit aut tota rescindi aut tota valere debet *l. 34. de ædil. ed. Et ita rectè Accurs.* p II. PERSONA EIVS, p CONTRA QVEM POSTVLATVR. Tres enim hanc excludunt 1. MINOR si & is æquè læsus, vt si pecuniam perdidit. Melior enim caussa est eius qui accepit *l. 11. §. pen. l. 34. hoc tit. per regulam l. in pari. 128. l. saluabiliores 125. de R. I.* q Sola verò ætas hanc excludit, non aliud beneficium vt SC. Macedoniani: Nam si filiofamil. minor credidit & læsus, potior ætatis quàm SC. ratio *l. 11. §. vltim. hoc tit.* r Item Velleiani. Nam si debitor minoris pro quo mulier interceſſit non soluendo, datur minori contra mulierem actio *l. 12. hoc tit.* 2. PARENTES. 3. PATRONI indistinctè, etsi doli mentio nulla fiat, *l. vlt. C. qui & adu. quos in int. rest. non poss. vbi ratio ibi: vt maneat, &c.* læditur enim existimatio, violatur reuerentia. Nam si nesciuit pater errare filium, arguitur imperitiæ; si scitut, improbitatis. Ac etsi magna læsio item patris patronive persona vilis sit. Quò enim maiori dãno effectus dicitur filius vel libertus,

eò grauius crimen intenditur. Sed ita si postuletur restitutio in eâ re, quam cum filiis libertísve gesserint. Quod ita *ex d. l. vlt.* elicitur. 1. per illa in *pr. quasi non ritè in eos versatos.* Responsio autem quæstioni conformis sit oportet. 2. per rationem *ibi: Sed vt maneat, &c.*
f quia in aliis non læditur honor ac reuerentia. f Potest igitur filius restitui aduersus alium, licet contra factum patris: puta aduersus donatarium rei à patre ex voluntate filij donatæ, contra donationem patris *l. C. si ad don.* Quippe restitutio hæc patrem non offendit, qui de eiuictione non tenetur *l. 18. §. vlt. de don.* Aliud in venditione patris ex consensu filij, quia emptor re euictâ per restitutionem haberet regressum
t aduersus patrem qui vendidit. t Potest idem de eo quod pater seorsim à filio gessit, & in quo nec ab initio læsit, nec lædere potuit. Exemplũ in *l. vlt. §. 1. C. de bon. qua lib.* Pater repudiatam à filio hereditatem adiit. Filius se restitui postulat, vt sibi adire nunc liceat. Auditur *d. §. 1.* Nec enim hîc vel minimùm violatur reuerentia patris: quin potiùs commendatur pietas & vigilantia, qui omissam iuuenili leuitate hereditatem perire passus non est. Ideoque non correcta est *d. l. vlt. §. 1. per d. l. vlt. C. Qui & ad quos.* Correcta autem est *l. 2. C. si ad, rem iudic.* Ibi enim simul & contra patrem postulatur restitutio & aduersus factum patris, ad infringendum id quod cum filia gessit, quasi malè gesserit, qui agendo id consecutus est, vt filia
u cõdemnaretur. u Si tamen dolo malo gesserit pater, ne malitia lucrosa sit, datur, detractâ doli mentione,
x actio in factum *l. 11. & seq. D. l. 5. C. de dolo* x III. FACTVM MINORIS. QVALIA TRIA. 1. PRÆCEDENS; IMPETRATIO VENIÆ ÆTATIS. *l. 1. & t. t. C. de his qui ven. æt.* Ex quâ pro maiore habetur quod administrationem, vt res ab eo gestæ non rescindi per restitutionem possint; non quoad alienationem
y prædiorum *l. 3. C. d. t.* y Eius forma in *l. 2. C. d. t.* in quâ spectatur ætas postulantis 20. annus in masculis, 18. in fœminis. Persona concedens solus Princeps *l. 1. 2.*
z 3. *C. d. t.* z Et caussa iusta; si adsit tum solertia mentis, tum morum honestas. Probatio autem non apud Principem, sed magistratum superiorem, cui subest minor, transigitur *d. l. 2. §. 2.* 2. SEQVENS. RATIHABITIO MAIORIS FACTI *l. 3. §. 1. D. h. t. t. C. Si mai. fact. rat. hab.*
aa aa Tùm quia non refert vtrum quis quid gerat an gestum confirmet, tùm quia hoc modo pacisci videtur, de non rescindendo. Pactum autem etsi ex interuallo interpositum, except. parit. siue verbis, siue re & facto vt in specie *l. 30. D. h. t.* Hinc dubium in *l. 3. §. scio.* 2. *D. h. t.* Minor miscuerat se hereditati. Maior factus exegit debita hereditaria, & ita in administratione perseuerauit. Petit postea restitutionem? Quæritur, an rectè: Ratio dubit. ex dictis: Contra deciditur. Quia potest esse, vt maior factus perseuerauerit in administratione, non voluntate suâ, sed necessitate hereditatis susceptæ, ne quid interim, dum de restitutione deliberat, culpâ eius depereat.
bb E. per *l. semper in dubiis 56. de R. I.* bb 3. CONIVNCTVM in re gerendâ interueniens. SI in re contrahenda, aut re contractâ *in continenti* CAVEAT, CVM IVREIVRANDO SE NON CONTRA FACTVRVM *l. 1. C. si ad. vend.* Vbi corporaliter præstitum ex mente auctoris ethnici id cum religionis caussa res aliqua teneretur. Veluti tangebant sacra & altaria, vt Annibal a-
cc dd pud *Liu. dec. 3. lib. 1.* cc vel Iouem lapidem iurantes de quo Festus. dd Ex Iustiniani mente tactis Euangeliis *Nou. 9. vid. c. seq.*

NOTATA.

a a *Ant. Fab. ad l. 9. §. vltim. h. t.* vbi quis semel liber factus, quia ad naturalem statum rediit, non potest fieri seruus, nisi interueniente aliquo modo, ex iis qui iure gentium, aut ciuili constituti. † *Fr. de Caldas in definit. v. lasis. num.* 158. quia manumissus mutat statũ, & nouus homo efficitur *l. 27. §. 1. de admin. leg. vid. & Mauric. cap. 249. & seqq.* qui hoc libertatis fauore recepsum statuit, & *Odd. p. 1. q. 5. art. 3. &* 4. b ita & alij restitutionem negari contra libertatem con- b
cessam & competentem, non contra concedendam & competituram, *Azo in Summâ C. d. t. Duar. ad d. l. vlt. Caldas d. lo. num. 160. & Mauric. cap. 202.* restitui minorem contra sententiam, quæ libertatem tribuendam declarat. Obi. Atqui sententia qua pronuntiatur liber, appellatione rescindi potest *d. l. vlt.* Bz. Ratio diff. In appellatione conqueritur minor de iniquitate sententiæ; in restitutione non item, sed erroris ac simplicitatis venia petitur, cuius prætextu libertas iam competens non rescindenda, *Duar. ad d. l. vlt.* Et appellatio rescindit iudicatum principaliter, libertatem non nisi per consequentiam *A. Fab. ad l. 9. §. vlt. h. t.* aliter *Mauric. cap. 250.* c Prætor quod iure impossibile est non po- c
test, princeps potest, quia est supra leges *Ant. Fab. ad d. l. 10. &* d *Mauric. cap. 249. num. 3.* ita si manumissio serui etiam aduer- d
sionem domus minoris pertinet argum. *l. vlt. in fin. de off. præf.* aut si operâ manumissi omnino carere nequeat minor add. *Odd. p. 2. q. 55. artic. 4.* e ita & *Mauric. cap. 242. num. 3.* e
quia status ex integro mutatur seu tollitur ac perimitur. Quare ei qui non est restitutio dari nequit *Fr. de Caldas ad l. 3. C. h. t. v. hunc contractum num. 29. Odd. p. 2. q. 55. art. 1. num. 5.* Accedit ea ratio quod in delictis nulla restitutio. Atqui & hîc minor setuus sit ex delicto, in pœnam facti improbi, vid. *ff. lib. 2. cap. 9. lit. N.* Seruile quippe est, & abiecti animi pati se venundari. Et turpissimum est mercede & pretio accepto de eâ re paciscì. *Duar. ad tit. C. si mai. fact. rat. sub. fin.* Quin nec hic dist. esset an maior 20. annis, nisi distinctionem hanc fecisset ipsum SC. Claudianum, quod libertatem eripit, non conuentio *l. 3. C. Quib. ad lib. proclam. non lic.* † Nec est quod tantoperè miretur ac monstri aliquid alere dicat *Vasq. 1. ill. contr. 9. num. 11.* quod cum minori nec prædium alienare liceat, libertate tamen se abdicare concedatur, cui ferè succinit *Goth. ad Nou. Leonis 59. lit. L.* Nam immò indignus est libertate qui ita eam deæstimat, vid. *Gœd. ad l. 3. de V. S. num. 37.* Et hoc verum esse, etiam si pater vel maritus vindicari velit, quasi in sui prædiudicium se vendere non potuerit vult *Rebuff. h. tr. artic. 1. gl. 2. num. 19.* f *Mauric. cap. 242. nu. 3.* quia hic non ex integro f
status mutatur vel omninò extinguitur, vid. idem *cap. 227. Odd. d. q. 55. art. 1.* † *Cuiac. ad d. l. 3. §. 6. h. t. & A. Fab. ibid. ac ad l. 9. §. 4. h. t.* volunt *d. §. 4.* loqui de statu iuris publici, quo saluo arrogatio contingit *l. 1. §. capitis 8. ad SC. Tertyl.* Aliàs, inquiunt, res nulla restitutionem capiet, quia cum ea reponat in pristinum statum nisi aliquatenus mutato statu fieri nequit. Sed ludunt in homonymia vocũ *status*, quæ longè alio sensu sumitur hîc, vbi significatur rem quæ integra esse desiit, eò reduci, alio cum arrogatio statum mutare dicitur scilicet conditionem familiæ, &c. Planè *A. Fab. ad d. §. 6.* restitutionem hic fieri vult, non vt arrogatus habeatur pro non arrogato, sed vt arrogator caussâ cognitâ emancipare iubeatur *l. 32. & seq. de adopt.* Quod refellit *Caldas ad l. 3. C. h. t. in defin. v. lasis num. 84.* Nam vbi emancipatio petitur, præsupponitur læsum non esse minorem, sed expedire illi vt sui iuris sit, fortè quia vult de bonis suis testari. Et tunc iura patriæ potestatis à tempore demum emancipationis finiuntur *l. 13. de adopt.* Hic verò arrogatus omnia bona sua translata, quasi numquam fuisset arrogatus, & sic cum fructibus, recuperat. Malè v. qui cum hodie bona arrogari non transeant, ideò cessare restitutionem. Nam imò læsio potest considerari in periculo dilapidationis, item malis moribus arrogantis, qui possunt filium corrumpere *Caldas d. loc.* † Cæterum in eadem conditione vt naturâ suâ restitutionem non recipiat, est matrimonium, cùm indissolubile sit. Etsi inuenis cum vetulâ edentata, aut deformi, diues cum inope contraxerit, nullus pœnitentiæ locus, cum & hic quiuis pubes pro maiore habeatur, vid. *Mauric. cap. 245. Gomez. 2. resol. 14. num. 2. Odd. p. 1. quæst. 60. art. 1. Caldas ad l. 3. C. h. t. v. hunc contractum. num. 29.* Mala verò ratio *Rebuffi artic. 1. gl. 2. num. 2.* quod vbi ius tertio acquisitum vix locus sit restitutioni: † Etsi nec festiuitas nuptialis nec coniunctio corporũ secuta, quæ Canonistis sponsalia de præsenti. *Odd. d. q. 60. art. 2.* † Sed & brutum ac iuri Diuino aduersum videtur statutum Hamburgensium *p. 2. tit. 11. artic. 7.* quod hoc casu ex errore fortunæ, si non ex voto & opinione sponsi satis nummata sponsa reperiatur, diremptionem sponsaliorum de præsenti indulget. † Et hoc ita perpetuum vbi de matrimonio verè constat, nec vlla lege contra caueri potest. Aſt aduersus confes-

confessionem matrimonij inconsultam, aut erroneam restitutionem non negant, vid. *Caldas ad l. 3. C. h. t. v. vel aduersarij dolo num. 12. Mauric. cap. 327. Odd. d. quæst. 60.* Quæ declaranda videntur, nisi ex ipsâ confessione contractus connubij inferatur. Quid enim si facta sponsæ præsenti & acceptanti, vtique si maximè antea contractum non sit, saltem ex eo ipso tempore quo confessus est contractum intelligetur coniugium. † Sed & contra sententiam super matrimonio restitutio *Odd. d. art. 9.* nam quò grauior & sanctior res est coniugium eò agendum circumspectius. Vtque verè initum nullatenus dissoluendum, ita pariter cauendum, ne ad ineundum quispiam iniquâ iudicis sententiâ compellatur. † Accensent his votum monasticum ac religionis ingressum *Odd. d. quæst. 60. art. 4. Mauric. cap. 246.* Adeò vt quidam censeant etsi minor blanditiis & illecebris inductus, non minùs adstringi religioni, nec huiusmodi dolum nocere. Cum nec verus ille dolus sit, ac deceptio cesset in eo qui in feliciorem statum vitam commutat *Fr. de Caldas ad l. 3. C. h. t. v. hunc contractum*
g *num. 34. vid. Celsus Burgal. lib. 1. de dolo cap. 8. num. 48. &* g *seq. & lib. 2. cap. de dolo reipsâ num. 70.* g Nam cum post 60. dies calumniam metuat maritus, æquè, vt alius accusator, antea verò non, nisi euidens sit, qui lapsis 60. diebus perit vt adhuc liceat iure mariti accusare, videtur hoc pe-
h tere vt impunè calumniari liceat. Quæ mens est Iurisconsulti in *d. l. 37.* etsi dissentiat *Cuiac. ibid.* vid. *Ant. Fab. ibid.* h *Muda. ad l. vlt. C. si tut. vel cur.* Hoc ad vigorem iudiciorum constitutum, vt vel proprio dispendio discerent tutores &
i curatores tempora ad hoc statuta obseruare. Aliter *Gilken. de præscript. p. 3. cap. 1. num. 103.* i *Haloand. ibid.* reposuit *in exceptionibus*, quod reprobat *Duar. ad tit. C. si adu. delict. f. 105.* † Desertio verò accusationis minori non nocet *l. 11. §. 10. in fin. ad SC. Turpil.* Vnde *Accurs.* minorem restitui si relaxationem pœnæ postulat. Non aptè, ait *Ant. Fab. ad l. 37.* nam ibi minor ipso iure tutus ne incidat in SC. Turpil. Sed nec aptè obiicitur *l. 1. ad l. Iul. de ambitu.* nam & ibi non restitutio prætoria est, sed præmium legis *Cuiac. ad d. l. 37. Pac. 3. quæst. 6.* Quare nec aduersus omissam probationem in accusationibus restituetur, *Gutierr. lib. 1. pract. q. 70. num. 1.* etsi contra velit *Parlad. 2. rer quotid. 11. num. 5.* licet ad obiicienda vitia aduersus testes restituatur, quando caussæ perdendæ aliàs periculum est, *Gutierr. lib. 1. pract.*
k *quæst. 65.* k Malè *Cuiac. d. loc.* vbi pacto amissa actio iniuriarum dari restitutionem, quod L. loquatur de omissâ actione non de amissâ. Nam immò maior ratio denegandi si expressè repudiauit, quàm si tacitè. Et improbior qui aduersus propriam conuentionem restitui vult, quàm qui aduersus solam negligentiam *Ant. Fab. ad d. l. 37. add. Odd. p. 2. quæst. 85. art. 7.* Quid si de iniuria minori illata tutor, seu
l curator pactus, vid. *Mauric. cap. 151.* l Et in lucro non restituitur minor, si id in damnum alterius vergat, *Odd. p. 2. quæst. 89. art. 3. num. 22. Io. Petr. Surd. decis. 99. num. 19. & 20.* qui hinc infert minorem consentientem secundis matris nuptiis, indeque perdentem benefic. *l. fœminæ. C. de sec. nupt.* non restitui. Et generale est cuius non interest ex honestâ caussâ eius nec interesse quidquam videtur *l. 11. &* m *seq. de furt.* Non verò interest minoris, si fœuientis animo non satisfiat, cum ad rem familiarem non pertineat *l. 6. in fin. de sep. vol.* Nec quid indignius est bono viro quàm deletam & obliteratam iniuriam ad animum reuocare. *Ant. Fab. ad d. l. 37.* † *Fr. de Caldas in definit. v. Lasis n. 18.* Iniuriarum, ait, actio in bonis non esse dicitur, vid. *ff. lib. 19. cap. 1. lit. M.* Satisque est minorem nullam pati iacturam patrimonij. Nec, subdit, honoris hîc habenda ratio, quasi eius detrimentum incurrerit hac remissione. Quia præstantis & heroici animi est iniuriam remittere. † Sed hæc animum non explent. Scitum enim est veterem ferendo iniuriam inuitari nouam. Et ingenui ac constantis animi est honori suo consulere, quem qui negligit crudelis dicitur. Vnde aliter respondet *Mauric. cap. 150.* quod honor hîc spectari non debeat, quia persecutio annexam habeat vindictam. Et quia satis honori suo cauerit minor eo ipso dum petendo restitutionem, etsi sine spe obtinendi, animum suum vindicandi honoris sui declarauerit. Sed *Odd. p. 2. q. 89. art. 3. num. 22.* ad hoc ita respondet. Quia iudicium iniuriarum datur, ad id quod interest iuxta æstimationem iniuriæ, non autem ad hoc, vt qui verbis vel factis honorem læsis aliquid contra dicat, vel faciat vt notam illam eluat. Cui consequens videtur actione ad Palinodiam omissâ restitutionem concedendam
m esse. Quod rationis esse puto. m *& Duar. ad tit. C. si adu. del. fol. 105. per l. 7. in fin. de seru. export.* Aliud est in pœnis conuentionalibus. Nam *d. l. 37.* agit de delictis solum;

Duar. d. lo. & Ant. Fab. ad d. l. 37. Quia ad rem familiarem pertinent, non ad meram vltionem. Et vt plurimum habent vicem eius, quod interest *l. vlt. de pract. stip. & simil. in Elbert. Leonin. 3. Emend. 3. num. 15.* ratio, inquit, hîc non
n in solennitate & firmitudine hastæ fiscalis. Nam & contra pignoris venditionem restitutio ad quam, vt perueniatur multis solennibus opus est. Sed quia de debito publico & fauorabili agitur, cui res ipsa obnoxia est *l. 7. de publican.*
o Aliàs res abiret *in infinitum*, ac modus restitutionis nullus esset, *Duar. ad d. t. C. si sapius.* Non obstat *l. 7. §. 9. h. t.* Loquitur enim non de eo cui negata restitutio, sed qui obtinuit eam & delude pœnituit, vbi quasi contra restitutionem restituitur, vid. *ff. cap. præced. sub fin.* † Et pertinere hoc quoque ad restitutiones maiorum vult *Muda. ad d. t. C.* Quia ratio, ait, communis quod beneficium restitutionis per se debilius, quàm vt pluries in eadem caussa peti possit. Sicuti enim actiones prætoriæ, non perpetuæ, vt ciuiles, sed annales fermè: ita & has restitutiones voluit prætor restringere non tempore solùm, sed & numero. † Nouæ autem defensiones, etiam quæ fuberant tempore petitæ restitutionis, tunc non propositæ *Muda. ad l. 2. & 3. C. d. tit.* Quia hîc contra omissionem allegationis restitutio *Caldas in definit. v. implorandum num 35.* Qui hac de re fusius *num. 31. & seqq. & Mauric. cap. 131. & seqq. &* p *cap. 257. & seqq. Odd. p. 1. quæst. 16.* p *& Baro ad d. l. 4. ac Fr. de Caldas in definit.*
p *v. lasis num. 79.* si pluribus rebus venditis, læsio in vna tantum, eaque parua habito respectu ad rem vel quantitatem amittendam si à toro contractu discedatur, vid *ff. cap. 9. lit. L. ibiq. not. q. l. 6. princ. de excus. tut.* Secus si vnus solus captus, vel de damno certet *d. §. pen. Caldas in defin. v. lasis num. 169.* Neque tunc obstat regula Priuilegiatus contra priuilegiatum, &c. Nam minor qua minor nisi etiam læsus sit non habet hoc priuilegium Ergo insipiendum vter
q fit captus, quia is solus priuilegiatus *Ant. Fab. ad d. l. 11. §. pen. add. Odd. p. 1. quæst. 18. art. 4. &* q *seqq.* r Quia SC. non
r tam in fauorem filiifam. quàm odium creditorum, *Duar. h. t. D. fol. 87. sub fin.* Et ætatis fauor habet æquitatem naturalem *l. 1. h. t* Senatusconsulti ciuilem. Nec peccat minor contra SC. credens filiofam. quia ius ciuile impunè ignorat *Ant. Fab. ad d. l. 11. §. vltim. add. Odd. p. 1. quæst. 18. art. 7.*
f † Non habet hoc aliam rationem quàm reuerentiam, &c. Nec ad alios liberos pertinet quàm emancipatos, per *l. 8. de in ius voc. Ant. Fab. ad l. 1. §. 5. h. t.* Et procedit in omnibus ascendentibus, quibus debita reuerentia *Caldas in definit. v. lasis num. 155.* vid. & *Muda. ad l. 2. C. qui & ad quos Mauric. cap. 224. Odd. p. 1. quæst. 18. art. 1. 2. 3. Bron. 1. assi. 61.* t Diss. *Odd. p. 1. quæst. 16. artic. 1.* t
num. 12. quia regressus contra patrem datur actione ordinaria, quæ neutiquam prohibira, modò non sit famosa, *l. 5. Cod. de dolo.* u Consentit *Duar. ad tit. C. si ad rem iudic.* u
f. 44. & ad d. l. vltim. C. qui & ad quos, quia *d. l. vltim.* sit vna ex 50. decisionibus, Codici repetitæ prælectionis insertis. *Fr. de Caldas in definit. v. lasis num. 155.* reprobat eos qui in *d. l. 2.* specialem casum esse volunt in caussa status, quia & hic generali ratione reuerentiæ locus est. Item eos qui aduersus sententiam iudicis potiùs quàm factum patris restitui. Quia etiam eo casu pater læditur. Sed *Muda. ad d. l. 2. C. si adu. rem iudic.* correctam esse eam l. non admittit. Placet ei, quod non ibi restituatur aduersus patrem, vel quidquam quod gessit pater, sed aduersus sententiam, quæ est iudicis, dictam super lite patris, quæ adhuc permanet, & de qua iterum cognoscetur restitutorio iudicio. *Idem ad l. vltim. C. qui & adu. quos.* Non conqueritur filius in *d. l. 2.* quod pater in re malè versatus sit, nec quod non cauerit, ne læderetur filius, quia hoc iudicis fuit. De cuius iniquitate si conqueri non licet, filius erroris sui veniam deprecabitur, quod caussam non satis exactè egerit, non verò dolum arguet patris. Et conuenit *Mauric. cap. 224. num. 8.* x Sed *Duar. ad l. vlt. C. Qui* x
& ad quos. has quoque ll. correctas esse statuit, cum Iustin. voluerit consulere honori parentum. Nec refert an per act. filius restituatur contra patrem, an per cognitionem prætoris, quia certè *d. l. vlt.* negat restitutionem, etsi doli mentio non fiat. Et *Ant Fab. ad l. 3. §. 5. hoc tit.* Verùm rectè noster & *Gilbert. Reg. 1. Enant. 15. d. l. vlt.* accipiendam de restitutione ex clausula de ætate. † Olim autem restitutionem ex capite ætatis quoque præstitam fuisse, sed bonæ fidei facta mentione, indicio est *l. 27. §. vlt. h. t.* Vbi verba extrema, *nisi &c.* Tribon. adiecisse mihi quoque probabile videtur, vt *Cui. ad l. vlt. h. t. Ant. Fab. ad d. §. vlt. & Marq. Freher. lib. 2. de existimat. cap. 7. nu. 5.* † Sed num restitutio alterius generis quæ & maioribus datur, contra patrem concedi-
tur? Affi. *Odd. p. 1. quæst. 18. art. 3. Caldas in definit. verb. lasis*

num. 158. *Mudæ. ad d. l. vlt.* Quia in illis plerumque vterque suo iure vti & niti potest, absque notâ iniustræ suspicionis. Vt si bonâ fide rem filij absentis vsucepit pater. At in restitutione ex capite ætatis non manet illibatus honor patris, etsi non dolo se lapsum dicat filius, si factum sic deguetur, vt inde facilè quis doli noram capere possit. Quod si aliqua species in restitutione maiorum, in quâ eædem denegandi rationes, vbi scilicet non maneret inuiolatus honor parentis, in eâ aliter dicendum *Mudæ. d. lo.* Cæterùm nouo iure filiæ datur restitutio contra matrem tutricem, quæ secundò nupsit *Nou.* 155, *cap.* 1. y *Mauric. cap.* 225. *num.* 4. *Gomez.* 2. *resol.* 14. *num.* 14. Et vbi lis est, de prædio vel possess. rei immobilis non potest hic minor rem in iudicium deducere, sine curatore, *Duar. ad h. tit.* C. etsi aliàs ita à curatoris potestate liberatus rationes ab eo exigere possit *Parlad.* 1. *rer. quotid.* 12. *num.* 14. Sed ne Lex pœnalis loquens de maiore locum habet in hoc minore veniam ætatis indepto, ac ita maiore repræsentato, *Cagnol. in leg. si quis maior.* 41. *Cod. de transact. num.* 40. inferens decisionem *d. l.* 41. in hoc non obtinere. z *l.* 3 *princ. D. h. t.* Est hoc igitur de reseruatis principis, *Peregrin. Iannin. de Ciuat. reali lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 171. *Mauric. cap.* 225. *num.* 2. *Azo in summa C. h. t. num.* 6. *Turamin. ad l.* 9. *de ll. num.* 11. *Gœd. ad l.* 21. *de V. S. num.* 2. *&* *num.* 19. *&* 20. Tametsi *Cagnol. in l.* 3. *de iurisdict. num.* 280. Senatui quoque hanc auctoritatem fuisse contendat, quod Turamino displiceat, ac rectè. Ætatis enim modus publicâ legis auctoritate præscriptus ab alio mutari nequit, *Gœd. d. num.* 20. Sanè ex *Non. Leonis* 28. cuiusuis loci magistratus hanc rectè concedit. † Et necessaria est præsentia *d. l.* 2. *pr. ibi, ipsi per se*, vt possit fieri iudicium morum & prudentiæ *Duar. ad d. t. C.* Formula huius est apud *Cassiodor.* 7. *variar.* 41. vbi dicitur capi beneficio regio potior annis ætas. † Sed num aduersus ipsam veniæ impetrationem restitui poterit. *Duar. ibid.* non nisi ex graui causâ, quia sollennia interuenire necesse est, & non nisi caussa cognita conceditur, præuio examine vitæ & morum inquisitione † *Gœdd. ad l.* 21. *de V. S. num.* 2. *&* 4. negat restitutionem, quia impetratione hac negotium, cum alio minor non gesserit. At immò non requiritur gestum inter duos vt restitutioni locus sit, vid. *s. cap.* 8. Vbde & *Dd. vulgò.* aff. quos sequitur *Fr. de Caldas in definit. v. Lesis num.* 86. *&* *seq.* quia & sententia quâ falsò maior iudicatus non nocet minori *l. vlt. C. si mi. se mai.* Ergo nec hic obstat præuia inquisitio. Sed & restitutionem hanc prodesse ad omnes contractus post veniæ concessionem gestos rescindendos statuit Caldas, atque hoc differre à renunciatione quâ sibi tantùm consulit, quoad postea gerendos. † Sed hoc periniquum est, quomodo contrahens cum hoc minore, legis vel principis auctoritate indignè decipiceretur. Æquius itaque contractus interim celebratos non infringi, quod firmat *Mauric. cap.* 226. *num.* 4. *Odd. p.* 1. *quæst.* 22. *art.* 10. *num.* 46. aa Est & alius titulus *C. si mai. fact. al. ra. hab. lib.* 5. *tit* 74. Qui differunt. Ille noster de contractibus iure validis, qui per restitutionem infringi possunt. Hic de ipso iure nullis *Duar. ad d. tit. C. si mai. fact. rat. lib.* 2. *Menoch. recup. poss. remed.* 15. *num.* 107. *& seq. Octau. Simoncell. de decret. & sollenn. in contract. minor. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 1. De hac comprobatione pluribus *Menoch. d. remed.* 15. *numer.* 110. *& seqq. Gomez.* 2. *resol.* 14. *num.* 11. *Mauric. cap.* 264. *& seqq. & cap.* 312. *Odd. p.* 1. *quæst.* 25. *& seq. Tiraquell. lib.* 2. *pract. resol. tit. de Minor. resol.* 10. *Annæ Robert.* 3. *rer. iudic.* 17. *Frider. Sarmient. de reddit. ecclesia. parte* 1. *cap.* 3. *Inc. Schult quæst. pract.* 16. *& quæst.* 20. bb *Duar. ad tit. C. si maior fact.* Quia potuit, inquit, alio animo exigere (non tamen explicat quomodo) fauor minoris benigniorem interpretationem exigit. Initium autem spectari hic dicitur *d. §.* 2. non quasi finis & perfectio spectari non debeat, contra *§. præced.* sed ad exclusionem eius quod factum est post completam ætatem. Quia id non tam ad perficiendum negotium pertinet, quam ad consequentias perfecti. Neque enim qui iam ante heres est ob id magis heres est quod debitum exegerit *Ant. Fab. ad d. §.* 2. Et ita *Caldas in definit. v. vel aduers. dolo. num.* 30. conciliat *d. l.* 3. *§.* 1. *&* 2. Quod inspici debeat finis quo actus absoluitur *d. §.* 1. Nisi la sio contingens in maiore ætate dependentiam habeat à gestis in minore. Quare vult restitutionem dari si quod minor vendidit maior tradidit. † Quod non placet. Quæ enim apertior comprobationis nota, & obsistit. *l.* 30. *h. t. vbi Bufius.* Sic itaque hæc componenda: In §. 2. petitur restitutio contra actum quem ipse minor inchoauerat & perfecerat in minori ætate. Et restituitur contra immixtionem, vel additionem, non v. contra debitores à quibus exegerat. Nec vi restitutionis obtentæ accepta debitoribus reddenda sunt, sed heredi, (si quis ordine sequens adest) aut creditoribus paternis. Nec impedit restitutionem illa exactio, tanquam exinde comprobata fuerit additio *per ea quæ Don. hic.* Ast in §. 1. non agitur de restitutione contra actum ab ipso minore perfectum sique in maiori siue minori ætate. Sed contra sententiam iudicis, quæ maiore eò facto lata fuit. Etsi verò tempore iudicij cœpti minor fuerit, non tamen se restitui petit ad id quod iudicio actum dum minor esset, sed aduersus sententiam. Per quam læditur, non per ea quæ sententiam præcesserunt. † Quod si non conqueratur de sententia, sed de actis malè conceptis, allegatione omissâ, errore in processu commisso, dum adhuc minor esset restitutionem dari censet *Bart.* & probat *Pac.* 2. *quæst.* 89. *Duar. ad d. t. C.* etsi hi aliàs paulò aliter. add. *Mauric. cap.* 196. *Odd. p.* 2. *quæst.* 62. *art.* 4. *Octau. Simoncell. lib.* 3. *de decret. & solen. in contract. minor. tit.* 9. *num.* 7. cc *Virgil.* 4. *Aen.* Talibus orantem dictis, arasque tenentem & 12. *Aen.* Tango aras, mediosque ignes & Numina testor, *Plaut. Rudente* 5. *sc.* 2. Tenearam hanc, *Pollet.* 4. *hist. fori* 13. *in fin. Iuuenal. Sat.* 13. intrepidi quæcumque altaria tangunt. *Cic. pro Flacco*, si aram tenens iurater crederet nemo. Et pro *Corn. Balbo*, morem Græcorum fuisse iurandi causa ad aras accedere, *P. Gregor.* 50. *Synt.* 8. *num.* 16. *Obrech. de iuram. calum. cap.* 10. *Io. Guil. Stuk. descript. sacror. sacrificiorumq; gentil. fol.* 95. *facie* 2. Quo respicit Solonis vox μεχρὶ βωμῶν, vsque ad aras, *Forner.* 3. *Select.* 27. Ac Romæ apud aram Victoriæ iuratum fuisse luculentum testimon. apud *Symmach.* 10. *epist.* 54. dd Cuius formula hæc: Si sciens fallo tum me Diespiter salua vrbe arceque bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem *Fest. lib.* 11. *Plaut. Aulular.* 5. *sc. pen.* (quam tamen sc. & seq. vltim. *Ant. Codri* suppletionem esse *post Meurs.* censet *Taubman.*) *Plutar. in Sylla. Polyb. lib.* 3. Quod sanctiss. iusiur. habitum Romanis *Agell.* 1. *Noct.* 21. vetustissimus *Apulei. de Deo Socratis, &c.* Quo de pluru *Erasm. Chil.* 2. *cent.* 6. *adag.* 33. *Briss.* 8. *Formul. pag.* 710. *Renard.* 5. *var.* 5, *Io. Bapt. Pius annot. prior. cap.* 19. *p.* 1. *thesauri Critici Paul. Leopard.* 6. *Emend.* 15. *p.* 3. *Thes. Critici Gruteriani Io. Guil. Stuckius lib.* 1. *antiquit. conuiual. cap.* 30. *fol.* 110. *Robert.* 1. *rer. iudic.* 11. *initio, Pollet.* 4. *histor. fori* 14. *P. Gregor.* 50. *Synt.* 8. *num.* 5. *Phil. Camerar.* 2. *oper. succisiu.* 78. *Setser.* 1. *de iuram.* 15. *num.* 25. Cumprimis autem, vide *Io. Parlador.* 2. *rer. quotid.* 4. *num.* 9.

CAPVT XIII.

Explic. Auth. Sacram. Puberum.

SED de hac iurisiurandi except. plenius cauit *Auth. Sacramenta puberum C. si ad vend.* sumpta *ex* 2. *Feud. tit.* 53. Quam, quia in magno vsu est a interpretabimur. b PVBERVM. Non impuberum argum. *l.* 3. *§.* 4. *de min. l.* 12. *de iudic.* Ineptè enim ad certas personas ratio referretur, quæ totius generis communis. Etsi pubertati proximi sunt; tùm per verba *d. auth.* tum quia ita statui expedit. Vti enim puer facilè induci potest, vt alienationi consentiat, eâdem imperitiâ facilè iusiurandum adit. Inuenta itaque erit ratio ætatem teneram captionibus exponendi. c Dices. Tutoris auctoritas tutum præstabit. R. Quid si tutor colludat aut ipse quoque fallatur. Et quis coniecturæ locus aut quæstioni quomodo læsus, vbi læsio manifesta. Obiicitur 1. Pubertati proximus dolo capax est & in eadem causâ cum pubere *§. pen. I. de Obl. ex del. l.* 23. *de furt. l.* 4. *§.* 26. *de doli exc.* R. Rectè, si deliquit aut dolo quid fecit *dd. ll.* quia malitia supplet ætatem. Non item si malitia nulla arguatur. Alia enim tunc eius quam puberis caussa. Nam quod pubes sine curatore si nullum habet, gesserit iure ratum est *l.* 3. *C. de in int. rest.* Hic autem sine tutore obligari nequit, etsi nullum habeat. Illi inuito curator non datur, vid. *s. lib.* 3. *cap.* 18. *lit. E.* huic datur. Atqui hîc nullus est impuberis dolus; Neque cum iurat, quia tunc non fallit, sed fallitur; de læso enim loquimur, quin nec sciens fallere potest *l.* 26. *princ. de iureiur.* Neque cum restitutionem petit, quia hoc agit vt fraudem excludat *l.* 77. *§.* 31. *de leg.* 2. *l.* 19. *§.* 3. *de neg. gest.* d Obiicitur d

2. *L. 1. C. si aduers. vend.* Quæ generaliter de minore loquens impuberem cóprehendit. Et negat Imp. se perfidiæ vel periurij auctorem futurum. R. Continet minorem omnem sed peiorante. Petiurium enim delictum. Ergo in eo non succurritur. At impubes in rebus contrahendis non peierat *l.* 26. *princ. de iurei.* non tantùm quia sciens non fallit *d. princ.* e sed &, cum verbis iurat, reuerâ iurare non videtur. Neque enim affirmatio vlla eius qui nescit quid affirmet. Hoc pupillo accidit in negotiis gerendis *l.* 9. *de acq. her.* Planè in rebus præteritis accedere potest, vt falsum sciens iuret & sic peieret *cap.* 1. *ext. de dolo puer.* Sed id nihil ad rem. Sciri enim facta præterita possunt à pupillis. Non item intelligentia in rebus contrahendis in eos cadit, vt sciant quid agant, quamque vtile sic quod geritur, & in id ex animo cõsentiant. f SPONTE FACTA, vid. *ff. h. cap.* g SVPER CONTRACTIBVS generaliter non mutuæ præstationis tantum, vt *l.* 19. *de V. S.* sed & ex quibus vnus obligatur, quia eadem ratio vtrandi perjurij h RERVM SVARVM, id est, non iis solis, quibus de rebus alienandis earúmve vsu agitur, vt emptione, locatione. Id enim contra sententiam est authenticæ; sed omnibus quibus quis obligatur. i Quisque enim obligatus est de rebus suis præstandis. Neque ideò hæc verba otiosa, sed per illa contractus alieni remouentur, si quis iuret alium quid facturum, quia rei impossibilis iusiurandum nullum. k NON RETRACTANDIS, id est, rescindendis, ad remouendum eos qui iure non valent nec retractari possunt *l. 5. de inoff. test.* l Veluti si curatorem habens sine eius auctoritate vendidit *l.* 3. *C. de in int. rest.* m aut cum eâ prædium sine decreto magistratus *t. t. D. de reb. eor. qui sub tut.* Dices sententiam authenticæ postulare, vt verba abusiuè accipiantur. R. Immò aliud dicendum: cum auctoritate veteris iuris. Quo nec maiorum iuramenta in actibus iure nullis rata, sed & ipsa pro nullis *l. 5. in fin. C. de ll. l.* 7. *§.* 16. *de pact. l.* 112. *§. vlt. de leg.* 1. n Nullum itaque periurium vbi iusiurandũ nullum. Tum ex sententiâ *d. auth.* etsi *Accurs. in v. contractib. & Dd. vulgò* dissentiant. Probatur id 1. à proprietate verborum in dubio non recedendum *l.* 69. *de leg.* 2. 2. Legum veterum correctio non inducenda, nisi nouæ contrariæ sint, vel apertè id agant *l.* 32. *in fin. C. de app. l.* 3 5. *princ. de inoff. testam.* 4. 3. Et rectè atque salubriter ita constitutum. Improba enim contumacia eius, qui quoquo modo ll. obluctari conatur. Absurdè in potestate priuati statuitur cómento quæsito legem infringere eique fraudem facere *l.* 38. *de pact. l.* 15. *§.* 1. *ad l. Falc. cap. cum quid vna* 84. *de R. I. in* 6. o º 4. Ac verbo Dei consentaneè. Nam iuramentum turpe & illicitum verbo Dei improbatur. Quò spectant illa: Non est obligatorium contra bonos mores iuramentum *cap. non est* 58. *de R. I. in* 6. Iusiur. non est vinculum iniquitatis *cap. inter* 22. *caus.* 22. *quæst.* 4. *cap. quanto* 18. *extr. de iurei.* Obi. At si *d. auth.* accipitur de contractibus iure validis, nisi adiicit, præcedenti *l.* 1. atque ita superuacua. Atqui potiùs abusio verborum admittenda quàm vt L. sit inutilis per *l.* 1. *circ. fin. ad Municip. l.* 109. *pr. de leg.* 1. R. Immò quædam adiicit, quædam detrahit, quædam temperat ac interpretatur. Illa *l.* 1. indefinitè de minore concepta, hæc de pubere, illa de venditione hæc de omnibus contractibus. Illa de iureiur. corporaliter præstito; hæc simpliciter. Et quod præcipuum est illa sine excepit. confirmat iusiurandum; hæc excipit per vim metúmve extorta. INVIOLABILITER CVSTODIANTVR, id est, nullo remedio nec ciuili nec prætorio, quale est restitutio integrum, violari & rescindi possunt p neque ab ipsis qui iurarunt, neque ab eorum heredibus. q Sed si sponte facta. PER VIM AVTEM VEL PER IVSTVM METVM EXTORTA, per latrones & prædones ETIAM A MAIORIBVS, maximè ne querimoniam malefici orum commissorum faciant. r NVLLIVS ESSE MOMENTI IVRAMVS. Quibus verbis definit ac explicat Imp. 1. quænam sint non *sponte facta.* Nam quod eadem non seruanda satis quoque *initio auth.* conditò quæ in verbis *sponte facta* conuincit. 2. Quatenus non seruari velit, vt ipso iure non valeant nec obstringant. r Etsi enim ipsa gesta per vim ac metum ipso iure subsistant, sed rescindantur vid. *s. lib.* 15. *cap.* 38. Iuramentum tamen adiunctũ planè irritum. Siue species actionem eius, qui metum intulit, quia ea ex contractu non ex iure. iur. quippe & absque eo esset, æquè competitura: Siue excepit. quâ repellitur, ad quam infirmandam nihil momenti illi iusiurandum adfert. Sed num & hoc sacris litteris cõgruens? Variant hîc doctissimi quique, etiam theologi. Sanè negauerim opinio specie veri non careat. 1. per 2. Decalogi præceptum. 2. Iusurandum licitũ ab initio non contra ll. interpositũ; quippe de re suâ, ac sine peccato seruari potest, cum cuiuis & absque iureiur. de re suâ statuere liceat. 3. Nota hæc viri boni si iurans damno suo id non mutet *Psal.* 15. *vers.* 4. Sed aff. sententiâ verior, quæ & probatur *dict. cap. cum contingat* 28. *de iureiur.* Nam dicta ita accipienda si licitè iuretur, nec præstatio turpis sit, aut contra bonos mores. Atqui hæc præstatio, etsi, si simplex spectetur, remotis circumstantiis, licita sit, additis tamen iis turpis est si latroni, tanquam latroni, propter vim ac metum dandum sit. 1. Quia hac præstatione vim & metum illatum facto suo comprobat. 2. Hoc contra vtilitatem publicam est, cùm latro non lucro augeri, sed egestate laborare debeat *l.* 31. *Depositi:* SVNT ET ALIÆ CAVSSÆ IMPROBANDI IVRISIVRANDI, videlicet duæ: DOLVS *dict. cap.* 28. longè iustior caussa quàm metus. Hîc enim in id consentit quod iurat etsi coactus. Qui verò decipitur in eo omnino non consentit *l.* 9. *§.* 2. *de transact.* quia quid agatur ignorat & errat. Ergo per *l.* 15. *de iurisdict. l.* 2. *de iudic.* f Exemplum peti potest *ex l. tres fratres* 35. *D. de pact.* Fratrum vnus pecuniam hereditariam interuertit. Reliqui duo id nescientes hereditatem diuiserunt, cauentes nullam se de eo, alios aliis, controuersiam facturos. Postea dolũ rescisc unt. Quæstio est an pecuniam interuersam rectè repetant. Affirm. *dict. l.* 35. Quid igitur si pactio illa iureiurando firmata. Nec hoc impediet, quippe decepti eâ pecuniâ non senserunt, ac ne cogitare quidem potuerunt. t Obiicitur. Exceptio confirmat regulam in non exceptis. R. Iurisiurand. dolo interpositum nec verbis regulæ continetur, ideoque excipi non debuit conceptæ de iuramentis, scilicet quæ verè sunt, non quæ falsò ita dicuntur. Sacramentum omne est eius rei sacramentum, de quâ interponitur. Deceptus dolo quatenus decipitur, nec iurare nec pacisci intelligitur. Esto enim verbis iuret, animo, à quo consensus est, nec iurat nec promittit. Alia ratio per metum extorti, quod verè iuramentum est & consensum habet, sed quia promissum factu turpe improbatur. Et ERROR, etsi aduersarius dolo careat: immò ipse æquè erret, quia & hîc consensus deficit. u Pone. Legata sunt 100. Titio. Duo sunt Titij. Primus & Secundus. Testator de Primo senserat. Secundus petiit legatum. Heres, conuentus promisit certò die se solutúrum adhibito iureiurando. Postea patefit legatum Primo deberi. Non tenetur heres secundo neque ex pactione neque ex iureiurando, quia errans consensit. *l.* 15. *de iurisdict.*

NOTATA.

a Vnde plerique interpp. ad eius explicationem commentationes suas certatim magnâ copiâ contulerunt. Vtque antiquorum *Bart. Bald. Salic. Iaſ. & aliorum* repetitiones, itemque eos, qui diuersis operibus ſpatium pleramque huius auth. materiam exornarunt præter alios *Couar. cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 2. relectionis paſſim Seraphin. priuil. iuram. 83. num. 96. & paſſim Gail. 2. obſeq. 41. & ſeq. Celſ. Bargal. lib. 3. de dolo cap. 14. Anton. Gabriel. lib. 2. comm. concl. tit. de Minorib. concl. 5. Rauchbar. p. 2. quæſt. 4. Trentacinq. lib. 2. pract. reſol. tit. de Minorib. reſol. 1. Curt. Senior. conſ. 43. Vueſenb. conſ. 23. & conſ. 52. Hexm. Eſai. Roſacorb. pract. forenſ. cap. 41. Aſſiſii. deciſ. 322. Io. Meichſner. tom. 3. deciſ. Cam. 4.* aliique poſtea citati. hic taceam, in eam ſuſius commentari *Sichard.* & cumprimis *Io. Gutierrez*, ac veluti ex profeſſo ifem declarandam ſumpſerunt, nihil ferè ſinguli intactum relinquentes *Parlador. 2. rer. quotid. cap. 4. Idrat. Carpzo. Statut. Mediolanenſ. tap. 453. vol. 1. Gomez. 2. var. reſol. 14. num. 18. & ſeqq. Aſin. de Exſecut. §. 9. cap. 125. & ſeqq. ac cap 326. & ſeqq.* & paſſim. Ex quibus nos aliqua, non quæ & quòt ſuppetunt. Enimverò *h. auth.* illiberalis ſenectutis & quibuſdam damnatur, quâ æquitas prætoris conuulſa ſit *Iac. Omphal. lib. 7. de vſurpat. legum. cap. 6. num.* 15. quæ multos minores redegerit ad inopiam, dum indeliberatè iurant quamque Imp. meritò reſtringere debeat, *Sichard. ad d. auth. num. 1. & 3.* mors & deſtructio adulterorum vt ex *Licâ de Penna Rebuff. tr. de Reſt in int. gl. 1. num. 4. Duar. d. loc.* Vti ſtatutis Mediolanenſium *Horat. Carp. d. cap.* 453. aliarumque Italiæ ciuitatum, dum cauent ne iuramenta minorum valeant, *Sichard. hic num.* 48. Ac apud Gallos eam non ſeruari, facileque gratiam iuriſiur. ab epiſcopo fieri minoribus læſis teſtis eſt *Rebuff. in conſt. Reg. Prowm. gl. 15. num. 50. & Goth. in not. hic.* Quin & Hiſpanorum ac Luſitanorum legibus generalius cautum, ne contractus iurati celebrentur, néve conſcribantur à notario pœnâ remotionis ab officio, vtque ſic celebrati nullam vim habeant *Pinel. ad l. 2. C. de reſc. vend. p. 3. cap. 3. num. 11. & 12.* prudenter ita ſubditis conſultum cenſens *Padilla ibid. num.* 35. Cuiuſmodi ſtatuta ac leges defendit *Pinell. ibid. & Sichard. hic num.* 48. fuſè varieque diſceptat; *Aſin de Exſec. §. 9. cap.* 165. Iuſtiſſimè latas vt ne iureiur. impediant, coerceantque tranſgreſſores. Aſt ne iuratum ſeruetur, vtque iuriſiur. iam præſtitum pro infecto habeatur, iuri conſonum non eſſe in eoque vim religioni fieri, putat *Parlador. 2 rer. quotid. 4. num.* 53.

b Idque rurius videtur Confer. *hoc. §. lit. P.* b Conſentiunt noſtro *Sichard. hic num. 6. & ſeqq. & Mud. ibid. Iac. Omphal. lib. 7. de vſurpat. legum cap. 6. num.* 15. *Couar. in cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 3. §. 1. num. 5. Fachin. 3. Contr. 10. & Gomez. 2. reſol. 14. num.* 18. Qui & hoc pluribus firmant. Nam verba legum propriè accipi debent, niſi vbi abſurdum inde ſequeretur *l. 19. de ll.* Et vbi iura certum tempus exigunt, id planè confectum eſſe oportet, vt nec vnus dies deſit *Sichard. d. loc. num.* 28. *& ſeqq.* Cumque hæc conſtitutio etiam in puberum minorum perſonâ rigoroſa & odij plena multis habeatur, vt *not. §. lit. A.* meritò ſtrictiùs accipitur, nedum vltra verborum vim protrahenda. Quin nec impubes ex voto obligatur *cap. ſignificatum* 11. *de regular. cap* 1. *eod. in 6.* Ergo nec iureiurando, cum vtrumque DEO præſtetur. Denique iuſiur. diſcretionem iuratis iure quoque Canon. exigit. Hic autem iudicium, vnus trium iuramenti liciti comitum quos vocant *cap. etſi Chriſtus 26. de iurei.* deficere omninò videtur fusè poſt alios *Fachin. d. cap.* 10. Aut ſaltem in verè puberibus firmius iudicium, maiorque ſeruandi iuriſiur. *Sichard. dict. loc.* Et hanc communem ll. interpp. opinionem veramque videri ſcribit *Fr. de Caldas ad l. 3. C. de in int. reſt. in definit. v. Minorib. n.* 8. Qui tamen ipſe communi Canoniſtar. ſententiæ aduerſæ accedit *num. 9. per cap. ex litteris* 10. *de ſponſalib.* vbi iuraræ impuberum deſponſationes inuiolabiles. Cui & plerique adſtipulantur *P. Gregor. 50. Synt. 7. num. 4. Parlad. 2. rer. quotid. 4. num. 4. Seraphin. priuileg. iuram. 83. num.* 24. vbi *in addit. Martin. Benckendorf num.* 2. Plures de communi teſtantes percenſet, & ceu communem ſequitur *Hartman. Piſt. lib 3. quæſt. 6. num.* 8. & magis communem vocat, quæ conſulendo & iudicando ſeruanda, maximè iure Canon. in materiâ iuramentorum attendendo *Gutierr. hic num.* 117. Et à communi, licet in puncto iuris falſa ſit, iudicando & conſulendo diſcedi non debere vult *Gomez. d. num.* 18. Variè hanc quæſt. diſceptat, fuſeque & impeditè, vt vix ſibi ipſi conſtare videatur *Io. Bapt. Aſin. de Exſecut. §. 9. cap.* 326. Vnde pro vtraque opin. rationes & reſponſiones peti poſſunt. Cæterum etſi latis ſcitè hic Don. opin. ſuam munitat, ac relatæ rationes *conſuinunt* iuramento impuberis robur, obligationi inualidæ aut efficaci nullum accedere, nec inde aut contra petitam reſtitutionem in integrùm excepit. alteri dari cui iuratum eſt, aut ſi is egerit; contra exceptionem ætatis, replicationem. Probè tamen apud animum perpendat pubes iam redditus, anne eius ingenij ac iudicij tunc cum impubes iuraret fuerit, vt quid ageretur, quæ item religio ſit iuriſiur. perfectè intellexerit, firmúmne & integrum (quæ aliquando pueris nonnullis præcocitas & velocitas ingenij) æquè ac ſi pubertatem fortè plenam attigiſſet, aſſenſum præbuerit. Tunc enim violando iuſiur. periurij reatum non effugiet. Damnum ergo facultatum, maximè modicum, inſuper habeat, maioremque rationem conſcientiæ & vltionis diuinæ virandæ habendam ducat. Nec ideò tamen in foro ciuili vllus iuramenti ab impubere præſtiti effectus eſſe debet, nec inde aduerſario actio dari. Exemplo enim pernicioſum foret ex rarioribus caſibus ius conſtituti. Qui ipſi caſus non ita iudici perfectè pateſcere poſſunt, cum quæ in animo conſiſtunt, alteri non ſint obuia. Adhæc indignus cui ſubueniatur qui impuberem, vt iuraret induxit, inque ipſo illo negocio circumuenit, etſi fortè dolo non fecerit. Mirariquè ſubit quî error vulgaris ita increbreſcere, foriſque ſubſellia & tribunalia occupare potuerit. Neque enim tanti eſt quod aiunt, quia de animarum hîc ſanore, & vt viretur peccatum, agatur, extenſionem quoque iuris correctorij & exorbitantis fieri *Aſin. d. cap. 326. num.* 10. *Fr. de Caldas d. loc. num.* 9. Sed cohtrahenda hic vela c Belliſſimè. Planè ſi priuſquam iuraret, dolosè ſe puberem eſſe perſuaſit, iuſiurand. efficax eſſe facilè largiendum *Iaſ. ad h. auth. num.* 20. *Aſin. d. cap. 126. num.* 14. declarans modo probabilis alteri ætatis ignorantia, ſecus ſi cognatus, &c. Confer §. *cap.* 10. *lit. M.* d Quæ conditio cuiuſque iuriſiur. *Langla. cap.* 1. *Semeſtr.* 12. *pag.* 16. *& ſeq.* Malè *Seraphin. priuil. iuram.* 81. *num.* 24. in veritate etiam pupillum peierare, ideoque *d. l.* 26. *pr.* dici *videri.* Repugnat enim ratio mox ſubdita. Ideo autem vocula *videri* adiecta, quia quoad verba peierare poteſt, & ratione materiæ, aſt non ratione animi ac formæ. Sicuti mendacium dicere poteſt ignorans, qui non mentitur tamen, e Itaque euidens diſcrimen inter iuramentum, quod vulgò aſſertorium & quod promiſſorium, itemque quod confirmatorium contractus. Quin & Barth. ad h. auth. inter poſteriora duo quoque differ. hic agnoſcit. Accedit quod crebrius ex ſtilo notariorum inſtrumentis inſeritur iuramentum, citrà partium expreſſionem *Aſin. de Exſec. §. 9. cap.* 339. *num.* 2. *fol.* 945. f tum liberâ voluntate, tum etiam certâ ſcientiâ. Vnde neceſſe eſſe volunt vt ſciat ſe minorem eſſe *Trentacinq. 2. pract. reſol. tit. de Minorib. reſol.* 15 *num.* 28. quia, ait, iurando ætatis beneficio renunciat. Ergo id ſibi competere vt ſciat oportet *per l.* 19. *de inoff.* Et hoc omnes præſupponere qui in ſeq. quæſt. variant ſcribit, *Aſin. de exſec. §. 9. cap.* 135. Hinc quæſitum eſt, an minor certior priùs de iure ſuo fieri debeat, ita vt aliàs locus non ſit *huic auth.* Varieque certatum eſt, vt vtraque opinio ab aſſeclis ſuis communis perhibeatur, vt per relatos à *Benckendorf. ad Seraphin. priuil. iuram* 83. *num.* 3. & 4. & *Trentacinq. d. reſol. 1. num.* 14. & vix conſtare vtra ſit receptior *Pinell. ad l. 2. Cod. de reſc. vend. p* 3. *cap. 1. num.* 10. Qui aiunt, *vt Dyn. Cyn. Salic. & alij,* (quos confertim citat *Tiraq. ad l.* 8. *C. de revoc. don. in præfat. num.* 146. & 2j quos mox pro contrariâ opin. citabimus) *ac Sichard. hic num.* 12. mouentur: 1. Quod in minore probabilis iuris ignorantia. 2. argum. *d. l* 19. *de inoff.* & quod iuriſiur. huic vis tributa ſit renuntiationis. Nemo autem renuntiat iis quæ ignorat. Vnde & Velleiano renuntians certioranda vt §. *lib.* 12. *cap. vltim. lit. D.* 3. quia nec aliàs ad incogitata referrur ſacramentum, vt §. *lit. Bb.* 4. Vnde nec iuramento impeditur condictio indebiti *Mauric. de reſt. in int. cap.* 113. *num.* 8. 5. Nec ad id alias trahitur, quod iurans veriſimiliter noluiſſe creditur *l. vlt. C. de non. num. pec. l. vltim. D. Qui ſatiſd. cog.* 6. Denique benignius ætatis fragilitati ſubuenire, captionibus occurrere. Qui abnuunt, vt nouiores plerique præter veteres ab iis relatos *Mauric. de reſtit. in int. cap.* 113. *& ſeq. Pinel. d. num.* 10. *Padilla ad d. l.* 2. *C. de reſc. vend. num.* 34. *Cagn. ibid. num.* 107. *Trentacinq. d. num.* 14. *Aſin. de Exſec. §. 9. cap.* 134. *& ſeq. Parlador. 2. rer. quotid. 4. num.* 11. *Gutierr. ad h. auth. num.* 114. *& de Iuram. Confirmatur. p.* 1. *cap.* 71. *Vaſ. conſ.* 23. *num.* 52. *Gomez. 2. reſol. 14. num.* 18. *Ant. Gabr. lib. 2. tit. de iurei. concl. 4. Buſius ad l.* 1. *de iurei. num. 4. Gail. 2. obſeq. 41. num.* 5. (vſu Cameræ imperialis comprobans) ſeqq. innituntur argumentis. 1. quia *hæc auth. & l. præced.* nuda præſtatione iuramenti reſtitutionem excludunt. 2. Nec ſpectarur certiorario in eo, quin ll. ignorantiam & infirmitatem minoris præſupponunt, religioni ſacramenti fauorem ætatis poſthabentes. 3. Vis ipſius iuramenti vt maiorem fingat. E. certiorarione non opus. 4. Idem vim habet ſpecialis conſenſus & renuntiationis, ac virtutem enixæ voluntatis per *l. 77. §. filius matrem. 23. de leg. 2.* quâ ratione mulier quoque non certiorata, iuramento benefic. Velleiani excluditur *cap. 9. de iurei. Gail. d. num.* 5. *& num. 9.* 5. Iuram. ſuper facto extenditur ad omne ius quod vndecumque naſci ex eo poterat *l. 13. §. 2. l. 28. §. 6. de iurei. Gail. ibid. Gutierr. hic num.* 114. *Vueſenb. d. num.* 32. 6. Eo ipſo quod iurat certus iuris ſui creditur, nec intelligitur temerè, re non exploratâ, ad iurandum profiliſſe *Vueſemb. d. num.* 32. modo de facto certus ſit quid agatur *Aſin. d. cap.* 134. Vel. 7. ſaltem in genere de quocumque remedio etiam implicitè cogitauit idque ſatis eſt, arg. *l. 7. de reſt. mil. Mauric. d. cap.* 113. *num.* 9. *Gutierr. & Gail. dd. loc.* Denique. 8. imputand. minori quod non conſuluerit peritiores quid ex negotio detrimenti capere poſſet *Mauric. cap. ſeq. num.* 9. Cautius tamen eſſe tradunt vt contrahens cum minore, quò ſecurior reddatur, præmoneat illum, idque ipſum inſtrumento contractus vel renuntiationis inſeri curet *Gutierr. hic num.* 116. *Gail. dict. lo. num.* 9. Et ita habes quid noſtri ſentiant, congeſtis rationibus diſperſis. Quid ſentire velis ipſe conſtituas. Pergendum ad alia. g Nam & hi nomine contractus veniunt & ita *Sichard. hic num.* 34. *Parlador. 2. rer. quotid. 4. num.* 12. de communi teſtatus. Idemque in contractibus innominatis *Parlador. ibid. num.* 23. h Quin idem ſtatuunt in quaſi contractibus *Gutierr. hic num.* 118. *Seraphin. priuil. iuram.* 83. *num.* 31. *Tiraq. poſt ll. Connub. gl. 5. num.* 126. Confer not. §. *lib.* 15. *cap.* 14. *lit. A.* Ideoque & in iudiciis cum in his quaſi contrahatur *Sichard. h. num.* 34. *Gutierr. num.* 127. *Tiraq. dict. gl. 5. num.* 208. *Parlador. d. cap. 4. num.* 19. Idem in diſtractibus liberationibus, acceptilationibus & renuntiationibus vt multis auctoritatibus firmant *Tiraq. dict. gl. 5. num.* 7. *& Vaſq. 1. contr. vſu freq. 11. num.* 10. *& probant Sichard. h. num.* 34. (quia contrariorum, ait, eadem diſciplina) *Gomez. 2. var. reſol. 14. nu.* 18. *Seraphin. dict. priuil.* 83. *num.* 33. *Parlador. d. cap. 4. num.* 15. *Celſ. Bargal. lib. 2. de dolo. cap. vel tit. de dolo dante cauſſam, &c. num.* 48. & tranſactione ac compromiſſo *Parlador. d. cap. 4. num.* 17. & donatione poſt alios relata *Tiraq. d. gl. 5. num.* 49. *Vueſenb. conſ.* 23. *num.* 27. Quod in donatione ſolum ob cauſſam quidam recipiunt, non in remeriariâ, inconſultâ, aut profuſâ, *vid. Parlador. d. cap. 4. num.* 12. Nec refert ante contractum aut negotium vel in eo interuenerit an poſtea acceſſerit iuramentum *Gomez. d. num.* 18. *Parlad. d. cap. 4. num.* 20. Modò ipſe iurauerit vid. *lit. ſeq.* & ei ipſi cum quo contrahit. Non ſi abſente eo poſtea etſi coram teſtibus & notario *ita Sichard. ad l.* 1. *C. h. tit. num.* 3. *per tex. l. 6. §.* 3. *de confeſſ.* Quod iure vtique verum puto quoad oblig. firmiorem patiendam aduerſario, non quoad relig. iuriſiur. & reatum periurij. Cæterum ex quo inualuit notarios alteri rectè ſtipulari, vid. §. *lib.* 12. *cap.* 17. *lit. E.* illud vix obtineri vſu fori poſſe reor. Confer. not. *d lib.* 12. *cap.* 18. *lit. G.* Quid ſi iuriſiur. generale prioceſſit de non impugnando vllo contractu poſtea gerendo? Contractum non confirmari *poſt Caſtr. Aſin. de Exſec, §. 9. c.* 354. & communem vocat *Iaſ. h. num.* 75. *reſ. Parlador. d. cap.* 4. *num.* 21. qui tamen poſt *Bartol. Bald. & Fulgoſ.* contra ſtatuit. Et *Sichard. hic num* 37. *& ſeq.* ita valere vult ſi publica perſona iudicis vel notarij nomine abſentium receperit ſacramentum. Mihi hæc opinio vel nouâ hac ratione ſuſpecta, quia ita minor ipſe ſibi ſuoque facto veniam ætatis tribuere poſſet, modo expeditiſſ. minuendi principis eminentiam, cui id ſoli ſeruatum eſt, vid. *not. cap. præced. lit. Z.* Planè quod ideo conſcientiæ labe immunis ſit contrauenies aſſeuerare non auſim, vid. *not. infr. lit. P.* Vt nec minor ſic iurans obligetur Don. hîc. & citati §. *in not. lib.* 12. *cap.* 19. *lit. A. add. Couar. ad cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 2.* §. 5. nec ex alterius ϒ niſi cui ad iſtud ſpeciale dedit mandatum arg. *cap. vlt. de iuram. cal. in 6. Parlad. 2. quotid. 4. n.* 22.) iureiurando. Ne quidem ſi tutor aut curator iurauerit *Seraphin. priuil. iuram.* 83. *num.* 78. *poſt plures Aſin. de Exſecut. cap.* 135. *verſ. quintò limitatur.* Atque hinc eſt, nec aliundè ratio petenda, quod eccleſia etiam aduerſus contractus iuratos prælati vel epiſcopi reſtituitur *per cap. 1. & ibi gl. ac CC. de reſt. in int. in 6. cap. præſentium de teſtib. in 6. Seraphin. priuil. iuram.* 83. *num* 76. *Aſin. d. tr. cap.* 136. *Vaſq. 1. contr. vſufreq. 9. num.* 27. *Parlador. 2. rer. quotid. 4. num.* 37. ita omnes *vno Curt. Iuniore dempto* ſentire referens *Sichard. hîc num.* 24. *& Gutierr. num.* 141. *& ſeq.* Etſi hi in eo ferè rationem ponant quod maius hîc priuilegium eccleſiæ quam minori, & inde nullo iuramento ſingi poſſit, vt eccleſia habeatur pro maiore. Qui ne aliud in ciuitate & Republ. aut Vniuerſitate, rameſi vbique qui nomine eccleſiæ vel collegij, &c. contrauerunt iureiur. ſuo obſtringantur, argum. *l. 2. de rob. cred. Parlad. d. cap. 4. num.* 16. *& num.* 37. Quamquam ſi per ſyndicum vniuerſitas contraxit, ſique iurauit, illam non reſtitui; eſſe contrauenſendo ipſa periuria dici nequeat, cum animam non habeat, velit *Seraphin. d. priuil.* 83. *num.* 26. *& Aſin. d. cap.* 136. Rempubl. maiorem hic haberi quoad effectum contractus. Vinculum autem religionis ſolum iuramenti & mandantes afficere. k Conſent. *Coraſ. ad l.* 5. *C. de ll. num.* 21. *Bæſius ad l.* 1. *de iurei. num.* 4. *Io. Imbert. Enchirid. iuris Galliæ v. Iuriſiurandi effectus pag.* 212. *& ſeq. Barthol. Kellenbez. de renuntiat. ſucceſſ. queſt.* 4. *num.* 10. *& ferè Scip. Gentil.* 3. *de donat. int. vir.* 25. *ac Anton. Fabr.* 39. *err. pragm.* 2. 3. 4. *& 41. err. pragm.* 4. *& 5.* Et *Duar. ad h. tit. C.* de iure validis, ſed reſtitutioni obnoxiis eqnidem loqui *præced. l.* 11. ne *dict. l.* 5. *C. de ll.* pugnet. (Quod & *Mude. ibid. ex verb. perfidia.* confirmat.) Aſt *hanc auth.* generalius accipi, ſed iniquam eſſe contendit vt §. *lit. A.* Quomodo & *Sichard. ad d. l.* 1. *num.* 5. Nam *l.* 1. eſt de confirmatione contractus per iuſiur. Vbi id acceſſerit loco ratione contractus, proinde, ait, inualido principali & ipſum iuramentum. † Hinc vetus illa lis inter *Bulgarum* qui *dict. l.* 1. de alienatione ritè factâ exaudiebat, & Martinum qui generaliùs reſtitutionem, quæcumque alienatio eſſet, negabat. Hæc lis cum totam Iutiſprudentiæ ſcholam conturbaret, tandem Fridericum Imper. *d. auth.* Martini ſententiam comprobaſſe volunt, aliàs aiunt *hæc auth.* nihil *d. leg. præced.* addidiſſet & indeciſam quæſt. reliquiſſet. Quæ receptior opinio *Franc. de Caldas ad l.* 3. *C. de int. reſt. in definit. v. Minorib num.* 2. quam ſequitur *Gutierr. hic num.* 12. (qui corruptè Federicum vocat, vt & aliàs plures noſtratis linguæ imperiti Fœderici cum ramquam à fœdere deducatur, quod *Cuſpinian. in in vitâ Friderr. 1. ſub fin.* refellit.) Et *num.* 23. ab ea, tanquam quæ vſu fori probata & in mores peruaſerit iudici & conſulenti non diſcedendum eſſe. Et *Sichard. ad d. l.* 1. *num.* 5. Fridericum per errorem ſecutum eſſe opin. Martini. & *dicit.* illam lege ſua compoſuiſſe *ac Parlador. 2. rer. quotid. 4. num.* 1. ad hoc (quod *h. auth.* ad irritos quoque contractus pertineat) vel ſexcentos allegari poſſe memorat. Non deſunt tamen qui *d. auth.* de nulla confirmatione contractus vel negotij, validi aliàs aut inualidi, exaudiunt, ſed de iuram. effectu perſonali vid. not. §. *lit. X.* Cæterum ipſiquè Dd. vulgò hoc reſtringunt ad contractus nullos ratione ætatis, qui videlicet ſi à maiore geſti fuiſſent iure rati forent & efficaces, veluti ſi res ſoli ſine decreto alienauit, ſi ſine curatore contraxit *Parlador. d. num.* 1. *Gail. 2. obſeq. 41. num.* 12. quibus exemplis paſſim vtuntur. Nam qui contractus aut negotia nec inter maiores reuerent, ad ea vim ſimplicis iuriſiur. non extendi ſentiunt, ſiue eo ipſo iure non valeant; vt alienatio fundi dotalis, aut rei cuius vſufruct. patri eſt *Seraphin. priuileg. iuramenr.* 83. *num.* 43. *& ſeqq. Gail. 2. obſerv.* 65. *num.* 8. ſiue remedio aliquo reſcindi queant, vt ſi læſio enormis *ex l. 2. C. de reſc. vend. Broneh. 1. enam.* 62. *Simoncell. de decret. ſollenn. in contract. minor. lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect. vlt. num.* 206. *& ſeqq.* & alij mox citandi. Atque ita qui illinc vim *auth. noſtræ* vltra verba & ſententiam porrigunt, hinc & parte alia (contra eandem ſententiam) minuunt & reſtringunt. Vnde quando duos effectus ſimplicis iuriſiur. minoris legimus: 1. nullitatem ſolennium reſpiciens, quo contractus validus fiat. 2. reſtitutionem in integrum quo irreuocabilis *Caldas dict. v. Minorib. num.* 2. *Sichard. hic num.* 16. (vbi §. addit quod forum adiiciat, qui tamen non huius loci) *& Gail. 2. obſer. 41. num.* 12. *poſt Iaſ. hic num.* 33. *& numer.* 46. id non de nullitate alia aliiſve ſolennibus quàm quæ ratione ætatis minoris legibus exiguntur exaudiendum *Seraphin. priuil. iuram.* 83. *num.* 43. ne ipſi ſecum Dd. pugnent. Apud quos decâtatiſſ. iſtud Iureiur. minorem maiorem ſolùm fingi & haberi. Per id defectus ætatis ſuppleri non aliòs *poſt alios Simoncell. de decret. minor. lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect. vlt. p.* 215. *Seraphin. dict. num.* 43. *& ſeqq. Gail. 2. obſerv.* 41. *num.* 12. *& obſ* 65. *num.* 6. *&* 7. *Cagnol. ad l.* 2. *C. de reſc. vend. num.* 111. *Gutierr. hic num.* 32. *& num* 86. *Fr. de Caldas ad l.* 2. *Cod. de in int. reſtit. in definit. v. læſis num.* 1. *Aſin de Exſecut. §. 9. ca.* 340. *& paſſim.* Conuenit *Azo Summâ C. ſi adu. vend.* 3. *&* 4. Quod tamen axioma *Hartman. Piſt. lib.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 9. *&* 10. de *aliis* iis defectibus accipiendum vult, quorum ab ipſa ſacramenti religione & obſeruatione

seruatione separata ratio haberi potest, vt est læsio vltra dimidium & similes. Non qui ab eâ ita dependet, vt diuelli nequeant. Veluti si filia minor iurato renuntiet successioni *cap. quamuis 2. de pact. in 6.* Quia enim hîc omnis vis à iuramento pendet, absque quo nihil actum esset, ex quo iure Canon. vinculo talis iuramenti obstringitur filia, inde pactum ipsum robur accipiat, oportet. Proinde postquam iuramentum præstitum ætatis defectum suppleuit, simul etiam defectum iuris, id est, impedimentum iuris ciuilis, religioni iurisiur. cedentis remouit. Huc facit aliud nostrorum non minus vulgatum: Iusiurandum naturam qualitates & conditiones omnes actus eius cui accedit recipere *post alios Tiraq. de iure constit. possess. p. 3. limit. 7. num. 35. & 2. seqq. Cacheran. decis. 41. num. 5. Cole. cons. 28. num. 275. & seq. Conar. in cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 1. §. 4. num. 1. per l. vlt. Cod. de non num. pec. l. vlt. Cod. de lib. ca. l. vlt. D. Qui satisd. cog. cap. quemadmodum 25. princ. extr. de iureiur. Hartman. Pistor. lib. 4. quæst. 12. num. 2. Hering. de fideluss. cap. 9. num. 99. & cap. 27. p. 1. num. 42.* Vnde herbæ Betonicæ comparatur *Martin. Monter. decis. Arrag. 5. num. 42.* Item Mercurio qualitates suas pro naturâ stellæ, cui coniungitur, mutanti & Polypo colorem rei cui adhæret assumenti (quo de *Aristot. 9. histor. animal. 37. Plin. lib. 9. cap. 29. Plutarch. qq. natural. cap. 19. & de solert. animal. Solin. Polyst. cap. 43.*) & exhibenti *Beuss. ad rub. D. de iureiur. num. 35.* Et quod non augeat obligationem extrinsecus, sed intra suos limites manenti vinculum religionis & conscientiæ annectat, tradit *Munnoz. de Escobar. de ratiocin. cap. 4. num. 8. & Hering. d. cap. 27. p. 1. num. 43.* Quam regulam declarat *Conar. in cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 1. §. 4.* quod de naturâ primordiali accipi debeat, non de accidentali, &c. Tametsi illam repudiet *post Iasonem Moller. 1. Semestr. 16. num. 8.* Sed & alia Dd. regula est. Iuramento vnico duos vel plures defectus non suppleri, *Gail. 2. obseru. 42. num. 11.* Etsi alij iurisiur. auctoritate omnium solennitatum defectus suppleri *Anton. Fab. Cod. suo hoc tit. si adu. vend. defin. 4. num. 2. Vuesenb. cons. 23. num. 22.* post alios quos citat. Quare quia vigore *huius auth.* minorem solùm *fitè* maiorem ex sacramento reddi putant, exinde si læsio dimidiâ pretij maior restitutionem non negandam censent, eò quòd & hic *verè*, maior iure communi *d. l. 2. C. de rescis. vend.* inuaretur *Sichard. hic. num. 45. Simoncell. de decret. & c. d. tit. 8. num. 212. & seqq. Caldas d. v. Læsis. num. 1. Gomez. 1. resol. 14. num. 20. Cagnol. ad l. 2. C. de resc. vendit. num. 111. Pinell. ibid. p. 3. cap. 1. num 9. & Padilla. num. 33. argnm. l. 1. C. si mai. fact. vat. hab. al. Parlador. 2. rer. quotid. 4. num. 24. & num. 29. Seraphin. §. dict. loc. Gutierr. hic num 86. Damhuder. praxi. ciuil. cap. 48. num. 30. Anton. Fab. C. suo de in int. rest. defin. 1. Peguera decis. 153. Fachin. 3. contr. 14. Bronch. 1. enant, 62.* Tametsi si maior ita iurauerit ne alias iuramentum nullius sit effectus eidem benefic. *d. l. 2.* plerique ex illis denegent, *de qua & vid. Asin. de Exsec. cap 128. & seq.* Excipientes tamen nisi nimium excedens læsio, quam enormissim. dicunt, in qua tamen definienda variant, *de quo J. lit. Aa.* Sed & superiorum quidam inde restitutionem indulgent, quod tam immodica læsio ipsa in se dolum contineat *Fach d. cap. 14. Seraphin d. prin. 83, num. 97. Setser. 1. de iuram. 11. num. 6. & seqq.* Atqui hic non verus dolus, alioqui tam contractus quàm iuram. ipso iure non valerent, vt *J. lit. Aa.* Proinde nec restitutioni locus. Et si hæc genuina ratio hoc in quocumque, quibuscumque verbis concepto sacramento obtinere debebit. Iam verò communis doctrina est, ita quidem superesse *d. l. 2. C. de resc. vend.* aliúd ve remedium minori, si vel iurauit se non contraventurum ratione ætatis, (qui casus minus dubij habet ex brocardico illo: Limitatæ caussæ effectus quoque talis) *Simoncell. d. tit. 8. num. 207.* Vel simpliciter se contractum seruaturum, non contraueniturum, Secus si vel apertè iurauit se, nec ratione læsionis aut minoris pretij impugnaturum contractum; vel si ita latè verba concepta, quod nec ætatis beneficio vti, nec alia quacumque ratione vel caussa contra venire velit *Simoncell. d. tit. 8. num. 211. & num. 215. & seqq. Pinel. d. num. 9. Asin. de Exsecut. §. 9. cap. 339. num. 2. fol. 945. Parlad. d. cap. 4. num. 29. Seraphin. d. priuil. 83. num. 44. Gutierr. hic. num. 88.* vbi hanc cautelam notand. dicit contracturos cum minoribus. Quâ tamen ne adulti in illis circumscribendis aburantur, grauiter monet *Parlad. d. num 29.* Hinc grauis disceptatio si iurauerit minor se non impugnaturum *quacumque ratione*, (si nempe illa non præcesserint *nec ætatis nec aliâ, &c.* item *nullo modo pacto vel via*) ánne remedium læsionis amittat? Vulgaris opinio aff. ex vi vocalæ vniuersalis. Quam tamen alij restringunt & cohibent, vt intelligatur *nisi*, scilicet ratione ætatis *Simoncell. d. loc. num. 113.* (modò, ait, quoquo modo ex aliis instrumenti contentis restrictio fieri possit, vt si in eodem dicatur: *sciens se minorem esse, &c. leg. l. Titia. 135. §. 1. de V. O.*) Et æquiorem ac veriorem vocat multisque propugnat *Seraphin. de priuil. 83. num. 97. & seqq.* subdens tamen *sub fin. num. 111.* à probatione aliâ consulendo & iudicando tuto non discedi. l Exemplo non conuenient. Nam contractum hunc iure l communi subsistere, si nihil aliud obsistat, verius est, vid. *nor. §. lib. 12. cap. 22. lit. Q.* Tametsi & *Dd. vulgò*, hoc eodem exemplo passim vtantur, dum *auth. h.* ad contractus iure nullos porrigunt, vt *lit. præced.* Atque eo ipso quod iureiur. maior fingitur contractus iuratos sine curatore valere arguunt *Vuesenb. cons. 213. num. 21. & 33. Asin de Exsecut. §. 9. cap. 339. & passim Parlador. 2. rer. quotid. 4. num. 3.* Penitusque ab aliorum opin. alienum, quod Senatui Sabaudiæ placuit *Anton. Fab. C. suo hoc tit. defin. 5. & de Rest. in int. defin. 13.* nec contractus puberum iuratos sine curatoribus, quos habent, valere, eò quòd hi impuberibus comparandi sint. Etsi idem sentiat *Barth. Kellenbenz. de renuntiat succes. quæst. 4. num. 10.* m Ad hoc respondit olim *Martin. ref. Sichard. ad l. 1. C. hoc tit. num. 6. & Gutierr. hic num. 14.* loqui *dd. ll.* de actibus perpetuò vetitis, ex perpetuâ caussâ veluti ne quis occidat, matrem vxorem ducat. Cuiusmodi non sit alienatio rerum soli sine decreto, quippe multis casibus licita. Et *Iaf. hic, ac Gutierr. ibid.* accipit *dict. l. 5.* de negotiis iure communi prohibitis. Secus quæ iure speciali certis personis, &c. *add. Conar. ad cap. quamuis. 2. de pact. in 6. p. 2. pr. num. 7. Gail. 2. observ. 39. num. 16.* ü Conuenit *Ant. Fab. 41. err. prag. cap. 5.* vbi statuit iuris Canon. constitutiones de confirmationibus actuum iure inualidorum, veluti renuntiationis successionis, &c. strictè accipi nec ad alios casus protrahi debere. Neque enim vllam ita generalem esse, vt omnes conuentiones iuratæ, quantumcumque legibus aduersæ valerent. Aliàs legum, ait, omnium violandarum; prætextu adhibiti iurisiurandi, occasio captari poterit. † Quicquid v. noster hîc satis argutè & speciosè disputet, eius tamen sententiæ absolutè & ita distinctè accedere religio est. Quin cum ex iureiur. duplex obligatio oriatur. Altera quæ ciuilis recipienti istud acquiritur, altera spiritualis & primaria quæ ipsi Numini Diuino *Ps. 50. v. 14. Matth. 5. v. 33. cap. debitores. 6. cap. etsi Christus 26. de iurei. cap. quæcumque 9. cap. ecce 10. cap. iuramenti. 12. cap. 22. q. 5. cap. vn. 30. q. 2. Couar. ad cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 1. §. 5. num. 1. Fortun. Garcia. ad cap. 1. de pact. num. 109, Fachin. 8. contr. 102.* Illa quidem prior lege ciuili ne oriatur impediri potest; iustéque leges sanciri queunt, ne detur actio ei qui illicitum exegit iusiur. cum & improbitas eius pœnarum seueritate coërceri debeat: Ast posterior nullo pacto eludenda. Nec vinculum iurisiur. quod ex diuinæ legis fontibus animam & conscientiam ligat, vllâ humani legislatoris dispositione relaxari aut inde nata obligatio immutari potest, *vt not. vulgò in cap. 1. & c. debitores 6. extr. de iureiur. Seraphin. priuileg. iuram. 83. Garcia ad d. cap. 1. num. 116. p. 114. Asin. de Exsec. §. 9. cap. 165. fol. 747. & seqq. & cap. 339. fol. 939. Io. Emeric. Rosbach. misc. 1. q. 1. & relati à Rauchh. p. 2. q. 4. num. 74. & seq.* Quotiescumque igitur qui conscientiam Deo obstrinxit, illud quod pollicitus implere citra peccatum & absque alterius iniuriâ potest, toties debet, omnisque priuatæ rei iactura conscientiæ periculo postponenda. Etsi in eo peccauerit fortè quod iurauit. Nam leges ciuiles suum tantum subsidium negare possunt. Et sanè iustissimè negant, vetantes ne contractus tales iurati ineantur, atque vt contra facientes plectantur vel mulctentur. Ast quatenus iuramentum est res spiritualis conscientiam religione & Numinis metu adstringens, nihil in illud vlli legislatori supremo Principi. Sed ne verè dicitur quemcumque contractum legibus irritum ineuntem eo ipso peccare, ne dum iusiur. quod ei accessit semper turpe esse vt nostrer hîc. Nam, vt præter alios (ne immorer plurium sententias congerendo) *Petr. Barbosa in l. 1. D. Sol. matrim, p. 1. num. 69. & seqq.* quando Lex quid disponit in fauorem alicuius, non est eius intentio contrauenientem obligare ad peccatum *argum. l. nulla 24. dell.* Quippe Lex eius indèmitati solùm consulere voluit, dum quod adu. suam prohibitionem gestum irritum facit. Veluti: Lex Iulia vetat alienari fundum dotalem. Eius vigore mulier alienationem reuocare potest. Sed non necessitas imponitur à lege, vt reuocet. Quare si ratam manere sinat nil peccat. Et inde si alienatio iureiur. firmata valida est. Quin etsi daretur iurando peccasse alienantem, non tamen sequitur non

non teneri obseruare, in cuius obseruantia non vertitur peccatum. Nam & cum Lex vetat iuramentum interponi, etsi iurando peccetur, tamen si, quod iuratur, non continet in se peccatum seruandum est. Quia etsi L. vetare potest ne iuretur, non tamen ne iuratū seruetur, ideoq; seruando non peccatur. Lex potest irritare simplicem promissionem, quà obligatio soli parti quæritur (addo & efficere ne accedente iuramento efficax fiat aut vires ciuiles sortiatur) non autem iuratâ qua oblig. Deo quæritur, quam legislator vt inferior tollere non potest, &c. *ita Barbosa add. Asin. de Exsec. §. 9. c. 339. fol. 941. & c. & j. lit. R. Scio Bart. hic num. 15. & sequaces Sich. hic. nu. 15.* distinguere in rem concepta sint verba legis aut statuti, vel ne contractus minoris sine auctoritate curatoris, mulieri sine consensu propinquorum valeat. An in personam sic: ne minor mulier, siue &c. cõtrahit. Ea tamen distinctio ipsius contractus & actus cõfirmationem, non item vinculum religionis personale respicit & ad illam refertur. Quin & à plerisque reprobatur tantum hic spectari volentibus num lex principaliter in fauorem eius, cui vetat, & vtilitatem priuatam lata sit cum non verba sed effectum rei spectari decear, *Conar. in cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 1. §. 2. n. 14. & passim Seraphin. priuil iur. 83. n. 70. Parlard. 2. rer. quotid. 4. n. 53. Gutierr. hic n. 35. & seqq.* qui probabilius hoc esse, ideóq; Iudici & consulenti sequendum restatur, Et tamen hi ipsi comprobatione actus inualidi, quoad vires ciuiles ac effectus legitimos, loquuntur. In quo sanè illis assentiri nolim, tametsi quin vsu fori obtineri possit non valdè ambigam. Sicuti nec illud vsquequaque mihi probatur, quod aliis casibus quibus ipsum cõtractum non firmari volunt, nec remedio ciuili locus, ad forum ecclesiasticum recurri posse sentiunt, eiúsque Iudicem vel prælulem cẽsurâ competenti, & fulmine anathematis ad præstandũ id, de quo fidem suam obstrinxit adigere per *c. vlt. de foro comp. in 6. Asin. de Exsec. §. 9. c. 165. fol. 748.* Quin rationem hoc facere puto, ne vllum remedium ei cui illicitè iuriur. exegit indulgeatur, quoties iurando peccatum est. Ferè enim accidit vt plus peccet qui recipit quàm qui præbet sacramentum, non solum quãdo id naturâ turpem præstationem cõtinet *Nou. 51. pr.* vbi æqualis vtrimque nominis Diuini profanatio. Sed & quãdo res promissa sine peccato præstari potest, præsertim in terminis auth. nostræ, ac quoties lex ratione personæ obligati contractum iniri vetat, veluti mulieri sine licentiâ propinquorum. Nam hîc simplicitas sexus, ætatísq; imbecillitas, si non omninò, ast quandãtenus à peccato excusant. Adhæc ipse euentus, dum damnosam conuentionem inierũt, eosdem à malitia immunes arguit, vnde iis subueniri ratio politica suadet. Quæ quidem in foro ciuili suis sibi meritò consultat viribus. At tanti non est vt fortiorem religionis rationem in animæ iudicio vincat. Contrà in eo qui recipit & ab initio apertior malitia, plerumque ipso etiam euentu, dum minorem mulierémve circumscripsit, testatior, neque vllus illius fauor contractum sustineri, sed eiusdẽ odium irritari eum suadet. Et eadem perseuerat, dum veluti ex delicto suo improbũ lucrum, quod antea captauit siue coram Iudice sæculari siue ecclesiastico exigit. Cum & suæ turpitudinis ipse assertor sit. Quà ratione leges quorundam vetantes non solùm ne tales contractus ineantur, sed & ne super iisdem iuretur vt s. lit. A. probandas censeo, Parumque abest, quin eis accedam, qui *hac auth.* malè rebus minorum consulcum, adeoque improbandam statuunt vt s. *lit. A.* Aut saltem, vt reuerentior sim maiestatis legum, (ex quibus, non dẽ illis, iudicare conuenit,) *cum Pinello ad l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. c. 1. nu. 10.* dicam probè perpendend, sacratiss. principibus nũ ex vsu Reip. hæc iura sint, num potius eadem aboleri expediat. Quid ni enim exemplo iuris Lusitanici sanciri apud nos posset, ne contrahens cum minore iusiurand. vnquam exigat, néve illi præbeatur, pœnæ grauis in vtrumque (maioris autem in eum qui receperit) adiectione. Quo pacto minùs sanè iurarerur, proinde rariora forent periuria, captionibúsque ætatis & sexus infirmioris commodè occurreretur, neque ita facilè minores adduci possent vt iurarent. Cum iure quo vtimur ex *hauth.* contra eueniat, ex quo fermè non nisi iurati contractus cum his celebrantur, Hoc tamen vnà puto, si contra talem prohibitionem iusiur. interuenerit, licet eius in foro ciuili nulla vis sit, quin vtrque iustè plectatur, si tamen absque peccato impleri possit, in foro animi omninò pareri ei debere. Cum violata iam ante sit iurando legem auctoritas, neque nunc in eas iterum delinquat qui præstat quod iurauit, etsi tunc deliquerit fortè, cum iuraret. Nã & alias quandoque qua fieri vetita, facta tamen tenent *l. 1. §. 5. Quam appell.* Exemplo sint nuptiæ insciru parentum contractæ, complex coniugali secuto. Quas ad sustinẽdas quæ rationes protelari solent, huc in arg. trahi posse videntur (etsi hæc non vsquequaque similia. Neque enim hoc dicend. quod iureiur. fides connubij data alterũ inuitis parentibus implenda sit.) Quin immò etsi Lex distinctè simul vetuerit ne iuratũ, modo peccatum per se non foueat, seruetur, num sic satis conscientiæ eius qui iurauit consulatur hæsito. Quippe vix ea vlquam legis auctoritas, vt eò vires suas protẽdat post, alios *Parlard. n. 53. Asin d. §. 9. c. 165. passim.* Cumque hic quidem veluti conflictus Iuris diuini & humani videatur, hoc illi meritò cedere censendum. Sed hoc Theologis definiend. relinquo. Istud verò contendo iustè legem ciuilem suum denegare subdidum ei qui tale iusiur. exegit & recepit. Nam cum contra legem deliquerit eius auxilio indignus est *l 37. de min.* Quem si Lex adiuuat quodammodo seipsam consuellit. Satisque fore reor si hoc totum conscientiæ eius qui iurauit relinquatur. Quam probè is excutiat, si saluam & illibatam retinere velit, oportet. Amplius dico, quod paradoxon cuipiam videbitur, nec est tamẽ, si maximè leges talem iuratum contractum implere iubeant, aut si censuræ ecclesiasticæ ad id compellant, ni tamen sponte adeõque iniussus sacramento quis pareat periurij labem in foro poli eum non effugere. Nam si quem vis iudicati, mersúve pœnæ qualiscunque moueat, vt præstet, quod aliàs, Numinis reuerentiâ & sacramenti religione, non præstiturus, animum tenuit & retinet periurum. Iurauit enim quod contractum seruare, non quod Iudicis iussui parere velit. Neque nunc tam veteri obligationi iuratæ, quam nouæ iudicati obsequitur, non voluntate sua, sed necessitate. Quin & qui interdictione sacrorum commotus religiõnem exsoluit, eum sæpè plus publicè subesse ignominiæ terror quam metus numinis affecit. Et sicuti cũ quis sciens abnegauit depositum, e.g. iudicio conuictus demum id restituit, perfidia semel commissa non eluitur, ita neque hic periurus antea effectus, postea esse definit. Maximè si sponte iurauit, vbi vt & sponte præster congruum est. q Et tres comites veri iuramenti *c. etsi Christus 26. de iurei. 7. c. 22. q. 1. c. 2. ead. ca. q 2.* ex illo *Ieremiæ 4. v. 2.* q Iurabis in veritate in iudicio & iustitia. Veritas caussa prima est, ob quam rectè iuratur, Iudicium discretionem habet animi, iustitia postrema iuram. basis *P. Greg. 50. Synt. 3. nu. 7.* Veritas vt clarè exprimat, non ambiguè, aut fucata arte, ne alter decipiatur, vnde placet iusiur, iuxta deferentis mentem non iurantis interpretari *cap. quacunque c. 12. quæst. 5.* Iudicium, vt iurans intellectu polleat. Iustitia, vt quod iuratur licitum sit & honestum *Corasius in l. admonendi 31. de iurei. n. 7. & 8.* De quibus comitib. vid. *Couar. in cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 1. §. 6. Petr. Barbosa in l. alia 15 §. eleganter D. Sol. matr. n. 28. & seqq.* r Vulgò tamen admittunt quandoque t rescissionem ex alia quam ætatis caussa vt læsione enormi vid. *not. s. lit. M.* Et enormissimâ semper j. *lit. Aa.* s *Sic, Dd. vulgò* ita tamen vt heres contraueniens non fiat periurus. Vulgatiss. enim iuramẽtum quod reale quoad obseruãtiam contractus & oblig. ciuilis vinculum: Personale quoad vinculum religionis & reatum periurij *Sich. ad rub.* C. *de reb. cred. & iurei. numer. 19. & seq. Couar. ad d. c. quamuis p. 1. §. 5. num. 5. Io. Bapt. Costa de facti scientiâ in spect. 14. numer. 4. Gomez. 2. resol. 14. n. 19. Asin. de Exsec. §. 9. c. 165. f. 759 & seq. Munnoz. de ratiocin. ca. 21. nu. 11. Vvez cons 11. n. 16. cons 15. n. 90. cons 23. n. 45. & cons 38. num. 24. Coler. cons 28. num. 337. Meichsner. lib. 1. decis. 12. num. 220. & decis. 18. num. 24. &c.* aliique plures. Non desunt tamen qui contrà nituntur, sentientes iureiur. adhecto contractum aliàs inualidum non firmari, adeóq; nec eum qui mero iure validus, ast restitutioni aut rescissioni obnoxius, irreuocabilem fieri. Sed contractu manente in suo vigore & qualitate ad iurisiur. obseruationem hîc minorem ipsum solùm non heredem quoque eius compelli. Quomodo *Portius Io. Fab. Iaf. Cumanus & Alc. ref. Gutierr. hic n. 24.* quos sequitur *Fr. de Caldas ad leg. 1. Cod. in int. restit. in defin. v. Minorib. n. 3. (& Trentac. 2. pract. resol. rit. de Minor. resol. 1. n. 17.)* quia verbali *huius auth.* eò solùm, non ad validitatem contractus relata. 2. Ius exorbitans accipi debet vt minimùm lædat ius commune, 3. Iuram. sortitur naturam actus cui accedit vt s. *lit. M. circ. med.* 4. Nec vnquam, ait Caldas, iure Canon, scriptum actum nullum iureiur. cõfirmari. Nam *d. cap. 28. de iurei. dict. cap. 2 de pact. in 6.* solùm iusiur. seruand. esse probant. Effectus inde insignes. 1. Non ligat heredes. 2. Impetrata absolutione contractus remanet ac si non iuratum esset. 3. Solutum virtute iuram. potest reperi ceu solutum sine caussa. 4. Mulier quæ alienauit rem dotalem vindicat eand. à tertio possessore non habente caussam ab emptore. Ita *Caldas.* † Verùm hæc reprobant *Gutierr. hic num. 27. & seq & Fach. 3. contr. 11.* Tum quod *in l. 1. C. h. tit.* vocula *perfidia* arguat iuram. præstitisse

VT verò de IVRE HABENDAE huiuſmodi exceptionis & cui conſtituta ſit conſtet, dicendũ. Quibus, aduerſus quos, qua de re, exceptio quælibet competat. VBI QVAEDAM COMMVNIA omnium peremptoriarũ, quæ pertinent ad perſonas eorum quibus & aduerſus quos per conſequentiam competunt. Vt quod omnis cauſæ cohæret, *l.*7.*h.t.* aut ex parte vt Macedon. Velleiani & quæ per in integrum reſtitutionem minoribus contingit. a Neque a enim filiof. mulieri, minori in omnibus cauſſis dãtur, vt ſolius perſonæ ſint, ſed in credito, interceſſione, captione lubrico ætatis. Aut in totũ vt reliquæ. OMNES igitur DANTVR HEREDIBVS, *l.*8.*C. de non num. pecun.* qui *in* omne ius, modò non merè perſonale, ſuccedunt, vt ſuo loco ET SVCCESSORIBVS IN REM, *l.*28.*Cod.de euict.l.*17.§.5.*D.de pact.* b Qui b enim fundum ex empto ex.gr. tradit, omne ius transfert, vii.*pr. de act.empt.* Et cui actio magis exceptio, *l.*156.§.1.*de RI.* c ET FIDEIVSSORIBVS, *l.*7.*l.*19.*h.* c *t.l.*32. *de fidei.* demptâ vnâ quæ per reſtitutionem in integrũ minori datur, vid. *ſupr.lib.*21.*c.vlt.lit.G.& ſeqq.* ne plus acceſſione ſit quàm in principali, d Niſi do- d nandi animo fideiuſſerint, *l.*32.*de pact.* id eſt, ne quod ſoluerint à debitore repetant. Nam & hic non verè acceſſio, cum ſuo nomine obligari voluerint & commodis rei renunciaſſe videntur, e ac cæteris acceſſio- e nibus, vt mandatoribus, pecuniæ conſtitutæ reis, *d.l.* 32.*de fid.l.vlt.*C. *de conſt.pec.* item patri cõuento de peculio vel in rem verſo, *l.*19.*& ſeq.de pact.* ET ADVERSVS HEREDES *d.l.*8.*C.de non num.pec.* quia & in onera ſuccedũt. ET SVCCESSORES ſingulares. *l.*28.*de ext. rei iud.per l.quinius* 177.*de R.I.* f QVAEDAM PROPRIA f SINGVLARVM. Quæ pertinent ad principales perſonas, item res ipſas & cauſſas. Vbi in iis, quæ initio in re gerendâ natæ relatis, *ſupr.lib.*16.*c.*22. res expedlior. Quia oriuntur ex facto eorum inter quos res geritur. Dantur itaque ei, qui eam cauſſam in ſe habet, & patitur, aduerſus eum qui illam in re gerendâ intulit, aut conſenſu ſuo confirmauit, de re ob eam cõtractâ. Ex. gr. Exceptio doli ei qui deceptus contra eum qui decepit de re dolo malè geſta, Sic exceptio erroris ei qui errore falſus promiſit, contra eum qui eodem er-

tore ductus ſibi ſtipulatus eſt de re eo errore caurã. Sic & in reliquis. Ex iis quæ poſtea ortæ poſtrema ſpecies præſcriptio tẽporalis, tota per ſe patet. Priores 4. altiorem diſquiſitionem & proprium tractarum requirunt, quia ex facto poſtea ſecuto, interdum etiam alieno, natæ. In ſingulis igitur noua quæſtio & res ipſæ variæ. Vnde & ſingulis peculiares, *in Dig.* tituli.

NOTATA.

a a Quæ tamen non merè realis, ſed mixta, vid. s. *lib.*21. *c.vlt.lit.H.ibiq. not.* b vid. *Bouer ſing.*52.*nu.*27. Sed & de- b fenſori eadem exceptio quæ defenſo, *leg.*35.§.3. *leg.*51.§.1.*de* c *Procur.* de quo vid. *Ant.Fab.Cod.ſub hoc tit.definit.*4. c vid. *not.s.h.lib.*ca.1.*lit.E.verſ.planè latior.* Confer, *Aſin.Praxi* §. 4.*cap.*9. Sed hæc ita ſi vtraque ad idem tendat eiuſdemque ratione prodita. Nam poſſeſſorio recup. poſſeſſ. conuentus non ſe tuetur except. dominij, etſi ipſe act. ſeu rei vindicationem habeat, *Sich.ad l.*5.*Cod.de pact.nu.*11. *& ſeqq.P.Fab. ad d.leg.*156 §.1. Nec interdicto. Quod legat. conuentus, etſi act. ex teſtamento aliámve habeat, *Zang.de Exc.p.*3.*c.*13.*nu.* d 29. d Et quia quod à fideiuſſore petitur, ab ipſoque debitore peti videtur, qui mandati iudicio redditurus eſt quod e is ſoluerit, §.*vlt.l.de replic.* e Et niſi pro inuito ac vetante fideiuſſerint. Quia enim hîc mandati actione non habent regreſsum, *l.*6.§.2.*l.*40.*Mand.* nihil intereſt debitoris eos liberari, *Briſſ.lib.*3.*de ſolut.pag.*438. De except. rei quæ fideiuſſorib. accommodantur vel non, vid. citatos s. *lib.*16.*cap. vlt.lit.* C. *add.Zang.p.*3.*c.vlt.n.*216.*& ſeqq.* Planè Exceptio ceſſionis fideiuſſori non datur, quia in hoc acceptus eſt vt debitore bonis lapſo debitum cõſequamur, §.*vlt.in fin. Inſt. de replic.Cuiac.*19.*obſ.*29.*& in not.ad l.*7.*hoc tit.* Sed ea exc. peremptoria non eſt, vid. j. *c.*9.*lit.*X. proinde nec huius lo- f ci. f Exceptio quæ cedenti obſtat quando & Ceſſionario, vid. laudatos s. *libr.*15.*c.*43.*lit.O.add.Monter. de Cuena de-* *riſ.Arrag.*25.*Ant.Fab.C.ſuo h.tit.definit.*24.*Celſ.Bargal.lib.*4. *de dolo cap.*2.*num.*29. *& ſeqq.*

CAPVT IV.

Exceptio Pacti.

1. EXCEPTIO PACTI CONVENTI. Competit principaliter DEBITORI, itẽ poſſeſſori in act. a reali. Cui quæritur PACTO DE NON PETENDO, a b ET AVT IPSIVS, b AVT ALIENO, eorum ſcilicet qui poſſunt illi acquirere exceptionem. Vt ſunt: 1. Qui in poteſtate eius, ſeruus, filiuſf. *l.*17.§.*vlt.*& 2.*ll.ſeq.h.* c *t.de pact.* c & qui bonâ fide ſeruiunt. 2. Qui in adminiſtratione bonorum pro dominis. Procurator, actor municipum, magiſter ſocietatis, tutor, curator, *l.*10. §.*vlt.* & §.*ll.ſeqq. hoc tit.* Vbi tamen dicitur non pacti, ſed doli exceptio acquiri, *d.l.*10.§.*vlt.* Nam quod ibi de Procuratore, cæteris adminiſtratoribus commune eſt. Id enim inde ne offendatur regula, quæ per alios acquiri vetat: Sed quæ pacti directa ex verbis negatur, vtilis ex ſententia admittitur. Effectu namque hæc exceptio eſt vtilis, etſi verbis doli exceptionis tegitur. d Nec obſtat regula illa quæ per extraneos ac- d quiri vetat. Quia hi non propriè ſunt extranei, maximè hac in re, vbi eorum intereſt pactionem valere, & inde except. domino acquiri. Adde quod cum paciſcuntur debitori, de re debitoris id faciunt. Ergo per *l.*68.*de Proc.* Denique exceptio faciliùs acquiritur, quàm actio per *leg.fauorabiliores* 125.*de R.I.* Facit *L.*50. *de Proc.*3. Teſtator paciſci poteſt ne ab herede petatur, *leg.*33.*de pact. vid.s. lib.*12.*c.*17.*litt.F.& c.*4. Fideiuſſor ſi paciſcatur ne à reo néve à ſe petatur, vt pro- e ſit doli exceptio, *l.*25.§.*vlt.h.t.* e id eſt, pacti vtilis. Et generaliter pacta in rem omnibus proſunt, quorum obligat. diſſolui paciſcentis intereſt, *leg.*21.§.*vlt.h.t.* f f Extra hos nulli; Non pater, ſi ipſe non teneantur, *l.* g 17.§.4.*h.t.* g Aliud ſi ex filij contractu obligatus pa-

ciſcatur, ne à ſe néve à filio petatur, *h.*21.§.2.*in fin.hoc* h *tit.* h Nec confirmatur pactio ſi extraneus, quis pa- h ctus, poſtea heres exſtirit, *d.l.*17.§.3. i Quæſita verò i exceptio hæc tranſit ad heredes, & fideiuſſores vt *c.* *prec.lit.B.* niſi perſonale pactum ſit, *l.*25.§.1.*h.t.* k id k eſt, ſi nominatim egerit paciſcens ne à debitore ſolo petatur. Non ſi ſimpliciter, nullâ mentione heredum, *l.*9.*de probat.* l Et niſi donandi animo fideiuſſerit vt l *cap.praced.litt.E.* Ac datur principaliter ADVERSVS CREDITOREM, item petitorẽ in actione in rem. Vbi itidem conſtituitur VEL PACTO IPSIVS, dummodo alienationem habuerit, *leg.*29.*hoc tit.* m Sed & mi- m nor contra id reſtituitur, *l.*44. *de min.* VEL ALIENO, eorumdem qui in priori parte relati, ſed diſſimiliter. Illic enim proſunt hîc obſunt. Ergo per *l.*39 *de neg.geſt.* Nam in prioribus 2. generibus pactum non nocet; niſi quatenus voluntas *creditoris* concedit aut muneris publici ratio. Ergo pactum filij vel ſerui in pecuniâ paternâ vel dominica nihil detrahit obligationi, *l.*3.*leg.*23.*C.h.t.* n Sed ſi ex voluntate domini pa- n triſve eam crediderint, quod credendi tempore pacti ſunt, valet *leg.*29.*hoc tit.* Quia id pars contractus eſt. Ergo qui cõtractu vti vult in reliquis partibus, in hac quoque aduerſus ſe ſeruet, *arg.l.*31.§.1.*verſ. ſed adiicere de reb.cred. Facit L.ex quâ perſonâ* 149. *de R.I.* o Et nec o in re peculiari, niſi liberâ adminiſtrationem habeant, & nec tunc quando habent, ſi donandi cauſſa pacti, *l.*28.§.*vlt.h.t. Ratio in leg.*7.*pr.de donat.* Nam nec in adminiſtratione libera quælibet licent; non vtique quæ illi aduerſantur. Pugnant verò adminiſtrare, quod eſt res curare, vt ſerues & ſi poſſis augeas, ac perdere. Ergo tunc licet his, cum pro remiſſione tantumdem vel amplius accipiunt, *d.leg.*28.§.*vlt.* p Item ſi in re du- p bia tranſigant, arg. *l.*12.*C.de trans.leg.*35.*pr.de iurei.* Sic & Procurator ita demum pacto nocere poteſt, ſi aut ſpecialiter id mandatum, aut in rem ſuam datus, *leg.* 12. *& ſeqq. hoc tit.* q De generali omnium bonorum q idem traditur quod pacto nocere poſſit, *dict.leg.*12. Sed id ſic accipi debet, quatenus ei conceſsum eo ipſo quod liberam adminiſtrationem habet. Ergo ita ſi pro remiſso tantumdem recipiat. Nam quod vltrà non neceſsariò remittitur, donatur. Id autem procuratori huic non magis licet, quàm filio cui ſit re peculiari libera adminiſtratio, *d.l.*28.§.*vlt.* r Eadem tuto- r rum & curatorum cauſsa, *l.*22.*C.de tranſ.* f Pro domi- f nis enim ſunt dum adminiſtrant, non ſi ſpoliant, *l.*7. §.3.*Pro empt.* Teſtator verò paciſcendo liberè nocet heredi. Nam ſi onere nouo, legatis nempe, onerare poteſt mágis act. peruẽturum aliàs, adimere. Si conſtituta datur & contra heredes & ſucceſsores ſingulares, *leg.*17.§.5.*h.t.* t DE EA RE, DE QVA CONVE- t NIT. In alia re aliáve perſona non nocet, *l.*27.§.4.*in fi.h.t.* u II. IVRISIVRANDI, priori finitima, quia & u & huic conuentio ineſt. Et omnia huic propè eadem, Sed plenior tractatio de eo petatur, ex lib.24.*cap.*15. *de iureur. cap.*7.

NOTATA.

a Quidam diſcrimen conſtituunt inter pactum de non a petendo, quod impediat etiam extraiudicialem petitionem, ac receptio. ſolutionis: & de non agendo quod tantùm iudicialem ac litis conteſtationem. Sed eos refellit, *Bellon* 2. *Supput.*9.*& Hippol.Riminald.ad l.*27.§.. *hoc tit.de pact.nu.* 197.*& ſeqq.* tum quia agens & petitor confunduntur, §.33. *I. de act. & ſimil.* tum quia hæc ipſa promiſcuè ſumuntur, pactum ne peteretur, §.9. & ne ageretur §.10. *Inſt. de ex-* *cept.&c.* † Certèùm hæc Exceptio eſt ſiue re ſiue verbis conuentum ſit, *l.*1.§.3. ſiue expreſsè ſiue tacitè conſenſu, *l.*2.§.1. *leg.*4.*pr.hoc tit.* Vnde diuiſio pactorum ab adiuncto, vt *Val. Guil.Forſt.tr. de Pact.cap.*4. *membr.*5. vel à qualitate cauſæ efficientis, vt *Ang.Matthæ.ac.li.*1.*de vitá & rat.itur.c.*6 *n.*41.

Quâ alia expressa quæ verbis fiunt, *d.l.1.§.3.* siue coram tractatu habito siue inter absentes per epist. aut nuncium, *l.2. pr.h.t.vbi Cuiac.* Alia tacita quæ sine verbis. Vbi re conuenire dicitur, *d.l.2.pr.* vt rectè *Duar.ibid.* ea verba exponit, *Don.* s. *lib.12.c.10.lit.D.Comm.5.Com.4.n.1.* ac contra Cuiac. in *d.l.2.pr.* satis firmat, *Forst.dict.membr.2.* in priori scilicet specie, aut tacitè consensu actum in posteriore. Neque in his tacitis pactis semper præsumpta voluntas, *vt For.d. lo.Fottum.Garcia ad l.1. hoc tit.num.58. Reiner.Bachou.misc. disput.c.11.* sed duplicia sunt: Alia verum habeùt consensum, facto declaratum *leg.5.Rat.rem hab.* tacitum sanè, sed quatenus non aperto, sed expresso opponitur, *confer.not.s. libr. 14.c.61 lit.C.* vbi id quod gestum est, sine eo quod ità pactum intelligitur, inutile & frustraneum foret, *Don.ad l.2. C.h.t.n.9.* Exempla insigniora duo videntur. Vnum. Redditâ cautione vel chirographo, *l.2.§.1.h.t.* etiam ab alio quàm creditore, eius tamen iussu, *l.7. C. de remiss.pign.l.3.§.1.de lib.leg.Fac.lib.1.§.vltim. de lib.leg.l.45. §.6. de leg.1.l.59.de leg.3.* Ratio non quod chirographo principalis obligationis auctoritas contineatur, *vt malè Cuiac.in d.§.1.* notatus *ab Hot.7.obs.9. & ad lib.3.h.tit.* Ita enim amisso chirographo periret obligatio *contra l.10.Cod.de fi.instr.* Et imò est tantùm testimonium oblig. contractæ, *d.leg.59 l.4.de fide instr. vid. j. lib.25.ca.8.* Nec quod pro soluto debitum habeat, qui reddito chirogr. facultatem probâdi & fundandi petitionem sibi adimit, *vt A.Fab.ad d.§.1. & Bach.d.cap.11. post Fortun.Garciam ibid.numer.2.* Nam imò potest quando eo amisso alia probatio, per testes, &c. supperetre, *vid. j. lib.25. cap.8.* Nec quod ex hac redditione debitû solutum esse præsumatur, *vt post Ruin. Monoch.3. præsumpt.140. num.4.* Id enim naturæ huius pacti liberatorij & liberalitati repugnat. Eaque ratione probatio contraria recipieretur, non ea solùm qua qui reddidit negaret se ita sensisse (quam admitti non inficior *per l.3.h.t.*) sed & ea qua sibi solutum non esse conuinceret, quod sententia, *d.l.2.§.1.* non admittit. Sed quia nullus cautionis vsus esse potest debitori, nisi liberatio. Nec si non clusoria redditio, alia suspicio capi quam remissæ sortis, *Duar, ad d.l.2.Hot.ad d.l.3.& d.cap.9. Bronch.1.ass.38. Langl.a.4.Semestr.7.* vbi & aliàs re aliqua reddita vel tradita, redditum traditúmve videri, cuius ea signum & symbolum erat, ostendit *per l.1.C.de dom.lib.12.C. Qua res pig. & simil.* Hinc & cautione pignoris reddita, reddive iussa ius pignoris remissum, *l.7.Cod.de remiss.pig.* Non autem ius crediti, ne quidem ipso pigno reddito, *l.3.h.t.* Non tantùm quis accessionis sublatio de principali obligatione nihil quidquam mutat, *vt A.Fab.ad d.l.3. Nicol.Valla de reb.dub.tract.1.num. 16. Cuiac. ad d.l.2 §.1. Conna.5.Com.4.num.2. & Menoch d. præs.140.num.17.in fin* qui malè hinc differ. rationem petût, quasi chirographo ius ipsum creditoris contineatur, proinde eo reddito abdicatum sit, quod iam conuellimus: Sed & potiss. quia redditi pignoris multiplices alij vsus; ad vtendum, vendendum, alteri pignorandum, *Hot.ad.locis add. Garcia ad d.l.2.§.1.num.3.* proinde alia quam donationis coniectura capi potest & debet, *Confer.Langl.a.d.c.7.* Addit *Hott.ad. loc.* quod re contracta obligatio pignoris, re quoque, id est, retraditione soluatur, *l.55.de R.I.* Principalis verò obligatio alia re, ex. gr. pecunia credita, contracta, alia etiam re, id est, solutione vel quæ eius vice dissoluenda. Vnde & crebriore calculo proditum est, vbi cautionis redditæ alia caussa adferri potest, aliáve inde debitori vtilitas, eum tacito pacto liberatum non haberi, nisi ex verbis reddentis, aliísve indiciis animus liberalis eiusdem appareat, *vid. Langl.a.d.cap.7. Menoch.d.præs.140.n.19.& nu.23. Moller. ad Nou.elect. Sax. 19.p.2.nu 31.* Neque infringit illam rationem obiectio Cuiacij, quod certior probatio soluræ sortis ex apocha. Nam Resp. 1. Neque hæc redditio nobis dicitur probatio soluti debiti, sed pacti de non petendo animo donandi. 2. Maior probatio apochæ ideò, quia eam haberi à creditore ipsa scriptura patefit: Hic autem non satis est chirographum esse in manu debitoris, sed & quod à creditore acceperit probandû, vid. j. *lib.25.ca.8.* Dubia hîc incidunt. 1. Cautione plurium debendi reorum vni reddita, an omnes pacto liberati? Resp. Solus qui accepit, cum nec pactû expressum, alij quam cum quo conuenit, ad except. prodesse queat, *Bachou d c.11.* Nec dicendum actionem in alios correos huic vnà cessam videri, quia cum hîc satis operetur redditio liberando debitorem pro ea parte, donationis maioris coniectura non fumenda facilè, nisi coniecturæ firmiores cõcurrant, vid. *Duaren.ad d.l.2. Garcia ad d.§ 1. num.4. Menoch.d.præs.140.n.6.* 2. Quid si eiusdem crediti plures Syngraphas detinens vnam redhibeat? Post alios *Menoch.d.loc.num.8.* hîc quoque pactuminducit. Contra *Garcia.d.loc.num.7. Duar. ad d.l.2. Bachou.d.ca.11. per l.vlt.D.de his quæ in test. del.* Putarem de eo ex rerum varietate variè statuendum, spectãdúmve num caussæ aliæ redditionis probabiles reddi possint nec ne: Veluti si debitor exploratam debiti quãtitatem non habeat, &c. † Alterum: Acceptis in futurum vsuris; *leg.37.h.t.l.2.§.pen. de doli exc.* Quia aliàs nullo iure haberentur, cum citra sortem deberi nequeant, *Don.ad l.2.C.h.t.n.12. Ant.Fab.in d. l.57.* Simile exemplum, in *l.2.C. hoc tit.* extare putat, *Donell. ibid.num.5. vt & in l.27.§.pen.hoc tit.* Exemplum aliûd apertius in *l.36.h.t.* Pura exempla, *j.c.6.lit.O.* Alia fictum & legis dispositione intellectum. Vbi tacitum significat præsumptum & opponitur apertè *Confer.not.s.lib.4.c.16.lit.C.* Exemplum insignius, *in leg.4.pr.h.tit. iuncta notatis supr.dict. litt.C.* Et huc malim referre speciem, *leg.2.Codic.hoc titul.* Huiusmodi pactum improprium nuncupat, *Sichar.ad rub. C.hoc tit.nu.19.* cuius exemplum tradit in eo quod L. disponit vt tacens, quando eius vtilitas vertitur, consentire censeatur. Et de hoc accipio ego in *l.2.pr.hot tit.vers. sed etiam. Vis enim* vocúmve aduers. *sed* aliam speciem, quam quæ prius verbis illis *vel te* expressa est, subiici arguit. Et facit vocula *intelligitur*, quo fictio iuris & præsumptio notatur. In prioribus autem exemplis, maximè *l 57. pr. h.t.* etsi non verbis testata, clara tamen voluntas, fictionis legum nullius indigæ. † Tacitæ quoque conuentionis speciem puto in contractibus mutuæ præstationis. Vbi si, antequam res vtrinque interceßit, vni acceptum fecit alter, perinde habetur ac si conuenisset vt neuter ab altero peteret, *l.3.pr.de rese.vend.l.vl.D. de accep.* Sed obst. *L.56.h.t. A.Fab.ibid.* v. *in dd.ll.* contractus naturam non pati vt resoluto contractu ex vnâ parte per acceptilationem, alter obligatus maneat, *l.11.§.vlt.l.50.de act. em.l.9.C.de pact.int.empt.* Aliam rationem esse pacti, *d.l.56.* quia id non resoluat contractum; nec distrahat, sed confirmet, cum exceptio præsupponat actionem. Malè. Nam *dict. l.5.* apertè dicit acceptilationem in hac caussâ, nempe quoad alterum, cui accepto latum nominatim non est, non sua natura, sed potestate conuentionis valere. Et refellit istud, *l.27. § pen.h.tit.* Rectiùs *d.l.56.* accipiemus, vbi non hoc agit dominus, vt à toto locationis contractu pro suâ parte abeat, vbi necesse foret ab altera quoque abire; sed, rato manente contractu, præstationis fortè partem aliquam remittit, idque iusta ex caussa, forsan ob sterilitatem, vel ob merita coloni, aliave ratione inductus. Neque hoc quæritur, *d.l.56.* an nihilominus colonus suudi fructus percipere possit, sed an à domino petere, puta si ex lege contractus vel aliunde, præter vsum præsidij (cum quippe non petit, sed habet cum colonus dicatur) quidpiam ei dominus debeat. Aliter *Form. Sel.5. add. Hac.2.evan.10.* Elegans denique pacti taciti species, *in l.40.§.vlt.* Vbi non modò sine verbis, sed & contra verba pactio inducitur, *Hot.ad l.2.h.t.vid.A.Fab.7.Coni.15. & in ration. ad d.§.vlt.* Qui perperam expungit voculam, *alios* quia casus fit, *d.§.vlt.* vbi planè nullus antea filius. Nã etsi non filij ante, tamen filiã fuisse proponitur. Masculinum autem vsitatè fœmininum complectitur. Non item exemplum in *l.4 §.1.h.t.ceu Cui. & A.Fab.ibid.* Quia immò ipso iure ibi euanescit stipulatio, non propter pactum tacitû, sed propter conditionem, quæ natura ei stipulationi inest, deficientem, *Hot.in d.l.4.* b Etsi pupillus sit, *l.contra 28.h.tit.* Nam licet pactum consensum requirat, tamen non credendum est animum & consilium pacisceudi ei defuisse, qui sibi bene prospexit, *A.Fab.ibid* Et heres quoque ante aditam hereditatem, *l.7.§.17.h tit.* etsi tunc nondum debitor sit. Vt exonerata hereditas facilius inueniat heredem. Nec interest in extraneo purè, an sub conditione institutus sit. Tametsi in suo & necessario, filio ac seruo, interfit, *d.l.7.§.18.* vbi vid. *Hot. & A.Fab.* Notandum quoque non alter hac except. iuuari debitorem, quàm si & ipse leges pacti ex parte sua impleuerit, aut implere paratus sit. Quò pertinet, *l.36.h.t.l. 21.in fin. C.h.t.l.28.C. de transact.* vbi inde doli replicatio. c Etsi enim quæ facti sunt in persona serui consistunt, nec ad dominum transeunt, exceptio tamen pacti iuris est prætorij, cuius non magis capaces serui quàm ciuilis, *l.7. de leg. Corn. de falf. A.Fab.add.§.vlt. & l.seqq.* Seruus quoque hereditarius ante additionem simpliciter vel in rem pacisceus, acquirit heredi futuro, *l.27.§.vlt.h.* Prius enim hereditati iacenti acquiritur, postea per eam heredi facto. Idem si heredi futuro, nomine appellatiuo, *l.28.§.vlt. de stip ser.* Secus si nominatim; Titio videl. heredi scripto, non vt heredi, sed vt Titio, *d.l.27.§.vlt.h.t.vbi Cuiac. & A.Fab.* Fructuarij quoque serui pactû prodest, *l.55.h.t.* Nam & ex operis suis & ex re vsufructuarij hæc acquisitio est, cum nec hic quidquam proprietario ex rei natura acquiri possit, qui non obligatus liberari nequit, *A.Fab.ibid.* Confers *l.9.c.6.lit.K.* Planè si ea se petere-

peteretur pactus fuerit nihil valet pactum, *l.21.§.l.h.t.* In quo alia caussa stipulationis, *l.1. & toto t.D.de stip.serv.* Nam stipulatio dandi potest impleri in persona serui. Pacti enim non petendo nequit. Peti enim dicitur quod iudicio petitur, *l.15.Rem rat.hab.* Cum seruo autem nulla actio, *l.107. de R.I. Hot.& Ant.Fab.ad d.l.15.* Exceptio tamen doli superest domino. *d.§.1.* quousque seruus vixerit, *Cuiac.ad l. 17.§.vlt.hoc tit.* Hæc enim subsidiaria exceptionis pacti, data quoque aliis casibus vbi pactum, rigore iuris, non valet. Nec probanda audacia A. Fabri totum *vers. etsi in rem d.§.1.* ceu ineptam Tribon. adiectionem damnantis. Quia immò ita pepigisse videtur seruus, eaque mente promisisse creditor, ne à domino peteret, cum in seruo sibi act. non esse sciret. Non itaque abest à dolo si verba pactionis captanda contra promissum venire velit, *Conn.5.Com.4.num.6.* Nam & ita pactum filiifne à se solo petatur & ita personale, prodest patri ciusque heredi, si ex persona filij conueniatur; *l. 19.§.1.leg.20.leg.21.pr.h.t.* sed quousque viuit filius, *d.leg. 21.pr.* Quia cum in eius personam conceptum sit, cum persona extinguitur, nec in persona alterius post obitum eius durare potest, ne quis per alium plus habeat, quàm is ipse, *leg.63.§.7.ad Treb.A.Fab.ad d.leg.21.pr.* Et nihil iam ad filium amplius illæ act. pertinent, cuius bona pater iure potestatis non hereditatis habet, *Conna.d.cap.4.num.5.add.Pac. 1.enan.94.* d Immò nulla pacti exceptio vtilis. Nec dist. directæ & vtilis except. inducenda. Vtilis enim actio dicitur quæ ex æquitate. Except. autem omnes ex æquitate. Et doli exceptio subsidiaria est, non solùm exceptionis pacti, sed & aliarum. Doli except. datur, quia venit contra factum suum actor. Non autem pacti, quia non pepigit ipse reus, sed pactum inter alios initum, ita *A.Fab. ad d.10.§. vlt.h.t.* Rectè. Nam si ad exemplum vtilis actionis except. vtilis dicitur, ita dicetur vel quia præter verba edicti ex sententia eiusdem datur: Ast immò exc. doli non minus à Prætore proposita est, *l.1 pr.& §.1. de doli exc.* vel quod præter verba conuentionis ex mente tacitâ pacisceutium. Ast immò hic verbis expressis mens testata, maximè si Procur. conuenit ne à domino peteretur. Aliquot etiam differentias non leues huius doli except. ac exc. pacti recenser, *Gelf. Bargal. libr.4.de dolo cap.2. num.50.* e Idemque in confideiussoribus, *l.26.h.t.* Etsi enim simplex pactio, etiam in rem concepta reo ac confideiussoribus non prosit, *leg.23.h.tit.* vbi ratio contra quam in iureiur. & acceptilatione ius est, *s. libr. 16.cap.vlt. lit.F.& j.lib.24.cap.15 lit.F.vbi notabo.* Secus tamen si in rem suam fideiussit, *l.24.h.* id est, si non tam pro alio quam pro se interuenit. Quia tunc interest pacisceutis, vt & reo prosit. Cum si is soluere cogatur adu, se regressum habiturus sit; Attentoque eo magis quod actum, quàm quod dictum est, ipse reus potiùs pro fideiussore, & vicissim, habendus sit, *A.Fab.ad d.l.24.* Secus item si hoc actum ne à reo quoque vel confideiussoribus petatur, *d.l.26* id est, vt interpretor, non modò si nominatim ita conuenit, vt noster hic & *Cuiac.ad l.23.h.t.* Sed & si ex rerum factique qualitatibus euidenter ita sensisse pacisceutes appareat arg. *l.7.§.8. in fin.h.t.* Nam etsi tunc quoque pactum alterius caussâ factum, quoad illum, iure non subsistat, doli tamen exceptio datur propter vicinitatem obligationum, *Cuiac.ad l.23.h.t.* Quippe est quædam obligationis societas ac communio inter istos. Vt sint quasi correi debendi, & alter alterius quasi procurator. Vnde quod efficit in Procuratore mandatum, hoc eiusdem debiti communio in fideiussore, scitè *Conna. 3.Com.4.nu.7.* Aliud si non eiusdem debiti confideiussores, sed quisque diuersarum partium. Vbi pacisceus ita fideiussor, nec reum liberat, nisi pro ea parte in quam fideiussit, nec confideiussorem, quia diuisa est vtriusque obligatio, *Conna. d.loc.add. Hering. de fideiuss.cap.27.p.5.num.5.ac 6.& nu.9.* Facessant itaque argutiæ nouatoris, *Ant.Fab.ad d.l.26.* nimis licenter totum *§.vlt.l.25. & l.26.* ceu inconcinnũ Trib. emblema reprobantis. Cuius obiectis satis ex his occurri potest, telis in auctorem retorsis. Mirus verò nouæ latibitatis auctor est ille contendendo horum verborum: *si hoc actum ne à reo quoque petatur*, vi id effici quod actum sit vt à fideiussore petatur, à reo autem non petatur, proinde ineptam esse Tribon. locutionem sententiæ eiusdem aduersam. Quæ non refellenda. f Vbi nisi ad alium pacti commodum transiret, nec ipsi, qui pactus fuisset, prodesset, *A. Fab.ad d.§.vlt.* Dataque excepe non tam illi consulitur, cui datur, quam qui pepigit, *Cuiac.ibid.* Quò referenda & species, *l.16.pr.& §.1.h.t.* g Et ita patet pacisceus ne à filio peratur, nec filio nec sibi except. quærit, quia pacta spectantur naturaliter & ideo sunt plures personæ. Aliud est in stipulatione quæ spectatur ciuiliter vbi omnes qui in eiusdem potestate pro vna persona, ita *Hot.ad l.21.§.2.h.tit. add. Cuiac.ibid. & A.Fab.ad d.§.4.* † *Cuiac.in d.§.4* hîc tamen filio doli except. dari vult per *l.21.§ 2. in fi.hoc tit. & Duar ad h. t.D.cap.3.* Quod reprobat, *A.Fab.in d.§.4.* quia ibidem non prodesse dicitur. Et *idem 33.err.pragm.9. vt nos.lib.seq.* Planè *Pac.1.enant 92.* accipit *d.§.4.* de filia emancipata & *d.l.21. §.2.* de filio qui in potestate patris, atque ita has ll. conciliat. h Et hîc vbi cum filio vnâ pater obligatus, si pacisca- h tur pater ne à filio petatur, actione adu. patrem institura nulla exceptio, *d.§.2.* Quia cum filio non prosit pactum, in cuius personam relatum est, minùs patri *Canna.5.Com.4. num.5.* Maleque *Cuiac.in d.§.2.* hîc & patri & filio except. doli accommodat, quod rectè *A.Fab* reprobat. Sin pater pactus ne à se néve à filio petatur; pacti quidem exceptio patri datur, quia quoad eius personam pactum omninò vtile, cum sibi pepigerit: filiofamil. autem non datur, cum ei per patrem acquiri non potuerit, sed doli exceptio eidem prodest. *d.§.2. in fin.* Nempe aliàs iniquum quid contingeret, vt paret, qui pacto rutus directò peti non posset, obliquè & per filium petatur. Nam bona filij patris sunt, sine cuius damno is soluere non potest. Propterea datur exc. doli, quod dolosè faciat creditor qui, quod pactus est, non petere a patre, per filium ab eo extorquere vult, *Conna.5.Com 4.num.5. in fin.* Ex quibus facilè conuellitur audacia, *A.Fabri ad d. §.2.& 33.err.pragm.* verba *d.§.2.* extrema: *sed doli prosit*, vel, ceu à Tribon. temerè adsura, rescecanda, vel pro *doli* reponendum *soli.* vt idem reddatur sensus, censentis. 1. quia in *leg.17.§.4.h.t.* negatur pactum prodesse filiæ. Prodesset autem omninò. Quia si effectum rei ac potestatem exceptionis intuearis pacti an doli exceptio detur parum refert. Resp. Sed alia species, *d.§.4. vt litt.præced.* 2. Non potest, ait Faber, videri dolo facere, qui cum patre pactus de non petendo, nec ab illo nec à filio, sed inutiliter quoad personam filij, postea à filio petit, siue viuo patre siue mortuo, & siue is heres factus patri siue non. Neque enim venit contra pactum ex parte quâ conceptum est in personam patris, quia personale est, neque quà in personam filij, quia illi inutile, cum & Prætor velit pactum inter alios aliis non prodesse. Quibus vt occurrendum sit ex iis, quæ ex Connano, satis liquet. Immò & pactum patris indefinitum ne petatur, vbi obligatio communis, filio ad except. prodesse dicendum est per neg. *l.21.§.vlt.hoc t.* quod malè negat; *Faber in d.§ 2:* i Malè Cuiac. ibid. tentari posse quod & huic exceptio doli i detur. Nam *d.§.4.* planè prodesse negat; *A.Fab.ib.* Vbi & diff. rationem cur stipulatus filio post mortem suam ei act. acquirat, etsi heres non fiat, pactus autem except. non item, etsi heres fiat inuestigat. k Quò pertinet solennis illa pa- k ctorum diuisio in *l.27.§.8.h.tit.* qua alia in rem sunt, alia in personam. Quâ de *Cuiac.18. obseru. v.2. Hot.1. amicab. 29. Charond.2. verisim.3. Conna.5.Com.4. num.4 & 5 Duar. h.t.D.c.6.n.10. & ad l.7.§.8.h.t. Bronch.1. misc.13. Moller. ad Nouell. Elect. Sax.37.p.2.num.4. & seqq. Forst. de pact. cap.4. memb.3. Reiner. Bachou. misc. disput. cap.11. &c.* In rem quæ generaliter concepta vel facta potiùs, *d.l.7.§.8.* quæ & generalia *l.40.pr.h.t.* quia rem sequuntur, proinde ad successores transeunt nec personis pacisceutium coarctãtur, *Cuiac. dict. cap.2. Charond. dict.ca.8. Moller. ad d.cons.37.num 6.* In personam, & quæ Personalia, *l.21.pr. leg.25.§.1. hoc tit.* cum hoc agitur ne à certa persona petatur, *d.§.8.* cum pacisceus sibi soli prospectum & consultum vult, *Cuiac.d.cap.2.* dicta quod personam comitentur, nec eam egrediantur. (*Confer. Rittershus. Com. ad Saluian. lib.6. de gubernat. Dei initio*) Accedit tertia species pactorum mixtorum, quæ ex altera parte in personam, ex altera in rem concepta; *leg.57.§.1.h. tit. Hot.1. amicab.29. Forst. dict. membr.3.* Cum hoc igitur ne ego solus petam. Vbi ipse quidem nec à te ab herede, aut fideiussore tuo petere possum. Heres verò meus ab omnibus potest. Tametsi hæc pacta mixta sub pactis in personam contineri velit, *Bachou. dict. cap.11.* eò quòd hæc distinctio à debitore petita. l Rectè. Nec continuò pactum per- l sonale, cui persona inserta, cum plerumque demonstret potiùs qui pepigerit, non verò pactum coarctet, *d.l.7.§.8.* Et vt ibid. non minus hoc omne ex verbis quàm ex mente conuenientium æstimandum. Vbi notanda hysterologia, seu transpositio verborum, 1 Ctis non insolens *lib.3.§.5. de bon. poss. cont. tab. & simil.* Nec pro *non minus* reponete, *non magis* necesse est vt *gl. in dict.§.8. probante Moll. ad Nou. Elect. Sax. 37 p.2.numer.9. Hot. & Anton. Fab. in dict.§.8.* Quare quod vulgò traduut Pactum personale initum non facilè censeri; ac in dubio reale præsumi per *dict. l.9. de probant. l.8 §.16. Quib. mod. pig. so. leg.13. Codic. de cont. stip. Paul. Anton. Del bene singul.15. Duar ad dict. leg.7.§.8. Tiraq. de retr. conuent.*

§.1.gl.6.num.20.Gœd.de contr.stip cap.9.n.164.Forst.de pact. cap.4.membr.3. non tantum obtinet, cum incertum est quibus verbis vsi sint pacisc entes & an personam designarint, *Duar.d.loc.* sed & vbi persona inserta pacto pet *dict.* §. 8. *vt plerumque.* Quod malè negat, *Ant.Fab.ibid.* temerè & absurdè scribens vocula *plerumque* notare regulam in contrarium. Cum imò eand.voculam, vti frequentiam & maiorem partem, ita regulam arguere vsu Latinitatis nostrorumque auctorum notissimum sit, vid. *Tirag.de retr.lignag.§.1.gl.9. num.224.* etsi quandoque significet *interdum*, vt ex *Comm. notaui* s. *libr.4.cap.13.lit.* C. sed ratiùs. Proinde regula erit: Persona pacto nominata designandi debitoris non restringendi pacti causâ censetur. *dd.ll.& l.8.pen.de pig.act, l.5.pr. Quib.mod.pig.sol.* Vnde in *d.l.7.§.8.* non dicitur conceptū, sed factum in personam. Hinc tale pactum: Profiteor te non teneri etsi per voculam te in personam dirigi videatur, generale tamen est & in rem, *l.40.pr.h.t.* Idque vigore d. regulæ. Nec aliud iuris si ita: Profiteor me à te non petiturum, modò non vox taxatiua adiecta, *à te dumtaxat* vt *l.22.h.t.* aut expresè vnà conuenerit, vt ab herede vel fideiussore peti liceat, *l.17.§.3.d.l.22.h.t.* aliundéve quàm ex his solis verbis *à te* appareat hoc actum ne à debitore solo petatur, *arg.d.l. 9.de prob.l.8.§.1 c. Quib.mod.pig.* Malè itaque *Cuiac.18.obseru.2. Briss.libr.3.de solut.p.442. Anton.Fab.ad d.l.40.pr.& Bronch.1.misc.13.* his verbis, *me à te non petiturum*, pactum in personam dirigi sentiunt, Atque inter ea verba, & illa *te non teneri*, hoc interesse scribit Faber, quod *teneri* vel *non teneri* iuris sit, nec morte pacisc entis, nec ex persona heredis immutetur. *Non petere* autem facti. Facta verò pro personarum varietate varia. Nec quod heres meus à te petit me petere verum est. Et *Briss.d.lo.* Verba, ait, *non teneri* de tota oblig. substantia loquuntur, quam non subesse testantur. Ergo quia oblig. nulla, nihil est quod ab heredibus petatur. Ista autem *non peti* tantum petendi facultatem præcidunt, oblig. manente. Sicuti & *Cuiac. d. c.2.* illis verbis abrogari ipsam oblig. his non ita. Quem notat, *Hot.1.amicab.19.* quia pactum non est legitimus distrahendæ obligationis modus, nec ipso iure liberat, sed except. tribuit. Quare cum non efficiant illa verba ne amplius ipso iure teneatur, nulla alia eorum vis, nisi vt iudicio efficaciter debitum peti non possit. Sed nec ex vi verbi *Profiteor* decisio *d.leg.40.* pendet, vt idem *Cuiac.d.cap.2.* Nam etsi aliàs plus sit, *profiteri*, vbi quis sponte & vltrò quid agnoscit, *Cicer.pro Cæcinna* quàm *confiteri*, vbi ab altero prouocatus. In præsenti tamen non refert, siue dicat: Profiteor siue confiteor, fateor, assero, dico, testificor, &c. *Hot d. loc.* Quapropter Pactum, *ne à se petatur* ex his verbis solis personale non est, (nisi & hoc actum sit, quomodo exaudiendæ, *l.19.§.1.inuit.l.21.pr.h.t.item l.57.§.1. h.t.*) sed reale. Quod ipsum non solùm heredi prodest, *l.17. §.3.h.t.* Vbi verba: *sed vt ab herede petatur*, non sunt superuacua, ad maiorem solùm expressionem ac testificationem iuris, quod creditori seruatur, adiecta vt *Hot.ibid.* Nedum vt spuria expungenda ceu *A.Fab.ibid.& 33.err.prag.9.* quasi dubitatio ita ridicula fiat: Sed imò absque illis diuersa decisio foret per dicta & arg. *l.8.§.pen. de pig.act.* Caussa autem dubitandi in eo an ita conueniri possit, ne pactum prosit heredi, qui quasi alter idem. Videri enim poterat, nec posse acquiri except. alicui, vt personæ ita cohæreat, ne ad heredem vniuersi iuris successorem perueniat, & successori in rem *leg.17.§.5. hoc titul.* Quomodo in simili, ast conuerso casu, *Moll.ad Nou.Elect.Sax.57.p.2.num.3.& seqq.* lege venditioni dicta ne emptor fenestram aperiat pactum generale esse, ac rem afficere, vt nec successor emptoris contra venire queat, contendit. Verùm & fideiussori, *leg.22.h.t.* Vbi itidem verba *à fideiussore petatur*, temerè relecat, *A. Fab. ibid.* Etsi enim hic idem ius absque illis ob vim voculæ *dumtaxat* præcedentis, nil tamen yetat quid clariùs exprimi, nec quæ abundant, nocent aut vitiant. Neque hîc nulla dubitatio vel adiectis hisce verbis. Contra enim inde videri poterat, quod liberato principali reo, etiam per except. necesse sit accessiones etiam liberari, s. *lib.16.cap.vlt.lit.* C. Cui dubio occurritur, *eod.c.vlt.lit.D.* Verum autem pactum personale, in personam non conceptum modo sed factum, *l.7.§.8.n.t.* ad alium non pertinet. Nec ad heredem, *l.25. §.1.h.* Non obst. *L.8.§.pen. de pig.act.* Nam ne ibi pactum personale est, *per ante dicta.* Noli dicere cum *Hot.1.amicab.19.* singularem ibi opin. Pomponij haberi. Aut cum *Briss.libr.3.de solut. p.441.* quod decisio *d.§.* inde sit, quod obligationis, in quam heres succedit, iure pignus in eam caussam datum distrahi possit, modò non conuenerit, vt ne liceat, *l.4.de pig.act.lib.1.C.de pag pig.* Nam apertè *d.§ pen.* de vigore ac interpretatione pacti de vendendo pignore aduersus creditorem, *Cuiac.d.c.* Et quis vnquam dubitaret pacto maximè personali cum decessore inito heredi ius, quod citra illud habituris foret, non adimi. Nec ad successorem singularem emptorem, donatarium per *d.l.25.§.1.v.* ad alium & arg. *l.42. de admin.tut.* Difficiliùs enim ad eum quid transit quàm ad heredem. Obi. *L.17.§.5.h.tit.* Resp. *Cuiac.18.obs.2.* aliam fuisse Sabini sententiam *& Hot.1. amic.19.* nouo exemplo & nouo more ita dispuasse Sabinum ac *A.Fab.in d.§.5.* referri ibi à Paulo Sabini sententiam, non probari, sed contrariam plurium & Pomponij vt in præcedd. verbis. Idem *Cuiac. ad d.§.5.* emptori & donatorio prodesse quamdiu viuit qui pepigit arg. *l.21.pr.h.t.8.vlt. de peric. & com.rei vend. ac Duar.h.t.c.6.num.10.* Sed alia ratio est, *d.l.21.pr.* vbi pater ex persona filij conuenitur, vid. *not.s. Et lit.C.* Non item emptor ex persona venditoris. Et aliàs quoque fideiussori, saltem ad vitam principalis rei, indulgenda esset exceptio. Denique *d.l.25.§.1.* indistinctè loquitur, *non pertinet.* Probabilior itaque prior *A.Fabri* solutio. Neque hoc modo antimoniam relinqui dicendum videtur, cum Pomponij & plurium sententiæ, vno contextu & serie, aduersa Sabini opinio subiiciatur. Sanè aliàs, & plerumque sententia posteriùs relata probata videtur. Sed in dubio. Hic autem *d.§.* aliud apparere dici potest ex verbis: *hoc iure nos vti, &c.* Forsan tamen haud paulò aptiùs & nouè dicemus Sabinum exaudiendum non de verè personali pacto in personam facto, sed in personam concepto, id est, vbi persona pacto inserta demonstrandi causâ, non restringendi. Quomodo Sabini sententia præcedenti Pomponij non derogat, sed eandem declarat, protrahit ac extendit. Sensus: Non tantum emptori prodest, si in rem verbis concepta pactio, quod tamen tutius est, & præcidendo dubio expedit, ideoque suaderur in *l.8.§.pen. de pig.act.* Sed & si in personam conceptum est, verbis scilicet; si mens conuenientium fuit generaliter pacisci, *l.7.§.8. h.t.* & in emptorem valet *d.§.5.* Vbi obiter nota antiprosin ICtis nostris perfamiliarem ceu pluribus exemplis ostendit, *Val.Guil.Forst.1.obs.succis.2.* Nec ad fideiussorem, *leg.22. h. tit.* vt nec mandatorem aliúmve principali oblig. accedentem per *leg.25.§.1.h.t.v.ad alium.* Tametsi quoad mandatorem contra statuant, *Cuiac.ad leg.21.§.vlt.h.t. Pac.1.enant.95.& A.Fab. ad d.leg.22* Quia, aiunt, huic actionem præstare debet creditor contra debitorem, *leg.95.§.10. de solut.* sine qua cessione quod soluit recipere non posset, cum propriam act. contra eum pro quo mandauit non habeat. Efficax autem non est quæ pacti except. eliditur. Ergo cui actio cedi nequit, is nec cum effectu à creditore conueniri. Alia caussa fideiussoris qui cum ipse reum principalem, sibi iam ante obligatum habeat, actione mandati vel negoc. gestorum, cessio ipsi necessariò non sit, etsi fieri possit. † Ast immò nulla diuersitas. Vtrumque enim controuerti potest: 1. an citra cessionem nulla planè mandatori actio, anne negot. gestorum. 2. an non & fideiussori actio necessariò cedenda, vt pluribus iuris remediis suppetentibus expeditus suum consequatur, habeatque quod eligat. Deinde non est quod impediat hic cessionem fieri. Nam sicuti pactum personale, ita & except. ex eo personalem effectum habet. Proinde actio inutilis in persona creditoris, efficax in persona fideiussoris, mandatorisve cui cessa est, arguté *Reiner. Bachon. disp.misc.cap.11. in fin.* Planè iure nouo propter ordinis, seu excussionis beneficium pactum quoque merè personale fideiussori prodesse vulgò notat, *Bach.d.c.11. A.Fab.ad d.l.22.* Alias exceptio iure prodita facto debitoris pacisc entis adimeretur. Sed hoc per consequetias & occasione magis quàm iure arg. *l.2. de viuis* potestate constit. Iustin. *Nou.4.cap.1.* potiùs quàm vi pacti, *A. Fab.ibid.* Quare si debitoris nomen per se, ex inopia eius, inane, fideiussorem tamen conueniri posse, nec iuuari huiusmodi personali pacto principalis, rationis esse puto. Planè pactū maioris partis creditorum de remittenda debiti parte etsi heredi prosit, fideiussori non ité, *de quo j. in not. lit.V.* m m Et filiif. quoque pactum ne agat valet, quatenus ipsi actio est *l.30.pr.h.t.* Quin & de legato sub conditione pacisci is potest, *l.21.§ pen.h.tit.* Etsi enim nondum delata repudiari nequeant, *l.45.§.1.de l.2.* pacisci tamen de iis licet, *l.46 hoc tit. A.Fab.in d.§.pen.* & citati s. *in not.l.8.c.18.lit E.* Repudiatio enim in præsens tempus remittit. Pactum autem etiam potest in futurum, *Don.ad l.1.C.h.t.n.7.* Sicuti & filiaf. de dote rectè pacisc itur cum sui iuris esse cœperit, *d.l.21.§.3.* pacto in id rēpus collato, quo actio dotis, antea patri communis, propria futura, vid. *Cui & A.Fab.ibid.* n Vbi ratio dub. quia n idē videtur dissoluere oblig. posse qui cōtrahere, *l.35.de R.I.* Cui ℞. quod dominus vice serui contraxisse videatur. *Don. ad d.l.3.* Et hic cōtrariorum dispar dispositio, quia & diversa lucri,

lucri, ac damni ratio: *Sic q.ad d l.3.n.2.* Planè acquirere iussus potest, non acquirere, *l.3.de her.inst.* Sed eo ipso nihil adimit, nec idem iudicium lucri cessantis quod damni, *Don. ibid.n.5.& Sich.n.8.* o ita & noster ad *l.3.C.hoc tit.n.4.A. Fab.ad d.l.29.* Aliud iuris esse docentes si pecuniā dominica à seruo priùs purè creditā seruus ex interuallo pacisc atur, ne ante biennium peratur. p Neque enim tunc gratuito animo remissio facta, *A.Fab. ad d.§.vlt.* Neq; perditur pro quo tantundem parte aliā recipitur. Sicuti perdit qui donat, *dict. l.7 pr.de don.* Quo de confer. *Scip.Gentil.1.Parerg.1.* q vid. *Cuiac.ad l.10.§.vlt. & ll.seqq.h.t. & A.Fab.ibid.* qui & hic domnum qui mandauit, dolī exceptione, non pacti, submoueri contendit add. *Valens.Guil.Forst.de pact.cap.5.p.134.&* seqq. r ita & *Briss lib.3.de Solut.p.436. Ant.Fab.ad l.60.de Procur.* Hinc nec Procur. generalis tfāsigere decidendi caussa potest, *d.l.60.de Procur.* Vbi malè *Cuiac.in not.ad tit.I.de R.D.* pro *decidendi* reponit *diminuēdi* & probat, *A.Fab.ibid. ac ad l.12. h.tit.* Qui idem tamen sui immemor *1.iurispr.7. pr.4.illa 5.* Cuiacium rectiùs refellit. Quia in omni translatione est diminutio, *l.38.de transf.* Nam licet ex gr. decerit 100. vt fundum dignum 500. consequatur, tamen deminuit, cum & non possidens in bonis habuisse intelligatur propter actionem, *l.15.de R.I.* Imperité vero *Ierem.Serser.l.4.de iur. c.2.n 31.* Cuiacij emendationem, nullâ licet illius mentione, sic adstruit. Decisio significat ttansactionem. Ridicula itaque locutio transactio decidendi caussa quasi dicas: Transactio transigendi caussâ. † Quasi verò hi termini æquè latè pateant. Immò transactio, etsi quandoque decisio litis vsurpetur, *l.7.l.19. Cod.de transt.Don.ad rub.C.eod.n.9.* per Synecdochen: Per se tamen non tam species est decisionis, quam caussa & modus leges decidendi, sicuti & iusiurandum & res iudicata. Quare vti non ineptè dicitur iuramentum litis decisorium, nec perinde est ac si diceres iusiurandū iuratorium. Ita & hîc, &c. Planè de re verè dubiā, & vbi transactio prodest mandati, illa rata est, arg. *l.12. Cod.de transt.&c.* Sed eā huc non pertinet, vbi quando nocere possit Procurator tractamus. f *l.28.§.1. hoc tit.* Et hōrum quidem pacta nunquam nocent: cum non mandatum à pupillo habere intelligantur, sed à lege, quæ solùm dat facultatem benè gerendi, *A.Fab.ad l.15.hoc tit.* inferens horum non eādem rationem esse quæ est Procuratorum, sed his minùs licere. Confer. s. *lib.13.ca.12.* † Curatoris quoque Reip. remissio pacto facta nocet, *l.37.h.t.* Cui obiici solet, *L.5.Cod.de Vsur.* De quo alibi. Magistri autem societatum, pactum obest, *l.14.hoc tit.* de rebus scilicet ad societatem pertinentibus quarum illi cura mandata est, *Cuiac, & Ant.Fab.ibid.* t Eadem tamen distinct. pacti personalis & realis seruata, *d.§.5.l.§.1.l.57.§. 1.hoc tit.* Vnde pactum venditoris rem afficiens nocet emptori, *vt s. ex Moller.not. h.c. lit.L.verf. Quomodo.* u Cur enim valeat pactum, quōad eum cui nulla fides data, *A.Fab. in d.§.4.* reprobans doctrinā vulgò Dd. Pacta esse iuris. Cūm omninò iuris non sint, sed facti. Quæ tamen saluari potest si intelligas ius ex pactis prouenies, non vltra verba & mentem conuentientium. † Vid. *de d.§.4.in fin Comm.5.Com.4. n.9.* † Enimuerò quandoq; aliis nocet pactū. Vt si maior pars creditorū conuenerint certaīnque partem debiti remittant, seruata forma rescripti, de quo vid. *l.7.vlt.l.8.l.9.& l.10.pr. ibiq; Cuiac.Hot.& A.Fab.Duar.h.tit.c.6.n.10. Pac.1.enant. 89.Moller.4.Semestr.6:* & omninò *Trentacinq.l.3.pract.resol. tit.de Solutionib. resol.3.Ioan Meichsner: tomo 3.decis.Cam. 21.* Ius tamen hypothecæ tali pacto non tollitur, au. minuitur, *d.l.10.in pr.verf.hac n.* Quem vers. tamen solita audacia vt Tribonianissimum damnat immeritò, *An.Fab.ibid.* Quare nec reliquat accessiones auferet. Vnde etsi pactum plurium creditorum noceat pauciorib⁹, pro portione remissa, actuaris contra debitorem cūi remissio facta, eiúsve heredem non tamen si contra fideiuss expetiantur, *per leg.58.§.1. Mandati Mathesilan.sing.104.Fr.Cremens.singul.22.* Et *facit §.vlt.in §.I.de replic.* Nisi tamen post alios, *Georg.de Fideiuss.cap.22. num.82.*

CAPVT V.

Exceptio rei iudicatæ.

3. REI IVDICATAE quia obligatio ipso iure durat *§.5.I.de exc.* a sed rei iudicatæ standum, *l. 32.l.56.de re iud.* Vnde & actio iudicati, de qua infr. *l. 27.* Idq; vtilitas publica exigit, vt explic. *l.6.h.t.de exc. rei iud.* b DATVR REO, secundum quem iudicatum sive is debitor, sive possessor. c Etsi per alios sit quæsita, Vt si eius defensione susceptā Procurator, tutor, curator, actor municipium, absoluti, *l.11.§.7.hoc tit.* Ité si defensior sine mandato, *dict.l.11.§.7.* Satis enim esset si dominus re postea cognitā ratū habeat. d Et per d consequentiam etiam HEREDIBVS ET SVCCESSORIBVS in rem *l.9.§.vlt.h.t.* ET FIDEIVSSORIBVS *l. 21.§.vlt.h.t.* aliisque accessionibus vt patri ex persona filij conuento, *l.11.§.8.h.tit.* ADVERSVS CREDITOREM vel petitorem in act. reali, similiter etsi alicuius nomine egerint, *d.l.11.§.7.* Hinc regula; *l.4.h.t.* ET EIVS SVCCESSORES, *l.28.h.t.* Et ita quod, *sup. l.9.§. vlt.* dicitur ad emptorem transire intellige tam pro eo si in ius rei absoluti successit, quàm contra eum, si in ius actoris. Vnde & nocet creditori cui pignori data res post iudicatum, *l.11.§.vlt.h.t.* SED SI AGATVR DE EADEM RE, *l.12.& 2.seq.h.* ID EST, vt declar. *dd.ll.& l.27.hoc tit.* SI TRIA CONCVRRANT: e VT ET SIT e IDEM CORPVS, substantiā scil. etsi de qualitate vel quātitate aliquid decesserit aut accesserit, *d.l.14.pr.* vt grege aucto, vel minuto, *l.21.§.1.h.t.* Idem autem petī intelligitur; etsi pars petatur, *l.7.pr.* f Vbi si priùs f vnum corpus petitū, pro parte hîc est; quidquid prioris iudicij tempore continebatur; etsi nunc exceptum sit, vt arbores excisæ fructus decesti, partus *dict.l.7.pr. §.1.& §.3.* g Ité si speciale corpus ex grege petatur, g *d.l.21.§.1.* h Excipiuntur, in ædibus cœmēta, lapides, h tigna, *d.l.7.§.2.* vbi ratio ité in nauibus tabulæ, quia ratio *d.§.2.* allata & in his locū habet. Atque ita quod *d.l.7.in fin.pr.* obiter negauerat Vlp. corrigitur, in *d.§. 2.* i Ratio differ. duplex: 1. Quia hæ non (vti fructus i fundi, capita gregis) propriè sunt pars ædium, sed illæ, quibus positis exstruitur domus, vnā detracta domus non est, fundamentum, paries, tectum. 2. *quæ in verf. etenim dict.§.2.* Arbores & fructus fundi ius sequuntur, nec alius esse possunt, quàm cuius est fundus, nec ex alia caussa, *l.7.§.vlt.h.9.pr.de acq.do.* k Tigna verò vin- k dicantur ex alia caussa quàm ædes. Hæ enim iure soli & areæ, vid. lib. *4.c.33.lit.A.&c.* l Illa non iure areæ, sed ex veteri caussa, qua sua dicit fuisse actor, antequā in ædificium immitterentur. VEL EADEM QVANTITAS. Vbi itidem eadē peti censetur, si vel minima eius pars. Vt si petitis decē victus postea quinque vel duo petat, etsi in numero ante se erraīse dicat. Exemplū in *l.pen.hoc tit.* Si qui verè heres ex testamēto ex sextante, petierit ab intestato semisem & victus. Maiori enim sūmæ minor inest, *l.1.§.4.de V.O.* m VEL IDEM IVS. m Et hic quoq; idem in partis petitione obtinet. Vt si de dominio victus petat vsumfructum, *l.21.§.pen.h.* vbi ratio. Cuius hic sensus: Quia si ex eadem caussa petatur, ex qua antea fundus, nō potest is esse; qui propriè & per se ita dicitur, sed qui proprietati cōiunctus. Hic autē pars domini, *l.4.de vsuf.* Sed & propriè vsusf. non est, nec per se cōsistit. Quare vindicari nequit, qui per se nullus est. Qui verò priùs petiit vsumfr. (separatum & victus, deinde proprietatem nactus, iterum petere potest vsumf. *d.§.pen.* vbi ratio. Quia & res alia. Nunc enim petitur proprietati coniunctus. Et si maximè res eadem esset tamen ex noua caussa petitur. Planè qui iter ante petiit: postea potest actū petere, *l.11.§.6.h.t.* Non igitur iter pars actus, Jdeoque idem cōtrà si qui actum ante petiit iter petat. Nam etsi qui actū habet, iter quoque *l.1.de seruit.rust.* non tamen tanquā aliam seruitutem; quæ sit in actu, sed vt accessionem necessariam. n Eidem regulæ locus, si plures res priùs n petitæ, siue nominatim, vt Stichus & Pamphilus, siue nomine collectiuo. Vt hereditas, si deinde res vna hereditaria petatur, *leg.7.§.vlt. hoc tit.* Sicuti & aliarum rerum adiectio & coniunctio non facit quò minùs

eadem res sit. Vt si singulis rebus petitis, vel debito hereditario, deinde hæreditatem petat, *d.l.7.§.pen.& vlt.* Non eadem verò res si quid de vsuris egerat & victus petat sortem, *l.23.hoc tit.* o aut de possessione, in p rem agat, *l.14.§.vlt.hoc tit.* p Alia exempla *l.20.l.21. pr.hoc tit.* ET EADEM CAVSSA AGENDI, *l.14.pr.leg. 27.hoc tit.* Quod non ex processu iudicij, sed origine petitionis æstimandum, *l.11.§.4.hoc tit.* id est, eâ petitione, quæ prioris iudicij fuit in lite contestâdâ. Conferenda enim causa illius cum eâ ex quâ nunc agitur. q q Nam si priùs causâ non adiectâ actum, vt non necesse est adiici in rem agenti, qui simpliciter potest intendere rem suam esse, &c. non adiecto vnde, *vid. infr.lib.23.ca.4.* semper obstat hæc exceptio, quamuis postea causa adiecta vindicet, *leg.14.§.2.hoc tit.vbi ratio.* Quia etsi causa non expressa nominatim, tamen petitione generali eius iudicij, comprehensa est, *leg.11.§.5.hoc tit.* Etsi tempore prioris iudicij opinatus est ex aliâ causâ rem suam esse, nũc autem ex alia r vindicare instituat *dict.§.5.* r Nisi nouâ & post priorem petitionem natam causam alleget, *dict.l.11.§.4.* s s Sin adiecta causa, vt necesse est in personam, liberum in rem agẽti, ex alia postea causa agens auditur, t *d.l.11.§.2.l.14.§.2.* t siue ea genere alia sit; vt si prius suam dixit ex empto ac tradito, nunc ex donato vel legato, *dict.l.11.§.2.* siue tẽpore, id est, post prius iudicium nata, *l.11.§.4.h.tit.* Exempla in *l.25.pr.& §.vl. h.t.* Vnde si reus inde absolutus quod non possideret postea possidere cœpit, non nocet agendi hæc exceptio; in petitione hereditatis, *leg.9.hoc tit.* in rei vindicatione, *l.17.* in actione ad exhibendum, *l.18.hoc titul.* Quia alia res *dict.l.18.* id est, ex noua causa agitur. Etsi enim dominij noua causa non proponatur, tamen act. in rem duæ causæ dominium actoris & possessio rei *supr.l.20.cap.3.lit.C.* Sufficit ergo nouam possess. conuenti adferri. u ET EADEM PERSONÆ, *leg. 3.l.7.§.pen.l.14.pr.l.27.h.* Non si vel alius reus, vt si victus ab vno herede ex causa depositi agat cum aliis, *l.22.hoc titul.* vel actor alius. Vt si vnus heres egit, nec obtinuit, alij non arcentur. Ratio in *dict.l.22.* Nam inter heredes oblig. diuiditur. Ergo quot heredes debitoris tot singulorum præstationes, quot creditoris, tot res præstandæ. Sic legatario victo quod testamentum irritum diceretur, non impedientur quibus libertas relicta est, de viribus testamenti agere; *l.1. hoc tit.* Hinc regula, Res inter alios iudicatæ, aliis non nocend, vid. infr. *libr.27.* EXCEPTÆ tamen hinc QVAEDAM TVM PERSONAE: Vt successores vniuersales & singulares item fideiusores & reliquæ accessiones, *leg.9.§.vlt.l.28.h.t.l.7.de exc.* Quia iure pro iisdem habentur, *l.qui in ius 177.de R.I.* Et in persona fideiusoris magis principalis, quàm ipse fidei. conuenire videtur per *l.32.de pact.* Sed hæc ita si auctor post sententiam qua victus, rem transtulit, non si iure suo adhuc integro, & nec dum victus. Non enim hic in locum victi successit. Ex.g. Debitor fundum pignori dedit. Postea eum à possessore vindicans succubuit. Creditor deinde eundem ab eodem hypothecaria act. vindicat. x Exceptione non repellitur, *leg.11.§.vlt.l.29.§.vlt.h.* x Si modo debitòr prius egerit ignorante creditore. Nam si sciente & patiente successore auctor egerit & victus sit, exceptio isti nocet, per regulam *leg. penult. vers. secundum de re iud. vid.infr.libr.27.* EVM CAVSSAE. Præiudiciales actiones, *leg.25.de stat.hom.leg.1.§.vlt.leg. 2.leg.3.pr.agn.lib.vid.supr.l.20.cap.8.lit.F.* causa rescissi testamenti. Si legitimi contra institutum heredem egerint & contra testamentum sententia dicta, præiudicatur legatariis & quibus libertates relictæ. Quod de causa inofficiosi traditur, *leg.8. §. penult. de inoff. testam.* ad quamuis aliam qua de viribus testamenti agitur trahendum. In omnibus enim ex æquo petitur hereditas & olim agebatur apud Centumuiros. Et ratio communis, quia euersâ institutione omnia in testamento scripta euertuntur *leg.14. Cod. de fidei.* Aliud si legatarius in hac causâ superatus. Tunc enim libertati præiudicium non fit *leg.1.h. t.* Quia is de iure suo egit non de iure hereditatis, nec inde hereditas instituto aufertur. Aliud item hodie in causâ præteritionis vel exhereditationis reseisso testamento, *auth. ex causâ C. de lib.prat.*

NOTATA.

a Sicuti nec dominium per sententiam cuiquam tribuitur vel admittit vid. *not.s.lib.20.c.6. lit.D.Gœd. de sequestr. cap.1.num.128. Don. ad leg.2. C. de probat.* Nec si per iniuriam succubuit dominus rei vindicatione, eò minus in dominiũ eius alius succedit, tametsi & is agens except. hac repellatur *l.28.hoc tit. leg.3. vltim. de pign.* Nec qui per iniuriam vicit rei vindic. contra alios consequitur *d.§.vlt. Hot. 6. observ. 23. Cuiac.27.qq. Papin. ad d. l.28.* Diss. *Gilk. de Præscrip.p.2. memb.1.c.21.& seqq.* Tunc verò actio ipso iure non sublata, quando sententia absolutoria iniusta in iudicatum transiit. Secus si iusta, vt si obiecta exceptio peremptoria legitima, vt rectissimè post *Bart. in l.si plures 23. pr. de fidei. Matthesilan. sing.97.* etsi *ibid. in addit. Gabr. Sarayna.* vulgò contra sentire scribat. Nam ita *Theoph. in d.§.5.1. de exc.* act. efficaces (ipso iure) manere (nõ semper, sed tunc) vbi victus sum, siue quod iudici obreptũ fuerit, siue me nimia celeritate præcipitauerim, siue Iudex malè pronunciauerit. Et firmantur hæc ex iis quæ *s.c.2. lit.I. vbi not.* Planè non ideò minùs audietur hæc exceptio obiecta, vbi prior sententia iusta. Nam & vbi ipso iure nulla fuit actio, & reus priori iudicio absolutus, vel quia nihil vnquam debuerit, vel quia soluerit, dari tamen ei postea denuò conuento hanc exc. non ambigitur. Neque is necesse habet eodem modo se defendere quo iudicio priori, *Conf. not.s.c.1. lit.D. sub fi.* Neq; enim quæritur hac exc. obiecta de eo quod iudicatum, iuréne an iniuria, sed an iudicatum, *l.56. de re iud. arg.l.5.§.2. de iurei.* Neque ideo hæc exceptio intentionis est vel facta, vt *Rosbach. Processſit.41. n.14.* etsi vocetur litis finitæ *c.1. de lit.cõtest. in 6. Asin. Praxi §.13.6.9.n.11. Zæg. de Exc.p.3.c.17.n.109.* Quo de j. *c.8. lit.I.* b Scitè *Cassedor.1. var. epist.5.* In immensum, ait, trahi non decet finita litigia. Quæ enim dabitur discordantibus pax, si nec legitimis sententiis acquiescãt. Vnus inter procellas humanas portus instructus est, quẽ si homines feruida voluntate prætereunt, inundosis iurgiis semper errabunt. In eandẽ rem plures exstant in Orationibus Ciceronis sententiæ, pro Flacco, pro Balbo, pro Sylla, pro Cluentio, pro Roscio, &c. vid. *Lang l.5. Semestr 2. Petr. Fab.3. Semestr.21. Vuesenb. Par. D.h.t.nu.2.* Vnde idem Cicero 4. Verrina, in Verrem inuehitur, quod de re iudicata iudicauerit. Et Quintil. passim veterem legem memorat. Bis de eadem re actione esto, *Hot.6. obs. 23.* Quæ ab Athenienſium ll. sumpta, *Demosth. Orat. contra Leptinen.* Leges vetant ne bis cum eodẽ de iisdem rebus vllo iudicio, aut ratione agi liceat. Quò respiciunt illa, *Terent. Phorm act.2.Sc.2.* Quandoquidem solus reguas & soli licet, Hic (Athenis) de eadem causa bis iudicium adipisci. Hinc Prouerbiũ ortum: Actum ne agas *Terent.d.Sc.2.* Actam rem agis, *Plaut. Ciſtel.4, Sc.2. & Pseud.1, Sc.3. Donat. ad Terent. d.Sc.2.* Actam rem agis *Plaut. Ciſtell.4.Sc.2.& Pseud.1.Sc.3. Don. ad Terent. And.3.Sc.1. Lang l. d.lo.* † Et nec à iudice arbitrium habenti hæc exceptio reiici potest, vid. *Menoch. arb. qu.52.* Quin mulctatur Iudex, laicus vel ecclesiasticus, si eam reiecerit, *c.vlt. de exc.vlt. de exc.in 6. idẽ Menoch. arb c 439.* c c Nunquam autem ei contra quem iudicatum, *l.16. hoc titul. Fac.L.9.§.1.h.tit. l.16.§.5. de pign.* Neque huic contrarium quod cõdemnatione sortis tantùm facta reus de vsuris, si de iis alia actio non sit, priori act. conuentus exc. hac se tuetur, *l.4. c. Depos.* Id enim quia per cõsequentiam de iisdem vsuris sententia absolutus censetur, vid. *Don. ad d. lib.4.& Io. Petr. Surd. dec.69.* Atque hinc arg. *d.l.4.* vult *Zang.p.3.c.17.nu.32.* fundo petitori adiudicato, nulla fructuum mentione, fructus eos, qui officio iudicis præstandi, postea petenti hanc excep. obstare. *Confer s.l.20.c.6.lit.B.* d Quo faciunt *not.s.l.18.* d *c.12.lit.G.vers. Sed quid si sententia, &c.* e Quæ cõiunctim e requiruntur, *l.14.pr.h.t.* vt deficiente vno corruat exceptio, *Cuiac.70. Pauli ad Edict. ad d.l.14. Hot. ad l.2. Cod. de indic. P. Fab.1. Semestr.21. Zang.p.3.c.17.n.5. Paul. Aemyl. decis. Rotæ 93.p.3.* f *leg.113. de R.I. leg.76. de R.V. Confer s.l.20 capit. 4. litt. Y.* † Vnum & idem quadripartitò distributum tradit

g tradit *Ant. Massa Galef. de exercit. iuris perit. lib.1.* Aut enim numero, ait, aut specie, aut genere, aut analogia, seu similitudine causæ & rationis idem dicere solemus. g Vnde *Zang.p.3.c.17.num.27. & seqq.* docet sententiam pro reo latam in principali, parere eidem excep. in accessorio vt partu & fructibus. Nec distingui vult an partus, aut fructus iam ante nati fuerint, cum ancilla aut fundus peteretur. Quia ei ipsi, quod iudicatum est ancillam petitoris non esse consequens est nec partus aut fructus quandocunque natos ad eundem spectare. Et hic non planè petitur res diuersa, sed ad idem corpus pertinens, cuius partus & fructus ex ancilla fundóque nati sint. At etsi non eadem res foret, tamen eadem quæstio, de proprietate scilicet ancillæ aut fundi, prius decisa reuocari inter eosdem non posset per *l.7.§.4.h.t.* Ibid. *Zang. num.30.* matuit in *d.§.3.* citra negationem legere *exceptio noceat*, quod & Accurs. id notet. Et nostrum quoque ita aff. legisse apparet. Tueri tamen tutius est vulg. & Flor. lect. *exceptio non noceat.* Nam *verſte. planè d. §.3.* arguit in priori membro *eiusdem* §. diuersam decisionem. Nec *d.l.7.§.1.* indistinctè loquitur, sed valdè restrictè, eo ipso ius regulare aduersum conuincens. Tunc nimirum exceptio nocet partum petenti vbi & ancilla ceu prægnans petita & post litem contestatam ea peperit. Quippe hic partus vnà in iudicium deductus. Nec obsistit quod post litem contest. concepit, itáque initio prægnans non fuit, in quo præcipua dubit. ratio *d.§.1.* Nam ad id ut peti potest ex *l.27. §.1. de R.V.* & ex iis quæ *s. lib.20.c.5. lit.B.* Nec apta illatio *Zangeri d. num.30. & Goth. in d.§.3.* De fructibus eadem quæstio, quæ de partu. Ergo fructus petenti ei, qui fundo petito prius victus, exceptio nocet, quia & partum petenti nocet *d.§.1.* & proinde aff. legendum *d.§.3.* exceptio noceat. Nam immò *d.§.1.* in certa tantum specie exceptioni locum dat, & quidem ita demum vel ea conditione, si posteriore partus petitione eadem quæstio prioprietatis ancillæ reuocetur. Ita autem inferendum, ne illatio vi præmissarum amplior sit; Ergo, quo casu, quibus concurrentibus, partum petens idem petere videtur *d.§.1.* eodem, & iisdem conditionibus, qui fundo petito victus, fructus eiusdem petens exceptione repellitur. Nempe si & fundum cum fructibus petiit, & fructus nouo iudicio petiti post litem contestatam prioris iudicij nati atque percepti. Denique *vers. hæc num.d.§.3.* neg. sententiam exposcit. Nam illis verbis ratio decisionis redditur talis; Si post prius iudicium nati fructus non possunt videri in idem iudicium venisse, aut eodem petiti esse, qui eo tempore ne erant quidem. Ac etsi vt partus portio viscerum, ita fructus pars fundi, tamen tantùm quousque pendent, non cum resecti *l.44. de R.V. & simil.* h Ad rationem *Zangeri* pz. *in not. j. lit.K.* h Nam & hoc veluti pars totius. Et vt *Hot. ill. qu.33.* Totum concretum bifariam spectatur. Vt totum & partes, item vt Vniuersum & res singulæ. Quippe vt partes toto, ita res singulæ vniuerso continentur. Vt illius interitu partes pereunt, & contra, ita & hic. Quare vti res iudicata de toto ad omnes partes, ita & de vniuerso vel vniuersitate ad res singulas pertinet, idem illust. *q.32.* Vbi pluribus tractat in quibus totum ac vniuersitas conueniant vel discrepent. *Add. Tiraq. ad l.8.C. de reuoc. don. v. totum. Zas. in l.23 pr. de acq. poss. num.7. & seqq.* i Minimè. Nam & *d.§.2.* nec verbulum de naue nec quidquam ex quo appareat Vlp. quod antè dixerat de naue corrigere; Quin & aliàs per quam improbabile est, quod expresse decisum *l.7. in pr.* aliis interiectis postea tacitè & per quandam subauditionem mutari. Immò nec secum noster conuenit qui, vt est *s. lib.4.c.12. lit.C.* statuit eundem tabularum esse dominum qui est nauis. Quod si ita esset ratio prior quæ in *d.§.2.* non modò non conueniret naui, sed planè aduersa foret. Ac sanè si ita esset, hæc ipsáque satis firma esset causa differentiæ inter tabulas nauis & tigna ædificij. Quæ fere reddit *Zas. ad d.l.7.num.6.* ita; Destructa domo ruderа & cœmenta separata, aliæ res sunt. Ergo etsi ex eadem causa petantur, qua priùs petita domus, scilicet ratione dominij, non obstat exceptio, quia priùs non erat actio ad tigna illa & lapides, nunc autem est. Nam si ex lignis mea exstructa domus, amisi actu dominium materiæ, quamdiu domus existit, quia eiusmodi materia potestate iuris extincta *l.7.§.10. de acq. do.* Dissoluta domo iterum erumpit dominium, sicut ignis cinere tectus. Aliud in naue; Quia si tabulæ meæ sunt, siue nauis iam compacta siue solutæ, manet mihi dominium tabularum, immò & ipsa nauis erat mea *d.l.§.7.* Et si dominium nauis meum non esse iudicatum est, nec tabulas meas esse, quarum dominium ad me soluta naui, redire non potuit. ita *Zas.* & probat *Goth. in d. §.1. Zang. d.c.17.num.24.* Sed huius rationis pars altera, aduem concernens, falsæ hypothesi innititur quam redargui *s. in not. lib.4.c.12. lit.C.* cum & *d.l.7.§.7.* ex Sabini & Cassij sententia pauis dominium domino tabularum tribuat, non autem ex media sententia erciscundorum quæ subiicitur, sed immò eius qui exstruxit *l.26. eod. vt not. d. lit. C.* Alia itaque ratio inuestiganda. k Ratio hæc conuenies quo- k ad fructus post iudicium prius de fundo acceptum enatos vel perceptos. Quorum etiam solùm petitioni hæc exceptio obstat *vt not.s.lit.G.* Nam & partus ante prius iudicii nati, & fructus à solo resecati variis ex causſis alterius esse possunt, salua proprietate ancillæ & prædij. Quid enim si alij véditi & traditi, quid si bona fide, ceu ex re sua, percepti, postea autem dominus possess. prædij sui vnà cum fructibus recept. Certè hic etsi possessor repetens fundum excepti. dominij repellatur; non item si repetat fructus exc. rei iudicatæ. Ex quibus & rationi Zangeri relatæ *s. lit. G.* occurritur veráque & neg. scriptura *l.7.§.3. h. tit.* magis adstruitur. l Vnde & domo prius petita, aream petens excepti. sub- l moueatur *l.7. infi. pr. h.* etiam destructa domo. Quia si area mea esset, necesse erit meam quoque fuisse domum, cum imposita cedant solo *Zas. ad l.7.§.2. h.t. nu.7.* m Quare qui m 10. petit & vnum, & duo & singula ex illis 10. petiit *d.l.1.§. 4.* Alias qui non debeie decem pronunciat, non de toto iudicaret, si de nouem octo vel quinque quæstionem diminueret. Nam & peritus 10. si 5. deberi actor probauerit in ea condemnatio fieri potest; per *l.21. de reb. cred. ita Er. Sarmient. de redi. ib. Ecclesiast. p.4.c.6. numer.9. & 8. add. Sigism. Scaccia lib.2. de iudic. cauſſ. cin. & c.c.7. num.707.* n vid. s. *lib.* n *11.c.6. lit.E. & c. ibique not. Add. Cuiac.9. ad Afric. in l.26. h. tit. Forcat. ad l.1. de seruit. n.24.* o Secus casu cõuerso. Nam o absolutus de sorte si cõueniatur de vsuris exceptor. tutus, quia vsurarum obligatio non tenet, nisi sit cui accedat. Immò eadem exc. est condemnato de sorte tantùm, vid. s. *not. lit. C.* Planè si reus ideò absolutus de sorte, quòd ea, (solutione, nouatione, transactione &c.) liberatus disting. *Zanger. p.3.c.17.num.38.* an vsuræ per se in obligatione, an solo officio iudicis veniant. p *Menoch. retin. poss. remed.3. nu.808.* p Sicuti nec exceptio rei iudicatæ in summario iudicio obstat agenti ordinario vid. *Fachin. 10. contr.80.* Contra quoque Exc. hæc possessorio recuperandæ obiici nequit nisi cum reus ideò absolutus petitorio, quia sc probauit dominum, eò quod tunc notoriè constet de dominio, ita *Vuesf. cons.6. num.62. Fac. L.15. h.t. add. Menoch. recup poss. remed.1.n.233. & seqq. & adsp poss. remed.1.num.808. & seqq.* Quin & rei vindicatione victus Publiciana, citra merum huius, experitur *ex. l.39. §.1. de euict.* nisi priùs vtramque coniunxisset actionem *Zas. ad l.11.§.4. h.t.num.17.* q Eadem causa quo- q ties quæstio priori iudicio terminata reuocatur *l.7.§.4. h.tit.* etsi alia sit actio *l.5. h.tit.* aliud genus iudicij *d.§.4.* alius Iudex *P. Fab.1. Semestr.21. Lang l.5. Semestr.2. Zang.p.3.c.17. n.44. & seqq.* hæc probè explicans. r Vbi *Cuiac.11. obs.35.* r exponit *qualecunque* dominium, id est, siue bonitarium & naturale, siue Quiritarium ac ciuile. Non satis, nedum ad Iustiniani per *l.vn.C. de nudo Quir. iure toll.* sed nec ad Iurisconsulti mentem; vt apparet ex iuncta ratione *l.14.§.2. h.t. in fin.* cui olim solum locus in eodem dominij genere. Nam qui in bonis habebat, ex alia causa ciusdem rei dominium Quiritium consequi poterat, imò necesse erat, cùm planè diuersæ vtriusque essent causæ. Vnde & liquet, qui rem antea ceu suam petiit & victus, posse eandem denuò petere ex iure dominio finitimo, quod vulgò vtile dominium, veluti quia emphyteuta, nam hîc ratio *d.§.2. infi.* cessat. Tametsi vulgò contra sentiunt arg. *d.§.5. in fi.* quam *Zas. ad d.l.7.§.4. num.16.* communem vocat. Confer not. s. *lib.20.c.2. lit.S.* f Vnde si qui ante conditionem egerat & f victus, postea ea impleta agat exc. non obstat *d.§.4. & l.13. §. pen. de pign. Tiraq. in l. boues 89.§. hoc sermone 1. de V.S. limit.1.n.16.* t Hinc plerumque consultius in rem acturo, vt t certam causam exprimat. Etsi quandoque contra expedit, ad hoc vt dominium lite pendente superueniens prosit vid. *Coraſ. ad l. in actionibus 5. de in lit. iur. nu.10. Mudæ. in §. omnium 1. Instit. de act. num.28. & seqq. Vuesenbec. ad tit. C. de R. V. nu.29. & num.38. ac seq. Sig. Scaccia 1. de indic.50 num.24. Io. Pels Proceſſ. tit.21. num.25. & seqq. Gilke. ad l.3. C. de eden. num.62. Obrecht. de concip. lib. cap. 11. num.68, & 3. seqq.* u u *add. l.3. C. ad exhib. vbi Sich. num.3. Ant. Fab.12. Coniect.13. Zang. p.1. cap.17. num.49. & seqq.* Neque id tantùm vbi hæc causa sententia expressa, sed & si ex actis apparet *l.17. h.t. Zang. d.c.17. num.53.* † Sicuti & alias sententia lata ratione certæ causæ, ea cessante inefficax post *Bald. ad l.3. C. ad exhib. Sich. ibid. num.3.* Et reus absolutus ex alia causa, quàm quæ nunc ab actore deducitur, eum excepti. hac non sub-

mouet *Zang. d. c.17. numer. 67.* Quin & illum qui succubuit ob ineptitudinem actionis, denuò audiri si eandem aptè proponat docet *Tiraq. in l. bones 89. §. 1. de S.V. num. 16. & n. 18 per l. 11. § pen. de instit. act. l. 30. in fi. de pact. dotal. c. coram de rescript. c. examinata extr. de iudic. & simil.* Et tradit *Bouer. singul. 52. nu. 51.* etsi reus simpliciter absolutus, si tamen appareat sententiam latam ob ineptitud. libelli, de integro agenti except. non obstare x vid. *Cuiac. 11. Obs. Papin. ad d. l. 29. P. Fab. ad l. 207. de R. I. pag. 789. Hart. Pist. lib. 4. q. 29. passim.* De regula Res inter alios iudicata &c. plenius *ji lib. 27.*

x

CAPVT VI.

Exceptio doli mali.

3. DOLI MALI prodita ei à quo qui dolo petitur, contra eum qui ita petit, de re sic petitâ, ne dolus petenti prosit, reo noceat *l. 2. §. 4. & 5. l. 8. h. t. de doli exc.* Cætera expeditiora. SVMMA HIC Q. QVIS DOLO PETAT. EXCEPTIO HÆC DVPLEX EST: a SPECIALIS, eâdem causâ cum ab initio dolo circumuentus quid contraxit, gessit. b Vbi re amissâ actio de dolo, si alia cesset rebus; integris hæc exceptio §. 11. *de exc. l. 5. C. de inut. stip.* c Ergo in eâ præcepta eadem quæ in actione de dolo d de quo *supr. lib. 15. 40.* ET GENERALIS ex omni causâ qua quam dolo quid petitur, etsi inter initia nihil dolo factum *l. 2. §. 5. l. 4. §. pen. h. t.* e Huius causa in *l. 1. h. t.* ne per occasionem iuris ciuilis &c. vt ibi, id est, ne qui ius ciuile obtendit, hoc prætextu simulans iustè agere, per speciem iuris extorqueat quod non debet reuera id agens vt iniuriam faciat. Quare hanc duæ res iunctæ constituunt: Ab actore actio iure prodita, à reo naturalis æquitas *d. l. 1. §. 1. l. 12. h. t.* f CAVSSÆ huius æquitatis infinitæ propè & confusæ *h. t. D.*, Nos ad certa genera reuocare eas nitemur.

g 5 Sunt igitur DVVM GENERVM. QVÆDAM CVM IPSO CONTRACTV NASCVNTVR & ei causam præbent. Eædem ex quibes except. peremptoriæ speciales, vt metus, dolus, error, spes accipiendæ pecuniæ. Vbi cum specialibus istis concurrit hæc generalis, vt probant 1. in communi *l. 12. item l. 2. §. 5. h. t.*

h h Deinde de singulis textus speciales. De metu *l. 4. §. pen. h. tit.* Vbi & habetur, quid distet hæc ab exceptione metu causa, quod hæc in successorem detur, illa non. i De dolo idem diceretur, nisi superuacuum esset. Nam hic specialis doli exceptio idem exprimit, quod generalis, idque certius multò ac efficacius. Obiter notandum huius speciem esse in *l. 9. h. t.* De errore textus *l. 36. de V. O. l. 2. §. 3. h. t.* Si scilicet causa promisit ei per errorem, cui se debere putabat. k *dd. ll.* Secus si causam non adesse sciebat, vbi nec solutum repeti potest vid. *sup. lib. 14. c. 10.* Exemplum in *l. vlt. pr. h. t.* vbi ideo exc. hæc datur, quia error iuris rustico non obest. l Hinc si alio delegatus promisit vero creditori delegantis per errorem, putans se delegati tantùdem debere except. hac creditorem non repellit, quia is suum petit. Ergo per *l. mihi dolo 129. de R. I.* Sed agit incerti contra delegantem, vt se liberet, si nondum soluit, aut si soluit, in condict. vel mandati actione repetit *l. 4. §. 20. l. 5. §. pe. h. l. 12. l. 19. de noua. l. 9. §. 1. de cond. ca. da. l. 41. pr. de re iud.* Quod si nec à delegante quid debitum fuit ei cui sic promissum est aut delegatus ab eo, cui delegans donatum volebat, exceptio hæc pariter cõpetit & condictio ad liberationem *l. 7. pr. h. t.* m De spe recipiendæ pecuniæ textus *l. 3. C. de non num. pecun.* n Etsi verò in his, si inter initia dolo caruit, non facit dolo actor, nisi cum contra has causas dolo petere instituit. Exceptionis tamen causæ iam ab initio reo constitutæ, quandocunque actor contrà petere volet. QVÆDAM POSTEA ET VEL EX GENERE LIBERATIONIS SECVTÆ, si postea incidit factum, propter quod æquum fiat reum non teneri. CVIVSMODI sunt 7. 1. REMISSIO DEBITI simplex: SIVE PACTO. Vnde & exceptio pacti *supr. c. 4.* & hæc *l. 2. §. h. t.* Huius species est, si quid ad tempus promissum vel seruitus ita constituta vid. *l. 44. §. 1. de O. & A. l. 4.* o ETIAM TACITO, vndecunque voluntatis coniectura ducatur. Exemplum, in *l. 4. §. 12. h.* Cuius ratio hæc. Quia qui alienationi fundi cõsensit, eius vsumf. remisisse creditur, vt vtilis sit alienatio. Nam qui vult consequens &c. Aliud in *l. 4. §. 7. ll.* Cuius ratio tum in conditione pœnalis stipulationis. Quia si homo adhuc petitur & ex petitione dandus, pœnæ locus esse nequit, quia conditio deficiet. Tum in naturâ pœnæ, quæ delicti coërcitio. Nullum autem delictum si semel cœperit dare quod promisit. Ergo stipulator eligat vtrum petat. Vnius verò petitio alterius liberationem adfert per except. Sic & cum creditor pactus ne peteret & si petisset pœnam petat exc. doli repellitur *l. 10. §. 1. de pact.* ex tacitâ mente contrahentium. p Sed & dissimulatio p quandoque taciti pacti vim habet, vt in specie *l. 4. pr. h.* Facit L. 38. *§. 3. de V. O.* SIVE VLTIMA VOLVNTATE si heres petere vetitus, aut liberatio legata *l. 4. §. 10. l. 8. h. t. l. 3. §. 5. de lib. leg.* q Et hîc quoque exemq plum tacitæ remissionis in *l. vlt. §. 1. h. tit.* r Aliud in r *d. l. 4. §. 11.* Cuius ratio quia simulat se hereditatem repudiare qui pretio accepto habet quod eius vice fungatur. s 2. SOLVTIO, quæ iure non liberat, duo- s bus casibus: Si soluit debitor pupillo vel minori sine tutore &c. ac is locupletior redditus *l. 4. §. 4. h. §. vlt. I. Quib. al. lic.* In quo spectatur tempus litis contestatæ *l. 4. de exc. l. 37. pr. de neg. gest. l. 47. de solut.* Item si soluit creditori creditoris sui, hoc ratum non habente, si solutione liberatus locupletior fiat *l. 6. l. 16.* hoc titulo 3. PECVNIÆ (speciei interitus ipso iure liberat, vt *supr. lib. 16. cap. 1.*) debitæ AMISSIO, quam oblatam creditor sine causa accipere noluit *l. 6. h. t. l. 72. pr. de sol.* 4. IMPEDIMENTVM præstandi necessariũ in obligationibus faciendi *l. 4. §. 2. h. tit.* Quod declaratur, in *l. 2. §. 1. & seqq. Si quis caut. Facit L. 17. §. 3. tit. med. de vsur.* 5. CAVSSA STIPVLANDI NON SECVTA. Cum stipulatio ob iustam causam interposita, sed futuram. Siue nondum secuta sit, quæ adhuc sequi potest, vt *l. 2. §. 3. circ. fi. h. t.* siue finita iam sequi nõ possit. Exemplum *l. 4. §. 1. h. tit.* 6. ACTIO VNA EX PLVRIBVS, quæ eiusdem rei nomine, SVBLATA electione alterius & consecutione *l. 71. pr. de furt. supr. lib. 21. c. 3. lit. K.* 7. OMNIS EXCEPTIO SPECIALIS, pacti, iurisiur. rei iudicatæ &c. POSTEA REO QVÆSITA *l. 2. §. 4. & seqq. l. 12. h. t.* VEL EX MVTVÆ alicuius PRÆSTATIONIS RECVSATIONE, cum vicissim aliquid reo ab actore debetur, nec præstatur. Æquitas hîc in regulâ naturæ, quæ in edicto. Quod quisque iuris &c. QVÆ AVT EST ALTERIVS REI. Vt 1. in contractibus mutuis si ex vendito *l. 13. §. 8. de act. empt.* vel euictionis nomine *l. 2. §. vlt. h. tit.* agens pretium non priùs offerat. t 2. in sumptibus in rem factis *l. 4. §. 9.* t *l. 5. §. 2. l. 10. l. 14. h. t.* vid. *supr. lib. 20. cap. 7. l. K.* u 3. in u Falcidiâ rei indiuiduæ nomine debita, cum dodrantem superant legata, inter cætera seruitutes indiuiduę relictæ. Quia enim hæ totæ præstandæ, idcirco quartę partis æstimatio heredi restituenda *l. 5. §. 1. h. 4.* in liberatione sub conditione legatâ, si heres debitum illud petens, ceu potest, non cauerit se conditione euenie nte id legatario restituturum *l. 5. pr. h. t.* x Sin pe- x cuniâ

cuniâ debitâ ei cui pignus datum, si debitor soluere paratus reddenti pignus. Eadémque exceptio si culpa creditoris id potest *l. 4. §. 8. h. t.* AVT IPSIVS PETITÆ. Vt si vel venditor domino *l. 4. §. 28. h. l. 17. de euict. pr. l. 8. pr. h. l. 173. §. vltim. de R. I.* vid. *supr. lib. 20. c. 2. lit. Q.* vel dominus venditori heres successit *l. 14. C. de R. V. vid. sup. d. c. 2. lit. N.* Ex his facilè liquet cui, contra quem, quâ de re. Datur ei qui vnam ex relatis causis habet item eius heredibus, successoribus, y & accessionibus, quia rei cohæret *l. 7. de exc.* y Contra omnem agentem aduersus vnam aliquam causam ex superioribus, etsi pupillus sit vel furiosus, vt si pecunia illis soluta exstet, aut eorum creditoribus vtiliter solutum *l. 4. §. 23. l. 16. h.* Dolus enim hîc in re, qui si initio abfuit esse, incipit cum petendo hoc agitur vt propter malitiæ ignorantiam bis idem consequamur *d. l. 4. §. 26.* z EXCEPTI PARENTES z ac PATRONI *l. 4. §. 16. h.* aa Sed contra eos exaa ceptio in factum temperata, detractâ doli mentione *d. §. 16.* bb Vt & contra eorum heredes *d. §. 16.* vbi bb ratio. cc Aliud si pater aut patronus cum herede cc filij libertíve agat ibid. Non enim hic eandem reuerentiam debet, quam decessor. Sed num ex omnium dolo competit, quorum ob factum actio instituitur? dd. Si agens ex illo facto non habet actionem, non potest hæc obiici, licet propter factum id agat vt *l. 4. §. 24.* dd Quod si ex illo facto, vbi actio ex personа eius habetur qui fecit; distinguendum pro conditione eorum ex quorum personâ agitur. Nam aut actio eorum contractu acquiritur, vt sunt filius, seruus, procurator, tutor &c. Et hîc agenti obstat hæc exceptio *l. 4. §. 17. & seqq. & §. 23. & 25. h. per l. ex quâ* ee *personâ quis lucrum* 149. *de R. I.* ee Aut auctores sunt, & distinctio est. Successori ex causâ onerosâ, qui pro re acceptâ vicissim aliquid dedit ff obiici nequit, nisi ff accessione auctoris vtatur *d. l. 4. §. 27. & seqq.* Quod gg proprium huius, (cum cæteræ except. gg etiam aduersus quosuis successores competant) quia ex delicto personæ oritur *d. §. 27.* Et pœna debet tenere suos auctores. Excepta hîc vis, quâ si auctor rem extorserit, eius quoque successor except. metus causâ remouetur *d. l. §. pen.* propter atrocitatem delicti, quia vim & metum comprobare contra bonos mores est *l. 116. pr. de R. I.* Ex causâ, verò lucratiuâ, ex. g. legati, donati, qui accepit ex auctoris dolo except. patitur *d. l. 4. §. 29. & §. 31. h. t. l. 6. de except.* Ratio differ ent. Ille pateretur pœnam alieni delicti, de pretio periclitando, hic ita nihil suum amittit, qui pro re hh nihil dederat. hh De quâ re detur ex dictis constat, nempe ea quæ dolo petitur.

NOTATA.

a 1 Ita & noster ad *l. 8. C. de non num. pec. num. 25. & seqq. Cels. Bargal. lib. 4. de dolo c. 2. num. 8.* vbi *nu. 6. & 7.* alias aliorum diuisiones percenset, sed eas rectius subdiuisiones statui ostendit. b Sed specialem duplicem facit *Bargal. d. c. 2. nu. 10.* Aliam directam, quæ immediatè ex negotio doloso, qua de hic noster. Aliam subsidiariam, quæ in locum alterius deficientis accommodatur. c Vt quæ datur expecto alterius alteri, vnde per iuris regulas exceptio pacti dari nequit, vt s. *c. 4. l. D. vbi not.* c Quando nempe contractus ipso iure tenet, vt stricti iuris indistinctè, bonæ fidei autẽ si dolus incidens, non si negocio causam dedit *l. 10 §. 2. de pact. vid. s. lib. 12. c. 7. lit. D. Zang. p. 3. c. 13. n. 12. & seqq.* Eadémque exceptio, etsi ex secundo contractu, in quo dolus non adhibitus, celebrato tamen ad confirmationem prioris dololi, agatur, vt post *Cranet. cons. 142. num. 13. Foller. addit. ad Marant. p. 6. memb. 9. nu. 25.* quod dignum notatu. d Vnde hæc exc. specialis æquè odiosa *Bargal. lib. 4. de dolo c. 2. num. 12. & lib. 6. reg. 30. num. 4.* Non tamen æquè famosa, ceu vult *Zas. in l. 2. §. vlt. h. t. num. 4.* & indistinctè de hac except. adeoque etiam generali, *Zang. p. 3. c. 11. num. 103.* sed opinionem suggillat *l. 4. §. 16. h. t.* & ita infamiam facti infligit *Bargal. d. c. 3. num. 13. & numer. 75.* Nec eadem omnino exprimenda ita excipienti quæ agenti de dolo, si rectè *Bargal. d. c. 2. nu. 89. & 2. seqq.* Ac vbi non plenè securus est quis hac exceptione, de dolo quoque act. habet ad rescindendum negotium dolosum. De quo & quando hæc exc. cum actione doli concurrat *Bargal. d. c. 2. num. 80. & seqq.* e *l. 36. in fin. de V. O.* Vnde hæc Generalis exc. non semper datur dolum passo, sed sæpè impedit obiecta, ne dolo circumueniatur reus *Bargal. d. c. 2. num. 41.* Et vt competat non requiritur, vt dolo quid antea admiserit actor, sed modò non rectè agat *Hart. Pist. lib. 3. q. 11. nu. 7.* Nam etsi cum iniretur negocium, nulla machinatione vsus actor, tamen postquam contractus inutilis redditus, ex. gr. pacto interposito ne peteret, & inde actio inefficax; quia scit æquitatem exceptionis suæ petitioni obstare; petendo in dolo versatur *Foller. addit. ad Marant. p. 6. memb. 9. num. 21. P. Fab. ad l. 177. de R. I.* f *l. 2. §.* f *pen. in fi. Si quis caut.* ne & dolus auctori quæstuosus sit, cum iniuria decepti & huic simplicitas damnosa, *Foller. d. loc. n. 20. Zang. p. 3. c. 13. num. 9. Bargal. 4. de dolo 2. num. 4. & nu. 13.* Nam hæc vt *Cuiac. 22. obs. r. 8. & 3. Pauli ad edict. in l. 24. pr. de vsc. arb.* asperitatem iuris ciuilis moderatur *l. 1. §. 1. h. l. vlt. C. Pro empt.* rem temperat & emendat *l. 28. §. 2. de iurei.* Vnde *Cyrillo* dicitur *φυσικώτερος τῷ ἐ πάνυ τὸν ἀκριβοῦντα ἐξετάζοντα.* Naturalior & non nimis perquirẽs rigorẽ iuris. Quare ei & in foro mercatorum locus *Foller. d. num. 20.* Cúmque iniquã ac calumnio sam petitionem submoueat, inde non obiectam officio iudicis suppleri agentémque repelli posse docet *Bargal. d. c. 2. num. 65.* omnes ita, excepto Fulgosio, sentire testatus, per *l. 38. l. vlt. in fin. de pet. her.* Quod amiserim in iudiciis bonæ fidei, vix in aliis vid. *not. 3. c. 2. lit. L.* Hinc etiam exc. hanc nunquam dari malæ fidei possessori vult *Io. Garsia Gallecus tract. de Expensis c. 5. num 7.* Qui enim fieri potest, ait, vt ea iuuetur, qui ipse dolo fecit. Sed contrarium verius, per ea quæ s. *lib. 20. c. 7. lit. G. iunct. lit. K.* vid. *Bargal. d. c. 2. n. 67. & 3 seqq.* g Et verè artificiosa hic dispositio, longissimè g præstans ea, quam *Bargal. lib. 4. de dolo c. 2.* seruat, except. has fusè, sed admodum impeditè pertractans. h *Cuiac. Par.* h *h. t. Bargal. lib. 6. de dolo reg. 30 & seq.* Non tamen aliter, nisi eum scit actor aduersarium except. aliqua tutum esse, cúmque, saltem eo tempore quo agit, in dolo versatur, eo ipso quod petit, vt s. *lit. F.* Secus si ignorantia talis in eo vt dolo careat *d. l. 2. §. 5. in fin.* Quare quando ignorantia probabilis est heredi *l. 42. de R. I.* si is, (contra pactum defuncti de non petendo ex. gr.) experiatur, causam, cur non debeat petere, nesciens, is sanè exceptione aliâ, quæ defuncto obstitit (ex. gr. pacti) rectè submonetur. Aſt non item hæc exc. doli generalis ei rectè obiicietur, licet defuncto, si ipse egisset (qui pactum ex. gr. iniit) obiici potuisset per *d. l. 2. §. 5. in fi. l. 177. §. de R. I. vbi Pet. Fab. & ad l. 63. eod. Foller. addit. ad Marant. p. 6. memb. 9. num. 21. Gæd. de contr. stip. c. 8. num. 124.* Cauendum itaque ne incautis imponat nimis generale dogma eorum, qui hanc exceptionem ita latissimè manere scribunt, vt omnibus negociis, omnibus iudiciis & vbicunque iusta alia exceptio est, accommodetur in quibus *Cuiac. 3. Pauli ad edict. in l. 24. pr. de rec. arb. & Bargal. d. lib. 6. reg. 31.* Vt enim ei qui in dolo nec antea versatus est, nec petendo dolosè facit, doli mali exceptio, vel generalis obiici possit, nulla iuris vel naturæ ratio finit. Facessant verò qui sufficere volunt si dolus in re sit, extra propositum agetis. Is enim certè dolus malus non est vid. *not. 3. lib. 15. c. 40. lit. E.*† Cæterùm hæc exc. concurrens naturam eius æmulatur, in cuius locum succedit *Bargal. de reg. 30. s. lib. 14. cap. 38. lit. C.* Vnde si in locum alterius non odiosæ succesſit, nec hæc odiosa *ibid num. 5. & lib. 4. c. 2. num. 13.* De quo vulgaris distinctio est: Odiosam censeri, quando contra ius commune competit, vt cum datur loco except. Senatusconsulti Macedon. Secus quando ex æquitate iuris naturalis, quæ dictat vt succurratur decepto, vt cum succedit loco exceptionis metus *Cagnol. in l. 2. C. de rescind. vend. num. 68.* i Et in except. i metus sufficit allegare metum adhibitum in contractu celebrando, nec oporet designare personam, quæ eum intulit, nec quæ passa est si rectè *Foller. addit. ad Marant. p. 6. memb. 9. n. 34.* (vbi & huic inter mercatores locum dat) & *Bargal. d. c. 2. n. 78. Fac. l. 14. §. 3. D. Quod met ca.* Vnde *ibid. Bargal & Zang p. 2 cap. 13. numer. 101. & seqq.* filio quoque contra patrem (nisi in eius potestate sit & in rebus peculiaribus metus illatus *d. l. 4. §. vlt.*) & liberto contra patronum, except. metus non negati, cum non ita, vt exc. doli, opinionem suggillet. Quod ita admiserim, modò non parens ipse metum

k tum intulisse arguatur k Ex.gr.si fidem testam.secutus 110. promisit, nescius 50.eodicillis adempta *Don.ad dl.36.nu.4.* Magni verò erroris causſam interpp. præbuit *d.l. 2.§.3.* qui ſimpliciter ſtipulationem ſine alia cauſſa non valere, cauſſæve errore & falſitate ſemper vitiári commenti ſunt, vid: *Gœd.de contr.ſtip. cap.3.concl.5.& nor. s. lib.15.c.36.lit.Cc.*

l 1 Sed *Menoch.arb.cap.194. num.55.* cauſſam deciſionis *d.l. vltim.pr.* non in ruſticitate ponit, quæ ex facto euenit, ſed in ipsa cauſſa vſurarum in ea ſpecie erronea & indebita. Apparet autem hîc noſtrum ſentire, qui errore iuris promiſit except.hæc erroris ſe non tueri. Cui tamen eam rectiùs non negat *Zang.p.3.num.10.& ſeqq.* Quod & conſequens videtur iis quæ ſup. *lib.1. cap.18. & c. lit.G.* m Conferatur, de hoc pleniùs tractans *Bargal.lib.4. de dolo cap.2. num.35. &* n *ſeqq.add.ſupr.lib.16.cap.20.lit.* R. n Vbi except. doli lapſo quoque biennio ſupereſſe communius traditur referente & probante *Bargal.d.c.2.num.76.& ſeq.* Contrarium firmatum *ſup.lib.14.cap.38.lit.C. & D.* o vid.*s.lib.11.c.10. poſt lit.E. & lib.15. cap.9.lit. A. ibique not.* p Subiuncta enim pœnæ o ſtipulatio,non vt vtrumque & pacti commodum & pœnam conſequatur paciſcens, ſed alterutrum *l. 12. §.2. de pact. dotal.* Excip. niſi clauſula *rato manente pacto* ſtipulationi inſerta, vbi præter except.pacti,actio ſupereſt *l.pen.D.l.17.C. de tranſ.vid.Cuiac. & A.Fab.ad d.l.10.§.1. de pact.Hot.ill.q.* p *10.Pact.1.enant.q.90.Petr.Aluarot. in repetit.d.l.10.§.1. inſertâ Fortu.Garcia ad l.7.de pact.* Huc pertinet *l.4.§.3.h.t.* vbi malè *Goth.* pro *ſexaginta* reponit *ſexcenta* ſententiam pervertens,quæ talis: Si officio arbitri non pareat iuſſus dare 60. quæ debentur, poſſe amplius peti,id eſt, pœnam 100. compromiſſam. Aliud exemplum *l. 2. §. pen.h.t.* vid. *not. s. cap.4.lit.A. verſ. Alterum.* q Sicuti & contra legatario agentes exc.doli, ſi non impleuerint conditionem appoſitam *l.40.§.5. de cond.& dem.l.1.* C. *de his quæ ſub mo.vid.P.Fab. ad l.19.§.1.de R.I.Turamin. de exeg.legat.cap.4.num.25. &* q *ſeq.* r Vnde vulgò notant.Enunciatiuis verbis induci diſpoſitionem fauore liberorum. Quod impugnat *Ant. Fab. 26.err.prag.5.* volens except.doli ibi dari non ob liberationem legatam, aliquin, ait, Frontoni ipſi patri, ac debitori daretur; Sed quia voluntas aui teſtatoris non obſcura, ſi ea 15. à Frontone genero ſuo ſoluta ſibi eſſent, tantò plus eum nepotibus Frontonis liberis relicturum fuiſſe. † Quæ tamen forſan inanes argutiæ.Nam eo ipſo quod heredis petitio,quæ doli except.repellitur nouo iure ſubſiſtit cõtra nepotes,apparet Frontonem patrem iam antea deceſſiſſe, Qui & ibid. heredes patris (ſui ideóque mortui) dicuntur. Verè itaque iis legata liberatio, quippe veris debitoribus, s obligat. onere in ſe cum hereditate tranſlato, effectis. s Rectè.Expoſitio verò quam tradit *Cuiac.14.obſ. 29.* vix accomoda. Vult is except.tantùm obſtare ibi petenti legatum pro ſuâ parte, vnciâ ſcilicet in quâ inſtitutus. Non autem repelli eum ſi pro parte ſolùm coheredum petat.Nam immò accepto precio à ſubſtituto, videtur omne commodum ex teſtamento ſperatum abdicaſſe, legatúmque petendo voluntatem defuncti circumuenire. Facit connexio *d. §. 11. cum præced.* t Quæ vulgò, Exceptio pietij non ſoluti & generaliùs Implementi non ſecuti. De qua *Cuiac. 23. obſ. 15. Gail.2.obſerv.17. Coler.de Proceſſ. p.1.c.2. num.211. & ſeqq. Ant.Fab.Cod.ſuo tit. de Except. defin.43. Zang p.3. cap. 22. Aſin.de Exſec.§.9.c.172.nu.6.& 7.* vbi hanc non tam veram except.eſſe quam retentionem iure pignoris implorato officio Iudicis contendit. Sic & mercis non traditæ exceptio eſt emptori, agente venditore *l.5.§.4.h.t.l. 25. de act. empt. Gaill.de obſerv.17.numer.13.Io.Petr. Surd. deciſ.153.* Generaliter namque eius eſt implere contractum qui prior agit, poſt alios *Hart.Piſt.lib.3.q.27.numer.32.* Ineptum enim ait *Tertul.citante Cuiac.d.lo.* pretium non exhibere, ad mercem manum emittere. Niſi cui priùs ſatisfieri debeat nominatim conuenerit Cuiac. ibid. Neque huic except. locus in ſolo venditionis contractu, ſed omnibus vtrinque obligationis *Foller.addit.ad Marant.p.6.memb.9.num.51.* Quin & legatarijs ab herede obijcitur *Zang.d.ca.22. num.15. add. not. s. lit.* u Nec excuſat impedimentum *A.Fab. d. defin 43.num. 4.Zang.d.loc.nu.5.* Nec ex parte impleuiſſe ſatis eſt *Ant.Fab. d.loc.num.9. Fac.l.9.§.3. de pign act. & ſim.* adeo vt vel vno nummo definiente retentionem dari venditori velit poſt alios *Coler.d.num 211.* Idémque ſi res vendita non libera vel non integra tradita *Zang. d loc.numer.8. Surd d.d.253.num. 8.& 9.& deciſ.165.num 1.& 2.& numer.36.ac ſeq.* Tradúntque vulgo quod hæc exc. ſit litis finitæ, eius conteſtationem & ingreſſum impediens *Zang.numer.2. Ant.Fab. d loc. numer.5. Gail.d.obſerv.17.num.2.* Quæ impediat purgationem moræ *Fab.ibid.num.10.* Qui locus aliis ſtatuto vetitis ibid.num.1.etiam inter mercatores *Foller.d.num.51.* Quæ & nec obiecta officio Iudicis ſupplerí queat *Fab.d. loc. num.2.* Vt tamen ſi nec initio, nec in progreſſu litis oppoſita, iudicium valeat *Gail.d. loc. num. 5. & ſeq.* veruntamen & poſt ſententiam exſecutionem remoretur vt not. j. *cap. 8. lit. L.* Denique quod, cum ex naturâ contractus veniat, non vtenti ſed aduerſario ſit probanda *Zang.d.cap.22.num.18.* Dilatoria autem hæc exceptio vid. *not.j. cap.9. lit. S.* u Confer *Coler.de Proceſſ.p.1.cap.2.num.209.& ſeq.* vbi pro variis expenſis res alienas retineri poſſe oſtendit, veluti ab aurigis, tabellariis, hoſpitibus, & cauponibus &c. Quomodo & ſcriptor pro mercede liberum retinere poteſt *Io.P.Surd.dec. 50.* x vid. *Cuiac.71.Pauli ad Edict.in d.l.* Obiter nota in *d.l.* x *5.pr.* phraſin Græcam, quâ vocula *magis* vel *potiùs* ſubauditur, vt in *l.2.§.1. de reb.cred. vbi Don.num.3.* & pluribus ſimilibus locis notatis ab *An. Aug. 4. Emend.8.* y Et quod fideiuſſori detur prob.præter generales textus, *l.15.pr. de fidei.* y *iunct.l.2.§.3. h.t.* Et quandoque hæc exc.fideiuſſori, vbi reo non competit *l.15.h.t.* vid. *Bargal.4. de dolo 2.numer.84. &* z *ſeqq.* z Rectè. Et ita hîc quoque dolus verus actoris vertitur, cui exc.obijcitur: pupilli ſcilicet qui fuit negotio inito,nunc pubes reddito dum agit, aut propè pubertatem doli capax redditus *d.§.2.6.* item curatoris furioſi, eius nomine agentis. Ipſi enim furioſo nunquam dolus obiici poteſt, nec obijcitur, cum nec iudicio per ſe conſiſtat. aa Addit *Zaſ.ad d. §.16. numer.4.* quod nec paſtori à parochiano, Rectori à ſtudioſis obiici poſſit. Nec domino à vaſallo, nisi hic prius ius clientelare abdicando, ſacramentipræſtiti fide ſe liberet. Quin nec nutritori ac nutrici à quibus quis educatus eſt hanc except. obſtare vult *Eman. Coſta in repet. l.ſi. ex cautione 3. C. de non num.pecun.verbo: ſeu doli num.7. arg. l.17. C. de his qui accuſ.* Nec viro dignitate conſpicuo à plebeio & humili, aut vitæ emendatioris à flagitioſo aut prodigo arg *l.11 h.t. Cuiac.71. Pauli ad edict. in l.1.B.t. Burgal. lib. 6. de dolo reg 31. num.4.* Vbi malè hoc ius ad exc. doli ſpecialem coarctat, quaſi generalis opin. non ſuggillet. Cæterum in d §.16. pro *bonos mores* reponit Goth. bonos moratoſque & probat *Ant. Fab.1.Iuriſpr.9 prine.6.ill.25.* Qui & alibi 33. *err prag.9.p.441. bonos* reſtituit nullâ neceſſitate. bb Quæ bb in factum dicitur, quia conceptam formulam non habebat, ſed factum ipſum exponere oportebat *Hot.ad §. 1. I. de exc. Enunc.6.6.* Innominatam nuncupat *Vult.ad tit. I. de Except. num.15.* Eadémque datur in ſubſidium except. doli etiam aliàs, cum doli except.locus non eſt ob ignorantiam agentis,fortè heredis per *l.2.§.5.h.t. Cuiac. ad l. 36. de V.O. vid. ſupr.lit.O.* Et hîc excipiens dicit non cõuenire bonæ fidei iudicium cum alterius damno *Bargal.4.de dolo 2.num.25.* Neque hîc vlla doli paterni facienda eſt mentio, eſſi concludatur eum mentione bonæ fidei *Emanuel Coſta in l.3.C. de non num.pec. v. ſeu doli num.9.* cc At contra hos actio de cc dolo *l.13.pr.de dolo.* Bz. *Pac.2.enant.q.82.* Vtraque actio & exceptio contra heredem patroni,ſi de proprio heredis; neutra autem ſi defuncti dolo quæratur. Aliter *Ant. Fab. ad d. l.13.* dd de qua vid. *not. ſup. lib.5. c. 23. lit. A.* ee Et ita dd quoties dolus alterius eſt immediata cauſſa acquiſitionis,is alij nocet *Aluiſ.de Albert.ſingul.36. Foller.addit. ad Marant.* ee *p.6.memb.9.num.24. Zang p.3.c.13. num.75. Moller.ad Nou. Elect.Sax.19 p.1.num.44.* Itáque pupillo obijcitur exceptio de dolo tutoris, ſi locupletior *d. §. 23.* Quod præſumitur ſi pergat agere ex eo contractu *Zaſ. ad d.l.4.§ 23. & ſeqq.n.1.* ff Niſi vili pretio rem magni valoris emerit, permutauerit ff in ſolutum acceperit, vbi cauſſa propè lucratiua *Azo.in Summa C. de dolo num.4. Zaſ.ad l.4.§.31. & ſeq.h.t.numer.9.* gg Rei ſcilicet vtrinque cohærentes *l.7. de Exc.* Exceptio autem gg doli in rem eſt ſolùm ex parte opponentis: ex parte autem eius cui opponitur in perſonam *l.2.§.1.h.t. Foller.d.loc.num. 22.& ſeq. Azo d.n.4. Bargal.4.de dolo 2 n.41.* hh *Foller.d.loc.* hh *num.24. Zang.d.c.13 num.76.* Et hic quia de dolo alieno exceptio eſt contra alium, probandus eſt dolus non agentis, ſed auctoris *Foller.d.loc.num 22.* Verius itaque ratione eius cui obijcitur non proprié eſſe except. doli,ſed in factum per *not. s. lit. H. & lit. Z.* Nec ad amplius nocet in hiſce caſibus, quàm quantum ex dolo alterius peruenit. Quippe eatenus ſolùm ex facto doloſi acquiſiuit, acceſſione vtitur, ab eo cauſſam lucratiuam. Quin nec heredi doloſi vlterius exceptio nocet *Bargal.d.cap.2.num.16. & 17.argum. eor. quæ s. lib.15.cap.lit.Gg.*

CA-

CAPVT VIII.

Vſus exercendæ exceptionis Peremptoriæ.

SEQVITVR VSVS RECTE EXERCENDÆ. VBI SPECTATVR I. NVMERVS, in quo Q. An pluribus vti liceat, an vna tantùm, vt in actionibus. ET PLVRIBVS exceptionibus, quamuis diuerſis de eadem re, VTI LICET *l.5.l.8.D.h.t.* a Ratio diff. non a quia rei fauorabiliores, b neque enim inde actori iniuria naſci debet. Sed quia pluribus actionibus de eadem re, vti aut iniquum, ſi ſæpius idem quis conſequi vult *l.57. de R.I.* aut ſuperuacuum, ſi ſemel. Pluribus except.eiuſdem rei nomine vti nec iniquum eſt, quia omnes defendendi rei cauſſâ proditæ, nec inde actori iniuria, cum omnes ad vnam liberationem tendant. Nec ſuperuacuum, quia ſi vna non ſatis probetur, ſuccedet altera, ſi nec hæc ſubſidio erit tertia. c II. TEMPVS OBIICIENDÆ: IN BONÆ FIDEI IVDICIIS NON NECESSE EST INITIO CONTESTARI, ſed ſatis eſt quandoque aut rem iudicatam obiici. In his enim exceptiones inſunt *l.3. de reſc.vend.* continentur *l.84. §.5. de l.1.* ac etſi non excipitur, ſatis per officium iudicis ſuppletur *l. 38. l.vlt. de pet.her.* d Quia etſi per litis conteſtationem nominatim, in d iudicium deductæ non ſint, vi tamen ipsâ & poteſtate iudicij, tam illis vti licet quàm ſi apertè deductæ eſſent. Neque ſic excedit poteſtas iudicis, quod deductum eſt contra *l.18. Com.diuid.* Quia hæc poteſtate iudicij deduci intelliguntur, cum in his iudex iubeatur iudicare *ex fide bonâ*, id eſt, ex æquo & bono. e Non e autem æquum eſt condemnari qui except. habet *v. & j. lib.24.c.2.* IN STRICTIS VERÒ AB INITIO NOMINATIM CONTESTANDÆ, aliàs poſtea fruſtra obiiciuntur. f Quod probatur 1. textus clari *l. 9. de præſ. long.temp.l.8.C.h.tit.* Eo ipſo enim dum ſufficere dicitur conteſtatio initio, eam requiri patet argum. *l.22. de dolo.* Item *l.9.C.h.t.* vbi verba *habita cõteſtatione* conditionem exprimunt. Cuius vis, vt quod ſub eâ dicitur, ſub contrariâ negetur *l.40.§.2. de cond. & dem.2.* Proprium id bonæ fidei iudiciis, vt inſint exceptiones, & non neceſſe ſit eas conteſtari. 3. Poteſtas Iudicis non poteſt excedere id quod in iudiciũ deductum *l.18. Com.diu.* Atqui in ſtrictis iudiciis deducitur quidque per litis conteſtationem *l.vn. Cod.de lit.cont.* [*vid. & infr.lib.24.cap.2.*] Contra Dd. vulgò except. peremptoriam in omnibus iudiciis poſſe obiici quandocunque ante rem iudicatam per *l.2.C. Sent.reſcind.non* g *poſſ.* g Sed Bz. Ibi omiſſæ ſunt conteſtatæ quidem antea, ſed intermiſſæ ac dilatæ, donec actor intentionẽ ſuam probauerit, vt explicatur ſupr. *dd.ll.* cum primis h *d.l.8.C.h.t.* vbi eodem ſenſu omiſſa apertè dicitur. h Nam omittere non ſemper ſignificat in totum miſſum facere, ſed & intermittere ac differre *Horat.in arte:* pleraque differat & præſens in tempus omittat. Vtut ſit, hoc ſaltem certum eſt poſt rem iudicatam obiici non poſſe ad inhibendam exſecutionem *d.l.2.* i Exceptæ hîc exceptiones SC. Macedoniani & Vel- i leiani, quibus & in exſecutione iudicati vti licet *l.11. de SC. Macedon.* k Quia iuri quidem pro ſe introducto k renunciare liberum, at non ei quod alterius cauſſâ, maximè publicæ vtilitatis, quod pactione priuata, minúſque omiſſione ac tacita diſſimulatione infringi nequit. Atqui in iſtis except. ſpectatur publica vtilitas. Altera enim prodita in odium creditoris & pœ- l næ cauſſa, quam merui publicè expedit. l Altera decoris publici & honeſtorum morum rationem habet

NOTATA.

a Notetur in opere Donelli poſt Cap.6. ſtatim ſequi Ca- a put 8. Quem numerum hîc quoque errore correcto, retinere malui, ne diſconueniat authenticum b *l.43 pr. de R.I. c.* b *melius pluribus* 20. *de R.I. in 6.* † *Quintilia. lib.4. Inſtit.c.3.* Recuſatio, ait, quoque plures interim propoſitiones habet: Vt contra petitionem pecuniæ: Male petiſti procuratori eatenus tibi eſſe non licuit; ſed neque illi cuius nomine litigas habere procuratorem. Sed neque eſt heres eius à quo accepiſſe mutuam dicor; nec ipſi debui: *Vid.P. Fab. ad d.l.43. Menoch.2.præſumt.42. Zaſ. ad l.5. & 8. h.t. Couar.1.var.reſol.2. n.2.& 3. Gail.1.de pa.publ.17.num.21. Speckham.cent. nicol. q.2. Zang.p.3.c. vlt. num.336. & ſeqq.* Neque ita ſolùm ius eſſe Dd. noſtri volunt, ſi diuerſæ except. vna veræ eſſe iure poſſint, vt in relato exemplo Quintiliani. Sed & ſi contrariæ. Veluti ſi petenti fundum obiiciat reus primò præſcriptionem, deinde fundum ſuum eſſe ex priuilegio Cæſaris *Zaſ. ad d.l.8.n.1.* Quod haud dubiè obtinere docet cum ſub conditione & diſiunctim proponuntur, veluti: Nego me mutuũ acceppiſſe, & ſi accepi dico me ſoluiſſe, pactũ ne peteres &c. *Zaſ.ad d.l.8.n.4. Menoch.præſ.42.n.2. Speckh.d.loc.nu.2.* Nec tamen ita deduci omninò oportet (*vt Zaſ.d.loc. & Speckh.d. n.2.*) Sed & diuerſo tempore, quandoque proferri poſſunt *vt j. lit.D.* & quandoque coniungi. Vnde rectè *Menoch.d.nu.2.* eas *multò magis* ſub conditione rectè deduci: non dicit *ſolùm.* Sanè except.præcisè & in facto ſibi inuicem contrariæ non niſi abſurdè iungerentur. Quis enim propiciis auribus Iudex audiet proferentem ſe eodem die & Lutetiæ ſoluiſſe & Veneriis ne à ſe peteretur pepigiſſe *Couar.d. reſol.1.nu.2. Menoch.d.loc.num.6. Speckhan.nu.8. per l.2.§.1. Quan. app. Fac.l.188. de R.I.l.14.C. de fi.inſtr.* Quin nec ſi diuerſo tempore, ſucceſſiuèita quis defendat, audietur, nec ſi diuerſis inſtantiis *Zang.d.loc.nu.338.* Cæterùm nil vetat eas defenſiones vel initio citra alternationem coniungere quæ vt iure contrariæ ſunt, in facto tamen, vt Dd. loquuntur compatibiles. Seu, quod aptiùs forſan dicetur, quæ ciuiliter quidem ſpectatæ, & vt cuique defenſioni ſua per leges conſtat natura, vnà plures non conſiſtunt, naturaliter tamen omnes veræ eſſe, & ex facto ita euenisſe poſſunt. Quo inſpecto verè non tam contrariæ quàm diuerſæ. Exemplis hæc planè reddam. Qui debuit 10. primò pactus eſt ne peterentur, poſtea delata conditione iurauit ſe non debere. Demũ conuentus iudicio abſolutus fuit. Huic, ſi denuò lite pulſetur, tres paratæ ſunt iure exceptiones: Pacti, iuriſiur. rei iudicatæ. Eædémque ſibi inuicem nullo modo nec in iure, nec in facto, ciuiliter aut naturaliter, aduerſæ: Aſt pone: Ex litteris obligatus ad 10. ſpe recipiendæ pecuniæ. ea non recepta, conditione delata iurauit ſe non debere, idem, vt abundantiùs ſibi proſpiceret, pactus eſt ne de 10. illis ageretur. Tres hic conuento intra biennium exceptiones: Non numeratæ pecuniæ, iuriſiur. & pacti, in facto omnes ſecum conſpirantes. Et priores quidem etiam omnimodo in iure. Quis enim ambigat tunc maximè verum iuſiur. iure eſſe, cum verè iuratum eſt. Poſterior quadantenus inconueniens, cum pactum non potuerit tollere naturalem obligationem quæ nulla ſubfuit. Apertiùs ita pone: Pupillus ſine tutoris auctoritate acceptam pecuniam perdidit. Idem pubes reddituis conuenit ne ſecum ageretur, Actum non eſt uſque quò dies eius actionis exiret. Eo lapſo agitur, Pupillus qui fuit, maior iam redditus, poteſt cõiunctim & inficiari debitum (neque enim initio iuuenis pubertate conualuit obligatio) & præſcriptiones pacti ac temporis obiicere. Quia etſi inficiatio pariter & exceptiones propoſitæ iure non conueniant; cum ſit-

cum superfluè pactus sit; cúmque actioni numquam natæ præscribi iure non potuerit; In facto tamen amicè conueniunt, nec fidem sibi inuicem derogant. Vnde & si expedire putet illa negatione (quam facti & intentionis except. interpp. appellitant) relictâ has exceptiones vel earum alteram, confugere poteſt. Confer not. s. *cap.* 1. *lit. D. sub fin.* Sic finge; Qui mutuo nunquam accepit, nec vlla act. obstrictus, importuna interpellatione commotus, veritus calumniosam litem & ne falsis probationibus obrueretur, extra iudicium 10. soluit, de *iisdem* demum pacto transegit. Litè posteà pulsatus triplici defensione se rectè tuetur. Inficiatione nuda, allegatione solutionis & exceptione pacti, seu transactionis. Quæ iure quidem contrariæ, cùm nec solutio vera sit nisi debiti, nec transactio de debito nullo vel soluto; Natura autem, & eo quod ex facto contigisse poteſt inspecto, non item. Quia euenire potuit, vt & naturaliter numerata sint 10. & verbis partium transactum. Liberumque est ei vnde petitur an vnà hæc proponere coniunctim velit. Nec probandi qui alternatim ita excipi necesse putant: Negotio mutuo dedisse, & si dederis vel constiterit te dedisse, dico me soluisse, pactum ne petereres post alios *Zas. ad l. 8. h. t. num. 4. Speckan. d. qu. 2. numer. 2.* Nisi, ait hic, coniunctim prolata alternatim accepta velit excipiens, quæ declaratio admittenda. † Ast immò quæ coniunctim suo sensu sibi probè constare possunt disiunctim interpretari nihil attinet. Sanè cui propositum est præter inficiationem aliis defensionibus vti, & (vt vulgariter loquar) præter intentionis exceptionem alias peremptorias obiicere, eius æstimationi consultius videtur, (præsertim cùm ceu ex facto proprio conuenitur, cuius probabilis non est ignorantia) si ita ex. g. se defendat: Nego me tibi 100. ex mutuo debere vel vnquam debuisse. Et si omninò debuissem (quod falsum est) tamen cum tu mecum transegeris, obligatio & debitum perempta essent. Item: Nego me tibi 10. ex vendito debere, & si omninò deberem, tamen cum tu mihi tantundem ex mutuo debeas, compensationis æquitas me securum redderet. Quomodò & in similibus cautiores patroni experiri solent. Tantum verò abest vt alternatio ac disiunctio hîc sit necessaria, vt si quis ad liquidum verba exigere velit, nec vnquam ei locum esse deprehendat. Quandoquidem intentionem Rei variantem & inconstantem reddit: Hæc enim verba: *Dico me non accepisse, & si accepi reddidi:* patiter assertionem continent & dubitationem, per naturam conditionis, & vim vocularum *si* quoties præterito perfecto iuncta. Illa autem: *Nego te mihi credidisse, & si credidisses tamen cum transegerim non amplius deberem.* Item ista: *Nego me* 10. *debere & si deberem compensatione tutus forem*, nihil varietatis habent. Quin affirmatio priorū verborum augetur in posteriobus. Nam vocula, *Si*, iuncta imperfecto vel plusquamperfecto nō dubiam (sicuti præsenti & præterito iuncta) reddit priorem orationis hypotheticæ partem, sed planè certam. Confer. *not. s. lib. 15. cap. 12. pag. 1298. & seq.* Enimuerò nolim in hoc rigidiùs agere cum Dd. nostris quorum honori parcendum duco. Qui in effectu, illa disiunctioue, velle videntur, probandum primum hic actori (quod crediderit ex. gr.) eo probato demum, nec aliàs, Reum ad probandum (solutionem, exceptionémve suam) tenèri: Verùm qui sentiunt coniungi citra alternationem except. has non posse, errore labuntur: Siue id ideo volunt, quod coniunctione secum pugnans reddatur intentio; quippe aliud iam cuicimus. Siue quod ita ad omnia probanda se adstringat excipiens, siue quacunque tandē ratione: Nam & ex pluribus except. vnam probare sufficit, & si eas præcedat inficiatio intentionis, illa priùs actori adstruenda. Quare etsi Reus ita se defendat: *Nego me mutuum accepisse, & præterea dico te mecum pactum ne petires me, ex conditione delatâ iurasse tibi nihil deberi, diē actionis exiisse, denique te mihi tantum quantum abs me iniquè petis, verè debere, vnde compensatio esset si quid omninò deberetur*, vbi mera coniunctio; nulli tamen probationi initio se adstringit, quin eam à se remouet *arg. l. 9. C. h. t.* Ac licet quædam harum defensionum priori iure aduersæ, & ita contrariæ videantur, possunt tamen ex facto omnia ita contingisse, vt veræ sint, sicut ostensum est. Pariter & hic: *Nego me tibi quidquam debere & præterea dico me solvisse*, nihil est quod coniunctam orationem repudiet. Poteſt enim & qui nihil debuit, naturaliter & de facto soluisse indebitum. Quod etsi in dubio probabile non sit *l. 25. de prob.* hic tamen non quid vero simile, aut verum sit, sed enim in progressu litis & disceptatione patefeit, sed quid, saltem natura, esse possit, spectatur, satisque est si impossibilitas & directa contrarietas, vbiū alter fallum esse necesse est, excluditur. Plane vtialiàs alias calumniosi mendacij pœnas *l. vl. de R. V. Non.* 18. *c. 10. vid. s. lib. 10. c. 3. lit. R. ibique not.* ita & qui intentionē actoris malitiosè negauit & conuictus except, quandoque amittere iniquum non est. Quomodo qui except. nō numer. pecuniæ obiecta actorem ad probationem compulit, non auditur si accepisse conuictus dicat se soluisse *Nou. 18. ca. 8. auth. contra C. de non num. p. c. Menoch. 2. pr. sf. 42. n. 8.* Et qui se fœcium negauit except. competētiæ amittit *l. 22. §. 1. de re iud.* Et quod hypothecaria conuentus dominiū vel possess. rei pignoratæ actori negauit & conuictus except. excussionis perdiderit ex Senatus Sabaudiæ decreto narrat, *A. Fab. C. suo h. t. defin. 32. Fac. s. vlt. in fi. Inst. de fideic. her add. Zanger. de Exc. p. 3. c. vlt. n. vlt. Speckhan. d. q. 2. nu. 9. Iac. Schult. obs. forensi 44.* Quocirca rationi iuris pariter & naturæ adeóque sanctitati iudiciorum conuenire puto, vt ne vnquam, siue eodem, siue diuerso tempore, vna aut alia instantia, coniuncta vel disiuncta, soluta vel separata oratione prolatæ verè contrariæ defensiones cuiusquam audiantur; Quæ nempe semetipsas refellunt, fidemque sibi inuicem derogant per *d. l. 188. de R. I. l. 14. C. de fi. instr.* Quæ nimirum vna nec natura & in facto veræ esse aut conciliari possunt; nec probabili opponentis ignorantia excusantur. Neq. hoc firmare multis attinet, cum ex naturæ principio cuiuis congenito, ducatur, Et dum mendacium admissum iudicio, etiam citra pugnantiam, iustè plectatur, maiori ratione ne admittatur cauendū & impediendum. Quæ eò tēdunt, vt moueamus ne cui incauto imponat nimis generale nostrorum dogma, qui securè docent, except. contrariis obiici posse. Et dum eas solùm excipiunt quas incompatibiles vocant, quarum exemplum antea attuli *vers. Quis enim aquus*, reliquis locum dant, iis etiam quæ si non ita directò, tamen non minus incompatibiles, nec magis conciliari possunt. Nec aliud præ se fert. *Menoch. vt not. j. lit. D.* Vnde iuxta eorum doctrinam admitti consequens tales defensiones: Nego te mihi cōmodasse librum & si commodasti recepisti. Nego me vnquam tecum contraxisse & si contraxi metu cōpulsus, dolo persuasus fui. Nego me possidere rem quam petis, & si possideo mea est, quam vsucepi. In his, inquam, & similibus infinitis, quoties is vnde petitur notitiam rei habet, non poteſt non carere labe mendacij. Proinde eas (cum illa notitia apparet, nec ignorantiæ locus) iudicio admittendas reor. Quippe varians hic nec secum conueniens oratio, quæ & asserit absolutè, priori parte, & fluctuat altera. Planè in exemplo superiùs relato: *Nego te metuo dedisse, & si dedisti solui*, etsi quoad vim verborum æquè fluctuatio (vnde cōmodiùs ita dici ostendi *& si dedisses, tamen quia solui, non debere amplius*) quoad sententiam tamen saluari facilè poteſt *si dixisti*, ponamus ita esse contentionis euitandæ gratia *solui*, id est, verè numerauí. Vtrumque enim esse poteſt: & vt non dederit actor mutuum, & vt ei solutum sit, naturaliter sc. indebitè. In istis verò modo relatis nec naturæ ratio nec contradictionis lex vnquam admittit, vt & commodatum non fuerit & exinde receptum. Vt & contractum non fuerit & metus, dolúsve contractui causam dederit. Vt & quis non possiderit rē & vsuceperit. Quare etsi in hisce altera orationis pars hypothetica, nulla tamen ratione conciliari priori poteſt. Nec effici vt vtraque pariter vera sit, sed propter coniunctionem prioris partis absolutæ necesse est alteram esse falsam. Enimuerò vbi ignorantia in defendente (veluti in herede plerumque, & interdum etiam in facto proprio) talis esse poteſt vt mendacio careat, iustè audietur eiusceмodi defensio, Neq; enim verba captare conuenit. Sed tunc vis verbum *nego* inflectetur, ac si diceret: *non puto*, quia mihi non constat, neque id credere conuenit, nisi probetur &c. Cautiorque oratio si dicat: *Non puto, Non credo.* Quomodo vsu obtinuit, vt ad positiones & articulos respondeatur de quo suo loco. Sic poteſt quandoque sine mendacio homicidij reus excipere: Nego me necasse & si necaui dico me animo defendēdi fecisse. Quid enim si verè se tueri necesse habuerit, iustè antè ambigat an necatus eo vulnere mortuus. Nunquam autem facile ita sine mendacio: Nego me vulnerasse & si vulneraui feci vt me defenderem. Sed de his ferè item nimia. c Quo- c modo *Zas. ad l. 8. h. t. n. 3. Menoc. 2. præs. 42. n. 2. 2. Hippol. à Collib. ad l. 41. & l. 43. de R. I. & Speckh. cent. 2. cl. 4. q. 2. n. 3.* Addit *Zas ex Tyno* quo in potestate actoris sit, qua actione experiatur. Vnde sibi imputet, si nō bonam elegerit. In rei potestate, non ita est: Sed quia hæc ratio non perpetua veriorem hanc censet Zas. Liberū est actori agere, non liberū reo defendere. Quare quia non tanta libertas defendendi in reo quanta lacessendi in actore, varia huic arma indulgentur. d d Quippe vnam probari satis est per *l. 13. C. de transf. Sich. ibid. n. 10. Striatic. obs. pact. c. 22. n. 51.* Et posse eas diuerso tempore, ac per interualla, separatim obiici sentiunt nostri *Speckhan.*

d. q. 2. n. 4. ac in diuersis instantiis *Meno. d. præs. 2. n. 4. Martinist. lib. 4. q. 23. n. 33.* & seqq. Quin imò *Zas. ad l. 5. h. t. n. 3. & 4.* docet: Etsi reus malitiosè dissuleris ac omiseris in primo iudicio, posse eum si succumbat, opponere in causâ appellationis. Sed tunc propter dolum condemnari eum in expensas omnes, licet in appellatione superior fiat per *c. exceptionem 12. extr. h. t. &* accedit *Speckhan. d. q. 2. n. 7.* vbi corruptè legitur, *priori*, pro *posteriori*. Sed hæc iuri & sententiæ Donell. non conueniunt in strictis iudiciis, vt *j. h. t. lit. G.* Vsuque iudiciorum vnà omnes proponendæ. † Non verò concoquere possum quod post alios *Hippol. à Collib. ad l. 43. pr. de R. I. & Menoch. à præsum. 2. num. 7.* docent ad proponendum contrarias except. reum admitti, non autem ad probandum, cùm contraria probare non possit, sed vnum falsum sit. Nam si ita pugnantes, vt vtraque simul nec in facto & naturaliter vera esse possit, nec ad proponendum admittendus reus, aliàs per occasionem iuris iniuria admitteretur, & coercendis malitiis constituta iudicia, e iisdem, vti & mendaciis, viam aperirent, vid. *not. S. lit. B. e Cuiac. 6. qq. Papi. ad l. 14. de Public. in rem.* In strictis autem iudiciis omissæ except. per Iudicem non supplentur, vid. f *not. S. c. 2. lit. L.* f Ita & *noster ad l. 8. & 9. C. h. t. n. 10.* his ipsis verbis *bonâ fide* admitti omnem defensionem. Et quod except. bon. fidei iudiciis insint, non aliud esse quàm quod non deducta initio in iudicium, tacitè tamen iudicio continentur, vt quandocunque allegari possint. Etsi verò *d. l. 8. & 9.* aliæque contestationem requirentes, generaliter conceptæ, adstricta tamen solùm iudicia pertinere, itaque accipiendas, nisi pro naturâ iudicij non sit necesse eas initio contestari. † Except. quomodo bonæ fidei iudiciis insint, & num exc. doli obiectæ ea vis vt iudicium bonæ fidei reddat, excutiam aliquando in tract. de bonâ & g malâ fide &c. g Rectè. Quod Don. noster hic & *l. lib. 24. c. 2. ac. ad. d. l. 8. & 9. C. h. t. itémque ad l. except. 19. C. de prob.* non leuibus & friuolis argumentis, vt sine iudicio iudicat *Bronch. 4. ass. 27.* sed firmiss. satis superque adstruit. Cui conuenit *Duar. ad t. C. de Probat. cap. 4. & in breui exagesi ad h. t. D. de Exc. Damhouder. praxi ciuili c. 120. num. 4. & 5. Wesenb. supplem. ad Speidain. l. h. t. numer. 9. Zang. de Exc. p. 3. cap. vlt. num. 25.* & seqq. *Bocer. classe 5. disp. 16. t. h. 79.* Certè vetus iudiciorum obseruatio, quà except. vnà formulis incluſæ, vt not. *S. c. 1. lit. K. & M.* aliud non admisit. Vnde *d. l. 2. C. Sent. rescind.* quæ & formularum nouatione antiquior, & ad edictum perpetuū se refert, alio modo, quàm hic *& l. d. lib. 24. cap. 2.* saluâ sententiâ exponi nequit. Nec puto re ipsâ dissentire *Cuiac. 9. obseru. 23. & 18. obs. 34.* dum docet: Peremptorias except. quia sunt de iudicio constituto finiendo, rémque ipsam ferunt, quandiu iudicium durat oponi posse. Idque naturæ congruere vt vbi quandóvecumque pulsamur, inregrum sit nobis nostras promere defensiones. Nam cum ipseque *Cuiac.* ali bi doceat except. actionum formulis à prætore additas, vt not. *S. cap. 1. lit. K. & M.* ni sibi, ipsi eum aduersari velis, necesse est *d. c. 34.* accipi de oppositione exceptionum antea contestatarum & de quibus vnà iudicium prius acceptum. Idque eius instituto, quo discrimen dilatoriarum & peremptoriarum edisserit, sufficere poteſt. Dilatoriæ enim nec si initio allegatæ, iudicio accepto denuo opponi regu- h lariter possunt, vt cap. *seq. lit. Dd.* h Enimuerò hæc contraria iam relatæ, sententia, quæ his except. in quacunque iudicij parte, ante sententiam & conclusionem causſæ, locum facit, crebrioribus interpp. & prægmaticorum suffragiis probata vsu iudiciorum inuoluit *Zas. in l. 2. §. vlt. iunct. l. seq. h. t. num. 5. Maranta. Speculo aureo p. 6. membro 9. num. 12. & n. 17. Ioan. Bapt. Asin. praxi iudic. §. 23. c. 4. Wurmser. lib. 1. obs. tit. 8. obs. 2. num. 4. & obs. 4. num. 6. Hartm. Hartm. tit. 9. obs. 1. Ioan. Monach. Pract. iudic. p. 5. §. 6. cap. 4. Bronch. 4. ass. 27. Ant. Fab. 25. err. prag. 3.* Quin immò sunt ex his qui nec proponi posse censent, ante litem contestatam quasi præposterè agat reus, *Wurmser. d. obs. 1. num. 2.* Quia, ait, oportet partes priùs ingredi iudicium, quàm deueniant ad conflictum; Sicuti in bello non priùs pugnari poteſt, quam vtraque pars ingrediatur campum, *& Coler. ad c. cum venerabilis 6. ext. h. t. n. 62.* Qui tamen ne in eo & aliis Dd. *Maranta d. num. 9. &* manifesto iuri *l. 8. & 9. C. h. t.* ac simil. obloquantur, (cum immò & aliquando per obiectum peremtoriæ fiat litis contestatio, *Wurmser. d. tit. 8. obs. 4. num. 1.* scitè *Iac. Schult. obs. forens. 74. num. 7.* & seqq.) exaudiendi quoad probationem. Vt scilicet reus obiectâ peremtoriâ eâ, quæ non est litis finitæ, non audiatur si probare velit priusquam iudicium accipiat, & ita litis contestationem impedire, vid. *not. I. lit. seq.* Quomodo & ipse *Wurmser.* se explicat *d.*

tit. 8. obs. 5. num. 1. sicuti quoque accipiendum quod *Rolant. de Commissar. p. 4. lib. 8. cap. 6. nu. 5.* scribit rarissimè Peremptorias in Camera ante litis contestationem admitti, scilicet vt statim earum discussio fiat. *Mynsing. 1. obs. 24.* Planè *Zas. d. num. 5.* monet cautos aduocatos mox post iudicium acceptum petere posse, vt aduersario statuantur termini opponendas quæcumque exceptiones, quibus lapsis non audiantur, & *Blarer. ad l. diffamari c. 6. num. 18.* Quod dilatoriis quidem nominatim cautum est *in cap. pastoralis 4. extr. h. t. & Nou. Elect. Sax. 3. p. 1. vt. 1. seq. lit. Cc.* Sed Ordinatione Cameræ Imperialis *p. 3. tit. 13. §. vlt. & tit. 24. & tit. 27.* idem de Peremptoriis, nec iis solùm quæ in vim dilatoriarum obiici soler, sed & aliis, *d. tit. 27.* statutum, vt nempe omnes vno termino simul & coniunctim proponantur, vel saltem priusquam prima dilatio ad probandum detur actori. Nisi post terminum compotere cœperit vel ante per ignorantiam omiserit, idque iureiur. testatum faciat *d. c. pastoralis 4. d. tit. 27. in fi. vid. Mynsi. 5. obs. 89. Ott. Meland. Com. Camer. p. 7. f. 125. ac seq. Speckh. cent. 2. cl. 4. q. 2. num. 5. & 6.* exactè *Ioan. Pels Processi. iud. tit. 35. num. 7. & seqq.* ita & noster ad *l. 19. i C. de prob. num. 19.* & seqq. *Zang. p. 3. c. vlt. num. 32.* Itaque cum de tempore quo hæ exceptiones probandæ quæritur, hæc iure distinctio est: Aut reus de intentione actoris confessus exc. obiecit, & statim ea probanda. Aut eâ (intentione) negatâ, & non priùs probanda, quam actor intentionem impleuerit *l. 9. C. h. t.* Interim autem omissa, id est, dilata, posita ante sententiam quandoque opponi, id est, repeti ac disceptari poteſt, Don. *ad d. l. 8. & 9. C. h. num. 4.* Confer *Zang. p. 2. c. vlt. num. 142. & seqq.* Longè alia vulgaris vsuque iudiciorum probata distinctio; quà duplex eas opponendi ratio statuitur, 1. In vim dilatoriarum, aut declinatoriarum, vbi impediunt litis contestationem & ingressum iudicij. 2. In vim Peremptoriarum eùm merita causſæ respiciunt. *Maranta p. 6. membr. 9. num. 13. & seqq. Wurmser. tit. 8. obs. 3. & 4. Hart. Hartmannē tit. 9. observ. 1. Asin. praxi iudic. §. 13. cap. 3. & c. 9. Cbil. Golastein Processi. p. 2. c. 36. Obrecht. de lit. contest. cap. 9. num. 6.* & seqq. &c. Vnde ex peremptoriis alias vocant litis finitæ, & priuilegiatas, itémque anomalas ac mixtas, quas vtroque modo, & ante litem contestatam ad iudicium declinandum, & post eam ad merita causſæ obiicere licet. In quo ipso tamen non vsquequaque conueniunt, etsi non tam in effectu dissentire, quàm verbis videantur. Ex quibus vt quædam, quia haut vulgaris vsus sunt, delibemus, statuenda primò est regula: Except. Peremtoriæ obiectæ non impediunt litis contestationem, nec per illa declinat reus iudicium, sed eo accepto demum discutiuntur & cognoscuntur *c. super quæstionum 27. de off. deleg. cap. 1. de lit. cont. in 6. Ord. Cam. p. 3. f. 27. §. 1.* Nam cum negocium principale & merita causſæ respiciant, ante iudicium deceptum, lite principali nondum natâ, discepari nequeunt, *Gail. l. obser. 74. num. 13. & obs. 119 num. 9. & 2. obs. 17. num. 1.* Vnde tali except. obiectâ litis contestatio iniungitur, saluâ & reseruatâ eius examinatione post iudicium acceptum, *Mynsi. 1. obs. 24.* Regulæ istius seqq. statuuntur limitationes. Nisi notoria sit, per *cap. quoniam 10. de fil. presbyt.* & quia in notoriis iuris ordo non curatur, nec euidenti actoris malitiæ indulgentiam, vt alium molestiis litis implicet, *Boner. sing. 52. num. 9. Hartman. d. obs. 1. num. 13. & seqq. Coler. de Proceſſ. p. 4. cap. 1. num. 48. & num. 162. Fac. L. 1. §. vlt. ad SC. Tertull.* Quæ autem notoria dicatur, vid. *Ioan. Meichsner. tomo 3. decis. Camer. 13. num. 27. & num. 56. & num. 94. Coler. de proceſſ. p. 4. cap. 1. num. 102.* tale esse censet etiam quæ per aliud instrumentum probatur; quæ tamen ad speciem seq. referenda. 2. Nisi non modò non requirat altiorem quæstionem, sed & planè liquida sit, vt statim vnà dum obiicitur doceri possit, *Hartman. d. loc. num. 2.* (etsi non sit notoria *ibid. num. 8.*) vel incontinenti post, *Menoch. arb. casu 19. Iannin. lib. 2. de Citat. reali cap. 1. num. 82. & 85. & num. 99.* Quæ illæ, vid. *Menoch. d. loc. & recup. poss. remed. 1. num. 160. Coler. de Proceſſ. p. 4. cap. 2. Maranta d. loc. numer. 16.* (scribens ad hoc in Regno Siciliæ 5. solùm dies indulgeri) nouissimè *Iac. Schult. obs. forensi 29. num. 1. &* 8. seqq. Neque hæc à veritate theorica valdè dissidere puto. Veriſſ. enim reor, quod *Host. ad* §. 3. *& §. 5. I. h. tit.* docet iis casibus, quibus ex. gr. pactum factum esse, vel iudicatum constaret, maximè confessiones aduersarij except. non necessariam fuisse (ita nimirùm vt formulæ includeretur à prætore & iudicium constitueretur) sed nec actionem datam fuisse à prætore. Nam in except. quæritur, dèque eo iudici dato cognoscendum erat, an pactum factum sit nécne, vtrum iudicatum sit nécne. Alioquī

ſtultus Prætor, eiuſdem rei iudicium iterum conſtituens, etſi cum exceptione: tum quod actum ageret, tum quod ridiculè quæri iuberet de eo quod ſibi conſtaret, quódque inter litigatores confeſſum, *Hot. ad d.* §. 5. Quò facit quod *Cic. Orat. pro L. Flacco.* Præſides de rebus iudicaris *denegare* actiones conſueuiſſe. Et quod aliqua inter hæc differt: Actionem ipſo iure non competere & non dari vel denegari à Prætore, *A. Fab. ad l.* 4. *Qui ſat. cog. Fortun. Garcia ad l.* 7. §. 7. *de pact. numer.* 35. & ſeqq. Denique facit *l.* 3. §. 13. *ad exhib.* & confirmat *arg. eor. quæ j. lib.* 24. *cap.* 15. *initio, vbi vid. not.* 3. Niſi peremptoria ea pariter ſit intentionis, concludens ius agendi non competere actori, *Gail. 2. obſerv.* 17. *numer.* 2. & 3. *Hartm. d. obſerv.* 1. *num.* 6. & 7. *Wurmſer. tit.* 8. *obſerv.* 3. De quo vid. *not. j. lib.* 24. *cap.* 2. 4. Niſi ſit exceptio litis finitæ. Huiuſmodi tres præcipuæ: Tranſactionis, Rei iudicatæ, & Iuriſiurandi, quæ in *cap.* 1. *de lit. conteſt. in* 6. & facit *l.* 10. *l.* 16. *C. de tranſ. l.* 56. *de re ind. &c. Obrecht. de lit. conteſt. cap.* 9. *num.* 6. & ſeqq. *Aſin. praxi indic.* §. 13. *cap.* 3. *numer.* 2. & Dd. vulgò. Quas peremptorias priuilegiatas [quidam vocant, quæ naturam præiudicialiũ habeant & ad proceſſum opponantur, *Hartm. d. obſerv.* 1. *num.* 3. *Coler. de Proceſſ. p.* 4. *cap.* 1. *numer.* 151. Quæ non concernunt obligationem, ſed contra negocium principale perimunt actionem, *Chil. Goldſtein Proceſſ. parte* 2. *cap.* 36. Neque enim hîc merita cauſſæ excutiuntur, nec exquiritur an iuſtè iudicatum, verè iuratum, ex æquo tranſactum ſit, ſed an iudicatum &c. quoquo modo; ne ſemel ſopita reſuſcirentur, indéque lites inexplicabiles reddantur, *l.* 6. *de exc. rei iud. Obrecht. de lit. conteſt. cap.* 9. *num.* 6. & 7. *Hartm. d. loc. num.* 4. & 5. Atque his equidem affinis exceptio præſcriptionis; quæ litis finitæ ſtatuitur, per *l. vlt. pro ſuo l.* 9. *C. de præſ. long. temp. lib.* 1. *§. vlt. in fin. ad SC. Tertul. Coler p.* 4. *cap.* 1. *numer.* 136. *Marantæ p.* 6. *memb.* 9. *numer.* 12. *Wurmſer. tit.* 8. *obſ.* 4. *num.* 2. & alij paſſim *add. not. S. cap.* 2. *lit.* E. Vti & exceptio pacti de non petendo, *Foller. addit. ad Marant. d. membr.* 9. *numer.* 50. Et generaliter litis finitæ dici, quæcunque agentem ſine actione experiri dictat, tradit *Wurmſer. t.* 8. *obſerv.* 4. *numer.* 2. & de communi opinione teſtatur *Coler. p.* 4. *cap.* 1. *numer.* 156. & per quam apparet act. ipſo iure ſublatam eſſe poſt alios *Iac. Schult. obſ. forenſi* 7. *numer.* 17. Vnde ſolutionis, acceptilationis, confeſſionis, renunciationis litis motæ, excepit, huc refert. *Foller. d. loc. num.* 46. & 3. ſeqq. & *Coler. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 153. Vt & pretij non ſoluti, vel non ſecuti implementi, *ibid. numer.* 51. vid. not. *cap. præced. lit. T.* Et alios plures recenſet *Aſin. Praxi* §. 13. *cap.* 9. † Enimverò nimis generalis hæc doctrina & ipſi appellationi non conuenit. Quî enim (vt in quibuſdam exemplis) lis dicetur finita, vbi nulla necdum nata? Ac verba pariter & mens Pontif. Innoc. 3. *in d. cap.* 1. *de lit. cont. in* 6. conuincunt, quod præter tres ſuperiores nulla alia litis conteſtationem impediat ac retardet. In quibus & rario peculiaris, quod earum trium excepti. probatio faciliores plerumque expedirus habeat, cum de ſententiâ ex actis publicis apparere poſſit, tranſactio item & iuſiur. vulgò ad acta referri ſoleant, vid. *Coler. ad cap. cum venerabilis* 6. *ext. h. t. num.* 71. & *de Proceſſ. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 159. Et Præterea Pontifex motus videtur ratione, quæ in *l.* 6. *de exc. rei iud.* aliis defenſionibus non ita congruenti. Planè vbi in continenti probari poſſunt reliquæ excepr. quas Dd. etiam litis finitæ appellant, quin à limine iudicij arceant ambigendum non eſt. Sed non id inde, quia litis finitæ ſunt, ſed quia in continenti &c. quod commune eſt omnibus peremptoriis, per antè dicta *Limit.* 2. *Niſi non modo &c.* Quoad illas autem tres, quæ in *d. cap.* 1. verius videtur iure Pontificio, & ex mente Innoc. 3. etſi paulò pleniorem diſquiſitionem exigant nec minus tamen eas litis conteſtationem remorari poſſe. Nec prius iſtam reo iniungi, quàm Iudex de exceptione cognouerit, eámque interlocutione ſuâ reiecerit. Notanda enim in *d. cap.* 1. vis verbi *retardet.* Quæ arguit ſi de re iudicata, tranſacta, vel iureiur. dicta excipiatur poſſe, non modo impediri litis conteſt. vbi probatio liquida & manifeſta exceptionis iuſtitia, ſed & *retardari*, vbi minus expeditum, ſed dubium & diſcuſſionis indigum ius defendentis. Et confirmari hæc poſſunt arg. *l.* 3. §. 13. *ad exhib.* A crebriori tamen & probatiori opinione aliâ Iudici vix recedend. erit, arg. *l.* 37. *de ll. & ſimil.* Quâ & plures exceptiones litis finitæ ſtatuuntur, & illis omnibus duplex opponendi modus tribuitur. Et prior quidem ad proceſſus curſum inhibendum, ac ſiſtendum, in vim dilatoriarum, vt dicunt, non niſi ante litem conteſtatam (niſi poſt competere cœperint, *Wurmſer. tit.* 8. *obſ.* 4. *num.* 21.) non aliter quàm ſi altiorem indaginem non requirant, *Marantæ p.* 6. *memb.* 9. *n.* 14. *Alb. Galaott. Margaritæ aureæ c.* 14. *num.* 5. *Stiat. obſ. pract. cap.* 4. & Dd. paſſim. Tunc autem ſi initio obiectæ ante omnia diſcutiendæ & de earum iure pronunciandum, nec Iudex earum cognitionem reſeruare poteſt, nec procedere ad vlteriora, etſi ſubiiciat: *ne quid præiudicij excepti. fiat.* Ne litis moleſtiæ intricetur reus & expenſis inanibus oneretur, *Stiat. d. cap.* 4. *Ant. Fab. C. ſuo h. t. definit.* 5. Quod ſi requirant, iis in præſens omiſſis, Iudex reum iudicium accipere coget, cauendo tamen, ne quid præiudicij exceptionibus fiat, ſed vt eaſdem reus poſt litem conteſt. repetere & in vim peremptoriarum opponere valeat, *Marantæ d. numer.* 14. *Stiat. d. cap.* 4. *Wurmſer. tit.* 8. *obſ.* 2. *numer.* 2. *Hartm. tit.* 9. *obſ.* 1. *num.* 8. & *num.* 12. *Moller. ad Nou. Elect. Sax.* 3. *p.* 1. *num.* 4. & *num.* 11. *Coler. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 156. *Meland. Comm. Camer. p.* 2. *f.* 371. *Gail.* 1. *de pa. publ.* 11. *num.* 19. *Iac. Schult. obſ. forens.* 7. *numer.* 26. Cuius reſcrationis memorabilis vis, vt in proceſſu litis poſtea probata exceptio, omnia prius acta pro infectis haberi efficiat, *Maranta d. loc. num.* 15. poſt plures citatos, *Aſin. Praxi* §. 18. *cap.* 5. *Noah. Meurer. Proceſſ. Camere p.* 9. *num.* 4. *Weſenb. ad Sneidwin. Inſt. h. t. num.* 9. *Moller. ad d. Nou* 3. *num.* 5. Altioris diſquiſionis exceptio quæ habenda difficilis eſt definitio. Cúmque ſit magis facti, quam iuris, certâ lege, aut regulâ (etſi quidam id tentent citari ab *Aſin. d.* §. 18. *cap.* 4.) decidi nequit, arg. *l.* 32. *pr. de Vſur.* ſed Iudici ex re definiendum, vid. *Menoch. arb. caſu* 20. *Aſin. de cap.* 4. *Io. Meichſner tomo.* 3. *dec. Cam.* 13. *num.* 69. & *deciſ.* 14. *num.* 105. & *deciſ.* 16. *num.* 28. Sanè eorum doctrina qui altioris indaginis eſſe ſcribunt, quæ ſtatim probari non poteſt, *Orpheus Caracciolus addit. ad Nicol. Carbon. practicæ lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. quæ liquida non eſt nec facilè liquidari poteſt, *Maranta d. loc. numer.* 16. cum grano ſalis accipienda, ne quem decipiat. Neque enim quæcunque in continenti probari nequit altioris indaginis habenda *vti hæc opponit Maranta d. loc.* aliàs *vt recte Felin. ref. Hart. d. obſerv.* 1. *num.* 10. nulla eſſet exceptio litis finitæ, cui peculiare ius præ aliis, ſed hoc tantùm ſpectaretur, num probatio peremptoriæ in continenti expediri poſſet. Sed nec quæ breuiori tempore expediri poteſt actionis diſquiſitionis eſt, ſed immò idem effectus impediendi litis iugreſſum, cum ad eam probandam modica dilatio petitur, *Hart. d. obſerv.* 1. *numer.* 12. Veluti ſi, vbi poſt litem conteſtatam probationi præſtitueretur menſis vnus, aut alter, hîc aſſignentur 10. aut 15. dies, vt poſt *Caſtr. in lib.* 9. *de iurec. & Modeſt. Piſt. Moller. ad d. Non. Sax.* 3. *iur.* 12. Etſi & ibid. confundat illa: in continenti, & intra hunc terminum aſſignatum. Scitum denique quod *Hart. Piſt. lib.* 4. *q.* 10. *num.* 21. prodidit, Non quamlibet iuris quæſtionem hoc efficere, ſed quæ ob rationum & opinionum conflictum, factique qualitates non ſatis exploratas difficilem diludicationem habet. Non ſi aperris & inſpectis libris facilè definiri poteſt. Salſumque quod ſubdit *num.* 31. Quando in Conſiſtorio Principis lis agitatur, nulla iuris quæſtio tam ardua, quæ altioris indaginis cenſeatur, ob Senatorum ſpectatam iuriſperitiam. Poſtremò notandum hîc duco quod à noſtris non dico ignoratum, ſed tradi neglectum miror, priori huic modo opponendi nunquam locum eſſe poſſe quam ſi de intentione actoris conſiterur reus, vel ſaltem eius probationem non exigit, ſed contra in ſe vltrò recipit, vt *lib.* 14. *de Probat.* Pone: Qui grege ante petito victus poſtea corpus ex grege vindicat. Is vnde petitur ſi neget rem actoris eſſe & præterea præſcriptione iudicati, iuxta *l.* 31. §. 1. *de exc. rei iud.* ſe tueatur, iutis ordo eſt, vt prius actor probet. Quin ipsâ inſiciatione lis conteſtata fuit. Vnde ſi hîc ipſam litem derrectare velit, ne iudicium accipiat, ita, e.g. proponere poteſt: Etſi ſatis mihi conſter rem tuam non eſſe, tamen quia iam ante iudicatum eſt gregem totum &c. tuum non eſſe, dico lites ſopitas non reſuſcitari, te autem à limine iudicij repelli debere: Item: Securus ſanè ſum te probationem mutuatorum 10. quæ nunquam accepi, nullam habere. Attamen quia hoc inſtrumento, quod exhibeo, confeſtim iudici liquebit, de iiſdem 10. iam antea nos tranſegiſſe, illuc confugere nihil attinet. Quin potiùs dico te, quòd nullo iure, deciſa iam retractare ſatagis, ab ingreſſu litis arcendũ, &c. Satis de priori modo. Poſterior ad merita cauſſæ & ad elidendum ius agentis, in vim peremptoriarum, vt dicunt *Aſin.* §. 13. *cap.* 3. *num.* 5. *Maranta d. loc. num.* 13. & Dd. paſſim cum poſt litem conteſtatam antea omiſſæ, niſi poſt iudicium acceptum competere cœperint, vt s. vel ante litem conteſt. quidem, ſed vt poſt probetur, *Wurmſer. tit.* 8. *obſerv.* 5. *num.* 1. vbi ſi initio obiecta exceptio litis finitæ, ex formâ proponendi dignoſci vult idẽ *Wurmſer. d. t.* 8. *obſ.* 3. *n.* 3. & 4. *obſ.* 4. *n.* 4. & *ſeqq. ac obſ.* 5. *n.* 2. vtrum ad proceſſũ oppoſita ſit, vt ingreſſum iudicij impediat: veluti: Tibi non competit actio, quia perempta eſt præſcriptione, tranſactione, &c. Tua non intereſt, &c. Peto ne procedas, Iudex. En inſtrumentum ſolutionis. An verò ad merita cauſſæ & vt abſoluatur reus: veluti: Pero me abſolui, quia præſcripſi; actio eſt perempta, ſolui, ſatisfeci. &c. *add. Mon. Pract. p.* 5. *§. 6. cap.* 4. *num.* 8. & confer *Iac. Schult. obſ. forenſi* 26. *num.* 14. & *ſeqq.* Vbi notabile eſt, 1. quod hîc demum definitiua ferri poſſit, *Aſin. d. numer.* 5. *Marantæ d. numer.* 13. & priori caſu ſolùm ab obſeruatione iudicij abſoluatur reus, non à petitione actoris & cauſsâ, *Wurmſer. d. obſerv.* 4. *numer.* 4. & *obſerv.* 5. *num.* 5. quia, ait, lite non conteſtatâ, non poteſt ita abſolui per *l.* 4. *C. de ſent. & interl.* Tamerſi verò nouiſſimè contrarium firmare nitatur *Iac. Schult. obſ. forenſi* 7. *num.* 28. & ſeqq. quaſi ab inſtitutâ actione hac abſoluatur reus, allegans *Coler. ad cap. cum venerabilis* 6. *ext. h. t. num.* 40. tamen in Curia Lipienſi cum quis peterer ſe definitiuè abſolui oppoſita exceptione tali priuilegiatâ in vim dilatoriæ, petitionem, ceu ineptam reiectam fuiſſe atteſtatur reconditæ doctrinæ & præcellentis iudicij, ac vſus Iuriſconſultus quidam in obſeruationibus ſuis manuſcriptis. Rationem iuris veteris ſi conſulimus, neutra hoc caſu abſolutio conuenit, ſed denegatio actionis. Confer *S. pag.* 947. *¥. Neque hæc à veritate.* 2. Notabile. Quod eadem exceptio initio oppoſita in vim declinatoriæ, etſi iudex contra eam pronunciauerit, ſcilicet eſſe procedendum in cauſsâ, & litem conteſtandam, poſſit denuo obiici in vim peremptoriæ, quà vires negocij reſpicit, quia tunc tendit ad alium finem poſt alios *Bouer. ſing.* 52. *num.* 7. *Sich. ad l.* 10. *C. de tranſ. num.* 5. Quod intellige, etſi Iudex eam non reſeruauerit; aliàs enim nullum dubium (Sed hîc effectus is reſeruationis de quo ſuperiùs ceſſabit.) Quod de excepr. iuriſiur. tacitè vel expreſsè ante reiectâ tradit *Mynſ. 4. obſerv.* 14. excipiens, niſi iudex antea plenè de eâ cognouerit. 3. Valdè notabile quod *Aſin. Praxi iud.* §. 13. *cap.* 6. *num.* 7. & 8. ex plurium ſententiâ docet, quando reus lite conteſtatâ excepr. rei iudicatæ non opponit, ſed poſtea ad merita & deductionem ſui iuris ſententiam allegat, nouæ liti acquieſſe eum cenſeri. Iudicemque de iuſtitiâ ſententiæ, & ſi probationes aduerſarij firmiores, contra ſententiam pronunciare poſſe ac debere per *lib. duob.* 19. *de exc. rei iud. ibique not.* Itémque quando de æquitate ſententiæ diſceptari paſſus reus, & deinde exc. rei iudic. obiicit. Et hæc mo- k do ſufficiant. k *cap. inter monaſter.* 20. *cap. ſuborta* 21. *extr. de reiud.* Quia ſi exceptio eſt excluſio actionis, non erit excluſio ſententiæ. *Zaſ. ad lib.* 2. *h.t. num.* 16. Et quia ex noua cauſsâ iudicati obligatio nata actori *lib.* 16. *§. 6. de pig. Padilla ad lib.* 1. *C. de Iur. & fac. ig. numer.* 1. *Aſin. pluribus citatis §.* 13. *cap.* 4. *Iac. Omphal. lib.* 2. *de uſurpat. ll. num.* 13. & *relati lit. ſeq.* Quæ excepr. priori omiſſæ iudicio, in 1 appellatione admittantur vid. *Aſin. d.* §. 13. *c.* 2. *limit.* 4. & 5. & *Hart. Piſt. lib.* 4. *q.* 23. & dicetur forſan ſuo loco l Enimverò pluribus caſibus Dd. noſtri exceptionibus poſt ſententiam & in exſecutione iudicati locum tribuunt, de quibus *Zaſ. ad lib.* 2. *h. t. num.* 16. & ſeqq. *Mavant. p.* 6. *membr.* 9. *num* 18. *Gail.* 1. *obſerv.* 113. *num.* 5. & *ſeq. Nic. Valla de reb. dub. tr.* 16. *A. Fab. C. ſuo h. t. defin.* 2. *Padilla ad l.* 1. *C. de Iur. & fac. ig. Trentac.* 2. *pract. reſ. tit. de Exc. reſ.* 1. *Confer Parlad.* 2. *rer. quotid. cap. fin. p.* 5. *§.* 11. & *Coler. de Proceſſ. excec. p.* 4. *cap.* 1. *paſſim.* (qui poſteriores de excepr. contra exſecutionem ex vi inſtrumenti vel ſtaturi, opponendis tractant.) Qui quoniam in hoc coniunctim de dilatoriis & peremptoriis tractant, harúmque loco etiam intentionis exc. habent, eorum veſtigiis inſiſtendo præcipua dilibabimus; tum quia præclari vſus, tum quia in reliquis huius capitis curiosè exquiſitis eſſe libuit. (Vbique non licebit, ne in nimiam hæc molem excreſcant.) In quo hic forſan ordo non inconcinnus: & is quidem totus noſter, nec à quoquàm, vel partium ratione, acceptus. Vt ſic opponi queant facit aut priuilegium perſonæ: Et vel ipſo iure, *vt lib.* 1. *C. de iur. & fac. ig.* Si miles armatæ militię, quæ excluditur inermis, tam togata, quam cœleſtis quæ dicitur. Quæ hoc priuilegio nec aduocati & ſimiles, (in quibus & iuris ignorantia opprobrio eſt) *Duar. ad d. l.* 1. & *Coraſ. numer.* 9. & 10. & *Padilla numer.* 10. *Trenta. d. reſ.* 1. *numer.* 45. nec etiam clerici gaudent, *Trentac. d. num.* 45. ſic omnes, tribus exceptis, concludere ſcribens *Coraſ. d. numer.* 10. & *Padilla n.* 7. vbi tamen & contrariam communem dici teſtatur. Gaudent autem milites quoque noſtri hi dieque, ſi exercitiis bellicis vacant, vid *Padilla ad d. l.* 1. *num.* 12. *Trentac. d. reſol.* 1. *num.* 49. *arg. not. S. lib.* 6. *c. vlt. lit.* N. cauſſam ſiſtam. Non ſi alienam, vt Procurator, non in rem ſuam datus; quid enim ſi nemo eum repulit, *Coraſ. num.* 7. *Trenta. numer.* 41. *Padilla numer.* 25. Non item ſi per Procuratorem cauſſa militis acta, *Padilla d. loc. & Trentacinq. num.* 42. Quod ita forſan declarandum, ſi à Procuratore ſuum conſequi miles poſſit. agens, id eſt, tractans, defendens, *Coraſ. numer.* 7. ſiue reus fuerit, ſiue actor, contra quam *gl. Fulgoſ. & Iaſ. in d. l.* 1. Quia & verba *ageres & allegationes d. l.* 1. vtrique conueniunt, & ratio deciſionis communis, & replicatio exceptio actoris eſt, qua ſe tuetur & defendit, *Padilla nu.* 6. *Trentac. d. reſ.* 1. *n.* 44. Quod ita obtinebit, non ſi miles actor fuerit condemnatus, & conueniatur, vt *Trentac. ibid.* Id enim nullo modo, ſaltem non facilè, continget. Sed ſi aduerſarius abſolutus militi denuò agenti rei iudic. excepr. opponat, miles replicatione huius priuilegij (ſi non ex verbis, aſt ſententia *d. l.* 1.) ſe tuebitur ignorantiâ iuris. Magis itaque facti, quæ probabilior, etſi aliis ex eâ cauſſa deciſa non inſtaureturl. 7. *C. de Iur. & fac. ig. Coraſ. numer.* 8. Non ſi certa ſcientia, *Trentac. d. lo. num.* 45. propter ſimpliciratem, non quamuis, ſed militiæ, id eſt, quæ ex tractatione armorum. Quare aliud in ruſticis, quibus ferè otium eſt conſulere peritiores *Coraſ. n.* 4. & 9. & vt non ſit aliquando, non tamen eis hoc priuilegiſi ipſo iure tributum. *Padilla n.* 24. vid. *Trentac. num.* 46. & *ſeq.* Aliud item in milite iuriſperito, deficiente inſcientiæ præſumptione, *Coraſ. n.* 9. *Trenta. n.* 45. idem ſtatuens ſi probetur conſuluiſſe aduocatos. Quod vix probandum, allegationes competentes omiſerit, ſiue in facto conſiſtant, ſiue in iure, *Coraſ. num.* 1. vt ſi Lex non allegata, *Trentac. num* 39. *Padilla num.* 5. *arg. l.* 36. *de min.* excipiens, niſi ſententia à Principe lata, arg. *l.* 19. §. 1. *eod.* Siue peremptoriæ ſint excepr. ſiue dilatoriæ, ſi eò tendant vt actionem & ſolutionem differant; ſecus ſi declinatoriæ fori & procuratoriæ; *ita Coraſ. num.* 13. & *ſeq. arg. l.* 29. §. 4. *D. Mand.* Aliter *Padilla num.* 58. negans exc. dilatorias militi poſt ſententiam. Si nondum ſatisfecit, vltrò, vel à Iudice iuſſus, *Coraſ. n.* 11. vt exſecutio excludat excepr. quam non excludit ſententia, norat *Padilla num.* 13. Iuſtè quem ambigi poteſt an non hoc caſu militi condicto indebiti. Vt ſi repetenti opponatur ex iudicato debitum ſolutum eſſe, miles replicet iudicatum iure ſe non tenuiſſe ob hoc priuilegium. Quò facit quod & qui excepr. Iudicis ſententiâ amiſit; ad eandem rem quandoque habeat actionem *l.* 18. *de Euict.* Cogita & confer *S. lib.* 14. *c.* 12. Magis tamen puto hîc reſtit. in integrum dari, de quo mox. Nec tantùm ſi ſoluit, ſed & ſi pignore aut quouis modo ſecurum actorem reddidit, *Coraſ. d. num.* 11. *per l.* 9. *de pig. act. & ſimil.* Item ſi, ad ſolutionem petiit dilationem, vt arg. à maiori ex *l. pen. C. de reiud. Padilla n.* 13. *Trentac de reſ.* 1. *num.* 43. defenſionibus ſuis quibuſcunque, vt dictum, ſi cœperit ex ſententiâ conueniri, id eſt, actione iudicati, *Coraſ. nu.* 12. vel ſi citetur ad exſecutionem, *Padilla num.* 14 vel denique ſi Iudex ſoluere iubeat poſt ſententiam, aut quouis modo exſequatur, verbo *conueniri* paulò latiùs accepto, eum vti Imp. permittit *d. l.* 1. Proindè ipſo iure citra reſtitutionem in integrum, vt rectè *Trentac. d. lo. n.* 38. *Padilla n.* 27. Non tantùm quia verbum *permitto*, d. l. 1. eſt præſentis temporis, vt *Padilla poſt Iaſ. n.* 9. Sed maximè, quia *d. l.* 1. conſtitutio generalis eſt, nouum ius indicens. Leges autem Principis ipſo iure tutos reddunt, cum & ipſum ius Prætorio opponatur. Diſſ. *Coraſ. ad d. l.* 1. *arg. l.* 1. & *t. t. C. de reſt. mil.* Sed ℞. 1. eo rit. non generales ll. ſed reſcripta ad certas ſpecies, de iure conſtituto, non conſtituendo. 2. Diſparratio: Ibi iure amiſſum recipit miles ope reſtitutionis. Hîc iure cauetur ne facultas excipiendi per ſententiam, militi, perinde ac aliis, adimatur. Tunc forſan reſtitutio militi ex cauſsâ exceptionis omiſſæ, cùm poſt ſententiam errore facti, neſciens quod excepr. habuerit qua exſecutionem impedire potuiſſet, ſoluit vel ſatisfecit. Vel ope reſtituriones in integrum. Si minor, vid. S. *lib.* 21. *cap.* 8. *lit. F.* & ibi citatos in not. Quod & ruſtico interpp. certis caſibus indulgent, ex iuſta ignorantia, *Padilla add. l.* 1. *C. de iur. & fact. ig. n.* 24. vid. *Trentac. d. reſol. 1. n.* 46. & *ſeq.* Quando autem hîc exſecutio non impediatur, vid. *not. S. lib.* 21. *cap. vlt. lit. D. Trentacinq. d. reſol.* 1 *num.* 18. Aut qualitas & condictio exceptionum. Quæ ſi poſt iudicatum ortæ, ſemper illis locus, *Padilla ad d. l.* 1. *n.* 45. *Trentac. d. reſol.* 1. *num.* 12. & *num.* 19. itemque ſi poſt concluſionem cauſſæ, *Aſin. Praxi* §. 13. *cap.* 5. *num* 3. Ratio cuidens. Hinc ſi 30. anni à die ſententiæ lapſi, præſcriptio exſecutioni obſtat, vt rectè *Aſin. Praxi* §. 31. *limitat.* 18. Item exceptio ordinis, ſi principalis poſt concluſionem cauſſa ſoluendo redditus, quã antea non erat. Vt & ſi ex naturâ iudicati, vt ſi ante quadrimeſtre indicæis indultũ exſecutio petatur, *Valla de reb.*

curator, non in rem ſuam datus; quid enim ſi nemo eum repulit, *Coraſ. num.* 7. *Trenta. numer.* 41. *Padilla numer.* 25. Non item ſi per Procuratorem cauſſa militis acta, *Padilla d. loc. & Trentacinq. num.* 42. Quod ita forſan declarandum, ſi à Procuratore ſuum conſequi miles poſſit. agens, id eſt, tractans, defendens, *Coraſ. numer.* 7. ſiue reus fuerit, ſiue actor, contra quam *gl. Fulgoſ. & Iaſ. in d. l.* 1. Quia & verba *ageres & allegationes d. l.* 1. vtrique conueniunt, & ratio deciſionis communis, & replicatio exceptio actoris eſt, qua ſe tuetur & defendit, *Padilla nu.* 6. *Trentac. d. reſ.* 1. *n.* 44. Quod ita obtinebit, non ſi miles actor fuerit condemnatus, & conueniatur, vt *Trentac. ibid.* Id enim nullo modo, ſaltem non facilè, continget. Sed ſi aduerſarius abſolutus militi denuò agenti rei iudic. excepr. opponat, miles replicatione huius priuilegij (ſi non ex verbis, aſt ſententia *d. l.* 1.) ſe tuebitur ignorantiâ iuris. Magis itaque facti, quæ probabilior, etſi aliis ex eâ cauſſa deciſa non inſtaureturl. 7. *C. de Iur. & fac. ig. Coraſ. numer.* 8. Non ſi certa ſcientia, *Trentac. d. lo. num.* 45. propter ſimpliciratem, non quamuis, ſed militiæ, id eſt, quæ ex tractatione armorum. Quare aliud in ruſticis, quibus ferè otium eſt conſulere peritiores *Coraſ. n.* 4. & 9. & vt non ſit aliquando, non tamen eis hoc priuilegiſi ipſo iure tributum. *Padilla n.* 24. vid. *Trentac. num.* 46. & *ſeq.* Aliud item in milite iuriſperito, deficiente inſcientiæ præſumptione, *Coraſ. n.* 9. *Trenta. n.* 45. idem ſtatuens ſi probetur conſuluiſſe aduocatos. Quod vix probandum, allegationes competentes omiſerit, ſiue in facto conſiſtant, ſiue in iure, *Coraſ. num.* 1. vt ſi Lex non allegata, *Trentac. num* 39. *Padilla num.* 5. *arg. l.* 36. *de min.* excipiens, niſi ſententia à Principe lata, arg. *l.* 19. §. 1. *eod.* Siue peremptoriæ ſint excepr. ſiue dilatoriæ, ſi eò tendant vt actionem & ſolutionem differant; ſecus ſi declinatoriæ fori & procuratoriæ; *ita Coraſ. num.* 13. & *ſeq. arg. l.* 29. §. 4. *D. Mand.* Aliter *Padilla num.* 58. negans exc. dilatorias militi poſt ſententiam. Si nondum ſatisfecit, vltrò, vel à Iudice iuſſus, *Coraſ. n.* 11. vt exſecutio excludat excepr. quam non excludit ſententia, norat *Padilla num.* 13. Iuſtè quem ambigi poteſt an non hoc caſu militi condicto indebiti. Vt ſi repetenti opponatur ex iudicato debitum ſolutum eſſe, miles replicet iudicatum iure ſe non tenuiſſe ob hoc priuilegium. Quò facit quod & qui excepr. Iudicis ſententiâ amiſit; ad eandem rem quandoque habeat actionem *l.* 18. *de Euict.* Cogita & confer *S. lib.* 14. *c.* 12. Magis tamen puto hîc reſtit. in integrum dari, de quo mox. Nec tantùm ſi ſoluit, ſed & ſi pignore aut quouis modo ſecurum actorem reddidit, *Coraſ. d. num.* 11. *per l.* 9. *de pig. act. & ſimil.* Item ſi, ad ſolutionem petiit dilationem, vt arg. à maiori ex *l. pen. C. de reiud. Padilla n.* 13. *Trentac de reſ.* 1. *num.* 43. defenſionibus ſuis quibuſcunque, vt dictum, ſi cœperit ex ſententiâ conueniri, id eſt, actione iudicati, *Coraſ. nu.* 12. vel ſi citetur ad exſecutionem, *Padilla num.* 14 vel denique ſi Iudex ſoluere iubeat poſt ſententiam, aut quouis modo exſequatur, verbo *conueniri* paulò latiùs accepto, eum vti Imp. permittit *d. l.* 1. Proindè ipſo iure citra reſtitutionem in integrum, vt rectè *Trentac. d. lo. n.* 38. *Padilla n.* 27. Non tantùm quia verbum *permitto*, d. l. 1. eſt præſentis temporis, vt *Padilla poſt Iaſ. n.* 9. Sed maximè, quia *d. l.* 1. conſtitutio generalis eſt, nouum ius indicens. Leges autem Principis ipſo iure tutos reddunt, cum & ipſum ius Prætorio opponatur. Diſſ. *Coraſ. ad d. l.* 1. *arg. l.* 1. & *t. t. C. de reſt. mil.* Sed ℞. 1. eo rit. non generales ll. ſed reſcripta ad certas ſpecies, de iure conſtituto, non conſtituendo. 2. Diſparratio: Ibi iure amiſſum recipit miles ope reſtitutionis. Hîc iure cauetur ne facultas excipiendi per ſententiam, militi, perinde ac aliis, adimatur. Tunc forſan reſtitutio militi ex cauſsâ exceptionis omiſſæ, cùm poſt ſententiam errore facti, neſciens quod excepr. habuerit qua exſecutionem impedire potuiſſet, ſoluit vel ſatisfecit. Vel ope reſtituriones in integrum. Si minor, vid. S. *lib.* 21. *cap.* 8. *lit. F.* & ibi citatos in not. Quod & ruſtico interpp. certis caſibus indulgent, ex iuſta ignorantia, *Padilla add. l.* 1. *C. de iur. & fact. ig. n.* 24. vid. *Trentac. d. reſol. 1. n.* 46. & *ſeq.* Quando autem hîc exſecutio non impediatur, vid. *not. S. lib.* 21. *cap. vlt. lit. D. Trentacinq. d. reſol.* 1 *num.* 18. Aut qualitas & condictio exceptionum. Quæ ſi poſt iudicatum ortæ, ſemper illis locus, *Padilla ad d. l.* 1. *n.* 45. *Trentac. d. reſol.* 1. *num.* 12. & *num.* 19. itemque ſi poſt concluſionem cauſſæ, *Aſin. Praxi* §. 13. *cap.* 5. *num* 3. Ratio cuidens. Hinc ſi 30. anni à die ſententiæ lapſi, præſcriptio exſecutioni obſtat, vt rectè *Aſin. Praxi* §. 31. *limitat.* 18. Item exceptio ordinis, ſi principalis poſt concluſionem cauſſa ſoluendo redditus, quã antea non erat. Vt & ſi ex naturâ iudicati, vt ſi ante quadrimeſtre indicæis indultũ exſecutio petatur, *Valla de reb.*

dub. tr. 16. num. 1. Coler. p. 4. cap. 1. num. 12. Sin ante ita: Si vel non impugnant iudicatum, aſt exſecutionem & vires ſententiæ inhibens, aut moderantur, ipſam non infirmant, *Maranta d. num.* 18- *Valla, d. tr. 16. num.* 1. *Padilla ad d. l. 1. nu.* 30. *Trentac. d. loc. num. 7. Aſin.* §. 13. *cap.* 5. *Gail.* 1. *obſ.* 113. *num.* 5. & 2. *obſ.* 17. *num.* 9. Quæ ſententiam iniquitatis non arguunt, ſed aliunde defenſionem condemnato adferunt, *Iac. Omphal. lib.* 5. *de Vſurpat. ll. cap.* 6. *num.* 13. cum vtrumque ſtare poteſt & quod iudicatum eſt, & quod in excep. deductum, *Ant. Fab. Cod. ſuo h. tit. defin.* 2. *num.* 3. Quæ ſcilicet aut iure exſtinctam obligationem fuiſſe arguunt. Vt exceptio Solutionis *Aſin. praxi iudic.* §. 31. *cap.* 2. *lim.* 15. *Zang. p.* 3. *cap. vltim. num.* 80. *Anton. Fab.* 25. *err. pragm.* 3. *pag.* 935. & *Cod. ſuo hoc tit. definit.* 2. quia, ait, hac allegatâ non labefactatur auctoritas ſententiæ, quâ deberi iudicatum, cum ſoluens ſe debuiſſe fateatur. Vbi hoc prodeſſe tamen ſententiam victori notat, quod reo probatio ſe indebitum ſoluiſſe adempta. Confer. in ſimili *Coler. parte* 4. *de Proceſſ. cap.* 1. *num.* 99. & *ſeqq. Parlad. S. d.* §. 11. *num.* 30. & *ſeqq.* Item Nouationis, *Aſin. d. cap.* 2. *lim.* 16. *Zang. d. loc. num.* 81. Compenſationis, *l.* 2. C. *de Compenſ. S. lib.* 16. *cap.* 15. *lit. Bb. Io. Petr. Surd. deciſ.* 191. *Trentac. de reſc.* 1. *num.* 16. *Padilla ad d. l.* 1. *num.* 38. *A. Fab. d. def.* 2. *Valla de reb. dub. tr.* 16. *num.* 1. *Gail.* 2. *obſerv.* 17. *num.* 10. & alterius cuiuſuis liberationisiure ipſo contingentis, *Zang. d. c. vlt. num.* 83. Nam nec hæ verè ſunt exceptiones, cum actionem non præſupponant, vid. not. S. *cap.* 1. *lit.* D. Nec alicuius virij infimulatur ſententia Iudicis qui liberationem non allegata, verè & iuſtè pronunciauit actori deberi. Non enim aliter hoc ius obtinet, quàm ſi earum mentio antea Iudici nulla facta. Secus ſi antea ſententiam obiectæ & reiectæ *Valla d. n.* 1 *Trentac. d. reſ.* 1. *num.* 18. *Zang. d. c. vlt. num.* 112. Non idem in veris except. liberationem patientibus, etiam iis quæ Dd. vulgò litis finitæ vſurpantur. Tametſi enim & hîc in nullo videri poſſit exiſtimatio Iudicis lædi, qui de intentione tantùm actoris cognouit & iudicauit, quam ita excipiendo reus differeri & ita ſententiam rectâ lædere non videtur. Multum tamen inter hæc intereſt: Quippe hæ exceptiones non ritè ſuo tempore obiectæ, nec vllæ fuiſſe, poſtquam iudicatum eſt, cenſentur. Neque tunc vllo ſenſu reus liberatus dici poteſt, cum liberari per exceptionem ſit facto ſuo & poſitione liberari *l.* 27. §. 2. *de pact. &c.* Et cùm non oppoſita ea quis condemnatus nulla liberatio ſupereſt. Quare cum & præſcriptio temporis vera exceptio ſit, eademque liberatoria *S. c.* 2. *lit.* E. nec eius idem in hoc ius quod ſuperiorum Solutionis &c. contra quam *Zang. d. c. vlt. num* 86. & alij. Aut non efficacem. Qualis ex perſonâ actoris exceptio vſurarij contractus, *Trentac. d. loc. n.* 21. *Padilla n.* 49. Excõmunicationis & proſcriptionis *Trentac. n.* 35. *Padilla n.* 46 &*ſeq.* Ex perſonâ rei Exc. Senatuſconſulti Macedon. & Velleiani, de quibus Donel. *hic & S. lib.* 12. *c.* 25. *ſub fi. Vult. ad h. t. Inſt. de Exc. num.* 20. Et de except. Velleiani tradit *Padilla ad d. l.* 1. *num.* 45. Ac de Macedon. idem ſenſiſſe *Trentac. d. reſol.* 1. apparet ex regula eiuſdem *num.* 35. quod inducta principaliter odio agentis ita rectè apponatur. De vtraque malè, lapſu aut calore pennæ forſan potius quàm certo iudicio negat *Zang. d. c. vlt. num.* 93. Et de Macedon. aſſerit, de Velleian. negat *Coler. p.* 4. *c.* 1. *num.* 137. & *ſeq.* Item non numeratæ pecuniæ, ex ſententia *Zang. d. c. vlt. num.* 90. Quod an verum ſit ambigo. Neque enim ſatis comprobatur ex eo quod *Fachin.* 2. *Contr.* 84. & *Coler. p.* 4. *c.* 1. *num.* 90. docent hanc except. quia iuris ſit, quod ſemper certum eſt, inſtrumentis paratæ exſecutionis opponi licere. Cùm ipſe *Zang. d. loc. num.* 94. arg. inde huc ducti firmitatem difficeatur. Forteſſe an tamen aliâ ratione ſuſtineri poſſet. † Poteſt & huc referri Exceptio pretij non ſoluti, quia ibi dicitur *nondum eſſe actio, l.* 13 §. 8. *de act. emt.* nempe efficax. Sed malo ad ſequens membrum. Sanè in hiſce ipſa auctoritas iudicati non euertitur. Cum vtraque (ſententia & exceptio) ſuo quæque ſenſu vnà veræ ſint. Ex. g. verum pariter & Titium filiumf. qui 10. credita accepit à Caio daniſtâ, ſoluere 10. debere, mero iure ciuili & naturali, & eundem ciuili ratione tutum ne ab inuito exigatur. Quæ quia iudici non propoſita, nec attendere illam oportuit. Cuiuſmodi quid etſi haut abſimiliter quibuſdam except. liberatoriis accõmodari poſſe videatur, diſcriminis tamen inter illas vbi aliquando efficaciter debuit reus, & has quæ faciunt, ne ab initio efficaciter obligetur, in hoc articulo forſan haud abſurda hæc ratio: Vt quis per exceptionem liberetur, eam proponat iudicio & conteſtetur neceſſe eſt, vt ipſa adiectio *per exceptionem*, ſuâ vi arguit. Exceptio enim non aliter liberare poteſt, quàm ſi ritè ſuo tempore iudicio obiecta. Quando verò quis initio tutus exceptione, ne ab eo exigatur, ſicuti nullum vnquam tempus fuit antequam ad iudicem iretur, quo cum effectu debuit *lib.* 10. *de V. S.* ita nec poſtquam itum eſt. Illîc vt liberetur reus facto & obiectu opus, vid. *lib.* 24. *c.* 2. *ibique not.* Hîc ne obligetur non æquè, ſed ius certum (Senatuſconſulta ac conſtitutiones) hoc efficit. Vnde quibuſdam hæ exceptiones iuris magis quàm facti decuntur. Eaſd emque non allegatas Iudicis officio, ſi vt Iudici appareant, ſuppleri poſſe plures probabiliter ſtatuunt. Ex quo ipſo conſequens eſt obiectum earum, non ita ſtrictè & eodem tempore, vti aliorum, requiri &c. Aliæ vel exſecutioni modum ſtatuunt. Quales à Dd. plures opinor ſtatuuntur, quàm iuri conuenit. Sed eorum veſtigia ſectantes, illas ſic partiri potuimus. Quæ aut eius vires minuunt ac reſtringunt, & vel quia à condemnato ſolidũ exigi nequit, vt Exceptio competentiæ quam vocant, de quo *c. ſeq. ſub fin. vbi vide.* Item Inuentarij, ne heres vltra vires hereditarias teneatur, vt ex cõmuni contra quoſdam *Padilla ad l.* 1. *C. de Iur. & fac. ig. n.* 40. *Trentac. d. reſol.* 1. *num.* 10. *Aſin. Praxi* §. 13. *cap.* 5. *num.* 1. *Maranta p.* 6. *membr.* 9. *num.* 18. *Zang. p.* 3. *vlt. num.* 102. (Vbi *num.* 101. Iure Sax. nec in ampliùs fieri condemnationem etiam non confecto Inuentario monet) vid. tamen *Io. P. Surd. dec.* 332. vbi poſt conceſſ. exſecutorialium ei locum non eſſe iudicatum refert. Addunt quidam exceptionem diuiſionis fideiuſſorum, poſt *Butricarium Padilla loc. n.* 42. Sed communiùs aliis contradicunt per *l.* 10. *C. de fideiuſſ. vbi Donell. num.* 4. *Vult. ad h. t. Inſt. n.* 22. *Trent. d. reſ.* 1. *num.* 14. *Zang. p.* 3. *cap* 19. *num.* 5. *Hering. de fideiuſſ. cap.* 28. *num.* 34. Planè ſi omnes fideiuſſores coniunctim eâdem ſententiâ condemnati, meritò in exſecutione diuiſione fiet, *Zang. d. loc. n.* 6. Vel quia ipſi viciſſim qui ab actore præſtandum. Vt Exceptio ad ſumptus in rem factos, *Trentac. d. loc. num.* 8. *Padilla num.* 37. *Zang. p.* 3. *c. vlt. num.* 111 Extenuationis ſortis propter fructus pignoris, *Trentac. d. loc. n.* 18. Sed hæc fermè ſpecies ſolutionis. Collationis facendæ à coherede, *Zanger. cap. vlt. num.* 100. *poſt alios.* Cedendarum actionum, per *l.* 12. *de rei iud. l.* 20. §. *vlt. de tut. & rat. diſtr. l.* 41. §. 1. D. *de fideiuſſ. Don. ad d. lib.* 12. *de re ind. & ad lib.* 10. *C. de fidei. num.* 4. *Trentac. d. loc. num.* 13. *Padilla num.* 44. *Zang. d. cap vlt. num.* 109. *Coler. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 87. & *ſeqq. Iac. Schult. obſer. forenſ.* 10. aut ſuſtinent & ad tempus inhibent donec prius mutuâ ſe obligatione ſoluat actor. ſi ex eodem ea contractu. Exceptio pretij non ſoluti, vel mercis non traditæ, & generaliùs impletionis ex parte agentis non ſecutæ. Ita enim contra Bart. plerique cum & ex natura contractus veniat & retentio hîc quaſi iure pignoris comperat *l.* 13. §. 8. *de act. empt.* de cuius cauſſa ante non actum, *Padilla d. loc. num.* 41. *Trentacinq. d. reſ.* 1. *num.* 11. *Zang. d. cap. vlt. num.* 89. *Parlad.* 2. *rer. quotid. cap. fin. p.* 5. §. 11. *num.* 25 *Gail.* 2. *obſ.* 17. *num.* 8. & 9. *Coler. p.* 4 *cap.* 1. *num.* 83. *A. Fab. C. ſuo h. t. defin.* 4. *Io. Bapt. Aſin. de Exſecut.* §. 9 *cap.* 172. *num. num.* 7. & *Praxi iudic* §. 31. *l. imitat.* 14. qui hoc confirmat non ineptè arg. *l.* 30. §. *vlt. de iurei. iunct. l.* 2. *eod. Facit L. pen. D. de reſcind. vend.* Secus ſi ex alio. Hinc reconuentio poſt ſententiam obiecta exſecutionem non remoratur. Cæterum *Trentacing. de reſol.* 1. *num.* 15. & Ordinis, ſeu excuſſionis except. iudicato obiici vult. Sed contra *Padilla* poſt alios ad *d. l.* 1. *num.* 43. & rectius. Nam imò regulariter nec poſt litem conteſtatam admittitur, vid. *c. not. c. ſeq. lit. Ff. in fin.* Planè tunc Trentac. opinio admittenda, quando poſt ſententiam principalis ſoluendo redditus. Vbi ſcil. hæc exceptio poſt iudicatum nata. Secus ſi inter moras iudicij prioris, etſi tunc quoque admittat, *Hering. de fideiuſſ. cap.* 28. *num.* 25. & *ſeq.* Vel aut ſententiam nullitatis arguunt, aut probatæ iudicium retrò nullum reddunt, *Padilla ad d. l.* 1. *num.* 30. & *ſeqq. Trentac. d. reſol.* 1. *num.* 1. & *ſeqq Omphal lib.* 5. *de Vſurp. ll. cap.* 6 *num.* 13. *Vant. de nullit. tit. vlt. Quib. mod. ſent. null. defen. poſſ. num.* 58. Quod membrum peculiatim ſuo loco, *lib.* 27. ſi commodum erit, exſequar. Superiora autem omnia certas conditiones habent. Si & ante obiectæ non ſint, *vt S. pag.* 955. *verſ. Non enim aliter.* nec ad quaſcunque exceptiones opponendas Iudex terminum præfinierit, *Aſin.* §. 13. *c.* 5. *num.* 2. *de reſ.* 1. *num.* 17. Io. Petr. *Surd. dec.* 332. *num.* 3. & probatio offeratur tum legitima. Non ſi iuſtus victori reus deferat, *Zang. d. cap. vlt.* 11. 120. *vt ſuo loco.* tum liquida, quæ ſc. expediatur intra tempus iudicatis iure communi vel Prouinciali tributum, vid. *Zang. d. c. vlt. n* 123. & *ſeqq.* Secus ſi altiorem quæſtionem habeant, *Zang. d. loc. n.* 115. & ſeqq. *Aſin. Praxi* §. 18. *cap.* 7. *Gail.* 1. *obſ.* 111. *n.* 11. *Cõfer. Coler. p.* 4. *cap.* 1. *n.* 141. & ſeqq. *Vbi tamen ſalua ſervatur ea repetitio aut reconuentio poſt exſecutionem, Zang.* poſt alios *d. loc.*

m nendæ, quis de earum iure & veritate cognoſcat vid. *Gail.* 1. *obſ.* 113. *num.* 7. & 8. Claudite iam riuos &c. m Quomodo Dd. vulgò regulam habent. Exceptioni principaliter odio creditoris inductæ locum eſſe poſt iudicatum. Quò illi & communicationis & vſurarij contractus exceptiones referunt *Trentac.* 2. *pract. reſ. h. t. reſ.* 1. *num.* 35. *Padilla ad* n *l.* 1. *C. de Iur. & fac. ig. num.* 46. *vid. not. lit. præced.* n Et hodie nuda facti narratione, vnde ius excipiendum oritur, contenta *Vaſq.* 2. *contr. vſu freq.* 32. *num.* 14. *Weſenb. in ſupplem. ad Sneidwin. h. tit. Inſt. num.* 8. nec in ſcriptis modo, ſed & viua voce proponi poſſe Dd. plerique docent, etſi poſtea in ſcripturam redigatur, *Vaſq. d. cap.* 32. *num.* 12. poſt alios *Zang. de Exc. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 20. *Hering. de fidei. cap.* 28. *num.* 52. *Ioan. Pels. Proceſſ. tit.* 35. *num.* 41. hinc eximens eas quæ in modum actionum proponuntur, vt non numeratæ pecuniæ, vel dotis (vt & *Rosbach. tit.* 39. *num.* 12.) *Aſin. Praxi* §. 18. *cap.* 8. Quia ait *num.* 3. iure Dig. nec actionis libellus in ſcriptis porrigendus. Quod quoad eam iure Cod. mutatum in exceptione incontractum manſit. Et hoc tamen argumento ab actoris libello ducto, & quia reus excipiendo loco actoris, hæſitat, ac dubium relinquit, nec definit, in ordinariis iudiciis (res expedita) *Sigiſ. Scaccia lib.* 2. *de iudic. ciuil. cap.* 8. *q.* 33. *n.* 176. Planè exceptio dicitur libellus rei. Et ſic contradictorij libelli *in l. vn. C. de his qui potent. nom. vbi Sich. num.* 5. Vnde æquè ob ineptitudinem & obſcuritatem vitiatur. Quo de vide *Alex. Stiatic. pract. obſerv. cap.* 22. *n.* 42. & ſeqq. Ac in dubio interpretanda ad fauorem rei, vt & *lib.* 66. *de iudic.* locus ſit in reo *Stiat. d. loc. numer.* 55. Tamen nec concluſionem in illa requiri, ſi ex facto propoſita elici queat, vulgò proditum eſt *Bouer. ſing.* 52. *numer.* 1. *Vaſq. d. cap.* 32. *numer.* 13. *Ioan. Pels Proceſſ. tit.* 35. *num.* 35. *Gilken. ad l.* 3. *C. de edend. num.* 89. *Monach. Pract. p.* 5. §. 6. *cap.* 2. *num.* 6. *Stiatic. d. cap.* 22. *num.* 52. maximè, ait, quia vſu ſtyli in calce opponi ſolet clauſula: Super quibus omnibus peto mihi ius &c. De clauſulis & Proteſtationibus excepr. adiici ſolitis vid. *Martin. Nigrin.* o *tr. de Proteſtationibus, verbo Teſtatio num.* 40. & *ſeqq.* o Plura exempla pete ex *Duar. ad l.* 7. §. 2. *de pact. fol.* 55. *Vult. ad h. t. Inſt. num.* 6. & præſertim *Briſſ. lib.* 1. *de Formul. pag.* 402. & ſeqq. add. *Cuiac.* 5. *obſ.* 34. *P. Fab. ad l.* 154. *de R. I.* 620. & *ſeqq.* Vbi docet exceptionum formulas, non niſi negatiuo modo conceptas, aut quæ in eum reſolui debent, cum excludendæ actioni addantur. Refellítque eos, qui etiam aff. proponi ſolitas, vt *Cuiac. d. cap.* 34. Quos nihil iuuat *L.* 2. *de adult. &* §. *vlt. I. de replic.* quia neutrobique formula exceptionum. Nec vrget *L.* 2. §. 1. *de doli exc.* Nam in primâ formulâ omiſſa negatio ex proximâ vel reponi vel interpretatione ſuppleri debet. Nec obſtant exempla *l.* 14. *h. t. l.* 11. §. 3. *de exc. rei iud. l.* 5. §. 2. *de exc. doli* Nam &c. *P. Fab.* in illis ll. non proponi formulam, ſed per vocalem *Quod*, rationem reddi à Iuriſconſultis, propter quam tri- p bui illis ſpeciebus exceptionem æquum ſit, p *add. Hor.* 8. *obſ.* 3. *in fi. Goth. ad d. l.* 13. Malè *Renard.* 1. *de præiudic.* 14. illis verbis *Quod præiudic. d. l.* 13. contendere poſſeſſores hereditati præiudicium fieri debere.

CAPVT IX.

Exceptiones dilatoriæ.

QVÆDAM DILATORIÆ (connecte *S. cap.* 2. *lit A.*) & temporales. Quæ non ſemper locum habent, ſed cuitari poſſunt *l.* 3. *hoc titulo*, quæ ad tem- a pus noceant a & dilationem tribuunt §. *temporales* b 10. *Inſt. h. tit.* EARVM GENERA DVO. b ALIÆ QVÆRVNTVR DEBITORIS OPERA, vt pa- c cti temporalis, de quâ *d.* §. 10. c & præſcriptio mora- d e toria quæ dicitur d *l.* 2. *C. de prec. Imp. off.* e quia remoratur exactionẽ creditorum, ſiue moram petitioni f g iniicit, f beneficio Principis g à debitore obtenta. h Nam ſi qui caſibus fortuitis facultatibus euerſi, h aut magnum aliquod damnum paſſi, libello adire Prin- i cipem & caſu expoſito i petere alicuius temporis dilationem poſſunt quâ ſe contra creditores tueantur, k vt interim conficere poſſint vnde ſoluant, k ne in l carcerem ire, aut bonis cedere cogantur. I Princeps re cognitâ, humanitatis cauſsâ, dilationem conce- m dit, m quantam res & fortuna cuiuſque poſtulare videbitur [non aliter tamen quàm ſi fideiuſſio ido-

PARS 2.

nea ſuper ſolutione præbeatur *l.* 4. *C. d. tit.* n *ſupr. lib.* n 1. *cap.* 9. *ſub. fin.*] ALIÆ IVRE IPSO TRIBVNTVR, quæ legitimæ ſunt. QVÆ AVT PRODITÆ o CONTRA PERVERSAM IVDICII INo STITVTIONEM. Peruertitur enim ordo iudicij, vel in perſonis actoris & rei, cum is agit aut defendit qui non poteſt, vid. *S. lib.* 17. *cap.* 4. & *ſeq.* p In his præ- p cipuæ exceptiones Procuratoriæ quarum frequens mentio & accenſentur dilatoriis *lib.* 2. *in fi. lib.* 3. *h. t. lib.* 19. §. 2. *de Prob.* §. *vlt. Inſt. h. t. vid. ſupr. lib.* 17. *cap.* 11. *lit. L.* & *V.* q Magiſtratus, ſi incompetens, q vid. ſupr. *lib.* 17. *cap.* 9. & ſeqq. & iudicis, ſi non idoneus, vid. *lib.* 17. *cap.* 21. Ex hoc genere ſunt præſcriptiones fori quæ dicuntur *l. vlt. C. h. t. l. pen. pr. C. de pact.* r Vel in genere actionis, ſi mitiore iudicio agi r debuit, vt ſi de dolo agat, cui alia actio, aut contra parentem: vel in ordine exercendæ actionis, ſi eâ actione priùs agatur, quâ grauiori cauſſæ præiudicium fit, cui non debet *tit. C. de ord. iudic.* ſ [vel in ſ tempore quo agitur ſi inſtitium ſit, id eſt, feriæ t & à t iudiciis vacatio, hæc *j. lib.* 24. *cap.* 7.] Has exceptiones omnes *Cic. lib.* 1. & 2. *de Inuent.* vocat iudicij commutationes & tranſlationes. Appoſitè, quia competunt commutandi iudicij & in alias perſonas, alium locum, actionem, tempuſve transferendi cauſſâ. u AVT CONTRA SOLIDI PETITIONEM, in u parente, marito, ſocio, donatore &c. de quibus infr. *lib.* 27. Dilatoriæ hæ, quia per id tempus excludunt, quo facere non poſſunt. x Facultatibus auĉti iis vti x poſſe deſinunt, vt ibid. VIS HARVM EA quæ nomine indicatur, VT TEMPORIS DILATIONEM, TRIBVANT *d.* §. 10. *Inſt. hoc tit.* Et quidem exceptiones priores, quæ ex connentione, id tempus habent quod eâ expreſſum. Si ante actum, olim cauſsâ cadebat actor, hodie reo conduplicantur inducĩæ, ac poſt finitas eas litis expenſæ priùs refundendæ, *d.* §. 10. *Inſt. hoc tit.* §. 33. *Inſt. de act.* y Quæ ex beneficio Principis, quan- y tum is conceſſit. z Cæteræ tamdiu obſtant, quamdiu z perperam agitur. Ea quæ contra ſolidi petitionem quamdiu reus facere non poterit. Dantur verò exceptiones pacti temporalis iiſdem & contra eoſdem, quibus & contra quos except. peremptoriæ. Itaque & ſucceſſoribus ac fideiuſſoribus & contra ſucceſſores, vid. ſupr. *cap.* 3. *lit. D. E.* & *cap.* 4. *lit. K.* & T. aa aa Moratoriæ verò ſoli debitori, non heredibus, aut fideiuſſoribus, quia beneficium perſonale eſt *l.* 1. *de conſt. princ.* bb De reliquis res expedita, atque per ſe bb & ex dictis patet. Quæ contra ſolidi petitionem cùm pietatis, reuerentiæ, aut humanitatis rationem habeant, perſonales ſunt, nec ad heredes aut fideiuſſores pertinent. Supereſt earum VSVS. OPPONI DEBENT INTER EXORDIA LITIS *l. pen. & vlt. C. h. t.* id eſt, ſimul ac lis moueri cœpta eſt, ET ANTE LITEM CONTESTATAM. cc Exemplum in ex- cc cept. procuratoriâ *l.* 13. *C. de Proc. l.* 40. §. *pen. D. eod.* in præſcriptione fori *l.* 52. *pr. de iudic.* ET DISCEPTARI, QVOQVE AC DECIDI, vt ſtatim eas probare debeat ſi de his controuerſia, nec expectare dum actor priùs intentionem ſuam probet. Aliàs non eſſent dilatoriæ. Nam ſi actor probare cogitur, iudicium non differtur, ſed conſtituitur. dd Obi. dd *L.* 19. *C. de probat.* &c. Ibi pro *dilatoriam* legendum *peremptoriam*, vt pluribus oſtenſum *ad l.* 8. *C. de except.* ee Et hæc ita in cæteris, exceptis iis, quæ contra ſo- ee lidi petitionem. ff Hæc enim quandocunque ante f f rem iudicatam *l.* 15. *pr. Sol. matr.* immò & poſt in exſecutionem iudicati *l.* 17. §. *vlt. eod.* Idque ex interpretatione veterum. quæ ex verbis, *ne niſi*, id quod

facere possunt, *condemnentur conueniatúrue.* Atqui & gg in exsecutione iudicati actione conuenitur reus. gg Facit L. *semper in dubiis 56. de R. I.*

NOTATA.

a Dictæ ab effectu temporario, vt citati *S. in not. cap. 2. lit. A.* non à tempore opponendi, quia id omnibus non idem, minùs quod temporis lapsu pereant, vid. not. S. *d. cap. 2. lit N.* Planè vt perpetuæ exceptiones duplici sensu dicuntur, vid. *d. lit. N.* ita & temporales. Alio enim sensu temporales præscriptiones *tit. D. de diuers. temp. præscript.* non ex effectu, sed initio & causâ, quia ex vsu longi temporis natæ, & aliàs & ipsæ perpetuæ, causam perimentes, *Dom. ad rub. C. h. t. n.* 112. *& ad l. plures* 19. *C. de fide instr. n.* 13. *Zang. p. 1. cap. 3. n.* 41. Et ita annalis exceptio *t. C. de ann. exc.* non quæ anni lapsu extinguitur, nec quæ obiecta annuum effectũ habet; nam im-
b mò perpetua est & peremptoria, sed quæ anno acquiritur. b Non longè abludit diuisio vulgaris quâ aliæ declinatoriæ iudicij, aliæ declinatoriæ actionis & solutionis, *Menoch. arb. cap.* 240. *n.* 1. *Coras. ad l.* 1. *Cod. de iur. & fac. ig. n.* 14. *Omphal. lib.* 5. *de Vsurpat. ll. c.* 6. *num.* 1. Nec aliena diuisio, *Cuiac.* 9. *obs.* 23. *& Vult. ad h. t. Inst. num.* 18. quod aliæ ex causâ proficiscantur, aliæ ex personis quæ ad processum pertinent. Atque huc reduci potest & trimembris Donelli partitio ad rub. *C. h. t. n.* 13. quod quædam sint iudicij recusandi, aut transferendi causâ, quædam de re ipsâ, vt quæ ex pacto, quædam minuendæ condemnationi. Vt & illa *Rulant. de Commiss. p.* 4. *lib.* 8. *cap.* 6. *n.* 2. quod aliæ personam concernant, aliæ
c non, & hæ vel circa processum, vel extra processum, actionis nondum competentis, vid. *& j. lit. O.* c De quâ *Zang. de Exc. p.* 2. *cap.* 12. & quædam *j. h. c. lit. Y. & lit. Aa.* Quam malè *Ant. Fab.* 25. *err. prag.* 3. *p.* 934. peremptoriam esse, æquè vti eius pacti, ne vnquàm peratur, censet contra ipsius verba Imp. *§.* 10. *I. de Exc.* Dilatoria quoque exceptio vulgò statuitur, quæ obligationi in diem vel conditionem obiicitur, si præmaturè ante diem vel conditionem peratur, vt *Menoch arb. cap.* 240. *numer.* 6. *Maranta speculi p.* 6. *memb.* 9. *numer.* 6. *Asin. praxi. iudic. §.* 13. *cap.* 2. *numer.* 11. *Zang. p.* 2. *cap.* 11. *n.* 4. *& 5. citati S. lib.* 15. *cap.* 8. *lit D.* Sed verius est veroque casu agentem ipso iure repelli, vt *Donell. ad l.* 41. *§.* 1. *de V. O. nn.* 42. & nota. vid. *cap.* 8. *lit. D. & cod. lib. cap.* 11. *lit. A.*
d *vid. & j. lit. Y.* d Qua de absolutionem cognitionem expetens, sitim facilè explebit si consuluerit & inter se contulerit, quæ de eâ prodidere *Cuiac.* 2. *obs.* 10. *Menoch. casu* 230. *n.* 14. & seqq. *Bronc. 1. misc. 3. A. Fab.* 25. *err. pr.* 3. *& l. 1 Cod. sui t.* 9. *Io. Bapt. Asin. tr. de Exsecut. §.* 6. *cap.* 69. & seqq. *Trentac. l.* 3. *pract. resol. tit. de Solut. resol* 1. *& 2. Coler. de Proceff. exfec. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 14. *& seqq. & cap.* 9. *n.* 28. & seq. *& c.* 10. *n.* 228. & seq. *Moller.* 4. *Semestr.* 6. & seq. *auctores differ. iur. cin. & Sax. p.* 2. *diff.* 30. *Zang. de Exc. p.* 3. *c.* 12. *n.* 3. *& 4. Knich. de Sax. non pronunc. iure verbo, Ducum Sax. c.* 5. *n.* 453. & seqq. *Lancell. Conrad. templi omn. indic. lib.* 1. *c.* 1. *§.* 4. *de præstantia & potentia Imperatoris, verbo, debitoribus dilationes indulget. pag.* 418. & seqq. *Cornel. Benincas. de priuileg. pauperta tis speciali* 8. *in iudicio. Hering. de fideiuff. cap.* 5. *n.* 100. & seqq. *& c.* 19. *n.* 75. ac seq. & *c.* 17. *p.* 5. *n.* 76. & seq. *Matth. Steph. l.* 2. *de iurisd. p.* 1. *c.* 3. *memb.* 2. *n.* 248. & seqq. *& c.* 7. *nu.* 389. & seqq. *Wurmser. lib.* 1. *tit.* 28. *obs* 9. *Paul. Matth. Vueher. obs. pract. de V. S. v. Anstandbrieff, Ott. Meland. Comm. Camer al. p.* 1. *tit.* 102. *Guid. Pape decif.* 97. *&* 109. *ibique Ant. Rambaud. P. Matthæ, Stephan. Ranchin. & Iac. Ferrer. in annot. Matth. de Afflict. decif* 66. *& dec.* 377. *&* 2. seqq. *Io. Petr. Surd. dec.* 301. *&* 307. *ac* 323. *Fr. Viu. lib.* 1 *decif.* 38. *Teffaur. decif.* 186. *Boër. decif.* 296. Quos cum onere adierim, præstat ex iis præcipua decerpere, vt *lit seqq item j. lit. Z. & Bb. e l.* 4. *C. cod. l.* 45. *§.* 10. *de Iure fisci. Policen Ordnunggu*
e *Augspurg ann.* 1548. *von verdorbnen Kauffleuten, l.* 3. *l.* 6. *C. Th. de diu. rescript. Cassiod. lib.* 2. *var.* 38. Malè huc citat *Cuia.* 2. *obs* 10. *l. vlt. C. Quib. bon. cod.* quæ est de induciis & debitoribus indultis. Malè ibid. *Cuiac. & A. Fab.* 25. *err. prag.* 3. negant huc pertinere *d. l.* 2. legentesque pro, *permittitur, remittitur*, per *moratoriam* intelligunt *dilatoriam.* Quasi sensus *l.* 2. eripi debitori. Exemplum dat Cuiac. in except. pacti ne intra quinquenn. peratur. Hanc vult creditori ante quinquennium relaxari posse. Et hoc sanè rectè refellit *A. Fab. d. lo.* non quidem eâ ratione, quod hæc exc. pacti peremptoria, quæ falsa est *§.* 10. *I. h. t. de Exc.* sed alterâ eâ quia magna fieret pacisconti iniuria. † Tolleret enim Princeps debitori ius quæsitum, qui tamen fauorabilior & beneficio dignior creditore. Planè cum iure veteri & adhuc tempore Constantini, ‖ auctoris *d. lib.* 2. ante diem pacti petens causâ ceciderit *d. §.* 19. *Inst. h. t. §.* 33. *de pact.* apparet tunc ipsâ petitione actoris præmaturâ omnimodam liberationem reo partam fuisse, non per exceptionem aliquam peremptoriam, sed ipso iure. Proinde, acceptâ iuxta Cuiacium *d. l.* 2. maximũ præiudic. debitori, rescripto Principis, creari potuisset; quippe quod si non liberationem partam abstulisset, saltem ne pararetur impediisset. † Pari autem errore Faber *d. l.* 2. remitti actori exceptionem dilatoriam, non causâm merita, sed personas iudicij concernentem, quia minoris præiudicij sit, nihil de aduersarij iure derrahat, sed iudicij tantùm ordinandi rationem immuter. Grauiori errore ibid. Faber nullo iuris loco probari vsum rescriptorum de quinquennalibus iudiciis, ac nec de annalibus, † Nam immò dilatoriæ, vt inductione plurium probatu facilè, crebrò longè grauioris præiudicij si adimantur reo, quàm onerosa est actori dilatio annalis, iure crediti quoad sortem & vsuras non solùm saluo, sed & cautione idoneâ securo reddito, vbi verum est, quod vulgò iactatur quod differtur non auferri, agnoscente ferè ipso *Fabro* 25. *err. prag.* 1. Quare vel ex sententia Fabri accepta *d. l.* 2. satis inde per consequentiam hoc ius probaretur, ne alias, contra iuris regulam, minus reo permitteretur quam in simili actori. Certè vt quotics miserationis ratio debitori casus fortuitos passo hanc exceptionem indugeri suadet, toties pro actore ratio euidens esse possit, quâ reo dilatoria iudicij auferatur, dari vix potest. Tametsi hoc quoque Principi ex causâ licere, maximè quoad except. quę de apicibus iuris sunt, non diffitear, *Clem sepe 2. de V. S. cap. ex parte* 13. *de off. iud. deleg. vid. Zang. p. 2. c. vlt. nu.* 18. Exceptionem tamen Procuratoriam, quæ militi obiicitur, rescripto tolli non posse probat *l.* 7. *C. de Procur. Bronch. 1. misc.* 3. (etsi contra *Zang. d. n.* 18.) Vnde satis refellitur Faber. Obiicitur *Cuiacius & Faber*, Posterior pars *d. l.* 2. est de remissione exc. peremptoriæ, quæ ſieri negatur actori per verba *conuelli & relaxatio*, quæ de concessione absurdè interpreteris. Ergò & prior de remissione dilatoriæ actori, non de concessione reo factâ, R. 1. neg. cõsequent. Similia in promptu, 2. Elegantior oppositio hoc modo: quasi dicat Imp. Debitori sanè ex misericordione dilationes & induciæ à nobis haud ægrè indulgentur. Creditori autem qui exceptione perpetuâ remouetur tantum abe‖ vt vnquam act. efficacem concedamus, vt & eiusmodi petitionem fieri districtè nolimus & prohibeamus. 3. Non adeò quoque absurda eorum expositio *Aniani adl.* 3. *C. Th. de diuers. rescript.* Moratoria cõceditur debitori; Peremptoria non conceditur, si verbis ex remis perellipsin subaudias, vt integra sic constet oratio: nec præscriptionis peremtoriæ (subaudi *ope*) relaxatio (subaudi *debiti*) petatur. Tametsi hoc duriusculum. f Morari enim est cessare *l. 6 de Vsuf. leg. l.* 5. *§.* 1. *Vt leg. nom. cau. l.* 91. *§.* 1. *de V. O. l.* 7. *C. de his qui accus. Vir. 4. Sen. &* 12. *Sen.* Quomodo moratoria cautio *l.* 5. *in fi. de Cenſib.* cunctatio *l.* 7. *§.* 1. *de adm. tut.* ambages *l. vlt. C. de cõpens. Arum. de Morâ c. 1. n.* 5. *& 6. post Tiraq. de retr. lignag. §.* 4. *gl* 3. *num.* 4. Interpp. nostri vocant inducias Dd. *S.* citati passim *Theſſaur. decif.* 186. *nu.* 1. notans à rusticis aprè industrias vocari. Et ita induciæ, in simili *in §. vlt. Inſtit. de. Exc. l. vlt. C. Qui bon. ced. Caſſiod. l.* 2. *variar. c.* 28. Quas & ab *indo*, id est, in & *otio* deriuari vult *Chriſtoph. Coler. Parerg. c.* 21. reiecto etymo *Agellij* 1. *Noct.* 25. tanquã ἀπὸ τοῦ ἀργίου nõ etymologiam respiente. Græci ἀπραγμοσύνην nuncupant, *Hering. de fideiuſſ. cap.* 5. *num.* 145. Ac eiusmodi diploma nostris litteræ salui conductus *Menoc. c.* 203 *nu.* 14 & seqq. *Trentac.* 3. *pract. reſol. tit. de Sol. reſol.* 1. *paſſim.* item Gratiæ *Aſin. de Exſor. §.* 6. *c.* 69. *& seq.* & Securitatis *Io. Petr. Surd. decif.* 301. *&* 307. Nostratibus *Anſtandbrieff. Gail.* 2. *obſ.* 46. *n.* 14. *Wehmer. obſ. pract. de V. S. verbo Anſtandbrieff. Knich. S. d. c* 5. *n.* 452. *Hering. d. cap.* 5 *num.* 101. Vnde debitores dicuntur *Gifern wuerden, Hering. ibid. num.* 102. *Ventura de Valentiis Parthenij Litigioſi l* 2. *c.* 9. *num.* 22. Gallis, *Lettres de reſpit*, Litteræ respirationis *A. Fab. Cod. ſuo h. t. defin.* 2. *&* 11. *&* 15. *err. prag.* 1. *Iac. Ferrer. ad Pap. q.* 97. g Soliùs, non magistratus inferioris *Lanc. Conrad. S.* citato loco *n.* 1. *Wehner. d. v. Anſtãdbrieff, Teſſaur. decif* 186. *n.* 8. *diff. iur. cin. & Sax.* 30. *p.* 2. *n.* 1. *Ant. Fab. C. ſuo l.* 1. *t.* 9. *defi.* 17. Verùm ex quo dogma inualuit Principibus Imperij iura Cæsaris in suis ditionibus esse, vid. *not. S. lib.* 17. *c.* 9. *lit. H.* exinde hoc queque superioritatis ius, & eminentiam in iisdem vsurpant *Wehner. d loc. Meland. d. t.* 102. *Matth. Steph. d. cap.* 7. *num.* 389. *Knich. d. cap.* 5. *num.* 456. Quo tamen debitores se contra creditores eidem Principi non subiectos fruſtra tueri rationis videtur. Valdè autem displicet arg. *Melandrich. Steph. dd. loc.* Si creditores omnes, aiunt, aut maior pars inducias rectè indulgent, qui priuati sunt, quidni id liceat Principi, de iurisdict. & regalibus ab Imper. inuestito. Nam diuersitas euidens, cum illi de iure suo remittant. Cumque maior pars reliquis quinquinnales inducias dando nocet & id diplomate Principis auctoritatem sumat oportet *l. vlt. pr.*

C. *Qui*

C. Qui bon. ced. Fr. Viu. d. decif. 38. *nu.* 7. *Knich. d. loc. num.* 457. rectè reprobans distinct. inter inducias gratiosas, & iustitiæ, quas maiore parte creditorem petente à quouis Iudice concedi posse volunt, etsi eam probet *Trentac. d. reſol.* 1. *numer.* 4. † Planè debitori soluere parato diemque petenti Iudex tempus iudicati rectè tribuit *l.* 21. *de iud.* & debitori fiscali duos vel tres menses prorogat *l.* 45. *§.* 10. *de Iure fiſci.* Apud suos in fiscalibus, 10. dierum, in priuatis 50. dilationem concedi notat *Teſſaur. d. dec.* 186. *in fin.* Apud nostros sex hebdomadæ & tres dies vulgò
h *die Cachßſche Iriß.* h Non enim decoctoribus & absoluibus, qui bona sua obligurierunt, sed quî fortunæ iniuriâ illis exuti, ita subuenitur *Meland. d. tit.* 102. *Mosl.* 4. *Sem.* 7. *num.* 2. quos infelices debitores vocat *Nou.* 4. *&* 135. *Ventura de Valentiis Parthenij Litigioſi lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 23. bellè *Hering. d. cap.* 5. *num.* 104. & seqq. Et causâ grauioris iacturæ & calamitatis ex casu fortuito in precibus explicanda post *Rebuff. de lit. dilat. art.* 1. *gl.* 1. *n.* 12. 47. *&* 51. *A. Fab. d. tit.* 9. *defin.* 20. *n.* 20. *Per. Mattha. ad Guid. Pap q.* 109. & quidem quæ post debitum contractum à decennio proximo citra culpam contigerit, *Rebuff. d. gl.* 1. *num.* 64. *& seq.* Quare nec debitores ex causâ delicti hoc iure iuuantur, cum paupertate digni sint *l.* 31. *Depoſ.* aut saltem diploma generale ad hæc debita nõ extenditur per *l.* 4. *§. quanquam* 2. *D. Quod cum eo l.* 52. *de reiudic. Menoch. cap.* 283. *n.* 36. *A. Fab. d. def.* 20. *n.* 1. *Aſin. S. d. cap.* 69. Qui tamen contra statuit quando ratio rescripto expressa generalis, veluti inopiæ & egestatis. Quin & si simpliciter creditorum facta mentio eos quoque qui ex delicto petunt venire contendit plurib us *Trentac. de reſ. t. n.* 13. Sic nec prosunt inducię ei qui debitum inficiatus *Teſſaur. d. dec.* 386. *nu.* 7. *Trentac. d. loc. n.* 8. nec iudicio conuicto. Vim enim sententiæ & iudicati exsecutionem non remorantur, *Guid. Pape decif.* 97. *vbi in annot. at. Matth. & Ranchin. Tract ac d. loc. num.* 21. *Teſſaur. n.* 7. *Knich. n.* 462. *A. Fab. d. tit.* 9. *defin.* 4. quia rescriptum contra rem iudicatam non valet, vt suo loco. Aliud si condemnatio spontanea, *Teſſaur. & Knich. d. loc.* vel si obligatio iudicati nouata *Fab. d. def.* 4. *vid. tamen idem l.* 1. *C. tit.* 12. *de diuerſ. reſc. defin.* 16. Alia item ratio instrumenti Quarentig. vt *j. lit. L.* Peti autem possunt & à Syndico Vni
i uersitatis nomine *Aur. Fab. d. t.* 9. *defin.* 18. i Exponenda enim tam causa iacturæ, vt not. *lit. præced.* tum ipsa difficultas soluendi. Quæ in longiori dilatione, vt quinquẽnij, clarioribus probationibus ostendenda; in breuiori autem ceu annali, iuram. debitoris, quod soluere nunc nequeat sufficit, nec contraria creditorum probatio hîc auditur, *Boër. decif.* 296 *n.* 1. *Teſſaur. d. decif.* 186. *num.* 5. Illic autem etsi inauditis creditoribus indulgeri possit, postmodum tamen in imperatâ approbatione eos audiri oportet, *A. Fab. d. t.* 9. *defin.* 17. tum qualitas debiti, num eiusmodi sit, quod inducias vel nõ recipiat, vel in quo Principem facilè indulgere probabile non est, vid. *Meno, d. c.* 203. *n.* 14. *& seq. Trentac. d. reſ. t. n.* 11. *& seq. Hering. d. cap.* 5. *n.* 124. Quæ debita huiusmodi vid. *lit. seq. M.* tum tempus quo contractum est. Non enim si nuper admodum emit, exempli gratia, merces ab extero, inducias impetrare debet, ne pretium soluat, *Menoch. d. loc. num.* 24. *& Trentac. num.* 17. *post Rebuff. d. gl.* 1 *n.* 5. *A. Fab. d. t.* 9. *defin.* 20. *n.* 18. itemque an lis iam mota sit, *Menoch. d. loc num.* 29. Denique prius diploma si quod pro aliis debitis obtinuit. Cuius si mentio nulla facta posterius rescriptum subreptitium censetur *Menoch. d. loc. n.* 28. *Trentac. num.* 19. *post Rebuff d. gl.* 1. *n.* 30. *A. Fab. d. t.* 9. *defin.* 1. *n.* 1. Fraudibus itaque extorta talia rescripta non valent *l.* 6. *C. Th de diu. reſcript.* & subreptio ea
k vitias *Surd. decif.* 307. k *l.* 45. *§.* 10. *de iure fiſci.* Vt sub induciis his & datam possint creditores reparare pecuniam, & aliquatenus debitorum valeat respirare substantia *Caſſiodor 2. variar.* 38. meditando rationes soluendi, exigendoque debita quibus alij ipsis deuincti sunt *Coler. p.* 1. *nu.* 14. *Knich. S. d. ca.* 5. *nu.* 456. *Wehner. d. v. Anſtandbrieff.* Neque enim dum à debitoribus suis exigunt æquitate edicti, Quod quis iur. in alium &c. repelluntur *Rebuff. d. gl.* 1. *n.* 9. *Ant. Fab. d. tit.* 9. *defin.* 19. Diff. videntur *Afflict. decif.* 66. *ibique in annot. Caſ. Vrſill.* Quare nec impedito currit. Vt si tempore rescripti in carceres detrusus, non prius dimittatur, quàm de rescripti iure & causſis iudicetur, ac interim tempus indultum lapsum sit.
l Quia creditoris facto prohibitus ne pecuniam conquireret *A. Fab. d. defin.* 2. *num.* 3. & seqq. l Nec in eo spatio quidquam de credita summa æstiment postulandum *Caſſio d. d. c.* 38. In idemque tempus differtur ex actio vsuraturam, non autem earum cursus sistitur vid. *j. lit. N.* Nec vlla interim exsequendi facultas in personâ vel bona, *Surd dec.* 301. *Boër. dec.* 296. *n.* 5. *Ant. Fab. d. t.* 9 *def.* 2. Vt & vis instrumenti vim iudicati aliàs habentis vulgò guarentigiati, suspendatur. Cuius in hoc alia quàm sententiæ vid. *S. lit. H.* ratio: tum quia debitor credito-

rem litibus non fruſtratus est, *Teſſaur. d. decif.* 186. *nu.* 7. tum quia priuata vtilitas, nõ publica auctoritas vertitur. *A. Fab. d. t.* 9. *defin.* 5. tum quia addo, hæc vis instrumenti non est ex iure communi, nec cantæ rationi naturali, vt sententiæ vis inniti tur, faciliùs ei derogari potest. Salsum iraque non est quod *Knich d. cap.* 5, *nu.* 463. vult serenissimus Principibus nostris ideo ab his induciis temperandum, ne notam Iudicram sue constitutioni aspergant. † Quare nec bona sequestrata vendi possunt, *Surd. d. decif.* 301. Et quicquid contra inducias attẽtarum reuocatur, etsi de rescripti iure lis pendeat, *A. Fab. d. t.* 9. *def.* 2. *num.* 1. ac si in carcerem detrusus debitor eximi deber, si bona pignori capta; restituti, idem defin. 14. Iure tamen Sax. exactioni operarum à debitore post inducias locum esse tradit ur *diff. iur. Cin. & Sax.* 30 *p.* 2. *n.* 10. *Coler. p.* 1. *c.* 9. *num.* 29. Compensatio autem non impeditur, nec exsecutio ea quæ sit ad compensandum, *A. Fab. defin.* 13. Et hæc in creditis ante contractis obtinent. Quantumuis enim generalibus induciis creditores qui postea contraxerunt non continentur argum, *l.* 28. *§.* 2. *de li. leg. clem. vlt. de reſcript. Rebuff d. gl.* 1. *num.* 18. *Guid. Pap. decif.* 109. *n.* 1. *vbi Ranchin. & Matthæ. A. Fab. d. t.* 9. *defin.* 16. vbi satis esse, si post datum diploma, etsi ante oblatum & exhibitum, quia nec de his tempore concessionis cogitatum, *Fab. d. loc.* m Et annalem sanè m facilius, quinquennalem autem, non nisi ex vrgentiss. causſa & certa Principis scientia concedi notat *Teſſaur. d. decif.* 186. *nu.* 5. *perl.* 45. *§.* 10. *de iure fiſci add. Knich. d. c.* 5. *nu.* 456. *Ant. Fab.* 25 *err. prag.* 2. *initio.* Versatur autem hæc causſæ cognitio in sequentibus. Nam vt vel denegetur, beneficium *vel* generaliter ac indefinitè indulcum non proficiat debitori, scilicet vel ex persona debitoris. Cui negatur aut datum non prodest beneficium si vel indignus; vt si decoctor, debitúmve negauerit, *S. lit. H.* item si fugæ se accingat *Surd. decif.* 307. *num.* 19. vel facto suo sibi ademir. Si eandem dilationem antea obtinuit, eiusque tempus exiit, etsi ea nec usus fuerit, quia iterum non petenda, arg. *l. vlt. de feriis & d. t. A. Fab. d. t.* 9. *defin.* 1. Icé si iuratò ei renunciauit expresè, rectè *Teſſaur. d. decif.* 186. *num* 8. *Trentac. d. reſ. num.* 24. etsi contradicant *Moller. 4. & Semeſtr. 6. n.* 1. quia, ait, in quouis iuramento auctoritas superioris excepta intelligitur. Rectè, inquam, *intelligitur* in dubio. Hic autem vbi expresè, res clara. Deinde non hîc auctoritas superioris quicquam minuitur, sed damnum priuati vertitur. Quod si ipsi obligationi sirmandæ iusiur. accesserit, quamuis hîc plerique Principi sæculari ius concedendi inducias denegent, quia religione iurisiur. soluere nequeat; Præsuli autem Romano soli relinquunt, qui concedendo, vnà, pro potestate sua, soluere videatur vt Dd. quos citat *Teſſaur. d. loc. n.* 4. *&* 5. *Trentac. d. reſol. 1. n* 12. qui eos sequitur, vt *& Menoch. c.* 203. *n.* 14. & seq. *Boër. decif.* 296. *nu.* 5. *Knich. d. cap.* 5. *num.* 460. excipiens, nisi subiecta clausula iuramento nõ obstante. Verius tamen puto hoc immò Principi licere. Quomodo rectè *Teſſaur. d. lo. n.* 6. consuetudinem quâ id licet Principi, consonam esse sacris litteris, virtuteque iuramenti non impediri ordinariam Principis potestatem. Quod si ita est, & iure communi, vi potestatis suæ, idem Principi licebit, neque à consuetudine quidquam emendicare cogetur. *Conſer Aſin. de Exſec. §.* 9. *c.* 165. *fol.* 747. *Henning. Arniſæ. l.* 2. *de Iure maieſt. cap. n.* 8. *&* 9. Planè nec ipse Pontifex in dubio actui iurato derogare censetur, *ca. conſtitutus* 19. *de reſcript. Coler p.* 1. *c.* 4. *n.* 16. & citati à *Moll. d. c.* 6 *nu.* 2. Quare nec generales inducię debita iurata complectuntur, nisi facta si mentio iuramenti siue in ipso rescripto, *Lanc. Conrad. S. d. loc. n.* 7 *Knich. d. loc. n.* 461. siue saltem in precibus impetratis. Vt ita hic non tam potestas quàm voluntas Principis deficiat, cum non ex posita qualitate debitorum rescriptum subreptitium sit, vt *S. lit I.* Nam & si iurisiur. meminerit reus, Princeps haut proclivis creditur ad indulgend. moratorium rescriptum, nisi vbi summa soluendi difficultas aut impossibilitas. Neque enim si tunc inhumanitate creditoris, qui fortunę magis quàm suo virtio eò inopiæ peruenit (ponendi enim termini habiles vid. *S. lit H. initio*) carceri includatur, eo magis iureiur. de soluẽdo certâ die satis sit. Quia nec periurus qui constituto die non soluit si ob pauperta tem soluere non valeat, vt post plures *Fr. Viu. decif.* 38. *n.* 3. Et summa difficultas excusãt à periurio ex crebriore Dd. opin. teste *Couar. ad cap. quamuis* 2. *de pact. in* 6. *p.* 2. *§.* 5. *nu.* 4. adeo vt etsi dum iurauit notitiâ habuerit eius difficultatis non fiat periurus, sed iusiur, ipsum temerarium, *Couar. ibid.* Cæterùm si nec obligationi, aut solutioni iusiur. adiectum, sed renunciatio simplex nõ iurata accesserit, licet & tunc *Cole. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 229. inducias non admittere videatur, arg. *l.* 2. *C. de Vſ. rei iudic.* & quia cùm renunciatione beneficia iuris communis tollantur per vulg. facilius quæ iuris specialis. id tamen alij declarant, si scilicet renunciationis in reſcri-

pto mentio nõ fiat *Trentac.d.resol.1 n.24.A.Fab.d.tit.9 defin.20.d.15.* Idem puto si precibus suis renunciasse se antea induciis,eas impetrans retulerit. Nisi forsan verius nec valere hanc renunciationem,maximè non iuratam arg.eorum, quæ de renunciatione cessionis bonorum haut gregarij interpp. tradunt. Quo dé forsan lib.27.quædam subnotabo. Creditoris:si vel onus moræ ferre nequeat, *Mollor.* 4. *Semestr.6. n.2.* vbi aliàs eius ius', non tam differretur quàm euerteretur. Vt si æquè inops vel pauperior, *Afflict. decis.377. Rebuff.d.gl.1. n.15. Ant.Fab.d.tit.9.defin.29.n.7. Tessaur. d.decis.186.n.7.* si mercenarius vel operarius, qui ex mercede operæ suæ se suósque sustineat,*Rebuff.d gl.1.n.26.Moll.d.n.2,Matth.Steph. 2.de iurisdict. p.1.cap.1.membr.2.num.248.* vel aliud ipsi, ex persona sua priuilegium. Vt si fiscus vel princeps. ira Dd.per *l.3.C.de procibus Imp Boër.decis.296.nu 6. A. Fab.d. defin.20. n. 9.* qui absolutè vsum inducíarum hîc nullum esse scribit, *Menoch.cap.203.n.16. & Trentac. d. resol.1. n.14.* (*Chassans. Catal.gloriæ mundi,p.5.consid.24.n.199.per Nou.17.c.7.§.1.*) qui generalibus induciis non contineri. Certè vsum in his esse inducíarum contra *Ant.Fab.d.loc.* aperte probat *L.45.§. vlt. de iur. fisci.* Et sanè nihil magis Principem decet, quàm humanitas & miseratio; si Ecclesia vel pia causa. Et hîc Principis potestati nihil tribuunt, post *Rebuff.d.gl.1. nu.32. Menoch.d.loc.n.20. Trentac.num. 16. Ant. Fab. d. n.9.* eodem errore quo ius omne in Ecclesiasticos bonis Principibus auferunt. Ac certè nullius magis est miseratione erga egenos affici, quàm Ecclesiæ.Generalibus tamen iudiciis hæc debita excepta haud ægrè largiendum. Quid enim, si vt vsu sæpè venit, indignus impetrauerit.Poterit Ecclesia,si de subreptione nolit aut non consultum puter, de priuilegio suo replicare.Denique si pupillus, *A.Fab.d.loc.nu,10.post. Boër. decis.296.n.6.* qui & de minore id tradit ,Sed *Menoch. d. loc. n 23.*generalibus quoque verbis pupillare debitum contineri sentit. Quod & si alia requisita adsint,iuxta ea quæ *S. lit.H. & I.*humanius puto, præsertim si ipsi pupillo sit vnde se exhibeat, nec ex dilatione graue dispendium. Tunc enim maior meritò fauor egestatis quàm ætatis. Vel ex conditione debiti, si priuilegiatum sit, aut moram solutioni fieri non conueniat. Vt in causâ depositi, etiam nummorũ, per *l.pen. pr.ibi:quam celeriùs.C.Depos Boër.decis.296.nu.4. Surd.decis. 323.n.7.Trentac. d.resol.1.num.32. A.Fab.d.loc.n.12.* Et quia domino rem suam repetenti negari ea prætextu iusto vix potest. Vnde idem puto in causâ Commodati, & pignoris, soluto debito, saltem quoties res ipsa extat eiusque restitutio debetur. Item iudicati, vid. *S. lit.H.* dotis & studiorum *Rebuff.d.gl.1.n.34.Ant.Fab.d. defin.20. n.11.* alimentorum ex professo, *Surd.decis. 323. Trentac. d. resol.1. num.22.* conductionis operarum, de quo paulò antè, & generaliter in pensionibus ex locationibus rerum, quarum fructus conductor percipit, *Menoch.d.c.203.num.18.Trentac.d.resl.1.n.15. Boër. d.n.6.A.Fab de def.20.n.5.* Item in venditione, si re traditâ ad pretium agatur, arg.*l.50.de act.empt.Ant.Fab. d.t. 9. def. 11.*maximè autem eduliorum in foro rerum venalium facta, ob necessarium eorum commercium, quia solutio in promptu fieri debet *l 2. de Numd. Boër.d.decis 296.n.6.* (idem iudicatum referens, etsi fide de pretio habitâ in creditum itum sit)*Rebuff.d.gl.1.n.45.A.Fab.d.defin 11. n.4. & def 30. num.*

n 13.n *Facit L.21.de iudic.verbis:cum competenti cautelâ* (quæ à Triboniano esse adiuta non improbabiliter *Cuiac.ibid.in not. & Ant.Fab.12. Coni.16.*qui tamè Tribon. in eo non peccauit sed iure suo ab imperatore tributo vsus est.) Quam nisi præster,beneficio non gaudet *Gail.2.obs.46.n.14. Tessaur. d. dec. 1186.n.7.Afflict.decis.378.n.1.vbi in add.Vrsill.n.3.Vuehner.d. verbo Anstambrieff.Trentac.d.resl.1 num.6.* immò ad carceres duci potest,*Wurmser.tit. 8. obser.9.* Sed ita si creditores petant, neque enim Princeps proprio motu exigit cautionem, *Gail.d.num.4. Trentac.d.loc.n.8.* bellè post alios *Hering.S.d. cap.5.n. 133.* & seq. Quam nec à Principe remitti posse volunt *Wurmser,d obs.9.Trentac.d.loc.n 8.*(contra quam *Lanc. Conrad.S.citato* §.4.*num.8* (ne beneficium creditori captiosum sit,si durantibus induciis omnia, quæ,dum impetrabat, supererant, profundat. Quid si reperire nequeat qui fidem pro eo suam interponant? *Cornel. Benincas. de priuil.paupert. specia'i 8. in iudiciis num. 34.* & seq. hanc communem dist. esse dicit:Si ex causâ paupertatis obtenta dilatio, eáque in rescripto expressa, iuratoriæ cautioni committetur.Sin ex aliâ causâ,puta ob incommoditatem aliquam,ex.g.si facultates debitis non exhauriantur, sed vel ipsius debitores eum solutione frustrati sint, vel non reperiat emptores rerũ suarum, vnde de pretio soluat, vel non sine graui iacturâ vendere possit,satisdationem exigi.Et ferè probat *Trentac.d.resol.1. num.9.* ne aliàs rescriptum inopi concessum frustratorium sit, addens fortè etiam teneri hunc vt caueat generali hypothecâ bonorum & adiectione pœnæ. Ac hodie fideiuss. non requiri post ord.polit.an.1548.tit.*von verdorbuen Rauffleuten*,tradit *Zang.p.2.cap.12. num.4.*ac quouis casu sufficere iuratoriam pragmaticos Galliæ testari refert *A.Fab.l.1.C.t. 9.definit.21.nu.4.*Ex quibus omnibus iam liquet hoc ius non ita odiosum esse, aut æquitati aduersari, sed, modo abusus absit,qui frequens est,iuxta requisita relata,summam rationem habere, etiam naturalem ac legi diuinæ, charitatique Christianę conuenientem,vid.*Tessaur.decis.186.n.3,Moland. Com.Camer.p.2.t.102.* Nam nec graue inde dispendium creditori *l.21.de iudic.* neq; aufertur ei quod differtur, *Coler.p. 1.cap.4.nu.14.*Siquidem saluum ei seruatur ius crediti,vt & interim impediatur præscriptio,vid.*Trentac.d.resol.1.nu.28.* & vsuræ currant,vt rectè *Ant.Fab.d.tit.9.definit.8.& 25.err. prag.3.& citati à Moller.4.Semestr.7.n.1.ac Trentac.d.resol.1. num.26.* post alios etsi earum exactio æquè vt sortis suspendatur,vt *Fab.ibid.* & Dd.citati à *Moller.d. num.1.* Quamuis ipse *Moller.ibid.nu.2.* vsuras pro tempore iniciarum exigi valdè durum & inhumanum putet,& *Boër.decis.296. num.5. in fin.* distinguat an ex more debeantur,vbi non currere; an ob beneficium dilationis ,vbi currere vult: & non currere post *Cyn.ac Salic.in d.l.2.C.de prec. Imp.Hering.de fidei c 22. num.*34.Sed rectiùs alij,Mera enim hîc dilatio,non vllius,sive sortis, sive accessionis, ablatio. Sed & si interim (ex.gr. quinquennalibus induciis indultis post annum, triennium &c.)ad pinguiorem fortunam peruenerit reus, conuenire & executi potest, cum immunitas propter paupertatem concessa,ea cessante cesset *l.4.§.1. de muner.l.8.de vacat.numer. Zobel.diff.iur.Cis.& Sax.30 p.2.n.3.* Quod probè notandum Denique hoc beneficio vsum,postea bonis cedere non posse tradunt *Trentac.d.resol.1.d.30.Hering.d.cap.5.n.127.* Contra tamen *Afflict.decis 378.Ranchin.& Ferrer.ad Guid.Pap.q 97.* & inter quinquennales ac annales inducias hîc distinguit *Ant.Fab.l.1.Cod.tit.9.defin.21.n.11.* o Vulgò tria genera sic o statuunt, quod aliæ respiciant iudicem, aliæ litiganciũ personas,aliæ libellum vel causſam ipsam,*Marantap.6.m:mb.9. n.1.Asin.praxi* §.13. *c.1.n.13.*& seqq. *Sigis. Scaccia l.1. de iudic.ciuil.cap.101. num.6.* & seqq. Et quæ Iudicem respiciunt vel eius personæ opponuntur, eò tendentes vt iudicium declinetur, vel eiusdem facto,vt differatur Iudicium; Exc.loci non tuti,inhonesti, termini angusti, feriatũ, *Zang. de Exc. in Prooem. partis 2.* p Et quæ personæ actoris obiicitur, aut ob p incapaciratem vulgò Except. Legitimationis personæ,*Marant.d.menb.9.n.3 Scaccia d cap.101. n.31. Asin. d.c.1. n.14. Zang p.2.cap.8.* item inhabilitatis. Quæ tamen non proprię exceptio videtur, sed intentionis, quæ ipso iure actionem non competere arguit. Aut ob factum vel delictum,Exc.non impetrare veniæ & contumaciæ,de quibus *Zang.p.2. cap.9.* & nos *lib. seq.* Quò & referri posset Exc. Subreptionis, de quâ *l.lit.S.*Quæ ex persona rei ducitur, itidem aut negat iudicium consistere,quæ est intentionis,nec proprię exceptio, si iure conueniri nequeat,vt *S.lib.17.cap.5.* Aut idem declinat,vt Exceptio renocandi domum,quæ est legatis *S.l.17.c. 13.* irem, quæ aliis vt à suo & ordinario quidem eo Iudice vel ad Principem vel ad alium proprium Iudicem ex priuilegio reuocare queant, de quibus *S. l.17. c.20.* Hîc enim ni exceperit reus, iudicium consistit, cum non necesse habeat eiusiudicis,quem ex priuilegio habet cognitionem pati,sed priuilegio renunciare queat,*S.l.17.c.10.tit D.&E.* Illic constitui planè nequit : E.g. Si seruus pro libero habitus lite pulsatus sit, quandocunque, etiam post sententiam, seruum esse constiterit,iudicium nullum fuisse apparet. q Vbi veræ q sunt exceptiones quæ personis obiiciuntur, quibus an mandatum habeant non disquiritur,vt *d.c.11.lit.T.& V.*Quæ dicuntur de apicibus iuris *S.lib.13.c.13. lit.G.* nec iis locus in foro mercatorum;*Follor.ad Marant,p.6.memb.9.n.54.*Aft quæ ex defectu,aut vitio mandati,vulgò Except.falsi Procuratoris,item Legitimationis,*Foll.d.loc.n.*55.exceptiones propriè non sunt,cum actio deficiat, nec iudicium consistere possit, vt *S.l.17.cap.12. lit.F.ibiq; not.* Tametsi ibidem exceptem dilatoriam vocaui, latiori scilicet sensu, quo omnis defensio rei exceptio; quoque vulgò Except. intentionis vsurpatur, vt not.*S.c 1.lit.D.*Est enim ex iis exceptionibus intentionis, quæ dilatoriis,nõ quæ peremptoriis,affines,vid.*not.l.1,24.C. 2.* Etsi strictè nec peremptoria sit nec dilatoria, cum à quo genus remouetur, ab eodem etiam eiusdem species. r Quæ r duplices Incompetentiæ & recusationis,*Marant. d.memb.9. n.1.Scaccia lib.1.de iudic.causſ.cin.&c. cap.*101. *n.6. Vult.ad l.4.C.de iurisd.n.18.Asin.Praxi* §.13. *cap.*8. vid. *& Gœdd. de sequestrat.cap.1.n.14.* & seqq. *Wurmser. tit.*8.*obs.2. Afflict.de cis.74.&c.* Atque ita tunc propriè exceptio, cum eâ non opposita iurisd. prorogatur,vid. *S.l.17.c.10.* Nam quando prorogari nequit, intentionis exceptio est, cum iudicium nullum

ciarium seruare non teneri, *Lanc. Conrad. templo om. iudic. lib. 1. c. 1. §. 3. v. Iudicare secund. consc. num. 7.* Item nullitates processus in Curiâ Imperij suprema non admodum attendi, si de meris causæ liqueat, *Meichsner. & ab eo allegati tomo 3. decis. 18. numero 1. & decis. 19. numero 2. tomo 4. decis. 22. numero 4.* Nam in supremis Curiis non tam omnia scrupulosè exiguntur, vel ad amussim seruantur, *Wesenb. cons. 59. numero 23.* Et quod iure Hispan. regio sollennium defectus non vitiet iudicium tradit *Parlad. 2. rer. quotid. 10. numero 1.* † An Processus nullus partium consensu sustineatur, & quibus sollennibus ab iisdem renunciari possit; (vtquæ principaliter eorum fauorem concernunt) quibus non item (quæ ius & vtil. public. primariò respiciunt) vid. *Maranta p. 2. numero 39.* & seqq. *Guid. Papæ q. 216. Crauett. de antiq. temp. p. 2. §. 1. numero 14. & 26. Asin. de Execution. §. 5. capit. 54. Peregrin. Iannin. de Cit. real. lib. 2. cap. 1. numero 62.* Quomodo pro sollennitatibus iudicij præsumptio sit, & vt ea ex longo tempore inducatur, *Cruetta d. tr. p. 2. & 3. passim Asin. d. §. 5. ca. 10 & 20. Cacheran. decis. 173. Menoch. 2. præs. 68. Vasq. 2. ill. contr. 63. ac seq. Iac. Schult. q. præt. 17. numero 31. & seq.* † *Gaed. de sequestr. cap. 1. numero 36.* præsumi pro Iudice quoad iustitiam iuris, non autem quoad iustitiam facti, nec ordinem processus, per *cap. quoniam 11. de probat. cap. 1. de sequestr. ibi, pro suo arbitrio &c.* c Totum autem iudicij ordinarij processum vulgarem summatim paucis complectitur *Rosbach. titul. 21. numero 3. & Termin. Proces. cap. 2.* qui eundem rhytmis Germanicis exprimit. Enimuerò in pluribus longè alia nobis instituendi & peragendi iudicij ratio, quàm quæ priscis Rom. fuit, imò & quæ tempore Iustiniani, vid. *Vult. 1. disc. 1. & 2. Iuris. 27.* paulò latiorem *Rauar. lib. Protribunal.* Exactiorem descriptionem *Pollet. libris 5 historiæ fori Romani*, Qui *lib. 4. cap. 21. p. 371.* scribit quod meliùs ageretur cum legibus, si vetustum consuetud. retineremus. Sed hæc etsi non temerè, ast fruſtrà dicuntur. Confer. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso, passim*, cum primus *lib. 16. cap. 15.* vbi hodierni f processus abusus perstringit. † Et litecontest. accipitur iudicium, vt *j. lib. 24. cap. 1.* Ac antea eam non proprièlis, sed controuersia *l. 25. §. 6. de pot. her.* Contestatione actor litem facit, iudicium dictat, reus accipit, *Cuiac. 9. obseru. 21.* Et ita Dd. vulgò à Citatione non incipere iudicium. Quo & probant per *cap. super. quæstionum 27. v. Litis exordium de off. deleg. c. gratum 20. eod.* vbi dicitur quæ cæptum esse negocium, Ex. non verè incipit iudicium, vid. *Gail. 1. obseru. 74. numero 1. & 2. Castillo quotid. contr. cap. 29. n. 10. Cuiac. d. loc. Forcat. dial. 83. Fac. 11. Contr. 81. Vult. 1. d. 1. pag. 15.* Vnde quæ ante litem contest. fiunt, vocant iudiciorum g præparatoria. g *ad d. §. vlt.* ℞. *Cuiac. d. cap. 21. in fin.* dici initium actionis, non iudicij. Et *Forcat. dial. 83. numero 2.* Non est, ait, pars actionis, sed instituendæ act. principium, vt præparatorium quoddam, veluti actio ad exhibendum præparatoria est rei vindicatio, vt commodiùs postea agi possit † *Wesenb. in l. 1. C. de iudic. numero 5.* A Citatione initium iudico *Clem. 2. Vt lite pend.* respectu Iudicis & iurisdict. *cap. 20. de off. deleg.* (quia per eam lis pendens dicitur, vid. S. *lib. 17. cap. 18. lit. E.* fusè *Lanc. de attent. p. 2. cap. 4 præfat. numero 28.* & seqq.) respectu verò meritorum causæ à lite contestatâ, quia ante eam mutari potest *l. 3. C. de ed.* † Malo distinguere inter strictiorem acceptionem iudicij, quatenus olim à iure distinguebatur, continens ea quæ apud recuperatores & Iudices datos expedichantur. Et latiorem, quâ pro toto tractu litis sumitur. Nam & olim apud magistratum de iure disceptabatur, & in præparatoriis hodiè velitationes fiunt. Confer. *S. lib. 17. cap. 3. lit. A. B. & cap. seq. lit. G.* Et ita *Cagnol. ad rub. C. de edendo. num. 21. & numero 24.* largo modo à Citatione incipere, non stricte. Aliter *Alc. 2. disp. 24.* h Vnde nostri (etiam qui partem iudicij negant) vocant principium basin & fundamentum Ordinis iudiciarij vel processus per *d. §. vlt. l. 47. de re iudic. cap. 11. de prob. cap. 20. de off. deleg. & plures tex. simil. quos preferunt Blarer. ad l. diffamari. cap. 6. numer. 1. Vult. ad pr. Inst. de act. numero 56. Gail. 1. obseru. 48. numero 1. & obseru. 74. numero 1. Ayrer. Process. p. 1. cap. 3. obseru. 2. numero 1. Meland. Com. Camer. p. 2. memb. 17. pag. 274.* &c. Estque primus actus iudicij. Nam libellus quo decerni petitur Citatio etsi prius offerendus, vt *cap. seq. lit. S.* non est actus iudiciarius, & per libellum adire licet etiam die feriato *l. 11. §. 6. de adult. Petr. Greg. 48. Synt. 2. numero 1. Asin. Praxi §. 5. cap. 3. numero 3. Fac. L. 15. h. tit.* Athenis quoque olim nulla actio, aut iudicium, nisi in ius vocatio præcederet, vt ex *Demosth. Ioach. Steph. lib. 2. de iurisdict. Iudæ. Græ. &c. cap. 9. numero 22.*

CAPVT II.

In ius vocatio.

PRIMA itaque PARS ordinis iudiciarij, IN IVS VOCATIO, vt cap. præc. quæ in omni institutione actionis necessaria *dict. §. vlt. Inst. de pœn. tem. lit. a* vt ante omnia in ius vocetur aduersarius. a Si quid igitur contra non vocatum actum pronunciatúmve, id nullam vim habet, per *l. 4. C. de sent. & interl.* b Nisi in iure inuentus & conuentus statim re- b sponderit, vbi iudicium tamen consistit, cum vocatio hæc eò spectet vt se sistat. Adhæc eadem rei causâ comparata, vt & editio actionis. Ergo iuri pro se introducto renunciare potest. c In ius vocatur pro- c priè cui præsenti denunciatur, vt iudicio adsit. d Quod d si absit domum denunciatur *l. 4. §. 8. de dam. inf.* e Si e nec sic veniat, vel domicilio careat aut vagabundus sit, conueniendi tutores, curatores, propinqui, aut amici. f Et exquiredi an velint defendere. Si nolint f contra indefensum proceditur, *vt j. cap. 11. &c.* IN IVS VOCARE est, *vt d. §. vlt.* vocare ad eum qui ius dicturus sit. Vt ex loco in quo ius dicitur (Hoc enim significat vocula *ius* iunctum verbis motum ad locũ vel consistentiam in loco significantibus. *l. pen. de I. & l. 4. de interr. in iur.*) intelligatur is qui dicit. g Hoc g est, cuius ea de re iurisdictio propria vel mandata. h h Non ad Iudicem pedaneum *l. 3. §. 1. Ne quis eum qui in ius.* i Quia is non est Iudex priusquam datus. Nec i datur nisi postquam reus in ius vocatus pariter atque actor ad magistratum venit. Sed nec habet potestatem cogendi, aut notionem nudam. k Seu vt *Paulus* k *lib. 1. h. t.* EST IVRIS IVRANDI CAVSSA VOCARE. Rectè item. Hic enim vocationis finis. Phrasis vsitata nostris de iure suo, de re experiri *l. 1. Ex quibus caus. mai. l. 1. Quand. de pec. annal. l. 1. Quæ in fr. cred.* ius experiri *d. l. 1. h. t.* experiri absolutè *l. 1. de diu. temp. præscript.* Experiri est tentare. Sic agens iudicio tentat, nec de consecutione certus est. l Licet l verò vtrique isti definitioni alterum desit membrum, alterâ expressum, neutra tamen manca. Nam posito vno, alterum suâ sponte intelligitur. Quia neque vocari potest ad ius dicturum, nisi gratiâ experiundi iuris, neque sic vocari, nisi ad ius dicturum. Plenius tamen vtroque membro coniuncto nos ita: Est denunciare aduersario vt se sistat iudicio, ad eum qui ius dicit, iuris de re certâ, cum eo experiundi causſa. m HÆC VT IVSTA SIT res certæ EFFI- m CIVNT. Veluti partes vocationis. n Quarum quæ- n dam IN IPSA VOCATIONE insunt; hæc TRIA: I. Ritus olim nullus, cum sua auctoritate vocare liceret, ac inuitum, niiudicio sisti caueret, ducere, vt probant loci *Terent. Eun. 4. Sc. 6.* Si vim facit, in ius ducito. *& Phorm. 5. Sc. 7.* in ius ambula, & paulò post Rape. *Horat. 1. Sat. 9. sub. fin.* Rapit in ius &c. *vid. Duar. 1. disp. 1.* o Sed hic mos exoleuit, quia parum tutum o aut humanum rem tantam priuati libidini permitti. Et æquiùs adhibetur auctoritas magistratus. p Ac p etsi quando id correctum sit, nesciatur, certum tamen quòd & Vlpia. & Pauli ætate q inoleuerit ritus q vocandi PER APPARITOREM AVCTORITATE MAGISTRATVS, vt arguunt sportulæ, quas hoc nomine à reo exigebant, de quibus §. *tripli 24. Inst. de act.* r Non exigerent nisi publicâ operâ vte- r rentur. Et quod adiri priùs solitus magistratus probant non tantum *l. 9. C. de bon. auct. iud. poss. l. diffamari. 5. C. de ingen. man.* sed & *l. 5. de iudic.* ibi: non contemnere auctoritatem. Ergo prius interuenerat. s

& l. 2.

& l. 1. §. 1 Si quis in ius voc. non ier. Vbi mulcta arguit delictũ, quod non nisi in contemptu magistra- t tus vocantis. Et hoc ritu vtimur. t II. PERSONA VOCATI. VOCARI VETANTVR ex edicto Prætoris, ALII IN TOTVM pro eo tempore MAGISTRATVS pop. Roman. ANNVI ET QVI NECESSARIO OFFICIO DETINENTVR, quod honestè tunc omittere nequeunt: Vt vxorem ducens, nubens, funus familiare prosequens, aliique relati x y *l. 1. 3. 4. hoc tit.* x ALII Y SINE PERMISSV Prætoris. PARENTES PATRONI, horumque liberi ac parentes *leg. 4. & seqq. hoc tit.* ET ALII *qui in l. 1. & 2. Cod. hoc tit.* Ratio excipiendi in ductione ignominiosa, de qua infr. *cap. 9. lit. T.* Quâ sublatâ mo- z ribus nostris, & ipsa vocationis denegatæ causſa. z III. DIES ad quem se sistere iubetur. olim nullus certus. Nam statim in ius ambulare iubebatur reus. Repugnans duci rapi poterat vt supr. nisi paratus cauere iudicio sisti ad certum diem. Tunc enim actor vocato dicebat diem, isque cautione includebatur. Inde diem dicere, pro litem denunciare seu actionem intendere, vid. *ad §. 15. Inst. de act.* Constituebatur vtriusque consensu, & ideo dicebatur condici; vnde & actio omnis condictio, etsi postea discretionis causſa sola personalis id nomen retinuit. aa Quod aa si de die inter eos non conueniret, moderatum spacium Iudex statuebat *l. 8. pr. Qui sat. cog.* Postea hoc tempus legitimum esse cœpit. Et ante Iustin. inoleuit, vt in ius vocato libellus simul ederetur. Tunc parato cauere iudicio sisti iusti essent dies 10. quos bb Iust. geminauit, vt sint dies 20. *Nou. 53. cap. 3.* bb *auth. offeratur Cod. de lit. contest.* [Iure Canon. in arbitrio cc Iudicis id positum, cc sed si nimis breue tempus concesserit, appellari potest dd *c. 1. & 2. ex. de dilat. c. consuluit 24. de off. deleg. c. vlt. l. t. vt non cont. hæc ex cap. 3. in fin.*] Ex vsu iudiciorum actor citato quem velit diem dicit, quo se sistat. Qui si adfuerit & longius ad deliberandum tempus petat, id ei pro causſæ qualitate tribuitur.

NOTATA.

a a Quippe quæ fundamentum iudicij, vt not. *c. præced. lit. G.* De hac enim proprius hic tractandi locus, cuius finis susceptio iudicij & quæ prioris partis iudicij, siue præparatoriorum, actus primus. Cum aliàs Citationum vsus crebrior & latior sit. Atque huic omninò conuenit, quod in ore nostrorum tritum est: Citatio respicit defensionem, iuris naturalis ac diuini est, auctoritate exemploque ipsius DEI Adamum vocantis *Gen. 3. v. 9.* inducta & compro bata. Ad quod citant *e. Deus omnipotens 20. cap. 2. quæst. 1. cap. qualiter & quando 24. de accusat. Clem. Pastoralis 2. §. ceterum 8. de re iud. Mareni a Speculi aurei p. 6. tit. de Citatione seu membr. 1. numero 3. Asin. Praxi §. 6. cap. 9. numero 2. & cap. 13. numero 5. Damhouder. praxi ciuili cap. 54. numero 3. Vestr. lib practicæ Rom. c. 2. numero 7. vbi in annot. Granat. lit. D. & ab lib. 5. cap. 13. lit. D. Conar. practi. qq. 23. numer. 6. Menoch. 1. arb. q. 17. numero 5. P. Greg. 48. Synt. 2. numero 8. Plarer. ad l. diffamari. cap. 6. numer. 4. Coler. de Process. p. 3. cap. 7. numero 2. & conf. 44. num. 3. Gail. 1. de pa. publ. 5. numero 5. Rulant. de Commiss. p. 1. lib. 1. cap. 5. numer. 1. & lib. 5. cap. 3. numer 1. Vant. de nullit. ex def. citat. numero 3. & numero 7.* aliique plures mox citandi. Tametsi diss. *Sarmient. 2. Select. interpretat. 14. numero 7.* scribens hanc quæstionem ridiculè deduci ex vocatione Adami *Gen. 3.* Naturâ, ait, docemur vt non nisi re cognitâ & parte audità iudicetur. Sed quod defectus citationis insanabilis sit, quia contra ius naturæ, verum non est, Rationi enim naturali ita satisfit, si negocium sic geratur, vt pro rei conditione sufficiens haberi possit cognitio. Quod autem Princeps & Papa hanc omittere nequeunt, id non inde quia iuris naturæ est, sed quia nec quæ sunt iuris positiui, sine causſa auferre licet. *ita Sarmient* Quem *& Clem. 2. §. 8.* clarè reuincit. Nec citra hanc haberi potest vera notio & discussio causſæ, parte non præsente. Atque hinc immò est quod nec Princeps vel Papa hanc Citationem remittere, nec si ipse iudicet, eam omittere, aut vt vulgò eius defectum supplere queat *d. §. ceterum 8. & cap. 1. de cap poss. & propr. c. inter quatuor 8. de maior. & obed.* Facit *L. vlt. C. Si per vim vel alio mo. l. vlt. D. de natal. rest. post. plures Vant. d. loc. numero 9. & tit. An qual. sent. diff. poss. nulla. numero 14. Curt. Iunior cons. 170. numero 27.* & seqq. *Blarer. d. cap. 6. numero 3. Wurmser. tit. 6. obseru. 10. Menoch. d. q. 17. numer. 6. & recup. poss. remed. 8. numero 55. & numero 58. Vestr. d. cap. 2. numero 7. ibique Granat. Rosbach. Proces. tit. numero 22. 43. Asin. dict. cap. 13. numero 5. & §. 7. cap. 5. numero 2. Ioan. Aurbach. sing. alleg. lib. 2. cap. 17.* Ne quidem si causſa ciuilis, modo non planè leuis, *Lanc. Conr. templo om. iud. lib. 1. cap. 1. §. 3. de obligat. Imp. verbo. pronunciare secundum conscientiam. numero 3.* Nec si causſa notorij sit, *Scaccia, lib. 1. de iudic. causſ. ciuil. &c. cap. 88. numero 3.* Et nec si absolutâ potestate vtatur, *Lanc. d. numero 3. Monach Pract. p. 3. cap. 6. numero 2. Schurff. cent. 1. consil. 9. numero 6.* quod multis firmat *Meland Comm. Cameral p. 2. membr 17. f. 275. Diff. Marsil. sing. 75. numero 3. Asin. & ab eo relati §. 7. cap. 5. limitat. Chassan. Catal. gloria mundi p 5. consid. 24. numero 158. per cap. cum olim 12. de re iud.* Quorum opinioni locus esse potest in Citationibus subcœq. & ad alios actus, maximè si iusta causſa Principem moueric, *Maranta p. 6. t. de Citat. numero 10.* & quoad solennitates quæ iuris positiui, vid. *lit. seqq.* Vnde nec vllo iure, aut statuto tolli potest, *Vant. d. numero 9. Asin. §. 6. cap. 9. & cap. 13. numero 2. Scaccia d. cap. 88. numero 4.* Nec ab arbitrio etiam cui absoluta facultas data, omitti, *Menoch. d. q. 17. Marsil. sing. 75. num. 2. Vant. d. lo. numero 10.* Etsi expresse ei datum vt & partibus absentibus pronuncier. *Vant. ibid.* in quo ei contrarius est *Scaccia d. cap. 88. n. 6.* Vterque nititur *l. 26. §. 4. de re arb.* Vantij opinio obtinere potest quoad citationem primam quæ huius huius loci Scacciæ autem quoad euocationem ad audiendam sententiam. Quatenus nempe defensionem respicit, quæ vt adimatur omnimodò, nulla iusta causſa, nulla Principis potestas, nullum odium partis efficit. Nam nec diabolum, si in iudicio versari posset, innocentum & inauditum damnari fas fore putant *Vand. d. loc. numero 3. Sig. Scaccia. d. ea 88. numer. 2.* Neque hac ratione vlla exceptio, vid. *lit. seq.* b Nihilque cognosci & statui potest, *Don ad rub. C. h. t. numero 2.* deficiente nempe vnâ personâ litigantis, & ita formâ dicij *P. Iure. 48. Synt. 2. numer. 28.* Cum notio & discussio causſæ fieri nequeat, quæ corpus & substantia iudicij, *Vestr. 3. pract Rom cap. 2. numero 7.* Nec vllus potentior defectus iudicij, *Vant. tit. de null. ex def. Citat. num. 2. Granat. ad Vestr. d. cap. 2. lit. D.* Eademque nullitas processus, siue planè non emissa, siue non rite vel legitimè, quæ iure nulla per *l. 6. Qui sat. cog. & simil. Vant. d. tit. numero 22. & seqq. Asin. §. 6. cap. 12. numer. 5. & cap. 13. numero 1.* vid. tamen idem *Vant. tit. vlt. numero 118.* & seqq. Et quod vitiosa ac inualida non induest litis pendentiam, *Lanc. de attent. p. 2. cap. 4. numero 94. & seqq. Meland. Com. Camer. p. 2. membr. 17. Exc.* Nisi ipse Citatus causſam nullitati dederit, *Lanc. de attent. p. 2. cap. 4. præfat. num. 102.* vid. tamen *Ant. Fab. Cod. suo hoc tit. Dessin. 6. 2.* Nisi ita vocatus venerit. Quo ipso validam reddi, adeoque comparitione spontaneâ omne vitium purgari plerique prodidêre, perl. 1. §. 1. de feriis. *Vant. tit. vlt. numero 116. Vist. lib. 2. decis. 274. Bour. decis. 235. numero 3. P. Æmil. decis. Rotæ 112. p. 1. Menoch. 2. præsumpt. 24. numero 14. Mynss. 2. obseru. 18. & 3. obseru. 90. Gail. 1. obs. 58.* De quo fusè *Lanc. de attent. p. 2. cap. 4. pr. fat. num. 128.* & seqq. Etsi de illegitimâ citatione excipiat comparens reus, *Mynsing. d. cap. 90. numero 1. & Gail. d. loc. numer. 1.* secus tamen si cognati, aut amici eiusdem, vid. *Vinc. de Franc. decis. 514. numero 9.* Enimuerò hic sustinetur iudicium à die comparitionis, non à die nulliter decretæ citationis, *Lanc. d. loc. numero 140.* Et hoc ita si solùm defectus iurisdictionis ibid. *num. 42.* quia hîc sæpè necessitas veniendi, *vt j. cap. 9. lit.* Atque hæc expeditiora in primâ Citatione, eaque quæ huius loci. Quin immò etsi sententia lata in fauorem non citati, eam non valere volunt post plures *Vant. d. tit. num. 10. Granat. annot. ad præt. Vestrij lib. 5 cap. 13. lit. D. P. Frider. lib. 2. de Mandat. iud. cap. 17. numero 5.* nisi in causſâ *Mynss. 2. obseru. 92.* Licet modum & solennitatem vocandi, quæ & quatenus à iure ciuili est, eodem mutari, variari, itaque & à Principe remitti vel omitti nihil impediat *Maranta p. 6. tit. de Citat. numero 10. Meland. Com. Camerał. p. 2. membr. 17. f. 276. vant. titul. vltim. numero 107.* & seqq. *iunge lit. præced. sub fi.* † Cæterùm idem ius esse volunt in quibuluis actibus causſæ vel iudicij, vt in quouis citatio requi-

requitatur, citra quam is non valeat, nec noceat non citato *Hippol. de Marsil singul. 75. Anton. Gabr. Rom. lib. 2. hoc titul. conclus. 1. Gail. observ. 48. numero 1. & 2. Asin. praxi §. 7. cap. 5. pr. numero 2. Scaccia lib. 1. de iudic. cap. 88. de Citat. necess. in jng. acti. causs. Lanc. Conrad. de off. prat. in causs. ciuil. v. Citatio, numero 4. & seqq. Fr. Ipseil. conf. 158.* Præsertim si causæ cognitionem requirat, *Mynsing. 2. obs. 91. pr. Rosbach. tit. 22. numero 13. &c.* Veluti si producendæ positiones, instrumenta vel testes, si arrestationes publicandæ, si sententia ferenda, aut executioni mandanda, &c. Quod probant per *l. 47. de re iudic. l. 39. de adopt. leg. 29. §. vlt. de minor. l. 13. pr. cod. leg. vlt. Cod. Si vim vel al. mo. l. 19. Cod. de testib. l. 4. Cod. de dilat. auth. Si omnes. C. si minor. se hered. abstin. cap. inter. 8. de maiorit. & obed.* Ac etsi inter alios lis mota sit, vel actus is expediatur, omnem tamen qui præcendit aliquod interesse, vel ex eo actu lædi poterit, citandum tradunt, *Maranta p. 6. h. tit. numero 2. Grauat. ad Vestr. d. cap. 13. lit. D.* de communi testans, *Marc. de Mantua singul. 164.* (excipiens, nisi præiudicium id exiguum) *Rosbach. titul. 22. numero 32. Mynsing. 2. obs. 91. pr. per d. l. 47. d. l. 39. &c.* si scil. principaliter eum negorium tangat. Secus si per consequentiam inde lædi possit, vid. *Asin. §. 7. cap. 5. limit. 1. Vant. de null. V. ex def. Citat. numero 19. Barth. Romuleum tr. de testator. præceptis &c. numero 225. per l. 1. §. pen. de inspic. ventre.* Pro validitate tamen iudicij soluendus is citandus, contra quem peritio directa: alij si non citantur actus valet quidem inter præsentes & vocatos, sed. non citatis non præiudicat *d. l. 47. pr. de re iud. Vant. d. numero 19. vid. Foller. ad Marantam h. t. numero 4.* ne quidem ei de cuius interesse principaliter non agitur. *Hier. Schurff. cent. 1. conf. 9. numero 3. Menoch. adip. poss. remed. 4. numero 457. & numero 465.* (An validus actus qui non citato non facit præiudicium tractat *Marsil. singul. 30. numero 3.*) Enimverò subsequentium Citationum non tanta necessitas, quanta primæ, ne quidem quoad reum principalem. Et in pluribus actibus est iuris merè positiui, veluti ad audiendam sententiam, *Maranta h. tit. numero 10. Vant. de nullit. titul. vlt. numero 107. &* 109. ad videndum iurare testes &c. Hinc plures casus referuntur; quibus Citatio necessaria non sit, vid. *Tiraq. in tit. C. Res inter al. act. Mynsi. 2. observ. 91. & 6. observ. 6.* Et *Maranta* sanè *h. t. numero 5.* vsque ad numerũ 39. regulæ: Citatio in quouis actu requiritur, limitationes, 31. profert *d. loc. 43. Lanc. Conrad. de off. prat. in causs ciuil v. Citatio, numero 4* & seqq. 78. modis eam limitat *Anton. Gabr. Rom. lib. 2 comm. conclus. tit. de Citat. concl. 1. 130. Asin.* denique *Praxi §. 7. c. 5.* casus 145. quibus non requiritur Citatio percenset. Quos ad 7. genera reducit *Sigis. Scaccia lib. 1. de iudic. causs. ciu. &c. c. 88. numero 20.* & seqq. Omnes autem fermè illi casus ad subseqq. Citationes referendi. Plerique etiam ad eos qui non principaliter rei, sed quorum aliàs aliquod interesse videtur, pertinent. Falsque quin Princeps, iustâ ratione motus, omittere, actumque ea præuiâ expediendum committere possit, ambigendum non est, maximè vbi defensio nulla foret citato, *Maranta d. lo. numero 10.* Nam & tunc alius Iudex, si ipsi in forma iudicij id constet, citationem omittere poterit, *Scaccia d. numero 20 Mynsing. dict. observ. 91. Menoch. adip. poss. remed. 4. numero 450.* & alij, cum cesser rune causs citationem exigens. Quinimmò nostrorum doctrinâ vsuque fori comprobatum est, vti initio generalis Citatio ad totam caussam omnesque ac singulos actus iudicij emitti possit, eo effectu, vt si ita citatus non veniat, semper vlteriùs procedatur, actulque itacelebrati valeant ac singulatim citatus foret. Quod plerique ita admittunt, quando citandus longiùs à Curia abest, non cum in eadem vrbe moratur cive vicinus. Hinc enim nullo negocio ad nouum actum repeti poterit Citatio. Illic autem non sine magnis impensis & multâ molestiâ, quam euitari expedit. Ita plerique per *c. ex litteris 5. §. fin. de in int. rest. c. cum dilecti 6. & c. vlt. de dolo & contumac. Maranta h. titul. numero 118. Vant. d. titul. numero 98.* & seq. *Asin. praxi §. 7. cap. 2. Scaccia d. cap. 88. numero 10. Lanc. Conrad. d. v. Citatio. numero 10. Dambouder praxi. ciu. cap. 47. numero 14. Grauat. ad Vestr. pract. lib. 4. cap. 4. numero 15. Meland. Comm. Cameral. p. 2. membr. 8.* Et hoc forsan iuri conueniencius. At hæc dixi, in Camera Imp. non seruatur. *Gail. 1. obs. 51. in fin. Mynsing. 4. observ. 33.* comprobans istud per *leg. 3. ibi: vt veniat. ad caussam Cod. Qui accus. non poss.* ad quam *Bt. Meland. d. loc.* Quæ citatio generalis (commodum litigiosi processus remediũ *Ventura de Valentijs Parthenij litigios. lib. 2. cap. 13. numero 15.*) vim suam in tantum exerit, vt si planè non compareat reus, ad ipsam sententiam definitiuam perueniri absque vlteriori citatione censeant *Lanc. Conrad. Dambouder. & Mynsing. dd. loc.* Quod obtinere potest quando talis citatio post litem priùs contestatam, ad omnes actus reliquos emissa, aliàs non nisi in casibus quibus sententia lite contestatâ ferri potest, *Maranta d. numero 118 Asin. d cap. 2. numero 4. Grauat. d. numero 15.* Sed postquam ita citatus comparuit, etsi non in primo actu post eam emissam, sed fortè in medio caussæ, aliâ parte instantiæ, vim citationis generalis expirare, quod actus futuros, ad eosque denuò citand. reum esse tradunt *Dambouder. d. numero 14. Scaccia d. cap. 88. numero 11. & 12. Maranta. d. numero 118. Grauat. d. numero 15. Vant. d. t. numero 112.* Quod & Cameralibus visum esse memorat *Blarer. in l. diffamari. d. 6. numero 42.* Id tamen ita declarat *Scaccia d. loc. numero 17.* si in loco iudicij mansit citatus. Secus si inde domum rediit, quia cum hâc ratio in loci distantiâ adhuc vigeat, non opus est, ait, vt denuò citetur. Quomodo & *Vant. d. lo. numero 114.* vt contumacia sic euitetur, oportere eum vel ad expeditionem caussæ manere, vel salrem, si recedat, procuratorem relinquere. In quo res casus disting. *Asin. d. cap. 2. n mero 7.* quem consule. Cæterùm etsi actor ipse primo termino Citationis non compareat, vnde Citatio quoad illum actum circumducta videtur, per *l. 73. §. 1. de iudic.* ex quo tamen facta ad totam caussam, & ad duo citatum arctat, vt in termino compareat, & vt ad caussam, inde si alio termino actor veniat, reo contumace, procedi potest, vid. *Vant. d. tit. numero 111. Mynsing. d. observ. 33. Ioan. Pels Proceff. tit. 14. numero 2. & 3.* Modum & formam sic citandi petere ex *Asin. dict. cap. 2. & seqq. 5. Vantio dict. titul. numero 99. & seqq.* Quid si Citatus dixit nolle se cõparere, an deinde ad alium actum citandus? *Scaccia d. c. 88. numero 13.* dist. Si simpliciter dixit, quia interpretatio sit ad exclusionem maioris delicti, expressio referetur ad illum actum, non ad totam caussam. Si verò adiecit se nolle venire *in eâ caussâ* vlteriùs non citandus. Quod non aliter admittit *Vant. d. loc. numero 98.* quàm si citandus longius abiit. Quibus casibus à mandatis pœnalibus sine clausulâ iudicium inchoati possit, vid. *Gail. 1. de pac. publ. 5.* Et in voto iure quæ non propter se, sed propter finem, obtento illo sine non requiruntur, arg. *l. 20. Cod. de pact. inutil. l. 9. §. 5. de acq. do. Dom. ad h. titul. Codic. numero 3.* Quo expeditum si verò respondit, de quo hìc noster. Quid autem *h.* vel ideò respondere & suscipere litem nolit quod citatus non sit? Iure Sax. sanè si se non ideo adesse dicat, ne imparatus obruatur, citari debet vt compareat, responsurus ad proximè sequentem cognitionis diem *Landr. lib. 2. artic. 2. Fachs & Reinhard. inter diff. Zobel. 5. p. 1. numero 8. & 9. Coler. decision. 103. numero 6. & decis. 142. numero 2.* Iure autem communi res controuersa est. Equidem Barth. & sequaces ref. *Fachs d. loc.* æquè inter volentem & inuitum reus hic distinguunt. Et probat *Wesen. in Par. hoc titul. numero 13. cir. med.* communique praxi seruari refert. Sed contra plerique tum, per *leg. 47. pr. de re iudic. leg. 29. §. vlt. de minor. verbis: præsente vel euocato. auth. si omnes C. Si minor se ab her.* tum quia superior ratio generalis, cum ad id citetur, vt si præsens, ideo præsenti non necessaria, *Marant. h. tit. numero 12. Asin. praxi §. 7. limit. 90. Grauat. ad Vestr. pract lib. 5. cap. 13. numero 7. Ioan. Pels Proceff. titul. 11 numero 2. Vant. titul. de nullit. ex defect. citat. num. 17.* Quod & *Marsil. singul. 30. numero 1.* confirmari putat per *l. 28. pr. &* §. *vlt. de fideic. lib. l. recusare 6. pr. ad Trebel.* (Quæ tamen Il. parum ad rem faciunt.) Itaque vsus Curiæ supremæ imperij fert, *Gail. 1. observ. 48. numero 4. & obser. 51. numero 8. Mynsi. 7. obser. 6. numero 8. Rulant. de Commissar. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 2.* Quin & eo ipso quod adest præsumi citatum vult *Menoch. 2. præsumpt. 22. numero 2. & Coler. cons. 44. numero 65. ac seq. add. Vant. d. titul. numero 16. Maranta d. numero 12.* Planè si admonitionis caussa adesse debeat, monendus præsens de actu, qui geritur, ex. gr. si testes iurare debent, *Asin. d. limit. 90. numero 10. & 15. Menoch. 6. præs. 21. numero 5.* etsi quidam diff. *ref. Mar. d. numero 12.* Ast si defensionis caussa, dandæ petenti inducìæ deliberatoriæ, *vid. Maranta d. loc. numero 13. Asin. d. lim. 90. numero 14.* Sed & si ad aliam caussam citatus comparuerit, & alia lis ei intenteturr, ad eam suscip. absque præuiâ citatione non compelli, *Marantæ d. numero 13. Asin. d loc. numero 9. Coler. cons. 44. num. 14.* per *l. 2. cir fi. verbis, dum quis caussam agit h. tit. leg. 54. §. 1. de re ind.* ac melius prob. per *l. 2. §. 3. vers. ei quoque de iudic.* Et ita passim in Curiis seruari tradit *Mynsi. d. obser. 6. numero 9. add. P. Æmil. decis. Rotæ 107. p. 1.* Etsi in hoc quoque aliud statuit *Gail. d. observ. 51. numero 7. & 8. Wurmser. titul. 6. observ. 12.* (confuetudinem iudiciorum iuri contrariam esse volens) & *Scaccia lib. 1. de*

diff. amari. 5. C. de ingen. man. verbò: vocitasse. Cass. Contard. post alios *ibid. c. 1. numero 42.* Sed immò *vocit are* est sæpius vocare, *Blarer. ibid. in Summâ d. leg. numero 13.* Plura de hac pete ex Dd. memoratis, *fl. 5. §. 2. Quod vi aut clam. dict. leg. 4. §. 5. de dam. inf.* Et si nemo domi reperiatur, vicinis denunciari potest, *Dambouder. Praxi cap. 59. numero 1.* Quin & schedula citationis affigi debet foribus ædium *dict. leg. 4. §. 6. de dam. inf. Guid. Papæ singul. 419.* & si domo careat, ad ædem sacram, seu Ecclesiam parochialem, *cap. vlt. de dolo & contum. Ioan. Pels Proceff. tit. 12. numer. 31.* Sed & vagabundi per edicta, aut publicas proclamationes vocari possunt, vid. *Maranta, hoc tit. numero 83. Gail. 1. observ. 57. numero 4. & seq. Menoch. recup. post. remed. 8. numero 117. Coler. de Proceff. p. 3. cap. 7. numero 25. & 2. seqq.* Et quidem Citatio per edictum non nisi in casu necessitatis adhibenda, quando nec ad domum citationis locus, *Scaccia l. 1. de causs. ciu. crim. &c cap. 34. numero 7. Maranta d. tit. de Citat. numero 82. Gail. d. observ. 57. numero 1. Meland. Com. Camer. p. 2. membr. 7. f. 285.* Adeò vt quoties alio modo insinuari potest, hac grauatum appellare posse velint *Gail. dict. loc. P. Greg. 2. de appell. 15. numero 10. Coler. p. 3. cap. 7. numero 27.* & ipsam citationem nullius momenti esse docet *Menoch. recup. poss. remed. 8. numero 111. & remed. 15. numero 229.* Quin nec nisi speciali commissione Principis, vid. not. *j. lit. H.* ac solùm contra eum qui procurat ne ad se veniat Citatio, hanc expediri, *Bouer. sing. 9. numero 25. add. Schurff. conf. 82. cent. 1.* Et quod soli ordinario hæc licita, nec delegato, nisi Principis, in casibus iure permissis & rescripto contentis, *Scaccia d. cap. 34. numero 1. 3. 4.* (*add. not. j. lit. H.*) Qui *ibid. numero 9.* & seqq. casus septem percenset, quibus hæc admissa (è quibus quatuor refert *Gail. d. observ. 57. & 13. Maranta d. lo.*) 1. Quando quis effecit ne Citatio ad se perueniret, *elem. 1. de iudic. Scaccia d. numero 9. Mar. d. loc. numero 84.* Quin & hunc pro citato haberi, vt ampliùs citandus non sit, per *c. quoniam 5. §. porro 5. Vt lite non cont. Gail. 1. observ. 55. numero 4. Ioan. Rulant, addit. ad Marant. h. tit. numero 36.* 2. Quando non est tutus accessus, *dict. elem. 1. vn. de foro comp. vid. Schurff. cent. 1. conf. 82. Gail. d. obs. 50. numero 2. Vestr. lib. 4. pract. cap. numero 3. Maranta dict. loc. numero 85. Vant. d. tit. num. 124.* & seqq. *Scaccia d. loc. numero 10. &* 11. vbi hoc per duos testes singulares probari, & cognòsci summariè. 3. Quando priùs principaliter citatus contumax, vel recessit Procuratore non relicto, *Scaccia ibid. numero 13. 4.* Quando vagabundus, vt auctores ante citati. Qui affigi volunt edicti litteras foribus ædium, si quas habet, vel in eâ ciuitate ac loco vbi conseruari solitus, *Marant. d. numero 83. Gail. 1. observ. 57. numero 5. per l. 4. §. 6. de dam. inf. l. 27. §. 2. ad Municip.* Sed *Scaccia d. cap. 34. numero 14. & cap. 45. numero 23.* ita dist. Si de re soli agitur affigenda loco rei sitæ, per *d. l. 4. §. 6.* Sin de mobili vel pecuniâ, vbi versari reus consuevit. 5. Casus Scaccia in obligatione in forma Cameræ, quæ Romanis, qui hodiè sunt, frequentatur, quâ de tract. exstat *Ant. Massæ Galesij. 6.* Quando contradictor incertus, quoties in genere omnes sua quoque modo interesse putantes citantur *c. vlt. insi. de elect.* vid. *Gail. d. observ. 57. numero 6. & 7. Scacc. d. cap. 34. numero 16. Mar. d. loc. numero 89. Marsil. singul. 259. Vant. d. tit. numero 142. Menoch. recup. poss. remed. 8. numero 102.* & seqq. Cuius Citat. generalis formulam pere ex Rosbach. *tit. 27.* Quam citationem non arctatoriam, sed monitoriam nostri vocant, cum per eam optio detur cuicunque venire & obsistere, nemo autem cogatur, vid. *Vant. de null. ex def. citat. numero 60. Vestr. lib. 4. Pract. c. 4. num. 8. Blarer. in l. diffamari. c. 6, n. 5. & 67. Surd. decis. 26. num. 7. Lanc. de attent. p. 2. cap. 4. pract. n. 159. &* seqq. scribens eâ non fieri reum necessarium nec induci litis pendentiam. Et quod per eam inhabiles non habilitentur, vti per aliam, *Contard. in l. diffamari. cap. 1. numero 36. Menoch. adip. poss. remed. 4. numero 615. & 2. seqq. vid. Ioan. Pels Proceff. tit. 12. numero 19.* & seqq. Comparitione tamen eam ita purgari docet *Lanc. d. loc. numero 162.* ac si simpliciter, sine conditione, facta fuisset. Denique septimò quando lis cum Vniuersitate quapiam vel collegio, per edictum propositum in loco vbi conuentus haberi solitus, & si eò non pateat accessus, in portâ ciuitatis vel loco confini affixum, vid. *Mar. d. loc. numero 94. Vant. d. tit. numero 144. Grauat. ad Vestr. lib. 4. cap. 3. num. 12. Ioan. Pels Proceff. tit. 12. num. 33. &* seqq. *Menoch. recup. poss. remed. 8. numero 119. Lanc. de attent. p. 2. cap. 4. prafat. numero 157.* & seqq. Affigi autem debent litteræ edicti in loco publico, domicilio vicino, eóve vnde facilior notitia, per *l. 11. §. 3. de inst. act.* vid. *Io. Pels d. t. 12. n. 56.* & seqq. *Vant. d. loc. n. 140.* Ex vsu Camerg

tribus saltem locis vicinis affigi, eaque à parte aduersa designari debere notat *Gail.d.obs.*57.*n.*10. Ipsumque autographum (vulgò originale) affigendum primitus, postea autem vbi per aliquot horas ibi mansit, eo refixo substitui posse exemplum (vulgò copiam) vult *Scaecia li.*1.*de iud. causs. cis.* 6.45.*n.*17. Et quamdiu affixa hæc Citatio esse debet in loco publico, iudicis arbitrij est, *Menoch.c.*463. Effectum eius tradit *Gail.d.obs.*57.*n.*12 vt perinde arctet citatum atque quæ in personam fit, contumacemque reddat, vt procedi vlterius queat. Quod *Scaec.d.c.*45. *n.*21. tunc admittit, quando certus est citandus, nec in personam citari potuit ob accessum non tutum. Et quòd hinc fictè contumax reddatur, auditurque eriam contra sententiam, refutis expensis prodidit *Paul. Æmil.decis. Rotæ* 118.*p.*1. quodque iuranti Citationē ad notiriam suam non peruenisse credatur, *Menoch.lib.*1. *præsumpt.q.* 77.*n.*11. Plura de hac re pete ex *Gail.d.obs.*57. *Scaec.dict.c.*34. aliisque ante citatis, vt & *Menoch.recup.poss. remed.*4.*n* 102. & seqq Affinis huic ea quæ fit voce præconis. Vulgò Citatio per Proclama. Quæ clarâ voce nuncij in plateâ publicâ, citra affixionem legitur aut pronunciatur. [a]De quâ & quibus casibus recepta sit (non enim iisdem quibus prior, quòd vox præconis paucis innotescat, facilè euanescat; *auth. qui semel.C. Quom. & quan. iud Nou.*112. *c.*3. *Sich. ad l.*8. *C.d.t.n.* 11.) vid. *Maranta hoc n.*97. & seqq. *Scaec.d. lib.c.*34. *Contard.in l.diffamari.c.*6.*n.*21. & seqq. *Fr. Herculan.de Probandâ negatiuâ num.*240. & seqq. *Asin.de Execut.* §.6. *cap.*39. & seqq. Cuiusmodi & ea quæ in matrimonijs consuera est fieri denunciatio à parocho in suggestu, vulgò *das auffbitten. Marant.d. loc num.*102. *& Scaec.n.*3. Etsi verò præsumptio sit quod Citationis per Proclama notitia peruenerit ad citatum, iureiur. tamen contrarium asseueranti creditur per *c.vlt. Qui matr. accus.poss. Menoch.lib.*1. *præsumps.q.*77.*n.*10. & 11. Accensent his vulgò Citationem per campanam, aut tubæ sonitum, cuius vsus in conuocandis personis alicuius vniuersitatis, collegij, capituli aut consilij generalis. Quâ de *Scaec.d. li.*1. *c.*36. *Marant.h.t.n.*111. & seqq. *P. Greg.*48. *Synt.*2. *nu.*10. Sed ea non est huius loci. Etsi *Cuiac.*7. *obs.*15, in criminalibus citationem absentium reorum per triduum *l.*10. *de publ. iud.* [g] buccinâ fieri: ita & *Don. ad rub. Cod.h.t.n* 8. quia in locum quo ius redditur, potest quis vocari ad scribam, aduocatum vel alium, quæ tamē in ius vocatio non est. Eodem sensu dicitur in iudicium vocare, *l.*2. *§.2. Quisquis fid.cog.l.*1. *§. pen. & vlt.l.tutor.*28. *ff. de adm.tut. l.*2. *de eo per quem fac. er.* Situti & cautio iudicio sisti est ad Prætoris sellam sisti, *in D. Si quis in ius voc.non ier. Cuiac.*10. *obs.*10. Quia iudicium generaliùs etiam apud Prætorem dicitur, vid. *not. S. lib.*17. *c.*3. *lit. A. & c.* 21. *lit. C.* Et ita quod in iure fit, sit etiā in iudicio, etsi contra, quod in iudicio strictiùs accepto, apud pedaneum, nunquam dicatur in iure fieri. *Volt.*1. *obseept.*1. *pag.*16. *add. not. j. lit. K.* [h] Diff. *Ant. Fab. vt not. j.c.*9. *lit. D.* h Etti enim quidam veterum in delegato dubitauerint, num per nuncium, aut literas citare possit, vid. *Ayrer. Proceff. p.*1. *c.*3. *obs.*12. *num.*15. & nonnulli ab ipso delegato vocandum reum censuerint. Alij per nuncium quidem viuâ voce & in faciem posse, ast non per litteras domui affigendas, vid. *Sich. ad l.*8. *C. Quom. & quan.iud. n.*13. & seq. Quin ramen & huic (per litteras quoque) citare liceat ambigendum non est, vt post *Socin. & Speculat. Asin.*§.7. *c.*4. *n.*5. Et probat *L.*16 & seq. *de iurisd.iudi.l.* 2. *eod. & ea quæ S.l.*19. *c.*8. *vbi not. lit. L.ll. Ayrer.d. obs.*2. *n.*16. *& seq.* Quin & quando primâ vice quis coram delegato citatur, necesse esse, vt id scriptis fiat, *Sigif. Scac.lib.*1. *de iud.c.*33. *n.*16. *& Maranta hoc tit.n.*75. *Asin.*§.6. *c.*7. *n.*1. Siquidem potestas delegati in Citatione exprimenda citra quam non arctat, vt citati *S.lib.*17. *c.*8. *lit. Eee. quib. add. Gail.*1. *obs.*48. *n.* 17. *& seq. Myns.*3. *obs.*1. *Meland. Com. Camer al.p.*2. *mēb.*17. *f.* 278. *Ayrer.d.obs.*2. *n.*19. *Scaccia d.l.*1. *c.*32. *num.*35. excipiens nisi leue præiudicium citati vertatur, & nisi in loco propinquo degat citatus, *Io. Pels Proceff. tit.*12. *nu.*8. *& 9. Iannin. lib.* 1. *de Citat. reali c.*1. *nu* 629. Sanè Citationem per edictum solùm per delegatum Principis, non autem inferioris, expediri nostri volunt, nec nisi id diserte rescripto delegationis concessum, cùm superioris auctoritatem requirat: rigorosa & exorbitans sit. De quo adi *Vant. de nullit. ex def. citat.n.*125. & seqq. *Wurmser. tit.6. obj.*8 *num.*1. *Iacob. de Bello visu Pract. crim. lib.*2. *c.*5. *num.*7. *Sich. ad l.*8. *C. Quom. & quan. iud. n.*13. & seqq. *Scaccia lib.*1. *cap.*34. *num.*3. & seqq. vbi *num.*5. similem eam esse banno. Bannire autem delegato non licet *& Maran. tit. de citat.n.*39. adducens *auth. qui semel. C. Quom. & quan. iud. Nou.*112. *c.*3. *pr.* Vnde Commissarium Cameræ, eā inconsultā, citare non debere docet & obseruari testatur *Rulant. de Commiss. p.*1. *lib.*5. *c.*3. *sub fin.* vid. tamē *Io. Pels Proceff. tit.*12. *num.*121. Denique Citatione per delegatum decreta vivo delegāte, etsi hoc mortuo insinuetur, iurisdict. perpetuatam esse iudicatum refert P. *Æmil. decis. Rotæ* 115. *p.*1. Confer. *not. S. lib.*17. *cap.*8 *lit. Ooo.* De Citatione autē incompetentis item quæ extra territorium citantis notabo *j.c.* 10. i Planè *Rau.*3. *Coniect.*10. per *pedaneum dict. leg.*3. § 1. intelligit non iudicem datum, sed minorem magistratum ex iis qui neque vocationem, neque prehensionem habebant, vt Quæstores, *Agell.*13. *Noct.*12. *& seq.* Hic enim ait, si nō denunciata pœna euocet, sed adstricta ceruice ad se trahi patiatur, eo ipso supra iurisd. suam ius dicit. Proinde ita tractum impunè quis eximit. † Sanè magistratus illos quibus tribunal non fuit, pedaneos nuncupatos comprobauimus S. *l.*17. *c.*21. *lit. G.* Ast de iis *d.*§.1. exponere non necesse est. Aut saltem eius sententia æquè, & magis, ad iudices datos pertinet; k ita & *Camil. Plaut. ad rub. D. de off. eius lib.*2. *c.*7. *n.*1. quia nec ius cogendi, nec mulctæ dicendæ habet. † *Duar. ad h. tit. D. c.*2. *& 1. disp. Cuiac.*10. *obs.*10. *Gouean. lib.*1. *de iurisd. n.*34. scribens nec legi, nec fando auditum ad pedaneos in iusvocati, cū ius sit locus vbi Prætor ius dicit, *leg. pen. de Iud. & iur. & totius tit. de in ius voc.* ad magistratus pertineat, non ad pedaneos. Sic *Donatus in ius* ire exponit ad prætoris sellam ire, *Renar. Protrib. c.*7. Et omne quod in iure fieri dicitur, semper apud magistratum, nunquam apud iudicem datum intelligi contendit, *Wlt.*1. *disc.*1. *pa.*13. *per l.*6. *in fi. de seruis.l.*56. §.1. *Mand.l.*29. §.1. *de donat. l. vlt. de cess. bonor.* & similab eo prolatis. Et ita *in iure* & apud iudicē opponit *Plaut. Menachm. act.*4. *sc.*2. in iure & in iudiciis, *Cicer.* 1. *de Orat. Renar. dict. c.*7. *add. Tuneb.*29. *adu.*33. *Coras.*3. *misc.*18. *Speckh. cent.*2. *cl.*4. *q.*10. *n.*2. *& 3.* Enimuerò latiorisensu *ius* cōplecti iudicium & tractationem apud pedaneum forsan non adeò absurdè quis contenderet, per *l.*4. §.1. *de interr. in iure.* Nam etsi ibi: *alios iudices*, exponat ordinarios, non delegatos, *Baro lib. var. qq. de iurisd fol.*43. in seqq. ramen *iuris dicendi vel iudicandi* vocula *vel* disiungit pariter & vtrumque implicat. Dici tamen potest ea verba de caussis quas ipse Prætor cognouit & disceptauit accipi debere. *Confer. S. lib.*17. *c.*21. Ast dices, Si iudici pedaneo nulla vocandi auctoritas, qui igitur litem dirimere potuit? *Bodin.*5. *de Rep.*5. *initio n.* 299. pedaneos in ius vocasse scribit, sed quia, imperandi iure carentes, vocatos obtemperare non coactos, nisi magistratus ipsi pro iure suæ potestatis iuberent. † *Vult.*1. *disc.*1. *p.*5. *seqq. & disc.* 2. sentit in ius vocationem quidem solùm dictam ad Prætorem vel magistratum, Citationem autem etiam ad pedaneū. Etsi enim *Gouean.*1. *var. lect. vlt. num.*3. Citare velit esse voce præconis vocari coràm magistratu, vt *l. pen. de in int. rest. l.*73. *de indic.* & *Duar.*1. *disp.*7. *& ad h.t. D. c.*2. Citationē cum in ius vocatione confundi quādoque, vt *l.*8. *C. Quom. & quan. iud.* Apud veteres autem Iurisconsultos *Citari* reum, cum ipsa die cognitionis, quæ antè ei dicta fuit, in foro & tribunali per præconem euocatur, vt præsens sit nēcne appareat. Quod probare nititur ex *d. l. pen. de in int. rest. l. inter* 10. *de publ. iud. Quintil. li.*6. *c.*5. *Agell.*1. *Noct.*1. *Ascon.*3. *Verrinâ.* Et ita *Baro in d.l. pen.* Citat præco cùm inclamat iam edictis sollennibus euocatum. Ac conuenit, *Rau. Protrib. c.*2. cōfirmans *ex Apulei lib.*10. *Suet. in Tiberio. & l.*28. *§. pen. verbis*: isque adesse negabitur (scilicet voce præconis post citationem) *de fideic. libert. Vulteius* tamen *d. c.*2. Citationem ita anguste non accipi debere ostendit, statuitque Citationē generis verbum. Cuius species sint in ius vocatio ad Prætorem, & Citatio specialiùs dicta ad Iudicem datum. Quæ & in aliis differebant. Illa etiam propriā auctoritate, vt *j. l. O.* Hæc nō nisi iussu Iudicis præeunte: illa sæpiùs per priuatam, licet, & per apparitorem perente aduersario fieri potuerit, hæc per præconem vel apparitorem, illa iuris experiundi, hęc facti disceptandi caussa, &c. Et probat *Val. Guil. Forst. Parat. ad h.t.* nec alienus videtur *d Greg.*48. *Synt.*2. *n.*4. *Gilk. ad rub. C. h.t. n.*6. *&* 7. Quorum vberior explicatio petenda ex Vult. Hoc enim discrimen, vti & *iuris & indicij* ab vsu recessit, non ampliùs vigente veteri dandorum Iudicum more. Etsi quadantenus adhuc supersit, cum hodie præparatoria iudiciorum vsurpentur, quæ antiquitus in iure peragebātur, *Vult. d. disc.*1. *p.*27. Sed & Dd. vulgò ignoratum est discrimen Iudicis dati & eius cui iurisd. delegata est, vid. *d.*17. *c.*23. *lit. D.* eo tūque dogmata in mores ac vsus peruasērūt. Vnde cū de pedanei citatione loquuntur, delegatū intelligunt de quo *S. lit. H.* Denique Don. noster hīc tractat non de quauis vocatione in ius vel iudicij, sed solùm de primā, principio ordinis iudiciarij. Quæ iuxta ritus antiquos, per naturā nulla fiebat à Iudice dato, l *ita & Don. ad h.* [l] *t. C.n.*10. Conuenit *A. Fab. ad d. l.*1. his verbis notari dubiū iudicij exitū, *l.*51. *de pecul.* & aleā *l.*12. *de fest. hom.* quia quæstio facti in arbitrio iudicantis. Facti autē interpretatio prudētiā fallere potest. Dicitur & reus experiri, vid. *not l* 17. *c.*5. *l.* Bimita & *Don. ad h.t. C.n.*12. Supinè *Cui. Par. C. h.t* In ius nā vocare est, ait, trahere inuitū ad Iudicē agēdi gratiā, & *Gou.t. var. l. vlt.* est ad magistratū manu ducere. Etsi enim ita olim ad ius ire nolens cogeretur *j. l. O.* quis tamē ambiget quin & qui

qui sponte veniebat rectè vocatus diceretur, *l.*11. *h.t.* Neque semper vim coniunctam habuit, *l.*19. *l.*21. *h. tit.* Certè vis vera *vocare* planè alia, vt *l.*3. *§. vltim. iunct. l. seq. de testibus.* Quin adiuncta vocationi ductio quandoque, eamque sequebatur, ni spōtè veniret antestatus. Quomodo. *Cuiac. & Gouean.* refellit *Don. ad h.t. C n* 11. *& Petr. Greg.*48. *Synt.*2. *n.*2. quia & *Agell.*14. *Noct.*12. prehensionem, seu manuductionem à vocatione differre docet. † Cæterum hæc descriptio Donell. est primæ Citationis actus iudicij præparatorij, quam & haut ferè aliā sententiā describit *Wesen. Par. h. tit. numer.*13. Quæ & vniuersoCitationum vsui in quibusvis actibus iudicij non conuenit. Quin & olim Citatio quoque extra iudi- [E] cium dicebatur, vid. *Robert.*3. *Sent.*7. *Vult.*1. *disc.*2. *p.*26. n Vulgò Citationis tria extrema, seu partes statuuntur. Præceptio, seu Commissio Iudicis. Executio nuncij, & eiusdem Relatio, *Maranta Speculi p.*6. *tit. de Citat. n.*51. *Mynsi.*6. *obs.* 10. *num.*1. *Wesel. Par. hoc tit. n.* 13. Sed *Vant. de nullit. ex def. Citat. num.*145. 4. partes principales refert, addens formam, seu conceptionem. De reliquis vid. *j. lit. P. & lit. T.* Conceptione, seu formulam hīc paucis perstringemus. Cuius 6. requisita recēsēt, *Maranta p.*6. *h.t. n.*63. *Scacc. li.*1. *de iud. c.*32. *Rosbach. tit.*22. *num.*17. & seqq. *Gail.*1. *obs.*48. *& 5.* seqq. *Vant. de nullit. ex def. citat. num.*31. *& seq. Rulant. de Commiss. p.* 1. *lib.*5. *c.*3. *Ayrer. Proceff. p.*1. *c.*3. *obs.*2. *Wes. Par. hoc tit hoc t. n.*13. *Meland. Com. Cam. p.*1. *f.*267. *& f.*278. *& seqq.* Videlicet: 1. Nomen, Iudicis, *l.*80. *de iudic.* tum vt sciatur an competēs, tū vt iussu eius tractam appareat, itemque vt conster an ordinarius sit vel delegatus. † Quin errorē in nomine eius vitiare volunt, per *l.*80. *de iudic. Gail.d. obs.*48. *nu.*23. *Ayrer. d. loc. n.* 20. *Vant. d. tit. num.*48. *Scaccia d.c.*32. *nu.*10.2. Rei, vel citandi, arg. *l* 12. & seqq. *de except. rei iud. l. vlt. C. Si per vim vel almo.* De quo & quid si plures citandi, si nomen ignoretur &c. præter *Gail.*1. *obser.*49. *& modo relatos Frider. de proceff. extrah. lib.*1. *c.*6. *num.*13, *ac seqq. lib.*2. *de mand. iudic. c.*60. *n.*2. *Vestri lib.*4. *practica c.*2. *num.*2. *Fr. Herculan. de Probandâ negativâ n.* 241. *Mynsi.*5. *obser.*50. Et quod conueniens cuique titulus tribuēdus, *Rulant d.c.*3. *n.*4. Et quādo demonestrario falsa citari vitiet processū in iudiciis, *Leand. Galganet de Cond. & demonstr. p.*2. *cap.*2. *q.*6. † Quid in Vniuersitate citanda seruand. *Gail.d. obs.*49. *n.*6. *& 7. Mynsi. d. obs.*50. *Damhouder. Praxi c* 59. *num.*19. & seq. *Gu. q.*321. *Bouer. sing.*9. *num.*20. *Rosbach. d. tit.* 22 *num.*8. *& n.*19. *Monach. Pract. p.*3. *c.*3. *n.*20. & seq. Confer. *Obrecht. de concip. libell. c.*11. *num.*16. & seq. *Nicol. Losæ. de Iure vniuersit. p.*2. *c.*1. *num.*63. 3. Actoris, vel citationem petentis cum non nisi ad eius instantiam denuncia denbeat, vid. *infrà lit. S.*4. Caussa, ob quam; vid. *not. c seq. lit. A.*5. Dies, vid. *j. lit. Cc.* & 6. Locus, quo se sistere debet, per *l.*59. *de iudic. l.*5. *C. Quom. & quan. iud.* Sine quo Citatio profusoria & obscura per *l.*5 §.1. *Quod vi aut clam.* Cum nec scire possit citatus vbi comparere debeat, & an is locus tutus & immunis, itemque an intra fines iurisd. citantis. Quod in delegato indist. obtinet, vt loco non expresso Citationis nulla vis sit, *Maranta p.*6. *h.t. num.*64. & ibi *Foller. Vant. d. tit. num.*62. *Gail.*1. *obs.*52. *num.*12. ac omnium sententiā esse refert *Scaec. lib.*1. *c.*3. *n.*24. In ordinario verò etsi secus esse contendat *Gail. d. obs.*52. *num.*13. idem statuens in iis quibus tota prouincia pro tribunali est, atque in aliis inferioribus, & ferè, *Vant. d. t. n.* 64. Etsi item indist. in ordinariis idem quod in delegatis statuat *Rulant. d. c.*3. *nu.*9. (Ipsu fortè pennæ potiùs quām certo iudicio.) Sicuti nec disting. *Ayrer. d. obs.*2. 15. & seq. Verior tamen vulgata distinctio. Vt si ordinario certum & solitum tribunal, id licet non expressum intelligatur tamen per *l.* 59. *de iud.* Sin secus, locus designandus, evoluti, inquiunt, à rectoribus prouinciæ, quorum loco hodie Principes, Comites &c. Quod tamen variè declarant, vid. *Foller. ad Maranta h.t. n.*64. fusè *Sich. ad l.*5. *C. Quom. & quā. iud. n.*3. & seqq. Locus autem hic oportet 1. Vt subsit iurisdictioni citantis, si ordinarius, per *l.vl. de iurisd. c. flaturū* 11. *§. in nullo* 3. *de risc. in 6. c. pen. de off. vicar. Marant. h.t. n.*131. *Vant. d.t. n.*61. *Gail. d. obs.*52. *num.*21. vid. tamen Sich. duobus modis limitans, *ad d.l.*5. *num.*10. Sin delegatus, si quidem ei locus rescripto assignatus, non debet ad alium citare, *Scaccia d.c.*32. *num.*25. *Rulant. d. c.*3. *n.*10. nisi ex caussā, de qua mox, sin minus eo loco iussus videtur iudicare quo solet sine incommodo litigantium, *tex. l.*59. *de iudic. Vant. d. loc. num.*62. Nec nimis igitur sit remotus aut distans vltra dici iter, vid. *Scaccia d.c.*32. *n.*34. *Maranta d.n.*131. *per d.c.*11. *§. cum verò* 1. *& §. cum autem a.2. de reser. in* 6.2. Vt sit honestus, non si popina vel lupanar, *l.*21. *§. pen. de ret. arb. Sich. add. d.l.*5. *n.*9. *Scaec. d.c.*32. *num.*26. *Ayrer. d. obs.*2. *n.*49. & 3. Tutus, vt & ad præsentiam Iudicū possit securè venire citatus, *vt loquitur c. ex parte* 47. *de appell.* & sine periculo ibi versari, libereque negocio expedito redire domū. *Fac. l.*7. *§.*6. *Quib. ex c. in poss.*

ratore, item defensore actoréve patroni *l.* 10. §. *vlt.* quia personæ debetur honos, non negotiis *Ant. Fab. ibid.* Nisi actor sit collegij cuius libertus est *d. l.* 10. §. 4. Atque hi omnes nec à liberis liberti impunè vocantur *l.* 2. *C. h. tit. Fac. l. vl. C. de libert. & eor. lib.* Quæ de libertis sancita ad colonos censitos trasfert *Oldend. cl.* 1. *act.* 4. *p.* 37. *& tabulâ actionum. pag.* 1148. quos villa cui adscripti dimisit dominus. Ad rusticos sanè eos qui homines proprij vsurpantur referri commodè possunt (arg. eor. quæ *Blarer. in l. diffamari. cap.* 2. *n.* 23.) *Zas.* 1. *Singl. Resp.* 3. *num.* 84. Quamuis verò liberto ad vasallum haut firma illatio sit, cum & illius beneficium acceptum longè maius, indeque vinculum reuerentiæ arctius, & mutuâ fide dominus quoque vasallo teneatur *Myns.* 4. *obs.* 91. *Speckhan. cent.* 1. *q.* 55. *n.* 9. & seqq. *Nicol. Intrigiol. de feud. q.* 58. *num.* 11. & seqq. *Fachin.* 10. *Contr.* 89. Rectè tamen dicemus quod 6. Dominus feudi, vocari non debeat sine veniâ. Licet quidam indixit, contra nitantur, *Mynsing.* 4. *obs.* 92. *Gail. de pignorat. obs.* 15. *num.* 4. testantes vsu Cameræ opin. eam probatam esse, Quam & sequuntur *Fachin. d. cap.* 90. *Bronch. 2. misc. ass.* 90. *Afflict. decis.* 265. *n.* 36. *Ant. Del Re de iur. am. calum. c.* 15. *num.* 76. *Intrigiol. d. q.* 58. *n.* 21. *Cothman iur. Resp.* 50. *n.* 15. receptiorem eam vocans, vt & *Sneidiun. ad* §. 12. *Inst. de act. n.* 45. aliique quos laudat *Vult.* 1. *disc.* 1. *sub. fin. & Speckhan. cent.* 1. *q.* 55. *num.* 8. Licet item alij inter dominum feudi solùm, & qui vnà territorij dominus, cui vasallus etiam vt subditus subest, distinguant *Arn. de Reig. addit. ad d. obseru.* 92. alij inter Principem & inferiorem à Principe, quos citat *Speckhan. d. q.* 55. *numero* 19. rationes eorum percensens, quæ tamen eò directæ solùm vt probent Principem vocari non posse, non autem alium posse. Alij inter litem de ipso feudo & de re alia *Alc. in l.* 1. *C. h. t. numero* 3. Nam etsi pro aff. non fuciat æqualitas liberti & vasalli, sæpè non procedens, aft facit omnino ratio reuerentiæ præstandæ *l.* 13. *h. tit.* & quidem iuris necessitate 2. *Feud.* 22. *ibi saluâ reuerentiâ.* Ac iureiur. fidelitatis continetur, quod nihil facturus sit contra honorem domini 2. *Feud.* 7. Rationémque publicæ honestatis non habent qui diuersum sentiunt ait *Oldend. cl.* 1. *act.* 4. *pag.* 37. Consentiunt *Wes. Par. h. tit. numero* 6. *Speculat. Ias. & alij citati à Vult. d. cap.* 1. *& à Rosbach. Proces. tit.* 22. *num.* 13. *Guid. Pap. q.* 551. *num.* 1. Ac etsi *Hart. Hartm. tit.* 54. *obs.* 44. posse vocari dominum sine veniâ, modò vasallus vtatur verbis honestis, tamen in addit. *Hart. iunior* subdit in Camerâ veniam peti, idque processibus inseri debere, itaque iudicatum esse. Tutiúsque ac honestius esse faretur *Vult. d. c.* 1. *sub. fi.* si agendi venia prius petatur. Srilum denique curiæ hîc sequendi monet *Rittershus. partit. feud lib.* 2. *cap.* 1. *q.* 15. Rectè statuens vtut sit, ex causa hac feudum non committi. 7. Maritus per *l.* 14. §. *vlt. Sol. matr. l.* 1. §. 7. *de rei. ux. act. iunct. l.* 13. *h. t. Cuiac.* 10. *obs.* 10. *Bodin.* 1. *de Rep.* 3. *numero* 19. P. *Barbosa ad l. Maritum* 11. *ipse* 12. *& seq. Sol. matr. numero* 64. *Tiraq. l. Connub.* 2. *numero* 41. dissentire referens *Alex. in d. l.* 13. Vxorem autem à marito posse, *Barbosa d. loc. & Cuiac.* 10. *obser.* 10. Contra *Ilieo Vmmius disput. Proces.* 5. *th.* 7. *numero* 38. tum quia act. famosa aduersus eam cessat *l.* 2. *Rer. amot.* tum quod reuerentia mutua sit. Verùm etsi vxori præcepto Apostoli 1. *Petri* 3. *v.* 7. impartiendus honor τιμὴ, non tamen reuerentia σεμνότης, cum plus sit reueri, & reuerentia obsequium quoddam arguat *l.* 5. *C. de obseq. patron.* Licet non nesciam quod Imp. Iustinianus Theodoram suam reuerendissimam coniugem nuncupet *Nou.* 8. *cap.* 1. quo nomine *à Bodino* 1. *de Rep.* aliisque vapulat. Excusari fortasse an potest quod ita vocet non sui, sed subditorum ratione, quibus Augusta quoque verenda est. Ferente enim ita more seculi sui lustin. passim Præsides quoque sibi subiectos clarissimos, glorioßissimos appellat, vt infinitæ inscriptiones legum *Cod. & Nouell. habent.* Vindicatur hæc irreuerentia propositâ pœnali actione §. *pœnales* 12. *Instit. de act.* ac iudicio 50. aureorum, *l.* 11. *l. pen. h. t.* §. *vlt. Inst. de pœn. tem. litig.* quod datur causâ cognitâ *l.* 10. §. *pen. l.* 11. *hoc tit.* Nam si quispiam superiorum, ex. g. patronus vocatus sit, etsi quasi tutor, curator, defensor actórue, *l.* 10. §. *vlt. h. tit.* & ita alieno nomine, modo qui vocauit, id fecerit suo nomine. Secus si libertus tutor nomine pupilli *l.* 16. *h. t.* Ratio diff. Cum alieno nomine libertus vocat ceu tutor, pupillus ipse vocare censetur cui non est patronus. Cum verò alieno nomine vocatur patronus à liberto suo, non ideo minus irreuerenter tractari videtur, *Duar. h. tit. D. c.* 5. Illic excusat officij necessitas, & fidem tutelæ soluere præstat quàm priuatæ veneration indulgere; hîc nihil est quod excuset. *Mynd. ad* §. 12. *Inst. de act. numero* 20. *Ant. Fab. ad d. l.* 16. Vbi aliud statuit necessitate istâ cessante; vt si plures sint tutores, vbi curare potest vt contutores agant. Aliud item in officio voluntario, vt si Procurator filius vel libertus, *Mud. d. loc.* Confer. S. *lib.* 18. *cap.* 3. *lit. Ll.* Quid si tutor ita egerit nomine pupilli contra eos quibus pupillus reuerentiam debet? Edictum cessare vult *Pruckman. vol.* 1. *cons.* 42. *numero* 15. *& Carbon. Practica lib.* 3. *cap.* 4. *numero* 26. à liberto actore scilicet. Aliud si reus vt se defendat præsidem crebro interpeller *l.* 14. *h. t.* etsi crimen Prætorqueat, quia hæc ipsi necessitas ab actore imposita, *Ant. Fab. ibid.* in ius, id est, ad Prætorem, vt ibi experiatur seu agat *vt S. lit. G. & M.* iuxta morem iudiciorum nostrorum si primam Citationem, quæ præparatoriorum principium est, insinuari curet. Aliud in seqq. iudicij actibus incidentibus, vt si citetur ad videndum iurare testes, *Mud. d. loc. numero* 21. Aliud, si libellum aduersus patronum dedit expressa conditione suâ *l.* 15. *h. t.* Non quod illa oblatio vi & impressione careat, in qua ratio edicti pendeat, vt falsò *Cuiac.* 1. *qq. Pauli ad d. l.* 15. *& Ant. Fab.* vid. *lit. seq.* Sed quia libelli porrectio est actus extraiudicialis, à quâ non vt à Citatione iudicium incipit *Sneidiun. ad d.* §. 12. *numero* 53. Et forsan libellus is accipi debet, quo peti solent, quæ de plano expediri possunt, sine actione & causæ cognitione per *l. omnia* 71. *de R. I. l.* 9. §. 1. *de off. proconf.* Licet sint qui libellum pro extrahendo processu & decernenda citatione intelligunt, *Goth. Ant. disp. Ant. Vult.* 3. *th. Andr. Schoffer. q. pract.* 25. *numero* 26. sine permissu Prætoris *l.* 4. §. 1. *l.* 10. §. *pen. h. t.* Neque enim veniam petitam sufficit, nisi & impetratam, *l. vlt. h. t.* §. 12. *I. de act.* §. *vlt.* 1. *de pœ. tem. litig. Coras. ad d.* §. 12. *numero* 10. *Moller.* 3. *Semestr.* 44. *numero* 11. quia hoc, ait, generale in omni actu, ad cuius perfectionem consensus requiritur, *cap. si religiosus* 27. *de elect. in* 6. Obtinetur autem plerumque si actio non famosa nec pudorem suggillet *d. l.* 10 §. *pen.* Et quia causæ cognitio hîc necessaria *d.* §. *pen.* ad hoc euocandus aduersarius, cuius reuerentia hîc vertitur, licet Dd. vulgò aliter sentiant *Asin. Praxi* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 145. *& vlt.* qui & eo ipso quod ad libellum actoris conditionem suam, quod sit filius, ex. g. non celantis, emissa citatio, veniam concessam volunt *Goth. Ant. d. th.* 3. *Schoffer. d. numero* 26. *post. Rosenthal. Synops. feud. cap.* 10. *concl.* 23. *numero* 17.) Confer. *not. lit. seq. in fin.* Ne dicas ita induci progress. in infinitum, quasi & ad isthanc citationem veniæ petitio requiratur. Nam monui antè huic edicto non nisi in eâ Citatione quæ fit ad agend. seu iuris experiundi causâ locum esse, datur iudicium, ipso vocato etiam calumniatori, argum. *l.* 5. §. 1. *Ne quis eum qui in ius. Ant. Fab. ad l. pen. h. t.* etiam filiofam. absente patre *l.* 12. *h. t.* vbi vid. *A. Fab.* Non autem heredi, nec in heredem nec vltra annum *l. pen. h. per. l.* 35. *de O. & A.* 50. aureorum *l.* 12. *l. pen. h.* Quæ applicantur ipsi vocato, non fisco. Post alios *Sneidiun. ad* §. 12. *numer.* 50. Vnde hanc pœnam nec Princeps remittit, *l.* 12. *C. h. t. Mud. a d d.* §. 12. *Inst. de act. nu.* 27. *Cuiac.* 10. *obs.* 1. vid. tamen *Gilken. ad d. l.* 2. *numero* 8. qui non solere quidem remitti, docet, posse tamen si velit Princeps, cùm auctoritate legis inducta sit. Quod si inopia laboret libertus quasi inofficiosus castigatur *l. vlt. hoc tit.* Vnde tritum illud: Qui non habet in ære luat in corpore. *Cassiodor.* 9. *varior.* reddat debitum pœnis, quod non potest compensare pecuniis, *Ambros. serm.* 78. Qui redhibitione substantiæ satis facere non potest, satis faciat vltione corporis. *Quæ citat. Cuiac.* 1. *qq. Pauli ad l.* 15. *h. t.* Præbeat subsidiarium tergum, cui non suppetit pecunia, *Zas. ad* §. 12. *Inst. de act.* Exempla *l.* 7. §. 3. *de iurisd. l.* 35. *de iniur. l.* 1. §. *vlt. de pœn. l.* 1. *C. de ad. priu. l.* 4. *C. de seru. fugit. l.* 6. *C. de mo. multc.* 2. *Feud.* 53. §. 1. *in fin.* Facit *Exod.* 22. *v.* 4. Ex quo iure ortum vt dicatur Germanis *Blutarm*, quasi dicat, qui non habet quo sanguinem suum redimat, *Cyriac. Spangenberg. Speculo Nobilit. tomo* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *pag.* 1406. Qua de pœnarum commutatione consuli possunt *Menoch. arb. c.* 447. *Hot. ill. q.* 26. *Tiraq. de retr. conuent.* §. 4. *gl.* 6. (Vbi *nu.* 28. quosdam adeò extendere refert, etsi integrum soluatur præter vnum denarium, sed iniquè.) *Vasq.* 3. *ill. contr.* 96. *num.* 30. *Sneidiun. ad* §. *pœnales* 12. *Inst. de act. num.* 37. & seq. *Anna. Robert.* 2. *rer. iudic.* 15. *Scip. Gentil.* 3. *de Iurisd.* 11. *& Eberh. Speckhan. Cêt.* 1. *q.* 40. Quâ regulâ in Doctoribus aliisque in dignitate constitutis non obtinere *post alios Io. Halbritter. Orat. de priuileg. Dd.* Causâ cognita. Quandoque enim mens edicti cessat. *l.* 11. *h. tit.* Vt 1. Cum non inuitus vocatus *d. l.* 11. quia volenti fit nulla iniuria. Obiicitur vulg. illud: Priuileg. ob reuerentiam competenti non renunciari posse *l. vlt. C. de bon. lib.* In quo diluendo multus est *Petr. Barbosa ad l. alia* 14. *ipse* 15. §. *elegâter* 1. *Sol. matr.* Qui expensis reiectisque variis dist.

ita

ita R. *num* 8. Sine venia non vocari ex rei natura intelligitur inuitum non vocari sine eadem. Cum vocationis natura sit, vt citatus parere debeat *l.* 1. *In ius voc. vt eant. l.* 2. *h. tit. iunct. l.* 1. *Ex quib. ca. mai.* Quare si volens veniat non renunciat priuilegio, sed sumus, ait, extra casum priuilegij. Tunc autem renunciaret, & irrito si ita pacisceretur: Quandocunque me vocabis in ius, semper sponte veniam. Hanc, inquit, voluntatem mutare licet, eáque mutatâ impunè non vocatur. Hinc autem *Bouer. sing.* 52. *num.* 18. non posse hoc obiici post litem contestatam, quia contestando volentem euocatum apparet. immò nisi hæc exc. in primo actu iudiciali opponatur, emissam censeri *post plures Pruckm. vol.* 1. *cons.* 42. *num.* 19. 2. Si cœniteat libertum & actionem remittat *d. l.* 11. Quod *Oldend. cl.* 1. *act.* 4. *in defens. reinum.* 1. exponit de remisso exercitio actionis temerè dictatæ, seu renunciatione instantiæ, ita vt agere alio tempore possit, veniâ impetratâ. Quod durum aliàs foret si 200. ex. g. debitis integra remittere cogeretur, Desistere autem ita posse censet vsque dum lis contestatur, *arg. lib.* 1. *C. de plus petit. vt & Speckhan. cent.* 2. *c.* 4. *q.* 12. *num.* 5. *post Sneidiun. ad d.* §. 12. *num.* 65. † *P. Barbosa ad d. l.* 14. *§.* 1. *num.* 4. eodem modo accipit, quod exinde cesset molestiæ iudicij. Pœnitere autem posse censet etiam postquam patronus venit, modo id faciat, antequam is opponatse vocatum esse sine venia. Reprobat autem eos qui vsque ad sententiam, vt & illos qui ad iudicium vsque acceptum hoc licere volunt. Contra *Mud. ad d.* §. 12. *numer.* 23. remissionem tocius causæ & actionis omnimodâ interpretatur. Aliàs facilis esset renunciatio & euitatio pœnæ. Nec dixisset IC. *actionem remittat.* vbi ex significatione verbi *actionis* denotatur ius agendi per illius definitionem, quomodo remissa actio in *l. si actionem* 24. *C. de pact.* sed sic: *errorem agnoscat, à lite desistat. &c.* Neque hoc nimis graue, etiamsi debitum grande. Non enim præcisè cogitur remittere, sed ita si pœnam 50. aureorum effugere velit. Ergò ibi minor summa debiti, hoc potest expedire liberto &c. ita *Mud.* Rectè. Qui enim aliàs pœnitentia nocens esse definit delicto perfecto, cum & contra reuerentiam vocauit & actionem dictauit? Leue enim nimis quod *Barbosa d. loc. nu.* 4. reponit, quod hîc pœna edicto præstituta ideò tèperetur, quia de rigore iuris ex actu nullo pœna incurri non debuerit. 3. Vel si vocatus non venerit *d. l.* 11. si scilicet & pœnituerit vocantem, vt verba illa: *si pœniteat* & huc quoque accommodentur atque hæc accipiantur non in sensu diuiso, *vt Dd. Sneidiun. d.* §. 12. *numer.* 65. *Speckh. d. q.* 12. *num.* 6. quia, ait, in Citatione non se fundare potest, qui ipse eam contemsit & in ea contumax. Male. Si enim deliquit vocans, qui deliquit qui iniustæ vocationi non paruit *l.* 1. *in fi. Ne quis eum qui in ius.* Sed in sensu compositio, si pœnituit liberum re integrâ, delicto nondum consummato. Non autem excepto est in rustico, nec eum error iuris hîc impunem reddit, *l.* 2. *C. h. t. vbi* ratio vid. *Gilken. ibid. numer.* 4. *& seq. Menoch. cap.* 194. *numer.* 7. & 2. seqq. *Choppin. de priu. rust. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 5. *initio.* Conf. *Menoch. recuper. poss. rem* 9. *num.* 17. & seqq. & *num.* 57. *ac seqq.* Nec in milite arg. *l.* 1. *pr. de obseq. par.* ita & *Don. ad rub. C. h. t. numer.* 15. *& numer.* 18. *& ad* §. *pœnales* 12. *I. de act.* (addens ibi etsi satisdatione ductio inuerecunda eniteretur, turpe tamen his personis cauere cogi vt eam euitent) *& Cuiac.* 10. *obs* 10. *& 4. Paul ad edict. in l.* 1. 5. *& 7. h. t. Balduin. in not. ad lib.* 15. *h. t. Vult.* 1. *disc.* 1. *pag.* 24. *A. Fab. C. suo h. t. de fin. vlt.* qui ita iudicatum testatur. Et *Zang. de except. p.* 2. *cap.* 9. *numer.* 9. sæpè reus iniunctam litis cont. exc. hæc reiecta, cum eo ipso quod iudex ad instantiam partis citat, veniam indulgeat, quomodo & *Pruckm. vol.* 1. *cons.* 42. *num.* 21. & seq. vsum edicti in Curiâ Brandenburg. nullum superesse perhibens. Sed melior sententia aliorû, *Fachina.* 10. *Contr.* 87. *Oldend. cl.* 1. *act.* 4. *in practicâ n.* 3. *Gilken. ad l.* 1. *C. h. t. n.* 4. *& 5. Goth. Ant. disp. Ant. Vult.* 3. *th.* 1. *&* 13. seqq. *Andr. Scheffer. p.* 1. *q.* 25. Siquidè edicti causa non in ductione violentâ posita fuit, vti iftis persuasum est. Quidni enim ipsa vocatio à manus iniectione separari potuisset, vti aliàs *l.* 18. *& seqq. h. t. Fach. d. loc.* Quidni ita caueri vt hi vocari quidem possent, & sequi cogerentur, sed duci non possent arg. *l.* 18. *de V. S.* ni tamen venirent, contumaces haberentur. Quis verò, inquam, credat permissu Prætoris veniâ datâ tunc quidem cõremptim duci potuisse parentes, patronos &c. Quis credat casibus iis quibus venia non necessaria, vt cùm tutorio nomine quis parentem patronúmve vocaret *lib.* 16. *h. tit.* obtorto collo eundem rapi potuisse. Id verò equidem consequens foret. Sed ratio edicti siue præcipua vt *Goth. Ant.* siue, quod magis est, sola, vt *Fach. & Scheffer. d. loc.* quæ in *lib.* 10. *§. pen. hoc tit.* ne remerè in ius vocentur & famosæ fortè actiones illis dicentur. Vnde causæ cognitio necessaria an venia danda sit *d. §. pen.* Et ea quidem exactior, vt *Gilken. d. numer.* 5. ne talis personæ etiam de minimis conflictentur, licet de iisdem alij rectè conueniantur. Nam viget immò Edictum, *In ius vocati vt eant*, etiam in his personis *lib.* 1. *& 2. de in ius voc.* post permissum scilicet, neque tamen abductioni inuerecundæ locum esse credendum est. Sed nec nostri temporis vsu edicti vim expirasse probat *Goth. Ant. thes.* 10. quia aliàs frustra pro tribunali Spirensi tractata fuisset controuersia, an vasallus sine veniâ &c. vt *S. p.* 1030. De quâ tamen contrariæ eiusdem Curiæ sententiæ, vt ibid. Lõgè autem alia est generalis petitio actoris pro decernenda citatione, & commissio iudicis in quâuis vocatione etiam extranei hodie necessaria, vt *S. lit. P. & lit. S.* ab hac veniæ petitione & concessione. Vbi & actori qualitas personæ suæ, & quam reuerentiam debeat reo, exponenda, item quâ actione experiri velit. Et iudici causæ cognitio abhibenda, num eam actionem contra parentem, exempli gratia, indulgere an denegare debeat. Vnde permissus generalis maximè dissimilante actore suam conditionem impunem non reddet *Oldend. d. numer.* 3. *Goth. Ant. d. loc. thes.* 5. & 8. aa vid. not. *lib.* 21. *cap.* 2. *lit. K* bb Et confirmatur *Nou.* 82. *& N.* 96. Qui ab eo die numerantur, quo reus per exsecutorem in iudic. vocatus est, vt *Cuiac. in d. Nou.* 53 vid. idem *de diuers. temp. præscript. cap.* 9. Olim diuersi erant cognitionum & postulationum dies. Nec diebus cognitionum in ius vocatio aut editio fieri poterat, vid. *Reinard. Protrib. cap.* 4. Et quod à receptione Citationis tempus computetur, nec in id dies quo recepit vnà computetur, vsu Curiarum & Cameræ receptum dicit *Blarer. in l. diffamari cap.* 6. *numer.* 129. *Gail.* 2. *obseru.* 48. *numer.* 3. de quâ vid. *Frider. lib.* 2. *de Mandat. iudic. cap.* 18. cc ita *Rosbach. diff. iur. ciu. & Can. lib.* 3. *tit.* 10. *numer.* 1. & 2. Add. *Gail.* 1. *obseru.* 53. *num.* 20. (de vsu Cameræ testatus) *Ayrer. parte* 1. *cap.* 3. *obseru.* 2 *numer.* 62. *Vant. tit. de nullit. ex defectu Citat. num.* 70. *Blarer. in l. diffamari. cap.* 6. *num.* 115. quia intra quantum tempus reus deliberare, aut se instruere possit lege definiri certa nequit; cum ex qualitate negocij pendeat *Eac. lib.* 1. *de iure lib.* 1. 2. §. *verum autem* 7. *Test. quem ap l.* 72. *de iudic.* In Curiis Elect. Sax. vt & Iupremo appell. iudicio plerumque sex hebdom. & tres dies concedi notant *Monach. Pract. p.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. *add. Coler. decis.* 110. Cæterum anceps nostrorum contentio num die non adiecto, vel sine præfixione termini, valeat Citatio? Et quidem aff. ac quod tacitè insit tempus, quamprimum venire poterit, communis dicitur à *Scaccia* 1. *de iudic.* 32. *numer.* 7. & *Grauat. ad pract. Vestrij lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 11. *Vant. d. tit. numer.* 71. *post Boër. decis.* 235. *numer.* 2. vbi quantocyùs comparere debere, cum quodam temperamento tamen, ne illicò currere teneatur argum. *l.* 105. *de solut.* Nituntur hi *cap. cum parati* 19. *de appell. cap. eos* 22. *in fin. sent. excomm. in* 6. *l. vlt. in fin. Quod vi aut clam.* Sed negcontraria verior, quam etiam communem dicit *Foller. Ad Mavantam hoc tit. numer.* 65. quam post *Barth. in l.* 118. §. 1. *dec.* O. & alios probat *Rulant. de Commissar. parte* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. *numer.* 22. *Ayrer. Proces. par.* 1. *cap.* 3. *obseru.* 2. *numer.* 65. Pro qua 1. *textus clar. l. vlt.* §. 2. *ibi, certo tempore statuendo. Cod. de iur. dom. imp. l.* 2. *verbis*: *certo dierum spatio à iudice definendo. Cod. vbi in rem act. l.* 5. §. 1: *Quod vtaut clam. cap. cum delicti.* 6. *vers. volentes de dol & contumac.* 2. Ratio euidens, quia sine die Citatio obscura & incerta. Vaga autem nimis & incerta non valet, *decis. nouiss. Rot.* 151. *p.* 2. 3. Communis stilus curiarum, qui pro lege obseruãdus. Vnde colligit *Foller. d. loc.* non modo tutius esse ac cautius diem apponi, vt *Vant. d. numer.* 71. *& Scaccia d. cap.* 34. *numer.* 18. sed immò necessarium. Et ita cautum *Ord. Cam. p.* 3. *tit.* 12. §. *Als auch.* Nec amplectenda distinctio *Maranta d. numer.* 65. *& Lanc. Conradi de off. præt. in causs. ciu. verbo, Citatio. numer.* 7. quod sine die valeat ad id vt non veniens ceu contumax puniatur. Non autem vt ad vlteriora in causa procedi possit. Neque hîc differ inter ius Ciuile & Canonicum statuenda, vt *Rosbach. diff. iur. ciuil. & canon. lib.* 3. *tit.* 7. *numero* 5. & 6. Horam autem in Citatione exprimi necessum non est, sed intelligitur hora cognitionum consueta, eáve qua is actus expediri solet & commodè potest, *Maranta dict. loc. numero* 66. *Vant. dict. titulo numero* 72. *Blarer. in l. diffamari, capit.* 6. *numer.* 132. Ea autem apposita etsi actum aliâ horâ factum non valere iidem velint; Citatum tamen vt veniat summo diemane *zu rechter fruher Zag zeit*, si post meridiem compareat, ceu contumacem plecti non posse, sæpiùs responsum refert firmatque *Arumæus parte* 1. *decis.* 11. dd ita *Gail.* 1. *obseru.* 53. *numero* 19. *Blarer. in l. diffamari. cap.* 6. *numer.*

16. & seq. *Zang. de Excep. parte 2. ca. 6. in fin. Petr. Gregor. 1. de appell. 15. numer. 5.* Planè si nimis brevis terminus, intra quem nec venire possit Citatio ceu impossibilis & temeraria iure ipso invalida & nulla per *cap. 6. ibique Alb. de dolo & contumac. Vant. dict titulo numer. 67. Vin. lib. 2. decis. 274. numer. 14. Meland. Comm. Cameral. parte 2. membr. 7. fol. 280. Ayrer. parte 1. cap. 3. observ. 2. numer. 59. & seq.*

CAPVT III.

Editio actionis.

QVÆDAM extra eam spectantur seu EXTRINSECVS ACCEDVNT, sed ita coniuncta, vt sine illis nulla sit in ius vocatio. Nempe Editio actionis, sine qua vocatus non cogitur venire, aut se obstringere vt veniat per *leg. 1. princip. hoc titulo de eden.* Si enim ideò edi iubetur vt veniat instructus, sequitur quod priusquam instructus sit, venire non habeat necesse. De quâ hîc tractandi locus aptus, & præposterè in *Pand. titulo de in ius voc.* præcedit *titulo de ed.* cum initium act. instit. sit à vocatione §. *vlt. Instit. de pœn. tem. litig. Nov.* Eáque naturâ prior oblatione libelli *Nov. 53. cap. 3. §. Sancimus* 1. initio, vbi offer-a fur libellus ei qui vocatus est. a ἐπειδὴ ἐπιτρέπομεν προσκαλεῖσθαι τινὰ. Tametsi hîc ordo conuersus in Cod. vt & in Edicto perpetuo, vt probant inscript. ll. sub b vtroque titul. libb. Vlpian. & Pauli ad Edictum. b Vtrumque propriâ ratione. Ordine cogitandi & se comparandi prior est confectio libelli, vocato offerendi: Ordine faciendi & exsequendi rem prætuisam vocatio prior. Ille spectatus in Cod. & à Iuliano; hic in Pandect. & aptius, quia naturalis est, & in-c stituendæ actioni præsenti solus conueniens. c Quin & olim, actionibus à Prætore impetratis vocatio prior. Impetrabatur enim tunc cum lis contestabatur vel iudicium accipiebatur. Et vt quis largiatur impetrationem actionis priorem editione fuisse, tamen vocare priùs oportuisset quàm edere. Denique quod & olim editio secuta sit vocationem probat *lib. 33. D. de iudic.* quæ de eo qui ad Iudicem venit, proinde in ius vocato, loquitur, & tamen nondum d edita erat actio. d Editionis autem caussæ æquissimæ e *leg. 1. princ. hoc titul.* e Fieri enim potest, vt qui debet, errore aliquo facti vel iuris se non debere putet. Et contrà vbi aliter hæc esset, sæpè vel iudicium temerè susciperet reus, vel non obstrictus confessione suâ se obligaret. Edenda itaque actio, vt sciat reus, f cedere an contendere debeat, f & si contendendum putat, vt instructus veniat, *dict. leg. 1. princ.* Ad quam deliberationem tempus ei tribuitur, de quo *capit. præcedent. in fin.*

NOTATA.

a a Hoc Don. noster vult quod in ius vocatio præcesserit, eam mox secuta vel illi coniuncta, naturâ tamen posterior editio. Vtroque expedito demum veniendi satisdandive necessitas. † ita puto. Veteri iudiciorum ritu actor reo, antequam in ius ventum esset, edere actionem non tenebatur, vt constat ex Plautinis his *Persa act. 4 sc. 9.* Age ambula in ius. Quid me in ius vocas? Illic dicam apud Prætorem. Tametsi copiam actionis describendæ quandoque, priusquam veniret in ius, actor faceret, vid. *Ran. Provib. cap. 4.* Itaque, contrà quam hic noster, vocatus etiam non editâ actione sequi aut satisdare cogebatur. Proinde accommandata ac conueniens isti antiquo iudicior. ordini dispositio. Pandect. etiam quoad titulos inter *tit. de in ius voc.* & *de edendo* interiectos. Posteaquam autem venerat, editâ actione, non statim respondere cogebatur, sed inducias dabantur reo, tempusque ad quod se denuò sisteret, (ingerea verò deliberaret & si contendere vellet, ad defendum se instrueret) dicebatur. Iustin. tempore Iudici insinuatæ preces, & per eum aduersario cognitæ, vt *Nov. 112. cap. 1. pr.* id est, libellus conuentionis prius iudici exhibitus, qui per viatorem illum transmisit reo, & vnà in ius vocauit. Eique accepto reus subscripsit, satisdatione iudicio sisti præstitâ *Nov. 53. cap. 3. §. suscepta. 2. Obrecht de concip. libel. cap. 5. numer. 3.* † Hodie non libelli oblatio præcedere debet citationem, sed num item libellus, si Iudici exhibitus, citationi vel totus inserendus, vel eius summa saltem, inter nostros non satis conuenit. Quod prius *Maranta Speculi parte 3. membr. 3. de libel. oblat. numer. 25.* in practicâ hunc ordinem esse notat, vt antea exhibeatur libellus Iudici, quàm citatio decernatur, vt prius Iudex perpendat num libellus iustus sit, vt super eo procedatur. Et probat post alios *Blarer. in l. diffamari. capit. 5. numer. 2. Asin. Praxi §. 5. cap. 3. numer. 2.* Contrà alij porrectionem libelli, quæ fit Iudici, non necessariò præcedere commissionem Citationis. Itaque vsu seruari scribit *Cagnol. ad rubr. C. h. t. numer. 23. Bellon. in d. rubr. numer. 53. Vef. Vult. ad pr. I. de act. numer. 44.* pro diuersâ fori consuetudine alibi editionem Citatione priorem esse, alibi contrà notat. Conciliari *isti* forsan debent distinct. inter libellum citationis, seu supplicationem pro extrahendo processu, citra quam hodie Citatio non decernitur, vt not. *5. cap. 2. lit. S.* & libellum Conuentionis, qui citato offerendus, postquam venit, *Maranta d. membr 3. numer. 1.* Quoad posterius communius e raditur libelli tenorem totum Citationi quidem non necessariò inseri, quasi absque eo vitiosa foret, inserti tamen insignem hunc effectum esse, vt citato postea comparenti inducíæ nouæ deliberatoriæ non concedantur *cap. præterea 2. de dilat.* vtque ita lis pendens fiat, & postea nihil à citato innouari possit, innouatum ante omnia retractetur *Gail. 1. observ. 51. numer. 1. & 3. seqq. Mynf. 5. obs. 85. numer. 9. & 10. Wurmser. tit. 9. observ. 4. Coler. decis. 110. numer. 4. Cagnol. ad rubr. C. h. t. numer. 22. Vant. tit. de nullit. ex defect. Citat. numer. 52. Asin. praxi §. 5. cap. 1. & 2. Scaccia 1. de iudic. 32. numer. 15. & seq. Speckhan. Cent. 2. classe 4. quæst. 9. numer. 5. Ayrer. Proceff. parte 1. cap. 3. observ. 2. numer. 31.* & seqq. & vt præscriptio interrumpatur, *Sichard. ad auth. offeratur. C. de lit. cont. num. 10.* Caussæ tamen expressio aliqua in omni citatione necessaria. Nam etsi quidam citra citationem valere voluerint, quibus accedit *Coler. decis. 297. numero 1. Gail. 2. de pac. publ. 7. numer. 4.* quidam etiam distinguunt, num longius abfit citatus vbi inferenda, an in propinquo degat, vbi contrà ref. *Maranta Speculi p. 6. tit. de Citat. numer. 69. Mynsing. d. observ. 85. numer. 4. Scaccia d. cap. 32. numer. 14.* receptior tamen opinio vsúque fori probata asseritur, quod causâ omissâ citatio ceu indiscreta non valeat, incerta ac frustratoria sit. Et hoc requisitum substantiale esse contra *Noam. Meurer. Proceff.* firmat *Meland. Commun. Cameral. parte 2. membr. 3.* Itaque statuunt *Vin. lib. 2. decis. 274. num. 8. Vant. d. tit. numer. 50. & seq. Marant. d. num. 69. Scaccia d. loc. numer. 14.* & seq. *Rulant. de Commissar. p. 1. lib. 5. cap. 3. numer. 5. Ayrer. d. observ. 2 numer. 28. & seq.* Quod & *ord. Cam. p. 3. tit. 12. §. 3. Vnd sollen &c.* comprobatum est. Aliqualem autem tantum expressionem, saltem id genere, explicarè tamen, inde requiri vult *Mynsing. d. observ. 85. numer. 7. & 8. ac Gail. d. observ. 51. numer. 1.* Verùm *Scaccia d. numer. 15.* in specie fieri debere, non in genere. Idque expedire videtur cùm *Ord. Cam.* ad hoc requirat caussam exprimi, vt & instructus venire queat citatus, & inanes dilationes ac prorelationes caussarum amputentur. Atque in terris Sax. quia citatio fit ad finem præparandæ defensionis, exprimi vel libellum inseri debere tradit *Coler. decis. 297. num 3. addatur idem de Proceff. exfecut. parte 3. cap 7. num. 2 Speckhan. d. quæst. 9. num. 2.* † Ita & post *Cuianc. Par. C. h. tit. & Baron. in manualibus Gœdd. ad l. 8. pr. de V. S. n. 1.* Diss. *Vult. ad pr. I. de act. n. 44.* putans ord. Pand. hîc eundè esse qui est Edicti perpetui, cita & Donell. *ad rub. C. hoc tit num. 6. & 7.* † *Rain. & Corf. Lindag. 2.* In Dig. præponi tit. De in ius voc. quia ibi exactiùs obseruatus ordo iudiciorum, & princ. alter hoc titulo D. agi de libelli editione. In titulo autem Cod. nusquam de libelli editione, quæ fit in limine iudicij, sed de rationum tantum editionibus, quæ post cœptum iudicium. † *Vult. d. num. 44.* tit. Cod. accommodatiores esse iudiciorum ordini. Putat enim editionem priorem vocatione fuisse, sed malè, vt mox. † *Cognol. in rub. C. h. titul. numer. 24.* In Codice, ait, alius ordo huius tituli, quia in eo nullus est titulus generalis de in ius voc. sicut in Pãdectis. Nam ll. Cod. de in ius voc. de veniâ petendâ loquuntur. d Et ita no- d ster ad *Rub. C. h. t. num. 7.* acrectè. Et consentiunt *Rauard. vt S. lit. P. Pithoe in not. tit. 2. Coll. ll. Mosaic.* alcus Iustin. in §. *vlt.*

Inst. de pœn. temp. litig. odinem eum, quo in ius vocatio editionem præcessit, in vereri iure digerendo religiosè secutum esse. Et pluribus comprobat *Forster. in parat. D. hoc tit.* Diss. *Vult. in princ. Instit. de act. numer. 44.* volens iuxta veterem quoque iudiciorum morem non ante vocatum reum quàm edita esset actio, cum nec ante sciretur quæ esset actio, nisi edererur. Quæ & opinio *Anton. Fabri ad l. 1. pr. h. tit. & Cuiacij* 10. *observ. 10.* Qui vult olim præcessisse editionem, hodie autem vtrumque fieri simul & ex continenti. Actis *Par. C. hoc tit.* facilè constitui non posse vera altera prior sit coniunctas potius videri. † Cæterum ex *dict. l. 33.* rectè probat *Obrech. de concip. libell cap. 5. numer. 5. & seqq.* non necessariam esse protestationem reo, vt falso iure suo recipiat libellum. Nam etsi simpliciter receperit, vel etiam pecierit eum edi, nihilominus contra formam libelli, iudicem actorémve, postea excipere licet per *dict. l. 33. add. Scaccia 1. de iudic. 100. numero 17.* e Cum enim actor priùs deliberauerit & necessaria præparauerit, æquissim. est hoc reo, qui nihil prouidit, sæpè ex improuiso inuaditur, tribui *Leonin. 5. Emend. 8. numer. 1.* Et libellus substantialis actus iudicij, immò eiusdem fundamentum dicitur ad quem omnes alij actus, maximè litis contestatio, probatio & sententia, referuntur vid. *Obrech. de concip. libell cap. 18. numer. 2. Sich. ad auth. afferatur. C. de lit. contest. numer. 3. Scaccia 1. de iudic. 50.* f *numer. 25.* f Vbi verbum *cedere* non cessionem in iure denotat, cui locus olim in vindicationibus, ac dominij transferendis, cum hîc de omnibus act. etiam in personam, & de his maximè, agatur, sed ex oppositio *contendere* intelligitur, quid hîc sit cedere, nempe debitum agnoscere *Don. ad l. 3. C. hoc tit. numer. 2. Fac. l. 21. de iudic.* Basilica habent γεγλόσασθαι quod est tranigere, & ita verbum *cedere* hîc exponit *Cuiac. 10. observ. 30.* ac pro eo *decidere* reponit *Goth. in dict. l. 1.* quod ibidem *Anton. Fab.* meritò reprobat.

CAPVT IV.

Libellus eiusq; requisita.

EDere propriè est promere rem, exhibere inspiciendi Potestatem *l. 1. l. 4. l. vlt. C. hoc tit.* Hîc ex mente Prætoris, amplius quid continetur: Et est aut scriptum tradere quod editum velis, vel ita ostendere aduersario vt si ei excipiendi describen-a dive copia *l. 1. §. 1. l. 10. §. 2. hoc tit.* a Iustin. circa actionem plus exigit; vt libellus actionem comple-b ctens reo offeratur, *auth. offeratur C. de lit. cont.* b TVM DEMVM verò ACTIO RECTE EDITA, CVM ITA IN LIBELLO CONCEPTA, vt speciem, id est, imaginem & formam, futuræ litis c demonstret *l. edita 3. hoc tit.* c TRIA igitur LIBELLVS is, seu formula actionis CONFLECTAd TVR, d REM PETITAM certam *l. 6. de R. V. l.* c *19. de furt.* e CAVSSAM PETENDI & quidem in actionibus in personam specialem, ex. gr. non ita: peto 10. quia mihi debes; sed sic: peto 10. f quæ tibi mutuò dedi. f In realibus v. etiam generalem & communem; vt si se dominum dicat, g etsi non adiiciat vtrum ex empto, donato, &c. g Ratio diff. in rei instructione & deliberatione cedendum, an contendendum sit, cuius gratiâ hoc exigitur. Illîc caussa obligationis non adiectâ reus statuere non potest. Fieri enim potest vt deinde dicatur caussa, ex quâ debeat, potest item, vt de aliâ dicatur. Hîc verò ex quecunque caussa sit dominus actor, semper possessor rem petitam re-h stituere debet. h Sed si vel caussa oblig. in personalibus, vel rei designatio in realibus act. omissa, i non ideo libellus quasi vitiosus repudiatur i l. 3. *C. de ann. exc. cap. 3. §. secus de sent. & re iudic. in 6.* sed reus postulare potest rem sibi designari & caussam obligationis exprimi, & ni id fiat appellare *c. 2. & 3. extra de libel. oblat.* ET NOMEN AC GENVS ACTIONIS. Quod prob. 1. *per l. 2. §. 6. de O. I.* vbi *certa* quoad nomina, *sollennes* quoad formulas 2. per *l. 1. 2. & 3. de præs. verb.* 3. Dubitationes veterum in eadem specie, quâ actione vtendum, vt *l. 1. de æstim. act. l. 14. l. 20. §. 1. de præs. verb. l. 1. si men. fal. mod.* Quæ inanes si, contempto actionis nomine, sufficeret factum proponere. k Neque k hæc necessitas sublata *l. vlt. C. de for. & imp. act.* Impetrationem enim ea remittit nil amplius. Ergo per *l. 32. in fin. C. de appell.* Aliàs omnes veterum vigiliæ de præscriptis verbis interciderent. Quod Imp. voluisse credibile non est *l. 35. pr. C. de inof. test.* l Et interest quoque rei scire nomen actionis. l Nam si aliâ actione experietur actor, non tenebit intentio *l. 1. Si men. fal. mod.* m Proinde habet reus m cur contendere debeat, quia vincet, qui aliàs fortè cessurus. Sanè ex æquitate si rem metimur, si res ipsa & genus actionis intelligatur, de nomine non laborandum. Quod & iure Canon. cautum est *c. dilect. 6. extr. de iudic.* n n

NOTATA.

a Edendarum act. olim 5. diuersæ rationes, vt *Ran. Protrib. cap. 4. & Vult. ad pr. I. de action. numer. 43.* 1. Dicere quâ actione vti velit. 2. Describendæ actionis copiam facere. 3. Suâ intentione in libello offerre aduersario. 4. Ex libello eam dictare aduersario. 5. Aduersarium ad album producere & demonstrare quid dictaturus est *d. l. 1. §. 1. vbi Cuiac. 8. observ. 15.* pro illis *quid dictaturus* reponit, *ex quo edicto acturus*, quia ita in Basilicis: Nullâ necessitate. Haut melius *Alc. 2. disputt. vlt. & 8. parerg. 7.* illîc aduersaria sua in *d. §. 1.* hîc vnitaris quidem numero aduersarium legit, sed rationes tumultuariè ad memoriæ subsidium confectas exponit, quasi Vlp. velit edere eum dici, qui fabulas illas tumultuarias extendit in rationum libris. Quem etsi tuentur *Rob. 3. sentent. 13.* alij plures rectè refellunt, *Duar. 2. disp. 13. Balduin. in not. ad d. l. 1. & Ant. Fab. in rational. Forc. cupid. iurisperito cap. 17. numer. 8. Leon. 5. emend. 8. numer. 6. Vult. 1. disc. 6. Parlador. 2. rer. quotid. c. fin p. 5. §. 1. numer 8. & 9.* Et hic quidem adscripto loco ex *Seneca ad Lucil. Epist. 49.* sed & *d. §. 1.* de actionis editione sermo est, cum qua nihil commune habet editio rationum. Nec aptè dicuntur produci rationes, aut instrumenta, sed proferri, *Duar. & Balduin d. loc.* (quod postertius tamen *Rob. d. loc.* refellit) Quin & rationum editio perspicuè ac à capite fieri debet, *l. 10. §. 2. h. t.* Quare summatim, in aduersâ chartâ scripta parum proficiunt, *Fore. d. loc.* Putant quoque *Duar. & Balduin.* aduersarium pro tabulis, vnitatis numero, Latinè non dici. Quod etsi agnoscat *Rob. d. cap. 13.* volens alterum locum *Alc. 8. parerg. 7.* typographi incuriâ deprauatum. Attamen *Salmuth. in not. ad Panciirol. lib 1. memorab. cap. 1.* hac quoque acceptione sing. num. reperiri contendit. (De tabulis istis quotidianis & vnde dicta aduersaria vid. *Alc. 1. parerg. 24. & dd. loc. Cuiac. 8. observ. 35. Coras. 1. misc. 18. Langle. 4. Semestr. 5. pag. 203. Vult. d. disc. 6. Mare. Lytlama lib. 2. Membranar. eclog. 15.* Malè *Gouean. 2. var. lect. 14.* legit auersaria. Ita enim infiniti probatorum auctorum loci corrigendi forent.) Pars ergò aduersa significatur seu reus productus ad album, id est, matriculam Prætoris. *Duar. d. loc. vid. not. 5. lib. 15. cap. 24. lit. Q.* Et *Ranz.* quidem *d. cap. 4.* album formularum intelligit, quasi aliud fuerit ab albo edictorum. Cum formulas publicè expressas à Prætore fuisse testetur *Cic. pro Roscio.* Sed *Vult. dict. cap. 6.* duplex album non agnoscit, verùm in eodem & edicta & actiones ac interdicta relata fuisse. Quod magis est; Veteres autem Codices pro *ad album*, habuere, *ad alium*, nullo sensu idoneo, teste *Politiano miscel. cap. 82. & Vacon. 6. declar. 88. numer. 10.* b Et hoc b ex constitutione Iustin. cum olim quoque voce ederetur, dictante actore, *Don. ad l. 3. C. h. t. numer. 4. Zoan. ibid. n. 3. Sich. ad auth. offeratur. numer. 3. Asin. Prax. §. 4. cap. 10. numer. 2.* excepta conuentione illustrium *l. vlt. D. de priu. delict. l. quoties 7. C. de dignit. Azo. in summa C. h. t. numer. 12.* Hinc interpp. libelli editio pro editione actionis. Diff. tamen actio, etsi pro formulâ sumatur scripto comprehensâ, à libello, qui est scriptura continens ac exhibens formulam *l. 1. §. verbis libello complect. h. t.* vid. *Zoan. ad d. l. 1. numer. 1. Vacon. 6. declar. 28. numer. 9.* etsi contra *Obrech. de concip. libell. cap. 2. numer. 7.* In ordinariis itaque iudiciis libellus in scriptis offerendus iure communi *d. auth.*

offeratur cap. 1. extra de libel. cap. 11. de probat. Fac. Nou. 83. pr. quod de substantiâ libelli esse tradunt *Sich. d. num. 3. Asin. d. numer. 2. Sneidwin. ad §. 1. I. de act. numer. 99. Lanc. Conrad. de off. prat. in cauff. ciuilib. v. Libellus numer. 7. Scaccia 1. de iudic. 50. numer. 19. Coler. decif. 111. num. 1.* &Dd. alij passim, vt nec rigori iuris satisfieri putent, si actor, coram iudice, actuario dictet libellum, & is in actis scribat; non tamen ita in scriptis oblatum censeri vid. *Marsil. sing. 364. Scaccia d. numer. 19. Asin. d. §. 4. cap. 5. numer.* 1. Sed huic quidem scrupulositati vsus iudiciorum in pluribus curiis derogauit *Sneidwin. d. numer. 99. Speckan. sent. 1. 63. num.* 3. Et iure Saxon. libellus oretenus dictatur iudici, vel ab eo deputato iudicij notario; cui pari modo reus respondet *Coler. dec. 111. per lib. 2. Landr. art.* 3. Quod nec arbitrarium apud nos hodie, sed necessarium ex *Nou. Elect. Sax. 1. p. 1. Iacob. Scult. obseru. forens. 1. num. 4. & obseru. 2. numer. 1.* vbi inquisitè, num breuibus actor se ad libellum, antea pro citatione obtinendâ emissum, referre possit. Quod negat, quia forma ad vnguem obseruanda, &c. itaque iudicatum in Curia prouocationum testatur *ibid. numer.* 30. Contra tamen Lipsiæ aliquando pronunciatum vid. *Reinh. Rosa addit. ad Moll. Nou. Elect. 1. p. 1. num.* 9. † In summariis verò caussis libellum non requiri tritum est, *Clem. sæpè 2. pr. de V. S. Maranta p. 4. diff. iudic. 9. numer. 12. Scaccia 2. de iudic. 53. Iacob. Schult. obseru. forensi. 3. numer.* 10. & seqq. Vbi vsque ad *numer.* 264. caussas huiusmodi 150. enumerat. Sed & plures caussæ, in quibus vel personarum vel rerum ratione libelli sollennitas remissa, reperiuntur. Quas percenset *Obrech. de concip. libell. c. 6. numer.* 5. & seqq. *Ioh. Pels. proceff. tit.* 20. *numer.* 14. & seq. plenissimè *Asin. prax. §. 4. cap.* 3. 80. casus referens. Sed & de causis summariis forsan quædâ *j. lib. 24. cap.* 5. dicemus. † In illis tamen qualis-qualis petitio simplex narrationem facti aperram continens, omninò exigitur, tum vt iudex sciat, quid agere debeat, tum vt aduersarius consultare possit, an lis subeunda sit. Vnde etsi ad validitatem processus non requiritur libellus, tamen omni solennit. remissa simplex petitio omitti nequit, cum iuris sit naturalis, vid. *Maranta d. numer.* 12. *Rosbach. proceff. tit.* 33. *num.* 16. *Granat. ad prat. Vestrij lib.* 5. *cap.* 1. *numer.* 10. *Scacc. d. cap.* 53. *num.* 11. *Asin.* §. 3. *cap.* 4. *num.* 8. *& §. 4. cap.* 1. *numer.* 3. *Sfort. Odd. de restit. in int. p.* 1. *q.* 35. *artic.* 3. *numer.* 6. *Iac Schult. ad obseru.* 3. *num.* 270. & seqq. *Meichsner. lib.* 1. *decif. Cam.* 28. *num.* 2. & seqq. Nisi vbi aliunde facti cognitionem iudex habere possit ex aliis deductis, *Asin. d. §. 3. cap. 6. num.* 3. *Meichsn. d. decis.* 28. *num.* 22. ac seq. Quod in iis caussis admitti potest, in quib. ratio edendæ aduersario actionis cessat. † Offerendus autem libellus aduersario quoque non perenti *Robbach. proceff. tit.* 33. *num.* 9. Nam agentem sine libello iudex ex officio reiicit, vid. *Asin. de exsec. §. 3. cap.* 60. *Faulant. de commissar. p.* 3. *lib.* 9. *cap.* 10. *num.* 2. Ideóque nec conuentione partium omitti posse, nec tacitè, non petendo, nec expressè, crebrius obtinuit, vid. *Asin. praxi §. 4. cap. 6. Sich. ad d. auth. num.* 4. qui aliâ ratione scribit esse iurisiur. calumn. quod non ita sit actus substantialis iudicij *Ioan. Pels tit.* 20. *num.* 13. *Obr. de libell. cap. 6. num.* 4. quia inquiunt, etiam iudicis gratiâ offerendus, vt secundum eius tenorem sententiam ferat. Et ita quidem est, eaque ratio efficit, vt iudici ipsi omninò exhibeatur libellus initio, quo speciem litis futuræ, ipsèque cognoscat *Monach. pract. iudic. p. 4. initio Blaver. in l. diffamari, cap.* 5. *num.* 9. *Speckhan. post alios cent. 1. q. 63. num* 1. *& q. 46. numer.* 47. Vnde caussæ expediendæ conducere scribit *Obrech. cap.* 4. *num.* 5. vt duo libelli offerantur iudici, quorum alterum actori exhibeat, alterum ad acta ponat. Pacto itaque partium non efficietur ne iudici fiat editio. Ast quin sibi inuicem remittere eam partes possint quid impedit? *Speckh. dd. loc.* Quomodo *Bouer. sing. 31. n. 14* sollennem libellû in scriptis posse ita omitti, modo petitio aliqua intercueniat, & in actis scribatur. Ac communem opinionem vocat *Lanfranc. in clem. sæpè 2. v. Libellus d. V. S. ref. Christ. Vuintzlero addit. ad proceff. Pels d. num.* 13. Quæritur; Cuius expensis detur? Ex crebriori sententiâ actoris *Maranta p. 6. membro iudicij 3. num. 2. Asm. Praxi. §. 5. cap. 3. num. 1. Ioan. Pels proceff. tit. 25. num. 13. Sig. Scaccia 1. de iudic. 100. num. 10. Speckhan. d. q. 64. num.* 51. Alij tamen vbi consuetudo Curiæ non aduersatur, quæ cum primis attendenda, sumptibus Rei, cuius gratiâ fit editio, vid. *Sich. add. auth. Offeratur. num.* 11. *Wurmser. tit. 9. obseru.* 10. *Obrech. de libell. cap. 4. num.* 5. Hanc contentionem dum *Ilico Vmmius disp. Proceff. 6. th. 9.* 42. hac distinct. diriminat, vt eo sumptus sustinendi sint, si temerè iudicium subeat; actori verò, si iustè iudicium accepit reus, statum quæst. non attendit. Nam hîc quæritur, cui hi sumptus initiò, dum caussa præparatur & instruitur, faciendi. Vter verò iustè litem fouear sententiâ demum pacefit. Quin & reus qui iustè quidem contradixit, succubuit tamen, etsi in expensas aduersario non condemnetur, quas tamen ipse erogauit non recipit. In summariis sanè vbi scriptum libellum offerri none necesse est, si petitionis voce prolatæ, & ab actuario consignatæ, exemplum petat reus, ipsius sumptibus edi docuit *Maran. p. 4. dist. 9. num.* 15. *Scaccia 1. de iud. 53. num. 9.* b An & quando libellus die feriato exhiberi possit, notabo *j. lib. 24. cap.* 7. De significatione vocis *libelli* & variis eius acceptionibus in iure, ne prolixior sim, Consule *Obrech. tr. cap. 1. num.* 10. *Menach. Pract. p. 4. cap. 1. Pels proceff. tit.* 20. *numer.* 6. P. *Frider. 1. de proceff. extrah. 2. num.* 2. & omninò *Parlador. 2. rer. quotid. c. fin. p. 5. §. 2. num.* 1. Suauis verò & festiua notatio *Scaccia 1. de iudic. 50. num.* 4. quod dicatur à libra, quia ius dicens debeat gestare c stateram in manibus, &c. vid. *Don. ad l. 3. C. h. t. num.* 5. Vnde libellum etsi alij variè describant, quod referte operæ non videtur, definit *Obrech. de libell. c.* 2. quod sit verborum conceptio breuis & aperta futuræ litis speciem in iudicio proponens. Breuis *per tex. l. vlt. §. 1. C. de appell.* vt necessaria solùm contineat, non superflua. Quæ præsenti negotio accommodata atque ad causssam illustrandam pertinent eâmve probab. reddunt *c. examinata 15. de iudic.* de quo bellè *Vigel. lib. 3. instit fori cap. 4 Obrech. cap. 11. nn.* 30. quos vide. Digressio sanè omnis non respuenda, sed si breuis, nec longius à proposito deducat, si veritati causssæ deseruiat nec ociosa sit, *Vigel. d. lib. 3. cap.* 7. Ast valdè vulgò peccatur, dum quæ nis facti circunstantiæ ponuntur, sæpè superuacuæ, quæ causssam obscurant, grauioríque probatione onerant, *Obrech. d. cap. 11. num.* 37. Et verinam quam tritum illud, Gaudent breuitatem moderni, tam etiam frequentaretur. Aperta seu dilucida ac perspicua, vt rei gestæ ordine seruato res exponatur, & vt quodque prius posteriúsve gestum ita referatur, cum initium cuiusque negotij spectandum sit *l. 8. pr. Mand.* exemplo declarat *Obr. d. cap. num. 11. num.* 32. & seq. Ac etsi copia nimiusque ornatus verborum, ad aures demulcendas, oratori magis conueniat; verbis tamen hic studendum propriis, vsitatis, non obsoletis atque incognitis. Nec quod Crassus *apud Cic. 2. de orat.* ait: Confusa sit ac perturbata oratio, quæ non lumen rebus, sed obscuritatem & tenebras adferat, vid. *Vigel. d. lib. 3. cap. 9. Obreth. d. cap. 11. num.* 34. & seqq. Clarus itaque sit ac certus libellus, nihil ambiguitatis aut obscuritatis continens *d. l. vlt. §. 1. C. de appell. Non.* 107. *c. 1. c. constitutus 6. de releg. dom. c. litteræ 3. de dilat.* Certamque habeat petitionem, vt sententia quoque certa ferri possit; nec generalis sit, vnde obscuritas *l. 7. com. prad. c. venerab. 8. de confir. vt. vel inut.* Obscuritas autem libelli quintuplex vulgò statuitur. Nempè ex sermone 1. ambiguo, 2. generali, 3. disiuncto vel alternatiuo. 4. non coarctato, 5. indefinito *Marc. de Mantua singul. 93. & 531. Speckhan. cent. 1. q. 64. num.* 20. *& seqq. Scaccia 1. de iudic. 50. num.* 18. Sed posteriores duo modi ad secundum commodè referri possunt, vt iidem addit *Scaccia ibid. 6.* modum ex sermone contrario per *l.* 188, *d. R. I. Fac. L. 1. C. Si seru. extero & simil. Coler. ad c. 2. iunct. c. dilecti 8. extra de exceptum. 42.* Hinc exceptio obscuri, generalis, alternatiui libelli. Quâ obiectâ, reum ab impetitione absolui, actoremque in expensas damnari, tradit post alios *Speckhan. d. q. 64. num.* 4. Obiici autem debet hæc exc. in primordio litis. Nec post litem contest. auditur, quia dilatoria est, ac litem contestando se obstrinxit reus ad prosecutionem causssæ. *Coras. SC. Tolos. 29. Speckhan. d. q. 64. num. 6.* Receptum enim est vt libellus obscurus, non contradicente initio aduersario, admittatur in causssis ciuilibus, per *l. vlt. ibi licet generaliter C. de ann. exc. Murant. p. 6. D. h. t. num.* 22, *Gail. 1. obser. 62. numer.* 11. *& obseru. 66. nu. 6. Scaccia d. cap. 50. num.* 13. *ac sequenti. Roue., sing. 31. numero 12. Marsil. sing. 348. Mant. sing. 93. Speckhan. d. q. 64. num.* 5. quia, ait, dum tacuit videtur perspexisse quid peteretur, vel ius deliberandi sua sibi negligentiâ præcidisse. Quod tamen impugnat *Petr. Gerard. singul. 4. numero 11. & seqq.* per *l. 6. in fi. v. Debebit de R. V.* Nam cum ea L. dec formam non seruata formâ actus nullus. 2. Omissa formâ egis & ordine iuris consensus partis nil operatur. 3. Aliàs teneretur iudex ferre sententiam incertam. Ad *d. l. vlt.* Resp. *Gerard. num. 7.* & seq. loqui eam de interrumpenda præscriptione, & ita de libello citatorio. Quæliber autem citatio, ait, generalis quoque ac indiscreta interrumpit præscriptionem. Quomodo & *Vacon. vt not. S. lit. I. circ. med.* In quo ipso tamen (de citatione obscura) alij non consentiunt, vid. *Surd. decision. 5. numer.* 4. & seq. Et recepta opinio declaratur, vt satis sit, si in processu causssæ libellus explicetur *Maranta d. numero* 22. Quod & iudex post acceptum iudicium ex officio iniunger potest, *Speckh. d. quæst. 64. numer. 7. Asin. de exsecution. §. 3. cap.* 100. ac nisi declaretur eum. reiicere parte non petente. *Asin. dict. §. 3. cap. 64.* Et autem ipso quod declarari petitur libellus obscurus, is approbatur. *Mantua sing. 93. &* 273. Quare cautius est, ne reus in re petratione obscuritatis exigat, sed dicat se ad respondendum non teneri & ab instantia absolui debere, *Gail. 2. obseru. 64. numer. 12. Coler. ad cap. 2. iunct. cap. dilecti 18. supr. de exception. numer. 40. Ioan. Pels. proceff. tit. 26. num. 8. vbi numero 9. Christoph. Wintzler. in addit.* cautelam hanc reprobat. Certis denique casibus huic exceptioni nec initio locus. Veluti primò in causssis summariis, *Scaccia 1. de iudic. 50. numero 15. Maranta p. 6. h. tit. numero 24.* Nisi obscuritas tanta, vt facultatem deliberandi auferat reo. Tunc enim eo opponente non valet libellus, ne defensio ipsi dimatur, ne quidé si sola facti veritate inspecta procedatur. *Mar. d. lo. Scaccia d. c. 50. n. 17. Asin. Prax. §. 4. c. 2. n. 3. & 4.* 2. Si obscuritas nõ in principali intẽtione, sed quibusdã adiectis, *Mar. d. l. n.* 22. 3. Si in quolibet sensu plurium interpretationum ambiguæ locutionis intentio agentis teneat Mar. ibid. Ac in specie alternatiuus libellus recipitur, si illa incertitudo ex facto alieno, alióve euentu dependeat: Veluti: Peto declarari rem meam iure dominij vel quasi contractum nullum, & si quis sit, cum rescindi, Peto rem vel æstimationem, factum vel interesse. Cuiusmodi libellos vsu notiss. iudiciorum admitti, adeoque iure etiam subsistere, cum videatur peri eo ordine ac modo quo iure licet, docet *Mynsi. 4. obseru. 2. add. idem 2. obserua. 42. Wurmser. t. 9. obseru. 1. Gail. 1. obseru. 62. n. 4. & seqq. Pinel. in l. 2. C. de rescis. vend. p. 3. cap. 3. num.* 8. *& seqq Speckhan. d. q. 64. numer. 6.* & seqq. *Meichsner. lib. 1. decis. Cam. 21. numer.* 7. Et in oblig. diuiuctâ, quoties electio debitori competit, petitio non purè proponenda, sed eo modo quo debetur, aliàs plùs causssâ petitur §. 33 *V. huic a. l. de act. l.* 75. § 8. *de V. O. Obrecht. de concip. libell. cap* 19. *numer.* 24. & seq. Vnde in condict. ex *l. 2. de rescind.* consultius est, vt alternatiuè concipiatur libellus, etsi in Camera petitio pura de re redhibenda admissa fuerit, sententiâ diuinctim concepta, *Gail. d. obser. 62. num.* 10. *Mynsi. d. obseru. 42. num.* 5. vid. *Pinel. d. loc.* † De libello generali & incerto vid. *not. j. lit.* E. Ob contrarietatem vt vitietur. & quibus modis sustineatur vid. *Menoch. 2. præsum.* 41. † Variæ diuisiones libellorum apudi formularios, Solléniores duæ: 1. A causssæ genere. Alius ciuilis, qui conuentionis *l. vlt. sub fin. C. de ann. exc. Nou.* 53. *cap.* 3. reclamationis *cap. 1. de lib. oblat.* alius criminalis, qui accusationis *l. 17. C. de accu.* & inscriptionis *l. 3. pr. & §. 1. D. de accus. l. 2. §. vlt. d. e adult.* vsurpatur. *Obrech. cap. 2. num.* 10. & seqq. Qui aliis Querimonialis, *Rosbach. proceff. tit.* 33. *num.* 5. 2. à modo concipiendi. Alius absolutus continuâ orationis serie factum complectens, qui & simplex ac summarius; alius articulatus seu positionalis certis ac distinctis enunciatis. quæ articuli & positiones dicuntur, circumstantias facti singulatim describens, *Obrech. d. cap. 2. num.* 14. *Vult. ad. pr. I. de act. num.* 47. *Frider. 2. de mandat. iudic 9. Rosbach. tit. 33. num. 2. & alij.* Licèt autem nonnulli formam articulati expeditiorem censeant, *Coler. decis. 118. Ventura de Valentiis & ab eo citati Parthenij litigiosi lib. 2. cap. 13. num.* 18. *Ioan. Pels proceff. tit. 20. numer.* 32. ac seqq. Vnde is plurib. curiis, supremaque imperij *Ord Cam. p. 3. artic.* 12. frequentatur. Et tamen sæpius intricari magis, quàm extricari negotium, vt difficiliùs perspici queat quis totius negocij principalis status, quæ quæstio principalis, quæ accessoria, quæritur. *Vigel. lib. 3. Instit. fori c. 1. p.* 248. cumque D. Augustus Sax. Elector. *Nou. sua 2. p. 1.* è foro planè exterminauit & iudicis officio reiici iussit. Et iustè quidem inueterato iudiciorum fori Sax. vsu ita obtinuisse contra *Fach. & Henning. Goden.* adstruit *Iac. Schult. obseru. forensi* 4. Formulam libelli articulati eiusque expositionem pete ex *Obrech. d. libell. cap. 17. & Ioan. Pels. Proceff. tit. 21.* d *Blaver. in l. diffamari. cap. 5. num. 25.* Tria, ait, principaliter continere debet. Factum seu causam obligatorum, quæ ex facto, seu iuris vinculum, & actionem quæ inde oritur. *Rosbach. Proceff. tit. 33. num.* 24. Tria substantialia: Narratio facti, medium concludendi, & ipsa conclusio, *add. Sneidwin. ad §. 1. I. de act. numer. 106.* † *Obrech. de libell. cap. 2. num.* 10. & 10. Tres partes: Causssa petendi, formæ, rei narratio, materiæ & petitio, finis, rationem habens. Vulgò quinque requisita statuuntur, quæ in hoc disticho: Quis, quid, coram quo, quô iure petatur & à quo,

Rectè compositus quisque libellus habet: *Maranta p. 6. h. tit. numer. 4. Vult. ad pr. I. de act. numer.* 50. *Obrech. cap. 11. num.* 1. † *Scaccia 1. de iudic.* 50. du a partes substantiales cum Papiensi statuit: Narrationem facti, cuius 5. requisita, vt relato disticho. Et petitionem; sed ex stilo forensi plura requiri posse. Et Don. quoque ad *l. 3. C. h. tit. numer. 6.* quinque requirit: Personas, rem, causam, petitionem & genus actionis, *P. Gregor. 48. Synt. 5. num. 6. & 7.* Compositionis 4. partes principales: 1. pig rau he, nomina litigatorum & iudicis ac in quo genere causssæ petatur, exhibens. 2. Expositio negotij, etiam omisso actionis nomine. 3. Causssa petitionis. 4. Conclusio. † Enimverò Libellus Iurisconsultorum item practicus ac iudicialis Syllogismus nuncupatur, *Ioan. de Arnone Pract. iudic. cap. 27. num. 2. Wes. Parat. h. t. num.* 3. *Coler. ad c. 2. & c. dilecti 18. extra de except. numero* 38. *Obrech. cap. 11. aumero* 25. *Ioan. Pels 6. tit. 20. numero* 29. *Vigel. 3. Instit. fori* 2. qui formam substantialem eiusdem statuit argumentationem, quæ vel perfecta, vt Syllogismus, vel imperfecta, vt Enthymema. † Ast si totius libelli structuram spectemus; Continetur eâ primò exordium. Quod exhibeat nomina 1. Iudicis, cuius proprium nomen exprimi necesse non est, sed compellari eum vsitatius est officij dignatis vel iurisdictionis nomine, quia agitur coram eo, tanquam Magistratu, vel publica potestate prædito. Et ex Magistratu quis notus plitibus, quibus nomen eius ignotum, ac ex officio magis noscì personam quàm ex nomine probat *l. pen. de reb. dub. Sneidwin. in §. 1. I. de act. numero* 120. *Maranta p. 6. h. tit. numer. 8. Scaccia 1. de iudic. 50. numero* 3. *Ioan. Pels tit. 21. numero* 4. *Obrech. de libell. cap. 11. numer.* 10. *Speckhan rent. 1. quæst. 64. numero* 12. 2. Actoris, quod omninò necesse, quando alieno nomine agit; non vtique quando suo, vt post *Bald. in l. 3. C. h. t. & Dd. Pels. d. tit. 21. numer. 4. Obrech. d. loc. numer.* 13. *& Speckhan. numer.* 13. Et illic quo nomine, ac num in rem suam, vel alterius, agat, vnà dicat. Sicuti & Prælatus an Syndicus in ciuilibus libellum concipiane nomine Ecclesiæ, Collegij vel Vniuersitatis, *Foller. addit. ad Maranta h. tit. numer. 6. & 7. Pels d. lo. num. 8. Scaccia d. cap. 50. num.* 22. Et actor à tutore, eóve auctore, constitus nomine pupilli, *ibid. num.* 8. Quid in tutore infantis, & alio curatore, furiosi, aut adulti vid. *Pels. d. lo. numero 6. & 7.* Nec refert in primâ, an tertiâ personâ, an impersonaliter nominetur, *Obrech. d. cap. 11. num.* 15. *Fac. L. 2. C. de Const. pecun.* 3. Rei qui si certus, quandoque nominis demonstratio alia addenda, *Obrech. d. cap. 11. numero* 17. *Pels. d. loc. numero* 9. Etsi contra plures agitur, vt singulos, ex oblig. communi, omnes initio designandi nominatim, non v. appellatione consortum, licet id in progressu causssæ admittatur, vid. *Obrech. d. c. 11. numer.* 10. & 20. *Pels. d. lo. num.* 10. Quod si vniuersitas conueniatur, Præsidentium, vel Magistratuum officia exprimi sufficit, *Pels. d. loc. num. 11. Obrech. numer.* 21. & seq. qui & Syndicum nominari posse censet. Et vbi Ecclesi aconuenitur, concipi debet contra Prælatum nomine Ecclesiæ; *Scaccia d. ca.* 50. *numero* 23. *Foller. ad Marant. h. t. num.* 9. In causssa eius qui à tutore vel curatore regitur, si infans, vel furiosus, designandus tutor vel curator vt talis. Aliàs ipse pupillus vel minor & vnà tutor. *Foll. d. lo. numer.* 10. *Scaec. d. numero* 23. Si incertus reus, sufficerit si facti species aliaque commodè proponatur scribit *Obr. d. cap. 11. num.* 24. *& Speckhan. d. q. 64. num.* 14. *per l. 11. §. 3. de Instit. act.* Atque hæc quasi substantialia exordij. Sunt & alia, quæ accedunt eidem, nec adhiberi ea semper necesse est; expedit autem nunc his, nunc illis vti, prout res exegerit. Veluti: 1. Captatio Beneuolentiæ, & attentionis, quæ tamen oratores magis decent, *de quibus Cic. partit. orator. dial.* 3. Nec nimis curanda Iurisconsultis aut iudex ad inuidiam miserationémve concitandus, *Aristo. 1. Rhetor. 1. Vigel. lib. 3. Inst. fori c. 1. & 3. Obrecht. d. c. 11. numer.* 3. *& 5. Ventura de Valentiis Parthenij litigiosi lib. 1. cap. 15. num. 15.* 2. Protestationes & clausulæ apponi solitæ. Varias enim Dd. commenti sunt cautelas quibus à fronte & tergo muneretur libellus, vt ait *Obrech. cap. 9. num.* 3. Vulgò salutares item saluantes clausulas nuncupant. De quib. nos summatim, non ex iure certo, cui ignoræ, sunt sed interpp. & formulariorum traditis. Eiusmodi in exordio ante expositionem causssæ: 1. Protestatio de non consentiendo in iudicem, nisi quatenus iure tenetur & de non prorogandâ iurisdiction. *Vigel. 3. Instit. fori 3. Io. Monach. pract. p. 4. cap. 8. numero* 1. vsitatiss. vocans, sed quæ in Camera non attendatur. 2. Quod se adstrictum nolit ad probationes non necessarias. Hac effici volunt ne plura probare teneatur, quàm quæ statum causssæ concernunt, cum eâ omissâ omnia in libello, etiam per modum qualitatis ac inciden-

ter deducta, probanda sint, & ni probentur, actor succubat, ita vulgò per *l.habebat 13.pr.de Inst.act.c.licet causſam 19.de probat. Maranta p.6.h t.n 17.Sneidwin.ad §.1.I. de act.n.111. Monach.d.c.8.n 3.Rosb.Proceſſ.t.35.n.4.ac* 5.seqq. *Scaccia 1. de iudic.50. n.28.Ioan.Pels t.21.n.97. &* 2. seqq. *Ayrer.p 1. cap.4.obſerv.6.31.* & seq. *Trentacinq. l.2. practi. reſol 8. tit: de probat. reſol.8.n.6.Matth. Nigrin.de proteſt. v. Teſtatio.n.31.* & seqq. *add. Schuſ. cent.3 conſil.84.n.8. Obrech.de libell.c 16. n.3.* & *ſeqq.* vbi *n.6.* eâ parum sibi prospicere actorem, cum iudicis sit dispicere quæ probanda sint *l.3.de teſtib. adde Rittershuſ. com. ad Saluian. lib. 1. de gubernat. Dei pag.* 49. † Et *Bald. ad leg 5. C. de lib. Cap.* protestatione hac nihil agi, cum probatio à iuris necessitate sit, non in agentis arbitrio. Cui alij regerunt, quod merita quidem causſæ concernens probatio hac ratione declarari nequeat, sed eorum quæ ad statum causſæ non pertinent, vt circumstantiæ facti externæ. Ad quorum aliàs confirmationem proponendo se obligasse videretur. 3. in iudiciis Sax. subnecti proximæ solet quâ actor reseruat sibi arbitrium desistendi à probatione si quæ iniungetur, reiíque iuriiurando Item ciuiſve parrem committendi, *Dir gantzæ Klag oder zum theilin das Beklahten gewiſſen Wiſſenſchaft vnd vbrewuſt zu ſchweben. Monach d. cap. 8.num.11 Sneidwin d. numer 121. Speckhan. cent. 1. q. 67. num. 11. Nigrin. d. v. Teſtatio. num.* 28. 4. Non in modum solennis libelli, sed simplicis facti narrationis, ac qualisqua is petitionis. Cuius sanè in ordinario iudicio nulla vtilitas, cum non liceat priuato actori ordini iuris derogare *weſen. Par. C. de form- ſublat. numero 7 Monach. d. cap. 8.n.2.Nigrin. de Proteſt. v. Teſtatio n.27.* Diſſ. videtur *Aſin. prax.* §.4. *c.4. n.* 5. Quin imò quando causſa requirit solennem libellum, & is quidem oblatus omnia subſtantialia complectens, clausula hac adiecta non procedi, ceu super petitione inepta notat *Petr. Gerard. ſing.40. Scaccia 1. de iud.50.n.31.* Quia talis protestatio arguit, quod nõ habeat actor petitionem pro solenni. Vnde consulunt vt addatur: nisi vbi & quatenus solennis libellus requireretur. In summariis autem huius vsus esse potest, tunc quando de eodem negotio ordinar. iudic instituit posset. 5. Sed nihil conuicii vel iniuriæ causſâ dicturum, sed secundùm ius & rei gestæ veritatem. Quæ tamen iniuriar. actione non omnimodò liberat, si postea verbis iniuriosis falsò vratur, vid. *Obrech.d. ca.11. nu.9. Monach.d.ca.8.num* 4. Denique peti solet vt libello respondeat reus, litem contesteturr, iusiur. Calumniæ præstet, & in articulato libello, vt sing. positionibus per verbum, credit, aut, non credit, respondeat, sub præstando iuramento. Vtiratiſſ. quoque vt initio reseruet sibi actor omnia beneficia, quæ iure actori competunt. Quæ quidem in formulariorum exemplis passim inserta, aſt de eorum operatione nihil tractatum ab illis repetio, præterquam à *Martino Nigrino* (in quem his iam compositis iudici) *tract. de proteſtationibus. V. Teſtatio.num.* 24. & seq. Qui ea saluari scribit beneficia tum specialia, seu priuilegia, tum generalia, veluti dotis & fauorabilium causarum. Secundo expositio causſæ ac negocij vel litis. Cuius substantiale est ipsa argumentatio Iuridica. Vbi maior propositio causſam petendi ex iure desumptam, minor narrationem facti complectitur, inferens in proposito illam causſam subesse, quæ, vti medium concludendi, bis ante conclus. ponitur, nec eam ingreditur. *Obrech. cap.11.nu.25.* & *ſeq.* & *cap. 12. num.3.* & *ſ.qq.* Et structuram quidem in formam Syllogiſticam libellum concepturus initio, vt spectet, ac ad eam oblatam speciem reuocet, oportet vt fundamentum libelli ac medium concludendi percipiat, vid. *Obrech. cap.13. num.* 1. Aſt in conceptione ordinariam *συμπλοκὴν* strictè seruari non necesse est, quin sæpè propositiones inuerti so ent. Equidem si maior propositio aut causſa petendi (intellige, quatenus in iure posita est nam & minor verè causſam petendi habet in facto positam, ex quo ius oritur & quod ad ius adoptatur) dubia, retineri *ἐνζυγίαν* legitimam expedit, quia ita fundamentum libelli & causſæ *κρεῖττον* melius iudex percipiet. Sed si causſa ista petendi, aut maior propositio nota iudici, à facti narratione, seu minore, præsertim si in ea *κρεῖττον* consistat, auspicari conuenit, *Vigel.3.Inſtit for 6.in fin. Obrech. c.13.* qui exemplis declarat. Sed & vbi maior propositio planè certa, omitti ea & libellus in forma Enthymematis proponi potest, quia tunc totius controuerſiæ certamen in facti narratione, non in iure petendi, consistit, vt tamen Enthymematis non antecedens solum sed & consequens existimatur, subnexâ petitione, vid. *Obrech. cap.15.* Vtráque verò propositione posità conclusionem Syllogismi attexere necesse non est, sed loco eius petitio poni potest, etsi quandoque vtramque coniungi expediat *Obrech.c.14. num.1.* & 2. Confer. *Vigel 3. inſtit. fori* 2. qui argumentationis libellaris Syllogiſticæ & Enthymematicæ, ac vtriusque rectæ ac inuersæ, 13. in vniuersum formas percenset. Sed complectitur quoque libellos exceptiuos, replicat. & duplicat. in quibus interdum conclusio præmissis anteponitur, ceu exemplis postea *cap.* 10. declarat Id verò in actionis libello inconcinnum foret. Enimuerò res petita & causſa petendi vti hic Dori, sumit, semper in minore propositione ponuntur. Quæ & in Enthymemate rarissimè ac ferè nunquam omitti solet. Quin medius terminus etsi in syllogismo integro in vtraque propositione ponatur, in minori tamen vbi (in perfectiori primâ figurâ, ad quam reliquæ reducuntur) solum locum prædicati habet, magis conspicuus & inde vis potiſſ. illationis. Ex. gr. Qui vendidit pretio accepto, mercem tradere debet. Tu vendidisti ac pretium persolutum est. Ergo, Hic medius terminus, quia vendidisti, magis conspicuus in minore quàm in maiore. Vnde illa omissa ceu nota & subintellecta, illatio firma Enthymematis firma. Non autem illâ posità hâc omissâ sic: Qui vendidit, &c. Ergo, tu mihi tradere debes. Conspicuò ergò & ignoratione Logices libuntur, qui medium terminum cum maiore propositione cõfundunt, ac à facto seu assũptione secernunt ac seiungunt. *Ilic. Vmmius diſp. proceſſ.6. th.* 11. Qui inde seducti videntur quod *Oby.* (quem sectari volunt) *c.11.* & *12. paſſim* maiorẽ propositionem causam petendi vocat. Quem etsi pariter erraſſe non credo, cum *d. cap.11. num.26.* dicat medium concludendi bis poni, & ita in vtraque præmissa. Satius tamen fuerat exponere quomodo causſa petendi in maiore, quomodo item in minore, &c. Neque enim causſa actionis siue *ἀίτιον τῦ πραγμάτ@*, de quâ *Obrech. d. cap. 11. num.*50. & seqq. diuersa est, si quis verè perpendat, à causſa petendi siue medio concludendi. Quæ accidunt huic aliæ narrationi coniunctæ quæ ei insunt, non necessariò tamen, sed contingenter. Veluti rr. descriptiones præcipuarum circumstantiarum negotij propsiti, *Vigel.3.Inſt.fori 4. Obrech.d. cap.11.num.38.* & seqq. prout res exigit: Personarum, Ex. gr. Contractum sit cum pupillo, minore, muliere, diuite, paupere, infami, sui vel alieni iuris *Obrech.d.loc. nu.41.* item an actor cum contraheret, siue à quo causſam habet, fuerit minor, pupillus, &c. Hinc enim ferè patet quatenus & quousque actio teneat. Rerum, de quo vid. lit. sequent. Loci & Temporis. Quæ in criminalibus magis necessariò exprimẽda (de quo *l.3.pr.de accuſati Gail.1. obſ.64. Mynſ.2.obſ.23. Wurmſ.tit.9.obſ.2. Obrec.d.cap.11. num.*48 quæ, quia non instituti præsentis, omitto) non æquè in ciuilibus: etsi sæpè expediat. 2. Clausulæ duæ. 1. Quod amicè interpellatus antea reus de solutione vel restitutione, sed frustra. Nam licet denunciatio extraiudicialis vrbanitatis magis, quàm necessitatis, quoad impensas tamen, maximè citationis, an ea præcesserit refert, indeque aliqua huius clausulæ vtilitas, vid. *Sneidwin. ad* §.1. *Inſt. de act.n.122.* & seqq. *Rosbach proceſſ. tit. 35.nu.17. Obrech.cap.16.nu.11.* & 12. Confer *not. S l.17. cap. 1. lit. D.* & *lib.21. cap.2. lit. K. add. Rebuff. in Conſt. Reg. Procem. gloſſ.5.num.*158. 2. Saluo iure superfluí. Cuius vi pœnam plus petitionis cessare docet *Zang. d.exc.p.2. cap.11.num.*14. Cum qua eadem ferè illa: Saluo iure calculi vel plus vel minus, prout probabitur. Cui idem robur tribuunt *Socin.* & *Zaſ.* vt vt citat *Ilico Vmmius diſputat. proceſſ.6. nu.*56. qui tamen inutilem censet. Verùm etsi id dandum quod cum qui sciens plus debito petit hæc cautela pœna non eximat, idemque quod qui per errorem, eriam citra hanc, iure immunis. Ad hoc tamen saltem vtilis, vt eâ adiectâ facilius inducatur præsumptio errouis. Et abundantiores quoque cautelas opponi expedit ad tollendas pertinacium disputationes. *Scaccia 1. de iudic.50.nu.* 36. sed & magnæ efficaciæ illa clausula, hoc tribuens vt rationes errore comperto corrigi possint. *Nigrin. de proteſtat. V. Teſtatio.num.* 54. Alia ei accedunt; vt confirmatio & confutatio. Planè non opus est ante responsionem Rei, qua status causſæ apparet, pluribus act. confirmare. Aſt quandoque expedit principali argumentationi rationes præcipuas adiungi, itemque præcipuos obices maturè amouere, vt iudici robur causæ citiùs ob oculos ponatur, *Vigel.3.Inſt. fori 5. Obrecht d.cap.16.n.43.* & sequentibus. Atque hic conuenit firmiora argumenta in principio ac finc collocare debilioribus, veluti in medium agmen receptis, *Vigel.lib.3.cap.6.* Sed & propositioni maiori, quæ ex iure desumitur, accedere possunt, quæ eam confirment vel illustrent, vt si ratio eius iuris constituti proferatur, & quod nouissimè repetitum sit & confirmatum speciatim, &c. Erit nimis alta repetitio ridicula, vt si ex testamento agene orig. iuris testandi ex l.12. tab. exponat, *Vigel.d.l.3.cap.4.* & *6.* In ipsâ quoque narratione circunstantiæ sæpè, expositionis specie relatæ, probabilem eam reddunt, ex. gr. ream homicidij inimicũ capitalem fuisse occiso, ei necem minitatã stricto galdio visum eo tempore, &c. *Vigel.d.c.4.* Demum petitio, seu conclusio libelli. Vbi monendum quod hæc alia sit à conclusione Syllogismi libellaris, quæ ad præcedens membrum

brum pertinet ac sæpè nõ diserte exprimitur, licet semper vt præmissarũ tacitè inferatur, vbi petitio, tamẽ omitti nõ potest. Quin si illa inserta, hæc eâ sequitur, vt declarat *Obr.ca. 14.* Et hæc ad iudicẽ directa ac necessaria, cum is officiũ non impertiat nõ petenti. Terminũsve libelli ac vltimus scopus dicitur, in quo tota vis libelli versatur, ad quã potiſſ. respicend. sit iudici, cũ ab ea narratio restringatur, verbâq; dubia præcedentia ceu ad lapidẽ Lydiũ probari & reduci debeant, *P. Greg.48.8. nr. S.n.7. Gylken.ad l.3. C h. t. n.8.* & *ſequent. Sneidwin.in* §.1. *Inſt.de act.n. 117.* & *ſeq. Wurmſer.t.9. obſ.6. Gail.1.obſ.6 n.13.* & *ſeq. Meichſner.l.4. deciſ. Cã.22.n.31.* & *ſeq, Blarer.in l.diffamari.cap.5.num.21. Obrech.de libell.c.2.in fin.* & *cap.21. num.77.* ac seq. *Eberh. Speckhan.cent.1. quæſt.64. num.*34. Quæ causſâ pendenti omissâ, &c. libellum sustineat. Contra si narrationi apræpetitio inepta subdica, libellus corruat, *Obrech.d.n 77. Io. Pels Proceſſ. tit.21.num.*38. Petitioni enim conueniens sit sententia oportet. Ac etsi proposita in narratione, vel argumentatioee plus inferrent, si tamen reus minus; aliúdue in conclusione petat iudex denon petito sententiam ferre nequit, *Gilken.ad d.l.3.numer.81. per l. vlt. C. de fid. lib.* & *ſimil.* Sanè certas causſas referunt quibus omitti possit: vt in causſis summariis *Scaccia 1. de iudic. 53. numer. 7. Maranta p.4. diſt. 9. numero 12. Obrecht. d. cap.11. numer.* 79. Diſſ. videtur *Gilken. ad d. l. 3. num.*87. per *Clem. ſæpè* 2. §. *verum d. Verb. Sig.* 2. Quibus iudex offic. non imploratum impartiri potest, *Io. Pels proceſſ. tit.21. nu. 42. Obrecht. d. loc* Quas fusè percenset *Io. Bapt. Aſin. tr. de exſecut.* § 3. *cap.16.* & seqq. Possessorio recuperandæ *Sneidwin.in* §. 1. *I. de act. numero 119. Aſin. praxi.* §.4. *cap. 3. limit. 80. membr. 7. numero 1. Obrecht. d. loc. Speehan. d. quæſt.64. numerro 35.* Diſſ. *Gilken. d. l. 3. numer.* 88. 4. Spiritualibus, seu Ecclesiasticis, per cap. *Ad diſſoluendum 13. de deſponſ. impub. Gilken. d. loc. numer.* 84. 5. Criminilibus. Quod declarant *Gail, 1. obſ.* 61. *numer.* 18. *&* ſeq. *Sneidwin. Speckhan.* & *Obrecht. dd. loc, Gilken. ad d. l.3. numero* 83. & seq. *Ioan. Pels. d. tit.21. numero* 40. & sequenti. 6. Quæ coram Principe tractantur, cum eo præsente factum exponitur, quo omnis defectus & sollennitas suppletur arg. *l.* 19. *pr. C. de teſtam. Sneidwin. Obrecht.* & *Speckhan. dd. Io. Pels. d. tit.21. numero* 43. *Scaccia 1. de iudic.* 50 *numero* 21. *Gilken. ad l.3. numero* 112. 7. Cum narrationi adpositum verbum *conqueror*, aliudue vim concludendi habens, *Sneidwin.* & *Speckhan. dd. loc. numero* 91. vel ei subiecta clausula, superquibus omnibus, &c. de qua mox. Addunt in libello exceptionis. Sed is non huius loci vid. *not S. lib. 22. cap.* 8. *lit.* N. Atque in his casibus quibus omitti potest conclusio, nec inepta adiecta vitiat argum *l.1.* §.1. *C. de rei vx. act. Obrecht. d.cap.11 n.*80. *Pels d.tit. 21.num.*42. Substantiale huius apta Conceptio, obligationi vel causſæ quæ præcedit congruens, vt petatur, quod cuiusque actionis droptium, *Obrech. cap. 11. nu.*73. ne in personam agens petat rem suam declarari, sibi restitui, aut in rem, sibi dari oportere. Vtque ex propositis rité concludat ac inferat *Gail. 1. obſ.61. nu.*15. Nec limites act. excedat: vt si ex l. *diffamavi.* experturus petat se absolui à crimine super quos diffamatus, vel se dominum possessorémve pronunciari *Blarer. add. diffamar. cap.5.n.27.* si ex empto agens non ad trandendũ, sed ad dandum concludat, *Burgal. lib. 5. de dolo cap.5.nu.*73. Si pura obligatio purè petatur, si alternatiua desiunctim, &c. *Sneidwin. d. loc. n.*118. *vid. not. S. lit. C.* Et in act. in rem ex duplici causſa duplex petitio, vid. tamen *not. S. lib.*19. *cap.* 14 *lit. A.* & *lib.*20 *cap.5. lit. C.* Dirigenda autem potius ad iudicem quam ad reum, etsi melior conceptio si ad vtrumque referatur *Obrect. d. cap.11. n.76.* Accidunt conclusioni 10. Repetitio & enumeratio, seu *ἐναναφαλαίωσις* in narratione copiosius expositorum. Quæ breuis sit oportet, per capita decurrendo. *Quintil. lib. 6. Orat. inſtit. cap.1. pr.* nec odiosa, sed cui pondus insit, summam negotij scitè contractam ob oculos ponens, *Vigel.3. Inſt. fori 8. Obrecht. cap.16. in fin.* 2. Clausulę plures ac variæ, quæ nec tamen omnes semper conueniunt, pluréſque superuacuo inductæ, ac præcidendæ cauillationis ergò non temerè adhibentur. *Obrech. cap.16. nu.*15. *Scacc. 1. de iudic.* 50. *num.*36. 1. Qua petitur res cum pertinentiis vel accessoriis siue instrumentis. 2. Cum fructibus perceptis & percipiendis. Nam etsi vocula *reſtituendi*, omnis vtilitas continetur, vnde re peritâ eriam ista vnà petita censentur, *Obrech. d. cap. 16. num.16.* & seqq. & *S. lib.20. cap.6. lit. B. ubique not.* proinde clausulæ non necessariæ, nisi fortè quoad fructus ante litem contestatam perceptos, ad quos se offic. iudicis non extendere quidam volunt, aliis tamen reclamantibus, vt d. lit. B. non inutiles tamẽ ac inanes vid. *Obrecht. d. loc. Io. Monach. practi. p. 4. cap.8. nu.7. Roshach. t.35. num,* 19. & seq. Sicuti & addi solet 3. alioqui & æstimationem fructuum, si non exstant, soluat, *Obrecht. d. loc. num.*23. 4. Damna & interesse preteriti ac futuri temporis præster, *Obrecht. d. loc, num.*28. *Monach. d. n.*

7. 5. Cum expensis litis. Quæ nisi petant, uriudex ad eas condemnat necessariò, sed liberè si velit, *Maranta p. 6. h. tit. num.*18, *Scaccia 1. de iudic.*50. *n.*29. *Sneidwin. in d.* §. 1. *nn.*128. *Obrecht. d. cap.16. num.*29. & seqq *Rosbach. tit.*35. *n.*22. & seq. *Io. Pels tit.21. num.*64. *&c.6.* Deducendo omne ius sibi competens & competiturum. De cuius vi in actione reali *Rosbach. d. tit* 35 *num.*9. & 10. 7. Petit condemnari reum secundùm formam iuris statuterum, consuetud, &c. De quâ *Monach. d. cap.8. n.8. Trentacinq. 2. practi. resol. tit. de probat. reſ. S. num.*5. 8. Et legitimis remediis compelli. Qua efficitur vt exsecutio decernatur, sine noua petitione, vid. *Monach. d. cap.* 8 *n.6. Sneidwin. in d.* §. 1. *num.*126. *Obrecht. d. cap.16. num.*13. & seqq. vbi *num.*16. inuersionem ordinis (exempli gratia, ita peto compelli & condemnari) non vitiare libellum. 9. Quorum omnium petit cognitionem summariam *Obrecht. d. loc. num.*32. Sed huius nullus, opinor, vsus in ordinariis per ea quæ S. vbi de exord. clausula 4. 10. Omni meliori modo, forma iuris ac statutorum secundum quod vtilius est actori. Vbi si ius commune deficiat, per municipale sustinetur. *Obrecht. d. loc. num.*33. Sed & alios effectus huic clausulæ tribuendo nimiopere liberales videntur pragmatici, vide *Scaccia 1. de iudic.* 50. *n.*27. *Monach. d. cap 8. num.*9. *Rosbach. d. tit.* 35. *n.*16. *Sixtin. Conſ. Marp. 21. n.*120. *vol.2. Martin. Nigrin. de proteſtationibus v. Teſtatio. num.*26. (qui inter primas clausulas secundo loco hanc refert. sed arbitriorum hac vel initio vel ad finem libelli vti.) 11. Vulgatiſſ. quæ priori iungi solet illa. Super quibus omnibus & singulis petit sibi ius & iusticiam ministrari. Huic præ reliquis insignes vires largâ & profusâ manu, tanquam si iura condere & abolere illis ius esset, Dd. practici conferunt. Et 9. effectus refert *Ant. Gabr. Rom. li.6. Comm. concl. tit. de clauſulis concluſ.*4. Equidẽ post alios *Gail. 1. obſ.61. nu.*12. his clausulis (hac & præced. forsan autem coniunctim his duabus id tribuit, non si altera sola) omnia vitia libelli sanari. Et saluare eam ab omni inepritudine, *Guid Papæ q.263. ibique Rombaud.* & *Stephanus Ranchin. Maranta h.t.nu.*15. *Scaccia d.cap.*50 *n.*26. modo ius agendi ex narratione facti vndecunque colligi possit, *Rosbach. tit.*35. *n.*11. *Obrecht. d. cap.*16. *nu.*35. Sustentari libellum etsi tota actio fluctuet, *Io. Pels tit.*21 *nu.* 67. 2. Eâ volunt omnem actionem competentem contineri, vt si ex facto propolito plures act. quædam aptæ, aliæ ineptæ, & concluſio fiat in ineptã, per hanc libellus sustineatur, *Sneidwin. d. loc. n.* 129. *Rosbach. d. t.*35. *n.*12. *add Gail. d. obſ.*51. *num.*10. & *ſeq.* 3. Vt iudex pronũciare possit de non expresse petitis, *Aſin. Praxi* §. 4. *cap.4. num.6. Gail. d. obſ.*51. *nu.*12. & 1. *obſ.*108. *n.*7. vtque iusiur. Suppletorium deferre possit, etsi non peratur *Monach p.4. cap.8. num.*10. *Stiat. practi. obſ. cap.*20 *n.*26. *Gail.* 1. *obſ.*108. *num.*7. Contra *Ant. Fab. C. ſuolib.4. defin.* 8. *num.* 3. 4. Quia disiunctiua est & separat, satis esse si aliquain libello deducta probentur (vt scilicet de iis iudicetur, reliquis non probatis) vid. *Trentacinq. 2. practi. reſol. tit. de probat. reſ.* 8. *n.*3. 3. 5. Per hanc videri expensas petitas. *Monach. d. cap.* 8. *n.*10. 6. Hãc adiectâ conclusionem libelli omitti posse, *Gilken. ad l.* 3. *C. de ed. nu.* 90 *Sneidwin. in d.* §. 1. *n.*129 *Rosbach. d. loc. num.* 12. & seq. *Speckhan. cent.1. q.67. n.*9. *Stiatic. obſ. practi. cap.*22, *num.*53. *&* ſeq. Vnde hi actori, de act. genere incerto, ob factum intricatum, iurisve dubium, consulunt, vt facto diligenter expolito nihil differre petat, sed loco conclusionis narrationi hanc clausulam subnectat. Hæc & alia id genus practici citati, ad *d. Sixtin. Conſ. Marpurg. 11. n.3. vol.1. Pacia. conſ.161. num* 30. *&* ſeqq. *Ayrer. p.1. cap.4. obſ.6. nu.*37. & seqq. *Nigrin. de poteſtat. v. Teſtatio,

tunc si reus non contradicit proteſtationi, mutatio lite conteſt. fieri poſſit, ei tamen alij obliquuntur. Satis iam de forma libelli ſubſtantiali & accidentali. De effectibus vid. e *Obrecht. cap.* 18. *n.* 15. & ſeqq. *Monac. pract. p.* 4. *cap.* 9. c Quatenus natura cuiuſque rei patitur. Nam ex oblig. faciendi perit id quod intereſt, quod incertum vt ſuo loco, ſed quia aliter peti non poteſt. Et vt cuiuſque iudicij naturæ conuenit. Nam in actione de vniuerſis, vt petitione hereditatis, non oportet exprimere res ſingulas. In act. generalibus, vt pro Socio, negocior. geſtorum. tutelæ, petitur ratio adminiſtrationis & reliqua *l.* 2. *de neg. geſt.* in act. ſpecialibus, vt rei vindic. Commod. Depoſ. ex empto rem deſignari oportet, ita Don. ad *l.* 3 *C. h. t. n.* 7. Quæ fuſius exſequitur *Gilken. ad d. l.* 3. *num.* 64. & ſeqq. Quando libellus generalis ſeu petitio incerta admittatur add. *Zoan. ad d. l.* 3. *n.* 13. & 15. f *Sneidwin. ad* §. *Curave* 36. *I. de act. n.* 7. & ſeqq. *Obrecht. de libell. cap.* 11. *num.* 43. & ſeqq. *Meichſner. tomo* 1. *deciſ. Cam.* 21. *n.* 8. & ſeqq. De libello generali in petitione hereditatis, notauí *S. lib.* 19. *cap.* 12. *lit. D.* In actione ad dotem an & quando admittatur *Manſ. de Phanuciis tract. de Lucro dotis in rubrica num.* 28. & 2. ſeqq. Et vt in actu in rem ſpeciali res deſignanda ſatis *S. lib.* 20. *cap.* 4. *lit. S.* & ſeqq. ibiq. not. Quodque libellus generalis non admittitur iis obtinet, quæ principaliter & per ſe petuntur, ſecus in iis quæ per conſequentiam, *Mod. Piſt. Conſ.* 50. *num.* 5. Nec quæ acceſſoriè veniunt initio deſignare oportet, ſiue acceſſoria rei ſint, vt fructus, ſiue iuris vel actionis, *Bouer. Sing.* 31. *num.* 21. Planè ſi genus promiſſum, exempli gratia, vinum, res generaliter petenda, non autem certa ſpecies, etſi vilior, ne facultas eligendi adimatur, vnde plus peti dicitur, vid. *Obrecht. ea.* 19. *n.* 24. *& n* 34. *&c.* Libellũ quoq; incertum admitti vbi modicum præiudiciũ vertitur. *Tiraq. de indic. in reb. exiguis fer. num.* 18. Quodque narratio generalis ſuſtineatur per concluſionem ſpecialem ac con- f tra, *Sich. ad l.* 5. *C. de R. V. num.* 5. f Vbi quæ ſpecialis cauſſa eadem remota. Ex contractu enim obligatio, ex hac actio. *Gail.* 1. *obſ.* 61. *n.* 4. *Sneidwin. ad* §. 1. *Inſt. ac act. nu.* 110. *&* 113. *Gilken ad l.* 3. *C. hoc tit. num.* 63. *Io. Pels Proceſſ. tit.* 21. *num.* 18. *Scaccia* 1. *de iudic.* 50. *num.* 24. Tametſi *Obrecht. de libel. cap.* 11. *num.* 54. *&* 57. contra oblig. vocer cauſſam remotam, contractum autem propinquam. Sed & hãc cauſſæ remotæ expreſſio ſufficit, etſi proxima retineatur. Licet enim Bald. poſt gl. ref. *Gilken. d. num.* 63. eam quoque allegandam voluerit, contra tamen alij communiùs, cum ex ſpeciali, ſeu remotã inferatur generalis, ſeu propinqua, etſi non neceſſariò (cum poſſit eſſe, exempli gratia, vt qui emit ſoluerit,) tamen iuris præſumptione *l.* 16. *de probat.* Et ita libellum cõcludere ſufficit per *l.* 17. §. 1. *Quæ in f. cred. Sneidwin. Gail. & Gilken. dd. loc. Obrecht. d. cap.* 11. *n.* 56. Neque enim quæ defenſiones Rei concernunt libello inferenda, ſed eius reſponſio expectanda. Vnde nec requiſita omnia cauſſæ, aut ſollennitates extrinſecas referri oportet, exempli gratia, Qui ex teſtamento agit, non neceſſe eſt vt referat quod ſeptem teſtes adfuerint, &c. *Vigel.* 3. *Inſt. fori cap.* 1. *pag.* 249. Qui à minore emit, non neceſſe eſt alleget curatore auctore & decreto magiſtratus, *Matheſilan. ſingul.* 11. *vid Pels d. tit.* 21. *num.* 10. & ſeq. g *Gail.* 1. *obſ.* 61. *n.* 7. *Gilken. ad d. l.* 3. *nu.* 62. *Obrecht. d. cap.* 11. *nu.* 64. & ſeqq. *Scaccia* 1. *de iudic.* 50. *n.* 24. *& Dd. Comm.* Idem eſt in actione in rem vniuerſali, vt not. *S. lib.* 19. *cap.* 12. *D.* An autem vtile ſi actori cauſſam ſpecialem exprimi, vid. *S. lib.* h 22. *cap.* 5. *lit. T. ibique not.* h ita & Don. *ad l.* 3. *C. h. t. n.* 8. *Sarayna ad Matheſ. ſing.* 9. *num.* 5. *Gail. obſ.* 61. *num.* 7. *&* 8. *Sneidwin. ad d.* §. 1. *Inſt. de act. n.* 116. *Obreegt. d. cap.* 11. *num.* 65. & ſeq. quia vniformis eſt actio in rem ciuſdémque naturæ, quocunque iure ex quacunque cauſſa, dominium acquiſitum. Planè non deſunt qui volunt in Hypothecariã cauſſam vnà remotam exprimi debere, vt relati à *Gilken. ad d. l.* 3. *nu.* 62. & qui hinc confeſſor. & negatoriam eximunt & publicianam, *Io. Pels tit.* 21. *num.* 24. quia, ait, pignus & ſeruitutes ex pluribus cauſſis conſtitui poſſunt. Aſt immò & perplures ſunt cauſſæ acquirendi dominij. Verùm vti dominium ſemel acquiſitum denuò ex aliã cauſſã acquiri nequit, ita nec i pignus, opinor, aut ſeruitus. i Atqui decãt ill. noſtris; requiſito vno ſubſtantiali omiſſo totum libellum corruere ceu ineptum. Ineptum autem libellum adeò vitioſum eſſe, vt actor, etiam non opponente reo, à limine iudicij remouendus ſit. Quodque iudex libellum ineptum ex officio reiicere adeóque dentibus lacerare debeat, cum nullitas inde proueniens ita leproſa ſit, vt totum proceſſum inficiat, vtque etiam poſt ſententiam, quæ vires aliàs iudicati ſortita eſſet, oppoſita exceptione impediat. Et quod ſententia ſuper inepto libello ipſo iure nulla *c. cũ delecti* 3. *de empt. & vẽd. c. examinata* 15. *de iud.* Ideoque exceptioni inepti libelli etiam poſt ſententiam locus, vid. *Curt. iun. Conſ.* 103. *n.* 5. *&* 6. Nam cum petitioni conuenire eam oporteat, ſententiam quoque ineptam eſſe qua ex libello inepto, illi conformis lata &c. Hæc & alia id genus Dd *Marſil. ſing.* 119. *Bouer. ſing.* 31. *n.* 34. *Matheſilan. ſing.* 9. *Curt. Iun. Conſ.* 163. *n.* 5. *&* 6. *Zoan. ad l.* 3. *C. h. t. nu.* 16. *& num.* 32. *Gail. 1. obſ.* 66. & ſeq. *Vacon. 6. declar.* 89. *n.* 10. & ſeq. *Moller. ad Nou. Sax. 2. p. 1. Lãcell. Cõrad. de off. prat. in cauſſ. ciuil. v. Libellus. num.* 8. *Aſin. de exſecut.* 8. 3. *cap.* 61. *&* ſeq. *Sig. Scaccia* 1. *de iudic.* 50. *num.* 5. *& ſeqq. Obrecht. de libell. c.* 18. *n.* 10. & ſeqq. *Iacob. Schult.* (hos auctores non citans) *obſ. forenſ.* 6. Et ita quidem omninò eſt, quandò vel contra ſtilum Curiæ lege inductum is conceptus, vt ſi in foro Sax. articulatus exhibeatur *d. Nou. 2. p.* 1. Vel ita totus mendoſus, vitioſus, vt nulli declarationi locus ſit, nec interpretatione ſaluari queat. Veluti ratione rei ſi actor quid petat planè non oſtendat. Ad quid enim condemnari reus poſſet? Differunt res ipſa petita, quæ ſubſtantiale eſt libelli, in expoſitione negocij ſemper requiſita, & eius rei deſignatio & deſcriptio, de quã S. *lit. E.* quæ in circumſtantiis, exempli gratia, vbi ſicus fũdus, quos limites habeat, vt S *lib.* 20. *cap.* 4. *lit.* S. *ibique not.* Quæ non eſt cauſſæ ex qua agitur, ſed rei quæ ad cauſſam pertinet, nec in eã ſubſtantialis forma libelli, aliàs in omni act. foret neceſſaria (contra quam *S. lit. E.*) ſed accidentalis, *Vigel. lib.* 3. *Inſtit. fori cap.* 4. Item petatur res commerciis exemta, aut ſacra religioſa, ſeruus Chriſtianus à Iudæo &c. Ratione cauſſæ, ſi aut nulla planè adferatur, ne generalis quidem; nam quod *Gail.* 1. *obſ.* 61. *num.* 13. ſcribit cauſſã qualicunque omiſſã libellum apta petitione & concluſione ſuſtineri, id non aliter obtinere puto, quam ſi in præced. narratione ſcilicet cauſſę mentio non facta, fiat autem in ipſa concluſione, vbi ſi totum libellum omneſque eius partes attendas, non verè omiſſa cauſa. Veluti ſi in concluſione act. realis dicatur: peto declarari rem ad me pertinere iure dominij vel quaſi, & proinde reſtitui &c. Secus ſi ſolùm dicat: Peto rem reſtitui per ea, quæ *Weſenb. vt not. S. lib.* 20. *cap.* 6. *lit. C.* aut inepta. Talis eſt ſi vel ex ea ius agendi non inferatur: ſiue exinde nulla iure prodica actio. Veluti ſi petas 10. quia rex eſt in Francia, ita *Vacon.* 6. *declar.* 89. *num.* 10. Sed hoc quidem modo, aut ſimili nec ineptiſſimus rabula, modò mentis non emotæ, vnquam egit. Sumamus exempla ex vſu vitæ, quæ ſpecie veri æquiuę imperitos ſæpè fallunt. Veluti ſi petas 10. ex nudo pacto, ex ſtipulatione legibus improbatã, aut quouis alio contractu iure inualido & nullo aliõue negocio ad oblig. ciuilem pariendam inefficaci. Cuiuſmodi plura ſunt quæ non improbabili ſpecie *incautis* imponunt, vt eã re ſæpè peccetur: ſiue nondum nata, vt ſi ex obligat. conditionali ante euentum conditionis, *Matheſil. ſing.* 9. *Scaccia* 1. *de iud. c.* 50. *n.* 11. *add. neta. S. lib.* 15. *cap.* 11. *lit. A.* ſiue exſtincta, *Matth. & Scaccia ad. loc.* cum ſcilicet de eo ex ipſa intelligentis apparet. Quoties denique excepr. intentionis vel tibi non competit actio, repelli poteſt agens. Huc enim pertinet, quod dicitur agentem, ſine actione iudicis officio repelli. vid. *not. j. lib.* 24. *cap.* 2. Vel generalis nimis & indiſcreta, vt ex ea genus actionis non appareat. Veluti; Petro 10. à Titio, quia mihi debet. Nam etſi *Don hic* libellum hunc vitioſum eſſe. Etſi item Dd. vulgò cauſſã oblig. non expreſsã rectè quidem excipi ceu contra libellum generalem; aſt ſi non excipiatur ſuſtineri èum, quod in progreſſu, quandocunque ante ſententiam, declarari & generalitas tolli ac reſtringi queat. *Sneidwin. in* §. 1. *Inſt. de act. n.* 114. & notant Dd. in *l. 1. h. t. & in d. cap.* 2. *& 3. extr. h. t. teſte Obrecht. de libell. cap.* 11. *n.* 58. *& Aſinio de exſec.* §. 3. *cap.* 224. *n.* 4. *Iac. Concenat. lib.* 1. *quæſt. iuris cap.* 1. *nu.* 34. *per d. l. vlt. C. de ann. exc.* Cõtra tamen rectiùs *Vacon. 6. declar.* 89. *n.* 11. & ſeq. *Obrecht. d. cap.* 11. *n.* 59. & ſeq. *Et Aſin. d. loc. num.* 6. cautius agere Iudicem, ſi talem libellum non admittit ob dubitationes ac cauillationes, quæ poſtea fieri poſſunt, & quia certa litis conteſtatio fieri nequit, niſi de cauſſa obligationis aperte conſtet. Incerta autem ſi fiat labili fundamento proceſſus innitetur. Nec obſtat *d. l. vlt.* Nam Ratio *Vacon. d. loc. num.* 12. & ſeq. admitti illic non ad hoc, vt actio teneat, ſed vt vſque ad 40. annos perpetuerint, interrupta præſcriptione. Præſcriptionem enim ratio deſidia & negligentia, quæ ceſſat oblato libello qualicunque, etſi in eo nec quantitas nec cauſſa (add. quæ ex *Gerardo S. lit. C. Cir. med.* ibi autem de obſcuro libello ratione ſermonis rei tractaui, vbi non ſatis conſtat quid petatur. Hic ratione cauſſæ, vbi obſcurum, vnde petatur. Quod moneo ne quis putet me hîc erambem recoquere.) Nec obſtat *d. cap.* 3. §. *ſecus de re iudic. in* 6. Nam vt ex principio eiuſdem & toto contextu apparet, loquitur de act. in rem. Et deciditur quod ſi in eã certa cauſſa, vel titulus expreſſus, alia cauſſa probari nequeat eodem iudicio. Secus ſi generalis ſolum cauſſa (dominium vel quaſi) prolata. Non aduertatur in *d.* §. *ſecus*

ſeus vocula *obnoxium*, quia & act. in rem accommodari poteſt, vt per not. *S. lib.* 17. *cap.* 18. *lit. O.* Et ibi vocula *vel* non ſeiungit, ſed declarat vt alibi ſæpè. Nec obſtat *d. cap.* 3. *extr. h. tit.* Neque enim quia à reiectione except. libelli inepti appellatur, conſequens libellum iure ſubſiſtere, cum iure Canon. vſus appellationis latiſſ. ſit &c. Veriſſimum itaque cauſſa oblig. omiſſa, non audiri qui offert ſe declaraturum eam, & in proceſſu litis probaturum intentionem. Neque in hoc quoque libello emendationi locus, cum non inſit ei menda, ſed totus mendoſus ſit. Sed oportet nouum libellum aptumque offerri, & inducias deliberatorias reo concedi, *Vacon. d. num.* 13. Enimuerò tradita Donelli vix ſecum conſentiunt. Si hæ enim partes libelli, vnà deficiente imperfectus ſit per *l.* 1. *de O. I.* proinde vitioſis oportet, vt in ſimili ipſe Donel. arguit. vid. *j. lib.* 24. *cap.* 19. Et ſi nomen actionis olim neceſſariò exprimend. quod Don. vult. vt in ſeqq. vtique & cauſſa. Quin nomine expreſſo non poteſt dici cauſſa obligationis omiſſa, vt cuidens eſt. Ratio illationis ſi cauſſa, apta quidem aliàs, ſed non ex ea id infertur, quod petitur, verum aliud. Ex gr. In narratione actor proponit cauſſam agendi, quod emerit fundum Tuſcul. à Caio: In concluſione petit ſe dominum declarari ac fundum cum fructibus & *omni* cauſſa ſibi reſtitui; ſic ex *l. diffamari*, experturus pomit ſe diffamatum, ceu criminis reum, ceu debitorem, ceu non dominum, aut poſſeſorem. In petitione intendit ſe à crimine abſolui, dominum poſſeſſorémve declarari. In quo ſæpè errari notat *Blarer. in l. diffamari. cap.* 5. *n.* 27. Cæterum in dubio *libellus* præſumitur aptus & quoad fieri poteſt interpretatione adiuuandus *l. ſi quis* 66. *de iudic. vid. Scaccia* 1. *de iudic.* 50. *n.* 12. *Rosbach. proceſſ. tit.* 33. *num.* 37. Vtque ſuſtineatur verba Iatiori ſenſu accipimus & ad improprium ſignificatum trahimus, vid. *Vital. 1. var. lect.* 1. *nu.* 3. *&* 4. *Beuſſ. ad l.* 11. §. 2. *de iurei n.* 27. *& ſeqq. Gail.* 1. *obſ.* 66. *num.* 7. *Mynſ.* 4. *obſ.* 5. *Rosbach. d. loc. num.* 38. *Sixtin. Conſil. Marp.* 21. *nu.* 15. & ſeq. *Vol.* 2. *Henning. Goden. Conſ.* 43. *num.* 1. *&* 2. exemplum proferens ſi quis dicat ſe locaſſe fundum pro certa quantitate frumenti, etſi propriè non ſit locatio *l. ſi olei.* 21. *C. de Loc. et.* (vid. tamen not. *S. lib.* 13. *cap.* 6. *lit. K.*) ſi dicat ſe mutuaſſe librum, eſſe in poſſeſſione ſeruitutis &c. *Beuſſ. d. loc.* Ac ſi duo capita libelli, per quorum alterum idoneus, ex altero verò ineptus, abidoneo vires & robur accipit, per *l. habebat* 13. *de Inſt. act. Coraſ. SC. Toloſ.* 29. Vbi verò ita in materia, aut forma ineptus vt ſaluari nequeat, reus ab obſeruatione iudicij abſoluitur, actore in expenſas condemnato, poſt alios *Rosbach. d. tit.* 33. *num.* 36. *Gail.* 1. *obſ.* 67. *num.* 1. *&* 2. *Moller. ad Nou. Elect. Sax.* 2. *p.* 1. *num.* 6. ſaluo iure proponendi aliam actionem aptam. *Gail. d. loc. Sixtin. Conſ. Marp.* 21 *numer.* 111. *Vol.* 2. *Martin. Nigrin. de proteſt. v. Teſtatio. num.* 58. *Iunge not. S. lib.* 22. *cap.* 5. *lit. V.* Sed & reiecto libello, Iudex citra abſolutionem rei, actori præcipere poteſt vt alium aptum edat, *Gail. d. obſ.* 67. *numer.* 5. Denique in ſummariis, quæ libellum non requirunt, vt *S. lit. B.* ineptitudo non obeſt, etiam opponente parte, ſed ſententia ſuper inepto libello valet, *Maranta p.* 4. *diſt.* 19. *num.* 14. *Scaccia* 1. *de iudic.* 50. *num.* 16. *Meichſner. tom.* 1. *deciſ. Cam.* 28. *numer.* 21. *Iacob. Schult. obſ. forenſ.* 3. *num.* 268. modò quid actor velit petátve conſtet *Marp. d. loc.* Conſer. *S. lit. C. verſ. Niſi obſcuritas tanta.* Quodque ſi coram Principe litigetur, non attendatur ineptitudo, & potius cauſſa quam concluſio, tradit *Chaſſanæ. Catal. gloriæ mundi p.* 5. *Conſid* 24. *n.* 29. Et *Mynſ. A. obſ.* 5. vbi de iuſtitia cauſſæ apparet eandem in Camera non attendi, cum vice Imp. iudicet qui has ambages inſuper ha- k bere poſſit. k Eodem modo *Don. ad l.* 3. *C. h. t. num.* 10. (addens non fruſtra Prodita eſſe nomina actionum iure ciuili, ſed vt actiones quæque ſuis nominibus ederentur) & de *præſer. verb. cap.* 21 *num.* 5. *ac ad l. vn. de cond. ex lege num.* 5. *&* S. *lib.* 21. *cap.* 2. vid. *ibid. ante lit. O.* Cui quoad *ius* Dig. conſentiunt *Vult. ad pr. I. de act. num.* 15. *Gad. ad l.* 5. *pr. de V. S. n.* 27. *Zoanet. ad l.* 3. *C. h. tit. num.* 6. & ſeqq. *Lud. Vital. d. l.* 1. *var. lect.* 1. *num.* 10. & ſeq. Qui hoc confirmare nititur. 1. Per *l.* 1. *pr. D. h. t.* verbis cognita actione. 2. Per *l. omnes* 33. *aliàs l. vlt. C. de Ep. & Cler.* ibi propoſitã actione. Quia facti propoſitio intelligi nequit cum cauſſæ diſtincta illic mentio fiat. 3 Per *l.* 3. *C. h. t.* qui illius Iudici nec mutatio cognoſci poteſt, niſi expreſsã actione, quando ex eodem facto plures act. competunt, nec emendationis neceſſitas ſi nomen non exigeretur. 4 Facilior deliberatio reo nomine expreſſo quàm ſi ipſi ex facto propoſito genus actionis inueſtigandum, cum & ſi ex illo plures actiones naſcantur, incertus ſit veram intentauerit actor. Contra nituntur *Elb. Leonin.* 3. *Emend.* 8. *num* 5. *Weſenb. in Paratitl. h. t. num.* 7. *Mynſ. ad pr. Inſt. de act. num.* 6. *Bronch.* 2. *miſc. aſſ.* 55. *Vacon.* 6. *declar.* 88. *Obrecht. de concip. libell. ea.* 8. *n.* 23. *& ſeq.* Quorum opinioni accedo, non tam exinde quod non interſit quid ex æquipollentibus fiat, & num quid per ſe certum ſit, an per relationem ad aliud. Quàm quia, immò ſi veteres formularũ conceptiones inſpiciamus, vix nominis expreſſioni locum in iis concinnum dari poſſe reperimus. Quod ſcitè oſtendit *Vacon.* & ex parte *Obrecht. dd. loc.* Nam & in rei vindic. ineptus fuiſſet actor ſollennibus formulæ verbis: *Iure Quiritum meum eſſe aio*, adiiciens: *rei vindicatione.* Et in act. in perſonam contractus ſanè vel negocium, vnde obligatio, ſi nomen illi certum, deſignandum erat vt lit. præced. Eo deſignato quorſum opus actiones nomen commune vt plurimum; exprimere, cum nec in narratione nec in petitione ipſi locus concinnus fuerit. Quo de conſule *Vacon. & Obrecht. dd. loc.* vnde non operoſum erit contrariis occurrere. Quod omitto dum prolixitatem vereor. l *Ita & Donell. ad l.* 3. *C. h. t. num.* 11. Et formulæ, ait, veteres l nugacibus ſæpè verbis conſtabant *Cicer. pro Murena.* Nomen autem rem ipſam exprimit. Ac conſent. *Vital. 1. var lect.* 1. *n.* 14. *&* 15. *Zoan. ad d l.* 3. *C. h. t. nu.* 6. qui hoc comprobat per *l. vlt. C. de interd.* Cuius auctores nouiores Conſtantino, vbi actio dicitur exprimenda. Expreſſum autem quod verbis expreſſis ſit, non quod tacitè colligitur, m Sed ad hoc vide *Vacon. 6. declar* 88. *nu.* 6. *&* 7. qui oſtendit non vtique vitiari m formulam vel libellum alio nomine actionis expreſſo, ſed ſi aliud negocium geſtum & formula alij negocio conueniens; eſt autem inconueniens, proponatur, n vid. *&* S. *lib.* 22. *cap.* 2. *lit. O, l.* 3; *C. h. t. num.* 11. Atque in eo Dd. noſtris n conuenit, vt & ita quoque *ad* & quod diſpoſito hæc in vtroque foro recepta, ac ſeruari debeat *Zoan. ad d. l.* 3. *num.* 5. *& num.* 10. *Gilken. ibid. num.* 92. *Vital.* 1. *lect.* 1. *numer.* 8. *& num.* 20. *Gail. 1. obſ* 61. *num.* 1. *Scaccia* 1. *de iudic.* 50. *num.* 20. *Valaſc. iur. Emphyt. q.* 6. *num.* 9. *vid. Sperkhan. cent.* 1. *quæſt.* 64. *num* 29. & ſeqq. *Rulant. de Commiſſar. p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1. Nam ex cauſſa & iure petendi ac medio concludendi qualitas interantecedit actionis colligitur, vid. *Gail. d. loc. numer.* 9. *Scaccia d. numer.* 20. Apta tamen ſit narratio oportet, vt inde, quæ actio intenterur, cognoſcatur, vid. *cap.* 1. *de mutuis petit. Obrecht. de libell. cap.* 8. *numer.* 25. Cautus itaque actor ſit in genere actionis inueſtigando, vt ad naturam illius & requiſita libellum concipiat *Maranta p.* 6. *h. t. num.* 3. De quã inueſtigandi ratione conſule *Obrech. de concip. libell. cap.* 10. *Vuland. de Commiſſar part.* 3. *lib.* 2. *toto* & cum primis *Vigel. in repertorio iuris*, qui ſingulatim per omnes cauſas actionum tranſit, ſatiſque accuratè exponit, ac *Inſt. fori lib.* 1. *cap.* 2. & ſeqq. vbi quaſi in Epitomen contractat, quæ fuſius in repertorio expoſita. Planè vbi negocium propoſitum plures producit actiones, nomen adhuc actionis edi debere volunt, ne ſola expreſſio nudæ cauſſæ incertum reddat reum de qualitate actionis. Ita poſt veteres, *Gabr. Sarayna ad Matheſilan. ſingul.* 9. *numer.* 7. *Gal.* 1. *obſerv.* 6. *numer.* 21. *Scaccia* 1. *de iudic.* 50. *numur.* 20. *Bronch.* 2. *miſc. aſſ.* 55. *in fin. per l.* 28. §. 6. *de iureiur. l.* 13. *de inſtit. act. ſimil.* Neque his contrarium eſt (etſi ita videatur *Eberhardo. Speckhan. dict. quæſt.* 64. *numer.* 31. *& ſeq.*) quod *Weſenbecius* ſcribit *Conſil.* 3. *numer.* 20. nullo expreſſo actionis nomine intelligi maximè idoneam propoſitam. Nam & ita ipſe *Gail. d. obſerv.* 61. *numer.* 9. *&* 10. iudicem, ſi ſit obſcurum, quæ actio intentata, elicere eam quæ vtiliſſima actori, illamque in dubio intentatam cenſeri quæ melius facto applicari poteſt per *l.* 66. *de iudic.* Quem tamen ſibiipſi *ead. obſerv. numer.* 21. contradicere non eſt credibile. Quomodo & *Henning Goden. Conſil.* 43. *numer.* 1. quod vbi fieri poteſt ſaluã ratione recti ſermonis; concluſio adaptari debeat ad actionem eam quæ commodior actori. Nimirum ita conciliandа hæc videntur ſi verborum propriã vi inſpectã intentata eſſet ea actio, quæ ex cauſſa illa non oritur; illa autem per abuſionem deflecti poſſunt ad actionem aliam propoſito conuenientem, ne corruat libellus; id fieri debet per not. *S. lit. I. ſub. fin.* Quod ſi verbis communibus vſus actor & duæ pluréſve concurrunt actiones, quarum altera commodior vel expeditior, hanc Iudex elicit, & de hac ſenſiſſe actor creditur. Si tamen reus ſibi declarari petat quã formã agendi procedere velit actor, id ipſi exprimendum. Cæterum & nomine actionis expreſſo non impedire, quò minus alia aptior ex narratione & concluſione libelli colligi poſſit cenſet *poſt Mynſing Conſil.* 18. *Sixtin. conſ. Marpurg.* 11, *num.* 3. *Vol.* 1. Quomodo & ex receptã ſententiã aptam libellã conceptionem ineptæ actionis adiectio non vitiat, ſed vitiatur, vid. *Vacon. 6. declar.* 88. *numer.* 5. *&* 2. ſeqq. contrainitente licet *Zoanato ad l.* 3. *Cod. hoc tit. num.* 10. *&* ſeqq.

C A-

CAPVT V.

Emendatio editæ actionis.

SEMPER IGITVR qui agere volet, ACTIONEM EDAT, siue nunc primùm instituat, siue primâ emendatâ aut mutatâ nouam instituat, *l. 3. Cod. de edend.* Vbi per occasionem & explicationem *d. l.* 3. prius expediamus: An & quando emendare vel mutare liceat? [a] Vbi sciendum, vnum fuisse rescriptum, cuius pars prior, *l. vn. C. de litis contestatione.* Vbi distinctio inter litem contestatam & editam actionem, ciúsque pars altera ibi expeditur. Posterior *d. l. 3.* Vbi altera pars de editâ actione. Vtrobique enim iidem Impp. Consultor. Conss. tempus. Nisi quod in vulg. libris *d. l. 3.* est II. *Cal.* cum *d. l. vn.* sit *Cal.* sed suspectum illud II. cum Latini magis dicant pridie Cal. quàm secundo Cal. Et in vtraque ea *l.* quæstio vna; Num ante litem contestatam actor inuito reo, actionem emendare, mutare, relinquere possit? Pone: Valens petierat partem fundi: Actionem ediderat. Postea, is lite nondum contestatâ, cœpit totum fundum petere. Reus contradicit, volens priùs de actione edita cognosci, quòd per editionem ea pars in iudicium deducta sit. Impp. primò hanc rationem remouentes, negant rem in iudicium deductam esse, quod inter litem contestatam & actionem editam interfit *d. l. vn.* Discrimen hoc vt ostendant, subdunt, quando edita videatur, *d. l. 3. princ.* Nam si editio speciem futuræ litis demonstrat, apparet nullam adhuc tunc esse litem, ne quidquam in iudicium deduci posse. Hinc inferunt, id de quo principaliter quæritum: Actionem emendari [b] vel mutari licere. [b] Aiunt Impp. *d. l. 3.* QVAM EMENDARI, aliquo adiecto vel detracto, vt si pro 10. postea 20. aut contrà petat ex eâdem causâ VEL MVTARI, repudiatâ priore, institutâ nouâ, vt si qui priùs fundum ex testamento petiit, postea ex stipulatu petat. Quæ exempla in §. 34. *& seq. Inst.* [c] *de actionibus.* CLICET ante litem contestatam, de quo tempore quæritum. PROVT hæc vocula referenda non ad verbum *licet*, sed ad illa *emendari &c.* EDICTI PERPETVI, QVA PARTE EST DE EDENDO, MONET AVCTORITAS, id est, dum modò sic emendata vel mutata actio & [d] ipsa reo edatur, [d] VEL pro *&*, vt alibi sæpe, *leg.* [e] *sapè 53. de V. S.* [e] Vtrumque enim requiritur, nec alterum sufficit. IVS REDDENTIS DECERNIT ÆQVITAS, id est, vt bonus Iudex æquum [f] statuit. [f] Æquum autem vt non audiatur, nisi viatica aliosque sumptus reo dependat, [g] per *l. 79. princ. de iudic.* Neque enim mutare potest consilium in alte- [h] rius iniuriam, leg. 75. *de Regulis iur.* [h] Obiecit. Qui edit actionem, litem ad finẽ persequi debet, *auth. qui semel. C. quom. & quand. iud.* [i]. Sed *Nou.* 112. *cap.* 3. vnde sumpta est *auth.* loquitur de eo, qui differt actionem exer- [j] cere, quam retinere vult. [i] POST LITEM verò CONTESTATAM PRIORIS sanè ACTIONIS OMISSIO ILLICITA, si quæritur, an possit ab actione desistere actor, quamuis reus non absoluatur. Non enim potest actor à re in iudicium deductâ recedere, quin, desiderante reo, iudex & cognoscere, *l. 9. C. de iudic.* & sententiam ferre debeat, *l.* [k] 74. *pr. D. eod.* [k] NOVÆ autem INSTITVTIO LICITA. Frustra quidem instituta inepta actio, sed non ideo apta eâ institutione cõsumitur, *l. 32. de negoc. gest. l. 2. si mens. fal. mod. l.* 57. §. 1. *de condict. indeb. Clem. vlt. de appel.* [l] Et hoc est, quod Iustin. scribit in §. 35. *Instit. de actionib.* Quicquid actor mutet de actione, quicquid noui petat, postea id eum consequi posse, eodem etiá iudicio. Conuenit quod in *l.* 18. §. *vlt. de vi arm.* scriptum, rectè actionem processuram, si actor in eâ perseueret. [m] Non obstat *l. 23. de iudic.* Nam hîc requirimus nouam interpellationem, dum statuimus, mutatam quoque actionem reo edi, illíque dilationem ad deliberandũ dari debere. Et immò probat *d. l.* 23. post litem cõtestatam nouâ interpellatione agi posse. Hoc tamen interest inter ius vetus & Constitut. Zenonis relatam *d.* §. 34. Olim post litem contestatam noua impetratio actionis necessaria; Zeno autem effecit, vt liceat priorem actionem mutare, ita vt actor quod nunc petet, eodem iudicio consequatur, non nouo. Quod consequens fuit sublatis actionum impetrationibus. [n] Vnde rectè Baro ad *d.* §. 34. hæc nõ pugnare, [n] si ad sua quæque tempora reuocentur. Non verò mutat actionem, qui priori retentæ nouam adiungit. Quare inconuenienter hîc Dd. de cumulatione actionum tractant. [o] [o]

NOTATA.

[a] De hac correctione & mutatione libelli, quatenus & quousque ilcita, collibitum sanè pleniùs ab Interpretibus tradita excutere exemplo Capitis præcedentis. Verùm cùm modus libri non patiatur, exactiora differo. Consulere poteſt de reliquis auidior lector *Donell. Zoanet, & Gilken. ad l. 3. C. h. t. Sichard. ad Auth. qui semel. Cod. quom. & quand. iudic. n.* 12. *& seqq. Menoch. arbitr. c.* 176. *Fachin.* 11. *contr.* 91. & 9. seqq. *Bronch. 1. enant.* 28. *Obrecht. de concip. libell. c.* 20. *Damhouder. prax. ciuil. c.* 110. *Vacon. 6. declar.* 89. *Mud. & Sneidwin. ad* §. *si minus.* 34. &seq. *Instit. de act. Cæsar. Conrard. in l. diffamari. c.* 3. *num.* 95. ac seq. *Reiner. Bachou. misc. l. disp. c.* 1. *pag.* 9. & seq *Philipp. Matth. ad l.* 80. *de R. I. n.* 24. & seqq. *Iacob. Ayrer. Proceſſ. part.* 1. *c.* 9. *obſervat.* 10. *Gilmã. lib.* 1. *decis. Cam.* 41. *Vuurms. tit.* 9. *obſerua.* 3. *Ioan. Pels Proceſſ. tit.* 21. *num.* 84. & seqq. *Iacob. Schult. q. Pract.* 10. *num.* 35. & seqq. *& obſerv. forenſ.* 48. & seq. *Eberh. Speckhã. Cãt.* 1. *q.* 65. *Mod. Piſt. part.* 4. *q.* 139. *Hartm. Piſt. lib.* 4. *q.* 22. *& q.* 23. *n.* 12. 16. & seq. *Coler. dec.* 109. *&* 129. *Nou. Electi. Sax.* 11. *part* 1. *vbi Moller. diff. iur. ciuil. & Saxon* 11. *part.* 1. *Conſult. Sax. tom.* 1. *p.* 3. *q.* 3. *&c.* [b] Conuenit ipse *Donell. ad l.* 3. *C. h. tit. num.* 5. *& num.* 22. [c] Conuenit *Donel. ad l.* 3. *Cod. hoc tit. num.* 12. vbi & quod mutatio fiat vel aliam rem petendo, licet ex eadem causâ, vel eandem rem ex aliâ causâ *d.* §. 34. Emendare licet in specie *l.* 4 § *vlt. de nox. act.* Mutare *in l.* 18. §. *vlt. de vi & arm.* Quomodo & *Zoan. ad l.* 3. *C. h. t. nu.* 17. *Speckhan. cent.* 1. *q.* 65 *num.* 2. *& n.* 10. *Ioan. Pels Proceſſ. tit.* 21. *num.* 86. & Dd. vulgò quod emendare propriè sit mendum tollere, scilicet errorem corrigere saluâ manente substantiâ, *l. actionum. n.* 6. *de re iudic.* Quod probè declarat *Vacon. 6. declar.* 89. *num.* 4. exemplo pictoris & sartoris, vitium corrigentis; quo correcto, nec res, nec rei nomen mutatur, eadem figura vestísque remanet. Planè latiori sensu emendatio adiectionem, derractionem & mutationem complectitur, vt ex *Quintil. lib.* 10. *cap.* 4. *Obrecht. de libell. cap.* 20. *num.* 10. Tamerſi verò *Damhouder. praxi ciuil. cap.* 110. *nu.* 2. & seqq. hæc tria distinguat: *Corrigere*, quod est defectum aut errorem formæ supplere & restituere. *Mutare*, nouam conclusionem accipere, institutâ actione desertâ & omissâ; & *Aditere*, ad priorẽ actionem exhibitâ addere: alij tamen rectius ista duo solum discernunt. Quomodo autẽ emendatio fiat adiectione vel derractione, tum quoad formam, & in hoc modò circa verba, modò circa rem; tum quoad materiam, consule *Obr. d. cap.* 20 *num.* 15. & seqq. Confer *Ioan. Pels edict. tit.* 21. *nu.* 86. *& seqq.* [d] ita & *Donell. ad l.* 3. *Cod. h. tit. num.* 13. dum & noua petitio edatur & detur denuò spatium reo ad deliberandum. Nam æquitas Edicti non solùm pertinet ad actionem, quæ primò instituta, sed ad omnem petitionem, etiam nouam, quia in omni interest Rei nosse quid & quamobrem petatur. [e] Aliter *Reuard. Protrib. cap.* 9. *in fin.* putans edicto certas emendandarum actionum regulas fuisse definitas, quæ cuiusmodi fuerint nobis non constet. Sicuti & *Alciat. ad l.* 3. *Cod. h. t. num.* 4. *ref. Gilken. ibid. num.* 18. certos casus, quibus emendatio concessa, vel prohibita, specialiter relatos fuisse. Ipseque *Gilken. d. loc. num.* 19. & seqq. casus enumerat, quibus auctoritas edicti obsiterit, ne emendatio vel mutatio, etiam ante litem contestatam fieret; Veluti, Si certum tempus sollennibus actionibus explicandis actori statutum, *vt l.* 35. *ad l. Iul. de adult.* 2. Si iam antea emendauit, quem secundâ vice non audiri, contra Bologn. & alios statuit, cum plerisque aliis *Gilken. d. loc. num.* 21. & 2. seqq. cum argũ. *l.* 11. *C. de reb. credit. & iureiur. l. boues* 80. §. 1. *de V. S.* cũ quod propudiosa videatur crebrior illa variatio. 3. Si ipsâ editione ius reo quæsitum esset. Exemplum peti potest ex *l.* 41. *Cod. de transactionibus. n.* 3. Si confessionem libelli o factam renocare velit, *l. cum precum* 9. *Cod. de li. ca.* Aliàs insuper sex declarationes, ceu vocat, profert *num.* 27. & seqq. vbi vide. [f] *Vacon. 6. declar.* 89. *num.* 1. & 2. Cùm iuris ciuilis rigore à formulæ præscripto recedere, proinde nec emendare quidquam licuerit, idæquitate Prætoriâ temperatum fuisse, vt si quid mendæ per errorem inesset, id corrigere liceret, adde [c] *Scip. Gentil. vt j. lit. G.* e ita & *Don. ll. ad dict. l.* 3. *num.* 16. De vi vocumve *vel* vide *Val. Forſter. 1. de succeſſ. inteſt. q. n.* 3. *Val. Guil. Forſter. 1. obſerv. ſucceſſ. vlt.* f ita & *Donell. ad dict. l.* 3. *n.* 14. vbi *num.* 15. subdit, etsi ius reddens non nisi Magistratus; nec Iudex datus concinetur, per hæc tamen verba illum non excludi, cum eadem æquitas huic iniungatur, in iis quæ ad iudicium & officium eius pertinent. Neque hîc intelligitur æquitas profecta à ius reddente, sed quæ in eo esse debet. Quare & cum apud Iudicem datum agitur, verum est ita decerni æquitate ius reddentis, quia Magistratus, si apud se [g] ageretur, ita decerneret. [g] Conueniunt ferè in sententiâ hac & verborum *& vius dicentis* expositione Dd. vulgò quos plures citat *Gilken. ad dict. l.* 3. *nu.* 14. quibus adde *Curt. Iun. consil.* 163. *num.* 4. *& Zoanet. ad dict. l.* 3. *num.* 59. qui & *num.* 58. eò quoque Iudicis officium refert, ne qui priùs actionem non famosam instituti postea famosam intendens audiatur, arg. *l.* 38. *de R. V.* Aliter *Scip. Gentil. lib.* 1. *de iurisdict. cap.* 1. qui ita: Edicti auctoritas refertur ad emendationem libelli edicto permissam, ius dicentis æquitas ad mutationem. Quæ non permissa, quia maius quid *mutare*, vbi noua actio instituitur, quam *emendare*, vbi eadem retinetur; sed ex officio à Prætore æquitatis ratione conceditur. Aliter *Paul. Bussius ad l.* 1. *h. tit. num.* 36. semel mutari licere ex Edicto ante litem contestatam, sine imploratione officij Iudicis, sic accipit verba Edicti, &c. Post litem autem contestatam nõ iterum sine [i] noua interpellatione, id est, citatione & causæ cognitione, cum sententia petitioni conformis ferri debeat. Sed causæ cognitione præuiâ id, Iudice conscio & permittente, fieri posse, sic interpretatur verba *vel ius dicentis &c.* Sed & *Menoch. arbitr. casu* 176. *num.* 2. *& Obrecht. de libell. cap.* 20. *n.* 45. sic exponunt, quod Iudicis sit arbitrari, an libellus emendandus vel mutandus sit, néne. [h] *Donell. ad dict. l.* 3. *num.* 14. *Gilken. ibid. nu.* 15. quia meritò temeritas coercetur eius, qui in meditatione causæ sat temporis, habens libellum non iuxta rei fidem satis concinnauit, add. *Ianuin. de citat. reali lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 121. Nisi correctio ita comparata, vt nihilominus reus instructus esse potuerit, (vbi dilatio noua non tribuenda, per *cap. litteras. 3. de dilat. Obrecht. dict. c.* 20. *in fin.*) nec quicquam damni ex mutatione sentiat, vid. *Gilken. dict. loc. nu.* 16. Et nisi omnis temeritas ac leuissima quoque culpa cesset, *ibid. num.* 17. Sed & qui declarat solùm libellum, seu ambiguitatem interpretatur, cum non teneri volunt, cum declarando nihil noui proponat, *l.* 21. §. 1. *qui test. fac. Boucr. ſing.* 31. *nu.* 4. *Gilken. d. loc. num.* 16. *in fin.* P. *Greg.* 48. *Synt.* 5 *n.* 9. Vt nec qui mutat in aliqua qualitate, quæ non causa actionis, sed moderandæ exsecutionis, *Bouer. dict. loc. num.* 5. [i] Et *d. auth.* loquitur de iis, qui persecutionem tantum in præsens omittunt, non qui ipsi actioni instituræ renunciant, *Donell. ad d. l.* 3. *Cod. h. ti. num.* 19. qui subterfugiunt & protrahunt iudicium, nec causam inchoram prosequuntur, *Bronch. 1. enant.* 28. malè itaque qui per *d. auth.* correctam esse *h. l.* 3. sentiunt relati à *Gilken. ibid. num.* 139. Nam vt idem *n.* 141. leges correctoriæ protrahendæ dict. auth. verò de tergiuersante loquitur. At qui iure communi vtitur, emendando libellum, non intelligitur id procrastinandi causâ facere, *vide & Fachin. c.* 11. *contr* 100. *& Vacon. 6. declar.* 89. *n.* 13. Planè in Camerâ exhibito priùs summario libello, non licet postea articulatum edere, quia cum initio liberum alterutro vti, optione semel factâ eligendi facultas sublata, *Frider. 2. mand. de iudic. cap.* 9. *num.* 3. (vbi *num.* 4. quòd alia fit [j] mutationis ratio, in quâ non optio, sed iuris deductio spectatur) add. *Obrecht. de libell. cap.* 20. *num.* 44. [k] Eodem recidit quod Donell. *ad d. l.* 3. *num.* 20. omittere quidem licere post litem contestatam veterem, vt ad aliam transeatur sine nouo iudicio, sed ita vt reus desiderans à priori actione absoluatur. Ante litem verò contestatam si mutetur prior ita omissa actio, vt de eâ nec iudicari possit, quia nec cognosci. Neque id nocere reo, cum renunciatio litis ab actore factâ tam illi prosit, quàm absolutio, *l.* 4. *Cod. de pact.* Institutâ autem nouâ veteri renunciari intelligitur, vt ibid. *Donell. num.* 20. tunc demùm cùm posterior ad priorem augendam vel promouendam nil pertinet. Aliàs secus,

vt si omissa vindicatione interdicto experiatur, *l.* 18. §. *vlt. de vi arm.* [l] Sic *Vacon. d. declar.* 89. *num.* 13. *in fin.* peritis 10. ex depósito, quæ ex mutuo debebantur, si velis, formulâ mutatâ ex causâ mutui petere, renunciare debes & instantiæ & ipsi causæ depositi. 1 Confer *not. S. lib.* 21. *cap.* 5. *lit. V. & hoc lib. cap. præcum. lit. S sub. fin. vers. vbi verò ita &c.* [m] Equidem verba talia neutro loco habentur, etsi Donell. hîc bis dicat, *Scribit & scriptum eſt*, sed hæc sententia inde adstruitur. Nam vt Donell. *ad l.* 3. *C. hoc tit. num.* 17. cum *d.* §. 35. dicat errorem corrigi posse eodem iudicio, vtique & lite contestatâ, (quomodo & arguit *Vacon. 6. declar.* 89. *num. 6. ac Anton. Matth. in not. ad* §. 34. *& seq. Inſtit. de actionib.*) quia exinde iudicium excipit. Quin & in Digestis exemplatum emendatæ actionis post litem contestatam in *l.* 4. §. *vlt. de nox. actionib.* tum mutatæ in *d. l.* 18. §. *vlt.* Vbi pendente iudicio vindicationis, interdicto intentato, necesse est omitti vindicationem prius instituram, per *l.* 13. *C. de R. V. l.* 3. *Cod. de interdicto. Donell. dict. loco.* [n] Rectè. [n] Quod confirmat Donell. *ad l.* 3. *C. hoc tit. num.* 18. Ante Zenonem extra id, quod in iudic. venisset, excedere potestas iudicis non poterat, *l.* 19. *Com. diu.* Nõ venit autem nisi de quo *act. inſtituta & iudicium* accepeum. Ast illa Constit. Zenon. apud eundem iudicem & eadem instantiâ petitione mutatâ agere licet. Nec si tamen obstat *d. l.* 23. *de iudic.* Nam interpellatio ibi exprimenda non nouum iudicium, sed petitio, idque ex mente Iustin. qui omnia sua fecit. Et consentiunt ferè *Obrecht. de libell. cap.* 20. *num.* 39. & seq. *Vacon. d. declar.* 89. *num.* 5. & 6. *Bachou. misc. disput. cap.* 1. qui hodiè essentialia libelli reformari posse citra nouum processum putat, quin duæ causæ, quæ iure veteri obstiterint, sublatæ, 1. quod qui non aptè petierat causâ cadebat. 2. quod iudex de alia re, quàm de qua formula accepta, non iudicare poterat. Hodiè enim apud ipsum Magistratum iudicia agitantur. Multum verò refert, vtrum eodem iudicio, priori, an nouo; tùm aliàs; tum quoque ratione sportularum & vectigalium, quæ ratione libelli consuetudine locorum solu. vid. *Gilken. ad l.* 3. *num.* 49. *& seq.* † Vtut verò hæc sint, contra se habet vulgata Dd. vtúque fori recepta generalis doctrina, Libellum emendari post litem contestatam non posse, & multò minus mutari; tametsi quoad emendationem plures statuantur limitationes. De quibus pleniùs *Gilken. ad l.* 3 *Cod. hoc tit. Zoan. ibid. num.* 17. & seqq. *Speckhan.* 1. *quæst.* 65. *Obrecht. d. ca.* 20. *alij S. lit. A.* citati, quos adi; adde *Blaver. in l. diffamari. cap.* 5. *n.* 12. qui nihil posse addi vel detrahi in tribus substantialibus libelli partibus, narratione, causâ petendi, & conclusione. Secus in iis, quæ incidenter petuntur. † In foro Sax. corrigendi potestas finitur lite contestatâ, velante eam guarandâ præstitâ, *Landr. lib.* 3. *art.* 14. *&c. Nouel. Elect.* 11. *p. vbi vid. Moller.* & omninò *Coler. deciſ.* 109. aliíque Dd. *Sax. S. lit. A.* citati. Post illam tamen litem contestatam, quæ in eucnrum sit vel sub conditione, si exceptiones propositæ per interlocutionem reiectæ fuerint, mutatio prohibita non est antequam impleatur conditio, *Moller ad d. Nouel. Elect.* 3. *num.* 14. *& ad d. Nouel.* 11. *num.* 5. *p.* 1. Q id si consensus partis aduersæ accedat? *Gail.* 1. *obſ.* 64. *num.* 9. nec tunc mutationem admitti. Sed notatur à *Frider. de Proceſſ. extrag. lib.* 3. *de contin. cauſſ. cap.* 5. *num.* 3. 1. quia ideò vetita, ne reus grauetur duplicibus & variis sumptibus, item ne præ actore, cui saris temporis fuit ad concinnandum libellum, arctetur. Ergo per *l. pen. C. de pact. & ſimil.* 2. per litem contestatam non tàm iudex quàm partes ad instantiam obligantur. Ergo vt aliis contractibus communi consensu addi vel detrahi potest, ita & hîc † Planè in appellationis instantia emendari libellum actionis non posse conuenit, cùm causa ibi ex priori libello disceptanda sit, *Vacon. d. declar.* 89. *num.* 6. & ad hoc plures allegat *Gilken. ad d. l.* 3 *num.* 32. quibus adde *Weſenbec.* 18. *num* 3. Appellatorius tamen libellus ita corrigi potest, dum non transformentur ea, quæ libello actionis comprehensa, vid. *Gilken. d. loc. num.* 34. [o] De cumulatione act, post litem contestatam vid. præter citatos *S. lib.* 21. *cap.* 3. *lit. E.* in genere, in specie *Zoan. ad l.* 3. *C. hoc tit. num.* 46. *& seqq. Coler. ad c.* 2. *iunct. cap. dilecti* 8. *de except. num.* 43.

CAp.

CAPVT VI.

Editio Instrumentorum & Rationum.

a INSTRVMENTA VERÒ ET RATIONES, a etsi aliquando & hæc edere iubetur, tamen ANTE LITEM CONTESTATAM EDERE NVNQVAM COGITVR. b Edere enim debet ea, quibus vsurus *l.1. §.3. hoc tit.* Ante litem verò contestatam vti nequit, & rationes desiderantur, vt fides veri consset, *l.5. C.h.t.* aut vt actor fundet intentionem suam, *l.vlt. C.h.tit.* At de hac probatione ante iudicium constitutum non quæritur. Iusta tamen & horum editio, in aliis partibus iudicij. Et ideò Prætor hæc in Edicto coniunxit. PRÆTER ACTIONEM igitur DVO AB ACTORE EDENDA: INSTRVMENTA, quibus non cognitis, non potest scire reus, cedere an contendere debeat, cùm ex iis c actionis fides & vis pendeat, c ea QVIBVS VSVdRVS EST *d.l. 1. §. 3.* d ET RATIONES OMNES, siue priuatæ siue publicæ, etsi vti illis refugiat, e *l.5. & seq. C. hoc tit.* e Malè Dd. vulgò idem ad Instrumenta trahunt contra *d.§.3.* quia inquiunt & hæc esse rationes. f Nam immò rationes quidè sunt instrumenta, quia his caussa instruitur *l. 1. de fid. instr.* sed non omnia instrumenta rationes. Quippe rationes non nisi de pluribus, quæ habeant vtramque paginam accepti & expensi, dandi, accipiendi, soluendi, *l.6. §.* g *3. h. tit.* g Instrumenta verò etiam tabulæ perscriptæ de vno negocio. Obiicitur *l.8.2. in fin. de cond. & dem.* Loquitur de reddendis rationibus, vbi non sufficit edere & exhibere libros accepti & expensi, sed & probare. Quæ ratio & fides, nisi instrumentis omnium h gestorum editis, constare nequit. h Et ratio diff. Instrumenta non necesse est confecta esse de solutione debitoris, cum de aliâ re scripta esse possint. Rationes, cum referant omnia, quæ actor gessit, quæ dedit, & quæ accepit, si perscriptæ bonâ fide, & solui tum sit, non possunt, quin solutionem contineant. i Sed & à Fisco rationes edendæ, *l.6. C.h.t. l.3. C. de fid. instr.* Nam *l.45. de iur. fisc.* de extranco loquitur, à quo agente postulatur, vt instrumenta fisci, quæ apud k eum sint, edat. k RATIONES verò CVM DIE ET CONSVLE edi debent, *d. l. 3. §. 2. h.* quia l accepta & data aliàs apparere non possunt, l INSTRVMENTA NON ITEM, *l.1. §. 2. h.t.* nequid excogitetur & prolato (malè P. Florent. habent m *prælato*, m non enim id idem est, quod repetitâ die, in *l. repetita 3. de fid. instr. vt quidam*) die fiat, *d.§.2.* vbi rectè exponit Baro. Instrumenta denique edenda, cum actor iis vti volet. Rationum autem editio quouis tempore post litem contestatam peti potest, n *l.vlt. C. h. t.* n

NOTATA.

a **Editio alia respicit actionem**, seu petitionem ac præparatoria iudicij, de qua *capp. præced.* Alia instructionem Processus & probationem, quæ fit post litem contestat. nec præparatoria est, sed instructoria caussæ ac iudicij, *Cagn. in rubr C.h.t.n.* 11 *n.*43. & 47. *Fac.l.*10, §.2. *ibi, ad instruendum* b *h.t. Rosb. Proceſſ.tit.*36 *n.*32. b Vulgò Dd. hoc regulare quidem statuitur, ast non perpetuum. Certis namque casib. & ante cœptum iudicium editionem hanc peti posse statuunt, non ad finem probandi, aut fundandi suam intentionem, sed consulendi, cedendum, an contendendum sit. Veluti si in libello mentionem fecerit actor instrumenti, atque ad illud se retulerit, post alios *Zoan. ad rub. Cod. h. tit. n.*36. *Carb. Platt. lib.*3. *cap. numer.*22. *Mynſ. ad cap.*1. *extr. de prob. num.* 41. fusè *Pact. lib.*1. *de prob. cap.*66. *numer.*95. & seqq. *Vult.*1. *di cept.*6. *pag.*63. scribens proferri hic debere instrumentum, vt editio actionis plena fiat, *die Klage darmit zu ergentzen.* Etsi v. *Guid. Pap. q.*116. & *Vuurm. tit.*9. *obſ.*5. disting. an per modum assertionis mentio fiat, ex. g. Debes mihi 10. ex mutuo, de quo habeo chirographum; an per modum limitationis, ex. g. Debes 10. prout constat ex chirographo &c. quasi hoc solùm casu editio recusari nequeat, illo possit. Etsi idem alij magis in hoc variauerint *ref. Frid. lib.* 2. *de Mandat. iud. cap.*48. *numer.* 4. Melius tamen idem Frid. id solùm spectari, negétne reus intentionem actoris, vbi lite per hoc contestatâ, instrum. producenda ad vim probationis, an dubitare se dicat, quod instrumenti allegati nulla vel non plena sibi sit notitia, vbi ad fines consulendi id exhibendum. Sicuti & dist. Papæ displicet, *Ranch. ibid. in annot.* & eam in Curiis non seruari *Foll. ad Mar. p.*6. *act.*10. *numer.*9. Si tamen probabile sit, reum habere notitiam eius instrumenti, aut aliàs de contractu illo esse instructum, editionem hanc actori non iniungi vult *Mynſ. d. numer.*41. *Foller. d. loc. numer.* 11. & *Zoan. d. loc. numer.* 37. *per l.* 2. *h. t.* quam & de editione, quę consulendi, non probandi caussa fit, accipit, *A. Fab. ibid.* Fiscum quoque & qui pari iure fruantur, vt *c. ſeq. lit. E. initio* hoc rectè exigere, vt cognoscant, an ex instrum. aduersarij fundari possit sua iurentio, tradit *Mynſ. d.n.*41. *poſt Panorm. ad d.c.*1. Planè quin proprij instrumẽti editio act. ad exhib. vel rei vind. ante litem ex eo motam vel mouendam peti oosit, vt dubio vacat, ita huc vix appositè à *Mynſ. d.ns.* 41. accommodatur, cum exceptio hæc non sit de genere regulæ. †Aliter *Cuiac.*10. *obſ.*14. regulam planè contrariam statuens: Instrumenta litis edendæ ante litem contestatam, vt nisi ea vnà cum actione reo edat, actor nihil agat; tum ne improuisò reus opprimatur; tùm ne plus debito actor petat. Quin & recusata hac editione eo ipso plus petitionis periculum incurri contendit. c Atqui hæc ipsa ratio efficere c videtur, vt ante litem cõtestatam instrumentorum litis quoque fiat editio, quæ Cuiacij sententia est iam exposita. Cui vix est vt vel ideò, non assensum firmum præbeam; sed ampliare malo. d Nõ dicitur, *quibus vsus est.* Postquam enim semel edita producta instrumenta, ex quo iis vtitur actor, de d actis iudicij & communia effecta, vt quandocunque exhibenda sint, vid. *Cagnol. ad l.*1. *Cod. hoc titulo numero* 53. *Anton. Fab. ad dict. l.* 1. §. 3. Nec prodest actori si postea dicat, se nolle vti, *Cagnol. ibid. num.* 60. Nec si dixerit, se producere in passibus solùm pro se facientibus & non aliter, quia protestationis huius nulla vis, (licet quidam tunc vtilem eam esse velint, cum pars aduersa illi non contradicit) quia non in potestate eius est restringere vim probationis instrumenti in iudicio producti, *Cagn. in d.l.*1. *n.* 6. ac seq vid. tamen *Meno. arb. c.*4. 99. *n.*74. Verum & quando adhuc nõ vtitur, peti potest editio, si vsurus est, *d.*§.3. Aft vnde hoc constat? Vulgò si in libello meminit instrumenti, vid. *Cagn. ad d.l.*1. *n.* 56. Sed & petére parte aduersâ iudex interrogare debet actorem vel reum (nam in instrumentis aliis præter rationes par causa actoris & rei, *Donell. ad l. vltim. Cod. hoc tit. num.* 6. & patet ex cap. sequenti) num habeat instrumenta, quibus vti velit, *Cagnolo ibid. numer.*64. Atque tunc pœna non edentis hæc, vt eius iure priuetur, seuve eo, quod edere iussus, non paruit, postea vti nequeat *l. vltim.* §. 1. *deappell. Anton. Fab. Cod. ſuo hoc titulo definit.* 2. *Blarer. in l. diffamari cap.*6. *num.* 19. *Contard. ibid. cap.* 4. *num.* 10. Non autem edenda, quæ iudici secretò, ad eius informationem, ceu priuati, exhibita, quia illa nec actis inserenda, nec iis iudex moueri debet in sententia ferendâ, quæ sibi non vt iudici constant, *Guid. Pap. quæſt.* 242. *ibique in annot. Matthæ. Cagnol. in rub. Cod hoc titulo numero* 18. *add. Aſin. Praxi* §. 22. *cap.* 8. *limit.* 1. Quæritur, Num cum articulorum probatoriorum editio fit reo vnà edenda nomina testium examinandorum? Quidam negant, ob timorem suborn nationis, vt *Ripa ref. Cagnolo ad l.*1. *Cod. hoc titulo, numero* 63. & *Bronch.* 2. *aſſ.* 94. *circa fin. per l.* 38. *in final. prine. de recup. arbit.* Contra post *gloſ. & Dd. Scaccia prima de iudic.* 100. *numer.* 12, quod nec ante incipiat dilatio ad edenda interrogatoria, quàm his editis, quia interrogantis munus non tam ex qualitate probandorum, quàm ex qualitate testium perficitur. Et ita vsus seruat. Copiam autem interrogatoriorum aduersario fieri non debere, vult *Scaccia ibidem numero decimoquinto.* e Nam in e *dictis legibus* eduntur ad intentionem vel exceptionem aduersarij probandam. Ac ita, etsi extra librum rationum obligatus debitor, ac non ex Codice rationum agat, sed ex chi-

ex chirographo mercator, edere tamen cum rationes suas ad
f probandam solutionem rei debere iudicatum refert *A. Fab. C. ſuo h.t. definit.*16. Fit a *Myn. ad c.*1. *extr. de probat. n.* 22. rationum appellatione omne scripti genus contineri per *d. l.* 82. *de cond. & dem.* aliasque impertinenter prolatas. Communisque conclusio traditur ad probandam defensionem rei (. except. vel duplicationem) quæuis instrumenta caussæ ipsi ab acto. edenda *Mynſ. ibid. num.*21. post alios relatos, *Gilken. ad leg. vlt. Cod. hoc tit. num.*4. & *ſeqq. Bouer. ſing.*332. *num.*3. *num.*9. *Bron.*2. *aſſ.*94. *Old. claſſ.*1. *act.*8. *q.*4. *n.*6. *Wacia. lib.*1. *de probat. c.*63. *nu.*117. *Frider. lib.*2. *de mand. iudic. c.*48. *num.*8. & 9. (qui *d.l.*1, §.3. ita restrictè accipit, nisi petatur editio ad fundandam defensionem rei) Quod tamen declarant, si exc. meram defensionem contineat. Vnde aliud statuunt. 1. Si vim actionis habeat, & impugnationem quandam contineat, vt Compensatio & Reconuentio, *Mynſ. d. loc. num.*24. & *Gilken. num.*10. *Pacia. d. cap.*63. *n.* 124. & *ſeq.* Quod *A. Fab. C. ſuo hoc tit. definit.*6. in reconuentione admittit, quia mutua est actio, nec à nouâ petitione differt, nisi quod in eadem instantiâ. Secus in compensatione, quia opposita ipso iure perimit ac elidit. Ac certè si in vlla defensione æquitas, ea in compensatione neganda non est. Sanè ad compensationem intrinsecam, veluti computando fructus in sortem, edi debere post Dec. *Fr. Calletus addit ad Paxian. d.c.*63. *lit.* Q. 2. Si crimen actori opponat, ne suum ipse facinus deregere cogatur, *Gilken. in d. l. vlt. n.*9. *Mynſ. d. loc. n.*24. *Pacia. d. lo n.*121. & 2. *ſeqq.*3. Si dilatoria Exceptio petitionis æquitatem non excludens, vt actori non esse personam legit. stándi in iudicio, *Mynſ. ibid.* & *Gilken. n.*8. 4. Si aliàs defensio à iure actionis separata, vt si possessorio agenti obiiciatur exceptio dominij. *Mynſ. ibid. n.*23. *Old. d. act.*8. *q.*4. *n.*6. Et ita Dd. † Sententia autem Don. nostri iure verior videtur ob rationem diff. vt *lit.I.* &
g per *d.l.*1. §. 3. *D. h.t.* g *l.*47. §. *vlt. in fin. de pact. Cuiac* 10. *obſ.* 14. vid. *Gœd. ad l.*56. *pr. de V.S. n.*4. vbi descript. rationum, quæ *d.*§. 3. ab impugnationibus tuetur. Confer *not.* ẽ. *lib.*7.
h *c.*3. *lit. Cod.* ibique citati auctores. h Ac longè plus est reddere rationes quàm edere. *l.*89. §. *vlt. de Verb. Sig. vbi vid. Gœd. num.*4. & *ll. citatas ab eo* & ẽ. *lib.*8. *c.*33. *lit. D.* quod explicat *Matth. Steph. lib.*2. *de iurisd. p.*2. *cap.*1. *n.*221. & *ſeq.*
i i Rectè. Rationes naturâ suâ ita conficiuntur, vt etiam pro debitore scribantur, continentes duas paginas expensi accepti que. Cætera instrumenta pro eo solum confici solent, qui ea habet, non pro alio. Et vt fortè quid illa habeant, quod faciat pro reo, non tamen id certum est, non naturâ suâ ita confici solent, *Donell ad leg* 5. *C.h.t. num.*5. Dices. At si sententia *l.*1. §.3. *D. h.t.* ita generalis, *vt* ẽ *lit. E.* etiam ad rationes pertinet, cum hæ illæ sint instrumenta. Proinde nec edendæ, nisi ab eo qui vsurus iis. Resp. *Donell. ad dict. leg.*5. *num.*4. Loquitur *d.*§.3. de iis instrumentis, quibus actor vti posset, si veller, sed in caussa præsenti non vult, aut quia ea non fert, aut quia non libet. Rationes autem non sunt instrumenta, quibus vti possit actor ad fidem pro se faciendam, cum ipsi sint domesticæ. Ergo per *l.*5. & 6. *Cod.*
k *de probat.* kita & *Donell. ad leg.*6. *Cod. hoc tit.* (Cui consent. *Pacia. lib.*1. *de probat. cap.*63. *num.* 118.) Nam & fiscus in contractibus priuatorum iure vtitur, *leg.*3. *Cod. de reſcin. vendit.* maximè cum ab eo postulatur, quod sine dolo recusari nequit, Donell. ibid. Non obstat, quod sequitur *dict. leg.*45. §.6. quod ipse fiscus non alia conditione edat, quam ne is cui editur, aduersus se vratur. Quia & id intelligitur, quando Fiscus tunc cum edit, non litigat, & cui editio facta exinde contra Fiscum act. mouere velit. Confer. *Facian. d. lib.*1. *cap.*65. *num.*131. Attamen vigore *dict. leg.*45. §.5. Curia Imperij censuit, fiscalem edere non teneri, ref. addit. *ad*
l *Vurmſer. tit.*20. *obſ.*1. *num.*1. *num.*2. l Nam cum duabus paginis constent accepti vnâ, expensi alterâ; eorum collatio in ponendo pari calculo inutilis omisso die & Consule, *Cuiac.* 10. *obſ.*14. Per Cons. enim olim tempus designabatur, *Old. claſſ.* 1. *act.*8. *quæſt.*6. *numer.*6. *Mynſ. ad c.* 1. *extr. de probat. num.*37. Nec sine hoc explorari potest, an imputationes probè referantur, accepta an rectè relata sint, *l.*82. *de cond. & dem. Ant. Fab. ad d.*§.2. Hodie nomen Imperatoris vel Papæ poni solet, *Mynſ. d. num.*37. *Zaſ. Par. D. hoc*
m *tit. num.*4. *Pacian. lib.*1. *de probat. c.*66. *num.*63. m *Cuiac.* 3. *obſ.*7. Florent. tuetur, cum præferre diem sit anteuertere, seu anticipare, *leg.*28. *ad leg. Corn. de falſ. Liu. lib.*39. Eodemque sensu putat dici diem referri in *l.*33. *de recept. arb.* Idem 10. *obſ.* 14. prælato die Græc. ψευδογραφῶ falsi genus. Et ita quoque repetita die exponit, in *dict. leg.*3. *de fid. inſtr. Goth. ibid. ac Alb. Gentil. de diuerſ. temp. appell. c.*13. Repetitus, ait, idem qui relatus, præteritus pro præsenti adsumptus, *d.l.*3. & *l.*9. §.3. *ad exhib. l.*1. §.7. & 8. *de itin. priuat.* Ibid. *Gentil.*

prælatum diem, hic & *leg.* 28. *de falſ.* non tantùm dici si præteritus pro sequenti adsumatur, sed etsi sequens pro præterito, vbi repetitus dici nequit, cum repetere sit ex præterito. † Et quidem Florent. *prælato* in aliquibus etiam manuscriptis reperi. Vulgarem autem *prolato* in pluribus & vetustioribus. Prolatus autem dies est prorogatus, & qui breuior fuerat, in longiorem productus, *leg.*3. *de recept. arb. l.*5. *Cod. de exact. trib. Senec. Here. Furent. act.*1. *ſc* 3 Certo veniunt ordine Parcæ. Nulli iusso cessare licet. Nulli scripto præferre diem, *A. Gentil. dict. c.*13. Confer *Rau. ad leg.* 74. *de R.I.* Et ratio *d.*§.2. ne quid excogitetur, seu ne quid falsi fiat, aut materia falso fabricando præbeatur, vt *l.* 2. §.6. *Teſtam. quem, aper*, immutata scilicet die, *Cuiac.* 3. *obſ.*7. *Zoanet. ad rub. Cod. hoc tit. num.*7 *Mynſ. ad c.*1. *de probat. num.*38. Ac instrumentum quoque valet sine die & Consule, *l.*34. §.1. *de pig. Anton. Fab. ad d.* §.2. Et ita dies confecti instrumenti non edendus, si editio ad præparandum iudicium, vel ad deliberandum petitur, secus si probationis gratia petitur, vel sit productio, *Zoan. d. loc. num.*8. *Anton. Fab. Cod. ſuo hoc tit. definit.* 2. Item si instrum. quis falsi arguere velit, ita per *leg. opt.*13. *Cod. de contr. ſtip. Oldend. cl.*4. *act.*8. *quæſt.*6. *num.*4. *Mynſ. dict. num.*18. Quod tamen declarat & coarctat *Zoanettus dict. loc. num.*9. Dies autem in quem collata solutio edendus, quia pars est stipulationis, *d. l.*1. §.2. sine quo rota edi non queat, vt *lit.I.* §. *pen. hoc tit.* Quare vbi absque die contractus vel instrumenti de hoc constare non potest, veluti si ita: *Infra* 7. *menſes ſoluam*, & illum edendum volunt, *Zoan. d. loc. num.*7. *Pacian. lib.*1. *de probat. c.*66. *num.*70. qui de his (die & Consule) plura ibid. *n.*63. & *ſeqq.* n Ante litis exordium verò si quis edi- n
derit, nisi post litem contestatam rursus aduersario edat, nihil priori editione actum volunt, per *cap. veniens* 38. *de teſtib. Zoan. ad rub. C.h.t. n.*34. Nec editio ante cœptum iudicium consulendi causa facta idem præstat, nisi lite contestata rursus iudicialiter producantur, & in vim probandi repetantur, *Mynſ. ad cap.*1. *de prob. n.*41. *Vueſ. conſ.*3. *nu.*34. *Vult.*1. *diſcep. ſchol.*6. *p.*63. † Putat *A. Fab. ad l.*1. §.3. *h.t.* editionem olim factam quoque apud Prætorem, eamque notari, *d.l.*1. §.3. non vt de facto cognosceret, sed vt scivet, quâ verborum conceptione formula dictanda & num addenda clausula *ex bonâ fide.* Sed immò *d.*§.3. de editione, quæ fit aduersario, non quæ vel prætori vel iudici loquitur. Et vbi non de facto cognoscit prætor cui bono hæc editio? Nam an bonæ fidei iudic. constituere debuerit iudex ex ipsâ intentione litigantium proposita æstimandum fuit. † Edenda autem stipulatio tota, *l.*1. §. *pen. h t.* id est totum instrumentum *Cuiac.*10. *obſ.*14. Quia hoc facit ad plenam sententiam contractus eiusque quod actum est, assequendam. *Facit l.*24. *de ll. A. Fab. ad d.*§. *pen.* Vulgò autem receptum est, si instrumentum plura capitula contineat, iudici quidem totum id exhibendum integrum legat, debere. Aduersario autem inspiciendi & describendi potestatem fieri eius partis de qua quæstio, & si quæ connexa sint capitula de eadem materia, per *c. contingit* 5. *extra de fid. inſtr.* & quia hoc ipsum totum habetur, quod petentis edi interest, seu ad causæ præsentis instructionem pertinet, *per l.* 8. *pr. iunct. l.*10. §.2. *h.t.* vid. *Old. cl.*1. *act.*8. *q.*6. *Zoan. ad Rub. C.h.t. n.*30. & *ſeqq. Pacia. lib.*1. *de probat. c.*66. *n.*38. & *ſeqq. Mynſ. ad c.*1. *de probat. n.*34. & 2. *ſeqq.* & *ad c.*5. *de fid. inſtr n.*7. & *ſeq. Gail.* 1. *obſ.*106. *num.*10. *Vuurmſer. tit.*20. *obſ.*1. *P. Frideric. lib.*2. *de Mandat. iud. c.*48. *n.*18 & *ſeqq.* vbi *num* 20. id quod iudici totum sit edendum catholicum non esse, nec ex *dict. c.*5. probari monet. Itaque tradunt Legatario edi non totas tabulas, sed partem, qua legatum continetur, per *l.*15. *pr. de reb auct. iud. poſſ.* item eam, ex qua interpretatio legati sumi potest, *Zoan. dict. num.*10. & *ſeq. Mynſ. ad d. c.*5. *num.*10. & *num.*12. Quia verò editio fit sine die & Consule, vt ẽ. *lit. L.* infert *Cuiac.*10. *obſ.*14. initio edi exemplum non proferri authenticum, & facit *l.*11. *h.t.* vbi *Ant. Fab.* collatum vt fit id cum autographo requirit. Etsi ad probationis vim ipsum authenticum requiratur, *auth. ſi quis C.h.t. Vultei.* 1. *diſc.*6. *p.*63. *Rosbach. Proceſſ.t.*36. *num.*29. Quando edendum originale vel apographum scilicet copia, vide *Pacia.* 1. *de probat.* 66. *num.*78. & *ſeqq. Frider. lib.*2. *de Mand. iudic. cap.* 48. *num.*14. & *ſeqq. Vuurmſer. tit.*20. *obſ.*1. *Rulani. de Commiſſ. p.*2. *lib.*5. *c.*18. *Mynſ. ad c.*1. *de probat. num.*43. *ac ſeq.* Confer. *idem* o. *obſ.*103.

CAPVT VII.

Editio Rei.

EADEM EXIGVNTVR A REO DEFENSIONE vel exceptione VTENTE. Nam & hic non tantùm genus liberationis, ex. gr. quod soluerit, sed & instrumenta quibus vsurus est, ac rationes suas, etsi iis non vsurus, edere debet. Etsi enim de exceptione edictum nominatim non cauit, verbo tamen actionis eam comprehendit, quia excipiendo reus fit actor, per *leg.1.de exc.quæ ex Vlp. lib.* 4. *ad edictum quo tractauit de edendo.* a Sed ALIAS si de exceptione rei non agatur, tunc quidem IN ACTIS PVBLICIS AC INSTRVMENTIS COMMVNIBVS EADEM REI QVÆ ACTORIS CAVSSA, *leg.2.l.7.C.h.t.* b IN PRIVATIS verò iis, quæ illius propria, non communia, DISPAR. De quo ita in *l.1.C. h.t.* Vt rationes suas reus exhibeat, ex causâ, ad officium iudicis pertinet. c Causa exigendi d ex conditione vel actoris, si delatoris fisco quid nuntiat, *l.2.§.2.de iur.fisc.* nisi ex capitali causa, vt ibid. e Vel rei, si sit argentarius *l.4.h.t.* eiusve heres, *l.9.§.1.* f de quo multa *hoc tit.* D. quorum hodie nullus vsus g nisi quis fortè eos cum Notariis nostris comparet. h Item omnis rei alienæ administrator, vt Procurator, tutor, socius, &c. qui ratione gestus sui reddere debent, *d.l.9.pr.* i His exceptis regula est: NVLLI ACTORI PRIVATO REVS PRIVATVS RATIONES PROPRIAS EDERE COGTVR, *per dict.leg.1.Cod.hoc tit.* Cuius ratio elegans *in leg.* 4. *Cod.hoc tit. leg.nimis graue 7.Cod.de testibus.* k Scitè Poëta: Interimitur bis, qui suis armis perit. Et æquum itaque hoc *d.l.*4. ne quis seipsum lædere & arma in sese submini strare cogatur, ac ad lites minuêdas facit, si actore non probante statim litis finis sit. Et ratio l diff. inter actorem & reum in *leg.vltim.Cod.hoc tit.* l Actor dolo facit, si edere recusat, quo se posse iustruere confidit, cum ipse intentionem suam probare debeat. Sed etsi contra eum faciant, Rei liberationem continentes, tantò magis dolo facit, petendo quod non debetur. Reus nihil dolo facit, cum non debeat fundare petitionem actori aduersus. Sed etsi pro reo faciant, tamen de iure suo ipse docere non cogitur, sed actore non probante absoluitur.

NOTATA.

a a Rectè. Et ita *Accurs. in leg.1. h. tit.* voculam actionis largissimè hic poni, vt except. complectatur. Tametsi *Cuiac.Par.D.de exc.Gæd.in* l.8. §.1 *de V.S.num.*3. appellatione act. in hoc edicto nullam except. contineri, per *d.l.*8. § 1. *ac P.Fab.ad l.*92. *de R. I.* Quasi exceptio ipsa non itid. actori, vti reo libellus actionis, edatur. Et ita *Monach. Præct. p.*5. § 6.c.2. act. & except. præter alia natura & forma proponendi differre. Neque except. necessariò edi. Ac certè quæ ratio est edendæ actionis, (deliberatio rei) in exceptione cessat, *l.* 42. *in fin.de R I.* Planè quia instrumenta, quibus except. aut defensionem suam fulcire vult reus, edenda sint, non negat *P.Fab.d.loc.* Regula enim; Reus edere actori non cogitur, accipiatur oportet de iis instrumentis, quibus non vsurus. Sic enim in *l.*4. *C. h t.* species ea vbi non probante actore reus vult absolui, nihil ipse præstans vid. *Don. ibid. n.*2. Vt autem edat ea quibus vsurus, alia regula facit, *l.*1. §.3.*D.h.t.* quæ generalis, ad reum quoque pertinens, *Don. ad l.vlt.C.h.t.n* 7.*Menoch.arb.ca.*499. *nu.*71. *Pacia. lib.*1.*de prob.c.*63.*n.*130,*Mynſ.ad c.*1.*de probat. n.*20, etsi, inquit, illud instrum. in certis solùm capitulis producat. Sed ibi vnà probare & edere cogitur capitula annexa non separata, vid. *Menoch.d.loc.n.*74. Quod verò hic Donell. in except. edendas quoque rationes Rei, quibus non vsurus, in eo vti alij alia omnia tradunt, qui nec in priuatis rationes ab instrum. aliis secernunt, ita ipse hoc declarat *ad l.vlt. Cod. hoc tit. num.*7.& 8. quod ita cogatur eas edere, si excipiendo fateatur de intentione actoris. Tunc enim editio rationum, quæ exigitur à reo, non vtique ad fundandam intentionem actoris spectat, quippe quæ confessione iam satis fundata est, sed vt fide defensionis constet. Secus est si inficiatione pariter & exceptione vtatur reus, e. g. Nego te mutuo 10. dedisse, & si dedisti, pacto aut solutione liberatus sum. Hic non cogitur edere rationes, ne actorem aduersus se armet; si fortè creditum in rationes retulerit, solutionem autem non item. adde *not. J. lit, L.* † Reconuentionis libellus vt à Reo actori edendus, vid. *Io. Pels Proceſſ, tit.*25. *num.*3. *& seq.* b *Menoch. arb. ca.*499. *num.* 76. *Fr. Munnoz. de ratiocin. cap.*10. *num.* 25. *&* 32. Et quod testamenta inter heredes ac legatarios communia *Gail. 1. obſ.*106.*n.*5. *Menoch. d. ca.*499. *num.* 80. Quæ dicantur & quot modis fiant communia instrumenta, Consule *Don. ad l.*7. *Cod. hoc tit. Pacian. lib.* 1. *de probat. cap.* 64. *num.*91. *& seqq. & Rulant. de commiſſ. p.*2. *lib.*5. *cap.* 19. *num.* 6. Et ita dominus feudi & emphyteuseos rectè perit, edi à vasallo vel emphyteuta libros conscriptos, de rebus istis, ceu communes, vid. *Menoc. d. ca.*499. *num.*81. *Rulant. d. cap.*19. *num.*9. *Pacia. conſ.*155. *num.*12. *& num.* 28. *ac seq.* Atque hæc communia instrumenta rei vindic. ac ad exhib. act. peti posse, cum & pro parte meum vindicari queat, *Donell. ad d. l.*7. *num.* 6. *vid. Pacia.* 1. *de probat.* 63. *num.* 142. *& seqq. & cap.* 66. *num.* 29. Edenda quoque volunt cum verosimile vel præsumptio est, quod sint communia. Plerumque enim instrumenta communia apud dignorem, & in loco magis securo reponi solent, iuxta *l.* 4. §. *vlt, leg.*5. *Famil. erciscund. Michſner. tomo* 3. *deciſ. Cam.* 13. *num.* 228. In duplicibus quoque iudiciis, cum vterque sint actor & reus, mutuo sibi edere debent, etsi rationes alterius propriæ, vt *leg.*8. *pr. Famil. erciscund. vt Gliken. ad leg.*1. *Cod. hoc tit. num.*18. *Zoanett. ibid. num.*42. *Pacia. lib.*1. *de probat. c.* 63. *num.*129. *Menoch. d.ca.*499, *num.*85. *Frider.*2. *de Mand. iudic.* 48. *num.* 10. c In quo rescripto negatur editio actori, & hæc eius sententia: Non nisi ex causâ fit editio à reo. At in præsenti causâ non subest. Ergo *Donell. ibid. num.*2. *&* 7. Qui errare Dd. vulgò ostendit, qui aliter accipiunt indeque mirè digladiantur, quomodo mulier argentaria esse possit, cum tamen *d.l.*1. de argentaria non loquatur. Et si omninò decisio aff. foret, deberet accipi de muliere, herede argentarij, cum *Accurſ. Donell. dict. num.*7. vid. *Fachin.* 11. *controu.*85. *Petr. Aldobrandin. interpr. d. l.*1. *pro Ludou. Cato adu. Marium Arcadem,* qui longè aliter exponit. Quasi decisio quidem negativa sit, sed hoc sensu: *Ex causâ,* id est, ordinariè quidem & regulariter fit ab argentario editio, quoties scilicet causa ea aut negotium, in quo vtrò citroque dandi & accipiendi negotiatio, *l.*6.§.3.*h.t.* Tale autem non est depositum *d.l.*1. quod vnica datione consistit. Ergo ab argentaria non edendum perinde atque nec pignus vel mandatum *d.* §.3. † Alij ex verbis *d. l.*1. *ex causâ ad officium,* &c. colligunt, quod certis casibus iudicis officio reus edere cogatur, etiam non petente aduersario. Quos refert *Aſin. de exſecut.* §.9. *cap.*94. *ac seq. ac c.* 217. *& seq.* Aliter ea verba exponit *Menoch.d.cap.*499. *n.*3.& 4. d Vulgò Dd. longè plures except. tradunt, quas congessere *Zoan.& Gilken. ad d.l.*1. *Cod. hoc tit. Mynſ. ad c.*1. *de probat. n.*12.& *seq. Frider.*2. *de Mand. iud.*48. *n.*10. *Rulant. de commiſſ. p.*2. *li.*5. *c.*19. pluribus *Menoch. arb. ca.*499. Et *Valasc. iur. emphyt. q.*8. *n.*6. scribit Socinum tot fallentias regulæ neg. proferre, vt satius foret, regulam affirmatè concipere & pauciores casus excipere. Et tamen regula neg. disertis ll. verbis prodita est. e Et ita accip. *l.*3. *D.h.t.* vbi quæ edere debeat reus fisco tractatur, non quando. Et quando ex causa ciuili agit fiscus, damnum euitare satagit. Nec idem Priuileg. illi, fiad lucrum & pœnam agit, nec & tunc turpitudinem ipse suam Reus detegere teneatur, *Bronc.* 2. *aſſ.* 94. Quomodo inter causas ciuiles & criminales dist. *Don. ad l.*1. *C.h.n.*3. *Zoan. ib.n.*13. *Iaſ.n.*8. *Cagnol.n.*65. *& seqq.* (qui generalius in causâ lucratiuâ hoc Priuilegium fisco negare videtur) *Gilken. n.*8. *Mynſ. ad c.*1. *de probat. n.*12. *Gail.*1. *obſ.* 116. *num.*11. *Menoch. cap.*449. *nu.*43. Qui de hoc fisci priuilegio latiùs inquirit, *vt & Cagnol. d.loc. Bron. d. aſſ.*94. *Rulant. de commiſſ. p.*2. *lib.*5. *c.*19. *num.*7. *& seqq.* (vbi inquirit, an idem in iis qui causam vel ius habent à fisco) *Pacia. lib.*1. *de probat. c.*63. *num* 46. *& seqq.* † Produci hoc priuileg. fisci solet ad causas ecclesiæ aliusque piæ causæ, matrimonij, dotis, alimentorum, libertatis, miserabilium personarum, Studiosorum, quasuis denique fauorabiles. De quibus consule *Zoan. ad d.l.*1. *num.* 16. *&* 3. *seqq. Gilken. d. nu.*8. *Mynſ. d n.*12. *Menoch. d.ca.*449. *n.*46. *&* 7. *seqq. Rulant. d. cap.*19 *num.*11. *Pacia. d.loc. num.*47. *& seqq.* Ac in specie, quod fauore piæ causæ reus edere teneatur, *Tiraq. priuil.*155. Quod item Studioso actori edendum sit ab aduersario, *Horat. Luc. priuil. ſchol.*75. *Rebuff. priuil. ſcholar.*116. *Eberh.*

Speckhan.

f *Speckhan. cent.*2. *cl.*1. *quæſt.*14. *num.*7. f *l.*6. §.1. *hoc tit.* Et qui ab iis ius cessum habent, per ea quæ *A. Fab. C. suo hoc tit. defin* 17. vid. *Old cl. act.*8. *quæſt.*5. Et hi quidem, ratione officij publici, etiam tertio edere cogebantur, *l.*10. *pr. hoc tit. & simil.* Ac *Cuiac.*10. *obſ.*14. duo edicta proposita fuisse censet: 1. quo iubetur actor reo edere. 2. quo argentarius rationes cuique suas. Inde *Muret. obſ. iur. c.*9. verbis edicti *l.*4 *pr.h.t.* voculam *cuique* interserit legens: *rationem cuique, &c.* g De argentariis eorumque officio ac fide abunde tractatum reperies apud *Cuiac.*10, *obſ.*14. *ad l.*27. *pr. de pact. & ad Nou.*136. *P. Fab.*2. *Semeſtr.*15. *pag.*243. *& seqq. R. Nam.*2. *miſc.*10. *Rauard.*1, *var.*15. *P. Aldobrandin. interpret. l.*1. *Cod. hoc tit. Cagnol. ad dict. leg.*1. *num.*78. *& sequentib. Arn. ab Haersolte aduersar. act.*14. *numer.*17. *&* 2. *sequentib. Henric. Salmuth. ad Pancirol. lib.*1. *cap* 18. *pag.*100. *Menoch. arb. cap.*91. *Fr. Munnoz. de ratiocin. cap.*11. *Speckhan. cent.*1. *quæſt.*68. Alio sensu argentarij in *leg.*1. *Cod. de exciſat. artiſ.* qui signant argentum. Et ita Argentarius pro fabro, qui operatur de argento, *Iul. Firmic. lib.*3. *cap.*4. *Lamprid. in Alex. Seru.* 1. *Aen. Iſidor. lib.*19. *cap.*7. *citante Io. Sauaroue in Comm. ad Sidon. lib.*4. *epiſt.*8. h Ad quos hoc produci vulgò obtinuit, teste *Mynſ. ad cap.*1. *de probat. num.*15. *Oldendorp. cl.*1. *act.*8. *pag.*88. *Aſin. de exſec.* §.3. *cap.*95. *numer.*1. (volens pauperi sine mercede ab his edendum esse) *A. Fab. C. suo h. t. defin.*3. *Gail.*1. *obſ.*106. *Pacian. lib.*1. *de probat. cap.*64. *num.*5. *& seqq. Fr. Pfeil. conſ.* 174. *volum.*2. requirens ad hoc. 1. vt contineat instrumentum vtilitatem petentis editionem. 2. vt eo mandante confectum sit. Nam & aliàs vt quis muneris publici ratione edat, veluti argentarius, receptius est duo requiri, & vt petens editionem mandauerit instrumentum conscribi, & vt de re sua agatur, per *l.*6. §.5. *hoc tit.* vid. *Menoch. ca.*499. *num.*15. *& seqq.* (vbi docet sufficere præsumptionem mandati, vt *& Gilken. ad leg.*1. *Cod. h. tit. num.*7. *per leg.*60. *de R. I. l. vlt. C. de fideiuſſ.*) *Moller.*5. *Semeſtr.*87. *Fachin.*11. *controu.*84. *Pacian. lib.*1. *de probat. cap.*63. *num.*1. *& sequentib. & l.*64. *num.*31. *& seqq. Cuiac.*10. *obſ.*14. *Cagnol. ad l.*1. *Cod. hoc tit. num.*34. *& seqq.* vid. tamen *Gail.*1. *obſ.*106. *num.*1. *&* 2. Sunt qui mercatores ad instar argentariorum hac necessitate obstringi volunt, vt *Bart.* & alij relati *à Menoch. d. lo. num.*17. Communem testante, ac probat *Zoan. ad l.*1. *C. h.t. num.*8. *&* 2. *seqq. Munnoz. de ratiocin. cap.*10. *num.*25. Verum cum non æque hodiè Mercatura, vt olim Argentaria, publicam causam fidemque habeat, id reprobant *Don. ad d. l.*1. *num.*4. *Bouer. ſing.*32. *num.*1. *Menoch. d. loc. num.*38. *Fachina.* 11. *contr.*89. *A. Fab. ad l.*10. §.1. *h.t.* quia nec Romæ eodem tempore, quo argentarij erant, deerant mercatores. Nec de iis quidquam vel Prætor edixit, vel Consulti dixerunt. Sed & qui diss. conclusionem suam restringunt ad libros rationum, quos palàm in officinis habent. Secus in iis, quos domi secretò habent, pro sua instructione, *Menoch. ibid. num.*39. *Zoan. d. loc. num.*11. *Pacia. d. cap.*63. *num.*12. † *Gilken. ad l.*1. *C. h.t. num.*6. cum primis hic sequendum monet, quod in regione, in quâ actum est, frequentatur. Quod si mos regionis non appareat, tunc spectandum, an libri illi fidem aliquam pro scribente faciant. Boque casu edendos, cum id familiare sit mercantibus fide interpositâ, vt rationibus id adscribi curent, † Iure Canon, quoque actori edere tenetur reus odio personæ, si fœnerator vel vsurarius, si & de vsuris exactis, seu ad earum restitutionem agatur. Qui mediante censura ecclesiastica rationes suas edere compellitur vt possit conuinci de vsuraria prauitate, *Clem.*1. §. *cæterum de vſur.* De quo & num pariter Iudæus fœnerator teneatur, vid. *Zoan. ad l.*1. *C. hoc tit. num.*10. *& seq. Cagnol. ibid. num.*69. *Mynſ. ad cap.*1. *de probat. num.*13. *Menoch. dict. cap.*499. *num.*21. *& sequentib. Raudenſ. deciſ.*7. *num.*60. *& sequentib. Carbon. Præct lib.*3. *cap.*3. *nu.*7. *Rulant. de commiſſ. p.*2. *lib.*5. *cap.*19. *n.*12. *&* 13. *Pacia. lib.*1. *de probat. cap.*63. *& sequentib. Fachina.*11. *contr.*87. Quod ad nautas, caupones ac stabularios protrahunt, *argum. l.*1. §.1. *Nautæ caup. Menoch. dict. loc. num.*26. *Mynſ. d. num.*13. Sed id displicet *Zoanetto dict. loc. num.*31. *& Fachina.* 11. *controu.*88. tum quod horum ars nõ illicita vt fœneratitia, tum quod ratio *d.* §. *cæterum,* quæ in vsurariis, quod clàm & secretò contractus ineant, in his cesset. † De publicanis idem docent relati à *Menoch. dict. num.*62. & probat *Mynſ. d. lo. Gail.* 1. *obſ.*106. *num.*13. *Pacia. d. cap.*63. *num.*89. *& seqq.* quod malè de iis ll. suspicentur *l.*12. *de Publica.* (ob fraudes eorum consuetas, de quibus *Duar. ad eum tit. D. cap.*1. *Tiraq. de Nobil. cap.*34. *numer.*32. *Marq. Freher.*2. *Parerg.*19. *Rad. Forner.*6. *rer. quotid.* 12.) Contra *Zoan. ad dict. leg.*1. *num.*28. *& seqq.* quia Publicanus non eo ipso peccat quod hoc officium gerit. Quin honestus olim & splendidus eorum ordo, vid. *Tiraq.*

*dict. cap.*34. *num.*33. *Sigon. lib.*2. *de antiq. iur. ciuil. Rom. cap.*4. *Hering. de fideiuſſ. cap.*5. *num.*11. *& seqq.* Attamen *Menoch. dict. num.*26. priorem opinionem ita admittit, si de eo ipso lis contra Publicanum, quod is de in numere suo versatus, plus æquo exegerit. † Hæreseos quoque reum teneri edere libros suspectos, *Menoch. d. lib. numer.*23. & *Ioan Nicola. Arpintensis tr. de Hæretic. no. ab.* 21. *numer.*2. (habetur tomo 2. *Prax. Ver. criminal. Franc. Mold.*) Et aliàs quoque sæpè in criminalibus Domus reorum, inquisitorum iussu improuiso perquiruntur, num litteræ aliæve ad conuincendum reum reperiri queant, vid. *Tranquill. Ambroſin. lib.*1. *Proceſſ. informatiui cap* 5. Istis verò casibus, rationibus Rei editis, conuinci potest reus ab actore, vt fides illis contra auctorem habeatur, quia non est verisimile, quod quis contra se falsò scribat; etsi pro eo non probent; *l.*7. *C. de prob. Cagnol. ad leg.*1. *C. h. t. num.*18. *Donell. ad d. l.*1. *num.* 6. *& ad l.*5. *num.*1. Nec obstat quod nuda ratio non faciat debitorem, *l. nuda* 26. *de donat.* Etsi enim ipsi non faciat cum non sit ex causis obligat, parentibus, tamen cum in rationes relatum est ex aliqua causa deberi (ex. gr. mutui) fides huius causæ aduersus debitorem peti potest, *Donell. d. num.*6. *A. Fab. ad l.*4. §.1. *h.t.* Aliud enim est constituere, aliud verò debiti, aut soluti adferre probationem, *Donell. ad d. l.*5. *C. h.t. num.*2. Quando tamen actor tali libro rationum edito vtitur pro se, tenetur quoque acceptæ contra se, in capitulis connexis, arg. *l. Caius* 11. §.1. *de vſur. l.*16. *in fin. de adminiſtr. tut. Cagnol. ad d.l.*1. *num.*20. † Edenda autem ratio à capite, nam ni inspiciatur, scilicet ita (in manuscripto veteri notat *Hot.*8. *obſ.*15. legi *ratio niſi à capite, &c.* Sed parum refert) intelligi non potest, non tamen vt totus Codex, sed ea pars rationum, quæ ad instruendum pertinet, inspiciatur & describatur, *l.*10. §.2. *h.t. Cagnol. ad l.*1. *C. h. t. num.*33. Sed hoc in argentario, qui plurium rationes vno libro complexus est, quod & in mercatorum libris locum inueniet, vid. *Frideric lib.*2. *de Mand. iud. cap.*49. *num.*11. & 12. In iudiciis autem generalibus, tutelæ, pro socio, solenne est rotum librum rationum edi; *L. Lucius* 46. §.5. *de adminiſtr. tut. Cuiac. conſul.*29. *addant. not. cap. præced. lit. N.* i vid. *Zoanett. ad l.*1. *C. h.t. num.*33. *& sequent. Munnoz. de ratiocinijs adminiſtr. cap.* 10. *& passim Frider.*2. *de mandat. iud. cap.*49. Sed hi tenentur propriis actionibus. *dict. leg.*9. *pr.* vid. *Cuiac.*10. *obſ.* 14. *Donell. ad leg.*1. *Cod. hoc tit. numer.*9. *Gæd. ad leg.*89. §. *vltim. de Verb. ſig. num.* 4. fusè ac singulatim *Rulant. de commiſſar. p.*2. *lib.*5. *cap.*17. *num.*7. *& seqq.* Alij verò, quibus ex edicto edendi necessitas, metu actionis in factum, *dict. l* 9. *pr.* Priùs enim officium iudicis imploratur, qui re summatim cognita edi iubet. Et si non pareat iussus, tunc demum actio in factum, *Mynſ. ad cap.*1. *de probat. numer.*29. *& seq. Oldend. cl.*1. *act.*8. *q.*4. *Gæd. d. n.*4. *Carbon. Præct. lib.*3. *cap.*3. *num.*22. & plures citati à *Rulant. p.*2. *lib.*5. *cap.*17. *Meich. tom.*3. *deciſ. Cam.*24. Quam opinionem communem propugnant *Bellon.*2. *Supput.*11. *n.*2. *&* 4. *& Fachin.*11. *contr.*90. etsi Bellonum refellere nitatur *Zoan. ad rub. C. h.t. num.*21. *& seqq.* in id quòd interfuit, *l.*6. §.4. *h.t.* tunc cum decerneretur, non quod hodie interest *l.* 8. §. 1. *h.t.* Quod explic. *l.*10. §. *vlt. h.t.* Quod interesse verè probandum *d. §. vlt.* non iureiur. in litem, *Bellon. d. n.*3. Dices. At quomodo probari potest quod interfit, nisi probato debito. Quod si potest aliunde probari debitum, superuacua fuit editio, ideoque impunis recusatio. Rectè in *d.* §. *vlt.* si ob non edita instrumenta rem amisimus, potest esse vt postea, vndecumque illa nacti, vel aliis probationibus quibus antea caruimus, istud probemus, *Don. ad l.*1. *C. h.t. n.*8. Officij autem iudicis imprecationi subnecti posse sub conditione, si non ediderit actionem hanc, & eod. libello proponi, *Myn. ad d. c.*1. *n.*32. Obi. At cur argentarius nõ tenetur mandati, cum non edat, nisi rationes quas mandante eo tractauit, qui edi petit. Resp. *Cuiac.*10. *obſ.*14. Mandati act. non tenetur omnis, cui mandatum est, sed Procurator, qui alienã negocia administrauit. Conscribere autem qui rationes non est administrare negotia. Vereor vt appositè. Planè si suscepto mandato argentarius rationem non conscripserit, mandati tenetur, quanti rationem scripram esse interest, *P. Aldobrand. in l.*1. *C. hoc t. pag.*12. Aliam quoque hic pœnam in potestate iudicis esse vult *Donell d.n.*8. vt iussus edere detrectans habeatur pro conuicto, per *l.*2. §.1. *de iur. fiſc iunct. l.*10. *in fin. C de probat.* Sed & in vsu sunt mandata compulsoriala pro editione, *de quib. Frid.*2. *de Mand. iudic.*47. *& seq. Rulant. de commiſſ p.*2. *lib.*5. *c.*17. *n.*12. *& sequentib.* Quibus casibus alius priuatus, qui nec agit, nec conuenitur, edere compellatur, vid. *Frid.* 2. *de Mand. iudic.* 48. *num.*11. *Pacia.*1. *de prob.*66. *num.*85. *Mynſ. ad d. c.*1. *de probat. nu.*26. *&* 2. *seqq., Moller.*5.

k *Semestr.87.* k *l.19.§.4.de qq.c.1.extra de probat.* Adhæc iniquum arcana domus, aliis prodere cogi, quæ his rationibus contineri possunt, nec temerè publicanda. Aliàs hinc sæpè cauillandi occasio non veritatis indagi præberetur. Posset & quis vel ideò calumniosam actionem intendere, vt arcana ædium alterius scrutetur, *Gilk. ad l.1.C.h.tit.num.23. & ad leg.vlt.n.2.* Equidem iniquum esset hoc negare actori, si constaret rationibus Rei scriptum quod debeat. At quia de eo non constat, iniquum foret, si sua altera communicare cogeretur inuitus, *Don.ad l.11.C.h.t.n.9.* vt & hoc iuri aduersum, vt actore non probante reus quidquam præstet, *l.4.C.h.tit.vbi Don.num.4.* Planè si instrumentum subtractum reo ab alio, bona fide ad creditorem, ersi per manus furis, peruenerit, ex eo rectè agi iudicatum refert, licet aliud sit, si ipse subtraxerit, *A.Fab. C.suo h.t. defin.9.* Obi. Atqui reus tenetur respondere positionibus, *c.2. de confess. in 6. Clem.sapè 2. §.quia de V.S.* & ita adigitur, vt sua se voce impugnet. Resp. Planè Positionum vsum post instructum iudicium, consuetudo, non ratio iuris defendit, *vt Mynsi. ad c.1. de probat.num.10. & Gilken.ad leg.1.Cod.h.tit.n.21. Zoanett.ibid.num.5.& Cagnol.n.28.Iac.Schult. alios citans obs.forensi 4.num.19.* (idemque in foro Sax. contrario vsu sublatus post *Fachs. diff.48. Schult. dict. obs.4. num.10.& seqq.*) Non tamen ideò hoc ius correctum ceu correcta ratione, vt olim *Cur. ref.Cagnol.dict. loc.num.27.* & nuperiùs *Io.Bapt.Plot.de in lit.iur.§.23. num.5.* Neque enim obscuræ inter hæc duo differ. quas exponunt *Zoan. ibid. num.4. Gilken. & Mynsi. dd. loc. Cagnol. in d. l.1. num.35. &* l *seqq. Fachin.11.contr.83.* l De hoc fusè *Don. noster ad d. l. vlt.nu.2. & seqq.* Summa hæc: Ratio diff. duplex innuitur *dict.leg.vlt.* 1. à fine personarum actoris & rei. Hic coactus petit sibi edi, non ad lædendum, sed ad tuendum se & muniendum. Naturalis autem pro laborantibus fauor, *Quintil.lib.4.c.1.l.47. de O. & A.* (ita idem ad *l.4. C.de fid instr.n.9.* Actor postulans editionem, id agit vt reo negotium facessat: Reus verò, ne sibi negotium iniustè facessatur) 2. à dolo, qui est in actore, editionem negante, non in reo. Et hæc ratio præcipua. Obi. Quomodo in dolo actor, dum rationes suas retinet. Immò iure suo vtitur, tum quia dominus est. Ergo per *l.21.C.Mand.* tum ne cogatur se lædere. Resp. *Don.n.4.* Dolus ita arguitur, quod facit contra id quod recipit agendo, dum affir. verum esse quod intendit, eiusque probationem suscepit. Quo ipso nihil, vnde de re controu. constare queat, reiicit, aliàs intentioni ipse suæ aduersabitur. Deinde cum, exempli gratia, qui petit 10. ex mutuo, reum excipientem, exempli gratia, se soluisse, non audit, exigit veritatem defensionis à reo. Eam igitur ipseque in intentione sua præstet, vt nihil omninò recuset, ex quo fides veri habeatur, quod quidem sibi suspectum non sit. Rationes autem propriæ vt sint suspectæ, esse non potest. At dicis, domini est de re sua vt vult statuere. R. Rectè, nisi facto suo id amiserit, Ita hic facto suo, agendo, edendi necessitatem sibi actor imposuit. Alia ratio Rei, quia is negando onus probandi non suscepit, sed remouit. † Cæterum cum *d.l.vlt.* non oportere originem petitionis fundari instrumentis Rei dicat, cumque in excepti. reo quoque edendi necessitas sit, vt ẽ *lit.A.* hinc nostri inquirunt, an vt actor ad exceptionem, ita quoque reus excipiens ad replicationem fundandam edere teneatur? Quod *Bart.* & Dd. vulgò, *Bouer sing.32.n.3.& num.9. Menoch. arb. ca.499. num.86. P.Fab.ad leg.92.de R.I. pag.422. Pacia.l.b.1. de probat.c.63. num.115.& seqq.* aff. quin & nonnulli ad triplicationem producunt, *Oldend.cl.1. act.8.pag.86. Mynsi. ad c.1.extr. de probat.n.19.* & quos refert *Gilken. ad leg.vlt. Cod.h.t. num.10.* hoc confirmans 5. rationibus *num.13.& seqq.* vbi receptiorem æquioremque hanc opinionem esse statuit: Nituntur præcipuè verbis *d l.vlt.* originem petitionis itemque *l. pen. §.vlt.ad l.Falcid.* & quod æquè non potuerit diuinare actor, quæ replicatio sibi obiicienda, nec de eo se maturè instruere. Negat autem *Don.ad d.l.vlt. n.9. post Fulgos.lib.n.3.& Salicet.n.9.* 1. per eadem verba: originem petitionis. Quorsum enim replicatio, nisi vt, except. per eam submota, fundetur, id est, stabiliatur, origo petitionis aliàs ruitura. 2. Quis neget quin in replicatione verè sit actor, *l.30. §.vlt. de pecul.* Ergo iure actoris vtatur, proinde reo non probante reus, etsi nihil præstet, & si nec edat quidquam absoluatur. *Ad d.l.pen. §.vlt.* R. Donel. ibi heres reus edit legatariis, non ad fundandam replicationem, quæ illic nulla, sed ad expediendam fidem exceptionis. Et ibid. etiam alia instrumenta quàm rationes eduntur ideò, quia illis se tuebatur reus iis vtendo. Etsi verò replicatio species exceptionis *l.2. §.1. de except.* dissimilis tamen, ab actore, spectans non ad tuendum sed lædendum. Planè si ex eo ipso instrumento quo reus excepti onem fundat, replicationem procare velit actor, audiendus est, quia instrumenta integra edenda, *l.1.§.pe.h.t. P.Buss. ad l.3.h.t.n.8.* † Vbi autem confessione rei vel probatione actoris fundata eius intentio, esto circa quædam incidentia dubio, ad intentionem adiuuandum reum edere teneri volunt. Veluti vindicaui fundum 10. iugerum. Fateris me dominum, vel ego probaui, sed negas modum mensuram. Rectè peto instrumenta abs te edi, quibus contineantur fines agri & numerus iugerum, ita per *l.Titius 48. de act. empt. l.91. §.Titio 3. de leg.3. Bouer. sing.32. num.3. Zas. Par. D.h.tit. num.7. Menoch.ca.499.n.83. Mynsing.ad c.1.de probat.n.18. Gilken.ad l.vlt.C.h.tit.num.15. & 16. Bronch.2.ass.94. Rulant.de commissar.p.2.lib.5.c.19.num.14. Meichsner. tomo 3. decis.Cam.13.num.225. Anton.Fab.C.suo h.t. defin.1. Pacia. lib 1.de probat.c.63.n.99. & seqq.* Confer. omninò *Valasc. iur.emphyt.q.8. Frider. Martini de iur.censuum c.7.num.241. & seqq.* Sic si agos ex chirographo, tu manum vel sigillum tuum insciaris, &c. *Mynsing. d.n.18.* post *Old. cl.1. act.8. pag.86.* Sic cognito de fideicommissi iure cogitur heres rogatus omnia instrumenta, ad hereditatis causam pertinentia, edere, vt inde constet, quæ sint bona hereditaria, fideicommisso obnoxia, *Ant.Fab.C.suo h.tit.defin.14.* Secus est, si semplenè tantùm reus probauit, *Menoch.d.loc.n.84.* Ex æquirate tamen vbi iudex veritatem periclitari intelligit, posse illum officio suo iniungere reo editionem, vbi actori probationes fuerunt, quarum copia periit *Oldend. d. act.8. pag.86. Mynsi.ad d.c.1.n.17.* Veluti si rationes & instrumenta sua actor casu & citra culpam amisit. De quo fusè *Menoch.arb.ca.499.num.55.& seqq. Pacia.de probat.lib.1.c.63. num.153.& seqq.* add. *Asin.vt s.lit. C. in fin.* Alleganti autem causam, cur reus edere debeat probandi onus, vid. *Cagnol.ad l.1.C.h.t.n.29.& seq. Paciam. lib.1.de probat. c.62.*

CAPVT VIII.

Editio publicorum actorum.

DE ACTIS verò PVBLICIS VERBA HÆC *l.2. C.h.t.* Is apud quem res agitur, id est, IVDEX ACTA, id est, instrumenta & tabulas in quibus acta perscribuntur *l.45.& seq.de re iud.* PVBLICA, quia præscribuntur auctore eo cuius persona publica: Vnde & auctoritas illis publica, vt inter omnes personas fidem faciat, *l.vlt.C.de re iud.l.31.C. de donat.* TAM CIVILIA *in re pecuniariâ l.vlt.de furt.iunct.l.vlt.de priuat. delict.* QVAM CRIMINALIA, quæ opponuntur, quia in illis agit ciuis cum ciue, in his Respubl. cum ciue, cum vindictæ criminis Reipùblicæ vtilitatem spectet, EXHIBERI INSPICIENDA IVBEBIT. a Cui? Sibi si videtur *l.9.C.de iudic.* maximè si mortuo iudici successit, arg. *leg.60.D.eod.* item alterutri litigatorum postulanti, quia acta quodammodo communia litigantium & iudicis, arg. *l.45.pr. de re iud.* Quid si iam ante exemplum ab Actuario datum? Non aliter edi iubeat quàm ex causâ, arg. *l.6. §.vlt. & l.seq.h.tit.* A quo? A litigatorum vno, si apud eum erunt. Maximè verò ab actuario, cuius officium publicam causam habet. b Edictum itaque de edendis iis tantum quibus actor vsurus, ad priuata solùm & propria instrumenta pertinet, non ad publica quoque & communia.

NOTATA.

a De hac editione plura, quæ subnotare possem, habeo. Sed quia vbique copioso esse non licet, remitto ad *Vasq. Don. Zoan. & Gilken. ad l.2. C.h.t. Bellon.2. Supputat.12. Marant. Specul.p.6.act.10. Parlad.rer. quotid.9. Pacia. lib.1. de probat.c.65. Petr. Frider. lib.2.de Mand.iud. c.47. & seqq. & c.66.* vsque ad *nu.6. Scaccia 1.de indic.100. Kender. de Restitutione concluf.152.num.12. Rulant. de commiss.p.2. lib.5.c.19. n.16.& seqq. Gail.1.obs.106.& 134. Guid.Pap.dec.12.& dec.241.& seq.10. Meichsner.lib.1.decis.Cam.14.nu.5.& seqq. Mynsi.1.obs.11.& ad c.1.de probat.n.39.* vbi quod cum die & Consule edi debeant. b vid. *Cacheran.dec.16. & dec.57.* ac confer. *Menoch.arbit.casu 370.* Bellè de actuariis tractat *Langl.4.Semestr.6.* Protocollum vt Notarius exhibere teneatur, vid. *Anton.Sola ad Constit.antiq.Sabaud.rub.de Protocolli exhibitione.* Quod acta pauperi gratis edëda, *Pruckm. consil.*

consil.16.n.19. Ventura de Valentiis Parthen. litigiosi lib.2.c.9. n.27. arg. Nou.17.c.3. Consilia iuris & allegationes vti edi debeant, consule *Menoch. arb. cas.175. Gilken. ad l.2.C.h.t. n.6. & seqq.* Scaccia 1. *de iudic.* 100. *n.14.*

CAPVT IX.

Cautio iudicio sisti.

IN IVS ITA VOCATVS REVS ET ACTIONE EDITA spatio dato ad deliberandum, de quo supr. *c.2.in fin.* a CAVERE DEBET, SE post id tempus ad constitutum diem IVDICIO STITVRVM. b Vnde lis constituta absolutè *Petron. Arbitr.* b Huc enim spectat cautio vt eâ, ac vt veteres vadimonio abstrictus, metu periculi ex cautione desertâ imminentis, iudicio se suâ die sisteret, de quo *titul.D.in ius voc. & seqq.* vsque ad *titul. de edend.* Hinc edicto cautum, quis fideiussor acciperetur, *leg.2. §.2. & seq. Qui, sat. cog. l.1.l.2.in ius voc.vt eant,* ad quid teneatur, qui promisit, *l.2.§.vlt.Qui sat.cog.* Quid si iustâ causâ impeditus *t.Si quis caut.* Sistere se est in locum aliquem venire, vt ibi consistat. Et hîc sistere se iudicio est sistere se in iure, vt reus iudicium ibi accipiat, seu patiatur litem secum contestari *leg.10.in fi. Si quis caut.* aut secum agendi potestatem faciat *leg.8.d.t.* Eodem sensu ad iudicium venire vel occurrere, *l.2.§.2.& vlt.l.5. §.1.d.t.* c Quod qui facit, hac stipulatione iure liberatur. Nec amplius quid exigitur. Justin. tamen *in §.4.Instit.de satisd.* exigit, vt & promittat reus se permansurum in iudicio vsque ad terminum litis. Cui bono non apparet, cum lite semel contestatâ, absente quoque reo, cognosci & iudicari possit. d CAVTIO HÆC, PRO CONDITIONE PERSONÆ, DIVERSA EST, *§.2.Instit.de satisd.* modò nuda cautio, modò iuratoria, modò satisdatio, *rub. D. qui sat. cog.* e Nam IMMOBILIA POSSIDENTES SATISDARE NON COGVNTVR, *l.15.pr.d.t.* f Qui illi sint explic. *d.l.15.§.1.& seqq.* g Sed ex iis quidam nudam cautionem præstant: Parentes & patroni, arg. *l.34.§.4. de iurei. vid.infr.lib.24.c.21.lit.E.* h Alij omnes iuratoriam. Etsi enim nihil de hoc nominatim cautum, tamen si à quibusdam hæc exigitur, vt prob. *d.rub. D. Qui sat.cog.* nil causæ est, cur non ab omnibus exigatur, i nisi quibus iusiurandum remittitur. NON POSSIDENTES verò COGVNTVR. k Et ex his NECESSARIÆ PERSONÆ PER QVALEMCVMQVE. l RELIQVI PER LOCVPLETEM, *l.1.& 2.D.in ius voc. vt eant, l.2.§.2.Qui satis.cog.* Quis idoneus est in *d.l.2.* m Quis si dubitetur, an sit, in *l.9.d.t.* Quid si idoneus est non acceptus, *l.5.§.1.* n Quid si reus eo loco dare nequeat, *l.7.§.1.d.t.* o & alia inde petenda. Euentus stipulationis. Si non steterit, tenetur, tum ipse, tum eius fideiussores, in id quod interest, *l.vlt. si quis in ius voc.* quod veritatem continet, non quantitatem quæ debetur, pro varietate actionum, P non certam, quæ velut pœna iniungatur, nisi certa, pœnæ nomine, promissa sit. q Eodem modo tenetur fideiussor, *d.§. vlt.* Nisi reus necessariâ causâ se sistere prohibitus *t.t.D.Si quis caut.* r Vbi notandæ locutiones veterum. Reus ita promittens dicebatur vadari passiuè, id est, obstringi, *Fulgent. lib. de prisco sermone*, à vadendo, id est, eundo in iudicium. Cautio ipsa vadimonium quasi promissio de vadendo. Et reus dicebatur vadimonium promittere, actor accipere, item vadari actiuè, *Horat.1.Sat.9.* & casu tunc respondere vadato debebat. Fideiussores ita dati vades. Qui cautioni obtemperabat dictus obire (q.ire ob) vadimonium. Qui non parebat, deserere vadimonium. Et quæ pœna desertionis *in l.5.§.1.si quis caut.* vocabatur deserti

vadimonij, *Cic. in Quintianâ & passim Budæ. in annot. ad Pand.* s Et hæc vis cautionis præstitæ. NI CAVEAT REVS, STATIM IRE IVBETVR. Defertur enim ei conditio, vt aut caueat, aut in ius eat, *t. D. In ius voc. vt eant.* Et nisi sequatur, ius est actori priuato ducere in ius & trahere inuitum, t si extra domum conspiciatur. De domo suâ in ius vocare nullum licet, *l.18. & seq.de in ius voc.* id est, extrahere & ducere, u vid. *Duar.1.disp.1.* Hinc consequens, vt prætor eum, cui hanc ducendi potestatem tribuit tueretur. Inde edixit, vt tit. *Ne quis eum, qui in ius voc.vi ex.* x Vbi vis non infertur reo, qui volens discedit, sed actori ducenti. Hinc cum hęc ductio non parum dedecoris haberet, contentumque eius, qui ducebatur, argueret, Prætor quosdam in totum, quosdam sine permissu suo in ius vocari vetuit, vid. *supr. c.2. lit.Z.* Sed videtur iniqua, aut superuacua hæc ductio. Nam aut ideo in iudicium venire cogitur, vt litem contestetur. At hoc est contra edictum, quod iubet ita edi actionem, vt scire possit cedere, an contendere debeat. Aut vt edatur actio, at hoc extra ius transigi potest. y. Immò hoc consilio duci solitus, vt litem contestari cogeretur, *Nou.53.c.3.* Neque in eo iniuria fit reo, quod imparatus id facere debet. De se enim queratur, cur non cauerit. Quamuis humanius fortè, vt apud Prætorem cauere paratо, dilatio ad deliberandum petita non negetur. Sed quis non modò ductionum, sed & cautionum vsus, aut cur rebus non necessariis oneratur actor. Cur non potius absente reo frustratore de causâ cognoscitur & iudicatur. z. Lite non contestatâ non potest de re iudicari. *Nou. 53. c.4. tit. ext. vt lit. non cont. non proced.* y quia nullum iudicium est, cum ab ea incipiat, vt infr. & per eam res in iudicium deducatur, *l.vn. C. de lit. coni.* Quare quibus locis ita ius est, vt in Gallia obtinet, vt siue vocatus veniat siue non, iudex cognoscere & sententiam ferre possit, nullus huius vel cautionis vel ductionis vsus, aut vtilitas. z Totusque hic ordo superuacuus.

NOTATA.

a Quamquam *Cui.in Nouel.53.pag mihi 191.* velit, reum debere statim, atque accepit libellum conuentionis (& sic ante tempus datum deliberationi) præstare cautionem personalem iudicio sisti. Quam personalem dici scribit ad differ. satisdat. iudicatum solui, quæ de re est non personа. b De die autem eo conuenire soler. &c. *l.8. pr. Qui sat. cog. vbi Cuiac.22.obs.26. & Anton.Fab. in rational. ibid.* verba extrema *moderato, &c.* à Tribon adsuta esse censent. Quod non probandum, vid. *Menoch. arb.ca.54. Oldend. cl.1.act 6. q.8.pag.59. & in tab.actionum.pag.1150. Gœd. ad l.3.pr.de V. S. num.20.& seqq. & Pac.1.enant.quæst.76.* c Sed & sistere reum fideiussor dicitur ac exhibere *l.10. pr. Si quis caut. l.pen.God.de fideiuss.* vid. *Old.cl.1.act.1.princ.* d ita, & verbis Donelli vsurpatis, *Caspar Schefordeber. lib.1. ad Anton. Fab.tr.4.q.4.sub fin.* Male. Etsi enim absente reo postea, cognosci possit, non tamen ita commodè, ac immò & post litem contestatam cogitur se præsentare reus vid. *not. J. lit.Z.* Planè & post litem contestatam fideiussorem exercitationis litis rectè accipi probat *l.8. §.3. de fidei.* Et notat *Roder.Suarez in l.2.fori tit.de Comperendinationib.num.28.* cautum esse debere iudicem, vt curet promitti à fideiussore sisti reum, quoties cumque petitum fuerit, donec omnimodò lis finiatur, de quo fusè tractat ibid. *num.31.& seqq.* add. *Hering. de fidei.c.20.§.9.num.9.& seqq.* ibique ab eo citati. Enimuerò *Valasc.tomo 1.consult.66. num.10. & seqq.* duplicem iudicio sisti cautionem agnoscit. 1. de quâ *tit. In ius voc.vt eant. &c.* quæ euanescat reo primum in iudicio comparente. 2. de qua *tit. Qui satisdar.cog.* quæ non nisi latâ sententiâ *d.l.8. §.3. de fid.iuss.* vt nempe illic ad initium solum & primum actum, hic ad omnes reliquos actus iudicij exhibere reum teneatur. Quomodo & *Anton.Fab.ad leg. vltim.Si quis in ius voc. & ad l.1. In ius voc. vt eant & ad l.8.pr. Qui satisd.cog.* aliam esse cautionē de sistendo in iure apud Prætorem, aliam iudicio sisti apud pedaneum iudicem, De illa *dict.tit. In ius voc. eant.* de hac *dict.tit. Qui sat. cog.* Atque hoc differre *tit. Ne quis eum qui in ius voc.* à titulo *de eo*

per quem fact. erit. Verum fallitur Faber dum putat verbis *iudicio sisti*, non posse contineri Prætoris tribunal. Nam præterquam quod resistant *leg.1.d.tit. Si quis in ius voc. & l.1. In ius voc. vt eant*, quibus clarè dicitur iudicio sistendi caussâ (Quas alienas esse ab illis titulis, eo'que tit. à Tribon. male accepros esse, malo more, Faber contendit) apertissimè refellitur ex *l. 5, §. 1. Qui sat. cog.* vbi primò dicitur *iudicio sistendi*, & subditur tamen duci in ius. Et ex *l.1.pr.Si ex nox.ca.ag.* apparet vim cautionis iudicio sisti, esse quoque antequam iudicium accipiatur. Falsò itaque Anton. Fab. omnem eius vim esse post litem contestatam. Alia denique differentia *tit. Ne quis cum qui in ius*, ab alio tit. *de eo per quem fact.* Nempè illius tit. edicto coërcetur, eximens eum qui ducitur, quia non satisfecit, aut sponte quidem, † vt *leg.4. dict. tit.* sed non præstitâ cautione. Huius verò edicti de eo qui impedit, ne qui satisfecit cautioni ac promissioni suæ pareat. e Cautionis nomen generale. Quo absolutè posito, nuda promissio significatur, *leg. sanctimus 3. Cod. de V. S.* Et ita in *leg. 25. §.1. circ. fin. leg. 33. §. 3. Cod. de Episc. & Cler. Harprecht. ad princ. & §. 1. Instit. de satisd. numer. 6.* Sed cum sufficiens plena vel idonea requiritur, non nisi pigneratitia vel fideiussoria, *Corset. singul. 42. Gail. 2. obs. 47. numer. 4. & de arrest. imperij. cap. 3. numer. 4. & seqq. Menoch. arb. cap. 142. Bronch. 1. ass. 25. Hering. de fideiuss. cap. 5. num. 92. Ayrer. Proces. p.1. cap.10. observ. 2. numer.2. per l. 59. §. vltim. Mand. cap. ad nostram 7. de iurei. Pac. leg. 188. §.1. de V.S.* f Non tam quod hîc pro prædiis prædia habeantur, quodque tam per bonorum hanc possessionem, quàm per dationem ædilitiorum, consulatur actori, cum si malitiosè frustretur reus, bona in pignoris caussam capi & distrahi possint, vt *Vvesenb. Parat. h. t. nu.11. P. Heig. p. 1. quæst. 36. num. 25. & seqq. Anne. Robert. 4. rer indic. 11. Anton. Fab. ad d. l.15. pr.* Hæc enim ratio aliis quoque cautionibus prætoris communis, cum tamen regula *dict. leg. 15.* ad solam iudicio sisti pertineat, *Pac. 1. enant. quæst. 68.* Et aduersatur huic rationi species, *dict. leg. 15 §.3. vt Suarez. loc. mox citando.* Quàm quia satisdatio iniungitur, ne reus, ante litis contestationem fugiens, sententiam ferri impediat, *vt ſ lit. Y.* Quæ suspicio fugę hic cessat post *Bart.* & alios *Rod.Suarez. in leg.2. fori tit. de Comperendinationib. princip. num. 3. & num. 12. Peregrin. Iannin de Citat. reali lib.1.cap.2.num.157. Sich. ad auth. offeratur. C. de lit. cont. num.18. Valasc. cons. 66. num. 5. Pac. d. q.68.* cum res soli amoueri nequeant, *Io. Robert.3.Sent.21.* Alia mobilium ratio, non quod par affectio in eas non cadat, vt *Iannin.d.cap.12 num.158.* sed quia celari facilè ac deperdi possunt, *Ant. Fab. d. loc.* nec minus de fugâ suspectus debitor, cum easdem aliò transferre possit. Quare aliud in mobilibus iis, quæ occultari vel loco moueri facilè & clanculum nequeunt, vt si mercatori merces plures possideat, tabernam habens in loco publico, quæ secretò exhauriri nequeat, maximè si & intricatus sit nominibus debitorum vid. post *Bart. ad d. l. 15, n.5. Sich. d. num. 18. Iannin. d. cap. 2. num. 161. Duar. d. loc. num. 12. Damhuder praxi ciu. cap.99. num.9 Lancel. Conrad. de off. pret. in cauſſ. ciuil. v. Satisdatio num. 7. Harpr. in §.2. Instit. de satisd. numer.18. Ayrer. p. 1. cap. 10. obs.3. num.18. & seqq. Iac. Schult. obs. forens. 19.* quem adi. addat. in simili *Menoch. arb. cap. 87. num. 12.* Tametsi aliàs merces immobilium loco non habendæ, de quo *P. Heig. p.2. quæst. 15.* g Quo de fusè *Suar. d. tit. princip. & §. ulterius quæritur 1. Ayrer. d. cap. 10. observ. 3.* Qui autem vsumfr. solum habet, possessor hic non habetur, *d. l. 15. §. 1. in fin.* Etsi enim vendi possit, non tamen tanquam quid immobile, sed vt ius fundi, quod & pluribus modis amitti potest, & facilius quam ipsæ res mobiles *A. Fab. ibid. Ayrer. dict. obs.3. num. 50. Val. Guil. Forst. lib.2. de interpretat. iur. cap.1. §.obiicio. num.11. Iac. Schult. obs. forens. 24. num. 37.* Quamuis hoc concoquere non valeat *Valasc. d. consul. 66. num.23. & seqq.* adeo vt *num. 27.* audenter censeat subtilitatem hanc Iurisconsultorum illis reliquendam esse, *l.20. de ll.* & idem *n. 28.* debere immò vsumfr. excusare, si non sit modici temporis. Et *Suar. d. t. pr. num. 27.* satisdar. cuitari, si vsusfr. ita pinguis, vt fugæ suspicio cesset, quod iudicis sit arbitrari. Sed adi & audi *Iac. Schult. obs. forens 23. num. 59.* Sanè cui annui reditus sunt, qui ex re immobili præstantur pro immobilium possessore vulgò hic habetur, modò in perpetuum, vel tempus non modicum debeantur, *Marc. Mantua. sing. 49. Suarez d. t. num.28. Valasc. d. cons.66. num 30. Gail. 2. obs.10. nu.6. Mynſ.1. obs 69. num.3. & 4. ac num.12. Harpr. ad §.2. Instit. de satisd. num.17. Ayrer. obs.3. numer.12. & seqq.* licet aliquando in Curiâ Lipsiensi aliter iudicatum *Moller. ad Nou. Elect. Sax. 5.p.1. num.15.* Et pro negoc. pluribus pugnat *Iac. Schult. obser. forensi 24.* declarans tamen ibid. *num.50.* nisi reditus illi magni momenti vt ex iis solis viuat, & cesset fugæ suspicio, arg. *not. lit. præced. sub fin.* Feudales quoque res hanc excusationem præstare satis adstruit *Zanger. 2. de exc. 21. num.28. & seqq.* Sed & quod de creditore habetur *dict. leg.15. §.2.* rationem habet 1. quia ius pignoris solutione tolli potest, *Ayrer. d. observ.3.n.46.* & fructus possessi cedit commodo debitoris, *Gæd. de sequestr. cap.2. num.7.* sed id restringit *Suar.d.loc.num.26.1.* nisi in pignore eo spes luitionis cesset, Et *Zanger.d.cap 21.num.34.* excipit, nisi tanti fundus pignoratus quanti valet. arg. *l.101. pr. vers. si modò de leg.3. ac Ayrer. d. observ.3. nu.48.* 2. nisi conueniatur solùm super re pignoratâ, † In fundo dotali pro possessore hîc vterque coniugum, *d. leg.15. §.3.* (Vbi *Cuiac.10.observ.32.* pro *possessionem* substituit petitionem, sed malè.) Idem in muliere, cui dotalitium in fundo, adstruit *Zang. d.cap.21. num.33.* quia alia, ait, huius ratio, quàm creditoris, qui fructus suos non facit, sed debito imputat. Mihi contra videtur, quia hoc ius valdè affine vsufructui. † Quin & rei litigiosæ possessio satisdatione releuat. Quod vtique admittunt, quoad caussam aliam, lite scilicet rei ab alio motâ, *Suar. dict. princ. num. 20. Ayrer. dict. observ.3. num.9.* etsi sententia contra possessorem dicta, modò ab eâ appellauerit, *d. l. 15. §.6.* Quia appellatio extinguit iudicatum, reducens omnia ad terminos litis contestatæ, *Anton. Fab. ibid.* Quid si appellatio deserta ? Adhuc idem vult *gl.* Sed reprobat post *Bart. Suar. dict. pr num.22.* Quia *d. §. pen.* à contrario arg. præbet, si non appellatum sit, nec haberi pro possessore. Idem ergo lapsis fatalibus appellationis. Adhæc desertâ appellatione non cessat suspicio fugæ. Nec obst. quod quæstio dominij non potest ab alio quàm domino referri. Eâ enim ratione creditor quoque & fructuarius à satisdatione immunes essent. Et dato eo sufficit, quod absit fugæ suspicio. Quare & alium malæ fidei possessorem hoc onere non liberari statuit idem *Suar. n. 23. & Ayrer.* post alios *d. obs.3. num.40.* quia cum is sciat rem alienam esse, facilè eam dimittet, nec cessat fugæ suspicio. Nec obst. *d. §. pen.* quia potest esse, vt vnâ sententiâ victus habeat bonam fidem & sententiam iniquam putet. Sed & si quis semel ante contumax postea hanc satisdationem non euitat, vid. *Iannin.d. cap.2.num.162. Ayrer. d.obs.3.num.39.* Quid autem si de eâ ipsâ re immobili lite pulsetur, aliam non possidens ? Satisdatio iniungitur ex communi opinione, teste *Valasco d.cons.66. num.8. Ayrer.d.cap.10. obs.3. num.9. & obs.5.n.1.* cum quâ transit *Iac. Schult.q.pract.13.num 2.* Pro quibus facit *l.8. §.1.l.11. Qui sat. cog.* contra tamen *Accurs.* & alij ref. eod. *Valasco & probante d.loc.nu.39.* Verùm *Suarez d. princ. n.31. post Ang.* ita scitè conciliat. Euitatur satisdatio, si de eâ re solâ conueniatur, quia vix est, vt credi debeat rem litis caussâ deserturus, cuius vtique traditione liberari potest. Quod si præter rem accessiones eiusdem, fructus, &c. petantur, ea que tor, vnde fugæ suspicio probabilis, secus est. Nisi fortè dubiæ fidei reus. Quo casu non satis consultum esset actori. Licet enim res auferri nequeat, eâ tamen malè vti potest. *Rob.3. Sent.21.* Cæterùm *d.l.8.§.1.* vel de alia, quàm iudicio sisti, cautione acceptâ potest, vel de hac à volente præstita sponte *Pac.1.enant. 68.* † Numquid autem oportet bona immobilia rei de qua agitur, æstimationi respondeant ? Ita volunt *Accurs.in dict. leg.15.* & sequaces *Anton. Fab. ibid. Valasc. d. consult. 66. num.6. Harprecht. ad §.2. Instit. de satisdat. numer.17. Iannin. d. cap.2. numer. 157. Coler. ad cap.2. & cap. dilecti extr. de except. num.16.* per *leg. 234. §.1. de V.S.* Vt si in plus conueniatur possessio prosit ad concurrentem vsque æstimationem, satisdetur autem de eo in quo excedit *Reinhard.inter differ. Zobel.10. parte 1. num.6. arg. l.76. de R.V.* Attamen *Suarez d. princip. n.17.* hoc non esse necessarium, modò tanta sint, vnde præsumptio fugæ excludatur. Quod Iudicis arbitrio tribuit. Immò contrà, etsi litis æstimationi sufficiat, non releuare statuit. Quid enim si pro executione vendi debeant, & subhastationis aliisque sumptibus detractis, non satis supersit indicato faciendo. (Eadem forsan moderatio adhibenda, si possessor pretium rerum non exsoluerit, vbi satisdationem remitti sæpius iudicatum, *refer. Moller. ad Nou. Sax. 5.p.1, num.11.*) Ibid. *num.19. Suarez* satis esse putat, si cesset suspicio fugæ vsque ad litis contestationem. Quia si postea fugerit contra absentem, ad sententiam vsque, procedi potest. Iure Saxonico satisdatione releuat possessio immobilium, quorum æstimatio accedit ad valorem vnius Vvergeldi, seu 24. sexagenarum veterum, aut 20. talerorum, *Landr.lib.2.art.5.& art.22.& c.Coler.ad c.2.& cap.dilecti 8. extr. de*

extr.de Except.num.16. Moller.ad dict.Nouell.Elect.5.num.9. Ex vsu tamen quanta possessio necessaria, pro rei & personarum conditione iudex dispicit post alios nouiss. *Iac. Schult. obs. forensi 20.* † Quid si res possessæ in alio loco sitæ ? Pone: conuentus locus contractus possidet in loco domicilij : Distinguit *Suarez d. t. de Comperendinat. §. Vlterius quæritur 1. num.2.* an in alio loco diuersi territorij. & iurisdict. sitæ, an ejusdem, cuius est locus iudicij. Sed & in diuerso territorio admittit, *num.6.* si id tam vicinum seu propinquum, vt omnis fugæ suspicio cesset. Alij cum possessio hæc loco fideiussionis succedat, non aliter extra locum iudicij admittunt, quàm quo casu fideiussor inde accipitur, *vt l.7. §.1. hoc tit.* vid. *Ayrer. d. obseruat. 3, num. 34. & 3. seqq.* Ex *Nou. Sax. 5. parte 1.* liberat satisdatione possessio in ditionibus Electoris, licet non in eodem iudicio. In Curiis autem Prouincialibus, quorum ordinationibus dicta Constitutio nihil derogatum esse vult obtinere, vt satisdet, nisi in eodem foro possideat, notant *Vvesenb. Par. h.t.n 11. & Zang.2.de except. 21. num. 26.* Sed *Moller. ad d. Const. 5. num.14.* hîc moderamen quoddam adhibere videtur, add. *Iac.Schult.obs.forensi 22.* Possessio autem vel diuitiæ patris non releuant filium, vid. *Suarez d. tit.princ.num.30. Ayrer. d. obs.30. num.31. & seq.* Procurator verò tunc immunis, quando si principalis eius per se litigaret, satisdare non teneretur. Quod probè notandum *Suarez. d. tit.§ vlteriùs 1. num.3.* Conuenit *dict.Nou.Sax.5.p.1.vbi Moller.nu.4. Zang. d.cap.21.num.57.* Quid si aduersarius neget possideri ab hoc immobilia, num satisdat, donec is docuerit ? *Moller. 1. Semestr. 2. num.1,* & add. *d.Nou.Sax.5 num 8.* reiectam hanc exceptionem testatur, vbi calumniosè, & caussa remorandæ litis, opponi apparuit, de quo summariè Iudex cognoscet, add. *Iac.Schult.obs.forensi 18.* Confer. *Hippol à Marsil sing. 686. Matth. de Afflict. decis.109.* ibique *Ces.Vrsill.* h Turpe enim his diffidere, nec credere nisi iuratis. † Clericos quoque suæ promissioni committi, sed cum hypothecâ bonorum docet *Harpr.ad §.2. Instit. de satisd.num.15. per l.25. §.1.* (vbi vetatur cautioni inseri iusiurandum) *l.33. § 3. C. de Episc. & Cler.Nou.123.cap.21.§.vlt.* In quo erat *Zanger. 2. de exc. 21. num. 47.* ab his repromissionem iuratoriam exigi docens. Quod *d.l.21.d.Nou.123.cap.21.* directò negant † Episcopi verò pro nullis caussis cautionem vllam præstant, *d.Nou.123.cap.22. in fin.* Argentarij denique, ex *Iustin. edicto 7. cap.5.* sufficit factum promissum. i Atque ita immobilium quoque possessores iuratoriam cautionem præstare docet *Cuiac.12.obs.22. & in Nou.53.p.mihi 191. per l.vlt. vers.* ita videl. *C. de princip. agent. in reb. lib. 12. t.22.* Quæ hoc satis clarè probat. Quod & olim *gl. Iaſ. & Fulgoſio* placuit, *ref. Vvesenbec. Parat.h.t.num.11.in fin.* Licet ipse contrariam recepti orem dicat, quam & *Hortenſ. ad §.2. Inſtit. de satisdat. & Rosbach. Proceſſ.tit.45. num.14.* probant *Robert.3.ſent.21.* nudam permissionem admittit, si reus honestior & satis locuples: Iuratoriam autem si mediæ conditionis. Et *Harprecht.ad §.2.num.14.* ad iurandum compelli, si ita iudici ex iusta caussa visum fuerit, Sed *dict. l. vlt.* non distinguit. Planè si contentus aduersarius simplici repromissione, ea sufficiet, argum. *d.l.61. de Verb. Sign.* † Num autem præterea hic possessor bona sua omnia hypothecæ obligare debet ? Ita volunt *Bart. & Iaſ. ref. Rosbach.d.tit.45.num.15. per l.7. vt leg.* vel *fid.ſeru.c.l.vlt.§.3. C.de adm.tut. Nou.123. c.21.§.vlt.* Et probat *Zang.2.de Exc.21.num.25. A.Fab. ad d.l.15. pr. & §.vlt. h.tit.* Quia, ait, non ob aliam caussam remittitur satisdatio, quàm quia satis cautum bonorum immobilium obligatione. Eamque rationem decid. putat *d. l.15. §.vlt.* quod venditio rei non obsit, quia nimirum res cum suo onere & caussa pignoris transeat. Denique idem firmat ex voculâ *cautionis* in *d.§.vlt.* Verùm contra *Angelus in dd. l.15.num.7.* (*ref. Rosbach.d.loc.*) vt & *Vvesenb. in complem. ad Sneidium. tit. Inſtit. de satisdat. in fin. Iac. Schult. obs. forenſi 17.* Quorum opinionem præualere duco. Quia quæ vera ratio remittendæ satisdationis, vt *not. S. lit. E.* Pigneratitiam non exigit. Ac in *d.§.vlt.* cautionis nudum nomen simplicem promissionem denotat per not. S. *lit. E.* † Sanè in foro Saxonico hæc pigneratio minimè vsurata, *Vvesenbec. Parat.h.t.num.11.* Vnde nec consensum iudicis eius loci, vbi sita, impetrare oportet *Nou. Electo Augusti 5. parte 1.* vbi vid. *Moller.num.5.& 2 seqq. & Iac.Schult.d.obs.17.num.12. & seqq.* Cæterùm & iuratoriæ cautioni, (quæ & adiuratoria, *l.vlt.in fin.C. de Caſtrenſ. & miniſter. l.vlt. C.de Princ. agent. in reb.*) soli, committuntur Magistratus conuenti post depositam administrationem intra 30. dies, *l.1. pr. C. vt om. iud. tam ciuil. quàm mil.* Et personæ illustres, *l.17. C. de dignitat. vbi Cuiac.* Item memoriales in sacris scriniis militantes, eorumque parentes ac liberi, etsi non possideant immobilia, *l. in ſacris 12. princ. C. de prox. ſacro. ſcrin. lib.12 tit.19.* Non autem quiuis nobiles, vt *Bart. ad d.l.17.* quem *Tiraq. de Nobil. cap.20. num. 189.* refellit. Olim Præsides ipsos quoque satisdediſſe probat mihi *l.16. in fin. de off. Præf.* Denique ex cautionis penuria hîc quoque onus satisdationis remittitur, argum. *l.6. D. Si cui plus quàm per l. Falc.* si nempe iuret, se non posse dare fideiussorem, *Nou.122.c.2. in fin. princ. add. Nou.134.cap.9.* ¥. *si verò crimen.* De quo & qua forma hoc iuramentum præstandum, aliisque hîc requisitis consulantur *Rod. Suarez in l.2 fori tit. de Comperendinat. §. nunc opportunè. 3. num.7.* Quo scitè refellit *Coraſ.4.miſc.10. & Hering. d.c.9.n.91. & ſeqq.* qui Corasium ab imperitione Costalij tuetur. *Fac. Nou.115.c.3 §.8.* Qualiscunque autem accipitur quantum ad facultates, *d. l.2.§.4. Qui ſatisd.cog.* Non enim accipietur furiosus, pupillus, miles, minor, mulier, aliusve, qui aut ex fideiussione planè non obligatur aut sine effectu, exceptione vel iure speciali tutus *Hering. d. cap 8. num. 95. & Anton. Fab. ad d. §. 4.* Etsi enim quoquo modo cauere sufficit, non tamen nihil cauere, *Hering. d. loc.* Adhæc ex paupere diues fieri, idque bono omninò sperari potest. Inhabilitas autem personæ non deficit, *Anton. Fab. d. loc.* m Æstimatur hic *d.l.2. pr. 1.* ex facultatibus. Quare filiusfam. pro alio quàm pro parte non facilè audietur, arg. *l.2. §.3. h. tit. vbi Ant. Fab. add. Bouer. ſing. 11. num.2.* Etsi verò quidam pauperiorem quoque idoneum censuerint, si spectatæ vir fidei ref. *Caroc. de iuram. lit. deciſ. q.1. quæſt. 13. principalis num.16.* Contra tamen alij, vt *Caroc. ibid. n.17. Hering. de fideiuſſ. cap.8 num.59.* Ad quid enim hic prodesit fideiussor, qui fallente reo satisfacere inopia non possit, scitè *Hering. d. n.59. & seqq.* Adhæc si moreretur, fortassis heres, ipsi in obligatione succedens, non erit talis, *Caroc.d. loc.* Requirunt autem vulgò, vt immobilia possideat fideiussor, quorum valor, vt minimum summæ peritæ rei ve æstimationi æqualis sit. Et quidem *Rod. Suar. d. tit. de Comperendin. num.2. & n.4.* prius istud probat, quia fideiussor accipitur, vt diligentius cautum sit, nisi, ait *n.4.* alius reperiri nequeat, vbi & mobilium possessor accipietur. Æquiualentiam autem ad rem peritam non requirit, ibid. *num.6* modò bona tanti sint, vt suspicio fugæ cesset. Sed de hoc requisito facultatum plenius & bellè *Hering. de fideiuſſ. c.8. n.52. & ſeqq.* 2. Ex conueniendi facilitate. Non igitur mulier, miles vel minor *l.8. §.1. h.t. Vvesenb. Par. h.t. num.7. Harpr.*

ad d. §. 2. Inſtit. de ſatisd. num. 6. Non qui ex alia ciuitate vt ſeq. *lit. O.* nec qui ex eadem forte, ſed cui priuilegium aliquod fori, niſi ei renuntiet, *l. 1. ſi quis in ius voc. non ier. l. 7. pr. h. t.* vt Clericus ſtudioſus, *&c. Harpr. d. loc. num. 7.* Non homo leuis & probri plenus, vid. *Hering. d. c. 8. n. 125. & ſeqq.* litigioſus & rixoſus; à quo ſuum conſequi difficile *A Fab. ad d. l. 2. §. 1. Harpr. d. num. 7.* Quin & Pragmaticos, qui in foro verſantur, Curiæ Aſſeſſores, aduocatos, procuratores, ſunt qui hinc arceant, vid. *Parlad. 2. rer. quotid. c. fin. parte 5. §. 5. num. 3. Hering. d. cap. 8. ſub fin.* Qui ibid. *num 129. & ſeqq.* inquirit, quid in iis, qui ob potentiam pariter & ſeueritatem aliis formidabiles, itemque *num. 136. & ſeqq.* num Iudex & Magiſtratus loci idoneus, &c. n Vbi vtrique iniuriarum actio. Nam animus iniuriandi ex re ipſa colligitur, cum inde repudiati deſiſſoris exiſtimatio ſuggilletur, *A. Fab. ibid.* vid *Harpr. ad §. 1. Inſtit. de iniur. num. 25. & ſeqq.* o Regula: Fideiuſſor eidem iuriſdict. ſuppoſitus ſit, *l. 1. ſi quis in ius voc, non ier.* nec detur ex alia ciuitate, licet eiuſdem Prouinciæ, *l. 7. §. 1. hoc titulo* vid. *Suarez. in l. 2 foro titulo de Comperendinat. §. Vlterius n. 11. & ſeqq. Matth. de Afflict. deciſ. 137. Parlad. 2. rer. quotid. c. fin. §. 5. num. 5. Hering. de fideiuſſ. c. 8. n. 100. & c. 14.* paſſim. Ratio non quod iniuria aliàs fieret iudici litis, qui non poſſet iuriſd. ſua cogere ad ſtandum promiſſis, vt *Ant. Fab. ad d. l. 1. Si quis in ius.* Neque enim multum huius intereſt. Sed quia aliàs deterior fieret conditio creditoris, ſi debitore, cuius copiam habet, dimiſſo, difficultati alio loco ſuum ex fideiuſſore extorquendi ſe illigare teneretur, vt bellè in ſimili. *Moller. 2. Semeſtr. 14. num, 15.* & conuenit ipſe *Faber. Codice ſuo tit. de ſatisd. de fin. 11.* Quod ſi tamen fideiuſſorem reperire nequeat reus in loco iudicij, quia forte ignotior, ſi neceſſaria ſatisdatio fuerit, auditur ſi in alia eiuſdem Prouinciæ ciuitate ſatisdare paratus, *d. l. 7. §. 1.* De quo iuramento Rei fidem haberi vult *Suar. d. loc.* vid. *Hering. d. c. 14.* Quæ autem ibi dicatur neceſſaria, quæ item voluntaria ſatisdatio, multùm noſtri variant *Suarez. d. loc num 18.* illam exponit, ad quam lege quis adſtringitur, licet cauſſa ſit voluntaria: Hanc ad quam ex conuentione ſua, cum euitari poſſet, & *Oldand. cl. 1. act. 6. in Practicâ pag. 62. per l. 10. art. rat. rem hab.* † *Cui. 22. obſer. 26.* illam, quæ ex edicto Prætoris, ne vocatus inuitus trahatur, hanc conuentionalem, quæ diem certum ex conuentione recipiat, in quem ſiſti oporteat, &c. *Ant. Fab. ad d. l. 7. §. 1.* illam quæ ex edicto præſtatur, etſi neceſſitas non præciſa, ſed cauſſatiua, hanc quæ vltrò ab iis præſtatur, quos iuratoriæ, aut nudæ promiſſioni Prætor committit. † *Hering. de fideiuſſ cap. 14. num. 25. & ſeq.* neceſſariæ ſpecies refert præter iudicio ſiſti, vſufructuariam, rem pupill. ſalu. fore, expenſarum, &c. (ac ſanè priores referuntur, in *l. 8 §. 4. h. tit.*) voluntariæ exemplum ponit in cautione de rato. Sed *Henric. à Sueuin. repet. lect. cap. 17.* nullam cautionem iudicio ſiſti neceſſariam eſſe, cum vitari poſſit, ſi fiat, quod iure fieri debet, id eſt, ſi in ius vocatus eat: Eſſe hoc remedium potiùs ſatisdationis, quàm quod neceſſariò iniungatur. Quibus tamen non nimis operoſum occurrere; quod enim iuris neceſſitate ſit, & præſtatur, vtique verè neceſſariam. Nam & vrgeri quis dicitur, etſi non abſoluta neceſſitas. *l. 8. §. 5. de Cond. inſt.* (Neque ſaltem ex Iuſtin. mente, *vt ff. lit. D.* liberatur hac neceſſitate, qui in ius venerit, quia cauerit oportet de perſiſtendo in lite, donec terminetur, *vt d. lit. D.* † Poſtremò hic notandum, ſatisdationem hanc, ſi leges, iuriſque rationem ſectamur, datis ſolùm fideiuſſoribus expediri, non autem pignoribus, per *l. 1. h. t. l. 7. de pract. ſtip. l. 4. § 8. de fid. lib. l. 1. §. 9. de collat. bon. Nou. 53. cap. 2. & cap. 3. §. 2. verbis ſolâ perſonali fideiuſſione, & Nou. 112. cap. 2.* vid. *Don. ad l. 5. §. 2. de V. O. num. 3. Pac. 1. enant. q. 64. A. Fab. ad d. l. 1. Gœd. ad l. 61. de V. S. num. 2. & 3. Suarez. d. tit. de Comperendinat. pr. num. 9. Ayrer. Proceſſ. p. 1. cap. 10. num. 5 & ſeqq.* Hæc enim forma ſatisdationis, quam impleri oportet, ac nec in melius quidem mutari poteſt, *Suar. d. loc. Bronch. 1. aſſ. 25.* Nec inuito aliud ſolui poteſt, *Gœd. d. num. 3.* etſi melior conditio afferatur, *Ayrer. d. loc. num. 6.* Nec ſemper plus cautionis in pignoribus, quia interire poſſunt, eorumque cuſtodia moleſta & periculoſa, *Donel. d. loc. & Ayrer. num. 7.* Adhæc ſecurior, qui habet duos debitores. Nam pignorum datio nouum debitorem parere nequit. Fideiuſſoria autem cautio obligationem pignorum ſignere poteſt, cum bona pignoti capiantur in exſecutione iudicati, *Anton. Fab. ad d. l. 1.* Denique facilius fideiuſſor conueniri poteſt, quàm pignus diſtrahi. Ad diſtractionem pignoris longiore circuitu peruenitur, quàm ad ſolutionem à fideiuſſore faciendam, *Philipp. Matth. ad l. 25. de Regulis Iur. num. 7. & 8.*

Diſſ. Dd. vulgò & *Vveſenbec. Par. h. t. num. 7. Menoch. arb. cap. 142.* (qui tamen iudicis arbitrio tribuit, quando per pignora, vel fideiuſſoris idoneè caueatur) *Zanger. 2. de except. 21. num. 17. Rosbach. Proceſſ. tit. 45. num. 10.* Quorum opinio admitti certis caſibus poteſt: 1. Quando actor pignoribus contentus, per *d. l. 61. de V. S.* vbi *Gœd. l. vlt. §. 3. Quod legat. 2.* Quando fideiuſſores reperiri nequeunt, *Suar. d. loc. num. 9. arg. not. ff. lit. I. verſ. Denique.* Eademque in foro Sax. recepta. In quo reus planè non cauet, vt *ff. lit. Z.* actor ita, ſi immobilia non poſſideat, valorem Vvergeldi vnius, id eſt, 24. Sexagenas, antiquas, 24. *alte Schoetb.* excedentia, depoſitione tantæ pecuniæ, vel eius nomine fideiuſſoribus, aut pignoribus rectè cauet, *vid. Iacob. Schult. obſerv. forenſi 20.* † Fideiuſſio hic requiſita à Statuto, quando præſtanda etiam parte non petente, vt ea non præſtita, nullitas oriatur, vid. *Ioan. Petr. Surd. deciſ. 57.* † In criminalibus, maximè capitalibus, num huic cautioni locus, non omninò eſt huius loci. Nam de ciuilibus agimus, vid. *Coler. de Proceſſ. exſec. p. 2. cap. 5. num. 51. & ſeqq. Hering. de fideiuſſ. cap. 20 §. 9. Bronch. 4. aſſ. 38. Menoch. arb. cap. 303. Marant a p. 6. tit. de ſatisdat. num. 4. & ſeqq. Harpr. ad §. 2. Inſtit. de ſatisd. num. 26. & ſeqq.* Num ſi ſemel reum criminis ſiſtat fideiuſſor, & is aufugit, denuò ſiſtere teneatur *Moller. 2. Semeſtr. 2. Hering. d. cap. 20. num. 81. & ſeqq.* qui negat, p Nam ſi certæ quantitatis actio, ex gr. ad 100. certi condictio, ex cautione commiſſa in 100. Sin incerti actio, tenetur incerti ex ſtipulatu, in id quod intereſt, *Cuiac. 10. obſ. 10.* vel potius, ad id quod intereſt, & ita incerti, agend. quoties pœna certa non adiecta, vt *Oldend. cl. 1. act. 6. p. §4. Coler. p. 2. cap. 3. num. 46. Schifordegher. lib 1. ad Fab. tr. 4. q. 6.* Iſtud autem intereſſe æſtimatur ſecundum modum actionis intentatæ, contra eum qui ſe non ſiſtit, quanti nempe is condemnari potuit, per *d. l. 2. §. vlt. d. t. Qui ſat. cogant.* Nam quid *Zobel. addit. ad art. 9. lib. 3. iur Sax. lit. A. & Reinh. inter diff. Zobel. 26. p. 4. num. 9.* diſcrimen ſtatuit iuris Saxon, quo fideiuſſor iuxta modum actionis teneatur, & ciuilis quo tantùm ad intereſſe non factæ præſentationis à *Colero d. c. 3. num. 49. & ſeq.* refellitur. Et æſtimatio eius refertur ad tempus, quo ſiſti debuit, non ad id, quo agitur, *l. 12. §. 1. Si quis caut. vid. Pac. 1. enant. 81.* Veram autem quantitatem dici *d. l. 2. §. vlt. Qui ſatisd. cog.* vult *A. Fab. ibid.* vt excludatur actio calumniatoris, & ſpectetur, quid actoris verè intereſſit, non quid petierit. Planè *Gribald. lib. 1. de rat. ſtud. c. 16.* pro *veritatem, in d. §. vlt.* reponit *vtilitatem*, vt ita id quod intereſt, à vera quantitate diſcernatur. Quæ correctio minus neceſſaria. Quærit *Coler. d. p. 2. cap. 3. num. 45.* an parata exſecutio contra hunc fideiuſſorem extendatur. Quod negat *num. 47. & ſeqq.* q Ni pluris quàm ſtatutum eſt, per ignorantiam promiſſum, *l. 4. §. vlt. Si quis caut.* Modum ſtatutum putat *Cuiac. 10. obſ. 10.* vt ſi actio ex gr. in 100. pœna non excedat 200. ſi actio incerti modus imponatur arbitrio Prætoris. Sed vid. *A. Fab. ibid.* Nec ſi plus intereſſit, quàm pœna ſit, fideiuſſor niſi ad hanc tenetur, *Afflict. deciſ. 234.* Pœna hac à fideiuſſore præſtita liberari reum actione principali contendit *Caſpar Schifordegher. lib. 1. ad A. Fab. tr. 4. q. 5.* Quod nunc non excutio. Quæ pœna iuratoriam cautionem deſerentis, vid. *l. pen. C. de dignit. vbi Cuiac. Nouel. 53. cap. 4.* r Vbi plura impedimenta percenſentur, quæ à contumacia excuſant. De quo & quomodo hæc impedimenta probanda, vid. *Gui. Papæ q. 64. & Annotatores ad eum, Valaſc. tomo 1. conſ. 66. num. 13. Pac. n. 2. de probat. 47. Menoch. arb. c 118. Contard. in l. Diffamari c. 4. nu. 116.* & multis ſeqq. *Rulant. de commiſſar. p. 1, lib. 5. cap. 6.* Quodque hic impedimentum iuſtum non modò morbus proprius, ſed & vxoris ac liberorum, ſcitè *Ian. Anglæ. 1. Semeſtr. 2. pag. 18. & ſeq.* Expedit verò hoc caſu excuſationem abſentiæ ad iudicem mitti, vid. *Valaſc. d. conſ. 66. nu. 12. & 14. Io. Ausbach. ſing. alleg. lib. 1. c. 35. & not. ff. lib. 18. c. 9. lit. F.* Iuſta quoque excuſatio timor minarum reo inſinuatarum. Vnde reſponſum refert *Coler. de Proceſſ. p. 2. c. 2. n. 58.* ex hac cauſſa non ſiſtente reo pœnam conuentam præmaturè à fideiuſſore exigi, cum prius reo fide publica de immunitate carceris caueri debeat. Non autem excuſat impedimentum, quod ipſe affectauit, & cui ipſe cauſſam præſtitit, *l. 2. §. vlt. Si quis caut.* dolo ſeil. malo. & ob hoc ipſum ne ſiſtere poſſet. Secus ſi nihil imputari poſſet, cur ſe non ſiſtat, licet impedim. ex delicto proficiſcatur, *l. 4. pr. h. t. Ant. Fab. ibid.* Priuati quoque detentio excep. non præſtat, *d. §. vlt.* Vel quia poteſt ei imputari, cur non imploraueret Magiſtratum, vel quia iniuria vni facta non debet alterum contingere, *l. 67. de fidei. A. Fab. ibid.* Ex cauſſa verò morbi ſontici iubet Lex 12. tab. diem iudicij eſſe diſſitum *d. l. 2. §. 3.* vt habet Florent. lectio id eſt, dilatum. Diffindere enim eſt interrumpere,

terrumpere, infringere illud tempus demere numero dierum, quibus ſiſti oportet. Vnde dilatio infertur. *Cuiac. 12. obſ. 18.* vid. & *Reu. ad Leg. 12. tabu. Pollet. 4. hiſt. fori 15. Suer. reperit lect. c 30. Politian. miſc. c. 41.* repudiatus vulg. lect. *diffuſum.* Quæ tamen placet *Brodæo 10. miſc. 6.* qui exponit in poſterum reiectum. † Morte rei vt liberetur fideiuſſor, vid. *l. 4. Qui ſat. cog. l. ſancimus 26. §. ſin autem & ſecundum C. de fidei. Coler. d. c. 3. num. 62. & ſeq.* Liberari quoque fideiuſſorem docet *Hipp. de Marſil. de fidei. num. 110.* ſi reus poſtea muter conditionem vel fiat alterius fori, ex. gr. Clericus. Quid ſi ſemel exhibitus deſerat iudicium? Diſt. an ſimpliciter fideiuſſerit, an in totam cauſſam aut in finem litis, vid. *Old. cl. 1. act. 8. q. 8. & in tabulâ actionum pag. 1151.* Et quod non teneatur fideiuſſor poſt ſententiam tractat *Roder. Suar. in l. 2. fori tit. de Comperendinat. §. ſeu pone quæſtionem 4. num. 27. per l. 8. §. 3. de fideiuſſ. l. 1. Si ex noxali cæ. ag.* quia in iudicio ſiſti non continetur iudic. ſolui, licet hæc in illâ ſic. Et quia iudicium finitur per ſententiam, vtique & hæc cautio. Niſi ad certum tempus fideiuſſit, & id nondum elapſum, *per d. l. 26. C. de fidei.* Quare nec in appellationis inſtantiâ hanc perſeuerare docet idem *d. loc. num. 29. arg. l. 20. D. Iudic ſolui.* Sed hanc opinionem communem quidem eſſe, aſt in foro noſtro Sax. non ſeruari, ſcribit *Moller. 2. Semeſtr. 2. n. 4.* † Planè ſine ſcriptis & adiectione diei accepti fideiuſſores ex Conſtit. Iuſtin *l. pen. C. de fidei.* non tenentur vltra duos menſes. Quia nec in longius tempus ſe obligare voluiſſe præſumitur, qui ex ſcripto fidem ſuam adſtringere noluit, *Cuiac. de diu. temp. præſc. c. 13. 19. obſ. 34.* Vbi & *præced. l. 26.* conſtitutum docet, vt poſt commiſſam pœnam fideiuſſor intra ſex menſes exhibito reo moram purgare pœnamque effugere queat. In quod accuratiùs inquirere non vacat. † Ordinis autem beneficio hunc fideiuſſorem non iuuari, cenſet *Gœd. d. contr. ſtip. c. 9. num. 98.* ne eluſoria fiant iudicia. Nam qui ſemel contempſit Magiſtratum reus, nec iudicio ſtetit, deinceps quoque contumax futurus præſumitur. ſ *Lambin. ad Horat. d. Sat. 9.* Vades, ait, qui periculo ſuo promittunt aliquem vadimonium obiturum, vt ſi non obeat, vas litis æſtimationem ſubeat, add. *Auſon. Popma. lib. 4. de diff. verb. pag. 217. & ſeq. Iac Nic 9. miſc. epiphyll. t. p. 5, theſauri Critici Gruteri. Hot. ad §. 15. Inſt. de act. & ad d l. 13. §. 1. C. de iud. Gou. 1. var. lect. 40. Baro. in l. 7. §. vlt. de minor. Cuiac. ibid.* (qui tractant, quid eremodicium deſertum à vadimonio deſerto differat) *Rau. Protribun. c. 9.* (qui duplex vadimonium ſtatuit) & ad *ll. 12. tab. c. 5. Obr. de concip. libell. c. 8. num. 3. & 4. Hering. de fidei. cap. 3. num. 42. & ſeqq.* De vadimonio deſerto apud Athenienſes *Ioach. Steph. lib. 2. de Iuriſd. Iudæ. Græc. &c. c. 9. n 34. & ſeqq.* t Rectè. Sed variat hic Don. à ſeipſo, qui *l. c. 2.* (vid. ibi *lit. Q.*) iam olim exoleuiſſe morem illum dulceudi ſcribit. u *Nemo 103. de R. I. Quintil. lib. 8. c. 9.* legem Rom. fuiſſe: Ex domo in ius educere non licet. Et vt *d. l. 18.* domus tutiſſimum refugium dicitur, ita *Cic. pro domo* nihil eâ ſanctius, nihil omni genere munitius. *Xenop. lib. 7.* ὅδε δεσπότης κρεῖττον ἐν ἀνθρώποις, ὅδε ἄρχων, ὅδε ἐκκλησίαν ἐστὶν, ὅδεν ἄλλο ἰσχυρότερον. vid. *P. Fab. ad d. l. 103. Cuiac. 7. obſ. 15. & 16. & Pauli ad edict. in l. 19. & 21. de in ius voc. Balduin. in not. ad d. l. 18. Rau. Protrib. cap. 3. Vult. diſc. ſchol. 1. pag. 22. A. Fab. C. ſuo de in ius voc. defin. 9. Vvoeſ. conſ. 43. num. 56. Mynſ. 4. obſ 96. Sig. Scacc. 1. de in dic. 46. num. 8. & 9.* fuſè *Speckh. cent. 1. q. 56.* Etſi vetò plerique ad tractationem violentam, quam nunc citationem realem vſurpant, hoc ius accommodent. Quomodo & *P. Nann. 10. Miſc. 1.* vocare in *d l. 18.* non eſſe citare ac denuntiare, vt ad lit. ſuſcipiendam adſis, ſed iquitum duci. (Vt tamen non tantùm ab actore, vel aduerſario, ſed nec à lictore domo extrahi poſſit, vid. *Rau d. c. 3.* licet *Cuiac. 7. obſ. 16.* ab exſecutore, maximè publici debiti cauſsâ, rectè extrahi ſcribat. x Non malè tamen *Azo. in ſummâ C. de in ius voc. num. 2.* qui ad ſe aditum ex domo non præſtaret, inde nec verbo vocari poſſe cenſet. Idque probatur *d. l. 19. & l. 21.* vbi vocula *interdum* opinor ſe refert ad eum, qui aditum ad ſe præſtat. Et ex *l. qui in domum 23. de iniu.* Vide *Damh. Praxi ciu. c. 99. num. 10.* non licere domum ingredi citandi cauſſa, nec in cauſſa ciu. ſed ante fores fieri denuntiationem debere. Nam & quod domus tutiſſimum receptaculum *d. l. 18.* eò quoque pertinet, ne occulta familiæ, ſolique Diis Penatibus adſpicienda, curioſis pateant oculis innidiorum. *Io. Paſſerat. in lib. 1. Cic. d. ll. inſitio.* Domum autem accipere debemus non proprietatem domus, ſed domicilium, arg. *l. 5. §. 2. de iniur.* Idem ergo ius domus alienæ conductæ, aut in quâ degit, vt inquilinus, *P. Fab. & Hip. à Collib. ad d. l. 103. ac Phil. Matth. num 8. Mynſ. d. obſ. 69. num. 3. Gail. 1. obſ. 48. n. 14.* Quin & in naui idem ſtatuit *Benuenut. Stracchade Mercatorib. tit. de Nauib. part. 1. num 5.* Et in diuerſorio *Conrad. Heresbach. Epitome Chriſtian. iuriſp. a. dem. Editio X. Præcepti pag 302.* quod & hoc rutum hoſpiti receptum, & hoſpitij iuré ſecuritatem præbeat. Vnde Iupiter Xenius quaſi hoſpitij præſes. Plura huc facientia pete, ex *Speckan. d q. 56.* vbi variis modis extenditur ac reſtringit, Ibidemque tractat, num idem ius ædis ſacræ, Monaſterij, Palatij, Epiſcopi, ſtatuæ Principis, Scholarum, &c. vt nempe, qui eo confugerunt, inuiti, non abducantur *add. Scaccia d. cap. 46. numer. 4. & 7. ſeqq.* Sanè aliam citationem, verbo vel per litteras, in ædæ ſacrâ rectè expediri etiam à ſæculari, vult *Bouer. ſing. 9. num. 32.* add. *Aſin. Præxi § 6 cap. 11 num. 6. Goth. in l. 6. §. 3. C. de his qui ad Eccleſ.* Inciuile tamen eſſe, ſi quis inde vocetur, notat *P. Gilkens. ad l. 2. n. 12. C. de SS. Eccleſ.* adde *Edict. Iuſtin. 13. c. 10. §. vlt & vid. Muda. ad §. pœnales 12. Inſtit. de act. num. 29. & ſeqq. Virgil. Pingitz. q. 54. & ff. lib. 15. c. 27. lit. C. D. ibiq, not.* y Quod confirmat *Coraſ. in l. ſi finita 15. §. Iulianus 16. de dam. inf. in Summ. tract. primi & 2. decreti n. 22. & ſeqq.* vbi hanc regulam reſtringit. 1. Niſi natura rei petitæ miſſionem in poſſeſſ. non admittat, vt ſpecie *c. vn. de eo qui mitt. in poſſ.* vide *not. J. c. 11. lit. H. 2.* Fauore libertatis, *l. 26. §. 3. de ſid. lib. l. qui ſe 67. de iudic.* & in cauſſa libertatis eccleſiæ *c. cum olim 34. de teſtib.* In ſummariis quoque, quia non requiritur litis conteſtatio, poſſe liquidato negotio ſemper ad definitiuam perueniri, docet *Sig. Scaccia. 1. de iudic. 96. num. 17.* Et ideo in cauſſis quoque matrimonij, *c. quoniam frequenter 5. § porrò vt lit. non cont.* putat *Coraſ d. loc. num. 22.* non tam quia miſſioni in poſſeſſionem in iis non locus, quàm quia Summariæ. z Atqui apparet, ex *l. conſentaneum 8. C. Quom. & quand. iud.* quod & poſt litem conteſtatam (ita enim ea L. accipienda per verba extrema, *iunct. iis, quæ h. c. lit. præced.*) ſi actor petierit, cogatur reus, vt ſe repræſentet, & ita realiter citetur, ac prehenſus in iudicium ducatur, vide *Gœd. de ſequeſtr. cap. 1. num. 73. Scaccia. 1. de indic. 96. num. 6.* Si itaque poſt iudicium acceptum ductionis vſus, vtique etiam quando lite non conteſtata iudicari poteſt. Et poſſunt cauſſæ eſſe, cur malit litem peragi actor, reo præſente quàm abſente. Quid enim ſi reum coram conuincere malit & expeditius poſſit. † Vſu noſtrorum iudiciorum actor quidem reo, de quo mox. Aſt reus actori nullam, nec iudicio ſiſti nec iudicatum ſolui cautionem præſtat, etſi immobilia non poſſideat, *Coler. de Proceſſ. p. 3. cap 11. num. 92.* poſt alios *Moller. ad Nou. Electt. Sax. 5. p. 1. num. 2.* licet *text. lib. 2 art* poſſeſſorem ſolùm reum ſatisdatione reuelet. Niſi iuſtæ cauſſæ accedant, timor fugæ, vel dilapidationis, *Io. Monach. Pract. iudic. p. 5. §. 5. num. 11.* † Cæterùm & actor reo cautionem præſtat iure ciuili nouiſſ. quâ initio litis, & antequam libellum dirigat, ſatisdat, & de lite intra duos menſes, à die exhibiti libelli, conteſtandâ. *Nou. 96. c. 1. auth. libellum C. de lit. cont.* & de eadem ad fidem vſque proſequendâ, ac ſi victus fuerit decimâ parte quantitatis, libello petitæ, reo ſumptuum nomine reſtituenda. *Nou. 112. cap 2. auth. generaliter. C. de Epiſc. & Cleric. add. edict. Iuſtin. 7. cap. 5.* (ſicut & olim cautio decimaria præſtanda, vide *not. J. lib. 24. cap. 3. lit. E.*) *Maranta p. 6. h. t. de ſatisd. num. 16. Valaſ.* probè declarans *conſ. 66. num. 1. 2. 3. Harpr. ad §. 2. Inſtit. de ſat. numer. 43.* Sed huius cautionis vſum pleriſque locis exoleuiſſe, pleriſque teſtantur, *Sich. ad auth. offeratur. C. de lit. conteſt. n. 13. Hartm. tit. 5. obſ. 3. Coler. deciſ. 105. num. 2. & 3. Sig. Scaccia. 1. de ind. 101. num. 55. Frideric. Schenck, L. B. à Tautenberg. Progymnaſ. fori lib. 2. tit 6. Valaſc. d. conſ. 66. nu. 2. Lancel. Conrad. de offic. Prætoris in cauſſ. ciuil. v. ſatisdatio num. 1. Damhuder. Praxi ciu. cap 99. num. 5.* Meritò ait *Goth. in not. ad d. auth. generaliter*, alioqui egeni ſuum nunquam iudicio recuperareut, deſtituti ſatisdatione. Contra expedire Reip. vt hæc iura in vſum reuocentur, cenſet *Ventura de Valentiis Parthenij litig. lib. 2. cap. 13. num. 27.* Sed & *Damhud. d. c. 99. num. 6.* quando actor extraneus aut peregrinus aut vagis inerrans ſedibus, adhuc poſſe reum citatum petere ab eo ſatisdationem, quâ ſe ſubmittat iudicio, deinde vt in eâdem iuriſdictione eligat certum habitationis domicilium. Iure verò Sax. huius cautionis de perſiſtendo in lite, frequentem vſum eſſe atteſtatur *Coler. deciſ. 105. n. 4. & ſeq.* poſt *Fach. diff. iur. Cin. & Sax. 40. inter diff. Zobel. 10. p. 1. num. 5.* Et aliis quoque multis locis eius vſum ſupereſſe, poſtquam hæc ſcripſi comprobaſſe pluribus reperi *Hering. de fideiuſſ. c. 10. num. 117. & ſeqq.* Et Iure ſanè Saxonico duæ cautiones actori iniunctæ: 1. Guaranda, *die Gewer* (vnde guarentizare, *c. vn. pr. de lege. Corradi 2. Feud. 34. pr.* pro euict. præſtare, *Hot. in Lexico feud.* vel liti ſubſiſtere ac defenſionem ſuſpicere, *Cuiac. ad d. c. vn. ipſi 4. F. 38*) re-

promiſſio

promissio defensionis rei contra alios actores, qui super eadem caussa litem moturi, vt *Coler.ad c.2. iunct. c. dilecti* 8. §. *de except.num.*17. De cuius præstanda necessitate forma, viribus item & effectibus, vide *Nou. Elect. Sax.*4.*p.*1. *vbi Moller. Coler. decis.*109. *Zang. de except.p.*2.*c.*20. *Hering. de fidei. c.*10.*nu.*137.*& seqq. Hart.Pist.lib.*4.*q.*22. *VVehner.obs. pract.de V.S. v. Gewehr. Iac.Schult. addit. ad Brunor. à Sole Loc.comm.v. Guaranda & ad d.decis. Coleri* 109. *& nouissi. obs.forensi* 14.*&* 2.*seqq.* Hanc in exsecutiuis non præstari monet *Coler.de Proces.exsec.p.*4.*c.*3.*num.*12. eò quod finis eius sit, ne mutetur postea libellus, isque in exsecutiuis cesser, Quam sententiam probat, ast rationem perstringit *Iac. Schult.add.ad d.doc.*109.*num.*18.& seqq.vbi vide 2. Pro expensis & reconuentione, vulgò *Vorßeand.* cuius finis, ne victus actor è iudicio se protipiens ac regione excedēs reum sumptibus & mutua petitione frustretur. Vnde & huic cautio iudicio sisti siue de prosequenda lite ineſt, *Modestin.Pist. q.*115. De quâ vid. *Nou.Elect.Sax.*5*p.*1.*ibique Moller. Zang. d.c.*20.*Mod.Pist.d.q.*115. nouissimè *Iac.Schul.obs.forensi* 17.

CAPVT X.

Mulcta Contumacis.

ET ita quidem ius in reo, cuius potestas habetur, vt duci possit. Sed & ADVERSVS REVM, QVI SVI POTESTATEM NON FACIT DVÆ POENÆ statuta. PRIMÒ MVLCTA aduersus omnem, qui sui potestatem non facit, siue cauerit, pro iurisdict. iudicis, *l.*2.§.1.*Si quis in ius voc.non per.* [a] ex caussâ tamen si dolo non venerit, cum & deberet & scireret se debere venire. [b] Non si ideò, quia dies feriatus, [c] aut quia alienæ iurisdictionis, item si rusticus, & forensium rerum imperitus; nesciuit an venire deberet & quò. [d] Planè & qui ex alienâ iurisdictione vocatus, si de eo dubitetur, (non si constet [e] *l.vlt. de iurisd.*) venire debet, *l.*5.*de iudic.d.l.*2.*pr.* & huic si non veniat, mulcta infligi poterit. Etsi enim ex hac caussâ remitti dicatur, *d.l.*2.§.1: tamen id ita, si indictâ mulctâ veniat, docearque se ideo ante non venisse. Quod si indictâ mulctâ non venire pergat, rectè hæc ab eo exigitur. Proderit igitur indictio mulctæ ad hoc, vt eius metu veniat, priuilegia sua allegaturus.

NOTATA.

[a] a Contumaciâ enim non solùm pars offenditur, sed & iudex, & sic mulctatur ratione iudicis. vt non obstet *l.satisque* 19. *de in ius voc. Nicol.Carbon.Practica lib.*3.*c.*4.*n.*2. Potest & citationi inseri cominatio, vt nisi compareat reus, certam pœnam parti soluat. Qui si se non stiterit, soluere cogitur, etsi aduersarij nihil interisit, immò etsi probari possit eum temerè litem mouere, ita post *Caroc.decis.*19. *num.*60. *Iac.Schult.obs.forensi* 3.*n.*87. modo tamen vt ibid. *num.*89. præcepta huiusmodi comminatoria, cum causſæ cognitione, aut saltem expressione facta. Cæterùm ni vererer, ne moles libri nimium excresceret, aliqua hic referrem, haud vulgaris vsus de contumaciâ eiusque speciebus ac coercitione, &c. (Plurima quippe suppetunt) ex *Rebuff.in Const.Reg.tomo* 3. *de Contumaciâ Sig. Scaccia.*1.*de iud.*91.*& seqq. Lanc. Conrad. de offic. Prat. in caus. ciuil. v. contumacia. Maranta speculi p.*6.*membro iudicij* 2. *Damhud.Praxi ciuil.cap.*77.*& seqq. Oct.au.Vestr.lib.*4. *Pract. aulæ Rom.c.*4. *Suarzenrhaler. Proceſſ.lib.*1.*act.iud.præparat.*2.*Io.Pels Proceſſ.tit.*14.*& seq. Goldstein Proceſſ.c.*13.*& seqq.Iac.Ayrer.Proceſſ.p.*1.*c.*4.*obs.*3. *Ot.Meland.Com.Cameral.part.*6. *Trentacinq.lib.*2. *Pract.resol.tit.de indic.resol.*12. *Magon.Cynos.aduoc. c.*30. *Rulan. de commiſſar.p.*1.*lib* 2.*c.*13.*& lib.*5.*c.*7.*& part.*4.*lib.*8.*c.*4. *Peregrin.Iannin.lib.*1.*de citat.reali.c.*2.*n.*162.*& seqq.Celſ.Bargal.lib.*5.*de dolo c.*21. *P.Frider.lib.*2.*de Mandat.iud.c.*17. *Coler.de Proceſſ.exſecut.p.*1.*c.*2. *Moll.*3. *Semestr.*38.*&* 4. *Semeſt.* 42. *Bender.de Reuisione concl.* 3. *Cuiac.*18.*obs.*30. *P. Fab. ad l.*199.*de R.I.VVeſ.ad l.*13.§.1.*& seq. C.de iud. Cagn. ad l.vn. Si quis ius die non obt. Blar.in l.Diffamari. c.*8.*num.*19. *Tiraquel.tr.ceſſante causſâ p.*1.*n.*59.*& seqq. Ant.Corset.sing.*62.*& seqq. Marsil. sing.*87.*p.*1.283.*&* 377. *Io. Ant. Trigon.sing.*88. *Menoch.arbitr.q.*36.*& casu* 153.*ac seq. &* c.280. *ac* 521. *Pacian. lib.*1. *de probat. c. vlt. Gail.*1. *obs.*60. *Mynſ.* 4. *obs.*58. *VVurmſ.lib.*1.*obs.tit.*7. *auctores diff.iur.cin.& Sax.p.*1.*diff.*12 *& plurib.seq. Mat. de Afflict.detiſ.*29. *Viu.lib.*1. *deciſ.*138. *& lib.*2. *deciſ.*283. *Teſſaur.deciſ.*265. *Coler.deciſ.*304.*&* 280.*&* *conſ.*1.*n.*13.*& seqq. Meichsner,deciſ.Cam.tom.*2.*lib.*2.*deciſ.*1. *paſſim.Hart.Piſt.lib.*1.*q.*3. *Rauchbar.p.*1.*q.*1. *Andr. Scheffer. p.*1.*q.prat.*6.*&c.* Num in pœnam contumaciæ ædes diruj possint,& de sententia *l.*20. *Comm.diuid.* vid. *Duar.diſput.*4. *Rau.*1. *var.*7. *Cuiac.*13.*obs.*29. *Robert.*3.*ſent.*4. *Radulf.Forner.* 3. *rer.quotid.*3. *Marc.Lychlama lib.*5. *Membranar.eclogâ* 11.

[b] b Neque enim aliter verè contumax, siue à contemnendo dicatur, vt *Verius Longus de Orthogr.aphia pag.m.*331.*& Cuiac.*18.*obs.*30. siue à tumore aut à verb. *contumeo*, quod inflari est ac superbire, vt post alios *Scaccia.*1.*de iud.*91.*nn.*3. Statuunt autem Dd.nostri cōtumaciam aliam veram, aliam fictam, quibus addunt quidam præsymptam, *Damhud.Praxi ciuil.c.*78.*n.*25.*&* 28.*&c.* q vide *J.lib.*24. *c.*7. *ibique not. lit.A.* [d] Quia dolus in rustico non ita præsumitur, ita post *Curt.Monoch.arb.cap.*194.*n.*50. *Celſ.Bargal. lib.de dol.cap.*1. *n.*42. Alia ratio est *in l.*2.*C.de in ius voc.* Quia nemo tam rusticus, quin Patronum suum, à quo manumissus est: Hìc vero creditur, quod iudicem competentem non cognoscat, *Carbon.Practicæ lib.*3.*c.*4.*num.*10. *vid.Choppin.lib.*2.*de priu. ruſt.p.*1.*c.*2. De aliis causſis excusantibus à pœnâ contumaciæ præter plerosque laudatos §. *h.c. lit A.& c.præced. lit.R. vid.Menoc.arb.c.*153. *Damhudor.Praxi Ciu.c.*75. *Contard.in l.Diffamari.c.*2. *Sebaſt.Medic. de caſibus fortuitis p.*1.*q.*4. *VVehner.obſ.pract.de V.S. v. Ehehafften. Oldend. cl.*1. *act.*6. *pag.*65.*ac seqq. Speckan. cent.*1 *q.*56. Enimuerò vt quis ceu contumax plectatur, necesse esse tradunt, vt aduersarius in termino compareat, ac contumaciam accuser. Nec iudex non instante parte in contumaciam procedere solet, vid. *Contar.in l.Diffamari. c.*5.*num.*85.*& seqq. Lancell. Conrad. de off. Prætoris in cauſſ. ciuil.* 5. *contumacia num.* 9. *&* 10. *Asin.de Exsecut.*§.3. *cap.*15. *Gutierrez. lib.*1. *Pract.*9.47. *Franc.de Caldas ad l.*3. *C.de in integ. reſtit. in definitione v. Laſis.num.*6. Vbi diuersum statuit, si ex Statuto contumacia inducatur, vt pro confesso sit, qui certo die se non stiterit. Quia, ait, quando pœna ipso iure infligitur, factum hominis non exigit. Contra in terminis *Coler.de Proceſſ. p.*1.*c.*2. *n.*17. *Scaccia.*1.*de iudic.*91. *num.*18. [e] Ita plerique dist. vid. *Corset.sing.*149.*n.*2. *Gœd.de Sequeſt.c.*1.*n.*5.*& seqq. Cagn.ad l.vlt.de iurisd.n.*43. *Buſ.ad d.l.*5. *Matt.Steph.*1. *de iurisd.*33. *n.*18. *P. Vuef.concl.*5.*n.*11.*& seq. Viu.lib.*2.*deciſ.*274.*nu.*10. *& seq. Georg.de Cabedo.p.*1.*deciſ.*22.*num.*6.*&* 7. *Bronch.*1. *enant.aſſ.*23. *P.Greg.*2.*de appell.*15.*num.*7.*& seq. Damhuder. Praxi ciuil.c.*74.*num.*3. *Speckh. cent.*3.*cl.*4.*q.*1. docens quâ protestatione hic vtendum sit venienti, quo de vid.& *Martin. Nigrin.de Proteſt. v.teſtatio.num.*20. Vnde si Studiosus ad Prætorem loci vocatus, non tenetur venire, quia priuilegium notorium, nisi dubium, an sit Studiosus, vide *Rebuff.priuil.ſchol.*154. † Et vt teneatur oportet, causſa ea in citatione expressa sit, quæ si vera esset, citatus sortiretur iurisdict. citantis. *Bouer.ſing.*9.*num.*28.*& num.*33. Quod notatu dignum, Itemque vt citatio eum in territorio comprehenderit, *Marc. de Mantua ſing.*42.*&* 45. † Cæterùm quando Citatio extra territorium siue Prouinciam licita, & vt expediatur per litteras subsidiales, mutui compassus, &c. vid. *Gail.*1.*obs.*56. *Bouer.d.ſing.*9.*num.*9. *& seq. Scacc.*1. *de iudic.* 33.*n.*6.*&* c.40. *Cagnol.ad d.l.vlt.n.*37. *Vvurmſ. tit.*6. *obs.*9. *Rosb.Proceſſ.tit.*23.*nu.*5. *Marant.p.*6. *tit.de citat.n.*40. *Rulan.de commiſſ.p.*1.*lib.*5.*c.*4.*num.*14.*& seqq. Vuef. conſ.*97. *n.*2.*&* 3. *Coler.conſ.*6. *Proceſſ.exſec.p.*3.*c.*7.*n.*27.*& seqq.* Vbi *n.*32. formam talis citationis refert.

CAPVT XI.

Missio in possessionem.

SECVNDO [eaque latius patens, cōtra omnes qui non faciunt sui potestatem, siue vocati sint, siue non, & etsi non cōsultò absint, *ex c.præced.*] Quia sæpè fit vt vocari nequeat reus, vel quia debitor mortuus, & nemo ei heres; vel quia furiosus, latitat, abest, [a] a Sæpè etiam vocari, & qui iudicio sisti cauit, copia nō est: nec, vel ab ipso, vel ab alio, quid eo nomine extorqueri potest. Quid enim si absit, fideiussores aut nulli aut nō idonei. Ideo ne actor deludatur, eiusque actio frustretur, in omnem ei euentum cōsultum est. Atque hæc viâ aduersus tum frustrationes, tum absentes omnes, & qui nusquam sunt, MISSIO IN POSSESSIONEM, *l.satis q.*19 *de in ius voc.*[b] b Rei seruandæ causſa, *l.*1.*&* 3.*D. Quib.ex caus.in poſ.& paßim l.*5.§.2.*& 4.vt in poſ. leg.* DE QVO VERBA EDICTI *l.*2. *pr. Quib. ex caus.* HÆC. [c] c IN BONA VNIVERSA in actione in personam, arg. *l.*7.§.17.*d.t.* [d] d Malè Dd. vulg. *ex Nou.*53.*c.*4.§.1. probant in partem bonorum mitti. [e] e Nam immò hoc vult Imp. vt missio fiat in bona quidem omnia, sed pro modo & quantitate debiti, id est, vt quisque pro modo debiti, ex iis distractis pecuniam recipiat. [f] f Sed & inde alius Dd. error, quod ordo hoc idem seruandus, qui in bonis ex causſâ iudicati captis, *l.*15. *de re iud.* Etsi is error probatus in *c.vlt.in lit.non conteſt.* vbi Panor. hoc ordine non seruato non valere, quod factum est. [g] g In actione verò in rem, si quidem absit reus, in rem solùm peritam, sin latitet, in omnia bona, *d.l.*5.§.16.*& seq.* Iure verò Can. indistinctè in res tantùm peritas, *d.c.vlt.*§ *in aliis v.* [h] h EIVS QVI IVDICIO SISTENDI CAVSSA FIDEIVSSOREM DEDIT. Verba hæc non remouent, alios. Nam & in eorum res mittitur, qui non cauerunt, immò qui nec in ius vocati, *l.*19. *de in ius voc.* etsi pupilli sint aut furiosi, vt infr. lit.P. Sed si nihil desit edicto, de eo qui cauit, nominatim edixit Prætor, quia de illo maior dubitatio. Si & missio hæc datur ei cui citra eam magis cautum, qui fideiussorem potest conuenire, & per hoc indemnis seruari, quantò magis ei cui omninò non cautum. Magis autē videtur, quod ab edicti verbis compilatores aliíve imperiti detraxerint voculam *etiam*, quæ adiecta rem expediet, si legatur, *eius etiam qui iudicio, &c.* [i] i SI NEQVE POTESTATEM SVI FACIET, siue consulrò id agit, frustrandi causſâ latitans, siue sine consilio frustrandi abest, aut nusquam est, *d.l.*2.§.1.*&* 2. NEQVE DEFENDERETVR. DEFENDITVR quisque AVT IVRE IPSO, qui in eâ causſâ, vt etsi iudicium præsens accepisset, absolui deberet, vt qui debet in diem vel sub conditione, vel exceptione tutus, vbi missioni non est locus, *l.pen.in fin.d.t.l.*7.§.14.*de reb.auct.iud.l.*5.*pr.de pecul.* [k] k Nec enim hîc per absentiam fit deterior causſa aduersarij. Ergo per *l.*2. §.3. *Quib.ex caus.&c.* Sed hæc ita, si suo iure missionem postulet, & solus. Qui enim contra præsentem agere non posset, quomodo dicet indefensum quem ita ius tuetur. Sed si alij in possessionem missi sint, nulla iniuria est absentis, in eâ possess. conditionali quoque creditori locum cum aliis dari, si postulet, vt existente conditione res illi proficiat ad pignus contrahendum. Sic accipienda & concilianda *l.*6.*pr.d.t.Quib.ex caus.* Mittitur aliquādo, sed non in iustam possessionem qualem veri creditores consequuntur. [l] l Sanè quibus sub conditione legatum est, in possessionem mittuntur, si heres non satisdet, *d.l.pen.*§.1. Sed ideò, & quia his heres satisdare debet. [m] m Conditionali autem creditori nihil ante conditionem præstandum. Sic si Pater, cum quo de peculio acturus eram, latitet cum nihil est in peculio, in possessionem non mittor, *d.l.*50. *pr. de pecul.* scilicet vbi nihil in illo esse constat. Loquitur enim de eo, qui iudicio accepto absolueretur. Secus si de eo ambigatur, ac credito esse intendat. Tunc enim vti tenet actio de peculio, *l.*30.*pr.eod.* ita & hæc missio, *l.*7.§.15. *Quib. ex caus. in poſſeſſ.* [n] n AVT FACTO SVO VEL ALIENO, id est siue se ipse defendat, siue habeat, qui ipsius nomine iudicium suscipiat, rectè *l.*5.§.2.*d.t.* (Nam quod ibi de pupillo longè maiori ratione in alio obtinet) & boni viri arbitratu, *l.*7. §.1.*d.t. Facit L.pen.de Procur.* hæc autem duo idem valent, vt & sit idoneus defensor & satisdet iudicatum solui, vid. *supr.lib.*17.*c.*13.*lit.M.&c.* Quare non defenditur, si vel nemo existat, eius nomine iudicium suscipere paratus, vel non idoneus, vel satisdare nolens. Jd vt constet, requiri & interpellari propinquos amicosque, & quos probabile est defensuros, oportet, idque testatione complecti, vt Magistratui fides fiat, *l.*5.§.1. *Quib.ex caus.in poſ.l.*21.§.*vlt. l.*22. *ex quib. cauſ. mai.* [o] o Nec referret, quis non defenderetur. Nam & pupillus, furiosus, & omnes qui à curatoribus reguntur, possess. bonorum patiuntur, *l.*3.§.1.*& vlt. l.*7.§.10.*d.t.* [p] p Excepti absentes Reip. causſâ, siue dolo, *l.*35. *de reb.auct.iud.* [q] q vt nec referret, viuat debitor, an mortuus sit, si neque adhuc quisquam illi heres, si diu incertum sit, heres extiturus nec ne, & si res vrgeat vel conditio, causſâ cognitâ, *l.*8. *Quib.ex cauſſ.* quod declarandum ex *l.*23.§ *vlt.de her. inſt. l.*4.*l.*31. *de reb. auct. iud.* IRI IVBEBO olim sine citatione aliâ. [r] r Hodie qui cautioni iudicio sisti non parent citandi trib. edictis vel vno peremptorio, *Nou.*69. *&* 212. *c.*1. *extr. de dilat. c.vlt. vt lit. conteſt.* [s] s In quo idem quod in iis qui post litem conteſt. contumaces. Illud interest, quod lite contestata causſa agi nequit, sed si actor contumax absit, reus ab instantia absoluitur, *Nou.*53. *cap.*1. sin reus, actor in possessionem mittitur. Tamdiu autē missi sunt in possessione, quoad non defenditur. Si cœperit defendi, cedere debent, *l.*33.§.*vlt.de reb.auct. iud.l.*2.§.*vlt. Quib.ex cauſ.in poſ.* [t] t At cur hoc quod generale, in specie & nominatim de pupillo pubere reddito edixit Prætor, *l.*5.*§.*2.*d.t.* &c. Id inde, quia alia conditio impuberis, quàm reliquorum. Hi defendi possunt, etiam à se, illi tantùm ab aliis. Et hoc definiuit Prætor, quod pubes redditus ipse defendere possit. Quia personæ conditio cum ætate mutata est. Et ipse iam iudicio agere & conueniri potest, accepto curatore in litem. Non tamen aliter decedent, quàm si actio interea amissa restituatur, & damnum omne sarciatur, *l.*18. *si seru. vind. Nou.*53. *cap.*4. [u] u Item antequam reus fideiussorem det iudicio sistendi causſâ, etsi is sit, à quo non exigeretur aliàs satisdatio, *d.cap.*4. [x] x

NOTATA.

[a] a Non tamen hîc sine omni citatione ad immissionem venitur. Quin perquiritur reus, & si reperiri nequeat ad domum vel per edictum citatur, &c. vid. *not.*5.*c.*2.*lit.E.F.&c.* Et furiosi curator citandus, vt *d. c.*2. *lit.X.* [b] b Et remedium quidem hoc coërcendæ contumaciæ, non subsidiarium aut regulariter prohibitum, sed ordinarium ac permissum, vt *Gœd.ad rub. extr. de sequeſt. num.*21. *&c.*1. *num.*109. Vbi fusè ac solidè hoc *contrà Claudium* adstruit *num.*121. Nam etsi extraord. certo sensu dici possit, nimirum quia non iure actionis, sed mero Prætoris officio expeditur, nec olim quoque certa & solenni formula imperranda missio. Ordinarium tamen eatenus recte vsurpatur, quatenus certa iuris parte, edicto nimirum perpetuo, propositum, verbis promissionem & ius regulare arguentibus *tit.D. Quib.ex cauſ. in poſſ.& extr.de eo qui mitt.in poſſ.* Nec subsidiarium censeri potest, quòd vna cum aliis remediis quandoque competit, electione data actori, vt *l.*8.*C. Quom.& quand.iudex,* nec si esset, ideò regulariter veritum proterea censendum. Causſæ denique beneficij, vt *J. lit. H.* specialiter exceptæ, regulam contrariam arguunt. Nec concinna ratio Cludij. Ex contumaciæ solùm causſa missio conceditur, non igitur ordinario iure. Nam immò quæcumque sint remedia iure prodita, suas certas, eodem iure constitutas causſas habent, ex quibus solis oriuntur, & extra quas non competunt. [c] c Edicti de possessione hac bonorum complura capita, seu partes diuersæ, vt *d.l.*2.*pr.l.*5.§.2.*l.*6.§.1. *l.*7.§.1.*h.t.l.*9.*pr. l.*25.*de reb.auct.iud. vid. P.Fab. ad d. l.*148. *de R. I. initio.* [d] d Quod iure quidem veteri satis expeditum (etsi quidam, vt lit. seq. contrà) & clarè probatur *l.*1. *D. Quib.ex cauſ. Cic. pro Quintio*: Omninò bona possessa non esse constituì: quod bonorum possessio spectetur, non in vna aliqua parte, sed in vniuersis, quæ teneri ac possideri possint, *Duar. ad h. t. D.c.*2.*Scip. Gen.*1. *de iurisd.*24.*p.*86. *Cæſp.Schiforded.lib.*1. *ad A.Fab.tit.*7.*q.*1. Et ita *Cuiac.*10.*obſer.*31. initti in possessionem omnium mobilium, immobilium & incorporalium

lium. Ac probat *l.1.C.de prat pig.* vid. *Don.ad eum tit.C.nu.9.* Et ita iure nouo ſtatuunt *Duar. d.c.2. Vveſ. Par. D. de dam. inf. n.6. pag.70. Scacc.1. de iud.96. num.5.* Amplius *Coraſ. ad l. ſiſinita. 15. §. Iulian.16.de dam. inf. in Summ. 1, & 2. decreti, & Maran.p.6,memb.2.de contumacia, num.12.* pro hoc ex iure antiquo allegant *l.9.C.de bon.auct.iud. poſſ.* quæ iiſdem reſiſtit tamen. Bona tamen in quæ mittitur, aliquanto plus valere quàm ſit creditum, volunt, *Maran.d.lo.n.14.*

f ſita *Cuiac. in d.Nou.33.part.3.p.m.193.* in vniuerſa bona debiti ſeruandi causâ. Nam *d. Nou.53. c.5.* dicit poſſeſſionem bonorum indefinitè, bona habere, res recipi, &c. *Sc. Gen.1. de inriſdict.24.* verba illa *d.c.4. πρὸς τὸ μέτρον & διαφωνοῦσι χρέως*, ita debuiſſe verti: *ad quantitatem declarati debiti*, ſcilicet conſequendam vel conſeruandam. Nec referenda eſſe ad modum & quantitatem rerum, in quas miſſio fit, ſed ad illius finem atque effectum. Et *P. Frid. lib.3. de contin. cauſ.c.15.n.3.* loqui ea verba de quantitate debiti immiſſis per ſententiam adiudicandâ. Accedit *Schiford. lib.1. ad A. F. tr.7. q.1.* Quem notat ac Pragmaticos tuetur *Rulan.add. ad Mar.d. num.12.* quod *d.c.4.* verba *ſecundùm menſuram, &c.* non ad venditionem, ſed ipſam immiſſionem referatur. Attamen *Vult.1.diſc ſchol.10.* contendit Iuſtin. *d.Nou.53.c.4. §.1.* non quidem mutaſſe ius miſſionis in res vniuerſas, ſed diſtractioni modum præſiniuiſſe, ne ſi quarumdam venditione ſatisfieri credito poſſet, reliqua etiam, ceu olim ius fuerit, diſtraherentur. Quod haud diſplicet. Quomodo accipietur miſſio *d.cap.12.§.1.* quam vulgò vocant ex ſecundo decreto, vt ℣. *cap.13.* Nam loquitur certè *d.§.1.* de latente, itemque de miſſione, quæ ſit examinato negotio, atque ita pleniori quadam cauſæ cognitione præuiâ. Ergo per not. j. *h.t. lit.R. & d.cap.13.* Atque hoc ante Iuſtin. quoque Leo ſanxit, *l.6.§.ſed ſi hoc.4.C.de his quis ad Eccleſ.* verbis *uſque ad modum debiti*, bonorum eius traditio ſiue venditio celebretur. Quæ niſi violenta & dura interpretatione eo modo, quo *Cuiac.& Den.hôc d.§.1.* interpretâtur, accipi nequeunt, licet ita *Sc.Gent.d.c.24.* Nec obſt. quod ibid. dicitur, iudiciorum ſolitus ordo ſeruari. Intelligitur enim is, qui in

g reb. ex cauſsâ iudicati diſtrahendis. g *Scacc.1. de iudic.96. num.6. & num.35. Coler. deciſ.134. n.7. Rulant.de commiſſ. p.4. lib.8 c.5.num.4.& ſeqq.* Et hoc immò iuri quoque ciuili conuenit quoad venditionem, vt iam oſtenſum. Malè *Cuiac in Nou.53.part.3 ſub fin.* hoc inde refellit, quia pignus prætorium in vniuerſa bona & iura conſtituitur, *l.1. C. de Præt.pig.* Nam hoc ſolùm *d.l.1.* definit, *licere* etiam id ſuper actionibus decernere, non verò oportere. Et immò æquè Prætorium, ex ſententia Donelli, quod ex cauſſa iudicati capitur. Planè *vbi res certa*, ſeu ſpecies act. in perſonam

h petitur, in eam ipſam miſſi notat *Rul.d.c.5. num 8.* h Multis item aliis modis hanc miſſion. in realibus act. ab altera differre, notant Dd. quod nempe hîc verus poſſeſſor fiat etiam citra ſecundum decretum, quod fructus percipiat, quod lapſus anni res recipi nequeat, de quib. vid. *Scac.1. de iud.96. num.5.& ſeqq.* & de ſingulis notabo j. *ſuis locis, vt h. c.lit.T.& c.ſeq.lit.C.& D.* Vbi verò iis de poſſeſſione ſuper dignitate, perſonatu vel beneficio eccleſiaſt. ex contumacia non ſit immiſſio, ſed in cauſſa proceditur, aut ſi procedi nequeat, ſequeſtratio fit, *c.vn.de eo qui mit.in poſſ.rei ſeru.in 6. vid.Gœd.de ſequeſt.c.1.nu.108.p.187.& n.111.p.172. & ſeqq.* vbi vnicum hunc caſum exceptum ſtatuit, quo miſſioni ob contumaciam non locus ſit. Intellige præter eos, quibus natura rei petitæ hanc miſſionem non recipit, vid. *Coraſ. in l.15.§.Iulian.16.de dam.inf.Summ.1.& 2. decreti num.22* In illis ipſis autem cauſſis beneficij admitti miſſionem vult. Idem *Gœd.de ſequeſt.c.2.num.3 & 4.* ſi de iis non poſſeſſionis aut titulo, ſed proprietatis controuerſia mota, per *c.2. extr.de ſequeſt.c.2.vt lit.non conteſt.in 6.* Et quia *d.c.vn.* dicitur *ſuper dignitate, & c. obtinendis.* Secus igitur, ait, ſi iam obtenta fuerint & petitorio, ad reſtitutionem, agatur. † Quomodo & quas in res miſſio fiat in iudicio diuiſorio, vid. *Menoch.arb.cap.524.* Quid ſi lis de ſeruitute, vid. *l 18.*

i *Si ſeru. vind.* i Dicendum potius cum plures edicti partes fuerint, eas integras nobis non ſupereſſe, quàm quod vna vocula huic parti detracta ſit. Ita verò puto. Pars illa edicti, *quæ d.l.2.pr.* ad eos ſolùm pertinet, qui vadimonium deſeruerunt. Alia deinde pars ſeu clauſula nominatim de cauſſa pupilli non defensâ cauit, cuius verba planè nobis deſunt. Fuiſſe eam liquet, tum ex *l.3.§.2.d.t.* verbis: *vt edicto locus ſit*, non dicit menti & ſententiæ edicti, de alio locuti, & ad pupillum extenſi, qui enim extendi potuiſſet. Tum maximè *ex l.5. §.2.d.t.* vbi verba edicti: Si *is* pupillus *eâve* pupilla, &c. arguunt, & in præcedd. mentionem horum à Prætore factam eſſe. Subditur alia clauſula *l.6.§.1.* quæ bona venire permittit. (quam pertinere arbitror ad clauſulam primam, quæ *l.2.pr.*) excipiens pupillum & Reip. cauſsâ abſentem. Illa autem clauſula, *quæ l.7. § 1. refertur*, ad eos potiſſimùm pertinet, qui iudicio ſiſti non cauerunt, quippe nec vnquam reperti. *Fac.d.l.7.§.13.* ibi: occurſum creditoris euitet & *d.l.7.§.pen.* ibi: à quo petere velim. Cæterùm cum de furioſo nulla pars edicti locuta ſit, inde quæſtio mota *d.l.7.§.10.& 2.ſeqq.* Et dicitur *nominatim d.§.10.* quia edicto generali non comprehenditur. Sic itaque ius fuiſſe reor. Aut qui non defenditur, prius ſatisfecit, iudicio ſiſti & primò ſit miſſio in eius bona ſiue latitet ſiue non, fraudationis causa abſit ex primâ clauſulâ edicti, *l.2.pr. & §. ſeqq. d.t.* Si diem abeſſe perſecuerit, eius bona veniunt ex ea clauſulâ, quæ *l.6. §.1. h. t.* etſi non turpiter ſe occultet. 1. quia verba *d.§.1.* indefinita, *cuius bona poſſeſſa.* Ergo *iunct.l.2.& §.2.h.t.* 2. quia nominatim excepti pupillus & abſens Reip. cauſsa. Exceptio autem in vno probat regulam contrariam in aliis. Quid enim hi peculiare haberent, ſi nullius niſi latitantis bona venire poſſent. Non tribueretur quidquam, fauori eius, qui pro commodo Reip. laborat, ſi idem haberet alia quacumque probabili, immò & voluntaria cauſſa, modò citra doloſum fruſtrandi animum, abſens. 3. quia & minor non defenſus quandoque bonorum venditionem patitur, licet non latitet, *l.5.de reb.auct.iud.poſſ.* 4. quia ratio certa hoc idem efficit, de quo mox. Aut non ſatisfecit. Et hîc alia edicti clauſula de pupillo, cuius verba priora non habemus, poſteriora autem referuntur in *l.5. §.2.h.t.* Eaque diſtinctio eſt, vt j. *c.13. lit.E.* alia de quouis alio, cuius itidem pars ſolum prior refertur, *l.7. §.1. d.t.* & conſtat *iunct.l.21.§.pen. Quib.ex cauſ.mai.* Hic igitur vel fraudationis cauſsa latitat, & ſi non defendatur, eius bona poſſideri vendiique Prætor iubet. Huc vſque verba edicti relata, *d.l.7.§.1.* vel non latitat, & ſi nõ defendatur, in bona tamen mittitur. His aut ſimilibus ſupplenda verba edicti, quæ deficiunt, ex *d.l.21.§.pen.* Neque enim quod ibi dicitur de non latitantibus ad eos quoque pertinet, qui ante ſatisfecerunt, tum quia ibi tractatur de reſtitutione contra actionem amiſſam, cuius dies exiit abſente aduerſario, qui nimir. nec initio conueniri aut in ius vocari potuit, tum quia *d.l.6. §.1. Quib.ex cauſ.in poſſ.* refragatur, vt oſtenſum. Denique certa ratio hæc diſcriminat. Qui antea iudicio ſiſti cauit, vadimonium deſerens, verè contumax, meritò hanc pœnam diſtractionis patitur. Etſi namque poſſit eſſe, vt non latitet, *l.2.§.2.d.t.* (quid enim ſi putauit non defore, qui ſe abſente cauſſam ſuam ſuſcepturi) tamen eſt, quod ei imputetur, quo abſit, quodque fidem promiſſionis de ſiſtendo nõ præſtet. Ac licet forte Procuratorem, dum abiret, reliquerit, ſatis inſtructum, ſi is poſtea fidẽ mandati deſerat, hoc non nocere aduerſario æquum eſt, ſed ei ipſi qui reliquit, quique eius fidem ſecutus, &c. Contra qui initio abfuit ſine dolo & fraudandi animo, vt nec vocari in ius ipſe perſonaliter potuerit; & proinde iudicio ſiſti nõ fatisfecit, ei tantum imputari nequit. Nam diuinare nec potuit nec debuit fore aliquẽ, à quo conueniretur. Quid enim ſi cauſſa actionis ipſi ignota, &c. Quare hîc ad diſtractionem, quæ & noxia ſæpiſſimè debitori, reb. vilioti pretio venditis, & ignominioſa, nõ peruenitur, niſi ex cauſſa & eo modo, vt *l.7.§.10. & 2.ſeqq d.t.* Atque hæc ita iuri noſtro conuenire cenſeo. A quibus Interpretum doctrinæ in propoſito nimium quantum diſcrepant.

k Non igitur placet, quod *Gœd.ad l.10. de V.S.* vult creditores *d.l.10.* ſtatui etiam quibus in diem vel ſub conditione debetur ad hunc miſſionis effectum. l Dura hæc conciliatio: Aliter *Cuiac.10.obſ.32. Vital.2.var.lect.14.n.1.* mitti quidem *d.l.6.* ſed vt pignoris exſecutionem non habeat aut venditionem peragere poſſit. Mitti, ſi initium ſpectes, non ſi effectum. Conueniunt *Pac.7.enant.q.11. Gœd.ad l.12. pr. de V. S.n.13.* exaudientes *d.l.6.* de miſſione ex 1. decreto rei cuſtod. & ſeruandæ cauſſa *d.l.pen.* ex ſecundo decreto, quo vera poſſeſſio tribuitur, & vt bona crediti nomine vendantur. Nec malè hi duo, niſi quod duo decreta falsò agnoſcũt, vid. j.c.13. *lit.A.* Potius inter partes edicti diuerſas diſting. vt poſt *Pithe.P. Fab.ad l.148.de R.I.* Mittũtur ex parte ea edicti quæ *l.2.* expreſſa, non autem ex ea quæ *l.7.§.1.eod.* ex qua & venditio conceditur. † Et hæc ſolutio ſitmiſſ. ea ipſa ſerie ll. collocatarũ deſumpta Licet priori miſſioni forſan non locus in conditionali debito, niſi cum ex iuſta cauſſa agitur ad interponendam cautionem ante conditionis euentum, per *l.2. §.in omnibus pen. D. de iud.* vt *P. Vander. de priu. cred. c.16. add. Coler. de Proceſſ. p.2. cap.3. n.105.* Illud minus placet, quod *Gœd.ad d.l.12. pr. n.11. & 2.ſeqq.* alia conciliatione vſus, accipit *d.l.pen.* de conditione incerti ac dubij euentus, *d.l.6.* verò vbi certò euentura. Illic incertitudini vim eſſe fermè perpetuæ exceptionis. Hic autem, vti & cum in diem debetur, licet obiici poſſit exceptio plus petitionis, ea tamẽ,

ait, non

ait non perpetua, ſed quaſi momentanea & prorſus dilatoria, ſuſpendens ſolum actionem, donec dies adſit aut conditio: Ac etſi quod ſub conditione debetur non in oblig. quia tamen ſpes eſt breui debitum iri, pro eo haberi, ſicuti quæ proximè fieri debent, pro factis habentur, ita *Gœd. Male.1.* Quia non eſt vera conditio, cuius euentus indubius, vid. *ſ. lib.8.c.31.lit.C.& lib.15.c.11.lit.B. ibique not.2.* Ipſe IC. *in l.7.§.14.h.t.* in materia noſtra non referre ſcribit debitor non ſit an nondum conueniri poſſit. Contra quem quid efficiat arg. Gœd. ex Brocard. Cingend. pro cincto, &c. eóque ipſo latius quæ conuenit accepto. Neque enim quæcumque certò euentura conditio; e. g. ſi moriar. 3. Falſum quod ante diem vel condit. petens excepit. ſolùm repellatur. Immò actio iure ipſo non tenet. vid. *ſ. lib.15.c.8.lit.D.* 4. Connexio *d.l.pen.§.vlt.cum §.1.prac.* & vis vocũlæ *autem* arguunt, vti de legati condit. §. 1. tractatur, quæ deficere poteſt, ita *d.§.vlt.* de pari conditione debi-

m ti, alià non conſtat oppoſito. m Conuenit *Cui.10. obſ. 32.* quia legatario cautio debetur exemplo iudiciorum bonæ

n fid. n Conuenit *Pac.4.enant.quæſt.63.* exaudiens *d.l.30.pr.* vbi nec aliquid eſſe poteſt in peculio, quia filius vel ſeruus mortuus aut manumiſſus. Aſt *d. l.7. §.15.* apertè loquitur, vbi nihil quidem in eo eſt, aſt eſſe poteſt. Nam: etſi cum agitur, nihil inſit, tamen medio tempore & ante ſententiam

o acquiri poteſt. o vid. *P. Fab.ad d.l.147. de R.I. Marant.p.6. memb 9.de cit.nu.105.& ſeq.* docens hos per Proclama, ſeu voce Præconis publicè citari debere, de quo & quod ſinguli non ſint vocandi, plenè tractat *Vinc. de Franch. deciſ. 516.* Planè *Peir.& Cyn. ref. Coraſ.in Summ.1.& 2.decr.num.16.* hanc citationẽ non niſi in minorib. *d.l.5.§ 1.* & abſentibus Reip. cauſſæ *d.l.22.* requiri voluerunt. Sed contra facit *l.5.§. 2. Quod vi aut clam.l.vlt.vbi pup.edũc.* Vnde *Cor.d.loc.nu. 17.* vbi graue præiudicium vertitur hoc requiri, niſi abſens, ſemel antea in facie citatus, contumax eſſe perſeueret: Is enim latitare cenſetur. Si quis autem horum venerit terminum ſibi concedi rectè petet vt perquiri & admoneri in-

p terim ab eo reus poſſit, *Menoch.cap.40.num.7.* p *l.5.vlt.de reb.auct.iud.* Planè *Gœd.de ſequeſt. cap.1. numer.74.* fieri hic miſſionem putat ex cõtumacia tutorum ac curatorum, contra hos magis quàm ipſos pupillos, furioſos aut prodigos. Cum illi his damnum tutelæ curæve iudicio ſarcire teneantur. In ipſorum v. pupillorũ potiùs quàm tutorum bona mitti creditores, tum quia illi debitores principales, tum quia ita maior pœna tutorum quibus ob eam cauſſam infamia quoque metuenda. Sed hæc non conueniunt: Mitti contra alium in bona alterius. Ita verò eſt. In *d.l.3.& c.* fit miſſio ex peculiari edicti parte in *d.l. 7. §. 10.* verò non patiuntur hæ perſonæ miſſionem ſibi damnoſam, verùm bona venire conceditur (& vt vulgò ſecundum decretum interponitur) quia ipſi furioſo, prodigo, &c. expedit, &c. Quæ plenius hîc exſequi non vacat. Cõfer. *ſ. lit.I.& Coraſ.in l.13.§. Iulianus*

q *16.de dam.inf.Summ.1.& 2.decreti num.19. & ſeqq.* q Immò horum eadem cauſſa, quæ pupillorum *l.6.§.1. Quib. ex cauſſ.in poſſ.* Proinde & quæ furioſorum per *l. 7. §. 10. eod* Qui vbi in his abſentibus eædem cauſſæ, quæ in illis requiruntur, & horum bona rectè vendentur, non autem indefiniterè, arg. *l.7.§.10. d.tit.* r Ergóne & ſine cauſſæ cognitione? Hoc enim conſequens per not. *ſ. cap.2.lit.B.* Proinde & ſine decreto (quia decretum in rebus quæ altera ſolùm parte præſente, nec citato aduerſario expediuntur, non dicitur de quo *Ant.Fab.10.err.prag.6.*) Ita ſanè *Cuiac.10.obſerv.13.* decreto Prætoris non indigere creditores, (quia hoc omne ex ordine & edicto poſtulatur,) ſed iuſſu eius ac permiſſu. Permitti autem non ſimpliciter poſſideri, ſed ex edicto. Et hanc miſſionem ſine cauſſæ cognitione fieri, *Ant.Fab.err.6. pag.323.& Schifordegher.lib.1.ad Ant.Fab.tr.7.qu 3.* Contra *Sc.Gentil.1. de iuriſd.24.* decernere hîc Prætorem, ideòque cauſa cognita. Qui idem cũ Dd. vulgò duo decreta agnoſcit, ſummatim hîc examinati negocium probant *vulgò ex Nou. 53.cap.4.§.1.* Ac facit *L.9.C. de bon.auct. iud.* ibi: & debitorem tũum eſſe conſtat. Quin & vocatur decretum, *l.3. pr.Ne vis fiat ei.* Verum *d.c.4.§.1.& d.l.9.* de miſſione, quæ ſit contra latitantes, & ita ex alia edicti parte, *leg.7.§.1. Quib. ex cauſſ.in poſſ.* quæ vulgò ex 2. decreto dicitur, loquuntur. Et decretum ſanè ſtrictiori acceptione non dicitur ſine cognitione cauſſæ, Latiori autem quicquid Prætorius dicens pronunciat, vid *Reu.Protrib.cap.8.* At ſi qua hic cognitio, ea eſt contumacia, *Coraſ.in l.15.§. Iulianus 16. de dam.infect. Sum. 1.& 2.decreti num.6.& num.13.* non de meritis cauſ. Pœna enim hæc eſt contumacis. Contumax autem eſſe poteſt, etſi iuſtam cauſsam fouceat, *leg.73.pr. de iudic.* Quare hic ſi reus die conſtituto ſe non ſiſtat, eius contumaciam actor

accuſabit, de qua vbi iudici cõſtiterit in bona iri iubet Prætor, etſi de iure actori non ſatis appareat, tum per verba edicti, *leg.2.pr.dict.titul.* cum per *leg.pen.§. pen.* ibi ea tantum occaſione, &c. *Codic.de præſc. 30. ann.* Ac etſi miſſio hæc ex edicto poſtulanda, non tamen iure actionis, ſed mero (ſeu vt vulgò nobili) ius dicentis officio, *Coraſ. dict. numer.13. Gœd.de ſequeſtr.cap.1.numer.109 p.162. & num. 111.p.169.* Et poteſt hæc petitio voce fieri, nec oportet libellum in ſcriptis porrigi, *vid. Iac. Scult. obſ.forenſi 3 numer. 108.& 2.ſeqq.* & quos citat ac in ſimili *Zuchart. de miſſ. in poſſ.ex l.fin.C.de edict. D. Adr.toll.num.91. & numer.181. & ſeq.* Quis verò Iudex immittat, & an delegatus quoque alius quàm Principis, vid. *Zuchart.d.loc.numer.264.& ſeqq. Gœd.d.cap.1.num.69.& ſeqq.* & cuius imperij ſit ita mittere, *Vaud.2.q.35.* Confer. *s. lib.17.c.8.lit.Ee.* Quid ſi bona in alia territorio? *Zuchart.d.loc.numer.276. & ſeqq. Couar. pract. qq.cap.10.numer.4.* † Iure Sax. miſſionem ex primo decreto non agnoſci notat *Coler. de Proceſſ.executiu.p.1.cap. 2. numer.12.& p.3.cap.10.numer.5. ac deciſ.134.nu.12.* Quippe eo iure contumacia litis damno operaretur. Emiſſis namque tribus edictis citatoriis per interualla 14. dierum, vnóve peremptorio (vid. *nor. lit ſeq.*) ſui coplam non faciens condemnatur, actore id petente & contumaciæ pœna vrgente, (abſque hoc enim ſecus, vid. not 5. *cap.10. D.*) in cauſſa, ſub conditione ea, ni legitimas abſentiæ cauſſas docuerit, *biß auff Ehehafft vnd helfftiche Vviderrede.* Quæ quomodo & intra quod tempus probandæ, vid. *Coler.d. c.2.numer.21. & ſeqq* Ni probauerit, iudicatur reus, *daß er nunmehr biß auff die Hulffe erſtanden*, & condemnatur ad omnia petita, nec aliter contra eum exſecutio inſtituitur captione pignorum, & trauſlatione poſſ. in act. in rem, quàm ſi legitimè iudicio conuictus & cauſſa, eiuſque meritis cognitis, iudicatum eſſet, *Col.d.c.2.numer.29.& d.c.10.num 5.* Et miſſus itaque in poſſeſs. verè ſtatim poſſidet, fructuſque percipit, eoſdem tamen in ſortem imputat, donec credito ſatisfactum. Quod ſi vrgeat ſolutionem poſt lapſum 6. ſeptimanarum ad diſtractionem rei, in quam miſſus eſt creditor, venitur, vid. *Coler.deciſ.134.num.10. & ſeqq.* Quæ autem forma ſubhaſtationũ in foro Sax. quis effectus, &c. vid. *Nou.Elect, Sax.32.p. item Conſt. Auguſti Elect. poſt conuent. Torgenſ. Anno 1583. edita & interpr.iuris Sax.citati j.c.1. lit.A.* 5 Fac. *l. 8. C.* g *Quom.& quand.iud.l.6.§.4.* verbis: poſt edictos ſolennium citationem, *Cod. de his qui ad Eccleſ. confug.* ex qua *Hier. Schurf.cent.1.conſ.9.num.7.* contendit etiam in miſſione ex 1. decreto neceſſariam eſſe citationem. Attamen in eadem Peremptoriam non requiri, cum ſit modici præiudicij, nullum poſſeſs. vel dominij in ius transferens, firmat *Coraſ.in leg.15.§. Iulianus 16.de dam.infect. Summ.tract.1.& 2.decreti num.9.* Confer *Gœd. de ſequeſtr.c.1.num.74. Parlador.2. rer. quotid 6.* † Iure Sax, etſi contumacia indicatur, tres citationes vt præceſſerint, requiri videatur, tum per textus *lib.3. art.39.verſ. Alſo thut man auch zum andern vnd dritten mal, &c.& lib.1.art.41. & 67.* tum ex communi doctrina, quod vbi contumax pro confeſſe habetur vna pro tribus peremptoria non ſufficiat. Attamen vſu forenſi contra obtinere, modò vnum edictum tantam dilationem, quantam tres alias, tribuat citato, poſt *Hartman. Piſter.p.1.qu.5.num.9.* reſtatur *Coler. Proceſſ.p.1.cap.2.numer.14.* Quia nec abſolutè hîc pro confeſſo, ſed quatenus legitimum impedimentum non probauerit. Confer *Moller.ad Nou. Elect. Sax. 3. parte 1. num.18.& ſeqq.* † De peremptoria citatione & quando vna ſufficiat, quando aliæ præcedere debeant, déque eius vitiibus in genere, conſule *Matthæſilan.ſing.130.& 2.ſeqq (vbi Gabr. Saxyyra in annot.) & ad l.2. Cod. Quomodo & quand.iudex Sichard.ad leg.2.& ſeqq.* maxima ad *leg.8. Cod. eod. Menoch. 1.arb.quæſt.59. Vvurmſer.tit.6 obſeruat.1. & ſeqq. Frider.lib. 2.de mandat.iudic.cap.17. Scaccia 1.de iudic.91.numer.21.& ſeqq. Rosbach. Proceſſ.tic.15.numer.37.& ſeqq.& num.99. & ſeqq.* † Quod vbi de priuatione iuris agitur, vna pro tribus non ſufficiat, *Scaccia d.loc.num.25. Frider.2.de mand.iudic. 2.num.2* item vbi de priuilegij amiſſione, maximè in Scholaſticis, *Rebuff. priuil. ſchol. 140.* Quibus item aliis modis *præter ante citatos Blareo. in l. Diffamari cap. 6 numero 44. & ſeqq. Caſ. Contard. ibid. cap.4.numer.31.* t Quia finis hu- t ius miſsionis vt rœdio iſtius detentationis contumax in iudicium veniat, *Gœd.de ſequeſtr.ca.1.n.75.* Ergò facto eo ob cuius defectum quis miſſus, meritò miſsio ceſſat, *Moller.2. Semeſtr.13. num. 14.* Et in action. quidem in perſonam vſque ad 30. annos recipi poſſeſsionem poſſe, ſi nondum interpoſitum 2. decretum volunt. In realibus verò non niſi intra annum venerit, cautionémque obtulerit, *per l.pen.§. pen. Cod.de præſcript.30.annot. vid. Coraſ. in l.15.§. Iulianus*

16. *ded.num.infoct. Summ.1. & 2.decreti n.21. Coler.p.1. Proceſſ. exp.2.n.51. Scaccia 1. de iudic.96.nu.8. Vvurmſer.tit.7.obſ.7. n.m.2 & 3.* Quia elapſo anno in realibus, perpetuus poſſeſſor effectus, vt not.*e ſeq.lit.C.* Excip. Niſi à iudice terminus præfinitus reo, intra quem comparens de iure ſuo doceret, ac is lapſus, *Coraſ.d.loc.& Vvurmſer.d.obſerv.7.num.6.* Et niſi ius immiſſi liquidum, aut in continenti probetur, *Vvurſm.d.loc.num.7.* vbi non niſi ſoluto debito miſſus poſſeſſione cedit, *Moller.d.c.23.* u Quare hîc expenſæ actori refundendæ, *Menoch.arb.cap.6.numer.7.Vvurmſer. titul.6. obſerv.6.numer 30. Scaccia d.c.96. numer.* 8. Neque etiam vnquam facilè auditur contumax, niſi refectis expenſis, *Vius. lib.1. deciſ.11 num.1. & 2. Marantapart.6.tit.de contumac. numer.16.* x Quomodo oblatâ ſatisdatione, ſequeſtratio quoque & arreſtum tollitur, *Gail.de arreſt. imperij, cap. 1. num.21. & cap.2.num.7. & 14. Coler.de Proceſſ. executi.p.1. cap.2.num.75. & dec.34.num.24. Gœd.de ſequeſtr.cap.3.num. 14. & ſeqq. Ant.Del Re.de iura.c.al.c.15.num.122.* vid. tamen *Leonin.7.Emend.1.num.9.* Quid ſi præſtare nequeat fideiuſſores? Sufficere iuratoriam vult *Vvurmſer.tit.7.obſ.7.nu.1.* Quod tamen non obtinebit ſi antea iurata cautione præſtita contumax, vt not.*cap.præced.lit.I ſub.ſi.vid. Marant.p.6. tit.de contumaciâ n.22. & ſeqq.*

CAPVT XII.

Effectus Miſſionis.

a VIS AVTEM ITA MISSO FIERI NON DEBET, Vbi interdictum ad id, quanti ea res eſt, ob quam miſſus eſt, *l.1. & 2. Ne vis fiat ei qui in poſſ.* a Neque eo cautio iudicio ſiſti liberat, etſi propter eam poſſeſſio recipiatur *l.pen.§.vlt.C. de præſ.30. an c.vlt.Vt lit.non cont.* Excepti Clerici oblatâ cautione intra annum *cap.1. extr. de dolo & contum.* TRIBVITVR HAC MISSIONE NON POSSESSIO VERA, nec vnquam hinc dominium acquiritur *l.8.C.* b *de bon.auct.iud.* b SED MAGIS CVSTODIA rerum & obſeruatio *leg.12. Quib. ex cauſſ.in poſſ. l.3.§. vlt.de acq.poſſ.* vt eius tædio extorqueatur quod debetur *l.5.pen.vt in poſſ.leg.* c Fructus autem vendi & locari poſſunt & debent ex bona fide, de quo *l.8.§.1. & ſeqq. de reb. auct. iudic.* Eoſdémque & quicquid ex re conſecutus eſt creditor, in ſortem imputat, vel reſtituit *l.9.l.14.d.t.* d Nec inde inops creditor ali debet *l.7.pen. Quib.ex ca.* Excepit in cauſſa hereditaris, vbi ex nimia contumacia poſſeſſoris, fructus petitoris lucro cedit *d.l.7.§.vlt.* e ET PIGNVS *l.26. de pig. act.* f Vnde debitor dominus nihil de his rebus, nec quæ inde natæ ſunt, ſumere poteſt, nec ad veſcendum. Excip. pupillus *leg.33.leg.vltim.de reb. auct.iudic.* g Quod ad furioſum, prodigumalióſque pupillo ſtatu & habitu ſimilos protrahendum argum. *dict.leg.7. §.10.& 12.* Quid verò in inſtrumentis & rationibus liceat, petendum ex *leg.15.de reb.auct.iud.* Ex hac quoque cauſſa actio in factum vtrinque, creditori ſi ſumptus fecerit, contra eum ſi res deterioratæ *l.9.l.14. §. vltim.dict.tit.* h Denique notandum; ſi vnum poſtulantem Prætor in poſſeſſionem ire iuſſit, id omnibus aliis permiſit *leg.12.dict.tit.* Et miſſus non ſibi tantum ſed & aliis poſſidet *l.5.§.2.Vt in poſſ.leg.* i Et alij cum volent in poſſeſſ. venient, ſine nouo permiſſu ac bonis diſtractis partem ferent, ea tamen lege, quæ *in leg.vltim.pr.Cod.de bon.auct.iudic.* Mitti autem non ſatis eſt, ſed & venire oportet *l.26.§.1.de pig.act.* k Niſi natura aut vi impeditus ſit *vid.leg.12.§. vltim.leg.13.de reb.auct.iud.*

NOTATA.

a a De quo vid. *Oldend.d.cl.2.act.5. Sebaſt. Medic. de conſeruan.poſſeſſ.p.2.glo.2. numer.4. & ſeqq.p.567. Menoch. retin.poſſ.remed.1. P.Frider.2. de mand.iudic.57. numer.4. & ſeqq.* b Et nec ex ſecundo decreto, ſi cum Dd. loqui licet, aut edicti parte aliâ vid. *Schiſordegher.lib.1. ad Anton. Fab. t.7. quæſt.5.* c Vnde hanc tot dialem poſſeſſ. vocari ſcribit re *Menoch.retin.poſſeſſ.remed.3.numer.170.* Quem de hoc vid. *ibidem & in num.ſeqq. Et Coler. de Proceſſ.exſec.p.1.cap.10. num.45. & ſeqq. ac p.3.cap.10.num.2. & 3. Vacon.2.declar.34. num.14. Gail. de arreſt.c.12.num.8. Gœdd. de ſequeſtr. cap.2. nu.7. & 8.* Atque hoc admittunt omnes regulariter in actionibus in perſonam, quoad bona immobilia. Veram autem poſſeſſionem miſſo in mobilia acquiri docent, vid. *Coler.p.3. cap.12. numer.45.* Et in realibus quoque actionem veram poſſeſſ acquiri etiam intra annum, poſt annum autem perpetuam ac irreuocabilem plerique ſtatuunt vid. *Coraſ. in l. 15.§.Iulianus 16. de damn.infect.Summ.1. & 2.decreti n.20. Gabr.Sarayna annot.ad Matheſilan.ſing.95. Coler. dict. c.10. n.1. & dict.c.12. num.44. Blarer.in l.diffam.c.2.n.10.pag.69. Gail.de arreſt.c.1.nu.7. Scaccia 1.de iudic.96.n.8.* Mouentur *l.pen.§.pen.* verbis prior poſſeſſor *Cod. de præſ.30. ann.* Quod non inficiè impugnant *Menoch.dict.remed.3.numer.208. & ſeqq. Gœd.de ſequeſtr.c.2.num.9. & ſeqq.* quem adi. Et *Pacia. 1.de probat.vltim.num.38. & ſeqq.* Enimuerò *Coler.d.c.12. num.44. & ſeqq.* & alias quoque & in vniuerſum 10. excepti profert, quibus nempe propria poſſeſſio miſſione hac transferatur. Quid iure Sax. *vid.not.cap.præced.lit.* R. d vid. & *Gail.de arreſt.c.12.num.8. Gœd.de ſequeſtr.c.2.numer.5. & 3.* d *ſeqq. & num.16.* vbi ſi malè in his verſetur immiſſus, eò ſe diſſipet, fructuum ſequeſtrationem fieri oſtendit *per d.c.2. extr. de ſequeſtr* In realibus ex receptiori opinione, qua miſſus verus poſſeſſor ſtatuitur, *vt lit.præced.* eundem fructus lucrari, nec illos ſortem extenuare docet *Sig. Scacc. 1. de iudic.96.num.7.* Soluto verò ex fructibus debito, cuius cauſſa miſſus, num alterius debiti nomine bona retineri poſſint vid. *Moller.2.Semeſtr.23.n.11.* e Quod ſingulare eſſe in petitione hereditatis, cui & alias multa ſpecialia vt *l.12. Cod.de pet. he.* docet *Coraſ.in d.l.15.§.16. Summ.1. & 2. decreti num.33.* e Verum alij plerique ob magnam contumaciam Rei, ſine cauſſæ reſpectu, verè res eius poſſideri, etiam ſecundo decreto non interpoſito, produnt, vid. *Menoch.retin.poſſ.remed.3.n.178. & ſeq. Coler p.3.c.12.n.46* Sed Gœdd. *de ſequeſt. c 2.n.15*, intelligit *d.§.vl.de* ſecũdo decreto, quippe cui cauſſam det nimia & perſeuerans rei contumacia. † Enimuero ſi duplex decretum Dd. in hac miſſione rectè ſtatueretur, omninò de ea, quæ ex ſecundo decreto, accipienda hæc eſſent. Et ſanè illa omnia, quæ poſt *leg.7.§ 1. Quib.ex cauſ. in poſſ.* habentur *& t.tit.de reb.auct. iudic.poſſid.* non pertinere ad priorem edicti partem, quæ *l.2.pr. Quib.ex Cauſſ.in poſſ.relata* videntur. Cæterum arg. *d.§.vlt.* ſtatuunt *Menoch. dict.loc.num.179. Coraſ.dict.loc.numer.34. & Coler. dict. cap. 12.nume.97.* ſtatuto vel conſuetudine effici poſſe, vt immiſſus ob aduerſarij contumaciam ex primo decreto fructus lucretur. f Et hoc pignus Prætorium, per *l.2. Cod. Qui pot.* f *in pignor.l.3. D. Vt in poſſ. leg. Hot. ad l. properand. 13.§. 1. Cod.de iudic. Anton. Faber.10.err.prag.6. Donell.de pignor.c. 6. Coler.de Proceſſ.exſec.parte 1.cap.2. numer.53. Gœd.de ſequeſtr cap.1.numer.109 pag.163.* Quod differre à conuentionali notat *Menoch.arb.caſ 6.numer.7.* 1. In hoc maius ius creditori ac poſſeſſio. 2. Hoc non redditur, niſi debito ſoluto. Prætorium verò iſtud refuſis impenſis & purgatâ contumacia. † Differt quoque hæc miſſio ab arreſto, quod non ſit cuſtodiæ cauſſa & in rem quoque litigioſam exercetur *Gœd.in rub.exer. de ſequeſtr. numer.* 20. licet multi cum eo confundant, vocantes ſpeciem arreſti: Quod non conuenit niſi abuſiuè ex affinitate quadam ratione effectus, *idem Gœd.ad cap.1.dict.titul.numer.111.pag.177.* Et à ſequeſtratione per quam nec detentatio aut nuda (vt barbarè loquuntur) tenuta, creditori tribuitur, ſed res cuſtodiæ alterius certa lege committitur *Coler.dict.p.1.cap.2. num.61. & ſeqq.* Nec ea creditor pignus prætorium conſequitur, g vid. *Cuiac.24 obſ.17.* qui *dict.l.vltim.pr.* duplici correctione emendat legens *pupillo*, &c. *in poſſeſſione bonorum, &c.* reſecta vocula *minoribus.* Verum non inſolens Iuriſconſulti transitus ab vnitatis multitudinis numerum vt not. *ſupr. lib.18 cap.2.tit.Dd.* Proinde emendationis haud eget locus. h Quæ etſi ex dolo *di t. leg.9.§. vlt.* in factum tamen datur h *d.l.9.pr.* Sed ſine dolo admiſſo non tenet *d.l.9. §. 5.* Et dari eam intra annum etiam hodie vult *Cuiac.in Paulo ad leg.10. d.tit.* nec ex quo de dolo actioni biennium præfinitum, etiam huic. i Vnde Græci vocant *τὴν ἐμβόλιμον νομὴν* & *ἀνενεῶν* i *Petr. Fab. ad leg. 148. de R. I. initio Cuiac. in Paulo ad dict. leg.12.* Quare & impenſæ ad omnes pertinent, quia commune negocium eſt *leg. 9. §. 4. eod.* Atque huc reſpicere regulam *d.l.148.* oſtendit ibi *Petr. Fab.* Effectus vt qui prior miſſus in hoc prætorio pignore nõ ſit potior iure, ſed æqualis omnium cauſſa, nullo inter eos ordine ſeruato, *Cui.d.loc.* Si nempè omnes Chirographarij *l.6. Cod. de bon. auct. indic. poſſid. Petr.Fab.d.loc. Coler.de Proceſſ. parte 3.cap.2.num.52. & parte 3.c.12.num.89. Vital.1.Var.lect.14 n.2. Rauchb.parte 2.§.9.num.6.* Atque huius iuris vſum adhuc ſupereſſe, ne o *Nou.53.cap.4.§.1.* ſublatum adſtruit *Petr.Frid.lib.3.de conti-* k *nent. cauſſ. cap.15.numer.3.* k In quò differt prætorium pignus à conuentionali, Donellus ad *tit. C. de pret.pign.n.8.*

CAPVT XIII.

Diſtractio bonorum.

a EADEM IVBENTVR DISTRAHI, b SED non omnium a verum, vt *l.7.§.1. Quib. ex cauſſ. in poſſ.* b EORVM QVI LATITANT b id eſt, qui vſpiam ſe occultant, ne ſecum agi poſſit, ſiue ex vrbe profugerint, ſiue in vrbe copiam ſui non faciant, *vid.d.l.7.§. 8. & ſeqq.d.o.l.36. de reb.auct.iudic.* c FRAVDATIONIS CAVSSA, vt & conſilium adſit. Non ſi tyranni, aut hoſtium metu *d.l.7.§.4.* & euentus. Non ſi nec præſens iudicium pateretur *l.3.de iudic.* Et vt fraudentur illi ipſi creditores non alij vid. *d.l.7.§.5. & 2.ſeqq.* NON ALIORVM quos ſpes eſt copiam ſui facturos. Sed hæc de his qui latitare poſſunt. Vnde alia parte edicti. NISI DEBITOR MORTVVS & nemo ei heres, *leg.6. de reb. auct.iud.l.5.in fi.pr.de ſucceſ.ed. C.de bon.auct.iud.l.1.* Mortui exitum hîc patitur etiam exilio temporario punitus, id eſt, relegatione *l.13. Quib.ex ca.* d non autem ab hoſtibus captus *l.vlt.de reb.auct.* Et NISI IS SIT CVM QVO AGI NEQVIT, vt prodigus, furioſus, & qui in perpetuâ curâ. Quorum bona venerit, cauſſa cognitâ vid. *l.7.§.10. & ſeq. Quib.ex ca.in poſſ.* In pupillo vero diſt. eſt. Si quid cum ipſo contractum, etſi in bona non ire iubeat Prætor, non tamen vendi eadem, ſed expectari pubertatem. Secus ſi contractus ex perſonâ defuncti deſcendat, cui is heres *l.3. Quib.* c *ex poſſ.* e Cæterùm in omnibus hæc conditio eſt, SI RES EXEGERIT *l.21.§.2. Ex quib.ca.mai.* id eſt, vt *l.9. C. de bon.auct.iudic.* ſi qui latitat verè contumax tempore tranſacto (nimirum eo in re quod lite cõteſtata rei edictis vocari ſolent f arg. *l.pen. C. Vbi in rem act.*) & creditor doceat eum cuius bona poſſeſſa ſunt, verè debitorem eſſe. g In eo verò cui nullus heres, ſi & nullum eſſe conſtet, & de debito item doceatur.

NOTATA.

a a Vulgò Dd. duo decreta aguoſcunt. Et ex contumacia perſeuerante poſt miſſionem ex primo decreto, interponi ſecundum decretum, &c. ſic deinde ad diſtractionem bonorum veniri. *Menoch.arb.ca.6. Scaccia 1.de iudic.96. Rauard. Protrib. cap.3.cir.fin. Coraſ.ad leg.15.§. Iulianus 16.de damn. infect. Summ. 1. & 2. decreti numer. 20. Gœd.de ſequeſtr. cap.2.numero 14. & ſeqq.* (vbi & in realibus hoc neceſſarium ſtatuit contranitente *Coraſ. dict. loc.* bus hoc. neceſſarium ſtatuit contranitente *Coraſ. dict. loc.* *numer.28. & Gail.de arreſt. cap.1.numer.17. & ſeqq.) Scip. Gentil.1.de iuriſdict.24.* Quibus aliqui 3. decretum addunt *Hot.ad leg.13.§.1. Cod. de iudic.* Sed verius eſt, vti nullibi mentio ſecundi decreti in iure, præterquam in cauſſa damni infecti *dict. leg.15.§.16.* agnoſcere *Coraſ. ibidem in prælud.* *numer.23. in fin.* ita nec in aliis cauſſis id interponi, *Caſp.* Schiſordegeher. *lib.1. ad Anton. Faber. tr.7.* Quæ & olim *ſententia gloſſæ in leg.4. de iuriſd. teſte Marantâ p.6. titul. de Contumaciâ numero 12.* ac niſi hic decreto locum eſſe *Cuiac.31. vt not.ſupr. cap.11. lit.R.* Diſting. verò potiùs in- *iac.31. vt not.ſupr. cap.11. lit.R.* Diſting. verò potiùs inſiſti cauit, primò in bona ire iubet Prætor *leg.2.§.1. Quibus ex cauſſ. in poſſ.* poſtea bona ea venient ex alia parte edicti *leg.6.§.1. eod.* Aſt contra latitantem fraudationis cauſſa ex vna eadémque edicti clauſula *leg.7.§.1. in fin.* bona poſſideri vndique iubentur. Neque diuerſo hic tempore duo decreta, neque etiam duo iuſſus interponuntur, tametſi ad

venditionem non protinus, ſed tempore tranſacto, veniatur *leg.9 Codic. de bon. auct. iudic.* vid. not. *cap. præced. lit. I. & j. lit. F.* † Cæterùm de his diſtractione & ſubhaſtationibus earúmque iure ac ſolennibus fuſè *Rebuff. tract. de Præconiis & Licitat. Ægidius Magiſter deciſ in tr. de bon. proſcript. ſeu ſubhaſtationibus Iodoc. Damhader. Subhaſtationum Compendiũ & Exegeſi Ioan. Bapt. Aſin. de Exſec. §.4. cap.70. & cap.85. & ſeqq. cap.86. & 146. ac ſuſius §.6. paſſim. Coler. de Proceſſ.p.3.cap.4.numer.73. & ſeqq. Parlard. 2.rer.quotid. cap.fin. parte 5.§.8. Hot.ad l.13.§.1. C. de iudic. & conſ.23. Pinell.ad l.2. C. de reſc.vend p.2.cap.2.numer.24. & ſeqq. Coraſ. SC. Toloſ.cap.7. Anton. de Gamma deciſ.40.77. 93.198. & 232. Maggn. deciſ.131. Moller. 1. Semeſtr. 12.& 4. Semeſtr.5. & ad Nou. Elect. Sax. 32 p.1. Modeſt. Pift. p.1. quæſt. 12. & p.4. quæſt.142. P. Heig. p.1. quæſt.35. Rauchb. p.1. quæſt. 46. Ian. Schult. qu. tract. 42. Io. Meichſney. tomo 2. deciſ. Cam. lib.1. deciſ. Rulant. de Commiſſar p.2. lib.9. cap.8. & p.4. lib.8. cap.5. Munoz. de ratiocin. cap.16. Heting. de fideicomm. cap. 6. num.18. & ſeqq. Barthol. Muſculus de ſucceſſ. conuent. claſſe 1. membro 3. pag.63. & ſeqq.* b Ita & *Cuiac.10. obſer.31.* b *(vbi declarat quis ſine latitatione abſit) Coler. deciſ. 134. n.8.* c Vt ſi ſe in eodem foro occulter circa columnas *d.l.7.* c *§.11. d.l.36.* Quod de columnis in foro poſitis, & quibus id refertum accipunt *Alc.4 Parerg 27. Cuiac.1. obſ.13. & 11. obſ.8.* Sed *Hot.2 amicab.13*, intelligit non quibus porticus in ambitu fori ſuſtinebantur, quæ enim ait, illa latitatio, niſi perdicis ſimilis, putantis capite occultato ſe probè latere: ſed quæ baſilicas ſuſtinebant ad quæ tribunalia poſita. Aut circa ſtationes *d.l.7.§.13.* Vbi *Cuia. 1. obſ.13.* ea voce ſubmotâ reponit *ſtatuas*, quia ita *Sidon. libr.1. Epiſt. ad Mõrium.* Alij fugere poſt ſtatuas, occulti poſt columnas. Sed notatur *Briſſ. 2. Antiquit. 12.* quia in foro Rom. ſtationes fuerint, ſeu tabernæ *Sueton. Nerone cap. 37. Agell. 13. Noct. 13. l. pen. C. de operibus publ.* Vnde ſtatio adiungitur tabernæ *l.15.§.7. de iniur.* Rurſus notat *Cuiac. 2. obſ.40.* quod ſtationes diuerſæ à tabernis, & ab iis diſtinctæ *d.§.7.* loca ſignificent, quibus homines frequenter conuenire ſolent. Sed *Hot 2. amicab.13. ſtationum* quidè verbo varios hominũ congreſſus denotari. Eas verò *d.§.13.* non ſignificari cum in plerisque nihil impedimenti fuerit, quo minus inde in ius vocari debitor, eive manus iniici poſſit. Sed quæ iuris iudiciive audiendi & circumſiſtendi cauſſâ fiebant in baſilicis vel foro. Denique *Rauar. 4. var.7.* ſtationes immò ſtas intelligit ac illa verba exponit, de eis qui ſe ſtationibus, id eſt, congreſſibus conuenientium, ita immiſcent, vt eo inedio conſpectum aduerſariorum fugiant. Sic enim *Ambroſ. Serm.25.* ſtationes vocantur quod ſtantes & commorantes in eis inimicos inſidiantes repellamus. Plura de latitante *Cuiac.11. obſ.8. P. Vander. de priuil. credit. cap.16.* vbi & *Ciceronem pro Quintio* ſiue iuſta cauſſa notari ab *Vlp. in d.l. 7.§. 4.* ſcribit eò quòd Cicero eam latitationem definierit, quæ edicto expreſſa. Hos debitores veſpertiliones dici quod interdiu delitescentes metu creditorum, noctu tantum prodeant oſtendit *Tit. Popma de operis ſeruor p.98.* ita exponens veſpertilionem ſeruum *l.31. de euict. l.72.§. pen. de ſol. inxta vulg. lect.* † Cæterum vt ſciatur an latitet, id inuestigatur per denunciationem ad domum prædictam ſæpe factam *l.4.§. 3. de dam. infect. cap.1. & 2. de foro comp. in.6.* Denunciatio hæc ſic ſolenniter & teſtato: Et ſi præſenti atteſtatur, ſin abſenti, deteſtatur *l.39.§.2. de D.S.* vbi vid. Gœd. d Quid igitur in bannito & num contra hunc ceſ- d *ſet 2.* decretum tanquam qui ſe defendere nequeat nec verè latitet vid. *Nellus S Geminidno tr. de Bannitis parte 12. de temporis numero 65.* é ita & *Cuiac.10.obſ.31.add. Coraſ. ad l.15.§.16. de dam. inf. Summa 1. & 2. decreti numer. 20.* Confer. *not. 9. cap.11. lit.I. &* P. f Alij 30. dies fuiſſe putant moti loco *Cicer. pro Quintio Rau. Protribun.cap.3. & ad l.148. de R.I. Hot. ad l.13.§.1. C de iud. Sc. Gent.1. de iuriſd. 24.p.88.* Alij tempus iure non definitum eſſe, proinde arbitrio iudicis id committi *Maranta p.6.t. de contum.numer. 12. Cor. ad l.15.§ 16. de dam. inf Summa 1. & 2. decreti nu. 21. Gail.de arreſt.cap.1.numer.18. Menoch.* poſt ſeptem alias opin. percenſitas arb. *cap.6. numer.13.* Quod *Scaccia 1. de iud. 96. numero 16.* admittit in act. in perſonam, vbi v. in act. in rem miſſio fit, veniti ad 2. decretum poſt anni lapſum, per *l.8 §. pen. C. de præſ.30 ann.* † Iure noſtro ita eſſe puto: Latitantis bona poſſideri vendique iubentur eadem edicti clauſulâ *l.7.§.1. h.t.* Eod. igitur tempore quo miſſio contra eos, proſcriptio quoque fiebat vna prætoris iuſſione. Fiebat autem proſcriptio fixis publicè & ad ædes debitoris tabulis, omnibuſque eius bonis ſuſpendebantur libelli *vt ex Sen.4. de ben. Cic. pro Quintio Rau. Protrib.*

Protrib.c 3.subfinem (qui tamen post 30. dierum possess. demum proscriptas fuisse docet) postea lapso aliquo tempore ad creditorum postulatum, Prætor auctionem fieri permittebat *l.9.C.de bon.auct.iud.poss.* Quomodo proscript. & auctionem secernit *Hot.ad l.13.§ 1.C de iudic.* Cum quo tamē nolim tria hic decreta agnoscere. Sicuti & errorem forensium qui præter duo decreta ratione creditorum, duplex quoque decretum quoad emptorem commenti sunt, redarguit *A.Fab.10.err.prag.6.* g ita post Bart. & alios *Sig.Scacc. 1.de iud.96.n.12.* requiri plenam probationem de iure actoris ante interpositionem 2. decreti, etsi summariè recipiēda sit, nempe absente parte. Et iuxta hanc, seu receptiorem opin. iudicandum censet, licet contraria, quod semiplena & summaria probatio sufficiat, probabilior.† Causſam subhastationum summariam esse, siue realis siue personalis actio post *Speculat.& Soci.* tradit *Iac.Sculr.obs.forens.3.n.122.* Enimuerò cum plerumque, viliori quam par sit, pretio res sub hasta vendi soleant non nimis debitor vrgendus, ne iniuria ei fiat rebus, magno incommodo, vilissimo distractis *A.Fab.11.err. prag.5.* Etsi verò magna fides hastæ, in auctione tamen quoque locum esse beneficio *l.2.C.de rescind.vend.* probat. *Ant. Fab.10.err.prag.7.* Siquidem auctoritas decreti tota pertinet ad ius subhastationū, nō ad causſam rescissionis, & pertinet hoc ad materiam subhastationum, non ad formam, nec creditoris, sed emptoris dolo res viliori pretio distrahitur. Et *Vasq.3.Contr.usu fr eq.61.n.1.&* 3. quia causſa & ratio solum alienandi comprobatur decreto iudicis. Ac etsi eius præsentia læsio abesse cēseatur, contraria tamen probatio recipi debet *Fac.l.vlt.C.si in causſ.iudic.l.3.C. de exsec.rei iud.* Idem aſſ. *Iac.Curt.2.Cons.ad fratr.10* Licet enim videatur iustum pretium, quod ex communi vsu, populo ad licitandum admisso, statutum *l. 63. ad l. Falc.* non tamen hoc remedium excludi conuenit: Neque ex parte ementis; cum sæpè per æmulationem inconsideratæ sint adiectiones, more hominū qui eius rei quæ aliis placet, cupiditate tenentur & incenduntur. Neque ex parte vendentis. Quid enim si pauci ad hastam accesserunt, quid si in gratiam eius, qui primus adiectionem fecit, metumve indignationis nemo ausus contra licitari. Atque hanc receptiorem vocat ac in praxi seruari *Pinel.ad d.l.2.C.de rese.vend.p.2.c.2.num.25.ad d.Gomez.2. var.resol.2.num.23. Pacia.cons.87. Damhuder.* 5. *d.c.26. &* 6. *5.n.6. Moller ad Nou.Elect.Sax.32.p.1.n.20. &* seqq. vbi contra statuit iure Sax. *&* 3. *Semestr.12.* Planè etsi nullitatis arguantur subhastationes non audiendus debitor, nisi oblato debito cum accessū legitimis. Quia semper magis est quod imputetur debitori, cur non soluerit, quàm creditori aut emptori cur non ritè perfecta auctio *Ant.Fab.10.err.prag.7.*

CAPVT XIV.

Quæ & vbi veneant, quis potior.

AVCTIONE BONORVM CONSTITVTA. Q. I. QVID IN BONIS NVMERANDVM? R. omnia
a a non tantum quæ dominij nostri, sed & ad quas retinendas exceptio, recipiendas actio habetur *l.52.de acq.do.l.49.de V.S.* E. & vsufr. *l.8.pr.de reb.auct.iud.* Humanitatis tamen causſâ exceptæ statuæ in honorem
b debitoris in publico positæ *l.29.d.t.* b concubina & liberi naturales *l.pen.eod.2.* VBI VENIRE DEBEANT?
c In foro rei competenti vid. *l.1.2.3.d.t.* c 3. EX LICITATORIBVS QVIS POTIOR IN AVCTIONE? Extraneo potior cognatusve, magis tamen creditor, & inter creditores cui plus debetur *l. 16.d.t.* d

d

NOTATA.

num tolletur. Vix etenim est vt non concurrentiũ altera expeditior sit aliâ, si vtriusq; naturam per se & in thesi spectes. Aſt in hypothesi & si facultatem actoris intuemur sæpè grauior probatio vnius act. suppetit, deficiente aliâ leuiori alterius. Sicuti & sæpè consultius est leniori quàm pleniori experiri. Age verò: Hypothecaria non datur in heredes, Pauliana datur. Illa in loco rei sitæ; hæc, si in personam est, contendente id Fabro, in foro domicilij rei intentari potest. Iam pone: Caius Seio oppignerauit monile pretij 100. aureorũ. Idem abſente Seio, fraudandi causâ, Titio fraudis conscio vendit. Hic istud Mæuio gemmario pro 100. aureis vendit, qui secum in longinqua regionum exportat. Nonne hic expedit Seio Titium eiúsve heredem in propinquo degentem in solidum prætium rei, iuxta *l.9. in fin. h.t.* Pauliana conuenire, quàm anxiâ cura Mæuium possessorem, aut cui is vbicunque terrarum alienauit, perscrutari, vt Hypothecaria teneat ibidem. Sed & ponamus ab Hypothecario creditore eandem Pauliana impeti, qui Hypothecaria potuerat, verum ita, vt etsi pignori rem alienatam sibi præ se ferat, nõ tamen in eo suam intentionem fundet, sed in huius act. requisitis. Quid habet hic reus conuentus quo act. remoueat. Anne dicet: Aſt tibi hypotheca in re constituta est. Alia igitur actione experiaris. Nonne hoc modo sibimet aduersabitur, se sua sententia condemnabit. Confer & huc accommoda *not. j. li. 20. c. 9. lit. S.* † Ad 3. Rz. non firma consecutio. Deinde & quædam de hypothecariis tractata vt *leg. 34. de reb. auct. iud pos. iunct. iis quæ s. ca. 15. lit. C. l. 37. ead l. 24. §. 1. eod. iunct. l. 1, In quib. cap. pign. tac. l. 1. §. 3. de separat.* Denique etsi remedia missionis in possess. &c. non sint hypothecario sinis hypothecæ persequatur. Quin tamen eo omisso, ita vt alius creditor ad eam venire possit, ordine iuris seruato, ambigendum non est. Neque enim ius pignoris reale quidquam imminuit personale ius obligationis. Summatim: Hypothecarius non mittitur in possessionem ex 1. vel 2. decreto (vt vulgò) non etiam Paulianam ideò intentat, quia est hypothecarius. Sed si intermissa persecutione pignoris, in illam mitti aut hanc intentare malit, non inde repellitur quòd sit hypothecarius, ne quo sibi plenius cauere voluit id ipsum duriore interpretatione contra eum producatur. Ad 4. Rz. facilis ex dictis. Quin si Curator sæpe datur toti hereditati & vniuersis bonis, si ex istis quædam pignori nexa ea non minus ad curam illius pertinent. nec vllibi exempla legũtur. Ad 5. Respond. Crassa fallacia. Discernendæ personæ & causſæ. In dict. §. 13. *& l. 22.* tenetur nouus hypothecarius aliis creditoribus, ideò quia in fraudem eorum constituì sibi curauit pignus. Non ideò amittit ipse Paulianam contra alios in quos aliæ res debitoris in fraudem suam alienatæ. Neque etiam si post acceptum pignus in vetus creditũ fraudulenta alia processit alienatio, ideo minus contra illã Pauliana ipsi prodita est. Ad 6. Respond. facilis ex solutione ad tertiam rationẽ. Ad 7. Respond. Retorqueo. Paulianæ actioni locus, vbi alia bona debitoris non sufficiunt, *dict. l. 2.* Atqui hic non sufficiunt alia bona debitoris. Quippe pignus alienatum in bonis eius amplius non est. Ergo. Neque enim vel verba vel mens *d. l. 2* exigunt in Pauliana vt res nullo alio quoquo modo salua esse possit. De his satis. n Dulcitudine legitur *d. §. 10.* Quomodo Accius acritudinem & alia dixit quæ annotauit ibi Goth. Et ita *dulcitudo* in monumẽto antiquo relato à *Phil. Camerar. 1. op. succif. 96.* † *Cuiac. 7. obſer. 40.* lect. vulgatum, *d. §. 10.* manifestæ mendæ damnans sic legit: in creditum abierunt (*vt l. 5. §. pen. d trib. act.*) vel nomen eius dulcitudine, &c. Sed nihil mutandum. Nec inconcinnè dicitur nomen in creditum haberi. Vid. & de *d. §. 10. A. Fab. 20. Coni. 14.* o *l. 6. §. 8. h.t.* Ratio *in l. 9. ibi quia dolus h.t.* vid. *Sneidu. ad § 6. I. h.t. n. 37. & seqq. Vulo. ibid. n. 37. Bargal. lib. 5. de dolo c. 6. n. 37. & seq.* Aliud in Caluisiana *l. 1. §. dolum 4. Si quid in fr. patr. Harpr. ad d. §. 6. n. 8. Ortolf. Foman. disp. Inst. 28. th. 13. lit. E.* Ratio diff. in *d. l. 1 §. 12. iun.* iis quæ *j. litt. Aa.* Quid si initio contractus fraudis inscius fraude comperta rem accepit? Et hic tenetur quia in emptione bona fides traditionis quoque tempore requiritur. ita *Sneid. d. loc. n. 38. & seqq. Vuurmſer. tit. 28 obſ. 4. n. 6.* Quod pluribus confirmat, *Barg. d. c. 6. n. 43. & 2. seqq.* Quia *l. 6. §. 8. h.t.* habetur qui sciens *susceperit.* Quæ verò tempus traditionis respicit. p Cuius scita ratio peti potest ex *l. doli 19. vers. vlt. de Nouat.* Adhæc nemo ferè negociatorum, quantumuis ditiorum creditoribus vacat, *Bargal. d. c. 6. n. 38. Oldend. cl. 6. act. 1. in Practica n. 4.* q Vulgò & excepit statuunt in debitore ciuitatis, vt cui ab hoc alienatum teneatur etsi fraudis inscius, per *l. 2. cir. med. C. de debit. ciuit. lib. 11. tit. 32 Sneidu. ad §. 6. I. de act. n 40. Trentacinq. 2. resol. pract. resol. 4. de Except. n. 8. Barl. & Dyn citati à Barg. d. c. 6. n. 44.* Qui rectè ostendit hanc excepti. regula non contineri cum ibi non alienata reuocentur, sed possessores pro rata rei possessa ad solutionem debiti conueniantur. r Concoqui hæc vix posse videntur. Qui enim, inquiet aliquis, durior conditio pupilli naturæ nescientis, quàm alterius, qui inquirendo scire potuit, & cui videtur imputari, aliquid posse quod obæratum esse alienantem nesciuit. Nonne alias iura magis ætati fauent. † Verùm ita puto. Aut tutor adhibitus contractui & sine ipse principaliter contraxit, siue contractui impuberis auctoritatem præstitit, si fraudis insciis tutor cessat, hæc actio tum per *d. l. 10. §. 5.* tum ne facilius teneatur pupillus, quàm alius quod absurdum. Sin conscius tutor datur actio non in solidum sed quatenus locupletior pupillus *d. §. 5.* in quo mitius cum eo quàm cum alio, personæ fauore, agitur. Aut non adhibitus & tenetur pupillus quatenus ex contractu eo lucrum cepit. *d. l. 6. §. 10. v. lucrosa.* Vbi ratio dubitandi. Pupillus sine tutore rem suam agere potest. Ratio decidi in *d. §. 10.* Et non sanepd. pupillo in alterius iniuriam. Alias notũ est obæratus fraudare volens creditores cum pupillo cõtraheret, &c. Confer. *f. Fab. ad l. 78. & seq. de R. I. pag. 355.* f *l. 17. §. 1. D. l. pen. C. h. tit. Ratio in d. 11. Eae l. ult. sub. fin. C. de codicill. Sneidu. ad §. 6. Inſt. de act. n. 46. Vult. ibid. n. 27. Bargal. lib. 5. de dolo c. 6. nu. 61. Trentacinq. 2. pr. resol. 111. de exc. res 4. nu. 7.* Quare si dos data fuerit in fraudem, scientia respectu mariti requiritur, non autem vxoris, *l. pen. §. 1. h.t. Trentac. d. loc. n. 8.* Refert tamen in modo reuocationis, num qui ex lucrativo titulo possidet sciẽtiam habeat. Is siquidem tenetur esti non factus locupletior, vt si in rem donatam tantundem impendit, &c. *Bargal. d. c. 6. n. 63. Nic. Valla de reb. dub tr. 12. n. 53.* r Quia hac actione res traditæ perinde ac si traditæ non essent reuocantur, Seu vt *Imp. in §. 6. I. de act.* dicit actor rem traditam non esse & ob id in bonis debitoris manisse, non quidem nominatim, sed quod nihili putanda traditio & pro nulla habenda, *Hor. ibi. enume. 2.* Peracta quippe reliquorum venditione si æri exsoluendo non sufficiunt, tum ad has res alienatas peruenitur, vt reuocatæ æquè distrahantur, atque si vnà in earum possess. nisi fuerint creditores, licet forte ante missionem alienatæ sint. Quid quod post *Gorh. in l. 9. h.t. A. Fab. 20. Coni. 14.* contendit si bona antea possessa, nec ipso iure tenere alienationem nec si bonæ fidei emptori facta sit, proinde hac actione opus non esse, ne aliàs lusoria sit missio. Nec omninò abludit quod *Parlador. 2. rer. quotid. c. fin. p. 4. §. 1. n. 15.* ex *Cyn. & Baldi* opinione, quam veriorem & æquiorem vocat, scribit tit. hunc intelligi debere quando ante litem motam alienatio in fraudem facta. Quod si lite mota dolus interuenerit, etiam citra contractus rescisionem aduersus dolo possidentem rectà ius suum persequi victorem. † Enim vero hoc non aliter obtinere puto quam si res litigiosa effecta. Litigiosa autem non vtiq; bona omnia in quæ missio facta. Ac immò exempla alienationum post bona possessa, quibus locus edicto *in l. 6 §. 7 l. 10. §. 16. h.t.* Et *l. 9. h.t.* conuenientiùs accipitur de re post bon. possessa. empta, quam si cum *A. Fabro* interpreris cuius bona *postea* possessa sunt. Nam immò qualitas adiecta verbo intelligitur secundũ tempus verbi. u Rectè. Et ita Dd. vulgò vt huic actioni locus sit præcedere oportere excussionem bonorum debitoris. Vt non prius veniatur ad tertium, quàm vbi de residuis bonis credito satisfieri nequit. Quod satis prob. *l. 1. verbis: bonis eius excussis ire l. 2. ibi, bonis defuncti non sufficientib. & l. pen. ibi: bonus possessis item, distractis, C. h.t.* Neq; enim de fraudis cuẽtu apparere potest, vid. *Coraſ. ad §. 6. I. h.t. n. 7. Sneid. ibid. n. 59. & seqq. Vult. n. 22. & seq. Cuiac. 12. obſerv. 5. Vuurmſer. tit. 28. obſ. 4. n. 1. & n. 12. Barg. l. 5. de dolo c. 8. n. 2. & seq. Trentac. 2. pract. resol. 11. de Except. ref. 4. num. 12. & seqq.* Planè non præuia excussione tenere hanc actionem volunt si à reo non opponatur, *Sneiduin. d. loc. n. 63. Trentac. d. loc. nu. 13.* Nec requiri eandem, vbi non quantitas, aut genus, sed species certa debita, eademq; in fraudem alienata, *Sneiduin. ad d. §. 6. n. 64. Trentac. d. loc. n. 11. Bargal. d. c. 8. num. 8.* Atque ita re duobus vendita, si posteriori ttadatur, in fraudem prioris, de fraude participante Paulianam dari, (vt in eo dispositio, *l. 15. C. de R.V.* fallat) ex communi opin. in iudiciis seruanda, licet fortè in puncto iuris non videatur vera, scribit *Gomez. 2. var. resol. 2. n. 20. fol. 213.* x Et interdicti fraudatorij mentio in *l. 67. § 1. & 2. ad SC. Trebel. l. pupilli 96. pr. de Solut.* Quod nũ idem sit cum hac actione non conuenit, vid. *Bargal. lib. 5. de dolo c. 7. n. 59 & seqq. Sneiduin. ad § 6 Inſt. de act n. 10.* Sicuti & multum disceptatur num hæc actio in rem sit, an in personam? Prius placet, *Cuiac. Coraſ & Vult. ad §. 6. I. de act. Gifan. ad l. 25. de O. & A. n. 19. & seqq.* Posterius Don. nostro ad *d. §. 6. & A. Fabro 20. Coni. 16.* Atque ita *Sneidu. ad d. §. 6. n. 14. & Old. cl. 6. act 1. n. 3.* dari actionem hanc ex delicto contra

ra fraudis conscium, ex quasi contractu verò contra eum qui titulo lucrativo accepit y ex omni causâ *per l. 16. §. 2. l. 27. D. Qui & à quib. manum.* De quo & num quoque in diem, vel sub conditione debetur consule, *Vult. ad §. 6. I. h.t. n. 19. & seq. Coraſ. ibid. n. 5. Sneid. n. 22.* fusè *Bargal. lib. 5. de dolo c. 4. n. 3. & seqq* Num creditori futuro, veluti si qui in animo habet mutuo sumere; antequã accipit, alienat, vid. *Vult. d. loc. n. 21. Sneid. d. n. 22. Gonar. 1. var. resol. 7. n. 7.* z vt vel carcere & vinculis coërceatur, *Cuiac. 12. obſerv. 5. Oldend. cl. 6. act. 1. n 6. Vuurmſer. tit. 28. obſ. 4. n. 17. Sneiduin. ad §. 6. I. de act. n. 28.* statues fraudatorem cedendo bonis carcerem non effugere vt & *Gœd ad l. 125. de V. S. n. 6. ac Bargal. lib. 5. de dolo c. 8. num. 65. ac seq.* Aliter *A. Fab. 20. Coni. 15.* & aliter post *Lud. Main. libr. 2. act. c. 22. Vult ad §. 6. I. h.t. n. 52.* qui ad hoc conueniri volunt vt reuocationem fieri videat & patiatur. Num autem & contra fideiussorem debitoris fraudatoris datur? vid. *Bargal. d. lib. 5. c. 7. n. 88. & seqq.* aa Qua de re plenius, *Bargal. d. c. 7. n. 42. & seq.* vbi & quærit num hic emptor saltem à venditore pretium recipere debeat. Quod ipsum affirmat rationibus hinc inde discussis *n. 47. & seq.* Planè Calusiana conuentus pretium recipit, *l. 1. §. 12. si quid in fr. patr.* vbi ratio diff. *iunct. not s. lit. O.* Adhæc ibi patronus lucrum captat, hic creditor damnum vitare studet, *Ortolph. Foman. disp. 1. 28. th. 13. lit. G.* Quid si emptor fraudulentus, alij bona fide ementi vendidit? In solidum pretium rei quod accepit tenebitur, *l. 9. h 1.* Vbi *A Fab. 20. Coni. 14.* vel verba *quod accepit* expungenda censet vel legendum *quod non accepit.* Quid enim inquit, si rem vilioris vendidit, annc hoc damno creditoris cedet. Adhæc solidum pretium idem cum iusto ad differ. conuenti & accepti. † Sed nihil mutati necesse est si speciem ponimus, vbi fraudis conscius emptor carius vendidit alij, quàm quanti ipse à fraudatore emit. Ferè enim sit vt qui in fraudem alienat, si ei vendidit qui fraudis notitiam habet, minori iusto pretio transferat ex quo nemo facilè gratis malus est. Hic si alteri fraudis insscio iterũ vendat, iusto facilè & solidum pretium consequetur. Ratio itaque dubit. *d. l. 9.* vid. batur quod auctarium secundi pretij, in quo pretium primæ venditionis excedit, in Paulianam non veniat, quasi lucrum id negociationis potius sit. Contra bb deciditur. bb Huc pertinet *leg. 78. de R. I.* Vbi de hoc fusè tractat, *Petr. Fab. pag. 367. & seqq. ad d. Bargal. libr. 5. de dolo c. 7. n. 30. & seqq. 10. Copus lib. 4. de fructib. tit. 1. c. 6.* Vtri autem sit hæc restitutio, agentine creditori, an debitori qui alienauit? Posterius contendit, *Trentacinq. 1. pract. resol. tit. de except. resol. 4. n. 21. & Vult. ad §. 6. I. de act. n. 54.* 1. quia hic fit restitutio in pristinum statum, vt perinde sint omnia, ac si nihil alienatum esset, *l. 38. §. 4. de vsur. 2.* quia intendit actor rem in bonis debitoris manisse *d. §. 6.* Debitor itaque pro domino habetur proinde ipsi restituendum. Sed Vultreium refellit, *A. Fab. 20. Coni. 16.* quia Pauliana agitur, cum iam debitor excussus & omnibus facultatibus exutus, *l. vlt. §. vlt. h.t. vid. s. lit. V.* vbi iam bona vendita, vt nec vlla habeat nec habere possit, nisi dimissis omnibus creditoribus. Ex quibus facilis ad obiect. solutio. Neque enim cum hac agitur, cætera sunt in eo statu quoad debitorem, quo erant tempore alienationis. Et quod hic nihili putatur alienatio id efficit vt missi videantur creditores, tam in possess. alienatorum, quàm quæ remanserant. † Hac actione vt liberetur reus oblatione debiti, vid. *Bargal. lib. 5. de dolo c. 8. n. 69. & seqq. Vuurmſer. tit. 28. obſ. 4. nu. 18.* auditi scribens etiam post sententiam, vsque quo susceptum iudicium in actione iudicati. cc Quomodo & exponend. *l. 6. §. vlt. h.t.* non autem *vt Old. cl. 6. act 1. n. 8.* de die alienationis fraudulentæ. Exerceri quippe hæc actio nequit, nisi bonis aliis venditis, vid. *not. s. lit. V.* etsi forsan antea nata sit. Vtilis autem hic annus nõ curtit, nisi ex quo agi posse cœpit, *Sneiduin. ad §. 6. Inſt. de act. n. 83. Coraſ. ibid. n. 7. Vuurmſer. tit. 28. obſ. 4. n. 2.* Planè remissa in fraudem actione ad liberationem reuocandam id tempus datur, quod supererat obligationi *l. 10 §. 23. h.t. Sneiduin. d. loc. n. 82. & Vuurmſ. n. 3.* dd in quo nempè valor rei pretium conuentum datumque excedit, *Sneiduin. ad §. 6. Inſtit. de act. n. 81. Vuurmſer. d. obſerv. nu. 4.* In excessu enim illo causa lucrativa est, *Sneiduin. d. loc. num.* An & Cessionario hæc actio competat, vid. *Bargal. lib. 5. de dolo cap 7. num. 85. & seqq.*

Finis libri vicesimi tertij.

LIBER VICESIMVS QVARTVS.

CAPVT I.

Litis contestatio.

IN ius vocatus, editâ actione, deliberare debet cedere an contendere velit, *l. 1. pr. de ed.* & de eo respondere actori. Ex qua responsione aliud atque aliud officium iudicis. Si confitetur, lis sublata & pro iudicato habetur, vt infr. *lib. 28. ca. 1.* Si negat quod intenditur, fit res dubia & lis nascitur. a a Hinc illa contentio seu expositio negocij, quia testes vtrò citroque adhibebantur, auctore Festo, *lib. 3. v. contestati* b dicta LITIS CONTESTATIO [quæ SECVNDA IVDICIARII ORDINIS PARS, vid. *supr. lib. 23. ca. 2.*] Olim autem certæ erant formulæ cuiusque actionis atque etiam responsionis rei, si is non inficiatione, sed defensione quadam vteretur. In quibus si quis peccaret inutiliter agebat, *l. 2. §. 6. de O. I.* c c Hinc actio formula vulgaris, *l. 42. de furt.* Et testes adhibebantur, vt dictum. Hodie & formulæ sublatæ *t. C. de form. & imp. act.* & testationis necessitas, *vt probat l. vn. C. h.t.* Nam sufficit NARRATIO NEGOTII, PER QVAM IVDEX CAVSSAM AVDIRE COEPIT, *d. l. vn.* Et meritò. Nam cum acta iudicij fidem publicam habeant, quid testibus opus? Itaque rediit res ad simplicitatem naturæ, vt quibuscunque verbis intendat actor & sed tueatur reus, dum de re cõstet, satis fit. d d Nondum per hanc olim initium iudicij, sed ita si magistratus aditus iudicium vel actionem daret, hæc enim pro eodem, *l. 3. de sep. viol.* formulâ iudicij redditâ, tali ferè si ipse iudicaret: *Si paret Lucium Titium Publico Mæuio 10. ex causſa mutui dare facere oportere, de eo iudicium esto, quo P. M. condemnetur.* Quod si iudicem daret, pro illis *de eo iudicium esto*, ita: *Aquilius iudex esto & Mæuium condemnato.* Ratio huius rei triplex. 1. Cum magistratus præsit iuri reddendo, vt alia, ità & actio, quâ de iure experimur, ab eo imperranda. 2. Vt sciretur ri tè actum esse iudicio. 3. quæ etiam nunc valet, vt iam ab initio certum sit, quò probatio litigatorum & iudicis cognitio referri debeat. Ne vagentur litigatores incerti quo tela dirigant; né ve iudicis indefinita sit potestas: Formulâ hac redditâ, dictum est constituì iudicium, quod constitueretur de quo iudicium esset, in quo versaretur, *Cicer. in Partit.* Datum iudicium accipere dicti litigatores, etiam reus *l. 34. de iudic.* quia redditur in inuitũ, *l. 81. §. 1. de V. O.* Et is dicitur quoque excipere actionem vel iudicium, *l. 22. eod.* subire & susçipere, *l. 2. §. 3. l. 3. l. 52. princ. eod. Cic. in Partit.* Ex quo iudicio contrahitur *l. 3. §. 11. de pecul.* Et quia lite contestatâ eodem tempore reddebatur iudicium e e hinc vsu iuris eadem: post litem contestatam & post acceptum iudicium, *l. 38. de pet. her. l. 20. de R. V. l. 31. pr. de reb. creditis.* † Quamuis verò formulæ earumque interpretatio sublata, *t. C. de form. publ.* res tamen ipsa, id est, certa litis constitutio manst. f Retenta enim tot f edicta quibus act. se daturum Prætor pollicetur. Nec quid occurrit quo probetur ab eo iure recessum esse. Quare quod nunc à sola litis contestatione, iudicium incipiat, id ita, vt pro constituto iudicio cedat, cum Iudex intentione actoris ac inficiatione aut depulsione rei auditâ, decernit, vt in id quod intenditur, aut excipitur probationes afferantur.

No-

NOTATA.

a a Verissimum enim quod *Vigel.de Lit.contest.c.1.& passim Obrechr.ir.de lit.contr.c.2.n.16 & seqq.Bachou.disp.c.1.* docent & per confessionem rei non induci litis contestationem vnquam posse, & nõ nisi negatione ex parte Rei illam fieri. Quod & *l.14.§.1.C.de iudic.* satis clarè probat verbis: per narrationem propositam & contradictionem obiectam. Et ipsa naturalis ratio cuiuis dictat litem non esse posse, nisi vnus affirmet, alter neget. Nam cũ à contestatione hac lis oriatur, indeque initium conflictus ac concertationis iudicij fiat, de quâ re lis non apparet, de eadem nec contestata dici potest: Cumque res affines sint iudicium ac prælium, sicuti certamen non init, qui deditione in hostium potestatem venit, ita nec qui confitetur iudicium accipit, *l.71.§.2. de leg.1. Forcat. Sphæra Legali nu.*39. Proinde non videntur adeò à vero deuiare, qui idem Iurisconsulti contestationem litis esse, quod Rhetoribus inquisitio ac constitutio status causæ, ita vt ex hac profluat status causse, in quo tota contentio litigatorum consistit, *Vigel.d.lo.Obrecht.d.tr.c.5.n.32. & seq.* ac passim *Pollet.4 hist.fori* 8. Aut si omninò aliquo respectu diuersa, sicuti *Gæd.ad l.36.de V.S.num.& seqq.* constitutionem litis à contestatione differre contendit, quod illa formulam futuri iudicij exprimat, hæc de datâ formula interponatur, &c. fatetur tamen omninò oportrebit, non aliter aut anteà rectè eam fieri, quam de illa causse constitutione, & in quo κεφάλαιον versetur, appareat, Etsi Dd. vulgò doctrina & iudiciorum vulgatus vsus valdè discrepet. Qua in re periculosè errari, indeque confusionem & litium diuturnitatem oriri Vigel. conqueritur. Sed quid de hac re nostri iudicij sit; & de tota materia accuratiorem dispectionem in aliud tempus reiiciemus. b vid. *Rau.Protrib.c.11. Cuiac.9. obs.21.P.Faber.2.Semestr.24.Ioach.Stephani lib.1.de Iurisd. c.9.n.10.Obrecht.de lit.contest.ca.5 n.3 &c* Attamen *Pollet. 4.hist.fori* 8. inde dici contestatam censet, quod post iudicium acceptum sit perpetua, vt virtus contestata pro perenni Cic.pro Flacco. Alitet *Parlad.1.rer.quotid.*14. quod vbi dilatoriis except.in iure reiectis reus iudicium subterfugere non posset, actor attestaretur se intentionem suam, reus autem contestaretur, se except.suam probaturum. Nostrati dicitur *die Kriegsbefestigung.* Speciem enim bellici certaminis habet forense. Et ius vocatio, ac quæ præparatoria hodie, loco inductionis & denunciationis sunt. Hæc autem primus veluti pugnantium congressus; Vnde olim solenne quoddam litis contestationis manuum conserrio. Induciarum deinde loco dilationes, quæ & induciæ vsurpantur. Hinc *Cic.pro Cæcina* actione confligere, & confligentes pro reis, *l.pen.Cod.ad l.Corn.de falsf.Pollet.1.hist.fori 4.n.4.Theod.Marcil.in l.12. tabb.collect.c.*18. *Forcat.Sphæra legali c.5.nu.*38. *& seqq.Obrecht.c.1.n.*3. c De formulis act. & iudiciorum consulat, cui lubet *Vacon.6.declar.*87 *n.*11. *& seq.Pollet.3.hist.fori* 15. *P.Fab.1.Semestr.*21. *Christoph.Coler.Parerg.c.9.Gæd.ad l.5. de V.S.n.24.& seq. Parlad.2.rer.quotid.c.fin parte 5.§.1.n.5. ac 6.Charond. do iurisd.n.*8. *Rau. de auct. prud.c.2.Obrech.de concipiend.libell.c.*8. *nu.*20. *& seqq.&c.* d Ita autem negocium exponi iuris rationi conueniens est, vt ex intentione actoris ac inficiatione, aliave depulsione rei Iudex in quo caussa consistat perspicere possit. Quod & *Vigel.ac Obrecht. de litera contest.* sæpius inculcant, & *Donell.* idem sentire apparet. Quocirca veriss. est vulgatam formulam: *Nego narrata prout narrantur, & dico petita fieri non debere* à vera litis contestatione nimium quantum discrepare, cum Iudex æquè incertus sit ac anteà, in quo lis consistat, vid. *Vigel.de litis contest.c.2.& Obrecht.c.2.n.*35. *& seqq.ac c.*7. Vnde eam ceu captiosam rectissimè Augustus Elect. Sax. reprobauit, sanxitque vt ad singula libelli capita dilucidè ac distinctè reus respondeat, *Nou.suâ* 10.*p.*1. Enim verò etsi in eadem caussa, seu lite plures controuersæ quæstiones moueri possint, litis tamen contestatio ea solùm quæ ex prima confligatione oritur, cuius occasione aliæ nasci possunt. Nec spectatur, nisi super eo de quo principaliter contenditur, cum etsi de incidentibus & emergentibus aliis quoque cognoscatur, de hoc tamen solùm definitiua ferri debeat sententia, vid. *Vigel.c.1.p.*146. *& seq. Pollet.4.hist.fori* 8.*p.*356. e *Rau. Protrib.ca.*11. Dato Iudice & ordinato iudicio vtraque pars sibi inuicem denunciabat, vt ad Iudicem datum veniret, & ad conuocatos vel adstantes dicebat, *Testes estote, &c.* Apud Prætorem itaque olim contestatio hæc fiebat, cum lite demum contestata officium Iudicis dati inceperit, *l.73.de Procurat.& simil.* vt rectè plerique *& Obrechi.h.t.ca.*4.*n.*2. nequicquam refragante *Timæo Fabro* 1. *anmot.*23. Sicuti & Athenis lite apud Thesmothetas, quorũ officium simile prætorio, contestata litigatores introducebantur in forum Heliasticum, *Ioach.Stephani 2.de iurisd.*5.*n.*21. Eratque hæc actus legitimus, quæ conceptis verbis pure sine conditione, vtroque præsente fiebat, *Petr.Fab.2.Semestr.*24.338. Hodie verò cum reus nõ statim respondere teneatur, nec præsentiã actoris, dum reus litem contestatur, requiri notant, vid. *Bouer.singul.*36. *n.*1. *Obrecht.h.tit.ca.*6.*n.*5. *& Gutierrez. lib.*1. *pract.q.*51. ac conditionalis vel enentualis, quæ dicitur, recepta est, *Mynsing.3.obs.*74. *nu.*6. *& 9. Obrecht.c.*9. *nu.*12. & apud nos, except. dilatoriis obiectis, iniuncta *Nouel.Elect.*3.*p.*1. *vid.Iac.Schult. obs. forens* 13. f vulgò hæc dicitur Basis, f lapis angularis & radix iudicij, quæ nec partium conuentione omitti queat, omissa processũ vitiet, Dd. passim; Caussas tamen quibus non requiratur haud paucas statuunt, vid. *Monach.pract.p.*7.*c.*6 *n.*7. *& seqq. Obrecht.c.*4. *nu.*26. *& seqq.* Cumprimis verò omnes in quibus libellus potest omitti, *Gail.1.obs.*46 *n.*6. *Obrecht. d.c.*4.*n.*50. *Iac.Schult.obs forens* 3.*n.*8. *& 9.* Sed in iis primus actus contradictorius eiusdem efficaciæ, vid. *Obrechr.c.*2.*n.*11. *& 12. Iac.Schult.obs.forens* 49.*n.*6. *& 9.* Effectus autem plures, ac quoad plerosque durior rei, creditoris meliior fit conditio, *Briss.lib.*1. *de Solut.p.* 370. quoad aliquos tamen contrà. De quibus, vid. *Hot.*4. *obs. Obrecht.h.tr.c.vlt.Scaccia* 1. *de iudic.*103. *n.*8. *& seqq. Bachou. misc.disput.c.*1. De vi protestationis rei, *nec tamen animo litem contestandi* consule *Mathesilan.sing.*83. & ibidem *Gabr. Saravna Mynsing.3.obs.*32. *Obrech.c.*7. *n.*59. *& seqq.* Deque his & aliis ad hanc materiam adi, *Vigel. & Obrec.d.tr. de Litis contest. Scaccia* 1, *de iudic.*103. *Mynsing.1.obs & 3.obs.*74. *& 4.obs.* 49. *& 62. Gail.1.observ.*63. *& seqq. Sich. & Gilken. ad h.t. C. Io.Monach.ad h.t. Decretal.Vvesenb.ad h.t.C. & cons.*6. *vsque ad n.*40. *Vvurms.obs.tit.*13. *Zoan.ver.quotid.c.*52. *Asin. Praxi iudic.*§.17. *Petr.Fab.ad l.*86. *& seq.de R.I. Curt.1. Coni.ad fr.* 30. *Speckhan.cent.*2. *cl.*4. *qu.*1. *& 2. seqq. Rauchb.p.*2.*q.*28. *nu.* 42. *& seqq. Blarer.in l.diffamari cap.*7.7. *Viu.lib.*2. *decis.*210. *Coler.decis.*198, *& cons.*44.*n.*50. *& seq. Iac.Schult.observ.for.* 42. *& 5. seqq.* Vt perplures alios, quos adij, taceam. Quando lis contestanda cum tertio interueniente, vid. *Couar.pract. qq. cap.*11. *& seqq.*

CAPVT II.

Defensiones initio contestandæ.

QVÆDAM LITIGATORIBVS VTILIA. Quæ non ad ordinem iudicij pertinent, nec id remorantur, sed ad exitum pro vtilitate reorum. QVÆDAM enim DEFENSIONES, QVANDOCVNQVE ante sententiam OBIECTAE, REO PROSVNT, si ipso iure non tenetur, exempli gratia, si 10. quæ ex mutui caussâ petuntur, vel non accepit vel soluit, a Nam & huic satius est initio dicere se non teneri. Et si conuincatur accepisse, se soluisse dicat, quandoque ante sententiã, idque probet. [vid.infr.*cap.*5.*lit.H.*] ALIÆ INITIO CONTESTANDÆ, & in iudicium includendæ, cum ne teneatur non fit ipso iure, sed ex æquo & bono, quæ dicuntur EXCEPTIONES, vid.supr. *lib.*22.*cap.*1. Neque tantum DILATORIAE, de quo conuenit, vid. supr. *libr.*22.*cap.*9. *lit.Cc.* SED ET PEREMPTORIAE. Quod malè vulgò negat moti, *l.*2. *ff. Sent.rescindi vid. s. lib.*22.*c.*8. *lit.G.* Nec enim firma diff.ratio. Dilatoria differt iudicium. Ergo de ea ante iudicium pronunciari necesse est. Nam immò *l.*19. *de probat.* dicit excepti.dilatoriam probari postquàm actor monstrauerit, & ita iudicio ante constituto. Vnde apparet, quod non omnis dilatoria iudicii differat. Potest enim dilatoria pacti exceptio opponi, vt tamen iudicii constituatur de re principali, vt si reus neget se mutua 10. accepisse, & simul adiiciat si data sint, tamẽ actorem pactum esse, ne ad tempus pereret. Atque hæc præter adducta supr. *lib.*22.*c.*8. probantur. 1. Vbique opponũtur actionem perimi ipso iure & per exceptionem. Quod si exceptio quãdocunq; obiici potest, nihil hæc intererit. Vtrũque enim quandoque ante sententiam obiectum liberauit, non obiectum secùs. Nam nec solutio nisi allegata & probata, facit vt absoluatur reus *l.*1.

*l.*1. C. *de probat.* Vnde enim aliàs Iudex eam factã intelliget. Ergo necesse est differ. sit in tempore opponendi. 2. Nulla in hoc aliàs diff. esset inter bonæ fidei & stricta iudicia. Nam licet illis exceptiones insint, vid. *dict.c.*8. tamen nisi allegatæ & probatæ nihil prosunt. Ideò enim inesse dicuntur, quod quandocunque oppositæ fuerint, ratio earum habenda sit. 3. per *leg.*27. *§.*2. *de pactis.* Verbis in stipulationibus ius continetur in pactis factum versatur. Vbi si recta oppositio iuris & facti, (quippe alias stipulationes quoq; facti sunt, *leg.*7. *§ vlt. de Cur. fur.*) hic sensus: Vt per stipulationem liberemur iure fit, non facto nostro, seu obiectione & contestatione nostrâ in initio. Nam in lite contestanda reo satis est dicere se dare non oportere, ac quandocunque, nouationem factam probauerit, vincet. Vt verò pactum nos liberet facto nostro fit, id est, si nominatim opponamus initio litis b 4. *per leg.*34. *§.*1. *de Pollic. & Actionibus.* Tutius est perimi per exceptionem. Quo tutius. Non certè quod minus liberetur reus cũ ipso iure perimitur. Nec etiam quod in caussis quæ ipso iure liberãt, plus requiratur. Quod vtrumq; absurdum est, sed hoc vult IC. reum quando defensionem eam in contestanda lite opposuerit, semper tutum fore, siue ipso iure liberatum dicas, siue per exceptionem. Quod si hoc initio prætermiserit, & forte actio non sit peremptа ipso iure, necesse est reum condemnari tanquam exceptione non vsum. 5. Accedit iudiciorum varietas, quæ olim alia reddebantur purè, alia sub conditione vel exceptione, postulante reo *Duar.ad leg.*7. *de pact.* Frustrà exceptio in iudicij formulam includeretur, nisi hoc ad rei absolutionem pertineret. Sed hæc in strictis; aliud in bonæ fidei iudicis, vid. supra *lib.*22.*cap.*8.

NOTATA.

a a Et meram quidem facti inficiationem except. non dici conuenit, ast si quid proponitur quo actio quæ constitit sublata arguitur except. Dd. vulgò appellitant, vid. *not.*5. *lib.* 12. *cap.*1. *litt.B. & litt.D.* De mera enim negatione dici nequit, quod litis ingressum aut cõtestationem impediat, cum eà obiectâ statim fiat vera litis contestatio. Cæterum & ab his, & à veris quoque except. diuersa est. Exceptio quæ dicitur deficientis actionis, cum nec factum propositum ab actore negat reus, nec quidquam æquè in facto consistens allegat quo se contra intentionem tueatur, sed præsuppositis ceu veris, narratis actoris ius experiendi actione intentatã eum deficit. *Da vuann gleich alles Klagers Vorgeben nach sich verhielte oder begeben hette, dennoch ihme enduseder gar Keine, oder doch nichts die von ihm angestalte Klage zustendig.* Etsi verò exceptiones veras non oppositas Iudex regulariter non suppleat, tritissimum tamen pariter & verissimum est, cum ipso iure non competere actionem Iudici constat, eius officio, actorem, etiam reo non opponente à limine iudicij repelli posse; ac reum quoque non petentem absolui debere. Nemo enim sine actione experiri potest, *leg.* 6.§.*vlt. de neg.gest.l.*19.*l.*36. *de reb.cred. leg.*9.§.3. *de admin. tut.lib.*2. *de dote præleg. & simil.* Vti enim actio sine debito non consistit, ita nec iudicium sine actione, vid. *Obrech. de concip.libell.cap.*6. *num.*1. *Gail.*2. *obs.*18. *numer.*3. *Menoch.*1. *arb.q.*16. *Asin. de exsecut.*§.3. *c.*54. *Bellon.*2. *Supputat.*10. *Sixtin.cons.Marp.*14. *num.*65. *vol.*2. *Vult.cons. Marpurg.*21. *vol.* 3. *num.*116. *& seq. & cons.*35. *num* 172. *& seq. Meichsner.tomo* 3. *decis. Camerar.*17. *num.*17. *&* 18. *& decis.*10. *numer.*72. qui ex communi testatur quod hic sententia pro actore lata sit ipso iure nulla, cum materiã careat. Quod si hanc obiectam iudex non attendat, ac caussam in iudicium deduci permittat teneri eum parti læsæ ad omnia impendia, damna & id quod interest refundendum docent, *Menoch.dict.quæst.* 16. *num.*4. *Pet.Barbosa ad l.si alienam* 11. *ipse* 12. *D.Sol.matrim. num.*18. *Ant. Gamma decis.*206. *num.*8 *Vult.d.cons.*21. *num.*19. *Meichsner.d.tomo* 3. *decis.*20. *num.*7. Qui & idem ferè statuunt etsi non obiecta, si iudici verè constitit tunc eum non est, quod imputetur reo, quod non obiecerit. Quin etsi

hæc altioris indaginis semper tamen ante litem contestatam discutienda, quia cum merita causs. planè non concernat, non potest ad eadem reseruari vt *Noah. Mevrer. Proces. Camer.p.*9. *f.*180. Sic sanè olim antequam Iudicem daret Prætor de iure agendi, cõstare oportebat, deque eo ipse cognoscebat, facto interim præsupposito, vid. *Vult.disc.schol.cap.*1. *pag.*14. Conferi *Ant.Fab.C. suo tit. do Except.defin.*5. Atque hinc est quod etsi regulare sit; Excipere de iure tertij non licet, *l.*4. *§.*7. *Si serv. vind. & simil. Sich.ad l.vlt.C. de serv. fugit.n.*1. *&* 2. *P.Greg.*21. *Synt.*17. *num.*15. & citati s. *lib.*20. *cap.* 7 *lit.D.* quia vt ex persona actoris ius agendi, ita ex persona rei, ius excipiendi metimur, & vtrique his interesse debet in actione, ita & huius in exceptione. Licet tamen, quoties id ius tertij probatum intentionem agentis excludit & eius eneruat, quia non est verè exceptio de iure tertij sed negatio iuris agendi, *Bouer.sing.*52. *num.*8. *Sich.d.loc. num.*3. vt si rei vindic. conuentus dicat. Res tua non est sed Caij, idque probet, *vid.not.d.cap.*7. *lit.D.* & adi omninò *A.Fab C. suo tit. de exc. def.*20, 28. *&* 39. † Animuerò exceptionum intentionis aliæ dilatoriis affines videntur, vt exceptio quæ dicitur falsi Procuratoris libelli penitus inepti, cuius vitium insanabile. Sub & obreptionis, plus petitionis ante diem, vel conditionem, aliæ affines peremptoris vt reliquæ b ita & Don. ad *leg.*5. *Cod. de pact. num.*6. Cum quo conueniunt fere *Corasius. misc.*16. *nu.*12. *Pac.*1. *enant.*9.97. *Ang. Matthæus lib.*1. *de vid & rat. iuris cap.*6. *num.*54. Discrepantes, aliorum, nimiumque variantes expositiones congessi sanè, & consignatas habeo. Sed referre eas nimium foret, nedum examinare. Nempe *Alciati* 1. *Paradox.vlt. Conna.*3. *Com.*2. *Cuiac.ad d.l.*27. §. 2. *Zas. Hot. & Fortun. Garcia ibid. & Hippol. Riminald.in eiusdem repetit.n.*210. *& seq. Io.Bapt. Cacialup.de pact.q.*1. *Marc. de Mantua.sing.*612. *Charond.*1. *verisim.*4. *Vacon.*1. *declar.*10. *Rau.*2. *var.*1. *Briss.libr.*3. *de solut. pag.*432. *Fachin.*3. *contr.* 24. *Parlador.*2. *rer.quotid.*3. *num.*19. & 20.

CAPVT III.

Iuramenta Iudicis, de calumnia, &c.

LITE CONTESTATA & à magistratu recepta, sequitur iudicium. Quod incipit à litis contestatione & res in iudicium deduci dicitur, *leg.*1. *Cod. de lit. contest.* ac res subiicitur cognitioni iudicis, siue is magistratus ipse sit, siue ab eo datus. Et SVMMVM IVDICIS OFFICIVM VT IVDICET. Hoc aliud secum trahit, vt causam cognoscat. Ex his nascitur tertium, vt à cõrariis sibi temperet, seu ne quid in re lite pendente, innouet. Atque hæc tria ad iudicandum necessaria. Exiguntur & alia duo, vtilia ad iudices ac litigatores in officio continentes. Et ita IN VNIVERSVM QVINQVE PARTES IVDICIS. 1. VT SACROSANCTAS SCRIPTVRAS à primordio vsque ad exitum litis ANTE SEDEM iudicialem POSITAS HABEAT, *leg.*14. *pr. vers. & generaliter Cod. de iudic.* vbi ratio. a Pœna quia alia non statuta, si contra factum, a iudicium nullum argum. *l.*5. *C. de ll.* b 2. VT IVRE- b IVRANDO OBSTRINGAT ET SE, quod omnia ex legibus & vero constituturus sit, *d.l.*4. *init. & fi. pr.* c c Si prætereatur, contemptori periculosum *d.pr. in fi.* id est, iudicium quidem consistit, sed agi potest, vt cum eo qui malè iudicauit. d ET LITIGATORES *lib.*2. *de* d *iurei prop. cal. Nou.*49. *c. vlt.* e Vt actor inter se non cã- e lumniæ caussâ litem intentare, reus se non dolo malo contradicere, *d.l.*2. *in fin. pr. d.c. vlt. pr.* Pariter autem ambo nihil se differendę litis caussâ facturos, f idque f propter rationes & instrumenta quæ edi postulãtur, *dict. cap. vltim. princ.* g Quo nomine olim non initio, g sed tunc cum probationes requirebãtur, exigebatur, *leg.*1. *Cod. dict. tit.* & ita sæpiùs. Nunc autem semel IN EXORDIO LITIS, *dict.l.*2. *pr. &* §. *vlt.* g IPSI VERO h IVRARE DEBENT i etsi per Procuratores agatur, i vid. *dict. leg.*2. §. 3. *&* 5. k Nisi per tutores vel curato- k res aut legitimos administratores agatur, *dict. leg.*2. §. *secundo.* l Iure Canonico Clericis hoc iusiurandum l

remissum, immò & interdictum, tantum iis licet per Procuratorem vel Syndicum iurare *cap.3.4.pœn.& vltim.extr. de iuram.cal.* Conuenit *l.25.§.1.Cod. de ep. &*
m *cler.* m IN IVDICIO, nisi mulier sit, egregia persona
n vel ægrotus *dict.leg.2.§.1.* n Pœna recusantis actor
o cadit caussa, reus pro confesso, *dict.l.2.§.6.* o Si exactum non erit, quia in ordinem iudicij peccatum, sententia nulla per *l.4.Cod.de sent.& interl.* etsi contra in
p *cap.1.de iur.cal. in l.6.* p ET ADVOCATOS vttiusque *dict.leg.2.pr.leg.14.§.1.de iudic.* vbi eius iuram. forma.
q q Sed si ab his non exegerit iudex, iudicium consistet, quia ex fide horum id non pendet, se in eo periculum iudicis quod malè iudicium exercuerit.

NOTATA.

a a *Nou.90.cap.vlt.in fin.* Vt subinde ad eas respicientes memoria extremi iudicij ab iniusto deterreatur. Quam consuetudinem cum hodie desierit, in vsum reuocari debere scribit *Sich.ad l.2.pr. Cod.de iur.prot.cal.num.1.* Eadem tamen de caussa hodie sæpiùs in prætoriis, vel pro tribunali typus extremi iudicij visitur. Non enim hominum, sed Dei exercetur iudicium, *Deut.1.v.17.2. Paral.19.v.6. Sapientiæ cap.6.Ps.82.* quem semper præsentem & acutum inspectorem habent, vid. *cap.quatuor 78.& seqq.cap.11.qu.3.d.Nou. 90.cap.vlt.in fin.* Confer. *cohortat. ad iudices ex Harmenop. præfixa à Menoch.tr.de arb.iud.qq.Damhuder. praxi ciu.ca. 9.* Et de officio magistratus iudicantis, *Nou.17.& Nou.24. cap.2.* pulchrè *Ioan. Seresberiensis Policrati lib.5. cap.11.12. 15.& 16.* Huc spectant versus vulgati, non illepidi:

Cogitate Iudices qui vel quales estis,
Quid in hoc iudicio dicere potestis.
Quo nec erit Codici locus aut Digestis.

Idem erit dominus, Iudex, Actor, Testis. *Prudent. Cathemerinôn. hymno 2.*

Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusq; nostros prospicit,
Hic testis, hic est arbiter,
Hic intuetur quicquid est,
Humana quod mens concipit,
Hunc nemo fallit Iudicem, &c.

b b ità *& gl.ad l.l.14.reser. Sich.ib.num.4.* sed reprobante *num.5.* Et rectè non tam quia solennitates leuiores omissæ actum non vitiant, *vt Sichard.d.loc.& Vvesenbec.ad t. C.de Ord.Iud.nu.5.* quam quia durum omissionem hanc, & culpam Judicis nocere litigantibus, illosque, lite cæteroquin ritè transacta, nouæ litis necessitate implicari. Quin si iurisiurandi omissio non vitiat, cuius exigendi fortior ratio, minus, &c. Quin quòd in *fin.pr.d.l.14.* habetur, æquè ad omis-
c sionem huius solennitatis referri potest. c *Saluian. Epist. 4.pag.330.* Iudices iurant, nihil se nisi ex veritatis officio pronunciaturos. Et ita olim in singulas caussas Iudices sacramenti religione obstringebantur & in leges iurabant. Quod lege Agraria Saturninum cauisse scribit, *Ant. Augustin.lib.de LL.cap.15.* Et ita quoque Plato definiuit, *Dial.12. de ll.Cicer.3.Offic.pag.523.* Cum iurato dicenda sit sententia, meminerit, Deum se adhibere testem, & pro *Cluentio p. m.357.* de quo iurati sententiam ferre debebant, & *1.act.in Verrem vbi Ascon.* † Prætore conceptis verbis præeunte, *Pollux 5.hist.fori 7.num 7.* qui ipse tamen non iurabat, *Cicer. dict.act.1.p.m.80.* Nunc eo animo sum, vt eo Iudice, quàm Prætore, hanc rem transigi malim: & iurato suam quàm iniurato aliorum tabellas committere, *Pollet.d.loc.Reu.5.var. 8.* Qui hoc iusiur. ad aram præstari solitum probat ex *Symmach.libr.10.Epist.54 & Ambrosio*, eamque aram fuisse Puteal Libonis, aut in locum eius euersi restitutam, add. *Freher. in Sulpitio s. de aquitate p.14. Rittershus. Com. in Salu ian.pag.388. Simancas 1.de Rep.16 ac seq.* Hodie sanè magistratus & iudices omnes iureiur. solenni obstringunt, in ingressu dignitatis vel officij, vid. *Nou.8.cap.7.* & ibidem *in fi. tit.3. Nou.15.cap.1.§.1. Nou.29.cap.3. Nou.102. in præfat.* Nec tamen necessitratem iurisiur, in singulis caussis repetendi remissam satis firmiter inde colligi videtur. Tametsi id non repeti generalis apud nos moris esse constet, quem & in Gallia seruari testis est, *P. Fab.ad tit.de O.1.p.82.* Ac inde firmat *Sich.ad leg.2.pr.C.de iur.prop.cal.numer.2.* quod vnicum iuramentum initio officij præstitum, in singulis caussis repetitum videtur, argum. *hoc sacramentum Cod.de iureiur.propter calum.add. Vvesenbec.ad tit. Cod.de Ord.Iudic.n. 3. Ioan.Bapt. Asin.de exsecut.§.8.cap.41.* Sic olim apud Romanos consulatus, aliorumque magistratuum, candidati, dum eos inibant, Sacramento se adstringebant, vid. *Bodin. 3. de Republ.4. numer.291.* quod nec Augustus *Dio lib. 53. initio.* nec Traianus *Plinius in Paneg.* Consulatum ineundo, præbere recusarunt, *Petr.Fab.ad dict.titul.de Orig.Iur. pag.77. Bodin.1. de Republ.8. numero 9.* Formulam Sacramenti Senatorij refert, *Hippol.à Collib.in Principe cap.4. & Philipp.Camerar.1.oper.subcis.32.* Athenis quoque in ordinem Iudicum iudicij Heliastici hullus recipiebatur, nisi prius iureiur. se secundum ll. iudicaturum, sub imprecatione dirè exitij. *Demosth. Orat. aduersus Timocratem, de quo Touch.Stephan. libr.2. de Iurisd. Iudæ. Græc. & Roman. cap.5. numero 3. & cap.10. numero 30.* fusè *Petr.Fab. ad dict.titul. pag.79. & seqq.* vbi quotannis id iusiurandum fuisse repetitum ostendit. Quod hodieque in Senatu Pedemontano seruari refert, *Tessaur. in præfatione decis.numero 24.* Et contra hanc iurandi necessitatem, nec statutum, nec consuetudo contraria valida, ceu delinquendi occasionem præbens, *Mynsing.2.observat.76. Moller. ad Nouell. Elect. Sax.32. parte 1.numer.15. Setser.libr.3. de iuram. capite 3. numero 3.* Iudicem tamen eum, qui ex arbitrio cognoscit iurare non cogi scribit, *Menoch.1.arb. quæstione 58. vid. Couar.2. var.resol. 13.numer.3.* d Potius arbitrarie à superiore puniri dicendum vt post *Alber. Vvesenb. ad titul.Cod.de Ord.Iudic. nu. 51.* e *Nou.124. Nou.Leonis 97.& 107.§.1. Institt.de pœn.temer. litig. titul.extr. de Iuram.cal.* Hoc definit *Otobrecht.de iuram.cal.cap.1.numero 19.* quod sit religiosa litigatorum assecuratio, qua adstruunt, se non calumniandi animo, sed iuris sui opinione & fiducia fretos agere vel alteri resistere. Aliàs definitiones refert & examinat, *Anton.Del Re h.tr.Iuram.cal.cap.1.* Hoc iure diuino introductum esse sentit, *Menoch.1.arb.quæstione 20. per Exod.22.vii.* qui tamen vers. de iuram. veritatis & purgationis, non opinionis, quale hoc est, loquitur *Obrecht.h.tr.cap.3.numero 3.* Ergò rectius qui Iuris ciuilis id esse agnoscunt, ciusque originem ab Atheniensium Reipubl. à quibus pleraque Romani sumpserunt, repetunt. Illis enim ἀντωμοσία & διωμοσία dicebatur iusiurandum quo actor obstringebatur: *Antomosia*, quo reus. Etsi hæc quandoque confundantur & de vtrisque promiscuè vsurpentur, vid. *Vvesenbec.in Par.Cod.hoc tit.num.5. Obrecht. h.tr.cap.3. numero 7. & seqq. Ioach.Stephan.libr.2. de Iurisdict.Iudæ.Græc.& c.cap.10.num.1016.* Vbi eo tamen differre vult nostrum hoc iuram. quod id de credulitate præstetur, illud verò de veritate, seu ex animi sententia, dira imprecatione addita. † *Turneb. 28. aduers.20. in fin.* iusiurandum hoc sumptum esse vult ex gladiatorum consuetudine, à quibus ἀμφιορκία & ἐμφομοσία dicebatur, quod vterque iurare cogeretur. † Planè olim ex parte actoris cautio decimaria præstanda, qua actor initio litis, ni vicerit, decimam litis præstitum iri cauebat, idque repromissione, *l.iudicio Cod.Hermogen.de calumniat.* non satisdatione. Vnde reo actio ex stipulatu, quæ vetus calumniæ actio vocatur, *§.1.vers. hæc autem Institt. de pœn.tem.litig. Cuiac.7.observat.5. Obrech.h.tr.cap.1.* Nec tamen inde probatur quod *Gœd.ad leg.7.de Verb.Signif. numer.6.* scribit, olim tantum reos iurare, hoc vindicatos fuisse, non actores. Nam & Athenienses vtrumque seruarunt, & iurati litigatores decimam ferè partem litis deponebant, quam depositionem dixêre πρυτανεῖα, *Cuiacius 27.obseruat. 21.* confitmans ex versu *Aristophanus in Nudib. actu quarto, Scen. 1.* Πεῖ γὰ τὶς ὑμῶν εἶς ἀφελλαν τυγχάνω, Θεὸς μοὶ πρυτα-νεῖ. Omnes quibus ego debeo deposita in iudicio pecunia iurant. Et generalis quoque huius iurisiur. mentio iure Digest. in *l.44.§.4. Fam.erc. Cuiac. in Nouell.49. parte 1. numero 184.* Quam miror quod pro se adducat, *Gœd.dict. loc. numero 7.* quasi ibi habeatur iudiciis duplicibus non iurare teneri de calumnia, cum directò contrarium asseratur, quod nempe in illis vterque tam rei quam actoris sacramentum subeat, *Azo in Summâ Cod. hoc titul. numero 3.* Licet illic verba: *& ideò iurare, &c.* Triboniano adscribant *Cuiac. in not.* ibidem & *Gisan.ad leg.37. de Oblig. & Actionib. numero 12.* Quin & vetus illa decimæ litis sponsio restituta à Iustiniano, *Nou.112.c.2.* vid. not. supr. *lib.23.c.9. lit.Z.* hoc addito, vt satisdationem habeat cautio, *Cuiacius dict. cap. 5. Gœd. dict. loco numero 8.* Non obstat, quod Iustinianus *in dict.§.1. de pœn.tem.litig.* iusiur. hoc se introduxisse profiteatur. Nam id inde quia plenius explicauit, eique authoritatem impertiit, *Obrecht.dict.cap.3.numer.12.* † Finis huius vt calumniosa litigantium iniquitas & audacia, metu & religionis iniecto, compescatur, *l.1. in fin.Cod.h.tit.* Vnde supinè loqui videtur, *Vult.ad tit.Instit.de pœn.tem.litig.* dum hoc iusiur. pœnis temerè litigantium accenset *numero 6. & seqq.* Præstatione enim huius non punitur temeritas commissa, sed ne committatur, ita facilè occurritur. Nec temerè litigans solùm hoc iuramentum præbet, sed &, qui iustissimè caussâ, sed de quâ, nondum cognita, non liquet, nititur, ne temerè litiget. Dicitur equidem coërceri temeritas religione iurisiurandi *princip. Institt. hoc tit.* Sed coërcitio ibi non animaduersionem fraudis admisse denotat, vt in *leg.9. Cod.de furt.l.19.C.de pœn.& simil.* Verum cohibitionem & repressionem, quæ propria vis vocis. Quomodo coërceri dicitur aqua, *l.vn.§.9.de fonte Cicero in Topic. pag.m.398.* Et ita passim Cicero coërcere hostes, id est, impetum reprimere, coërcere cupiditates, orationem rapidam, &c. Idem *lib primo de finibus initio fere*, difficilem temperantiam postulant in eo, quod semel admissum, *coërceri* non potest. Vbi pœnam non significari patet. Nec dubito simili sensu sæpius in libb. nostris reperiri, sed exempla conquirere non vacat. Satis est, quod in dict. princip. aliter non accipi euidens sit, cum ex re ipsa tum ex adiunctis: *infamia metu.* Temeritas enim admissa & de qua constat, non metu, sed irrogatione infamiæ coërcetur. † Quia verò in hoc exigendo boni publici rationem habitam Imper. testatur, *leg.7.§. 4.Cod.h.titul.* inde inferunt, non tantum partium conuentione remitti non posse, de quo vide j. *lit.P.* sed nec statuto vel consuetudine. Et probatur *c.cæterum 5.extra h.tit.cap. constitutus 3. de fideiuss. Matthæus. singul. 65. Anton. del Re h.tr.cap.13. Menoch.1.arb. quæstione 20.numero 4. Ioh. Petr. Surd. decisione 18.numero 8. Vasquez.2.contr.vsu fruct.25.nu. 7. & 1.ill.contr.31. numero 44.* ne, inquit, facultas statuendi conuertatur in ipsorum municipum læsionem, dum hoc remoto omnia litibus scaterent, *Caroc. de iuram. lit.decis. quæstione 13. principali num.7. Obrecht.h.tr.cap.11. numero 20.& seqq. Gail.1.obs.85.numer.3. & 4.* † Atqui id in omnibus curiis Galliæ exoleuisse testatur *Rebuff. ad constitut. Francis in proœm.gl.5.numer.50.* (licet lege lata in Comitiis Aurelianensibus in vsum reuocatum sit, *Forner.1.select.4. in fin.*) vt & in Flandriæ prouinciali ac magno Mechlinensi Concilio *Damhud.praxi ciuil.cap.151.numero 30.* Et generale iusiur. calumn. (aliud in speciali, vt j. *cap.21.litt.B.*) in terris quæ iure Sax. regitur inesse vsu desiit. *gl. Lohenrecht. artic.68. sub fin. Fach.diss. iur. ciuil. & Sax.47. inter diff. Zobel.24.p.1.numer.7. Rauchbar.p.1. quæstione 10.numer.3. Abel Strasburg.cons.3.num.40. Coler.decis.117.num.10. & seqq.* vbi *num.15.* ita vsu seruari, vt in nullis penitus caussis præstetur. *Sed Benst.ad rubr. D.de iureiur.num.182 & Speckh. cent.2.cl.4. quæstione 20.nu.4.* quandoque id præstari testantur in foro Sax. in Consistoriis Publicis, maximè in caussis matrimonialibus. Quanquam vero hunc morem Sax. reprobent, *Sichard.ad rub.C.h.t.num.12.& Fach.d.lo.ac Coler.d. decis.117.num.11.* omni ratione carere asserat; Melius tamen alij iustè talem consuetudinem tolerari, qua periuria multa euitantur, cum & iam olim testatus fuerit, *Bald.in l. si post.24. C. de euict. num.1.* expedire, vt ex vsu iudiciorum tolleretur, ad tot periuria euitanda, cum vix tressis ferè æstimari soleat. *Vvesenb. in Par.C.h.tit.num.5, Gail. d.obs.85.num. 5. Obrecht.d.cap.11.num.22 Anton.del Re cap.1.num.36. Maran.p.6.titul.de Iuram.num.11. Arumæ.lib.2.decis.11.num.5. Ventura de Valentiis Parthenij litigiosi lib.1.cap.15.num.34. & lib.2. cap.6.numer.19.* Ideoque & statuta huiusmodi valere rectè Vitebergæ iudicatum ex *Soceri Mich.Teub.nunot.* refert *Rauchbar. p.1. quæst.10.numer.6.* Nec diff. *Scaccia 2.de indic.1. num.131.* Quin & olim sapientiss. *Plato dialog.12. de legib.* iusiur. nec à litigatoribus exigendum, nec etiam, si iurare parati, suscipiendum esse graui ratione censuit. f Vulgò formam huius iurisiur. ad quinque hæc capita reuocant, 1, Quod causssam suam iustam putet vel credat. Neque enim hic præcisè & liquidò iuratur, sed ex conscientia; licet vera causssæ natura alia forsan sit, vt *l.2.§.2.C.h.t.* Vnde vulgò non esse hoc iuramentum veritatis, sed credulitatis, vel non scientiæ, sed opinionis, *Obrech.h.tr.cap.10. numer.23. & seqq. vid. Anton.del Re h.tr.6.Scaccia 2.de indic.1.num. 60. Iac.Schult.obs.for.36.num.50. Speckhan. cent.2. cl.4. quæst. 18.num.2.* Aut de veritate quidem conscientiæ ac intentionis, de credulitate autem facti vel obligationis, post *Bald. Toming.decis.45. numer.17.* Obi. Atque dicitur *ex animi sui scientiâ* iurare *dict.l.2.§.2.&. Cuiac.1.obs.21.* pro eo legit: *ex animi sententiâ*, quod idem est ac ex sincera fide & conscientia, quia & hæc vetus iurandi formula. Verum notatur, ab *Hot.2 am.cab.1.* tum quia formulæ solennes per Constantinum sublatæ, tum quod scientia illic certæ caussæ notitiam

significet, per præcedd. & seqq. Mihi videtur suo se mucrone petere Cuiac. dum hoc accommodat illa verba solennia. *Si sciens, fallo, &c.* Nam si eò respicias ex animi scientia iurat, quicunque scions non fallit, cuique, si forte res aliter se habeat, ipsi non aliud compertum est. Sanè recepta lectio adstruitur satis verbis prioribus, *scire possunt.* Et ipsa contextus series, ac vis verborum seqq. *Et licet*, hanc sententiam arguunt. Tutores iureiur. hoc vinciendos, quia non pupillis, sed ipsis comperta esse potest causssæ iustitia; & ita hoc casu ex certa scientia iurare liquidò possunt. Sed etsi non vsquequaque comperta sit, modo caussa anceps, nec euidens eius iniustitia, iurandum ipsis esse de opinione, quod iustam causssam statuant, &c. 2. Caput. Quod interrogatus verum differri nolit, aut falsrem, quod verum statuet, respondet. 3. Nihil eorum pendi frustrandi ve iudicij causssa iudici, alive dedisse, causisse, daturum cauturum. *Nou. 124. cap.1.* quod & olim obtinuit *Plin.5. Epist. vltim.* Etsi enim id diuersum ab hoc iuram. statuat. *Obrecht.h.t. cap. 10.numer.37.* Verius tamen clausula, seu pars huius iurisiur. statuitur vt *& Ioan.Saresberiens. Policratici lib.5. cap.13.4.* Falsa probatione scientem non vsurum. 5. Litem temerariè petitis dilationibus non protracturum, *l.1.pr. C.h.t.* Quæ his rythmicis versibus inclusa:

Illud iuretur quod lis sibi iusta videtur,
Et si quæratur, verum non inficietur,
Nil promittetur nec falsa probatio:
Vt lis tardetur dilatio nulla petetur.

Beust.ad rub. D.h.t. numero 174. vid. Iac.Sch. obs. forensis 56.numer.46. Et aliis *à Iusto Vulteio Hermanni parente relatis à filio, 2. Iurisp.31. numero 159.*

Iuro meam litem mihi fuitam iure videri,
Nec celaturum si qua rogatus ero:
Nec promissurum, neque causssa falsa leuanda
Dicere, nec litem ducere velle meam.

Ex quibus tertiù istud caput, pro illo Veteris iurisiur. formulæ, de superflua probatione ab aduersario non exigenda, *auth.in isto C.h.t. Nou.49.cap.vlt.* Substitutum, Contra hoc iurando plerumque emitti testatur, *Rauchbar.p.1.quæst.11. num.27. & seq.* Vis huius præstiti vt calumniæ suspicionem elidat. Vnde qui condict. furtiua rem ceu à decessore subtractam petierat ab heredibus, nec obtinuerit, per hoc excusatum ab animo iniuriandi, ne lite illa finita iniuriarum conueniri possit statuit, licet subauditus, *Mod.Pist.p.1.qu.35.* Non verò ab euidenti calumnia excusat, minus expensarum condemnationę per se solum liberat, *Couar. pract. qq. cap.27.numero 1. Obrecht.cap.12.num.13. & seqq. Iac. Schult. obs. forens.56.numer.44. & seqq.* & Dd. comm. Etsi enim *Alex.* contrariam receptiorem vocet, ei tamen & in hoc alij obloquuntur, *Seraphin.de Seraph.priuileg.iuram.13.num.3.* Aliàs certè, quandoquidem regulariter hoc præstandum, expensarum condemnationi regulariter non esset locus, contra iuris regulam. Quin nec si calumnia cessat, quæ ex eo solo quod quis succubuit arguitur, *leg.3.Cod.de calumn.* ideo & temeritas litigandi, quæ latiùs patet. vid. *Bart.ad leg.13. §.sin autem 8. Cod.de iudic.numer.1. & 2. Blarer.in leg.diffamari cap.5.num.40. Anton.del Re h.tract.at.cap.22.* g Hinc g in quibus causssis nulla probandi necessitas, nec huius iurisiurandi prohibendi, vt cum reus confitetur, vel super notorio facti permanentis agitur, *Sichard. ad leg.1. Cod. hoc tit. numer.3. & 4. Vasq.2. controuers.usufreq.25. numer.21.* idem statuens vbi quæstio iuris vertitur, non probationes facti, sed allegationes ll. exigens. Sed rectè *Sichard. ad d.l.1. numer.5.* in preferendis & ad propositum adaptandis ll. earum contorsione & mutila sæpe citatione non minorem fraudem & calumniam committi. † De causssis in quibus hoc iusiurandum necessarium, vel non, vid. *Obrecht. hoc tract.at.cap.8. Anton.del Re hoc tractat.cap.19. & seqq. Scaccia 2. de indic.1.num.139. & sequentib. & num.213. & seq. Setser.3. de iuram.4. Cuiac. in Nou.49. sub fin. Damhud.prax ciu.cap. 151.numer.11. & sequentib.* h id est, in lite contestanda, vel h mox post litem contestatam, *leg.14.§.1. Codic.de iudic.* quia quæ in continenti post fiunt; inesse videntur *Sichard. ad l. 2. princ. Cod.hoc tit. numer.7. Tiraquell.de retract. conuent.§. 1.gloss.5.numer.2.* Vnde hoc initium. 2. partis iudicij statuitur *Sigismund. Scaccia 2. de iudic.1. numer.1.* Et ita generali hoc præstito, speciale deinde, super aliquo capite litis, à parte exigi nequit. Quod si non initio præsteretur, hoc ipso in ordinem iudicantium peccari iuri ciuili mihi planè videtur, cum *dict.leg.8. princ. & §. vlt* ita districtè hoc exigat, neque aliter progressum litis permittat. Vnde vix ambigo, quin dispositio *c.1.pr.extr.h.t. in 6.* quod si in exordio non iuretur, postmodum in qualibet litis parte iurari queat, cum

præstatio ab initio de substantiâ ordinis iudiciarij non exi-
stat, absona sit à constitut. Iustin. *d.l.2*, vt & à iuris ciuilis
ratione. Quod cum euidens appareat, inspecto vsu & fi-
ne iurisiur. huius exigendi, miror id vulgò non notari, sed
plerosque securè docere, quandocunque, ante conclusio-
nem causſæ exigi vel præstari posse, nulla diuersitatis inter
ius ciuile & Pontif. mentione. Equidem hanc diff. nota-
uit, *Obrech.tr.cap.2.num 6.* quod cum iure ciuili speciali iu-
rament. calumniæ locus sit, non tantum in singulis litis
partibus, sed & in aliis causſis extra iudicium, iure Canon.
d.cap.1. tantum in quælibet litis parte. Et idem *cap.9. nu-
mero 12.* vtroque iure hoc iusiur. initio litis præstari ac
d.cap. 1.pr. verbis in qualibet, &c. de speciali iureiur. acci-
pit. Quod vix probandum videtur. Planè & ante litem con-
testatam deferri potest, si appareat reum quærere diuerticu-
la, aut except. dilatoriam friuolè obiicere. *Sich.ad rub.* C.
h.t.numer.1. Etsi tunc præstitum iterum præstari debere lite
contestatâ, atque sic *l.1.C.h.t.* per *auth. seq.* corrigi tan-
tum quoad iurament. post lit. contestat. præstitum docent
idem *Sich. ad d.auth. num.2.* Enimuerò in omnibus causſis,
ante vel post iudicium acceptum iudex à partibus rectè
exigit iuramentum malitiæ, quoties viderit expedire *cap.2.
§.vltim.h.t. in 6.* ex officio scilicet, non ad partis instãtiam,
nouâ suspicione calumniæ suborta, etiam post conclusio-
nem causſæ, vid. *Gail.1.obſ.84.num.6. Vasquez.2.contr.vſu
freq.25.num.8. Menoch.libr.1.præſumpt.quæſt.85. Io.Bapt.A-
ſin. de Exſecut. §.3. cap.17. numer.5.* Quod Iuram. malitiæ
aliqui à iuram. calumniæ distinguunt, *Martin.4.* diff. tra-
dens *annot.ad Azon.Summ.C.h.tit.Anton. del Re cap.1.nu-
mer.31. & ſeqq. Scaccia 2.de iudic.1.num.62. Obrech.cap.2.
numer.6. Damhuder.prax.ciuil.cap.151. num.8. & num.31.
Cũrad.Heresbach.Epitome Iuriſpr.Chriſtianæ Edict.III.Præ-
cepti pag.77.* cum *iuxta alios* tantum alia appellatio sit, ac
iuram. calumniæ speciale, *P.Gregor.48.Synt.6.numer.2. Cu-
iac.ad c.pen. extra h.tit. Iac.Schult.obſ.ſorenſ.55.numer.4. &
obſ.ſeq.* i Prius autem iurare debent actor, postea reus per
*l.2. ſubſin pr. & §.6. ac 7. Cod.h.tit. Beuſt. ad rub. D.de iure-
iur.num.184. Obrech.h.tr.cap.5.num.5.* Nec tamen hic ordo
substantialis solennitatis est, vt eius inuersio & præposte-
ratio actum vitiet, *Sich.ad d.l.2.pr.num.7. Scaccia 2.de iud.
1.num.268. & ſeq. Speckhan.cent.2.cl.4.quæſt.25.*) quam in-
tegram quasi transscripsit, more suo illaudatiss. *Ierem. Set-*
k *ſer.libr.3.de iuram.cap.5.num.19.* k Et hoc iure ciuili certe
tiss. est in iuram. generali ad iudicij ordinem pertinente;
Etsi causſa agatur per Procuratorem. Quod & Frid. II. Im-
per. agnouit, vt patet ex *Petri de Vineis lib.5.Epiſt.30.* Prin-
cipales enim quarum res agitur, magis causſæ veritatem
scire, magisque ex conscientia iurare possunt, *Obrech. cap.
6.numer.12. &* 20. Etsi speciale & extraiudiciale iusiur. ca-
lumniæ, quod ad rem priuatam pertinet, Procurator præ-
bere possit, *l.13.§.13. de dam.infect. Obrech.d.cap.6.num.22.*
Iure autem Canon. Procurat. speciale mandatum habens
admittitur. *cap.vltim.h.t.in 6.* Et ita quotidiè Procuratores
huiusmodi iuramenta in Senatu Spirensi in animas & suas
& Domini præstant, *Ord.Camer.p.1.titul.65. &* 14. *Gail.1.
obſ.83.numer.1. add. Beuſt. ad rub. de iureiur.num.194. Harpr.
ad pr. Inſtit. de iis per quos agere numer* 27. Et illam dispo-
sitionem Iuris ciuilis abusu non seruari scribit, *P.Greg.48.
Synt.6.num.4.* Licet *Vasq.2.contr.vſu freq.25 numero 6.* iu-
ris ciuilis correct. per *d.c.vltim.* non agnoscat. Non placet
ratio *Obrechti d.cap.6.num.25.* quia Procuratores ferè me-
liùs calumniari norunt. Hæc enim ratio exigendi quidem
iurisiur. à Procuratore, sed non ab eo solo: Mandatum au-
tem speciale ita requirit, *Couar.ad c.quamuis 2.de pact. in 6.
p.1.§.5. numero 20.* vt & necesse sit causſam exprimi super
qua iurandum, quomodo & *Vasq.d.cap.25. numero 17. &*
19. requiri non tantum speciale, sed & singulare. Quod ta-
men in Camera strictè non seruatur, *Gail.d.obſ.83. num.3.*
(Quid in coniuncto, vid. *Del Re d.tr.cap.15.numero 267. &
ſeqq. Scaccia 3.de indic.1.num.260. & ſeqq.)* Generale autem
mandatum vtique non sufficit, nec si clausſula cum libera in-
serta, *Vasqu. d.l.* Tametsi *Bouer.ſingul. 40. num.10.* Procur.
generalem tunc admitti, cum domini præsentia facilè ha-
beri nequit. Est tamen adhuc in arbitrio iudicis exigere hoc
iusiur. ab ipso principali, per *cap.3. verbis qui causſam omni-
nò non neſciant h.t. Obrech.d.cap.6 numer.6.* Quin etsi Pro-
cur. in rem suam, cum eius causſa sit & commodum, ipse
ita iuret, siue vtili suo, siue directa mandantis nomine agat.
Azo contra Placentin. Summ. Cod.h.t. num.6. si tamen obii-
ciat reus, quod mandanti meliùs comperta veritas illum
iurare teneri idem Azo statuit. Plinè & à Procuratore exi-
gitur iusiur. quod præstet nomine suo & in animam suam,
atque in illo non requiritur mandatum speciale, *Hartm.
Hart.titul.10.obſ 2. numer.8.* Nam etsi principalis ipse litem
contestatus, & sic iurauit, Procurator postea ab illo consti-
tutus iurare debet, *Sich.ad auth.principales C.h.t.num.3.* Et
substitutus quoque Procuratori, etsi substituens ante conclu-
sionem iurauerit, *Obrecht.h.tr.cap.10.numer.44.* vbi *num.43. ex Ord.
Cam.p.1. cap.65.* Procuratores tam in suam quàm in prin-
cipalis animam iurare. Quod & generaliter vsu receptum
esse, in palatio Rom. testatur *Oldau.Veſtr.practˉ.lib.4.cap 5.
numer.17.* Plura de hoc iuram. Procuratorum pete ex *Ant.
del Re h.tr.cap.16. Scaccia 2.de iudic.1.numer.108. & ſeqq. &
num.178. & ſeqq.* † Heredes quoque lite ad eos translata iu-
ram. hoc præbent, *auth. principales pr. C.h.t.* Etsi enim fa-
ctorum defuncti probabilis ignorantia, tamen & ipsi de
causſa iam ipsorum effecta inquirere possunt, & tantum de
opinione iurant *Obrecht.cap.5.num.8. &* 9. vid. tamen *Ant.
del Re h.tr.cap 15.num.126. & ſeqq. &* 278. *num.17. & ſeqq.* l
l Vt sunt Syndici, actores, curatores bonis datiq; prælati Ec-
clesiarum, œconomi, orphanotrophi, *Sich.ad l.2.§.2. C.h.n.*
1. & 2. Item patres de aduentitiis filiorum. agentes. Sed an
vtà tunc cum patre iuret filiusf. vid. *Sich.d.l.o.num.5.* Et ra-
tio diff. inter Procur. & tutores. Illi eorum lites suscipiunt
qui per se idonei. Hi eorum qui ipsi iurare nequeunt. Alia
autem causſa iurisiur. in litem, *l.4.pr. de in lit.iur.* Quia il-
lud est affectionis, ibique semper metuitur ne plus æquo iu-
retur. *Obrecht.cap.6. num.15. & ſeqq.* † Procuratori fisci in
Camera hoc iusiur. remittitur, *Mynſ.1.obſ.74. Gail.1,obſ.90.
num.4. Beuſt.ad rub. de iureiur.num.186. Obrech.d.c.6.num.
32. & 2.ſeqq. Rulant.de Commiſſar.p.1.lib.2.cap.14.num.10.*
qui sic post accuratam disceptationem iudicatum testatur,
& ita in Senatu Mantuano ac Montisferratensi *Ioan. Petr.
Surd.deciſ.18. numer.11. vid. Anton.del Re cap.18 num.141. &
ſeqq.* Ratio, quia initio officij iuramento suo obstrictus est,
Schult. obſ.ſorenſ 55. num.25. Remittitur & iure communi
parentibus ac patronis, de quo j. *cap.21.lit.D.E.* m *Cuiac.* m
in Nouell.49.in fin. & in cap.1.extra h.t. vbi scribit quod de
Clericis Constãtinop. *d.l.25.* disposuit, ab Henrico II. Impe-
ratore primum, deinde ab Honorico Papa *d.cap.1.* ad omnes
extensum esse. Turpe enim hos in falsitatis vel calumniæ
suspicionem vocare, qui ob Religionis & pietatis professio-
nem ab vtroque abesse putantur, *Obrech.c.5.nu.14.* Apparet
tamen, ex *d.c.5. & c.vlt.h.t.* si ipsi per se litigent, iurare eos
cogi. Quod & tandem inualuisse scribit, *Obrecht.dict.c.5.n.
16. add. Azo in Summ.C.h.t.n.7.* fusè *Ant. del Re h.tr.c.15.n.
308. & ſeqq.* Alij distinguunt, vt etsi non de calumnia, tamen
de veritate dicenda iurent *Albert. Galeot. Margaritæ aureæ
c.15.nu.10.* † Reges quoque & principes ob eorum dignita-
tem; qua suspicio calumniæ excludatur, excipi volũt, *Mynſ.
1.obſ.74. in fin Obreche.cap.8.num.13. Del Re c.18.num.3.* In-
tellige vt eorum Procuratores in animas dominorum non
iurent. Nam de ipsis, cum in iudicio versari non soleãt, nul-
la quæstio, Malè qui rationem istam in persona Procur. ces-
sare putant. Nam immò iusiur. quod in animo domini præ-
statur, ex suspicione calumniæ ipsius domini exigitur, inde-
que periurus fit, si peieratur, non Procurator qui iurauit, sed
is cuius nomine, *Sichar.ad auth. principales C.h.t.n.3.* Plura
de personis quæ sic iurare tenentur, *Ant.del Re h.tr.c.15.* n n
auth. principales §.1.2.3.4. C.h.t. Obrech.c.9.n.13. & ſeqq. vid.
Ant.del Re c.17. & confer. j. *c.22. lit.G. & ſeqq.* o *Striatic.* o
obſ.practˉ.ca.20.num.92. post alios citatos, *Iac. Schult.obſ.ſo-
renſ 55.numer.46. Sig.Scaccia 2.de indic.1.num.93. & ſeqq.
Anton.del Re cap.14. & cap.21.* quos vide. Vt tamen præce-
dat sententia declaratoria per *dict. §.6.* (*vt cadat* futuri tem-
poris) *Gail.1, 86.num.1. Obrecht, cap.12.num.18. Vaſqu.2.
contr.vſu freq.25.num.25. Schult.dict.loc.nu.47.* Et vsque ad
sententiam moram purgari posse docent, *Gail d.loc. num 2.
& ſeqq. Obrech. d.c.12.num.19.* vid. *Scaccia d.c.1.n.101. & ſeq.*
Quid si Procur. iurare sic noluit an & quatenus id domino
noceat, vid. *Gail.1.obſ.89. Obrecht.c.12.numer.23.* p Vnde p
per vulgata est nostrorum doctrina iusiur. hoc expressa sa-
nè partium conuentione remitti non posse; cum ratione pu-
blicæ vtilitatis id exigatur, taleque pactum turpitudinem in
se contineat, tacitè verò posse, si nempe non exigatur, nec in-
de iudicij ordinem vitiari per *dict.c.1.obſ.85.n.2. Vaſq.2.cont.
vſu freq.26.n.22 Sich.ad rubr.Cod.h.tit.n.10. & ad l.1.pr.n.
9. Menoch.1.arb.qu.20.n.5. Scaccia 2.de indic.1.n.49. & ſeq.*
(qui inde negat esse hoc iuram. de substantia iudicij simpli-
citer & per se, sed solùm si exactum fuerit) *Lanc.Conrard.de
off.præt.in causſ.ciuil.v.Iuram.cal.n.1. Granat.de pactˉ.Veſtrij
lib.5.ca.2.lit.F. Cagnol.in leg.23.de R.I.n.82. Virgil. Pingitz.
qu.33.num.4. Vult.ad pr.I.de actˉ.nn.67. Vvendelin.Hailman.
de teſtib.ca.4.p.55. Ant.del Re* post plures citatos de *Iuram.
cal.6.*

*cal.cap.12.num.8. & ſeqq. Iac.Schult. obſ.ſorenſ 55.num.6.
iunct.numer.29.* Etsi verò plerique tacitam eam remissionem
iure ciuili quoque ratam esse doceant per *l.34.§.4.D. de iu-
reiur.* arg. à contrario ex verbis: si hoc exigatur *l.5.§.14. de
op.no.nunc.* Contra tamen cum Donello verissime sentiunt,
*Striatic.obſ.practˉ.cap.20. num.95. & ſeqq. Obrecht.h tr. cap.
11.num.7. & ſeqq. & Andr.Rauchb.p.1.quæſt.11.num.2.* tum
quia eadem ratio inhibendæ tacitæ remissionis, cum ad or-
dinem iudicij pertineat, qui non est in arbitrio litigatorum
Forner.2.Select.4. tùm quia Imper. *d.l.2.§.4.* districtè cauit,
ne dissimulatione, quo tacita conuentio hæc innuitur, san-
ctio sua deludatur. Adhæc *d.leg.2. pr.* habetur non aliter,
nec actorem, nec reum subire certamina debere, & c. nisi hoc
iusiur. iubeant; Vnde satis patet non exspectari debere pe-
titionem partis aduersæ, sed vtrumque id vltro subire debe-
re, *Striatic,d,loc.num.103.* Non obest *d.l.34.§.4. d.l.5.§.14.*
Illic enim exempla Iurisiur. calumniæ specialis, quod cum
ad priuatam causſam exigatur, non publicæ vtilitatis intui-
tu, facilius remitti potest, *Forner.2.Select.4. Obrecht.d.lo.vid.
not.j. cap.21.litt.C.* Quare iudicis officij erit, vt parte non
petente ipse proprio motu exigat, *P.Greg.48.Synt.6.num.10.
Io.Bapt.Aſin. de Exſecut.§.3. cap.17.num.1. & 2.Vaſq.2.ill.
contr.64.num.20.Speckhan.cent.2.cl.4.quæſt.27.* Quod & ip-
si licere si conuentione iurata remissum sit, *Vaſq.2.contr.vſu
freq.25.num.5.* qui ipsam tamen conuent. ob iuram. valere
putat, licet aliàs nec decennij lapsu illam firmari asserat, *d.c.
64. num,19.* Enimuero in hoc vtrique iuri Ciuil. & Canon.
conuenire inter nostros conuenit, quod poiteaquam semel
petitum, si non præstitum, processus nullus reddatur, quia
exinde hoc iusiur. substantiale iudicij effectum, vid. *Caroc.
de Iuram.litt.deciſ.quæſt.13.principali num.6. Ant.del Re h.
tr.cap.14. & cap 21. Scaccia 2.de iudic.num.86. & ſeqq. Gra-
nat.ad practˉ.Veſtrij lib.5.cap.2.lit.E.poſt alios Rauch.p.1.qu.
11.num.4. Speckhan.cent.2.cl.4.qu.19.numer.2.* Nec posse id
iudicem remittere etiam in causſis summaris, *Menoch.arb.
qu.20.num.2. & 4.adip.poſſeſſ.num.553.* Vnde aduocatam in-
struunt vt postquam semel petiit, ne vlteriùs petendo insi-
stat. Ita enim si sententia aduersa feretur poterit processum
arguere, *Matheſilan ſing.64. Menoch.1. arb quæſt.20 num.6.
Lanc. Conrad.d.v.Iuram. cal. num.6.* Sed hæc cautela vafra
ac malitiosa ad suum auctorem diabolum remittenda, *Ob-
reckt.h.tr.cap.11.num.28. Speckhan. d,lo.num.3.* † Quid si a-
ctor iam perfectè suam intentionem impleuit? Tunc iurare
eum non teneri, nec ex recusatione pro confesso haberi sta-
tuunt, *Gabr.Sarayna annot.ad Matheſil.ſing.65.num.1. & 2.
Granat. ad d.c.2.lit.F.Caroc.d.qu.13.num.21. Iac.Schult.obſ.
forenſi 55. num.32.* † Contrà *Vaſq.2. contr. vſu freq.25. nu-
mer.9 &* 10. quia etsi tunc iurisiur. de re principali delationi
non locus *cap.2. de probat.* eò quòd in nullo eius præstatio
reuelaret, alia tamen huius ratio, cum præsumptio calum-
niæ, recusatione hac orta aliam præsumptionẽ quæ ex pro-
batione elidere possit. Sanè si ex Iuris ciuilis ratione rem me-
timur, inanis hæc contentio. Neque enim hoc præstari de-
bet nisi ante litem contestatam, vt not. s *lit. H.* Ergo nec
post probationes perfectas quæ post iudicium acceptum in-
stituuntur, q add. s. *lib.18.c.3.lit.Yy.ibiſſ not.* Atque hoc q
iuram. peculiare esse & distinctum à iuram. calumniæ osten-
dit, *Obrecht.de Iuram.cal.cap 6.num.38. & ſeq.* Quem præ-
ter citatos s. *d.loc.* de hoc adi & *Anton.del Re* de iuram. cal,
cap.15.numer.140. & ſeqq. (vbi consuetud, hoc non præstari
notat, quod & monet *Beuſt.ad rub.D.de iureiur.num.186.*)
*Speckhan.cent.2.cl.4.q.22.Ventur.de Valentiis Parthenij liti-
gioſi lib.2.cap.7.num.15. & ſeqq. Iacob.Schult.obſ.forenſi 55.
numer.22.* vbi aduocatos sing. causſarum hodie non iurare,
Curiarum verò prouincialium in hisce terris initio officij
iureiur. vnico obstringi notat. † Apud veteres iusiurandum
nullum dedisse aduocatos ex illo *Cicer.pro Cæcinna* id iurari
testes dicunt, quod ego iniuratus insimulo, arguit, *Ian.Lan-
gla.1. Semeſtr. 2. in fin.*

CAPVT IV.

Sequestratio rei petitæ.

3. NE IN RE DE QVA LIS EST, EA PENDENTE; & ante sententiam QVID INNOVET. Nam si hoc in appellationis iudicio cautum, vt *j.libr.*
& 28.*cap.9.* magis in primo a aduersus eum in quem ni- a
hil dum pronunciatum. HINC SEQVESTRATIO PECVNIÆ PETITAE VETITA, *l.vn.C. de prohib.ſequeſtr.*

Sequester dicitur, apud quem duo pluréſve rem con-
trouersam depoſuerunt, vt vincenti redderetur, *l.6.
depoſ.l.110. de V.S.* Hîc apud quem iudex solus depo-
suit. Pecunia hic latius omnis res petita, vt *l.187.pr.de
V.S.* & ratio *d.l.vn.indicat.* Et regula hic *d.l.vn.* In quâ
spectanda tria. 1. Prohibitio, vt conquiescat necessi-
tas. E. inter volentes non est vetita, b sed si altero in- b
uito postuletur. Ratio *in d.l.vn.* Et ibid. rationis ra-
tio, quia hoc persuadet & iuris ratio, id est, ordo iudi-
cij, quo primum conueniẽdus reus, dehinc condem-
nandus, inde remediis iuris ad solutionem vrgendus,
l.9. C. de O.& A.l. C. *de ex.rei iud.* Ergo ante senten-
tiam in suo loco manere debet possessio. Et æquitas
ipsa, tum quia affirmatio actoris falsa esse potest, &
an vera sit, nondum constat, ergo iniquum propter
eam quid in iure debitoris mutari, Facit *l.6.ad muni-
cip.* tum quia in pari causſâ, vt hîc dum actor intendit,
reus negauit, neuter probauit, reus potior. 2. Causſæ,
in quibus prohibetur. Omnes actiones in personam,
quia in omnibus rationi isti, *quæ in d.l.vn.* locus. Ac et-
si verba *d.l.vn.* ita sint: Quoties ex quolibet contra-
ctu, &c. tamen vsu iuris, quoties aliquid constituitur
de eo quod contractum est, omnis obligatio, quæ ex
aliis causſis, (si euidens ratio eas non distinguit) pro
contractu habenda, *l.20. de iudic.* Nec ita refert, suspe-
ctus sit debitor vel non, itemque res debita mobilis
sit vel soli. IN ACTIONIBVS VERÒ IN REM, SI RES IMMOBILIS NVNQVAM IPSA SEQVESTRATVR, quia periculum, ne ea auferatur, nullum. SIN MOBILIS ADMITTITVR eius SEQVESTRATIO IN TRIBVS CAVSSIS: 1. Si seruus in libertatem procla-
mat, & dominus in seruitutem reuocans, petit pecu-
lium sibi restitui, quod apud eum erat. Sequestratur
peculium, *leg.1. §.1. Cod. de aſſ.toll.* Quia cum vterque
hîc petitor sit, neuter debet frui commodo posses-
sionis. 2. Si reus de fugâ suspectus, id est, non possi-
det immobilia, argum. *l.15. Qui ſatisdar.cog.* nec satis-
det, *l.7.§.vlt. Qui ſatisdar.cogantur.* c *leg.16. in fin. de offi-* c
cio præs. 3. Si reus ab exsecutione rei iudicatæ appeller,
leg.5. Cod. Quorum app.non recip. FRVCTVVM QVOQVE REI IMMOBILIS SEQVESTRATIO RECEPTA TRIBVS DE CAVSSIS. 1. Si populentur, id est, deper-
dantur à reo, *leg.4.1.5.vlt. de appellat. cap.3. extra de ſe-
queſtr. poſſ. & fruct.* Quæ etsi loquantur, quando id fit
post appellationem, idem tamen si ante eam; quia
non magis pendente primo iudicio innouari quid
oportet. d 2. Si ab exsecutione appellatio recepta, *d.* d
l.5. C. *Quorum appellat.cap.2. & 3.extra hoc tit.* 3. Si co-
loni cœperunt sibi possidere, vt domini, domino
vindicãte, *l.litibus 20. Cod. de agric. & cenſ.lib.11. tit.47.*
Præter has nullæ in iure nostro (nisi huc aduoces,
quæ apud *Paul. 5.ſent.pen.*) Non in specie, *l.1.§.9. &*
10. *de collat.* Nam curator, de quo ibi, alius est à se-
questro, quippe constitutus bonis iis, de quibus con-
trouersia non est. Nec in *l.22.§.8: verſ.ſin verò Solut.
matrimon.* Nam sequestrari ibi bona mariti impropriè
dicuntur, quia de iis nulla controuersia. Iure Cano-
nico etiam possessio sequestratur in interdicto Vti
possidetis. *c.examinata 15. de iudic. cap.7. de confirmat. vt.
vel inut.* Ex his quoque liquet alieno loco positum
esse in *Cod. libr.4. hoc tit. de prohibit. ſequeſtr.* Quia non
ex obligatione petitur, nec ex contractu nascitur, sed
ad ordinem iudiciorum pertinet. Ideoque aptiori lo-
co *titul. de ſequeſtr.poſſ. in lib.3. Decretal.*

NOTATA.

a Etsi Princeps iusserit, vid. *Nouell.113. cap.1.* ac etsi Fi- a
scus egerit, *leg.7. Codic. de iure fiſci.* Fusè de actentatis li-
te pendente *Lancell. de attentat. parte 2. cap.4.* b Vulgata
sequestrationis diuisio in conuentionalem, seu volunta-

riam, & iudicialem, seu necessariam, quam *Iacob.de Arenâ de sequestr. num.* 1. & 21 contentiosam vocat *Gœd. & ab eo citati de sequestr. c.*1. *numer.*79. *Scaccia* 1. *de iudic.*38. *numer.* 2. Licet alij mixtam addant, alij casualem, vt *Damhuder, Praxi ciuil. cap.*72. *num.*5. Alij in propriam & impropriam dispescant, quos *Gœd. dict. loc. refellit.* In vberiori materia hac, vt diffusior sim, multa vetant. Adeundos præscribo, cui libitum est, quos ipse adij *Fr. Curt. Sichard. & Donell. ad leg. vn. Cod. hoc tit. Iacob. de Arena de sequestr. Sigismund. Scaccia* 1. *de iudic.*38. *Coras.*3. *miscell.*2. *Robert.*1. *sentent.*5. *Leonin.*7. *Emend.*1. *Perrenon.*1. *animadu.*15. *Bronch.*1. *miscell. aff.*63. *& sequent. Menoch. arb. cap.*457. *& retin. poss. remed.*3. *num.*88. *& sequentib. Afflict. de Execut. §.*3. *cap.*122. *& sequent. & cap.*132. *Tiraquell. de retr. conuent. §.*5. *gloss.*7. *Vestr. lib.*7. *Practic. aulæ Rom. cap.*2. *Damhuder. Praxi ciuil. cap.*72. *Stiatic. obs. cap.*11. *Gail.*1. *obs.*147. *& sequent. Mynsing.*1. *obs.*11. *& 3. obs.*35. *Coler. Process. part.*1. *cap.*2. *num. & sequentib. & part.*3. *cap.*8. *num.*31. *& sequentib. & d. part.*5. *cap.*11. Cumprimis verò vt alios plures taceam, repetit, *Gœd. in hunc tit. Decretalium.* † Cautelam Studiosi discessuri, ne res eius, absente illo, sequestretur, petat is *ex Blarero in l. Diffamari. cap.*2. *num.*23. *pag.*74. *Cæs. Contard. ibid. cap.*3. *num.*4. *Cagnol. in eand. l. num.*14. *& Speckhan. cent.*2. *class.*1. *quæst.*14. *num.*3. † Affinis sequestrationi Arrestatio, quæ dicitur rerum debitoris, ac passim cum eâ confunditur, diuersa tamen vt ostendit, *Gœd. in Rub. extra hoc tit. num.*20. *& sequenti.* Manus iniectionem Latinè dici posse, notat *Bude. in l. vlt. de Senat. ref. Gail. de arrest. ca.* 1. *numer.*2. cum & in homines & in res manus iniici legamus. Arresta autem in vtrisque recepta. De quibus adi *Gail. dict. de arrest. Petr. Peck. tr. de iure sistendi & manum iniect. Meland. Comm. Cameral. p.*2. *f.*316. *& sequentib. Petr. Frider.* 1. *de proceff. extrah.*38. *& seq.* Et ad vsum fori nostri. *Nou. Elect. Saxon.*29. *& sequent. part.*1. *vbi Moller. & 3. Semestr.*44. *ac* 4. *Semestr.*11. *& sequent. Simon Pistor. consil.*7. *vol.*2. *Modest. Pistor. qu.*110. 114. 136. 162. *& 165. diff. iur. ciuil. & Saxon.* 43. *part.*1. *Coler. decis.*209. *Virgil. Pingz quæst.*58. *Rauchbar. part.*1. *quæst.*3. *& 4. Iaco. Schult. quæst. pract.*41. *Andr. Scheffer. p.*1. *quæst.*3. *&c.* c *Anton. Fab. ad dict. leg.*7. Tribonianum esse vlt & *d. §. vlt.* & reliquos locos Pandectarum quibus sequestrationis mentio. Quod vt probare religio est, ita refellere operæ non videtur. d vid. *Scaccia* 1. *de iudic.*38. *nu.* 7. *& seqq.* Diss. *Fr. Curt. ad leg. vn. Cod. hoc tit. numer.*8. Speciale esse in caussa appellationis statuens, & inde à contrario arguens,

CAPVT V.

Caussæ cognitio.

RElIquæ duæ officij iudicis partes (vid supr. *cap.* 3. *lit. A.*) propriè atque attingût officium iudicis. Vt [quæ TERTIA IVDICIARII ORDINIS PARS, vid. *lib. præced. c.*1.] CAVSSÆ COGNITIO (& connecte *l. lib.*26. *c.*1.) id est, discussio rei & qualitatis caussæ, *l.*9. C. *de iudic.* verum an falsum sit, æquum an iniquum, a quod petitur. [sine quâ sententia nulla, *l.*7. C. *de sent. & interl.* vid. *j. lib.*26. *cap.*6. *lit. D.*] ET REQVIRITVR PLENA inquisitio *d. l.*9. OPPOSITA SVMMARIAE. b Qualis in *l.*3. *§.*4. *de Carb. edict. l.*5. *§.*4. *de re iud.* [*Cum scilicet de re aliqua non ex professo sed per occasionem agitur.* c *& præsens tantùm quæ affertur probatio, si vel leuiter pro eo faciat attenditur iis quæ contra afferuntur, si altioris sint quæstionis, in aliud tempus, cum de ea re ex professo agetur, reiectis. Vt colligitur ex* leg.3. §.9. & 13. ad exhib. l.5. §.8. de ag. lib. d. l.3. *§.*4. de Carbon. edict. *E.g. in exsecutione iudicati, de qua* dict. leg.15. *§.*4. *Si qui controuersiam facit, instrumento probet se rem emisse; Debitor instrumentum falsum dicat. Falsi allegationem iudex non audit, cum non statim ea quæstio dirimi possit. Quia iudicati exsecutio celeritatem desiderat.* d *Neque iniuria sit illi alteri, qui potest rem postea ordinario iudicio petere.* Donell. ad d. l.15. *§.*4. quò hic *remittit.*] Quando ergò hæc admittitur, recepta est ex vtilitate, ita vt decretum inde secutum profit solùm ad tempus, ac aduersus id pleniori iudicio postea agi possit. In vero itaque & iusto iudicio cognitioni summariæ locus non est; sed plenæ ac iustæ, *d. l.*9. Cum quæ ad intentionem actoris & defensionem rei pertinent, nihil eorum quæ afferuntur, quæque natura iudicij non repudiat, prætermittit iudex, quin audiat, cognoscat, ea que sine quibus ad hanc cognitionem peruenire nequit, permittat. e In quo hic ordo: Actoris intentionem primò e audiat, instrumenta prolata inspiciat, testimonia cognoscat. Tum reo respondendi ac pro se dicendi det locum, & prolatorum ab actore copiam fieri curet, datâ potestate probationes impugnandi. f Actor if dehinc suo ordine ea tuendi & propugnandi det potestatem. Interroget deinde reum, nunquid habeat, quod contra intentionem alleget, ex. gr. pecuniam solutam esse, allegationes admittat, probandam audiat. Eadem dehinc rursus præstet actori contra defensionem rei. Atque hæc eo vsque, donec ambo dicant se nihil ampliùs adiicere velle. g per *d. l.*9. [hic g & ad *leg.*15. §. 4. *de reiud.*] Plena tamen aliquando habenda est, etsi allegatione partis aliquâ non admissâ. Vel quia ei renunciauit, vt si initio dixit reus, se inficiatione solâ aut confutatione contentum fore, argument. *d. l.*9. Vel quia eam iudicium repudiat, vt si exceptio in stricto iudicio non initio contestata sit, vid. *lib.*22. *cap.*8. *& supr. h. lib. cap.*2. Qui tamen intentionem priùs negauit, posteà solutionem, acceptilationem aut simile quid, allegare non impeditur, argum. *leg.*19. *Cod. de probat.* Nam si probatio exceptionis admittitur post probationem actoris, quæ non iniungitur, nisi reus primò inficiatione vsus, magis eius allegationis quæ ipso iure liberat. At dices, apparet reum mentiri. Resp. Vtut mentitus fortè sit, dum negauit, ex. gr. mutuum se accepisse, non tamen ideo & nunc cum se soluisse allegat. Quod si soluisse verum sit, non debet priùs mendacium efficere, vt damnaretur. h Quid verò si ideò inficiatus quod dignum h putaret aduersarium, cui negotium sic exhiberet, vel vt probationis difficultatem defugeret ac in eum conferret. i Vel quia nimis sero allata est. AVDIENDI enim LITIGATORES INTRA TEMPVS CONSTITVTVM.

NOTATA.

a Caussæ cognitio in duobus, vt negotij veritatem & iustitiam examinet, *leg.*3. *de in integr. restit.* Quorum priùs ad factum solum, posterius ad ius refertur, *Anton. Fab. ad leg.*6. *§.*2. *de negot. gest. add. Sarmient.*1. *Select. interpretat.* 13. *numer.*4. *Rad. Forner.*1. *rer. quotid.*19. Etsi *Vvesenbec. in leg.*9. *Cod. de iudic. num.*2. plenam inquisitionem, quæ dict. *leg.*9. in tribus constituat: Ordinis iudicij obseruatione, iustis dilationibus dandis, & idoneis probationibus admittendis. Vbi tamen, quod præcipuum est, omitti videtur, matura nempe ab vtraque parte propositorum & meritorum caussæ, discussio ac examinatio. Vocatur & disquisitio, *Cicer.*1. *Philipp.* & examen ac disceptatio, *Polles. libr.*3. *histor. fori cap.*1. *pag.*202. *& cap.*3. *p.*323. *add. not. j. litt. E.* b Collibitum foret caussas summarij iudicij, ac compendiariæ cognitionis non summatim pertractare, sed hîc modus libri ac instituti non fert. Potiora differens, remitto ad *Menoch.*1. *arb. quæst.*18. *& remed.*4. *adipisc. possess. numer.*470. *& sequentib. Hottoman.*2. *obs.*4. *& sequentib. Forcat. dial.*80. *Lanc. Conrard. de offic. Prætor in causs. ciuil. v. Summaria cognitio. Sig. Scacia.*1. *de iudic.*53. *Langl.*2. *Semestr.*1. *pag.*96. *Octau. Vestrius Pract. aulæ Rom. lib.*5. *c.*1. *& sequentib. Damhuder. Prax. ciuil. cap.*22. *& 2. sequentib. Maranta part.*4. *distinct. iudic.*8. *Ioan. de Arnono Pract. capite* 6. *Frider.*2. *de mandat. iudic.*75. *Coler. de Process. part.*3. *cap.*5. *Contard. in leg. Diffamari cap.*4. *numer.*2. *& 9. sequentib. Zanger. de Except. p.*1. *cap.*1. *numer* 18. *Mynsing.*3. *obs* 70. *& 6. obs.*16. *Cacheran. decis.*1. *& sequentib. Iacob. Schult. obs. forensi* 3. qui 150. caussas percenset. c Vbi sententia non parit c magnum

magnum præiudicium, sed quod per aliud iudicium reparari potest, citra appellationem vel simile remedium, *Lanc. Conrad. d. v. Summaria cognitio, nu.*5. Vbi duos casus principales statuit. 1. Quando caussa dispositione iuris communis vel municipalis summaria est, quod ex modò dicta regula æstimandum. 2. Quando Princeps sic committit. Istæ notatæ *Clem. dispendiosam* 2. *de iudic. & clem. sæpè* 2. *de Verborum Significat.* Id his verò referre docent, commiserint Princeps simpliciter, vt summariè cognoscatur, an vt de plano, an vt sine strepitu, aut sine figura iudicij, sine iuris solennitate, per concessum arbitrij, an sola facti veritate inspecta, &c. Inter quæ singula differentias exponunt. vid. *Scaccia d. c.*53. *n.*14. *& sequentib. Lanc. d. loc. ac alij.* Et quod vbi sola facti, &c. solennitates omnes remissæ, *Afflict. de exsecut. §. 5. c.*37. † Summariæ quoque iure habentur caussæ, leuiores, modicæ siue exiguæ summæ, vilium personarum, per *Auth. nisi breuiores. C. de sentèt. ex pericul. recitand. Scaccia. dict. c.*53. *n.*13. *Damhuder. d. c.*23. De quibus *Tiraquel. tr. de iudic. in rebus exig. vid. Frider. lib.*3. *de contin. causs. c.*19. *n.*24. & sequent. *Langl.*2. *Semestr.*2. *sub fin.* Rusticorum *Choppin. lib.*3. *de priuil. rustic. p.*1. *cap.*1. *& p.*3. *c.*2. Quod *Harman. Pistor. lib.*4. *quæst.*17. *num.*19. *iunct. n.*28. restringit ad eas, quæ coram iudice rurali aguntur. Aliàs etiam ordinariis iudiciis deuincti rustici. Piæ caussæ iudicia. *Tiraquel. priuileg. pia causs.*157. vid. *Iac. Schult. quæst. pract.*18. Quales & viduarum ac miserabilium, argum. *l.*6. *§. ne potentiores* 2. *de offic. pref. Coler. consil.*41. *n.*19. Studiosorum, *Rebuff. priuileg. Schol.* 5. *Horat. Lucius priuil. schol.*1. *Speckhan. cent.*2. *class.*1. *quæst.*14. *num.*2. Num & dotis? Negat *Petr. Barbosa in l.*1. *D. solut. matrim. p.*1. *num.*43. & sequentib. præterquam in duobus casibus. 1. Quando dos venit incidenter ad caussam matrimonij. 2. Quando petitur principaliter, sed qui petit inops, non habens aliunde vnde se alat, vt ita hoc priuilegium non sit doti propter se, sed quatenus pia caussa efficitur. d Hic dicendi occasio esset, de caussis exsecutiuis & de viribus instrumenti liquidi, vulgò guarentigiati, eiúsque paratâ exsecutione. Sed abrumpere oportet, vid. *Coler. de Process. exsecut. passim maximè p.*1. *c.*3. *Roderic. Suarez. in lectura l. post. rem iudic.* 56. *de iudic. in declaratione legis Regni Anton. Sola ad constitut. antiq. Sabaud. rubr. de capturâ debitoris pro caussâ ciuili, decreto ad caussarum, &c. Parlador.*2. *rerum quotidian. c. fin. part.*1. *passim maximè §.*5. *& §.*11. *&c. Afflict. de Exsecut. §.*1. *cap.*25. *& sequentib. Tiraquel. tract. de Mort saisit le vif. p.*2. *declara.*10. *num.*3. *& num.*13. *ac de iur. constitut. possessorij p.*3. *limit.*31. *num.*48. *Menoch. arb. casu* 17. *Gomez. in l. Tauri.* 64. *Beust. in l. admonendi. num.*897. & sequentib. *Frider.*2. *de mandat. iudic.*58. & sequentib. *maximè cap.*69. & sequentibus *Vvesembec. consil.*14. *passim Moller.*1. *Semestr.* 18. & aliquot seqq. *& cap.*40. *num.*8. 9. *ac* 3. *Semestr.*18. 33. *& 36. Coler. decis.*190. *Tessaur. decis.*26. *Pet. Heig. p.*2. *quæst.*7. *Rauchbar. p.*2. *quæst.*2. *num.* 99. & sequentibus *Hering. de fidei. cap.* 21. *num.*43. *& seqq. &c.* Num viâ ordinariâ intentatâ possit deinde recurri ad exsecutiuam, tractat *Monter. decis.*21. & e an contrà decis. seq. e Iudicis vt sit maturè omnia expendere, vid. *Vitius lib. decis.*375. nec præcipiti festinatione ad sententiam venire. Quâ de re adi *Menoch.*1. *arb. qu.*19. *& q.* 42. *Sich. & Vvesemb. ad l.*9. *C. de iudic. Boter. sing.*21. *Stiatic. obs. cap.*22. Confer. *Rauard. ad ll.*12. *tab. cap.*7. Cæterùm hic cum primis artis est pertestigare statum controuersiæ, & si plures incidant primarium dignoscere, vid. *Anton. Massa. Galesf. Praxi iudiciali pag.*50. & sequent. Huius neglectu & si non principaliter attendatur, varios iudiciorum abusus promanare valdè conqueritur *Nic. Vigel. lib. de litis contestat.* & alibi passim. f Vbi de modo proponendi ius litigatorum f iudicio dici posset, veluti quod in foro Saxonico viuâ voce proceditur, *vom Munde in die Feder*, vid. *Nouell Electoral.* 1. *& 18. p.*1. *vbi Moller. Iacob. Schult. obs. foren* 1. *& 41. Armæ. lib.* 2. *decis.*11. vbi hunc modum partium conuentione mutari posse negat. De Recessibus, vid. *Ott. Meland. Comm. Cameral. p.*7. *fol.*108. *& seqq.* Et hic quoque de Positionum ac Articulorum vsu, qui iure ignotus, vid. *nor. s. lib.*23. *c.*7. *lit. K.* Ideoque à Don. omissus, consuetud. inuentus, tractandi locus non incômodus foret. Cæterum remitto ad *Menoc. arb. c.*251. *&* 485. *Sig. Scaccia lib.*1. *de iud. c.*60. *& lib.*2. *c.*7. *Lanc. Conrad. de offic. Prætor. in causs. ciuil. v. Positio & v. Capitulum. Damhuder. praxi ciuil. c.*252. *& sequentib. Octau. Vestr. lib.*5. *pract. aulæ Rom. c.*14. *& seqq. Rain. Coras.*3. *indag.* 16. *Rulant. de Commissar. p.* 3. *lib.*1. *toto. Obrecht. de concip. libel. c.*17. *Del Re de iurament. calumn. c.*14. *n.*72. & sequentib. *Moller.*1. *Semestr.*22. *Stiatic. obs. pract. c.*5. *Gail.* 1. *obs.*79. & 3. sequentib. *Mynsing.*1. *obs.*86. 2. *obs.*55. *&* 90. *&* 5. *obs.*54. *&* 88. *ac* 6. *obs.*81. 89. 92. *Vvurmser. tit.*15. *Meichsner. tomo* 3. *decis.*

*Cam.*12. *Meland. Com. Cameral part.*7. *fol.*132 & sequent. *Natta tomo* 1. *cons.*20. *n.*4. & sequent. *Coler. cons.*40. *nu.*44. *& seqq. &* 1. *decis.*118. *Guid. Papæ decis.*182. *Surd. decis.*17. 22. 58. 196. *&* 291. *Tessaur. d. decis.*17. Positiones & Articuli vt differant, *Vvendelin. Hailman. de testibus c.*4. *pag.*62. *& sequentibus Scaccia d. c.*6. *n.*5. sequentib. g Et vbi vtrinque probag tionibus & allegationibus renunciatur, conclusum in caussâ dicitur, *c. Pastoralis* 5, *de causs. possession. & proprietate.* Nec post eam nouæ probationes admittuntur. Qua de re conclusionis caussæ necessitate, iure & effectibus, consule *Menoch.*1. *arb. quæst.*35. *&* 2. *arb. c.*51. *ac* 2. *præsumt.*65. & sequen. *Sigismundus Scaccia* 2. *de iud.*12. *Anton. Sola in Constitutiones antiq. Sabaud. rubr. de conclus. in caussâ. Afflict. Praxi iudic. §.*23. *Damhuder. praxi ciuil. cap.* 191. *Graueti annotat. ad Pract. Vestri lib.*4. *o.*4. *lit. G. Monach. Pract. iudic. part.*13. *Bouer. sing.*60. *Stiatic. obs. c.*22. *Gail.*1. *observ.*107. *Mynsing.*3. *obs.*17. *Hartm. obs. tit.*17. *Vvesemb. ad auth. iubemus C. de iudic. Rulant. de Commissar. p.*1. *lib.*2. *c.*19. *& p.*3. *lib.*9. *c.*13. *& p.*4. *lib.*8. *c.*11. *&c.* Cæterum hodie in iudiciis modus allegationum partibus statutus, nec triplica aut quadruplica vlterior recipitur, vt not. *s. lib.*22. *c.* 10. *lit. D.* h Aliquando tamen h hæc mendacij pœna, vid. *not. s. lib.*22. *c.*8. *lit. B pag.*942. *vers. planè.* fusè *Pacian. lib.*1. *de probat. cap.*19. Et in terminis diff. *Cuiac. in Nou.*18. *parte* 5. i Confer. *not. s. d. cap.*8. *lit. B. &* i *Iac. Schult. obser. forensi* 45.

CAPVT VI.

Dilationes.

HOC TEMPVS VNA IN RE CERTVM, cum vno allegationibus suis renunciante, alter dicit se habere, quod adiiciat. Cui ad hoc vnus mensis datur, quo exacto alter indulgetur, inde tertius *Nou.*115. *c.*2. *auth. iubemus C. de iud.* Cum scil. id facit propè confectâ lite, *d. cap.*2. nec caussæ cognitio ibid. exigitur. Quæ dilatio quam necessaria sit, parum liquet. IN RELIQVIS res commissa moderationi iudicis. Nam PRO CONDITIONE REI IVDEX DAT, vel negat DILATIONEM, a Quippe cum caussæ, varietate factorum a & probationum, pluribus modis differant, eadem omnibus dilatio præstituì non potest, CAVSSA COGNITA *l.*7. *h. t. defer. & dilat. l.*1. *l.*4. *C. h. t.* b VBI QVÆ- b STIONES HÆ: 1. QVANDO DETVR vbi necessaria ad rem gerendam *l.*1. *C. h. t.* Non igitur si de facto, aut contractu suo quæsitus respondere statim possit. Sed si de facto alieno quæratur, aut in suo probatione opus sit. Nisi ius prohibeat, quantumuis ad fidem necessaria sit, vt 1. cum quis rescriptum, ad extraord. iudicem reportauit *l.*2. *C. h. t.* id est, si ad suum iudicem vocatus rescriptum, quo sibi ad alium reuocare liceat, obiiciês, id non statim edat, sed ad proferendum id, quod alibi sit, dilationem petat. Quia sibi imputet, cur non statim secum attulerit, vt probant seqq. verba *d. l.* 2. 2. Quoties actor propè finem temporis actionis dilationem petet id tempus excedentem *l.*6. *pr. C. de temp. in int. rest. vbi ratio.* Aliud in reo *d. l.*6. *§.*1. *vbi ratio.* Neque ibi quid speciale restitutionis in integrum, quia ratio communis. II. QVANTA, quæ ad rem eam expediendam satis sit, modo tempus actionis non excedat, per modò dicta) quod iudici æstimâdum. Nisi cum ob distantiam locorum dilatio danda. Vbi spatium definitum pro varietate locorum, *vt in d. l.*1. *C. h. t.* Sed ita id accipiendum vt excedere istud non liceat, coarctare verò liceat. Quid enim si instrumenta, aut testes ex finitimo loco petendi quid si ex alia prouinciâ, sed finitimâ. Illîc tres, hîc sex menses dare æquum non est, nec sententiæ *d. l.*1. conuenit, quæ necessitatem desideratæ instructionis exigit. III. AN SÆPIVS DETVR, si alia peratur, vel prioris prorogatio? In capitalibus sæpius datur, & quidem reo tres, c accusatori duæ, caussâ cognitâ *l.* c *vlt. D. defer. & dilat.* (quia publica vtilitas in coërcen-

dis delictis vertitur) exceptâ causâ adulterij *l.* 40. *de adult. Fac. L.* 18. *C. de trans.* In pecuniariis non, *l.* 7. & *d. l. vlt. h. tit.* nisi duabus ex causis. d 1, Si per petentem non steterit, quo minus id perageret, tempore prioris dilationis; sed aut casus obstitit, si ad testes quærendos, vel instrumenta, valetudo vel vis maior impediit arg. *l.* 2, §. *Si quis caut. l.* 6. §. *vlt. l.* 7. *pr. de ed.* Item si is penes quem instrumenta, Reipl. causâ abesse cœpit, vel serius reuersus, quam vt dilatio ad eum exspectandum sufficeret, *l.* 36. *de iudic.* Aut iusta ignorantia, aut si prior dilatio data defuncto *l.* 17. *D. h. t.* Quia ignorantia in herede præsumitur *l.* 42. *de R. I.* 2. Si iusti doloris, qui de rebus seriò cogitare non patitur, ratio habenda, vt si litigator filius, parens, coniunx mortuus *d. l.* 36. *de iudic.* e Planè & in capitalibus dilatio neganda vbi per eum qui dilationem petit, steterit, quo minus constituto tempore veretur, ne impunè illudat iudici & aduersario noceat. Sed hoc interest, quod hîc aduersarius, culpam obiiciés, eam ipse probare debeat. Quod contra est in pecuniariis, vbi necesse est, vt causas has si afferat litigator probet; *l.* 2. *de probat.* IV. QVO LOCO? Pro tribunali, non de plano loco *l.* 4. *C. h. t.* vbi ratio. Et quidem si Iudex dilationem per iniuriam negat, quia solùm læsit ius partis, ante sententiam ea vitiari nequit, cum iure ciuili ab interlocutione non appelletur. Post sententiam autem appellari potest, vel agi in factum aduersus Iudicem, qui malè iudicauit per *l. vlt. de extr. cogn.* Sin, cum non deberet, dedit, aut iusto largiorem, si hinc damnum aduersario, vt quod res inter moras litis periit, vel corrupta, eadē remedia. Sed etsi solùm cognitio dilata est, hoc non impune est Iudici, vid. *l.* 13. §. 8. *C. de iudic.* At si in loco peccauit, dum alibi quam pro tribunali denegauit vel dedit, quia apertè contra ius fecit, illîc pro non negata est, proinde secuta sententia iure ipso nulla; hîc pro non datâ est; idcircò alia pro tribunali peti potest. V. QVI DIES IN EA NVMERENTVR. De quo *l.* 3. *C. h. t.* ita: Feriæ siue repentinæ siue solennes non excipiuntur, sed connumerantur. f

NOTATA.

a Prolixus hîc forem, in breuitate licet solitâ, rerum numerositate, si, quos consignatos habeo auctores (non alios autem habeo nisi quos euolui) ex iis quæ ad hanc materiâ declarandum faciunt, referre vellem. Id libri modum cum non patiatur, locos auctorum indicabo. Plurium sanè, verùm non aliâ ratione, quam vt commodis diuersorum lectorum inseruiam, vt cui aliqui, ceu sit, non suppetunt, ad alios recurrat. Ex professo iuxta ius antiquum *Pollet.* 4. *hist. fori* 15. *Duar. Com. ad h. t.* Iuxta hodiernū fori vsum *Rebuff. tomo* 3. *in Constit. Reg. tit. de dilationib. Sich. ad rubr. & ll. C. h. t. Gilken. ad eandem rubr. vt & Vvesen.* sed prestius *Damhuder. Prax. ciu. cap.* 114. *& seqq.* (alios Practicarum auctores prætereo) *Lanc. Conrad. de off. prat. in causs ciu. dilatio:* sed hic minus plenè; exactius & plenius *Sig. Scac.* 2. *de iud.* 3. & 4. Præter hos sparsim *Menoc. arb. c.* 52. & *recup. possess. remed.* 15. *num.* 323. & *seqq. Mathesilan. sing.* 17. & *idem ad l.* 2. *Cod. Quom. & quand. iudex. Bouer. singul.* 10. *Corset. sing.* 78. *Vasq.* 2. *cont. vsu frequ.* 27. *Tiraq. tr. Cessante causâ p.* 1. *n.* 76. & *seqq. Parlad.* 2. *rer. quotid. c. fin. p.* 5. §. 8. 10. *Trent. lib.* 2. *pract. resol. tit. de dilationibus* (non enim materiam methodicè pertractat.) *Lacell. de attent. p.* 2. *c.* 7. *Rulant. de Cōmissar. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 7. & *seqq. & c.* 28. *Magon. Cynosuræ aduocat. p.* 2. *c.* 10. *Iacob. Omphal. lib.* 5. *de Vsurpat. legum c.* 4. *Vant. tit. de Nullit. ex defect. iurisd. n.* 157. & *seqq. Blarer. in l. diffamari cap.* 6. *num.* 113. & & *seqq. & cap.* 8. *Asin.* locis mox citatis *lit. B. Vvendelin. Hail. man. de Testib. c.* 3. *p.* 43. & *seqq. Striatic. observ. pract. cap.* 7. *Gail.* 1. *obs.* 91. *Mynsi.* 1. *obs.* 71. & *seq. Hart. Harim. lib.* 2. *tit.* 12. *Afflict. decis.* 50. *Boër. decis.* 294. *Peguera. decis.* 160. & 180. *Henning. Goden. cons* 44. *Rauch. parte* 2. *q.* 24. *n.* 35. & *seq. Grauat. ad Vestr. Pract. lib.* 5. *c.* 4. *littera D. & c.* 9. *lit. B.* Et ad vsum fori Sax. vid. *Nou. Electi.* 16. *part.* 1. *ibi Moller. auctores diff. iur. ciu. & Sax. p.* 1. *diff.* 35. & *seqq. Coler. decis.* 121. *Iac. Schult, observ. forohsi* 28. b vid. *Gilken ad rubr. C. h. t. num.* 4. & *seq.* vbi quæ in hac cognitione versentur *Sich. ad l.* 1. *C. h. t.* & alij. Nec facilè concedendæ dilationes ex officio iudicis nisi partes petant, per *l.* 1. *verbis postulatum dari C. h. t. l.* 2. *C. Vt intra cert. tempus*, vid. *Ioan Bapt. Asin. de Exsecut. §* 3. *c.* 12. *ac cap.* 169. & *seq. & c.* 175. *ac seq. & c.* 213. c Plus enim meritò reo indulgetur, vid. *not. §. lib.* 17. *c.* 12. *lit. P.* d Non nisi vrgentissima ratio flagitauerit *l.* 1. *in fi. C. h. t.* Hinc traduntur dilationem probatoriam omnem peremptoriam esse, etsi in assignatione non adiecta verba: & *peremptorie*, *Petr. de Ranenna sing.* 131. *Gail.* 1. *obs.* 91. *num.* 2. *Scaccia fusè* 2. *de iud.* 3. *n.* 21. & *seqq.* † Enimuerò vt status nostrorum iudiciorum sic habet, non iniuria conqueritur *Vigel. Paradox.* 9. *post Dialect. iuris & Obrecht. de iuram. cal. c.* 10. *n.* 34. hoc pragmaticis hodiè paradoxon esse, cum sæpè 20. & plures dilationes dari soleant, non tantum ad probandum, sed & ad excipiēdum, replicandum &c. idq; ex causis leuissimis. Vnde iustæ de protelatione litium querelæ. Cui quibus modis occurri possit *A. Fab. lib.* 9. *C. sui t.* 22. *Ventura de Valentiis Parthenij litigiosi lib.* 2. *toto*, sed & dilationem materiam ampurandam esse censet, *Scaccia d. c.* 3. *n.* 49. *Gail. d. obs.* 91. *n.* 2. Etsi non conuenire videantur quæ, ead. *obs. num.* 7, vbi numquam se meminisse scribit 2, vel 3. dilationem in Camera negatam fuisse. Nec plures solùm dilationes receptæ, sed & earundem prorogationes. Quæ tamen ante lapsum terminum peti debent, vid. *Vasq.* 2. *contr. vsu frequ.* 14. *numer.* 9. & *seqq.* Licet in vltimo monēto prioris temporis prorogatio fieri possit, vt ante lapsum illius facta dicatur *Tiraq. de retr. conuent. §.* 1. *gl.* 7. *nu.* 41. etsi id in tempus noctis incidat, *ibid numer.* 42. e Aut si horum aliquis in grauiorem morbum delapsus cuius curationem negligere periculosum. Qua de re scitè *Ian: Langla.* 1. *Semestr.* 2. *p.* 18. & *seq.* f Et ita terminus probatorius continuus. Nisi tot essent feriæ, quæ totam vel maiorem partem dilationis absorberent *Ioseph. Cumia. Practicâ Syndicatus c.* 13, *num.* 9. & 10. *Ioan. Monac. Pract. iudic. p.* 5. §. 1. *c.* 2. *numer.* 10. & *seq.* Confer. *Gail.* 1. *obs.* 140. *num.* 4. & 2. *seqq.* Num autem dies termini computatur in terminum? vid. hinc inde *Tiraq. de retr. lignag.* §. 1. *gl.* 11. *num.* 27. *Horat. Carpan. Statut. Mediolan. cap.* 103. *vol.* 1. *Teentac. lib.* 2. *pract. resol. h. t. resol.* 1. *Contard. in l. diffamari c.* 5. *num.* 90. & *seqq. Gœd. ad l.* 133. *de V. S. num.* 2. (vbi pro aff plures lla. dducit) *P. Frider. lib.* 2. *de mandat. iudic. c.* 18. *Mynsing.* 5. *obs.* 15. qui negatiuam communem ac in Camera receptam vocat, *Otto Meland. Comm. Cameral. parte* 7. *fol.* 99, quem adi. † Cæterum more Romano dies à media nocte incipit, &c. *l. more* 8. *D. h. t.* Ad cuius explicat. vid. *Cuiac.* 1. *obseru.* 32. *Alciat.* 10. *Pareg.* 3. *Robert.* 1. *Sent. Pollet. lib.* 1. *hist. fori c.* 9. *Leonin.* 5. *Emend.* 3. *Alb. Gentil. de diu. temp. appell. c.* 5. *Gœd. ad l.* 2. §. 1. *de V. S. Confer. Galeot. Martius de doctrinâ promiscua c.* 37. *Cornel. Vitell. de dierum mensiumque obseruatione (parte* 1. *Thesauri Critici) Eryc. Puteam. genial. sermon. pag.* 23. & *seqq. Alex. Picolhomin. lib.* 3. *Sphæra c.* 8. Rationes varias refert *Plutarch. Problem. Roman. c.* 84. Ineptè verò *Nicol. Carbon. lib.* 3. *Practicæ c.* 4. *num.* 46. eam esse putat, quod media nocte Saluator natus sit.

CAPVT VII.

Feriæ.

VNde de feriis hîc dicemus alieniori loco ob affinitatem (vt & in *D. & C.*) quia dilationis quædam species *l.* 7. *C. h. t. de feriis.* Faciunt enim ne vllo iudicio agatur, cum dilationes tantum ne isto in quo concessæ sunt. Hoc interest, quod dilationum vsus omnis post litem cōtestatam: Feriæ autem ipsamque litis contestationem, quin & in ius vocationem a e-a ditionemque actionis b impediunt, pertinentque ad b præscript. eas quibus actor repellitur ne agat c FERIÆ, id est, publica vel à negociis omnibus vel litigando & iudiciis remissio, d his diebus sunt, quibus d Princeps constituit, cui soli hodie eas concedere licet *l.* 4. *C. h. t.* e Et sunt ALIÆ, f EXTRAORDINARIÆ e & temporales, quæ pro re natâ indicuntur, g ob res f prosperè gestas, vel in honorem principis, *l.* 26. *§.* 7. g Ex *quib. ca. mai.* h quarum certi dies nulli, sed pendent h à Principis voluntate, quando incipiant vel repetantur. ALIÆ SOLENNES ET PERPETVÆ *d. §.* 7. quarum dies

b quæ in correctioribus exemplaribus desint, b vid. *j. cap. 18. lit. A.* vbi hoc refellam. † *Mudæ. ad § item si 11. Instit. de act. num. 1. &* 2. nuncupatid iusiur. decisiuum meditatæ tantum ac conceptatæ, non inchoatæ litis. c Dicitur & inferri *l. 28. § vlt. D. h. t. leg. 11. &* 12. *Cod. de reb. cred.* & ab aliquo peti
c *leg. 34. § 6. h. t. Borch. c. 3. num. 1.* (& eius verbis malo more. *Setser. lib. 8. cap. 1. n. 4.*) & adigere iusiur. *Cuiac. 27. obs. 34.* Offerri autem ferè dicitur, cum quis se paratum iurare dicit. *Quintil. lib. 5. Inst. Orat. cap. 6.* Offerre suum iusiur. sine vllâ conditione, ferè improbum est *Pollet 4. histor. fo-*
d *ri 13. subfi.* d Turpe quoque ac demens seipsum accusare, vt fide indignum, & firmitatem ex iuramentis adferre, vt ex *Basil. in Pf. 14. P. Greg. 50. Synt. 3. n. 2.* Suspectusque qui se vltrò ingerit *l. 25. § 1. de Procur.* Quare nec aliud iusiur. propria auctor. præstitum iurantem iuuat. Veluti si qui euocatus non comparuit, iureiur. asseueret se legitimè impeditum. Nihil, agit, etsi id fortè faciat coram tabellione, si à iudice non iniunctum sit, vid. *Beust. ad l. 3. h. t. n. 8. & seqq.* Planè si lex vel statutum aliquo casu iuram. deferat, eique stari debere caueat, posse tunc iurari delatione partis vel iudicis non exspectata, docet idem ibidem *num. 15.* ex. gr. iuram. calumniæ, &c. Enimuerò etsi vltroneum iusiur. non prosit auctori suo, potest tamen contingere, vt noceat, si eo modò aduersar. decepit, *vt l. 23. de dolo malo. Duar. h. t. c. 16.* Quin etsi ita contra seipsum iuret, ipsi ceu confessio, nocere potest, ita tamen vt, si diuersa eius capita, aduersarius illi iurisiurando innitens id in totum recipere teneatur arg. *l. 26. § vlt. depos. Speidwin. ad § item si 11. de act. n. 74. &*
e *seqq.* e Quia æquè postulat referens, vt aduersarius iuret *Donel. ad d. l. 1. C. h. t. n. 4.* Tametsi non desint, qui volunt, quamuis deferens à sententia ex iureiur. lata appellare nequeat *j. c. 18. lit. H.* referentem tamen posse; teste *Sich. ad l. vlt. § 1. C. h. tit. num. 3.* ac probant *Seraphin. priuil. iura, 102, n. 14, ac Cacheran. decis. 61.* tum quod leges appell. prohibentes strictè accipiendæ, tum quia facienti actum ex necessitate magis succurritur. Defertur autem liberè, refertur ex necessitate. Sed reprobat *Sichar. dict. loc. num. 5.* ac receptiorem vocat *Caroc. de iuram. lit. decis. q. 4. 10 quæst. principalis.* Etsi ipse quoque concilier, vt prior opinio obtineat, quando quis cogitur à iudice, vt vel iuret vel referat, posterior quando sponte refert. Ast immò citra distinctionem idem de referente statuendum. Quia & his hanc viam elegit, eique placuit, vt aduersarij testimonio causa decidatur, cum ipse iurare atque ita causam obtinere potuerit. Nec igitur audiendus si contra proprium factum venire velit, *vt j. c. 17. lit. K. Borch. cap. 9. 15. Fachin. 1. contr. 23.* (quorum verba transcripsit *Setser. lib. 4. cap. 8. n. 10. & n. 13.*) Sanè ex *Nou. Elect. Sax. 11. 11. p. 1.* etsi cui delatum est iuram. probatione ad id vitandum vti queat, non tamen item cui relatum. Eo quod hic in necessitatem iurandi ipsemet se coniiciat, vt *Moller. ibid. n. 17.* testatus ante editas constitutiones eas contra pronuntiari solitum fuisse.

Cap. IV.

CAPVT XII.

Iusiur. qui rectè deferant.

AB EO QVI IVS DEFERENDI HABVIT *l. 35. § 1. h.* Id est cui potestas litis decidendæ ac remittendæ. a VT SVNT DOMINVS, qui rerum suarum administrationem habet. Non igitur furiosus, a
nec curatore auctore *l. 5. de R. I.* Prodigus, qui eadem causa *l. 35. § 1. h. l. 40. de R. I.* Pupillus sine tutoris auctoritate, cui nec ipso iure nocet delatio, siue reus sit siue actor *l. 1. § 1. Quar. rer. act. non det. per l. 9. de auct. tu. & simil.* b Obi. immò excep. obstat, sed replicatur b
l. 17. § 1. h. t. ℞. id ita, si aduersarius contendat non fuisse pupillum, aut detulisse tutore auctore. c Minor: qui si curatorem habeat in eadem causa *per l. 3.* c
de in int. rest. d sin careat ipso iure nocet, sed aduersus d
excep. iurisi. replicatio danda per in integrum restitutionem, intra eius petendæ tempora, e ita tamen e
si captus sit *l. 9. § 4. h. t.* id est, si cum aliæ probationes modiue iuris sui tuendi suppeterent, tamen detulit *arg. l. 33. pr. h.* Item mutus, surdus, cœcus, aliúque qui curatore reguntur *arg. l. 2. de cur. fur. l. vlt. de bo. pos. fur. inf.* Et qui soluendo non est, si in fraudem creditorum detulit, vid. *l. 9. § 5. h. tit.* ET QVI DOMINI LOCO: SIVE LEGE, tutor curator *l. 17. § 2.* SIVE DOMINI VOLVNTATE, procurator vel vniuersorum bonorum, vel speciale habens mandatum, vel in rem suam *d. l. 17. § vlt.* f Seruus & filiusf. in re pe- f
culiari, administrat. datâ *l. 2. & 2. seqq. h.* g Et quidem g
ex his cui nominatim mandatum est, item procurator in rem suam, liberè deferunt. h Reliqui non nisi aliæ h
probationes deficiant *l. 35. pr. h. t.* i Quantacumque i
enim administratio donandi & perdendi ius non habet *l. 28. § vlt. de pact. l. 7. pr. de don.* k vid. *s. lib. 22. c. 4. lit. R.* Extr. hos nulli *l. nec filius 7. C. h. t.* l

NOTA-

NOTATA.

d a Nec tantùm actor reo, sed etiam reus actori *l. 28. § vlt. l. 29. l. 30 princ. & § 1. D. hoc tit.* vid. *Duaren. in poster. comm. hoc tit. cap. 4.* b Confirmare videtur *l. 4. Cod. de rebus credit.*
b vbi delatio tutori facta à pupillo nullius effectus. Dicitur illic reus qui fuit, nam durante tutelâ agi nequit. Finita autem ibi intelligitur non puberrate, sed aliâ causâ vel adiecti temporis lapsu aut conditionis euentu vel suspecti remotione, vt *Donell. ibid. num. 6. & Gilken. num. 3. Forner. 6. rer. quotid. 14. & Borch. cap. 3. num. 30.* (cuius verba largitet pro suis vsurpat, *Setser. lib. 4. cap. 2. num. 27.* suum obtinens.)
c c Diff. *Borch. cap. 3. num. 12. & seqq.* (& ex eo transcriptor *Setser. d. cap. 2. num. 18. & seqq.*) sentiens exceptionem dari ex iureiur. à pupillo solo delato, propter vim & maiestatem religionis. Sed elidi id replicatione in factum *d. § 1.* quia ius deferendi non habuerit pupillus. † *Sich. ad l. 4. C. de reb. cred. num. 7.* sic: Pupillus solus aut defert tutori, qui fuit, ac ipso iure non valet *d. l. 4.* aut alij. Et vel iudex non approbat ac idem est *dict. l. 1. § 1. Quar. rer. act.* vel approbat in iudicio, & tunc vel tendit ad obligandum, ac ipso iure non tenet *d. l. 1.* vel ad liberandum interpositum & ipso iure valet *d. l. 17. § 1.* Quod si tutore auctore detulit pupillus, ac læsus, restit. in integrum *l. 2. C. si tut. vel cur. intervен.* Nec obstat quod iuram. loco solutionis. Solutio autem accedente tutore liberat: Illud enim obtinet in quibus par ratio. Hîc euidens disparitas, cum is cui iuratum est pupil-
d lus nihil accipiat, vti cui solutum est. d ita & noster ad *l. 4. C. h. num. 11. ac Beust. in l. 9. § 4. h. t. num. 2. Duaren. in poster. comm. h. t. cap. 4.* fitmare hoc nitens ex *l. acta 45. § vlt. de re ind. l. in vniuersis 11. C. Qui dare tutor. & Gœd. ad l. 21. de V. S. num. 11.* Contra *Broncb. 1. misc. aff. 56. Borch. cap. 3. num. 27.* Et hîc delationem puberis huius ipso iure ratam esse, ex *l. 9. § 4. h. t.* sic probat *Setser. lib. 4. de iuram. 2. n. 25.* Quod curatorem habuerit minor *d. § 4.* constat inde quod iusiurandum detulit in lite. Lis autem minoris nulla sine curatore. Quod autem sine curatore detulerit probatur, quia Pomponius putauit cum effectu non obstare exceptionem. Quæ vtique obstaret curatore intercueniente. Verùm hæc Pomponij sententia non probatur, nisi impetratâ restitutione. Ita Setser. Quæ displicent. Nam immò si in iudicio delatum intelligitur *d. § 4.* necesse est delatum sit Curatore auctore. In iudicio enim minor nihil agit sine curatore ad litem dato, quæ datur etiam inuito vt liti adsit. Et in iudiciali igitur iuramento opinio prior obtinet, quod & Il. à Duareno adductæ probant. Cæterum in iuramento conuentionali (de quo hic Donell. & magis videtur de eo loqui *d. § 4.*) puto dilation. ratam esse sine curatore, quem habet minor, quia eorum opin. accedo, qui minorem sine hoc obligari sentiunt vid. *s. lib. 12. cap. 22. lit. Q.* Et quoad hoc recipio rationem illam. Puberi solui potest sine curatore, Iusiur. est pro solutione *l. 20. & seq. h. t.* E. Licet si quis dissenserit ad hanc rationem facilè paratam habeat responsionem. e Etsi enim contra præstationem iurisiur. minor. non
e restituatur *l. 1. & auth. Sacramenta puberum, C. si adu. vend.* delationis tamen alia ratio. Illic virtute iurisiur. habetur minor pro maiore hîc non æquè. *Beust. ad d. l. 9. § 4. num. 4. &*
f *Gail. 2. obs. 41. num. 11.* f Non autem alius procurator *l. 8. & seq. h. t.* vid. *J. cap. 21. lit. Aa. & Ee. & Borch. cap. 3. num. 31. & seqq.* quin ne defensor municipum aut syndicus *l. 34. § 1. h. t. Duar. in poster. Comm. h. t. cap. 4. f. 863. Borch. d. cap. 3. num. 35.* Nec iudex admittere debet delationem, etsi aduersarius non opponat *A. Fab. C. suo lib. 4. tit. 1. defin. 38.* Sed nec Emphyteutam ac Vasallum deferre posse, cum liberâ administratione careant scribit *Caroc. q. 14. 13. q. principalis.* Quod vix probandum quatenus ipsorummet præiudicium
g vertitur. g vid. *Borch. cap. 3. num. 36. ac seqq.* Vbi quidam & de peculio act. dandam *d. l. 22. h. t.* Proculiani scilicet cum Sabiani contrà, quorum sententia obtinuit *l. 5. § 2. de pecul. ita Cuiac. 8. obs. 11.* Melius *Pac. 3. enant. q. 84. d. § 2.* accipit de iureiur. in iudicio *d. l. 22.* de extra iudic. delato. h Et hic
h quidem magis in propria causa defert. Imaginaria enim solùm Procur. in rem suam constitutio & à iuris auctoribus inuenta. *Duar. post Comm. h. t. ca. 4. fol. 867.* Confer. *s. lib. 18. cap. 13. lit. F.* In alio autem speciale mandatum requiritur *Caroc. q. 9. 13. q. principalis* vbi *num. 20.* idem si incidenter iurandum. Sed si dominus præsens id non requiri, ibid. *num. 11.* Requiritur autem ad id vt domino obsit delatio, secutus vt prosit, arg. *l. 9. § 6. h. t. Sneiduin in § 11. I. de act. num. 103. Caroc. d. loc. num. 13.* Quare si à Procuratore alio delatum iusiurandum ei relatum sit, isque iurauerit præsti-
i tum iuramentum proderit domino, i vt metu diuini Numinis tutor veritatem extorqueat ab eo qui alioquin in eo

est, vt absoluatur *Cuiac. 22. obs. 28. add. Anton. Fab. C. suo lib. 4. tit 1. definit. 20.* Et hoc casu ratum est quoque iusiurandum à tutore delatum, etsi de prædio, quod alienari nequit sine decreto, delatum, modo iudicio deferatur, iudice auctore *Duar. h. t. cap. 10.* Curatores mulierum in litem iure Saxon. quia procuratoribus litis sine negocij, non autem vniuersorum bonorum, similes, nec libera eis administratio; inde sine speciali mandato nec eos deferre iudicatum
k refert *Rauchbar. p. 1. q. 8. num. 4. & seqq.* k Et si generaliter datus Procurator, transigere nequit, vtique nec deferre iusiurandum, nisi in causa dubia, non suppetente probatione *Duar. post. Com. h. t. cap. 4. fol. 863.* Quid si procur. cum liberâ? Hunc liberè deferre *Caroc. q. 6. 13. q. principalis num. 1. & q. 9. num. 4.* quia habeat vim specialis mandati, id tamen *num. 5.* restringit nisi inde ingens damnum, *& num. 7* nisi debitum liquidum. Ibid. *num. 2.* Procur. vniuersitatis ita deferre, quia intelligatur semper cum liberâ. Quod tamen *l. 34. § 1. h. t.* refellit. Et in eo quoque requiri speciale man-
l datum *Losæ. de iur. vniuersit. p. 2. cap. 1. num. 76.* l Et nec si causam coniuncti quis agat vel defendat, vti potest, hoc iusiur. deferre ei licet, nec si de rato caueat, quia ea non potest coniunctus quæ speciale mandatum requirunt vt *s. lib. 18. cap. 12. lit. M.* Nec coheredum quidam, aliis insciis vel inuitis, deferre possunt, etsi de rato cauere velint *Anr. Fab. C. suo lib. 4. tit. 1. definit. 21.*

CAPVT XIII.

Iuramenti præstatio & remissio.

Cap. V. 3. Con. ditio.

IVRAVERIT *l. 3. h. t. § item si 11. I. de act.* Nec prodest voluntas præstandi, si paratus iurare, morte vel casu aliquo prohibitus a RELIGIOSE. Est enim iusiur. affirmatio religiosa *Cic. 3. off.* b Vnde religio iurisiurandi *l. 1. l. 25. h. t. & passim* c sacramentum *l. 8.* a
l. 11. pen. & vlt. C. h. t. d Id est iuxta verbi Dei præscriptum; aut Deum testem inuocando, aut in se & salutem suam quid interprecando, nisi ita sit. Nam & sic b
petitur vt Deus sit vindex. e Conueniunt exempla c
l. 3. § vlt. l. 4. l. 5. pr. h. vt iuretur per Deum, non per vllam creaturam, minus per idola *cap. etsi Christus 26. extr. h. t. Deut. 6. v. 13. Hebr. 6. v. 16.* f si secus illicitum d
est, & improbatæ religionis *§ 5. 3. h.* quod pro eo habetur ac si iuratum non esset *d. § 3.* id est, nequidem e
si id ipsum detulerit aduersarius, seruandum. g Etsi g
enim nulla ei fieret iniuria, si seruaretur, argum. *l. 7. § vlt. de inst. act.* tamen hic satis non est, quod reus voluerit, nisi & interpositum sit id iusiurandum, quod prætor exigit. AVT ID REMISSVM, cuius eadem vis quæ præstiti *l. 5. § vlt. l. 9. § 1. D. l. 1. l. 8. C. hoc tit. per l. satisfactio 52. de sol. iunct. l. 1. Qui satisdar. cogant.* cum parato iurare gratiam facit h voluntate suscepti iusiurandi cõtentus *l. 6. h. t.* Remittitur autẽ non nisi de- h
latũ prius & susceptũ *d. l. 6.* Remittere enim ex vi verbi est necessitatis iure impositæ gratiam facere vt *l. 4. C. de remiss. pign. l. vn. de remiss. l. 15. § 4. & 7. Locati.* i At i
necessitas iurandi ante susceptionem nulla cum referri possit *l. 38. Dig. l. 9. C. h. tit.* aliquando & recusari vt *J. cap. 21.*

NOTATA.

a Quare iurisiurandi à parte diuersa, extra iudicium vel a
in eo delati, præstandi facultas non transit ad heredem *l. 12. princ.* ibi, cum multum differeret iuramentum hereditarium *C. h. tit.* cum non huius, sed defuncti fides electa sit, ac sæpè viro bono heres improbus ac leuis, qui nec ferè facti alieni veram notitiam habet, vnde anceps periurij periculum *Menoch. 1. arb. quæst. 68. num. 30. Tiraquell. de præscript. § 2. gloss. vn. Sneiduin. ad § item si 11. I. de act. num. 109. Gilken. ad l. 12. princ. C. hoc tit. nu. 7. Borch. cap. 7. num. 32. Coraſ. ad l. in act. 5. de in lit. iurand. num. 29. Caroc. q. 5. 9. q. principalis num. 80. Seraphin. priuil. iuram. 68. Beust. ad rub. D. h. tit num. 66. Taming. decis. 45. num. 7. Coler. decis. 116. Vvehner obs. pract. de V. S. v. Vuissenschaff vnd Vuolbevvuss* & citati à *Moller. ad Nouell. Elect. Saxon. 24. part. 1. num. 3.* Iure harum regionum ex *d. Nouell. 24.* si sententia de præstando iureiurando lata, ac intra diem præstitum is cui delatum est, citra recusationem, diem functus, ad iuramentum credulitatis heredes

admittuntur. Quod & iuris Saxonico veteri conuenire statuit *Coler. d. decis. 116, per text. Land. lib. 3. artic. 11. Zobel part. 1. diff 29. Sneidwin. d. loc.* Contra *Toming. d. decis. 45.* Iunge *not. 3. cap. 21. lit. V.* Quin & *Ant. Fab. C. suo lib. 4. tit. 1. definit. 32.* si iurare paratus decessit iusiurandum pro præstito esse, secus si per eum mora facta, in iurando aut deliberando. Sicuti & *Gail. 2. obs. 43.* iuramento à defuncto oblato nec præstito, mortem ipsam vim iuramenti habere, cum salutis suæ immemor decessisse non censeatur. Sed loquitur hic de iuramento in litem, cuius alia opinor, quam huius, quod ex conuentione præstari debet & partium consensu; ratio vid. not. 3. *cap. 19 lit. Y. ibi III. Notitia rei, &c.*

b Quam definitionem maximè, sibi placere scribit *Vultei. ad §. item si 11. ipsi 10. l. de act. num. 5. & disc. scholast. cap. 7. initio.* † *Cuiac. ad cap. etsi 26. extra hoc tit.* præ omnibus sibi probari illam: Confirmatio veritatis. Quæ tamen omnium minimè proba. *Petr. Gregor. 50. Synt. 4. num. 1.* Affirmatio vel negatio sacræ rei attestatione firmata. Verum & posteriora solum declarant vim voculæ *religiosa.* Et affirmationis verbo negatio quoque contineri potest, sicuti in definitione pacti verbo dandi faciendi etiam non facere non dare *VVesenbec. Par. D. de pact. num. 2.* † *Couar. in cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 1. relect. pr. num. 1.* Inuocatio numinis diuini in testimonium *Martin. Benckendorff. in addit. ad prafat. Seraphini de priuileg. iuram. num. 18.* Assumptio nominis Diuini, ad confirmandam fidem proferentis. Sed & varias definitiones refert *Iacob. Ebert. tract. Ethico de iuram. tit. de definit. p. 19. & seqq.* Qui *pag. 23.* sic. Assertio rei legitimæ in cuius maiorem fidem ac confirmationem Deus ipse testis vocatur, & iurans vltrò se obligat ad pœnas exitij æterni si fallat. Et hæc iurliurando in genere conueniunt. In specie autem proposita *Cuinc. in Nou. 90.* & ad *l. 1. C. h. t. ac Borch. h. tr. cap. 1. num. 12.* probat *Clementis Alexandrini* definit. Certa litis definitio cum obtestatione diuina. Verum sibi hic quisque sapiat, neque nimium de his curandum. Sanè omne iusiurandum verba necessariò exigit *Nouel. 17. cap. 6. cap. etsi 26. cap. pen. extra h. t.* Ac etsi per litteras interponi possit vt *VVesenbec. consil. 52. num. 18. in fin.* id ita intelligit *Gœd. de contr. stipulat. prolegom. num. 16.* vt quod voce prolatum scripturæ mandetur exemplo stipulationis, quæ in scriptis sic. Verum quicquid hic nostri variè sentiant. Verba enim requiri negant *Couar. in d. cap. 2. part. 1. princ. num. 5. Fachin. 3. contr. 8. Borch. cap. 1. num. 27. & sequent. Et Caroc. quæst. 11. 13. quæst. principalis. Ioan. Bapt. Asin. de Exsecut. §. 8. cap. 11.* tunc requisiti verba, quando loqui possunt vterque, aliàs etiam nutu defecti. Contra affirmant *Gœd. d. loc. Cypræ. de sponsal. cap. 14. §. 26. num. 3.* Media via insistendo distinguendum inter conceptionem verborum quæ propria ac de substantia cuiusuis iuramenti: ac prolationem, quæ voce fit ac non necessaria. Quid enim si conuenerit exempli gratia, vt maioris fidei gratiâ syngrapham iuratam mihi mitteres, tuque eam me absente conscripseris & mihi miseris, nunquid ideò minus religione sacramenti adstringeris? Sic vbi mutus surdus literas callet, si verba formulæ, iurandi animo, perlegat etsi linguâ proferre nequeat, si & appareat quod iuratò se obstringi velit, nihilo minus iurabit Deum προφθογνώστην in testem inuocando, animi mente, exterioribus quoque signis, ei cui præber iusiurandum testatâ, *&c.*

c *l. 4. §. 1. de in lit. iur. l. 21. in fin. de dolo l. 8. princ. de condit. institut.* Quæ religio monet, tum vt inuiolatè sanctéque præbeatur ac seruetur, tùm ne temeraria leuitate ad iurandum quis prosiliat. Nam ipse Imperator multam sibi formidinem esse testatur, ne facilè iusiurandum per magnum Deum detur *Nou. 94. cap. 2.* Et Ethnicus licet *Quint. lib. 9.* iurare nisi vbi necesse est, graui verò parùm conuenit. Qua de temeritate ac procliuitate accipienda verba Seruatoris *Matth. 5. v. 34. & seqq.* & Iacobi Apostoli *cap. 5. num. 12.* In quæ nimium delinquunt, qui in quotidiano ac familiari sermone, ad alterum penè verbum, ex peruersâ & improbâ assuetudine obtestationem diuini nominis adiiciunt. De qua leuitate vitanda, vid. *Ecclesiast. 23. & 27. Vercellensis vel quisquis auctor lib. de vnit. Ecclesiæ Christ. fol 4. in Syntax. tract. de iurisdict. Imp. Sim. Sebardij Couar. in cap. 2. de pact p. 1. §. 6. num. 8. & seq. Iacob. Ebert. tr. Ethico de Iuram. tit. de spectab. iuram. p. 24. Rittershus. Com. ad Sylusian. p. 139. Conrad. Ereßach. Epitom. Christianæ Iurispr. Edicto III. præcepti 52.* Quò respiciunt illa *Gregor. Nazianzen.* in Tetrastich. ὅρκον ϛ φεύγε πάντα. Et in distich. ὄρκους κάκιστον δίδυμα καὶ λαμβάνειν ἴσως ϛδ' ἄμφω σωφρονίζεσθαι τῇ δίκῃ, Iusiurandum pessimum est, dare & accipere. Fortè enim ambobus offendisti iustitiam. Neutiquam verò vsus iurisiurandi legitimus illo præcepto CHRISTI tollitur. Quin ipse præpotens Deus in re dubia eò confugere præcipit *Exod. 22. v. 8. & 11. Deut. 6. v. 13. & Deut. 10. v. 20.* Idemque vsus & ipsiusmet Seruatoris & Apostolorum eiusdem exemplis adstrictus *Rom. 1. v. 9. 2. Corinth. 1. v. 13. & cap. 11. v. 31. Philipp. 1. v. 8. 1. Thessal. 2. v. 5. & 10. &c.* vt & in Vet. Testamento *Gen. 21. v. 24. Iosue 9. v. 15. 1. Reg. 24. v. 22. &c.* † Et Leo quidem Imp. *Nou. sua 97.* iussum illum *Matt. 5. v. 34.* perfectionis esse vult, non ad moderanda communis vitæ negocia promulgatum. Cuiusmodi & illa *Matth. 6. v. 25.* Ne sitis solliciti, quid esuri sitis, &c. Quod reprobat *Borch. cap. 1. num. 1.* quia sacræ Litteræ omnibus etiam perfectioribus concedunt iurare. Ac vt *Heresbach. d. Edicto III. p. 73.* non loquitur CHRISTVS de ordine Politico, sed de legis interpretatione. Et sicuti non tollit legitimam defensionem, dum dicit: Malo non resistes, ita nec verat iuramenta legitima lege Dei & politico ordine sancita, cum opus sit præstare. Accedit quod verba: *Sermo vester, ὁ λόγος ὑμῶν d. cap. 5. v. 37.* arguant de Sacramentis assuetæ leuitatis, in communi vsu vitæ, cum loqui non quorum in derimendis litibus vsus est. In hac quippe hominum mutua diffidentia, haud facilè nudæ assertioni in rebus maioris momenti, præcipuè vbi asserentis commodum vertitur, fides habetur. Ac *Hesiod.* quidem in *Theogonia* fingit iusiur. ex Eride natum: Si mores hominum planè integri non modo iuramentis, sed nec ll. plerisque, legum certè pœnis opus esset. Ast, vt illi ferunt, adhibenda religio sacramenti quâ ad verum dicendum fidémve seruandam arctius adigantur. Pluribus hunc verum vsum iuramentorum firmant *Couar. ad cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 1. §. 6. Bronch. 1. misc. 58. Obrecht. de iuram. calum. cap. 1. num. 11. & seq. Dominic. Soto lib. 8. de iust. & iure quæst. 1. art. 2. Iacob. Ebert. tr. Eth. de iuram. quæst. anne iurare liceat pag. 79. & seqq. Wuremund. ab Erenb. Meditam. pro fœderibus lib. 2. cap. 3. num. 118. & seq.* d *auth. sacramenta C. si adu. vend.* sic sacramenta militiæ *l. 2. §. 3. de his qui not. inf. l. 144 de his quæ vt indig. l. 11. pr. de adulter. l. 13. §. 3. l. vlt. de re milit. l. 2. de Veteran.* vel quod res sacra cum Deo fiat *Fortun. Garcia in cap. 1. de pact. num. 114. pag. 1108.* rei sacræ arctiss. vinculum, nullo modo ludendum *Olden. el. 1. act. 9. initio Obrecht. de iuram. cal. cap. 1. num. 9.* Vel quia sacro testimonio fides fit, & iurans se consecrat ad pœnas si fallat *Iacob. Ebert. tr. Eth. de Iuram. tit. de vocab. Latinis,* per locum *Cic. 7. Ep. fam. 32.* Et ita *Duar. in prior. Comm. h. tit. cap. 1.* Qui iurat deuouere se, ac quasi sacrare ac vltioni diuinæ subiicere intelligitur si sciens fallat. Et in post *Comm. cap.* nam, air, iurare est deuouere & sacrare, quia aliquid inest sacri. Sacer enim Rom. dictus, cuius corpus Deo cuidam, inferorum præsertim, deuouebant, vt impunè occidi posset vid. *Rauard. ad ll. 12. tab. cap. 4. Rad. Forner. 6. rer. quotid. 15. Fopp. ab Aezema 1. dissert. 3.* Et Synonima nunc iusiurand. & sacramentum *Couar. ad cap. 2. de pact. in 6. pr. num. 2.* Etsi veteribus vt *Varro 2. de ling. Lat.* Sacramentum quoque pro pecunia quæ in æde sacra à litigantibus deponebatur *Pithoë. 1. aduers. subsecin. 18. Forest. de iurisdict. Rom. p. 2. Lege Numa. 3. num. 113.* Iurare verò *à iure* quod id quod iuratur pro lege & iure habendum, sancteque veluti ius, seruandum sit *Couar. ad d. cap. 2. p. 1. princ. num. 2. Dominic. Soto lib. 8. de iust. & iure quæst. 1. art. 1.* Non tamen iuramentum quasi iuris adstringimentum vt *Panormit. in rub. extr. h. t. & Bargal. 3. de dolo 14. num. 4.* nec à iure mentis quod obligationem in mente oriatur, nec à iure maneate sed à iurando simpliciter, sicuti libamentum lenimentum, &c. Iusiurandum autem quasi Iouisiurandum dici vult *Lipsi. 1. Elect. 18. p. 567.* Ex loco *Apulei de Deo Socratis* à se emendato. Sanè & Iouis antiquitus qui hodie Iupiter *Paul. Merula Comm. in lib. 1. annal. Ennij p. 245.* Verum inflexio resistit, iurisiurandi, &c. Dicitur & iurandum pro iusiur. *Plaut. Cistell. Terent. And. Auson. Popma de vsu antiq. locut. cap. 7.* Et ita accipitur in versu *Ennij apud Ciceron. 3. off.* Iurandum Iouis, id est, Iouem lapidem. Cæterum *Vult. disc. schol. 7. p. 70.* ex vsu iuris differre vult Iuramentum quod super re non controuersa interponitur & iusiurandum super re controuersa eò quòd hîc decidantur meritò causæ, seu quid iuris sit, vt quis de iure suo iuret. Sed eam diff. non semper seruari, per *l. pen. Cod. hoc tit.* Atque ita non differre hæc *Beust. ad rub. D. hoc tit. num. 29.* De variis iurisiurandi appellat. Lat. & Græcis *Io. Guil. Stuckius descript. sacror. & sacrif. gentil. fol. 90. & sequentib. Iacob. Ebert. tr. de Iuram.* qui & de Hebræis, Chaldæis, Syriacis. † Vernacula *Eidt* quasi *Eindt* vnitum scilicet cum eo qui solus verè vnus est, vt ex *Gorop. lib. 4. Hermathena Ebert. dict. loc.* item *Schuyuchr* ac

Schvuechren

Schvuehren à grauitate & onere quia res periculosa & difficilis *Ebert. d. loc. Io. Guil. Stuckius descript. Sacror. Sacrificiorum & gentil. fol. 92.* e ita *Duar. in prior. Comm. h. tit. cap. 11.* non omninò improbandum, in quo non expressè inuocatur nomen DEI, cum respectu Diuini Numinis iuratur *l. 33. h. tit.* Sic enim Ioseph per vitam & salutem Pharaonis *Genes. 42. vers. 15.* ac plerique sancti patres eodem modo iurasse leguntur. Et *post Gom. cap. 4. fol. 264.* Qui per salutem respectu Numinis iurat, ita se subiicit vltioni diuinæ ex quâ sua salus pendet, cuique eam deuouet, si sciens fallat. † Atque ita *Synopsi Basil. lib. 22. t. 5. cap. 30.* ὁ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ἔμενος, δηλονότι ὁμνύων τὸν Θεόν. Qui per salutem suam iurat videtur per Deum iurare. Sic Vrias 2. *Reg. 11. v. 11.* per salutem Dauidis & suam, etsi à leuitate Chaldæorum aliorumque gentilium id tractum putet *Iacob. Ebertus tr. Ethico de iuramentis p. 44.* Et Paulus Apostolus *Rom. 1. vers. 1.* per veritatem & conscientiam suam iurat ac 2. *Corinth. 2.* initio per animam suam. Frequensque veteribus vt per salutem item caput suum vel liberorum suorum iurarent *d. l. 5. §. vltim. l. 4. l. 33. h. tit.* Et pluribus aliorum auctorum locis comprobant *Forest. Necyom. dial. 12. Briss. 8. formul. Robert. 1. rer. iudic. 11. Vult. disc. schol. cap. 7. initio* (ex quo ad verbum, tacito auctore, per pag. duas transcripsit *Setser. lib. 1. de iuram. cap. 3.*) Sicuti apud Turcas per caput suum max. iusiurand. haberi refert. *Paul. Iou. lib. 13. histor. pag. 566.* Per cineres quoque parentum ac maiorum iurabant, *Propertius 2. Eleg. 20. & 4. Eleg. vlt. Seneca 7. Controuers. procem.* Iurat per patrios cineres, iurat per patris memoriam, *Briss. d. loc. Ritterhus. partit. feud. lib. 1. cap. 10. quæst. 4.* Et hoc quidem meritò superstitionis damnatur. Illud verò per salutem suam non item, cum salutis auctor Deus intelligatur. Nam & cum ll. Digg. iuxta Iustin. mentem accip. sint, apparet hanc iurandi formam ipsi non improbatam. Satis namque esse ratus est si per Dei nomen implicitè aut obliquè iuretur. Sed & Arcad. ac Honor. Impp. Christiani, Magni Theodosij filij, per salutem principum iuram. comprobant *l. 41. de transact.* Neque Christiani sub Ethnicis principibus id renuebant *Tertullian. Apologet. cap. 32.* Sicut non iuramus per genios Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ angustior est omnibus geniis ref. *Goth. ad d. l. 41. & ad d. l. 2. C. h. t.* Eo quod per salutem auctor salutis verus DEVS, per genium falsus & ficticius intelligeretur *Vult. disc. cap. 7. pag. 65.* Et sub Christianis Impp. milites iurasse per Deum, Christum, Spiritum Sanctum & per Maiestatem Imperatoris *ex Veget. lib. 2. cap. 5.* refert *Borch. cap. 1. num. 25.* Ac licet Carolus Magnus per salutem Principis iurare vetuerit *Vult. d. loc. vti Legis Francicæ lib. 3. cap. 42.* habetur, vt nullus præsumat per vitam Regis & filiorum eius iurare. In Oriente tamen sub Manuele Comneno (qui Coæuus Conrado II. Imp. Occid. vt *Cuspinianus & alij*) per Imperat. Caput iuratum, vti Constantinus Andronici filius per vitam Imper. iurauit, *ceu ex Cedreno Robert. 1. rer. iudic. 11. pag. 220.* Planè *Vult. d. cap. 7.* (& ex eo *Setser.* cui solenne & ferè perpetuum pleraque ad verbum largissimè transcribere 1. *de iuram. 3.* Verum iuramentum statuit quod nominatim per DEVM. Quasi iusiur. v. quod per rem aliam, intuitu Numinis diuini, præstitum. Hodieque hoc sublato illud solum superesse. Quia *Vuef. Par. h. t. num. 6.* promissionem per fidem, non modo ciuilem, sed etiam per Christianam, religiosam, salutem animæ, non se pro iureiur. sed vice praculi ac sacrilegij habere scribit. In quo indigne lapsus videtur eximiæ alias & pietatis & doctrinæ Iurisconsultus (cuius verba per integram pag. tacito auctore pro suis vsurpat *Setser. lib. 1. cap. 15. num. 36. & seq.*) Ita enim sacrilegij rei non modo erunt veteres Christiani, sed & ipse gentium doctor Apostolus Paulus, cui hæc ipsa religiosa assertio fuit vt ὃ. vid. *Rauchbar. p. 2. q. 2. num. 65. & seq. & num. 75.* Confer. *Dominic. Soto lib. 8. de Iustitia & Iure q. 1. artic. 6.* † Nunquid igitur fidei præstatio (absolutè) vel interpositio verum iuramentum? Ita sanè vult *Martin. Vran. ad cap. querelam 10. h. t. num. 4. 1.* per cap. ex rescripto 9. *extr. h. tit. 2.* Quia verum est iurisiur. air, ita me Deus adiuuet, testis est Deus, in veritate dico, &c. *cap. etsi 26. h. t.* Fides autem est veritas. Enimverò veteres gentiles per fidem quoque iurabant *Petron. Satyr.* Idque ille sanctiss. iusiur. *Plut. in Numa* καὶ τὸ μὴν πίστιν ὅρκον ὀνομάζειν Ῥωμαίους μέχρυν, *Halicarn. 9. antiquit. Rom.* Sic Euclio ad Lyconidem. Dic *bonâ fide* tu' id aurum non subripuisti, *Plaut. Aulular. 4. sc. 10. Desider. Herald. lib. 2. aduers. c. 3. & Turneb. 18. aduers. 25.* Iisdemque formula solennis: *ex animi sententia*, cuius frequens mentio *Cic. 3. acad. qq. & 3. offic.* vbi verbis ita concipi testatur, vid. *Agell. 4. noct. 20.* & plures quos adducit *Briss. 8. Formul. pag. 711.* Quod idem est,

atque ex conscientiâ ac sincerâ fide *Cuiac. 1. obs. 21.* Quia vt *Quintil. lib. 8. cap. 5.* Sententiam veteres quod animo sensissent vocauerunt. Nam & iurauri, ait & gratulantes ex sententia dicimus *Hot. 2. amicab. 21.* Raque formula loquendi *in l 3. §. 2. in fi. de testib.* vbi iussur. non denotatur vt & in Orat. Marij apud *Sallust. in Iugurt. cap. 85.* Me ex animi mei sententia lædere nulla oratio potest *Fulu. Vrsin. in not. ad Sallust. ibid.* Attamen inter Christianos præstatio fidei ciuilis ac politicæ verum iusiur. censeri minimè potest, nec fractione fidei periurium incurri, etsi incurratur, si sub fide Christianâ facta, vnde fideles nominantur, quia ita per ipsius Dei nomen, saltem obliquè ac implicitè iuratur vid. *Rauchbar. d. p. 2. quæst. 2. num. 63. ac seqq. Conar. in cap quamuis 2. de pact. in 6. p. 1. relect. §. 2. num. 4. Bronch. 1. misc. 60.* † Hinc dirimenda nostrorum contentio, quid disquirdut, an vulgatæ nostra ærate formulæ *Bey Fürstlichen, Grafflichen vnnd Adelichen Ehren, Trewu vnnd Glauben.* Iurisiurand. loco haberi debeant. Quod equidem aff. ac ferè vim iuramenti realiter præstiti verbis hisce tribuunt, de notiss. Germaniæ consuetudine attestantes *Mynsing. 1. obs. 17. Gail 2. obs. 59. Beust. ad l. 3. §. vltim. h. t. num. 14. & seqq. VVesenb. cons. 10. num. 24. & cons. 14. num. 15. Sixtin. cons. Marp. 12. num. 2. vol. 3. Meichsner. tomo 1. decis. Cam. 2. num. 30. & num. 142. & decis. 18. num. 10. & 25. ac tom. 4. decis. 1. num. 3. ac decis. 22. num. 39. Otto Meland. Com. Camerar. part. 2. fol. 434. Gilman. lib. 1. decis. Cam. 14. nu. 32. Vuehner. observ. pract. de V. S. v. Bey Trehu vnnd Glauben, bey Fürstlichen, Grafflichen vnnd Adelichen Ehren, Knich. de Sax. non prouoc. iure v. ius cap. 4. num. 63. Rauchbar. p. 1. quæst. 34. num. 16. & p. 2. quæst. 2. num. 56. Rulant. de Commiss. p. 2. lib. 2. cap. 11. num. 41. & num. 50. Hering. de fidei. cap. 27. p. 1. num. 298. Beust. ad l. 3. d. vlt. iunct. 2. seqq. h. t. num. 13. & seq. Coler. de Proces. p. 1. cap. 10. num. 251. Speckan. cent. 1. q. 4. num. 5. & seqq.* vbi *num. 12.* idem esse in Doctoribus & aliis honestioribus personis. Ac nobiles Gallos passim ita iurare, par foy de Gentil-homme, per fidem nobilis, refert *Tiraq. de Nobil. cap. 37. num. 126 add. Raudens. decis. Pisana 23. num. 23. Ioan. Petr. Surd. decis. 234.* Contra hoc negant *Couar. in d. cap. quamuis 2. de pact. in 6. p. 1. relect. §. 2. num. 4. Forster. de iurisdict. Rom. p. 2. lege. Numa. 3. num. 27. Bart. Kellenbenz. de renuntiat. succes. q. 3.* quia, ait, definitio iuram. inuocatio nominis diuini, huic formulæ non competit. Ac *Hart. Pistor. lib. 4. q. 6. num. 2.* statuens, quando actus iure Ciuil. inualidus, Iure Canonico, solum iuram. religione sustinetur, vt succes. renunciatio iurata, hanc fidei præstationem vim iuram. non habere, cum nec religionis quidquam in se habeat. At qui contra proferuntur loci, *cap. peruenit. 3. h. t. cap. ad aures 3. de his quæ vi met. ca.* de fide Theologica loqui non politica, vt Abb. & Felin. accepterunt, de fide Christianâ vel *in Deum*; non de fide Principum (Confer *Dominicum Soto lib. 8. de Iustit. & Iure q. 1. art. 1.*) illud tamen largitur, quod contractui per se valido accedens ea promissio plurimum roboris adferat obligationi. Non verò admittit eam loco iurisiur. esse, vbi id pro solennitate vel validitate actus requiritur, quia iuram. per æquipollens non impleatur. Aliàs, ait, statueretur ita non solum abrogatio vel derogatio iuris communis, sed & nouæ & correctoriæ dispositionis iuris Canonici extensio. Itaque attestationem *Mynsing. ac Gallij* de vsu Germaniæ accipiendi putat de casibus quibus contractui valido, maioris firmitatis caussâ accessit fidei illa præstatio. Denique & *Coler. cons. 29. n. 146.* priùs istud non æquè ac Comites vti ad Principes pertinere, (vti & *Io. de Platea & Hem. Goden.* quos citat, sed non sequitur *Andr. Scheffer. qq. pract. p. 2. q. 3. num. 200. & seqq.*) & *num. 149.* vbi ex stylo notarij adiecta ea formula, eius non eandem vim esse. † Placet nobis distinctio *Asinij de exsecut. §. 8. cap. 15. Rauchbar. p. 2. q. 2. num. 71. & sequent. Martin. Benckendorff. ad Seraphin. priuil. iuram. in præfat. num. 22. ad priuil. 67. num. 9. & seqq. Bronch. 1. misc. 60.* Quod verum iusiur, non sit ideoque nec contrauenies periurij pœnam incidat. (Tametsi ex ὃ. citatis plures ei locum esse scribant. Quod & quotidie practicari refert *Arnold. Reiger. add. ad Mynsing. 1. obs. 17.* Et quod periurus hinc ac infamis fiat censet *Vuehner. obs. pract. de V. S. v. angelobeu, & v. Hang gegebne Trewu.*) Attamen ita promissum sub fide æquè seruandum, vt ita habeatur, pro iuramento, aut illi æquiparetur, ad quod plures citat *Andr. Scheffer. p. 2. quæst. pract. 3. num. 193.* Nam principum & nobilium promissa pro factis haberi, nec verba eorum vnquam esse irrita debent, de quo vid. *Tiraquell. de Nobil. cap. 10. num. 23. & seq.* præcipuè autem principem decet fidei stabilitas, vt omne eius verbum instar iuratæ alterius promissionis haberi conueniat, vid. *Hipp. à Collib. in principe cap. 10.* ac quæ refert *Hering. d. c. 27. p. 1.*

num.30.& seqq. Scheffer.d.q.3.num.195.& seqq. Iacob. Aleman. palæstra consuli at. cons.8. p.741. Quibus adde scitam *Manuelis Palæologi Imp. Orientis* sententiam *præcept. educat. regiæ ad Ioan. filium cap.81.* διόδωσι καὶ λόγον ὑπὲρ ὅρκου πᾶσι ἅπασιν ἀρκέσειν ἀνθρώποις *Leunclauius* qui edidit, vertit, Orationem tuam iurisiur. loco mortalibus vniuersis sufecturam arbitror. Planè in fœderibus inter principes sanciendis hoc non admittendum esse monet *Vuaremund. de Erenberg. meditament. pro fœderib. lib.2.cap.1. num.123. &* f *num.131.* Exactiora de his aliàs. f *Deut.10. v.20. Iosue 23. v.22. & seqq. Rom.1.v.9. & 2.9. v.1.2. Corinth.11.v.31.&c.* Iusiur.enim est species cultus diuini, qui non dandus est creaturæ *Cuiac.ad d.cap.etsi 26. h. t. Duar.pribr. Com. h. t. cap.11.* vid. *Couar.in cap.quamuis 2.de pact.in 6.p.1.§.1.* Impium quoque iusiur. quo Deo tribuitur quod ei non conuenit, vt per caput vel capillos DEI *Nou.77.cap.si quis per capillum 10. cap.22.q.1. Duar.h.tit.cap.11. Asin.de Exsec. § 8. cap.44.& seqq.* item si per membra CHRISTI irreuerenter iuretur, vid. post alios *Rauchb. d.q.2. num.16.* Confer. *Dominic. Soto lib.8.de iust.& iure q.2.art.3.* g Diss. *Innoc.Panorm.& alij in cap.etsi 26.ext.h.t.* quos refert *Couar ad cap. quamuis 2. de pact. in 6.p.1.§.1.num.20.* ac sequitur *Ioan. Bapt. Asin.tr.de exsec. §.8. cap.10. & ca.47.* etsi Christianus per idola iurans grauissimè peccet, seruare tamen iuram. teneri per illa Augustini relata in *cap. ecce dico 10. cap.22 q.5.* quæ tamen à *Gratiano* aliquatenus immutata esse scribit *Couar.d.loc.* Qui rectè censet ibid. *num.24.* vbi iuratum est per Deos, quos falsos iurans agnoscit, deficere iurisiur. definitionem, cum nec re nec opinione diuini Numinis obtestatio adsit. Et ad *d. cap.10.* R. *Couar.* loqui non de vero periurio, sed simplici fidei violatione, grani per se peccato. Et *Parlad.2.rer.quotid.4.nu.7.* vt id seruetur, non fieri iurisiur. religione, sed humanæ fidei oblatione. Qui & ad *d.cap.10.* R. Loqui id non de iuram. quod Ethnici Iouem lapidem dicebant, sed ante lapidem terminalem præberi solito vt *Gepes.31.v.40. add. Caroc.de iuram.lit.decis.q.11.principali n.5.* Sanè infidelis turamentum per suos quos colit Deos ipsum obstringere censent *Couar.d.num.24. ac p.3. §.4. num.1. & Parlad.d.c.4 num.6.per cap.mouet.16.cap.22.q.1.* & propter opinionem ipsius iurantis. Quare etsi Turcæ deferatur iusiur. vtilitatem postulare vt per Mahumethum iuret, quia facilè per Christum peieraturus scribit *Duar. in priorib. Com. ad h.t. C. cap.11. & in poster. Com.cap.4. f.864. col.2. Ant.Del Re de iuram. Calum. cap.15. num.167.& seqq.* Vel iurare debet per Deum Creatorem cæli ac terræ, vbi verè per Diuinum Numen iurâri censet vt *Couar. d. §.4. num.1.* Quod non ita est. Neque enim Turcæ verum Deum colere dicendi, cum non colant Trinunum, nec patrem Seruatoris nostri, vt nec Iudæi. Qui quâ formulâ iurandi obstringendi sint consule *Mynf.6.obs.20. Asin.de exsecut. §.8.cap.43. & cap.48. ac seqq. Caroc.de turam. decis. q.11. principali Seraphin.priuil.iuram.123. & ibi Beuckendorff. Beust.in rub.D. h. t.nu.219. & in l 3.§.vlt.iunct.2. ll.seqq.num.6. & seqq* fusè h *Ant Del Re d. cap.170.* vsque ad *num.182.* h ita *d. l.6. & l.32.h.tit.* dum delatum ac susceptum, nec dum præstitum remittitur. Alio sensu gratia iurisiur. fieri dicitur *l.vlt.pr.ad Municip. Plaut. Rudente Act.5 sc.vlt. Sueton. in Tiberio* cum præstitit iurisiur. religione quis liberatur aut iuratò promissum ei remittitur *Rauar.5.var.2.* Qui posteriori hoc modo accipit *l. pen.h.t.* vbi gratia fieri absenti & ignoranti dicitur. Nam cum remissio ea, quæ pro præstatione, non fiat, nisi iurare parato *d.l.6.* qui quæso ignorans dicetur suscepisse iusiur. Sed immò *d.l pen.* rectè vulgò & à *Borch.h.tr.cap.6. num.20.* exponitur de remissione quæ huius loci, aliàs ea L. non conueniret tit. proposito. Nec obstat ratio Rœuardi. Euenire enim potest vt delatum protinus accipretur, deinde moræ intercedant, antequam præstetur. Hic etsi deferens absente altero remittat, iurisiur. pro præstito est, die remissionis. i Non autem remittere potest pupillus à tutore delatum *l.32. h.tit.* sed nec ipse tutor quia species donandi est, nec iusta causa esse potest *Cuiac.6.diff. Modest. ad d.l.32.* Sed *Duar.in prior. Comm.h.t cap.14. & in poster. cap.4. fol.* 865 excipit nisi tutor post delationem competerit reûm non debere, proinde bonam fidem agnoscat arg. *l.9. §.6. de admin.tut.* † Vbi certò scit is qui detulit aduersarium peieraturum debere ei remitti iusiur. vt periurium vitetur docet *Petr.Gregor.50.Synt 6.num.6.* Quo facit quod tradunt deferentem verosimiliter peieraturo plus quam homicidam esse, post *Felin.Asin.de exsecut. § 8. cap.2.num.32. per cap.ille qui hominem 5. cap.22.quæst.5.* addit *Dominic. Soto lib.8.de Iust. & Iure quæst.2. artic.4. Lucian. lib.1.de probat.cap.70. num.10. & 2. seqq.*

CAPVT XIV.

Ex conditione delata iurandum.

EX CONDITIONE DELATA seu ex eo quod delatum est, *l.5. §.vltim. h.* QVOD IN DVOBVS POSITVM. I. VT NON FINITA DELATIONE IVRET. FINITVR AVT SVA SPONTE, si simpliciter delatum nec statim iuratur. Nam si disceſſerit priusquam iuraret, non remisso iureiurando, etsi postea iurare paratus, nihil id ei proficiet *l.5.§.vlt.h.* a idque tum ex verbis deferentis. Nam qui postulat vt iuretur, *in* præsentia id exigit, tum ex mente. Quia non parum interest. Improbi enim delato iureiur. si statim iurandum, magis mouentur religione, quàm si spatium illis deliberandi detur. Vbi vel latebras periurio quærere quis potest, vel vtilitate victus peierare in animum inducet. b Item si delatum vt intra certum tempus iuret, eo finito Ratio euidens. AVT REVOCATO IVREIVRANDO, arg. *§.9.l.de Mand.* Reuocatio vbi simpliciter delatum, locum non habet. Nam si statim iuratur sera est, sin non statim non necessaria, cum suâ sponte pro non delato sit *per ante dicta.* Sed vbi ita, vt intra certum tempus iurare liceat. De quo sic *l.11.Cod.hoc tit.* Iusiurandum delatum reuocare licet, ante sententiam, vel post eam, si appellatione suspensa sit. Etsi verò *d.l.11.* non distinguit simpliciter an ad tempus delatum sit, de illo tamen accipi & ad eum casum aptari nequit, per dicta. c Et loquitur sanè de iudiciali iuramento. Sed quod in illo licet, quod auctore iudice delatum, magis in voluntario. Nec conuentio, quæ in delatione hac de lite iureiurando decidendâ, reuocationem impedit, tum quia eiusmodi est, in qua pœnitentiæ locus, arg. *l.3. & 5. de cond.ca.dam.* tum quia contra bonos mores fieri potestatem iurandi inuito aduersario cum impunitate inuiretur ad peierandum. Et dolo facit iurare volens tunc cum actor probare paratus est. Ergo per *l.7.§.7.l.27.§.4.D.l.6.C.de pact. & simil.* Obiect. Probatum semel reprobare nequeo *l.9. de negest. cap.quod semel. de R.I.in 6.* R. ita si quid placuit inter aliquos ex conuentione, vnde aduersario actio parata est vel exceptio *l.5.C.de O.& A. l.58. de pact. & simil.* & quidem iustâ *d.l.6.C.de pact.* Sic in *d.l.9.* meo nomine gestum quod ratum habui, deinde improbare licet, quia si ex mandato gestum esset, non liceret *l.6.de cond.ind.* Extra conuentionem quo minus mutem quod semel placuit nil verat. d Et consilium d mutare in melius possum quod sine alterius iniuria fiat. *l.75.de R.I.* At hic vel delatio non habet conuentionem de expectando iureiur. aut habet sub conditione, quamdiu volet, qui detulit, arg. *l.30.de reb.cred.* aut si nulla hic est conditio, conuentio iniusta nec seruanda. Sanè quod post sententiam, à qua non appellatum, reuocari veratur *d.l.11.* id ad hoc iuramentum aptari nequit. Priùs enim hoc præstatur quàm vlla sententia atque adeò iudicium vllum interuenerit. Nam nec eius præstationi post rem iudicatam locum esse palam est, siue pro eo sententia, cui delatum est, nihil enim ei iurare profuerit, siue contra eum, quia post rem iudicatam transigi nequit *l.65. §.1. de cond.ind.* Ergo nec iurari per *l.2.h.t.* Quod igitur præstari nequit, quorsum reuocetur. Sed pertinet ad id delatum à Iudice, vt post sententiam iuretur. Si scilicet postulante litigatore, vt Iudex deferat iuram. aduersario, ita pronunciauit. *Si reus intra tot dies iurauerit se 10. non debere eum absoluo*: Vel, *si actor iurauerit, intra tot dies, sibi 10. deberi, reum condemno.* Valet hæc sententia *l.11.C.de sent. & interl.* e Itaque licet iuxta eam iurare, e nisi

nisi reuocatum sit iusiur. Hoc verò reuocari nequit post sententiam, si vel ab eo appellatum non sit, vel sententia prior confirmata, quia rei iudicatæ standum [hic & infr. *cap.18.*] II. VT EADEM FORMA QVA DELATVM EST, id est, ET IISDEM VERBIS, f ac vt veteres conceptis verbis *l.3.§.vlt.l.4.l.5.* f Quamuis enim nihil in re, & ad periurium, & iudicium Dei interesit, sæpè tamen multum ad metum eius cui defertur. Quia superstitiosi plerique alij aliarum rerum metu & religione efficiuntur. g ET ITA EODEM; vt si cui delatum vt iuraret tractis sacris Scripturis, *Ipen.§.pen.h.t.* h Sed si turpis is vel superstitiosus pro i non delato est. i Quia conditio turpis in conuentionibus virtus non vitiatur.

NOTATA.

a a Quod vulgò ita accipiunt nisi is cui relatum est statim acceptauerit iurisiur. conditionem. Recepto enim iureiur. etsi necdum præstito, cessent pœnitere actori non licere, per *l.37.h.tit.* quasi nec conueniat rescindi quod semel placuerit. Idemque statuunt etsi is accepta conditione petat spatium deliberandi, quid ac quomodo iuret vid. *Sneiduin. in §.11. I. de act. num.78. & seqq. Mudæ. ibid. num.15. Cachéran. decis.8. Stiatic. obs. pract. cap.20. num.73. & seqq. Caroc. de iuram. decis.q.6 principali. Gilken ad l.11. Gth.n.1.* Vnde instruunt eum cui delatum est, vt mox seu in continenti acceptet conditionem, ne pœnitere possit qui detulit. Deinde recepto iureiur. petat tempus quo secum expendat, quomodo sibi iurandum sit, *iuxta l.34. pr.h.tit. Mudæ & Sneidiin. d.loc. Stiatic.d.cap.20.num.77. Ioan. Petr Processit.tit.31.n.39. Caroc.d.q.6 num.5. Beust.ad l.5. §.vlt. & l.seq.h.tit.num.1. ac 2.* Contra deferentem instruit *Zas.ad d.§.11.* vt commoneat aduersarium ne facilè iuret, sed accipiat terminum ad deliberandum. Ita enim interea erit facultas pœnitendi. Verum priorem cautelam grauiter exagita, *Oldend.cl.1. act.9. in defens.rei num.1.* volens cum parcissimè iuramentis vtendum sit, captandam potius omnem occasionem, vt pœniteat deferentem. b ita & *Donell. ad l.1.C.h.tit.num.8. ac ad l.11.num.3.* cui consentit ferè *Duar.ad h.tit.D.in Com.priorib. cap.13. & in post cap.4. fol.864. in fin.* Quia ideò fortè defert, ait, quod ita affectum videat, vt ex tempore non facilè sit peieraturus, postea vel suasu alterius, vel aliâ de causâ consilium mutare possit. Enim verò Dd. qui diss. vt lit. præced. declarant nisi nouas probationes nactus deferens, vbi & acceptatum iuramentum rectè reuocari volunt *Cacheran.d.decis.8. Moller.3.Semestr.3.num.10. Caroc.q.10 principali.Sneiduin.in d.§.11.num.81. Heig.parte 2.q.4.n.14.* Confer. *Iacob.Schult. obs forensis 51. Stiatic.d.cap.20.num.78.* Sed & ortis inimicitiis à delatione licitè recedi *Caroc. q.3. q.7. principalis.* Iure Sax. is cui delatum est, dilationem habet vsque ad proximum iudicium *Landr, lib. 2. art.10.* Intra quod tempus nisi iurer iuram. pro deserto vel neglecto ac si aduersarius id tunc recipere nolit, id pro præstito est; vt art. seq. *Sneiduin. in d.§.11. num.82.* & ita *Each. inter diff. Zobel.34 p.1.num.6.* iure hoc non posse actorem durante dilatione reuocare iusiur. per *d. artic.11. ac Reinhard. ibid.* Quod confirmari videtur ex *Nou. Elect. Saxon.14 parte 1.* Contra tamen nititur *Moller.3 Semest.3. & ad d.Nou.14.n.3.* c *& seqq.* quem de hoc consule. c Hanc Donelli interpretationem ceu diuinatoriam taxat *Gilken.ad d.l.11.n.1.* quia, ait, nulla de tempore certo in lege mentio. Putatque modo is cui defertur statim declaret quid iurare velit, non reuocari posse, nec si tempus adscriptum. Quod si initio recusauerit, amplius altero inuito non audiendum. Vbi verò tacuit ac deliberandi spatium petiit, tunc deferenti potestatem reuocandi esse. Atqui nec ita coarctare *d. l.11.* conuenit. Quare hæc *d.l.11.* sententia quod etsi accepta conditio ab aduersario iurisiur. simpliciter delati, reuocari possit. Confer. *Duar. prior. Com. h. tit. cap.13.* Enim vero etsi iusiurandum simpliciter delatum, nec protinus acceptatum, si interposito spatio iuret, aduersario præsente, is non audiendus si cauillari velit iusiurandum tenere. Debuerat enim in præsenti reluctari, per *cap.qui tacet de Reg.Iur.in 6. Gilken.in d. l.11.num.21.add. Caroc.q.6. principali.n.3.* Præstandum verò etiam conuentionale iuramentum, non nisi præsente aut d vocatâ parte, vid. *Tessaur. decis 86.* d Loquitur dict. *leg.9.* de iis quæ ante gesta & perfecta sunt. Probamus enim præterita, aut præsentia. Hîc agitur de eo quod deferenti placuit vt fieret in futurum *Don. ad d. leg.11. num.7. & 8.* vid. e *& Borch. h. tr.cap.6.num.5. & seqq.* e Eodem planè modo *Donell.ad dict. leg.11.nu.9. & seqq.* add. *Caroc.q.1.10.qu. principalis. Borch.de iureiuran.cap.6.num.14. & 2. seqq.* Ad id quod sententia sub conditione non valeat, R. *Sichard ad d.leg.11. num.4. & Gilken.ibid.num.5.* id obtinere in conditione extrinseca; vt si nauis ex Asia venerit, secus si extrinseca, quæ verè cognata rei; vt si probatum erit. Melius *Sarmient. v. Select. interpret.13.num.11.* Conditio *si iurauerit*, meri facti est, nec aliquid incertum continet, quod Iudicis sententiam post se exspectet. Longè aliud in conditione *si probauerit*, quæ non est meri facti, sed Iudicis sententiam exspectat, sine qua causa definita dici ac haberi nequit. f Concepris verbis est in formulam præscriptam ab eo qui præeundo adiurat iuraturos *Curt. lib.7. Plin.10. Epistol. ad Traian. Pollet.4.hist.fori 14.* Concipere verba est formulam certam constituere. Vnde conceptum iusiur. ὁρκωμοσία, vbi verba aliquis præibat, quæ iurans persequebatur. Vnde facilius cognitu si peieraret, & conscientia contraria, verba mutare vellet vt ex *Tacito 1. Annal. P. Greg.10. Synt 8. n.2.* Et præiurare dicebatur, qui verbis conceptis præibat, vti obiurare est iureiurando obstringere *P. Pith. 2. aduers. subsc. 8.* † *Rau.5. var.5.* sic: In deferendo iurei. deferens quomodo id præberi vellet exprimebat. Et interdum conceptò iurisiur. arbitrio iurantis relinquebatur, vt si per salutem suam specialiter eum iurare iuberet? Porerat enim ita Iupiter mihi iratus sit, ita mihi Deos velim propitios. Interdum & conceptis verbis iuratur, si deferens verba, quibus iurari vellet, præiret; interdum si simpliciter deferebat certa erat ac solennis formula Iouem lapidem iurandi, ita *Reuard.* g Propter vtilitem enim hominum nonnihil superstitioni indulgetur *Duar. in post. Com. h. tit. cap.4. fol.864. col.2.* Atque hoc est quod in *l.5. §.1. h. tit.* ei quod propria superstitione iuratum est standum. Vbi alios libros habere *non standum*, testatur *Forcat. dial.12. num.1.* vtrique lectioni sententiam veram accommodari posse putans. Planè etsi substantia requirat formalitatem verborum, facti tamen circumstantiæ super quibus iurator per relationem ad aliud exprimi possunt, vid. *Iacob. Schult. obs. forens. 2. num.11. & num.35. ac seq.* h de quo h ritu vid. *S. lib.21. cap.13. lit.B. & J. h. lib. cap.21. lit.Z.* vbi de ritibus quædam notabo. i Hinc Senatus Parisiensis i eum iurisiur. formulæ cerimoniæ superstitiosæ adscriberentur, à deferente, vt præsente Sacerdote infulis sacerdotalibus insignito, tædis ardentibus in æde sacra iuraretur, cerimoniis hisce reiectis, satis esse iudicauit, si inuocato Dei Numine, & tacto sacro Codice, iurraretur *Robert. 1. rer. iudic.* Et hîc iudici moderandæ formulæ facultas, siue superstitio admixta siue maior solennitas exigatur, quam rei quantitas paritur, per *l.34. §.5. hoc tit. vid. Menoch. arbit. cap.189. Stiatic. obs. pract. cap.20. numer.66. & seq. Anton. Fab. Cod. suo h. tit. definit.10.* Vbi autem simpliciter & sine solennitate delatum est, simpliciter quoque iurari satis est, *Ant. Fab.d. loc.defin.16.* In dubio quoque videtur iuxta formam delatam præstiturum iusiurandum cum solennitas intrinseca facilè præsumatur, *l.30.* vbi Dd. *de V.O. Anton. Fab. d.loc. defin.25. num.3.* Confer. *Tessaur. decis.47. num.18.* sed etsi contra formam delatam iuratum, si aduersarius, non obiiciat nec de eo conqueratur iusiur. valet, delata solennitas tacitè remissa videtur, *idem Fab. d. def.25. num.7. & def.34.*

CAPVT XV.

Exceptio Iurisiurandi.

IVSIVRANDVM præstitum SERVAT PRÆTOR, DVM, SI REVS IVRAVERIT, DAT. EXCEPTIONEM *l.9. §.1. h.t. §. æquè 4. I. de exc.* vel actionem contra eum denegando *l.7.h.t.* Et hoc quidem quando actor fatetur, illud quando ambigitur an ex delatione iuratum sit *d. l.9. pr.* a Ideoque hæc non sunt contraria, sed diuersis temporibus singula per se consistunt. Nec obstat, quod in verbis edicti *d.l.7.* nulla exceptionis mentio? R. n. Vel quia non integrè referuntur, nam de actione verbum vllum edicti habemus, quam tamen inde esse constat. Vel (& melius, quia pars illa edicti, quæ de reo integra videtur,) quia non simpliciter negatur actio, *sed eius rei de qua iusiurandum datum sit.* Hoc præstat etiam qui dat actionem additâ exceptione, *nisi de ea re iuratum fuerit.* In

hunc enim casum qui excipitur non datur actio. QVIBVS DATVR hæc exceptio vel in quos actio non datur, DVO SVNT: IPSE QVI IVRAVIT ET AD QVEM EA RES PERTINET *d.l.7.* id est, cuius est commodum & incommodum eius litis, de qua iuratum est. Planiùs, si eâdem actione conueniri potest. QVORVM QVATVOR SVNT GENERA. 1. HEREDES *d.l.7.d.l.70. §.vlt.de V.S. l.19. §.pen.de ad.ed.* Ratio euidens 2. SVCCESSORES IN REM *l.8. h.t.l.28. C.de euict.* Obi. *d.l.70.§.vlt.de V.S.* R. verbis *ad quem res pertinet*, continentur successores vniuersi iuris *d. §. vlt.* semper scilicet & sine dubio. b Successores autem singulares, non semper, vt de his non possit quidquid generaliter definiri. In quo hæc regula sit: Aut res quâ de agitur, designata his verbis, *ad quem ea res pertinet*, ad successorem singularem pertinere potest, & verba legis & edicti hunc indubiè continent, vt hîc *ea res* demonstret aut rem petitam aut litem de qua iuratum est. Vtrumque verò transire potest ad successorem vnius rei. Aut non potest, & soli continentur heredes: vt cum actio redhibitoria datur emptori, & ad quos ea res pertinet. Hîc *ea res* emptio, seu obligempti, eiusque quod inde præstandum petitio. In hanc obligationem & actionem non succedit nisi heres. Ergo *ad l.19.§.pen.de ad.ed.* Obii. At quomodo per liberam personam alteri quæritur exceptio. R. Quia non rectà & principaliter in eum confertur, quod ius vetat *l.1.C.per quas pers.* sed quæsita prius iuranti in eum transit. 3. ACCESSIONES, ET FIDEIVSSORES *l.28.§.1.h.t.* mandatores & constitutæ pecuniæ rei, arg. *l.vlt.C.de Const. pec.* Quia duriùs quàm principalis non obligantur, & hæc rei vel causæ exceptio est. Ergo per *l.7.de exc.l.32.de fidei.* si modo de re iuratum, non de persona *d.§.1.* id est, si iurauit non deberi quod petebatur. Non si defensione personæ propria vsus. Ex.gr. pupillus fideiussorem dedit. Si iurauit se nihil promisisse fideiussori exceptio est, sin de eo iurauit, quòd sine tutoris auctoritate promiserit, c secus, quæ summa *l.vlt.pr.h.t.* c Item de peculio aut in rem verso conuentus arg. *l.19.§.1.l.20.de pact.* & duo promittendi rei *l.28. §.3.h.t.* 4. Denique PRINCIPALIS, VBI ALIVS ex persona vel nomine eius conuentus IVRAVIT, eum non debere. Hinc iusiur. fideiussoris prodest reo, quando non de persona sua iurauit se non fideiussisse, sed de re, nihil debere principalem, eoque nec se teneri *d.l.28.§.1.l.vlt.§.1.h.* d Obi. Atque hîc fideiussor iurans alteri, nempe principalem non debere, non acquirit sibi prius exc. quæ deinde ex eius persona in reum transeat. Sed illi statim except. acquirit. Hoc autem contra regulam est, quæ per extraneum rectè acquiri vetat. Vnde & pactum fideiussoris reo non prodest *l.23.de pact.* R. est *in d.§.1.* Iusiurandum hoc est pro solutione: Instas. Est quidem si valet. At de hoc ipso quæstio an valeat, contra d. Regulam ? R. si pro solutione est, apparet, quod fideiussor iurando id agat, vt reus eo, veluti solutione, liberetur. Siue iam isto modo admittitur iusiur. siue non, sibi iurat, quia per consequentiam liberato principali, liberatur. Aliter namque exc. sibi acquirere non potest, quam si iuret reum non debere, vbi se fideiussisse fatetur. Quare vel ideò recipiendum iusiur. vt acquirat sibi exc. postquam aliter acquirere non potest. Alia pacti ratio *d. l.23.* quia parisci potest fideiussor ne à se solo petatur. Et ita non interest eius liberari principalem *d.l.23.* Hic verò interest vt & ipse per consequentiam liberari possit.
e e Sic & patris de peculio cõuenti iusiur. prodest filio *l.26.§.1.h.* quia & illius oblig. accessoria est, quamuis nec eius pactum filio prosit, ex eadem ratione. Itemque iusiur. procuratoris domino prodest *l.9. §.pen.* f Etsi enim eius nihil quicquam interfit, cum iurare f non compellatur *l.34.§.3.h.t.l.4. de in lit.iur.* tamen pro domino est. Vnde & pactum eius domino prodest, vt supr. *lib.22.cap.4.lit.C.* Et dum iurat dominum non debere. (Nam se non debere iurando nihil ageret, quia de eo non agitur) cuius personam sustinet, videtur de seipso iurare, non de altero. Eadem defensoris, qui mandato caret, ratio *d.l.9.§.pen.l.vlt.§.pen. h.t.* Quia & hic si iudicium accepit, aut in eam causam satisdedit Domini loco *l.76.D.l.23. C.de procur.* Aliorum verò iusiurandum nobis non prodest, vt si creditor amico debitoris, qui nec procurator nec defensor, extra iudicium detulerit. Quia hic alteri iurat, nec eius interest à reo non peti. Seruisanè & filiisfam. domino & patri prodest *l.23. & 2.seqq.h.t.* quia per eos acquiritur supr. *lib.9.cap.6. & lib.12. cap.17.* ADVERSVS QVOS detur exceptio hæc, vel quibus negetur actio, docent verba edicti: *Eius rei de qua iusiur. delatum*, id est, OMNES QVI DE EA RE AGENT, siue hi detulerint siue alius, modò rectè delatum sit. Quare si delatum, cui ius deferendi, veluti procurator, tutor, &c. *in casibus qui supr.cap.12.lit.E.&c.* repellentur postea agentes, alij, vt pupillus *l.35.pr.h.t.* heredes *l.9.§.vlt.h.* tum quibus actio cessa est, per *l.qui in ius de R.I.* & alter ex duob. stipulandi reis *l.28.pr.h.* g Et in popularibus omnes ciues, si vnus bonâ fide exegerit *l.30.§.3.h.tit.l.3.de pop.act.* Verum in actione in rem si possessor iurauit id alij petitori, iure suo proprio vindicanti, non obest *l.9.§.vlt.l.10.l.11.in fin.hoc tit.& t. C.Res int.al.act.* Nam hic non agi de ea re de qua delatum est iusiur. Siue qui detulit de suo tantùm dominio transegit, vt liquet, siue de omnium aliorum, quia non rectè detulit, aduersus alios & hactenus pro non delato est. h Vbi verò non rectè delatum est, vt à pupillo sine tutore, vti deferenti ipsi non nocet, minus oberit alij ex eius persona, vel communi obligatione, agenti. Eadem autem res hîc non eadem actio, sed quæstio iureiurando decisa *l.28.§.4.hoc tit.* Rectè igitur idem Stichus vel fundus petitur citra metum huius exceptionis, si hæc quæstio non moueatur, id est, si ob aliam causam agatur vt *l.28.§.4.hoc tit.* Causa enim quæstionem eandem vel diuersam facit *l.36.hoc tit.* Contra quæstio eadem moueri potest, etsi actio diuersa, vt si qui antea mandati egit, postea conditione certi ex eadem causa *d.l.28.§.4.6.7.8.* i Sed i etsi de alia re agi videatur, si ex eadem causa, exceptio obstat. Vt si his quo deferente iurauit reus se liberum non esse, postea perat operas vel contra tab. bon. possess. *dict.l.30.§.pen.* Aut si qui de oblig. principali detulit iusiur. agat de pignore vel pœnam petat *l.40.h.tit.*

NOTATA.

a Ita *Duar.prior.comm.ad h.t. cap.17. & in poster. cap.4, fol.866. Cuiac.ad l.3.C.hoc tit. Hot.ad §. aquè 4. I.de except. Vult. in §.item si 11.ipsi 10.I.de act.num.16.& ad tit. I. de except.num.25.* Nam nec in except. iurisiur. aliud quæritur, quàm an iuratum sit *l.5. §.2. l.9. §.1.h.tit.* Quorsum igitur exceptio daretur, aut formulæ subderetur, ex qua iudex datus cognosceret, vbi de facto nulla contentio, sed ex iure certo lis omnis protinus dirimi à Prætore posset. Enimverò, quod *Borch. cap.8. num.8.* (ex quo, vt reliqua transcripsit, *Serser lib.4. cap.7.num.12.*) ita arguit: Iusiur. vim solutionis habet vt *?.cap.17.lit.V.* Ergo necesse est, vt si constet iuratum esse denegetur actio, tanquam omni obligatione extincta: Fallax illatio est, tametsi ei multum tribuat *Hering. de fideiuss. cap.20.§.2.* contendens iureiur. omnem etiam ciuilem obligationem perimi atque extingui. Quæ & opinio *Vulteii.disceptcap.7.pag.73.in fin.ac Borch.cap.3.num.17.& seqq.* Petitnde enim inferre licet: Transactionis & iudicij instar habet, *d.cap.17 lit.X.* Ergo oblig. solum per except. tollit, vel iure prætorio. Quod verius est, tam quia *§.4.I.de exc.* aperè

aperte dicitur obligatum permanere, tum quia vis iurisiur. quâ act. & except. parit, ex prætoris dicto est *l.7.h.t.§.11.I.de act.* Eius autem potestas non est, vt ciuilem oblig. ipso iure perimat. Denique quia *l.95. §.4. de solut.* adiungitur pacto ac dicitur naturalis oblig. ipso iure tolli iureiur. Quo ipso ciuilem remanere innuitur. *P.Fab.Semestr.16 p.259.* Quin ex eo ipso quod denegari dicitur actio, iure eam competere satis constat. Ita igitur est, semper opponenda fuit conuento priori act. iurisiur. exceptio in iure, apud prætorem. Verum si ei exceptioni non contradiceret actor, non erat de quo iudicium constitueretur sub exceptione, sed quia nulla amplius lis prætor. act. denegabat, quia nec de iure aperto controuerti poterat, ac quæstiones iuris apud ipsum prætorem, non apud recuperatores, dirimebantur. Iunge not. ?. *lib.22. c.8.lit.I.pag.947.* Et hæc fusiùs ac scitè comprobat amicus noster *Ilico Vmmius disput. proceff.8. th.6. n.43.* quia num obligat, iure constitat, vel sublata, non ex negatione actoris vel probatione rei, quæ substantiam non afficit, pendet. Veluti solutio ipso iure tollit oblig. Etsi obiectam à reo diffiteatur actor, non eò magis efficiet vt actio ipsius reuiuiscat, quæ probatione denuò perimatur. Quin solutionis, quæ dicitur, exceptio vera non est, sed intentioni, non actioni, opposita, vt suo loco. Quod de iurisiur. except. rectè dici nequit. Etsi ea vulgò statuatur exceptio litis finitæ, eius ingressum impediens vid. *Caroc. de iuram. deciss. quæst.1.9.q.principalis. Beust.ad l.9.pr.h.t.n.22.& seq. & not.?.d.cap.8.lit.I.* Quam non opposita si ex actis de eâ appareat per iudicem supleri vult *Carot d.loc.* de quo vid. *Beust.ad l.9.§.2.h.t. n.23.* b *ac seqq.* b Et *d.l.70.* vt epigraphe probat iunct. aliis ll. ex eo libro, referenda ad cautionem de rato aliasque stipulationes prætorias, vt Cuiac. & Gœdd. ibid. Ast Donello ferè conuenit Alciat. ibid. spectandum volens ob quam causam hæc verba adiecta, vt pro subiecta materia diuersam recipiant c interpretationem, &c. c Et ita aut super contractu iuratum, an respectu personæ, quod pupillus sine tutore, &c. distinguit *Caroc.q.2.14.q.principalis* vbi *n.3.* extendit ad fideiussor. animo donandi. Ac fusè hoc explicat *Duar.in post.com. h.t.c.4.fol.866.add.Borch.add.n.10.& seqq.* Non interest an formula iurisiur. in personam pupilli concepta, an in rem, etsi referre videri poterat, vnde ratio dub. in *d. l.vlt. vt Goth. ibid.* Planè *d.l.vlt.pr.* bis habentur hæc verba *vt ab omni conditione discederetur.* Vbi *P.Fab.2.Semest.16.p.259.* reponit, *contentione* itaque se excusum in libro vetustiori reperisse testatur. Quomodo & emendat *Hot.4.obs.15.arg.l.43. de cond.indeb.* Eum notat *P.Fab.3.Semest.24.p.392.* Quod sibi correctionis alienæ laudem falsò adscribat. Quæ vix tamen laus dicenda, sicuti & quod idem *P.Fab.d.c.16.* pro *pactione* in d.pr. substituit *exceptione*, quod ipsi per se iurisiur. vires ad obligat. tollendam nullæ sint. Ast immò de natural. obligatione tollenda ibi agitur, quam ipsum per se iusiur. extinguit. *l.95.§.4.de solut.* Ac per *conditionem* formula iurisiur. quam ea voce notari fatetur, vt *l.26.§.vlt.l.34.§.7.l.39. h.t.* commodè accipi potest ita: si conuenit ac id actum vt discederetur ab omni conditione, id est, vnico iureiur. pupilli contentus sit creditor, neque aliam *conditionem* seu concd ceptionem nouam iurisiur. præscribat ipsi fideiussori. d Vbi corrupta Haloandrina neg. demptâ lectio vid. *Ant. Augustin. 4. Emend.17.p.216.* Et ita *Caroc.q.31.14.q.principalis.* prodesse reo, siue in rem iuratum siue simpliciter. Secus si in personam nominatim. e Adhæc maior vis iurisiur. quàm pacti, e vt rectè *Duar.in prior. comm. h. t. cap.16. A.Fab. ad d.l.23. Bronch.1.misc.aff.56.* Quod malè negat *Cuiac.22.obs?.* cuius rationes alienæ. planè ac impertinentes, cum pleræque sint ex iureiur. extra litem in conuentionibus petitæ. Malè idem huc accommodat illud: DEVM non facere diserimen inter iusiur. & sermonem nudum, Quod axioma ita acceptũ quasi dicat: Non maior vis est, etiam apud Deum, iurisiur. nec grauius quis delinquit peierando quàm mentiendo, falsiss. est & pernicios iss. ac absurdiss. Sed ad rem Iurisiur. maiorem vim habet re iudicatâ *l.2.h.t.* Quod de pacto vtique non dicitur. Et vt *A.Fab.d.l.* pactum non afficit substantiam obligationis, sed tantum efficaciam actionis, quia adhuc agi potest contra præsentem, licet inutiliter. Ergo non potest cedere loco solutionis *l.54.de solut.* Certè Cuiacij ratio *d cap.7.* quod inde alia ratio pacti sit, quia delato iureiur. fideiussor, iurer se soluisse. Pactum autem nullam solutionem interuenisse ponit, adæquata non est. Nam & idem ius est si se dare non oportere iurauit *l.vltim. §.1. h. t.* Sed & rectè *Duar.ac Bronch.d.loc. Seraphin.prin.iuram.81.* refellunt eos qui inde quod iusiur. pro solutione, inferunt fideiussorem act. mandati posse repetere à principali se iurauit, perinde ac si soluisset. Nam immò ad regressum huius vera solutio necessaria. Tametsi *Caroc.q.3.14.q.principalis n.2.* dist. vt non sit repetitio contra reum, quando iurauit fideiussor se non teneri. Secus vbi præcisè se soluisse. Quæ dist. num vera sit ambigo. f Hoc ita si ipsi procuratori delatum est vt is iuraret. f Nam si domino detulit creditor, alius eius nomine iurare nequit vt ?. *cap.22. lit.B.* Etsi verò procur. quilibet deferre nequeat iusiurand. vt ? *cap.13.lit.F.* quilibet tamen suscipere & præstare potest, quia alia delationis ratio. Defert non nisi cui ius est *d.cap.13.* recipere etiam minus idoneus potest *l.26 h.t.* quia is qui exegit iusiurandum eo contentus fuit. g Quia habentur loco vnius propter vnitatem obligag tionis *Duaren.in prior.comm.h.t.cap.19.* Vnde & pactum vnius alteri nocet, si socij non sint *l.27 pr.de pact. vt ?.lib.16. c.25.lit.B.* vbi notaui. Etsi *Cuiac.d.l.27.* diss. vt & *22.obs?.7.* rationem differ. reddens, quod hîc debitor cui vnus reus detulit, iuret se soluisse. Pacto autem interposito, ait, nihil tale dicit, sed quod inter eum ac stipulatorem in confesso est dari oportere id creditor remittit. Quæ eius liberalitas alteri reo stipulandi obesse nequit. De suo enim quisque largiri debet, non de alieno. Ita Cuiacius. Sed fallitur 1. quia idem est, siue iuret se soluisse siue se non teneri, nunquam obligatum esse argum. *l.vlt. §.1. h. tit.2.* Pacti quoque frequens formula non teneri reum *l.40 pr. de pact.* ac sæpè ex abundanti qui verè non tenetur insuper pacto sibi prospicit, ne vexetur calumniosam fortè litem, vbi nulla liberalitas vel remissio. Nam *l.1.de transf.* non indefinitè de quouis pacto, sed restrictè loquitur. † Sed nec *d.l.28.pr.* ad reos socios restringenda, vt quidam quos refellit *Caroc.q.1. 14.q.principalis nu.1.* quia, inquit, omnium correorum eadem ratio, cum iusiur. habeat vim litis contestationis, quæ facta ab vno alteri nocet *l.16.de duob.reis.* h Bellissimè. Confer. *Caroc.q.14.principali.Pinel.in l.1.C.de bo.matern.p.3.n.50.p.293.ac seq. l.13. §.2.h.t.Duar.in prior.comm.h.t.c.18.& in poster.c.4.fol.866. & seqq.* Qui hoc plurib. declarat vt *& Borch.c.8.n.16.& seq.*

CAPVT XVI.

Actio ex iureiurando.

SI ACTOR IVRAVIT, prætor DAT ACTIONEM *l.9.§.1.l.28.§.vlt.h.t.§.11.I.de act.* a VBI DICENDVM I. QVALIS SIT. Modò vetus dari legitur *l.13.§.3.& 5.* modò vtilis *l.11.§.vlt.l.29.* modò in factum *d.l.11.§.1.D.l.8.C.h.t.* Vna verò hic actio, non plures distinctæ: in personam per *d.§.11. I. de act.* Ex IVREIVRANDO, & ita ex contractu, quia & hîc contrahitur *l.5. §.1. de pecul.l.25.l.26.§.vlt.h.tit.* b etsi in b reali actione iuratum sit. Nam *in d. §.11.* exemplum non restringit. Ac etsi cum quis dicit rem suam esse, quia iurauit, hæc intentio videatur actionis, in rem, tamen in personam agit, quia propter iusiurandum: Quod clarè inde probatur quod non agit contra quemuis possessorem, *l.9.§.vlt.l.10.h.* Dicitur in factum, vti præscriptis verbis actiones, quæ vel nomine vulgari carent, vel non certũ habent, eò quòd dubium sit quâ ex causâ & negocio agatur *l.1.de æst.act.* Qualis hęc: Nam etsi iusiur. certæ rei nomen, tamen ambigi potest, vtrum ex veteri causa, iureiur. probatâ, an nouâ agatur. c Sed præter hanc etiam vetus actio c hîc est, vt si quis iurauit se pignori dedisse, pigneratitiâ agit *l.13.§.2.& 5.* si rem suam esse, Publicianâ *l.7. §.7.de publ.in rem* quia iusiur. loco iustæ probationis *l.5.§.2.l.11.§.vlt.h.t.* Sed vtilis *d.§.vlt. & l.13.§.5.h.t.* nõ directa. Verbis enim legis non datur ex empto actio, nisi ei qui emit. Non autẽ continuò emit, qui se emisse iurauit. Vnde apparet vna hac causa eam niti quod iuratum sit. Proinde verbo vetus dicitur, Reuera noua est, nata ex solo iureiurando. d Nam vetus quidem causa ab initio obtenditur, cum ad existimationem actoris faciat. Reuerâ autem eam omittit, qui ideò se agere dicit, quia iurauit, & in hac causa solum consistit *l.30.in fi.pr.h.t.* Sed & quod re eadem sit actio probatur. 1. Et qui iurauit rem suam esse datur actio in factum *l.11.pr.* eidem vtilis *d.l.11.§.vlt.* 2. Quæ vtiles actiones, eædem in factum *§.vlt.I.de l.Aq.l.11.de prescr. verb.* Et vt omnes vtilis ex iureiur. est in factum, ex dicis ita

ctis ita omnis in factum vtilis, si cum vetere de qua iuratum est, cõferatur. Nec nouum vt quæ actio prætoria directa dici potest, si verba edicti spectentur, ea
e dicatur vtilis, si ad act. ciuilem reuocetur. e Malè verò *Accurs. & alij ad* §.11. *I. de act. & l.*8. *C. h.t.* vtilem dari, cum quis certâ causâ adiectâ iurauit, ex.g. se emisse: in factum verò si simpliciter sibi deberi, non adiectâ causâ. f Nam immò ex eadem causa qua actio
f in factum *l.*11. *pr.* ex eâ vtilis *d. l.*11. §. *vlt.* Quid quod ex conditione delatâ iurãdum vt *s. cap.*14. Nemo verò debitor ita stupidus vt non deferat cum causâ. Et vt detulerit, nil iuuabit iurantem tale iuramentum, qui neque de certa causa iurauit, vt apparet, neque de omnibus, quia res petita non ex omnibus deberi potuit, sed certis *Fac. l.*25. *§. vlt. de prob. l.*13. *C. de non num. pecun.* g II. QVIBVS ET ADVERSVS QVOS?
g h Actori qui iurauerit *l.*8. *C. h.t.* §. 11. *I. de act.* h Contra eum qui detulit iusiurandum, ac qui in eius locũ successerunt *l.*9. *§. vl. l.*10. *l.*11. §. 1. *& vlt. in fin. h.t.* Itemque ei qui detulit, aduersus eum, qui iurauit, quoties ex causa iuratum est, ex qua vtrique mutuæ actiones. Exempla in *l.*13. §. 3. 4. 5. *h.t.* Jdque præter verba edicti, ex æquitate, vt quod quis in alterius persona æquũ esse credit, in suâ quoque valere patiatur *l.*1. *Quod quis*
k *iur.* k Sed etsi qui iurauerit ex iurei. nolit agere, aduersario vtrò in his caussis inde actio videtur. Quia iuriiur. præter religionem, conuentio ineſt *l.*25. *l.*26. *§. vlt. h.* III. QVAMDIV PERPETVA EST, etsi ex temporariâ actione iuratũ *l.*9. §. 3. *h.*
l Vbi ratio hæc. Lite contestatâ perpetuatur actio. Jusiur. habet vim iudicij & litis contestatæ. Ergo vera quidem; sed certior ista, quia ex contractu datur, ex quâ illa pender. Ideò enim lite cõtestatâ perpetuatur, quia iudicio contrahitur. Jdeò iusiur. instar litis contestatæ est, quia iureiur. contrahitur. Et ad dubia expedienda aptior; vt cum quæritur an si extra iudicium de act. temporariâ iuratum, actio hæc perpetua: Malè hoc quidam negant, quod ratio *d. §.* 3. locum tantum habeat in iudiciali iuramento: Nam & falsum hoc *l.*8. *C. h.t.* & licet verum esset, tamen ex aliâ ratione hæc quoque perpetua, quia ex contractu. Sic cum quæritur, an si in actione de dolo iuratum, ex iureiur. actio itidem biennio concludatur, hoc negandũ est, per rationem. Nam etsi hîc litis contestatio nullam nouam act. acquirat, quæ non ipsa biennio excludatur *l. vlt. C. de dolo.* tamen ibi post biennium extinguitur iudicium cœptum, vt iam nec iudicari res possit, nec iudicati actio acquiri: Hæc autem actio verè ex contractu, & eo quidẽ qui sine vllo dolo malo processit. Equidem litis contestatione quoque contrahitur, sed sub conditione, vt præstet reus si iudicatus erit. Vbi non iudicatur, vt *d. l. vlt.* deficiente conditione, nulla obligatio. Hic statim nascitur actio, nec nata semel ex euentu auferri potest. Ideò iusiurand. simile rei iudicatæ *l.*2. *h.t.* At si de dolo intra biennium iudicatum, act. iudicati perpetuam esse certum est, *l.*6. *§. vlt. de re iudic.* IV. QVÆ EIVS VIS, de quo *l.*8. *C. h.t.* cum
m dicitur competere ad similitudinem iudicati m cui actioni reipsa similis. CONSISTIT AVTEM IN DVOBVS. I. IN REBVS quas per hanc consequeretur act. Res principales omnes quas vetere & directâ cõsequitur, si verum esse constaret quod iuratum est *l.*11. *§. vlt. l.*13. §. 13. *h.t.* & accessiones, fructus, fœtus, partus *d. l.*11. §. 1. vbi etsi exemplum act. realis, tamen quæ subiicit Vlpianus *d. §.* 1. *in fin.* ad omnem causſam pertinent. Et prob. *l.*31. *princ. de rebus credit. iunct. l.*9. §. 3. *l.*26. *§. vlt. h. tit.* Exceptæ actiones quæ inficiando crescũt *l.*30. *princ. h.* vbi rationes duæ: Prioris in *vers. abundè*, vis hæc: Si ex lege Aquilia ageret, pro commodo dupli oneraretur probatione. Hîc eâ exoneratur. Ergo hoc commodo contentus sit. Aliàs duo commoda auferret, cum in directâ vnum sit. Posterioris in *vers. & potest* hæc: Quia hîc agitur id vt iusiurandum conseruetur, ideò non debet plus peri quàm in iusiurandum deductum est argum. *l.*18. *comm. diu.* At qui iurat sibi ad 10. damnum datum esse, non amplius complectitur iureiurãdo quàm 10. Ergo. n Nec n
quid amplius hic consequi licet, quàm si directâ ageretur. Vnde quo iure & conditione illic præstaretur, eadem & hîc vid. *l.*11. *§.*2. *l.*13. *§.* 5. *hoc tit.* o Enimuerò effectus iudicati iureiurando in rebus persecutionis nostræ vnde aliquid ad nos redit. Quod si extra eam aliquid sententia contineat, id iuriiurando o
non tribuitur. Ex.gr. Quem iuraui, eo dem deferente, mihi furtum feciſſe infamis non fit, quia ad hoc sententia requiritur vid. *s. lib.*18. *cap.*8. *lit. S.* Hîc autem sententia non in causſa furti, sed iusiurandi lata. p Sanè si instituto famoso iudicio iurauerim & inde reus damnetur, infamis fiet, *l.*9. §. 2. *hoc tit.* II. IN CERTITVDINE EX EXSECVTIONE ACTIONIS. Quæ hîc eadem vt in iudicato. Nam, vt hîc quæritur tantum an iudicatum sit, ita ibi an iuratum vel iusiurandum remissum *l.*5. *§.*2. *l.*9. *§.*1. *h. l.*56. *de re iudic.* Et hîc quod dandum tempus quod iudicatis indultum, arg. *l.*21. *de iud.* r

NOTATA.

a Etsi enim caput istud edicti non exstet, dubium tamen a
non est, quin de eo Prætor ediderit, vt colligitur ex *dd. ll. item l. pr.*30. *D. l.*8. *Cod. hoc tit. Duar. in prior. comm. h. t. cap.*20. *& in poster. cap.*5. *Oldend. cl.*1. *act.*9. *q.*1. Ac immeritò Zasium dubitare num iureiur. extraiudiciali detur hæc actio, cum de eo diserte loquatur *d. l.*28. *§. vlt.* scribit *Muda. ad* §.11. *I de act. num.*2. Et tamen cum Zasio hanc act. ex voluntario iurei. negat *Vult. vt not.* j. *cap.*18. *lit. F. & Borch. de iureiur. cap.*8. *num.*30. *& seqq.* Cum contra Donell. act. hanc ex solo extraiudiciali dari sentiat vt j. *d. lit. E.* b Ve- b
rum hoc refelli s. *in not. lib.*12. *cap.*14. *lit. F.* Nam si verè conuentio ac contractus ineſſet iurisiur. actio ciuilis daretur. Respondet sanè ad hoc *Donell. ad* §.11. *I. de act. num.*3. ideò prætoriam act. dari, quia non expressa hîc nec omnibus cognita conuentio, verùm eam ineſſe prætor interpretatus est. Atqui ex hoc ipso arguo, si ex interpretatione illa, vtique non vera, sed tacita qualis in quasi contractibus. Quomodo *Beust. in l.*2. *h. tit. num.*24. Non est, ait, hæc actio ex transact. nuda, tum quia hîc quasi contractus adest, tum quia deferens videtur se aduersarij debitorem confiteri si
c iuret *l.*26. *in fin. h.t.* c *Vultei disc. schol. cap.*7. *p.*72. in factum dici, quod in eâ quæratur magis quod ritè quàm quod rectè factum, iuratúmne sit, non an verè vel falsò. In factum; non tantum quia in factum concepta, quæ generalis actionum in factum natura, sed & quod in ea tantum quæratur de facto; an nempè iuratum sit siue verè siue falsò, d d
Hoc displicet *Vulteio disc. schol. cap.*7. *pag.*73. *col.*2. quia indignum Iurisconsultorum prudentiâ nominari act. ex empto exempli gratia quæ verè non sit. Verba enim propter res inuenta, nec alias quàm quæ illis denotantur accipimus. Ipsius autem *Vult.* hæc sententia *d. cap.*7. *& ad* §.11. *I. de act. num.*13. *ac seq.* 1. Putat edictum prætoris ad controuersias solum quæ in ius deductæ pertinere vid. *not. j. cap.*18. *lit. A.* Hinc dist. Aut in iure apud prætorem præstitum iusiur. & quia iudicium nondum constitutum proinde actio nondum data nouari nequit, veterem act. dari, cum eiusdem causſa non sublata sit: De hoc iureiur. loqui *l.*13. §. 3. *&* 5. *hoc tit.* Aut in iudicio, atque hîc priori prorsus exstincta dari act. in factum, vtilem iudicati *l.*11. *pr. D. l.*8. *C. h.t.* Nam cum ad similitud. iudicati detur, exemplo iudicati priorem act. nouari censet, vt sublata veteri causſa vna ea superst, quia iuratum est argum. *l.*13. *§. etiam* 4. *de pign.* Atqui hanc vtilem act. esse, non tam quia iusiur. vicem rei iudic. obtinet, quàm quia actio iudicati directa datur ex sententia, à iudice in iuuitum lata. Sententia autem ex iureiur. ad voluntatis partium placitum *l.*6. *C. h. t.* seu petitionem *l. pen. §. sive* 3. *C. eod.* Idem ad *d.* §.11. *num.*4. Necessariam hoc casu prætoriam act. esse, quia iureiur. omnis obligatio sublata, etiam ciuilis, cum perinde atque solutio liberet *l.*27. *h. tit.* Nec longè abludit *Borch. cap.*8. *num.*36. *& seqq.* qui itidem *num.*45. act. priorem nouari scribit. † Quorum
sanè

sanè opinationi consequens est ne quidem si causſæ iurisiur. non innitatur actor, sed aliundè fidem actoris suæ facturus, eam superesse. Quod perquam mihi incongruum ac incommodum videtur. Pone enim qui verè emit cum de eo contentio incideret, se emisse, aut qui vere dominus rem suam esse iurauit; firmiores postea probationes nact act. ex empto, vel rei vindicationem intentat dissimulato eo, quòd prius iurauerit, aut vt non dissimulet, in eo intentionem suam non fundat, confidens aliis probationibus, magisque existimationi se consulere ratus si veris probationibus ostendat se emisse, dominúmve suum doceat, quàm si fictæ huic veluti præsumptæ probationi innitatur. Quid est quod eum remouere possit. Anne dicet reus: Aſt tu prius iurasti, itaque action. veterem nouatione facta amisisti: Improbus erit, qui hoc obiiciet, eo ipso ostendens temerè se litem subire, qui vel ideò quia iuratum, actoris petitioni satisfacere debeat. Confer. *c. seq. in fin.* Quid quod nec iudicato fit nouatio nisi quatenus actori expedit, cum lite contestatâ eius deterior conditio non fiat vt suo loco. Atque id quoque cõtrouersum, num præter act. iudicati, actio vetus non superst. Et rectè tamen Don. vt *c. seq. lit. T.* iureiur. nec fieri nouationem. Certè id firmandæ priori oblig. si quæ prior adest, accedit adiuuandæque. Qui igitur eandem perimet? Noxium id sæpè foret actori, cum quandoque ex iureiur. actio non tantumdem planè quantum prior persequatur, vt j. *h. c. lit. N.* præcipuè autem quia si actio in rem prius competiit, actio ex iureiur. non datur contra alium possessorem. Pluresque causſæ incidere possunt cur expediat, nouâ hac relictâ, veterem priorem intentare. Fallax denique, nec vno modo vitiosa argum. illa quod iureiur. omnis obligatio tollatur, quia id solutionis loco sit. Nam & hoc solùm obtinet in iureiurando debitoris cui creditor detulit *vt c. seq. lit. V.* Quis enim aut quàm aptè dicet solutum creditori aut satisfactum videri, cui non modo nihil præstitit debitor, sed eum insuper hoc onere iurandi grauauit. Et tamen nec illic oblig. ciuilis exstinguitur, vt firmaui *c. præced. lit. A.* Denique ll. à Vulteio adductæ quaſque sibi obiicit species habent quibus actor causſæ huic quod iurauerit præcipuè innititur. Ac refellitur Vulteius *ex l.*30. *pr. h.t. vt j. lit. N.* Enimuerò si probandum esset quod Donell. eandem vult esse actionem, quæ modò in factum dicitur modo vtilis, modò ex eâ causſâ de quâ iuratum est, cum magis tamen statuam duplex hic remedium proditum esse, vt verum exercere malit, actori liceat *Oldendorp. classſ.* 1. *act.*9. *in dasin. remed. num.*1. nisi ex causſa contractus innominati iuretur ex quo ipso non alia quàm præscriptis verbis vel in factum actio *Old. ibid. Gilk ad l.*8. *C. h.t. n.*3. Aſt hoc minus probandum foret, quod vbi in reali actione iuratum, eadem in personam fit. Quin potiùs vtilis ea vindicatio seu Publiciana, petitióve hereditatis, vt *Goth. ad l.*11. *§. vlt. h.t. Rulant. de commiſſar. p.*3. *lib.*7. *cap.*9. *num.*16. *Muda. in* §.11. *I. de act. num.*24. Nam & *d. l.*7. *§.*7. *de publ.* nimis clarè dicit; *Competit Publiciana mihi.* Etsi enim innitatur ei causſæ quod iuratum fit, tamen ea adducitur, non ceu immediata, sed ceu mediata causſa petitionis, sicuti & aliàs vindicatio expressa vel adiecta causſa intentari potest; ex. gr. Rem istam meam esse aio, quia ex emptione traditam accepi. Nec obstat quod non contra quemuis possessorem datur. Nam id contingit ex defectu probationis, quæ contra alium non suppetit. Planè quod *Vult. d. cap.*7. *p.*73. & ad *d.* §.11. *ipſi* 10. *I. de act. num.*16. ita demum Public. agi putat *d. l.*7. §. 7. si res ex causſâ iurisiurand. tradita ac amissa vix conuenire reor. Tunc etenim Publiciana contra alium quoque competet, cum traditio ex causſa facta vel dominium, vel ius vsucapiendi ad causſam dominij, siue ius dominio finitimum, quod Publicianam gignit, transtulerit. Ac ratio pariter subiecta ac *vers. sed si possessori*, arguunt Publ. ex ipsa iurisiur. causſa illic dari. Nisi quis dixerit & vbi ex empti donatívè causſa quis accepit, re amissa Publ. solum dari contra eum qui vendidit aut donauit, quia emptio donatióve alterius alteri non noceat. Quod quàm iuri aduersetur satis apparet.
f e e vid. *not.* s. *lib.*21. *c.*2. *lit. G. pag.*701. f Cum quib. & *Duar. ad h.t. D. in comm. poster. c.*5. *Muda. in* §.11. *I. de act. num.*20. *&* 2. *seqq. Beust. ad l.*9. §.1. *h.t. num.*1. *&* 2. *Sneiduin. d.* §.11. *num.*61. *Caroc. de iuram. lit. decisſ. q. principali*18. ac ferè *Pac.*3. *q.*78. qui sic: Si in iudicio iuratum vtilis iudicati actio *l.*8. *Cod. h.t.* g extra iudic. adiecta causſa actio vtilis, ex ea causſa, quæ iureiur. expressa, non adiecta causſa in factum. Et illic Dd. iusiur. formiter præstari dicunt, hoc verò informe vocant, tale quoque statuentes vbi rem suam esse
g quis iurat, non adiecto titulo dominij g ita & Dd. vulgò refellit *Gilken. ad l.*8. *C. h. tit. num.* 6. *& Oldend. classſ.* 1. *act.* 9. *in ad fin. remed. numer.* 1. iuram. istud quod infor-
me appellant à iudice non admittendum, nisi iurans ad acta iudiciaria se referat, ex quibus debiti causſa appareat. Addit *Gilken. d. loc. num.*7. quod ita sequeretur, non modo ex pacto nudo, iuram. accedente, nasci act. quod vulgò negatur, sed & vt iurisiur. id efficiat, vbi nulla vel planè inutilis interuenit stipulatio. Non obst. formula quæ passim occurrit, si iurauerit sibi dari oportere, sed date non oportere *l.*9. §.3. *l.*25. *l.*28. *§. vltim. l.*29. *h.t.* Neque enim ea Iurisconsulti hoc volunt; quasi tam nuda conceptio sufficiat, sed compendio loquendi totam act. in personam cum sua causſa denotant. Quasi dicerent si in act. personali iurauerit, nempe iuxta legitimam formam, expressa causſa *Oldend. d. lo.* Nam & ita simplex formula agendi refertur in §.1. *&* §.14. *I. de act.* nec sequitur tamen ita rectè iudicio intendi contra quam s. *lib.*23. *cap.*5. *lit.* F. Planè *Borch. de iureiur. cap.*8. *numer.*30. *& seqq.* contendit ex iureiur. voluntario nullam nisi veterem act. competere posse, vti & ex præstito in iudicio si sententia non secuta. h h
Interdum etiam reõ cui actor detulit actio est, vt in specie *l.*11. §.1. *h. tit.* si conuentus iudicio reali iurauit non solum rem actoris non esse, sed & suam esse *Muda. ad* §.11. *I. de act. num.*6. i siue vniuersales siue singulares. Quia i
transit res cum suo onere ac causſa *Beust. in l.*9. *§. vltim. ac* 2. *ll. seqq. num.*1. Et vt præstatio iuramenti ab auctore prodest successori, vt *c. præced. lit. B.* ita & delatio, si ab aduersario iuratum nocet. Extraneis autem & qui titulum non habent à deferente non item *l.*11. *pr. hoc tit. Duaren. h.t. in prior. com. cap.*23. Hinc Dd. iuram. præstitum super vno correlatiuo extendi ad aliud *Caroc. q.*1. *quæstionis* 16. *principalis num.*8. Obi. At iusiur. non debet proficere ei contra quem iuratum est. argum. *l.*16. *de exc. rei iud. iunct. l.*8. *verbis ad similitud. C. hoc tit. & similib.* Resp. *Duaren. in post. com. h. tit. cap.*6. Natura huius act. exigit vt aduersario quoque detur actio. Quia prætor tuetur iusiur. & habet pro veritate, tanquam verum sit id, de quo iuratum est. Atqui si ex gr. verum est iurantem emisse rem centum aureis; pretium hoc venditori solui debere consequitur. Neque hîc agitur act. ordinaria, iureiur. aduersarij probationem solùm suppeditante, vt censet *Ilico Vimmius disp. proceſſ.*14. *num.*31. *sub fin.* Sed immò huic act. causſa ex iureiur. Eaque non directa sed vtilis *d. l.*13. *§.*5. Ex ea quidem ipsa causſa super qua iuratum est, verùm ita, quomodo & ipse iurans ex eadem agit, ex. gr. vti ille ex empto vtilem habet, ita hic ex vendito. Nou obst. quod iurans alteri act. acquirere nec voluit nec potuit ceu extraneus. Nam ℞. facilis ex iis quæ hic Don. & ex *d. l.*13. *§.*5. *in fi.* l l
vid. *Seraphin. priu. iuram.* 51. *Caroc. q.*22. *principali num.*2. *&* 3. Cautelam tradens ad hunc effectum in instrumenti fine adponatur delatio iuramenti, ac referatur, quod debitor detulerit creditori iusiur. isque sibi debere iurauerit. Planè iuramenti firmandæ conuentioni adiecti hanc vim non esse monet. *Couar.*1. *var. resol.*9. *num.*7. m Vbi m
vtilem act. iudicati exponit *Vult. ad* §.11. *I. de act. num.*2. *&* 3. *Pac.*3. *q.*78. *Borch. h. tr. cap.*8. *num.*36. *& seqq. Parlad.* 2. *rer. quotid. c. fi. p.*5. §.1. *num.*12. n ita & *Don. noster* n
*ad l.*8. *C. h. t. num.*13. *ac seqq. add. Duar. in prior. com. h.t. c.*25. *& in poster. c.*6. *Caroc. q.*27. *principali num.*2. *Borch. h. t. c.*5. *num.*18. Potest autem hîc omitti actio ex iureiur. & ipsâ: Aq. experiri actor, vt susceptâ & expeditâ probatione pœnam inficiationis consequatur *d. l.*30. *pr.* verbis commissa, &c. *Caroc. d. lo. n* 4. Quod explicat *Borch. d. c.*5. *n.*19. vid. s. *c.*2. *lit. Dd.* Vnde *Vulteij* opinio, quod iureiur. creditoris prior. oblig. exstinguatur vt s. *lit. D.* conuellitur o *l.*30. *§. vl. o*
h.t. Et ita excepit, quæ veniunt ex natura contractus de quo iuratum est, non tolluntur per iuramentum, veluti exceptio pretij non soluti, item quæ contra solidi petitionem, vt teneatur, quantum facere potest, vid. *Caroc. q.*4. *quæstionis* 9. *principalis num.*11. *& seqq. Duar. in prior. com. h.t. cap.*24. p Atqui post iusiur. actio prior superest vt s. *lit. D.* Ac certè p p
d. §.2. accipi aliter nequit quàm vbi in famoso iudic. ideò damnatur, quod contra eum iuratum est. Anne igitur vt vt Don. j. *c.*18. *sub fi.* diff. hic inter iusiur. conuentionale ex quo si postea agatur non infamis & delatũ in iudic. Verius puto quod infamis non fiat, lite sine condem. omni decisa *Duar. in post. com. h.t. c.*6. *& Borch. c.*5. *nu.*20. licet & hic contra *Caroc. q.*21. *principali.* q Quapropter vbi iuratum q q
esse constabat. Prætor act. non dabat *Hot. ad* §. *item si* 11. *I. de act.* sed ipse reum condemnabat, cum litis contestat. nulla fiat contiendo. Et ita *Beust. in l.*9. *§. vlt. &* 2. *ll. seqq. n.*1. præter in factum & veterem act. dari hic tertium remedium, officium iudicis, pro exsequendâ sententia. Quod remedium tutius, cum non requirat nouum iudicium ac processum. Atque hoc est quod vulgò iuramentum habere ex-
secutionem

secutionem paratam, de quo vide *Caroc.q.20.principali Roder. Suarez. in lectura l post rem 56. de re iud. notabili 2. Parlador, 2. rer. quotid. § fin. p.1. §.3. Pac. 3. enant. q.80. Gilken. in l.8. C.h.t. n.11. Gutierrez de iuram. confirm. p.1. cap.62. Iacob. Schult. obs. forenſi 3. num.118. Coler. de proceſſ. exſecut. p.3. c.2. n.12.* vbi poſt alios quos refert, iuram. etiam extraiudiciale redactum in ſcriptis, & liquidæ probationis, modo ad delationem rei præſtitum ſit. (Conſer. *nor. 3. c.9. lit. D. in fin.*) mereri paratam exſecutionem non minus ac ſententiam (etſi quoad hoc diſſ. *Suarez d. notab. 2. n. 8.*) ac poſt. Curt. teſtatur de communi. Quo & procliuior eſt *Gilken. d. lo.* quia *d. l. 56.* indiſt. concepta, ſeutentiam tamen condemnatoriam, aſt
r omiſsâ aliâ inquiſitione ac ſolennitate, requiri ſtatuit. r *Caroc. q.1. quæſtionis 20. principalis Rod. Suar. d. notab 2. nu. 2.* Vbi *num.3.* vti ſententia ſecunda non tenet contra primam, quia illa inducit notorium, ita nec, quæ contra iuſiur. tenere. Contra ſtatuit *Caroc. q.1. quæſtionis 12. principalis.*

CAPVT XVII.

Iuriſiurandi firmitudo & effectus.

CAP. IX. SVperiora vbi concurrunt, iuriſiurandum hoc, ſine alia conditione aut exceptione ſeruat prætor *l.5.pr.h.t.* Et CAVSSA IVREIVRANDO RETRACTARI NEQVIT *l.1. C.l.31. in fin. D.h.* a QVOD tamen PERPETVVM NON EST. Nam VT RETRACTARI POSSIT TRIA FACIVNT: I. CONVENTIO, cum hac lege delatum eſt, vt ſi pateret peieraſſe retractaretur vt probat *d.l.1. C.h.t.* Vbi lex non eſt conſtitutio, vt vulgò nec præſens, tum quia tempore Antonini nulla *d.l.31. in fi.* tum quia vt conſultor certus redderetur, addi debuiſſet quæ ſit, nec futura quia hanc diuinare non potuit, nec de eo conſultor laborabat, de iure ſuo præſente quærens. Sed conuentio *vt*
b *l.10. C. de pact. & ſimil.* b Pactum enim hoc de re priuata, ideoque ſeruandum. Ac etſi contra verba ſit hæc exceptio, tamen ex ſententia edicti. Seruat enim iuſiurand. propter conuentionem & conditionem delatam. Ergo non contra eam c nec obſt. *l.5.pr. & d. l.31. in fin.* quæ ſine except. loquuntur. Nam in *d.l.5.* additur per quod voluit iurari. Sed & huiuſmodi iurei. delato & præſtito non poteſt dici omninò tranſactum negot. & cauſ. deciſa. II. POSTERIVS IVSIVRANDVM potius priori *l.28. §. vlt. h.tit. arg. l.12. C. de pact.* Quia vtrumque ſeruari nequit, & qui prior iurauit, receſſit à iure ſuo, poſtea alteri deferendo, vt contrarium iuraret. Obi. Arius vetat quæri de periurio eius qui iurauit. Rz. eſt in *d. §. vlt. ibi: nec tamen præiudicium.* Non hîc quæritur de iureiurando prioris, ſed an poſterior iurauerit. Et poteſt eſſe vt hic peieraue-
d rit, non ille. d III. CAVSSA LEGATI AC FIDEICOMMISSI. Si quis deferente herede iurauerit ſibi quid relictum teſtamento, quod latebat, poſtea verò aliud appareat *l.vlt. C. hoc tit.* vbi ratio. Quæ cum latior diſpoſitione videatur, vulgò aliam reddunt, quia de controuerſiis, quæ ex teſtamento, tranſigi niſi inſpectis verbis nequit *l.6. de tranſ.* e Malè. Nam ius
e nouum & ſingulare continet *d.l.vlt. vna ex deciſ. nouis.* Nec iuſiurādum vera tranſactio, quia iuranti totum datur vel remittitur. Ergo *l.38. C. de tranſ.* Sed ſpeciem
f hoc tranſactionis continet, id eſt, ſimilitudinem. f Quia æquè conſenſu à lite diſcedit. Et recta ratio Iuſtini, qui non abſolutè dicit *ex periurio.* Sed ex *huiuſmodi* periurio, quo nempe iuratū aduerſus iudicium defuncti. Vnde poſt vocat *impium* lucrū, non tantum quia ex periurio, ſed & quia pium eſt ſupremas voluntates ſeruari. In reliquis quoque cauſſis res deferentis agitur, hîc magis defuncti ratio habetur, qui nō
g detulit. g NVLLÆ ALIÆ EXCEPTIONES. TAMETSI eſſe VIDEANTVR, in quibus iuſta dubitatio. VT I. EX PERSONA IVRANTIS, ſi ſeruus, (qui iudicio non conſtitit, cuius inſtar iuſiur. habet) mulier vel pupillus. Sed & horum iuſiurandum ratum *l.25. l.26. pr.* vbi ratio. h Nam quod ſerui pro nullis, ad ius h
referendum *l.32. de R.I.* non ad factum. Contrahunt enim rectè, ſed eius emolumentum domini eſt, ſic & hîc *d.l.25.* Et iudicij inſtar iuſiurandum quoad vim *l.2. hoc tit.* non ideo eſt iudicium. Quin & vis illa ad dominum pertinet. 2. EX CAVSSA, DE QVA IVRATVM, vt de ſtatu, depoſiti, populares. Sed nec hîc exceptio *l.3. §.1. & ſeqq. l.30. §.3. & 4. l.34. pr. D.l.6. l.9. Cod. hoc tit.* i 3. EX PERIVRIO. Ratio dubit. Ne- i
mo ex dolo & improbitate ſua lucrum facere debet, *l.12. l.14. §.3. de furt. & ſimil.* & delicta puniri publicè intereſt. Sed apertè deciſum nec periurij prætextu retractari *l.1. ſ. od. hoc tit.* nec probato periurio de dolo act. dari *l.21. de dolo*, poſt rem ita deciſam nihil aliud quæri quàm an iuratum ſit, *l.5. §.2. h.l.56. de re iud.* num verum an falſum de quo iurauit. Nec iniquè: Æquum enim eſt ſtari conuentioni, quæ in delatione ineſt. Nec ferendum vt quis infirmet quod ipſe procurauit, *l.12. §.1. in fi. Cod. h. tit.* Nec dolus hîc verè, quia ſciens & conſentiens non decipitur *l.415. de R.I.* k NVLLANE IGITVR HVIVS DELICTI POENA? Nulla humana, ſed diuina *l.2. Cōd. hoc tit.* Res tota iudicio & vltioni Dei relicta. Huic ſoli fit iniuria, cuius nomen & maieſtas læditur. Ipſi igitur iniuria æſtimanda. Vnde *Tiber. apud Tacitum 1. Annal.* cum periurium Rubrio crimini daretur: Deorum iniurias diis curæ eſſe. l Atque hoc verba pariter *d.l.2.* & ſententia l
comprobant. Hæc enim vis vocuiæ *ſatis* quod nihil præterea deſideretur *l.5. §.2. D. hoc tit l.19. de in ius voc.* Et quorſum aliàs monere periurium Deum habere vltorem, quod ſine monitore omnes, teſtificāte conſcientiâ, intelligunt. Sed hoc cōſultoris ſcire intereat, an nulla eſſet humana pœna & quare. m Nec quis m
dicat, *d.l.2.* totam loqui de eo qui per venerationem principis calore iræ peieraurit. Nam ad eum illa regula *d.l.2.* non pertinet. 1. Quia in hoc iureiur. non ineſt *religio*, quæ eſt metus numinis. 2. Etſi religio ineſſet, tamen calore *ita* peierans *id* faceret magnâ culpâ, non autem religionis contemptu. Ac certè tempore Alexand. qui auctor *d.l.2.* nihil verius. Non obſt. *l.22. de dolo.* Neque enim deciditur ibi quæ pœna ſit, ſed hoc ſumendum *ex d.l.2.* quod diuina ſit. At in *l. vltim. Stellion.* pœna eſt Stellionatus non periurij, quâ & teneretur ſine iuramento, n etſi crimen accedente per- n
plenè non probauit eum non probasse, imò & nihil probasse verum est. Probare enim est legitimis & iure proditis modis fidem facere. *leg.* 4. *leg.* 12. *Cod. de probation. leg.* 15. *Codic. de iureiurand. dot.* Vt si rationibus quod colligas argum. sit concludens, *leg.* 10. *Codic. de probat.* sin inartificialiter instrumenta sint indubitata, *leg. vltim. Codic. de prob.* testes idonei, *dict. leg. vltim.* 2. & 3. D. *de test.* saltem duo, *leg.* 12. *eod.* Hæc qui non præstat, absolutè non, vel nihil probat. Nam quod iure fieri debet, si non fit vt ius præscribit, pro nullo & infecto est, *leg.* 6. *Qui sat. cog. l.* 5. C. *de ll.* h Ergo & qui testem vnum ex. g. producit, nihilo plus agit, quàm si nullum, quia lex duos exigit, vnum etiam i audiri vetat, *leg.* 9. §. 1. *Cod. de test.* i [*& ita vnius testimonium non est aliquo modo testimonium, sicuti semiplena probatio esset probatio* κατὰ τι, *sed planè nullum, cùm nec recipi debeat,* Don. ad dict. l. 9. num. 20.] Quin ipsa vox, *semiplena*, arguit, quòd non sit plena & perfecta. Vsu autem iuris imperfectum & inutile pro eodem. Sic enim testamentum imperfectum, *leg.* 23. *leg.* 25. D. *Qui test. fac. l.* 21. §. 1. *Codic. de testament.* stipulatio, *l.* 115. *de V. O.* transactio, *leg.* 65. §. 1. *de cond. ind.* emptio *leg.* 9. *pr. de cont. em.* k k Sed nec tenuissima quidem huius probationis in l libris nostris mentio. l Apparet itaque & cuius imperfecta probatio est, planè nihil probasse, atque ita & hîc locum esse regulæ, *Actore non probante.* m m Idque eò magis, quòd & alibi iubetur reus absolui, nisi actor intentionem suam impleuerit. *leg. vltim. Codic. de R. V. leg.* 9. *Cod. de O. & A.* Atqui non impletur, nisi plenâ & iustâ probatione, n. vt vis verb. *implere* indicat & *l.* 1. *Cod. de prob.* n Denique vulgaris sententia per se iniqua, materiam litibus præbens. Quodcunque enim vel leuissimum attulerit, actor se probasse semiplenè dicet; id si o reus neget, inde lites. o Fenestram malè iudicanti aperiens, colore hoc quæsito ad iusiurand. deferendum cum alterius iniuria, dum facilè erit latebram in spinosa hac quæstione inuenire. Et fraudis ac circumueniendi iuris ansam suppeditans. Nam qui vno teste (quem *in* speciem idoneum reperire non ita difficile) producto rectà vincere nequit *dict. leg.* 9. *Codic. de test.* obliquâ viâ p id consequetur, per hoc iuramentum. p Rectiùs itaque nos inopiam probationum *in dict. leg.* 3. intelligemus, cùm vterque plenè probauit, vt par vtrinque sit probatio. Ex. gr. Actor mutuò se dedisse probat idoneis testibus. Reus se eo die abfuisse itidem perfectè probat. Facit enim hæc paritas probationum, vt non minùs causa laboret inopiâ probationum, quàm si nihil probatum esset, cùm vnius probatio alterius quodammodo probationem excludat, vt rectè primus vidit *Duar.* 2. *disputat.* 33. q Hæc sententia quòd sit *dict. leg.* 3. probatur. Quæ causæ inopiâ probationum laborare dicuntur *dict. leg.* 3. eædem dubiæ *dict. leg.* 31. D. *hoc titul.* Dubiæ verò haud illæ in quibus plenè non probatum, cùm in his ex iure certum habeat Iudex, quod sequatur, nempe vt reum absoluat per dicta, sed vbi par vtrinque probatio, dubium Iudici facit etiam ex iure, quid in alterutram partem sequatur. Sic enim cœna dubia *Terent. in Phorm.* 2. r *sc.* 2. vbi dubites quid sumas potissimùm. r Dices: At cui hæc species inopiæ probationum in *dict. leg.* 3. accipietur pro aliis? R. Prioribus remotis hæc vna supereſt. Nec obstant verba generalia, quia non quæritur quando res sit decidenda; sed quàm circumspectè. Quòd si quis nimis ea vrgeat, efficietur etiam eam inopiam, quando nihil probatum, contineri; s quo casu tamen iusiur. haberet iniuriam rei, siue actori deferretur, siue ipsi reo. Nam si sine iureiur. æquè velit absoluere eum Iudex, supertuacuum id; sin nolit, iniquum. Adhæc etsi reus iuret, iniquitas ea, quòd sententia fiet hoc modo obnoxia retractationi, quæ sine iureiur. rata futura. In dubiis verò causis & paribus probationibus nihil habet Iudex, quod in alterutram partem sequi debeat. Et nec absoluere potest, quia actor probauit, t nec condemnare, quia reus contrà probando actoris probationem dubiam reddidit. Ergo vt res oxitum reperiat, consultum est ab alterutro exigi iusiurandum. Sic enim cùm is iurauerit, habet Iudex quod in alteram partem præponderet. u Nec cùm secundùm iurantem iu- u dicat, alteri fit iniuria, cùm nouis instrumentis repertis causam retractare liceat; vt infrà. Sed an in his causis cogitur Iudex deferre iusiurandum? Ita videtur per *dict. leg.* 3. *vers. oportet.* Contra *per dict. leg.* 31. *vers. solent sæpè. iunct. l.* 1. *Cod. Quomod. & quand. iud.* Rectè. Iudicis enim est existimare, an causam probatione dubiam putet, *leg.* 3. §. 2. *in fin. de testib.* x Nec obstat *dict. l.* 3. x *v. oportet.* Additur enim, *causa cognita.* Sensus est: Iudex æstimet, vt in quæstione facti, an causa dubia sit nec ne. Sed si statuerit dubiam esse, tunc deferre oportet cognitâ causâ. 3. CAVSA COGNITA, *dict. leg.* 3. id est, non 3. Cos dißo pro arbitrio, vti volet. Sed cui deferri ob iustam causam æquius videbitur. Vbi sequendum, quod est in *cap. vltim. extra h. tit.* Actori, si grauis causa pro eo, aut personæ conditio prægrauare videbitur, vt si magnæ vir auctoritatis, Reus verò plebeius, aut leuis. Sin cætera paria, Reo argument. *leg.* 47. *de O. & A. leg. fauorabiliores* 125. *de R. I.* y Delati huius proprium vt re- y mitti (sicut aliud iuramentum vid. supr. *cap.* 15. *littera* H.) à Iudice non possit, z ita, vt secun- z dùm eum, cui remissum est, iudicetur, per *dict. leg.* 3. *verbis, decidi iureiurand. dict. leg.* 31. verbis: *secundùm eum qui iurauerit.* Et constat ex ratione exigendi. Iudex enim litis dominus non est. II. QVIS SERVANDI MODVS? IS in *dict. leg.* 31. PER SENTENTIAM; vt secundùm eum iudicetur, qui iurauerit, aa sci- aa licet si & illi delatum, seu ab eo exactum fuerit. Quod si is, cui delatum, non iurauerit, contra eum per *leg.* 38. *hoc titulo.* III. QVÆ ILLIVS vel sententiæ inde latæ VIS? Non eadem quæ aliarum. Nam & hic APPELLARE LICET. Quod commune remedium aliis sententiâ victis. Quia nihil est quod prohibeat. Nam iusiurandum inuito litigatore interpositum illi nocere non debet. Probaturque hoc *leg.* 12. §. 1. *hoc titul. argument. à contrario vel à cessante ratione.* bb ET quod proprium hîc SI quis NO- bb VA INSTRVMENTA (non confectione, falsa enim essent, sed inuentione & probatione) SE INVENISSE DICAT, quibus nunc solis vsurus sit, CAVSSA EX INTEGRO AGI POTEST, *dict. leg.* 31. id est, etsi res integra esse desiit, vbi appellatum non est. cc Nec cc obstat regula de rebus iudicatis non retractandis *leg.* 4. *Codic. de re iudicat.* Non enim pertinet ad causas, iureiurand. per Iudicem decisas, quæpropriè non sunt iudicatæ, in quibus Iudex non tam sententiam & iudicium suum profert, quàm litigadd toris, quem in re sua velut iudicem fecit. dd Nec regula de iureiur. non retractãdo, vt *c. præced.* Ea enim obtinet cùm res litigatorũ communi cõsensu transee igitur, vt insit conuẽtio, quę hîc deficit *d. l.* 31. ee Non idem nouis testibus productis, per *d. l.* 31. *ibi: quibus soluo.* Quippe hi subornari & ad mendacium instituì possunt. Instrumenta non ita, quia in his fallitas facilè ipsâ scripturâ & subscriptionibus ff temporum & personarum proditur. ff De actore verò retractante loquitur *d. l.* 31. cum ex tali iureiur. reus absolutus, non quasi idem reo haut liceat si ex iureiur. actoris condemnatur contra *l. non debet* 41. *de R. I.* Sed quia de actore dubitatio maior. Permittitur verò hæc retractatio constitutionibus *d. l.* 31. ET IPSO IVRE §. 6. *I. de iur. natur. gent.* Proinde non per restitutionem in integrum *l.* 16. gg *de minor.* gg Et instrumentis repertis exindè actio hh perpetua *per pr. I. de perpet. & temp.* hh

NOTATA.

a Diff. *Theod. Marcil. in l.* 12. *rub. collect. & interpret. cap.* 72. *pag.* 265. ac sequent. iusiur. hoc antiquum sa a tuens. Quod Prætor in causis dubiis *vt d. l.* 1. D. *l.* 31. *C. hoc* deruleric. Quales causæ depositi sine arbitriis, *vt Cic. parad.* 3. *Terent. Phorm.* 1. *sc.* 2. *Iuuenal. Sat.* 13. Et ita accipit *Nou.* 73. *cap.* 4. quâ dep sitario neganti deferri iusiur. Atque hùc respici putat cum apud *Plaut. Curcul.* 5. *sc.* 3. res apud Prætorem solui dicitur (confer *Tauman. ad d. locum Plauti*) item cum creditum abiurare leginus *Cic.* 1. *ep. ad Att.* 6. Eodémque refert illud *Persij Sat.* 4. *Si puteal multæ cautus vibice flagellus* (quæ tamen alio sensu donat *Casaubon. in comm. ad Vers. ibid.*) Hoc denique propriè iudiciale vocari censet. Quæ eadem Rhadamanto via expediendarum litium visa fuerit. b b Item aduersario. Quem & hîc citari oportet, vt veniat & iurare videat, vt rectè *Stiatic. observ. pract. cap.* 20. *numero* 10. *Gail.* 1. *observ.* 100. *numero* 8. *Follet. ad Mauranta p.* 6. *actu. hoc titul. numero* 11. *Menoch. a. b. ea.* 264. *numero* 27. *Beust. ad l. admonendi.* 31. *hoc titul. numero* 443. & seqq. licet ratio eiusdem, quia hæc delatio non ex officio iudicis fiat, sed ad partis petitionem, non probanda vt *j. lit.* Y. c Planè *Marsil. sing.* 322. casum singularem notat quo post plenam probationem hoc deferatur. Veluti, c ait, si probauì perfectè me mutuò dedisse, sed non probata quantitas. Potest iusiur. deferri ratione quantitatis, vt tamen iudex id moderari possit iuxta illa, quod verosimile videtur. Et hanc opin. communem esse post *Eman. Suar. in thesauro sent. v. creditor.* testatur *Pavlad.* 2. *ver. quotid.* 18. cuius fundamentum sit in *c. ex litteris* 32. *extr. titul.* d Ita omnes Dd. tradere scribit *Beust. ad l. admonendi.* 31. *hoc titul. num.* 177. intellige antiquos. Ac certè si vel hæc opinio iure non niteretur, vel etiam iuri aduersa esset, vt Don. & alij quidam; quia tamen vsu iudiciorum & notiss. vbique increbuit, vel ipso, impugnante licet *Anton. Fabro* 19. *err. prag.* 1. *& in C. suo h. t. passim* teste, quin ius non scriptum iamdiu effecerit ambigendum nullo foret. Vnde *Forst. de inrisd. Rom. p.* 2. *lego Numa.* 3. *regulâ* 3. *numero* 57. à diuisione, ac recedentem comparat ei qui symbolo fidei relicto nouam fidei formam exeruit. Et immò vulgata illa probationis in plenam & minus plenam diuisio, ac sententia quod hæc iureiur. necessario suppleatur, iure non ignota videtur. Quam & probant *Ang. Matth. ac. lib.* 2. *de via iuris cap.* 9. *Curt.* 2. *consum. ad Viu.* 18. *Forst. d. loc. numero* 57. *& numero* 61. ac seqq. *Pavlædor.* 2. *ver. quotid.* 18. *Mynsi. ad rub. extra de probat. numero* 44. & seqq. *Zoanet. ad l.* 4. *C. de edendo. numero* 20. & seqq. *Beust. ad l. admonendi.* 31. *h. t. numero* 431. *& numero* 938. ac seqq. *Borch. h. t. cap.* 9. *numero* 59. & seqq. (ex quo plerasque transcripsit, ceu solet, *Setser. lib.* 4. *cap.* 10. *& cap.* 122.) *Coraſ. ad d. l.* 31. *p.* 2. *numer.* 85. & seqq. (etsi ipse sibi non constare videatur *ibid. p.* 3. *numero* 31. ac sequent.) Nec alienus videtur *Cuiac. observ. lib.* 28. *in fi.* verbis: sed aucipites, aut parum idoneæ. & 4. *Feud.* 36. Eaque sequentibus confirmatur. 1. Quia iurijur. huic necessario non alio casu locus esse potest. Nam Duaren. & Don. expositio *d. l.* 31. *D. & l.* 3. *C. h. t.* non consistere potest, vt *j. lit.* Q. 2. Quia vt ostendit *Matth. d. c.* 9. *n.* 11. eius

gradus sunt quibus acquiritur scientia, aut potius firma assensio in animo Iudicis. 1. Leuis suspicio. 2. Vehemens; quæ inducit opinionẽ. 3. Plena, quæ satis persuadet. Cõfer. *Coraſ. in d. l.* 31. *p.* 2. *n.* 59. & seq. Vide Beust. *d. n.* 938. triplicẽ probationem statuit: Plenam, semiplenam, & quæ nec semiplena. Quæ etsi non locum det huic iuramẽto vt suppleatur ab eo cuius probatione solùm suspicio contra aduersarium orta, attamen iuram. purgationis huius deferre potest, vt *d. c.* 10. *l.* B. Diparrirò res licet diuidere. Alia perfecta, alia imperfecta. Hæc vel propior illi, quæ perficitur iureiur. hoc, vel remotior quæ nõ item. Vtraque tamẽ aptra est aliis iustis perfici, *l.* 3. §. 2. *ibi, veluti consentiens fama de testibus.* Et si rectè rem perpendimus, perfecta quidem, etsi variis rebus, effici potest; ad effectum tamen fidei iudici faciendæ, vniuersi modi ferè (nam quod accidit abundat;) imperfecta autem pluribus modis in eo variat. Nam & maior semplenâ esse potest, & quæ proximè absit à perfecta. Veluti duo testes; vnus fidei satis spectatæ, alter non planè omni exceptione maior, suspicione tamen non graui laborans. 3. Ex *d. l.* 3. §. 1. verbis (scire potes *quanta fides* habenda testibus) constat fidem, quæ sit Iudici, recipere intensionem & remissionem; & modo plenam esse, modo non; modo maiorem, modo minorem, pro genere probationum dispari. Item *d. l.* 3. §. 2. quæ argumenta *ad quem modum* probanda, cuique rei *sufficiant.* Quare vti fides & assensus modo plenus & integer, firma persuasio, modo imperfectior, vt in opinione dubitationem adiunctam habente. Ita & probatio, argumentum faciens iudici fidem. 4. Ex *l.* 5. *ac seq. C. de probat.* satis constat plures probationes imperfectas, etsi diuersi generis, coniungi, & ita firmum assensum mereri posse. Inconuincibile ergò eadem per se quoque & seorsim subsistere, aliàs nec iungi possent. 5. Quin & in criminalibus iudiciorum habetur ratio, quæ imperfectè probant *l.* 22. *C. de fals.* & inquiritur de aliis vestigiis veritatis *l.* 5. §. 6. *de re mil. l.* 16. *C. de pœn. & simil.* Nec vnquam aliàs totturæ locus. 6. Ex *c. vlt. in fin. extr. hoc titul. de iureiuran.* actori quoque iuram. deferrì si præsumptio pro eo, si aliæ circumstantiæ suadeant. Denique nec rationes contrariæ nimiì sunt ponderis, quas ordine refellentibus inferius *lit. h. & c.* vbi & æquitatem ac vtilitatem dissentientibus aduersari, ac pro nobis facere ostendemus. e Vbi in persona testis e requiritur vt integræ sit existimationis ac omni exceptione maior, suspicione vacuus; *Sichard. ad d. l* 3. *C. hoc titul. numero* 13. & seqq. *Coraſ. ibid. part.* 3. *numero* 36. *Beust. ibid. numero* 1127. & seqq. *& Gilken. numero* 13. *A. Fab. C. suo hoc titul. defin.* 3. *& defin.* 30. *Seraphin. priuil. iuram.* 33. Vbi *numero* 50. & seqq. hanc qualitatem probandam esse docet. Licet enim aliàs, inquit, bonus quilibet præsumitur, non tamen omni exceptione maior, neque etiam bonus omninò, cum de alterius præiudicio agitur *c. cum in iure* 31. *de off. delog.* Et hæc quoque ante eum, mirè commodans prodidit *Zichart. de missis in possess. ex l. fin. C. de ed. D. Adr. toll. n.* 110. & seqq. Quod si obtinerin potest, maximè notabile est foro. In persona producentis ne præsumptione contraria, vel minima oneretur, vid. *Beust. in d. l. admonendi. numero* 1149. *Mynsi.* 5. *obs.* 68. *Marsil. sing.* 451. *Cravet. de antiq. temp. p.* 1. §. *vlt. numero* 29. *Curt.* 2. *coni. ad Viu.* 18. *Ant. Fab. C. suo hoc titul. defin.* 4. *& defin.* 44. *numero* 13. *Menoch. lib.* 1. *præsumpt. q.* 83. *numero* 1. Conferì idem *d. lib.* 1. *q.* 32. In causa & negocio. Vt & duo testes ad plenam probationem in eo sufficiant, non si id plures exigat, *Coraſ. in d. l. admonendi.* 31. *p.* 3. *numero* 39. Quod tanto minus dubij habet si ad sollennit. plures L. requirit. Quare nec duobus vel trib. testibus testamentum semiplenè probatur, vt *Coraſ. ibid.* Iuò ne 6. quidem efficient huic delationi locum. Sed & vbi duo solùm testes, sed pro forma requiruntur, vnus nil prodest, *Herculan. de probanda negatiua numero* 280. Nec natura eius ea sit, vt plures facilè haberi ac produci possunt. Veluti si de fama, consuetudine, notorio, valore rei & id genus aliis probandis agatur, *Coraſ. d. numero* 39. *Beust. ibid. numero* 36. & seqq. *Seraphin. priuil. iuram.* 23. *numero* 27. *Ianin. lib.* 1. *de citat. reali c.* 1. *numero* 15. *& seq.* Denique in ipso dicto ac depositione, vt sit verisimilis non remota à natura negotij. *Rudolp. Volckmar. Hess. Pract. conel. de testib. cent.* 5. *concl.* 85. *n.* 61. vt dicetò super ea re, nec de eiusdem iudicio aliquo fiat, ratione vera ac concludẽte reddità, veluti quòd interfuerit, cùm mutuò daretur, numeraret viderit. Non si audiuisse se dicat confitentem, aut scire se quod vicinus sit aut cognatus. Quod declarantem, vid.

Beuſ. d. lo. numero 1141. & ſeqq. f Pleriſque hæ referuntur. 1. Vnus teſtis iuxta ea quæ *lit. præced.* Nam ſi duo plenam fidem faciunt, vnus ſemiplenam, quia idem ius partis quod totius; ita Dd. vulgò, *Cruetta de antiq. temp. p.* 1. *§. propoſitum numero* 32. *Beuſ. ad l. admonendi. numero* 1128. *& ſeq. Sich. ad l.* 3. *C. hoc titul. numero* 14. *Gilken. ibid. numero* 13. *Forſt. de iuriſdict. Rom p.* 2. *lege Numa* 3. *numero* 61. Collectio vitioſa, ait *Cuiac. ad c. licet.* 23. *de teſtib.* perinde ac hæc; Numerus incipit à duobus. Ergo vnitas eſt ſeminumerus. Sed nec hæc bellè conuenire videntur, nec ritè à Cuiacio fit collatio. Neque enim Dd. vocant ſemiprobationem aut dimidiatam, ſed ſemiplenam. Numeri ſanè quæuis pars eſt numerus, modo numerari poſſit, nec multitudinem aliquam habeat, cui vnitas oppoſita. Licet *Alberic. Gentil. Lect. Virgil. cap.* 5. nec binarium pro primo numero agnoſcat, ſed ternarium. Probationem autem verè *dici* poſſe, etiam quæ plenè non conuincit, ex antedictis liquet. 2. Duo teſtes non omni exceptione maiores, *Seraphin. priuil. iuram.* 33. *numero* 48. item ſi vnus perfectè idoneus, alter non item, licet hîc probatio ſemiplenâ maior. Vnde aptiùs dici probationem imperfectam oſtendit *S. lit. D.* 3. Scriptura priuata. 4. Comparatio litterarum. 5. Conditio extraiudicialis. 6. Fuga. de quibus exactius tractare loci præſentis non eſt, vid. de iis *Coraſ adl. admonendi. p.* 3. *numero* 30. & ſeqq. *Beuſt. ibid. numero* 940. & ſeqq. *Mynſ. ad rub. extra. de probat. numero* 44. & ſeqq. *Sicard. ad l.* 3. *C. h. tit. numero* 13. *& ſeqq. Gilken. ibid. numero* 10. & ſeqq. *Damhouder. praxi ciu. cap.* 180. *Forſt. de iuriſdict. Rom. p.* 2. *lege Numa.* 3. *numero* 61. & ſeqq. 7. Fama; *Beuſt. d. lo. numero* 80. & ſeqq. *Mynſ. d. lo. numero* 47. *Forſt. numero* 78. & ſeqq. *&c.* Verùm eam non verè, ſed præſumptiuè ſemiplenam probationem eſſe, adeoque adiuuantem potiùs, & ideò non locum facere huic iuramento *Seraphin. in d. l. priuil.* 33. *numero* 39. & ſeqq. *Benckendorff. in addit. ibid. numero* 43. & ſeqq. 8. Præſumptio grauis. Quæ num probationis ſpecies ſit hîc non contendo. Modo id concedatur, ſimilem in eo eſſe ſemiplenæ, vt eâ munito iuſiur. hoc rectè deferatur. De quo conſule *Menoch.* 1. *præſumpt. q.* 82. *Sich. ad l.* 3. *C. h. tit. numero* 12. g ita & *Don. ad l.* 3. *C. hoc tit. numero* 4. *& 5. & ad l.* 4. *Cod. de ed. numero* 10. Cui conſentiunt *Duar.* 2. *diſp.* 33. *in prior. com. hoc tit. c.* 30. *& in poſter. c.* 7. *Bronch.* 2. *enant. aſſ.* 93. *Anton. Fab.* 16. *err. prag.* 1. Quò & propendet *Pinel. in l.* 2. *C. de reſc. vend. p.* 3. *c.* 4. *numer.* 13. *ac Coraſ. in l. admonendi.* 31. *h. tit.* Qui licet doctrinam noſtrorum de ſemiplena probatione pluribus pertractet, tamen *ibid. p.* 3. *numero* 31. & 3. ſeqq. ab interpp. vt pleraque conficiam cenſet. Sed & *Gilken. ad tit. C. de probat. in prælud. numero* 16. Semiplenam, quæ dicitur in eum gradum non aſſurgere, vt probatio dici mereatur. Sed hîc, opinor quoad rem ipſam & effectus quæ iſti tribuuntur a Dd. vulgò non diſſentit, aliàs & ſibi ipſi aduerſaretur, vt ad *l.* 3. *C. h. t.* Solùm de appellatione illi contenh tio videtur. Rationes Donelli ordine expendamus. h Ita *Gilken. ad tit. C. de prob. in prælud. numero* 16. Id probatum quod iure definitâ ratione probatum, arg. *l.* 4. *§.* 6. *de re iud. & ſimil.* Et ſicuti is nullum balneum aut ſtadium tradidit, qui rei propriam formam non dederit, ita nec qui aliquem gradum probationis conſtituit. Sed R. hæc argum. peritione velut principij laborat. Id enim ipſum eſt, de quo contenditur, ánne omninò ius præſcribat, ne quidquam in iudiciis admittatur, niſi ex quo vno ſolo perfecta rei geſtæ fides aſtruatur. Qua ratione non aliæ rationes audirentur niſi quæ ſeorſim per ſe quæque eſſent quaſi apodicticæ, non alia inſtrumenta, niſi vbi per ſe quoduis ſufficeret. Aſt iure immò contra cauetur. Nam & inſtrumenta domeſtica & priuatæ teſtationes ac rationes non repudiantur, modò aliis adminiculis iuuentur i *l.* 5. *&* 6. *C. de prob.* & vt ibid. non ſufficiunt ſolæ, ſufficere itaque poſſunt aliis iunctis; i ita & *A. Fab.* 19. *err. prag.* 1. Sed R. Non auditur. non quod iudex ob ſingularitatem planè arceat, ſed quia non is effectus vt exinde condemnatio ſequatur. Nam ratio dubit. *d. l.* 9. inſpectarâ integritate, ac fide teſtis. Vnius teſtimonio non eſt credendũ *l.* 20. *de qq.* perfectè ſcilicet Credere eſt plenè aſſentiri. At poteſt inde ſuſpicio moueri. Nam in *l.* 3. *ll.* 2. *in fin. de teſtib.* opponuntur, quid aut credas, aut *parũ probatũ* opineris. Non ideò tamen qui parum probauit nihil egit, licet iudex inde non debeat *credere*, ſeu penitus aſſentiri. Enimuerò hoc dandum, etſi vnico teſte ſpectatæ fidei probatio ſemiplena ſiat, vt *S. lit.* E. non protinus tamen inde recurrendum ad hoc iuramentum, ſed & multa alia perpendenda iudici diſcreto, ánne actor quoque vir grauis & cui res certò comperta ſit, & cauſſa non adeò ardua, aliaſque circumſtantias adeſſe oportet. Vnde non obſtat quod hoc iureiur. præſtito actori ipſe vicem alterius teſtis ſubire videatur, cum tamen in cauſſa ſua nullus idoneus ſit. Quodque abſurdum ſit, vt qui filij aut domeſtici teſtimonio implere non poſſet probationem eam, quæ ex vnius teſtis dicto, impleat ſuo, *Anton. Fab.* 19. *err. pragm.* 3. Stringerem hæc, ſi idem penitus tribueremus huic iuriſiurando accedenti teſtis vnius depoſitioni, quod duobus teſtibus tributum. Aſt immò hîc plura ſpectanda. Duo enim teſtes fidem faciunt in cauſſa quoque grauiori, etiam pro eo qui ipſe vitæ non planè probatæ, ac etſi diuerſa actori præſumptio, quippe quàm probatione perfectâ vicini certum eſt. Neque ibi ſententia obnoxia retractationi ex nouis inſtrumentis, vt hîc *ji. b. c. lit. Cc. &c.* k k Reſpond. Inutilis ſemiplena, nec ei vis ad condemnationem, ſi talis manet. Aſt ſi vel aliâ iunctâ, vel iureiurando non ſuppletorio perficitur, ſemiplena non eſt amplius, l l ita *Coraſ. ad l. admonendi.* 31. *hoc. titul. part.* 3. *numero* 31. Et iuriſiurandi quoque ſuppletorij nuſquam mentionem fieri *Anton. Fab.* 19. *err. pragm.* 1. Sed prius refelliturſatis ex dictis *S. lit. D.* Ac licet *ſuppletorium* in iure non vſurpetur, res tamen ipſa non ignota. Idem enim eſt quod in rub. *D. hoc. titul.* vocatur neceſſarium, & de quo *l.* 3. *C. h. titul.* Sed & *inl.* 1. *D. h. titul.* verba, *vel ex auctoritate*, &c. continent hoc quoque iuſiurandum, imò ex quorundam opinione id ſolum ſignificant, vt *Vultei, diſc. ſchol. cap.* 7. m ita & *Duaren.* 2. *diſput.* 33. Sed his ſa- m cilè occurritur ex iis quæ ipſe *Donell. vi c. ſeq. lit. E.* n *Ant.* n *Fab.* 19. *error. pragm.* 1. Sed Reſpond. Et hîc accedente iuramento fit plena probatio & impletur intentio, vbi ei qui certis monumentis aut documentis fidem aliquam fecit, iudex iuſiurandum hoc detulit & id præbitum. o Reſpond, Quaſi verò hic multum referat quid actor, vel reus dicant, aut negent. Nec potius ſit iudicis ſcire, quanta fides habenda ſit, & ex animi ſui ſententia æſtimare, quid aut *credat*, aut *parum probatum* opinetur, *l.* 3. *§.* 1. *&* 2. *de teſtib.* Ac immò negata omni vi imperfectæ probationi ſumma iniquitas. Ita enim nec diuerſi generis probationes vnquam iungi poſſent, & perquam tariſſimè cauſſæ probationum inopiâ ſuccumberent. Ecce enim frequentiſſ. eſt credi pecunias, modicæ præſertim ſummæ, nudo chirographo accepto. Exinde, reo manum diffitente, non perfecta probatio niſi tres teſtes adhibiti & comparatio quoque litterarum hîc multa requirit. Ea ex Donell. quidem ſententia nimis reſtricta eſt, de quo *j. lib.* 25. *c.* 8. Quid igitur ſi actor homo fidei probatæ, reus forte vilis & leuis. Hic chirogr. ſuum negat. Comparatione ſcripturæ conuincitur, probatio hæc imperfecta. Accedit vnus teſtis qui numerari viderit, vel nec huius copia, iuſiurſibi deferri hoc exigit actor. Nónne hîc maior ratio pro actore, vt præbito ſacramento obtineat, quàm pro reo, vt tanquam nulla probatione conuictus, abſoluatur, &c. Quid item ſi præter comparationem adſit confeſſio extraiudicialis, itemque alia præſumptio pro actore, nónne æquius eſt, quæ per ſe ſingula non prodeſſent, vt iuncta probent, quàm vt reus, vel nullo contrà præſtito, vel etiam ei priùs delato iuramento, ſi leuis ſit & facilè peſeraturus s, abſoluatur. p ita *Coraſ. ad l.* 31. *h. t. p.* 3. *numero* 32. Sed Reſpond. hoc iuſiuran. non in omnibus cauſſis receptum, nec in omni litigatore, ſed & pluribus requiruntur, in perſona & cauſa, vt deferri poſſit, vid. *S. lit. E. & lit. Y.* Nec idem conſequitur, ſuo ſolùm facto & voluntatè, dum ſe ad iuſiurandum offert, ſed Iudicis officio, qui circunſtantiis rei probè perpenſis, non cuiuis, nec temerè deferre debet *c. vlt. §. extra hoc titul.* q & in prior. q *Commun. hoc titul. c.* 30. *& in poſter. ic.* 7. & probant *Bronch.* 2. *aſſ.* 93. *ac Anton. Fabr.* 19. *err. pragmat.* 1. Sed hæc expoſitio iuri planè aduerſa ſententiam falſam continens. Nam immò hîc ſententia pro reo etiam citra iuſiurandum medium ferenda *c. ex litteris* 3. *§. vltim. de probat. c. inter dilectos* 6. *de fide inſtr.* Reo enim æquè perfectè probante obiectu contraria probationũ, ſe mutuò quaſi elidentium, res eò redit ac ſi neuter quidquam probaſſet, *argũ. l. vbi pugnantia* 188. *de re iud.* Proinde abſolui hic reũ debere magno conſenſu noſtri docent. Poſt plures relatos *Vinius* ita iudicatum teſtans *lib.* 2. *deciſ.* 136. *numero* 4. *Vaſq.* 2. *controu. vſufreq.* 30. *numero* 12. *Menoch.* 1. *arb. quæſtion.* 6. *&* 2. *arb. caſu* 98. *ac* 2. *præſumpt.* 72. *numero* 13. *Fr. Herculan. tractat. de probandẽ negatiuã numero* 74. *& ſeq. Trentacinq.* 2. *pract. reſol. tit. de Probat. reſol.* 2. *numero* 23. *Schrad. de feud. pars.* 6. *ſect.* 20. *numero* 204. *Rulant. de Commiſſar. part.* 1. *l.* 2. *c.* 19. *nu.* 13. *Matth. Weſenbec.*

bec. conſil. 13. *num.* 3. *& Petr. Weſenbec.* nominatim Donell. refellens *conſil* 28. *num.* 7. *Meichſner. lib.* 1. *deciſ. Cam.* 7. *num.* 13. *tomo* 2 *lib* 1. *deciſ. vlt. nu.* 2. & paulò poſt citati. Ac ratio euidens, cum generale ſit in pari cauſſa promptiora iura eſſe ad liberandum vulg. ll. Quod & *Ariſtot. problem. ſect.* 29. *q.* 13. ſcitè comprobat. Vt mirari ſubeat qui iſta adeò valdè improbabilis opinio probari tantis viris potuerit; qui vel ex ſuis ſatis traditis confutantur. Nam ſi vbi actor vno teſte probauit & reus nihil hîc abſoluendus, ceu illi volunt, magis quando actor duobus & reus totidem. Quin immò etſi actoris probationes in aliquo excedant, adhuc pro reo pronunciandum, *Menoch. arb. ca.* 98. *num.* 4. & ſeq. *Gail. de pignor at. obſ.* 22. *num.* 13. *Sixtin. Conſ. Marp. 8. nu.* 103. *volum.* 3. *& Vult. Conſ. Marp.* 18. *n.* 24. *vol.* 3. *Meichſner. tomo* 3. *deciſ. Cam.* 3. *num.* 18. modò exceſſus modicus ſit, vid. *Turamin. ad l. non puto* 10. *de iure fiſci part.* 1. *c.* 1. *num.* ſequentib. Confer. *Vaſq.* 2. *contr. vſufreq.* 33. *n.* 25. ac etſi actor probatoris vitæ quam reus, *Menoch. d. cap.* 98. *num.* 8. Tametſi principem, item iudicem, cum cui liberum arbitrium hoc caſu pro actore; ſi is vir probus, contra reum, ſi is improbus, pronunciare poſſe *Menoch. d. capit* 98. *numero* 9. *&* 10. Planè quod *Tiraquel. de iure primigen. quæſt.* 17. *opin.* 2. *numero* 5. vtriuſque partis intentione æquè fundata poſſe iudicem ex animi ſui motu gratificari cui libet, & *opin.* 4. *numero* 47. & ſeqq. poſſe eo caſu rem diuidi, ac vtrique partem adiudicari, de cauſſis dubij iuris, vel vbi hoc ipſum contenditur vter actoris partes ſubire debeat, vt in interdicto *Vti poſſidetis*, cum præparatorium eſt petitorij; vel denique vbi defenſio rei non eſt contraria intentioni actoris, & neutra probatio perfecta, accipiendum. In quibus ipſis tamen ei opinioni parum aut nihil tribuendum. Prius nempe iſtud pertinet ad cauſas pro amico, quos Teſſaur. pro diabolo vocat, vt not. *S. lib.* 3. *cap.* 23. *lit. A. vid. Tãuramin. ad d. l.* 10. *p.* 1. *cap.* 1. *& p.* 3. *cap.* 1. Nam quod *Trentacinq. d. veſol.* 2. *numero* 24. etſi in caſu parium probationum regulariter pro reo, reſidere tamen hoc in arbitrio iudicis ſcribit, quia probationes ſint arbitrariæ, aut ſibi non probè conſtat, aut eò pertinet, vt iure teneat ſententia tali caſu condemnans, ac ſi probationes æquales non eſſe iudex æſtimauerit, &c. r r ita *Duar.* 2. *diſp.* 33. volens ſic quæſtioneni dubiam ſumi in *l. non* 10 *de iur. fiſc.* Neque enim rectè ibi accipietur cum quis ſemiplenâ probationem habet contr. fiſcum, idem *poſt. com. h. titul. cap.* 7. Ita quoque putat *à Cic. pro Ligario* cauſſam *dubiam* vocari (Iulij & Pompeij) quod erat, vt Cic. aliquid in vtraque parte quod probari poſſet. Sed locus Ciceron. perpeſſus planè à propoſito alienus. Ac eſto: ſit quoq; ex paritate probationũ vtrinque cauſſa dubia. Aſt certe lõgè grauior cauſſa hæſitãdi iudici, vbi pro actore vnus teſtis cum aliis adminiculis, integritate inſuper producẽtis, litis mediocriate & c. pro reo autẽ nihil, ac nec leuis quidẽ præſũptio: quàm vbi pro actore duo vel tres teſtes, totidem pro reo pari numero, pari auctoritate ac fide. Nónne Fauorinus apud *Agell.* 14. *Noct.* ex Marci Catonis ſententia cenſuit, ſi rei geſtæ nec tabulis nec teſtibus fides fieri poſſit, apud iudicem vter vir melior ſit quæri, ac ſecundùm eum litem dirimi debere. Et ita voluit actorem, etſi nec quidquam probauerit nec etiam iuraurit, eo caſu obtinere. Quod etſi iuri conſonum non ſit, hoc tamen ſaltem ſequetur, cauſſam ex ſemiplenâ probatione verè *dubiam* dici. Vnde Agellius ipſe, cùm vir fidei vitæque inculpatiſſimæ, ab alio ſpureiſſ. vitæ creditum repeteret, ſed argumentis admodum exilibus niteretur, nec condemnare, nec abſoluere voluit, ſed iurauit ſibi non liquere *d. cap.* 14. Cauſſam itaque pro dubia habuit. Quam hoc ipſo iureiurando actori delato dirimi potuiſſe cenſet *Setſer.* 4. *de iuram.* 10. *numero* 11. Quàm 5 verè, ipſe viderit. s Non vtique. Aliud enim defectus probationum, vbi nullæ ſupperunt; aliud inopia vbi quædam, ſed ancipites, *Cuiac.* 22. *obſerv.* 28. *in fin.* Et immò hæc vis verbi. Inopia enim opponitur copiæ & opibus, ac leuitor eſt egeſtate, *Auſon. Popma. lib.* 2. *de diff. verb. v. egeſtas.* Sic inopiam frugum, frumenti, amicorum, ſententiarum, verborum, inopes æratium, inopem linguam & id genus alia vſurpari legimus, non cùm planè nihil, ſed cùm non quantum ſatis eſt ſupperit. At vbi probationes Rei æquales probationibus Actoris, his per illas eliſis, in effectu potius defectus quàm inopia. Tunc vera inopia & cauſſa *dubia* iuxta *d. l.* 33. cum ex altera ſolum parte, ſed non perfectè probatum, aut, vtrinque quidem perfectè ſed ex vnâ parte ita ſuperant, vt exceſſus ille, ſi per ſe ſolùm ſpectes, probationem plenam non efficiat. Ponè: Actor ſe poſſidere rem purè ſibi obligatam (huiuſmodi exemplis vti mola, vbi vterque aff.) probat quatuor teſtibus. Reus contrà ſe poſſidere aut rem ſub conditione obligatam eſſe tribus. Teſtes vtrinque paris conditionis ac fidei. Probatio initio perfecta, & fortè, abundans, contrariâ probatione ex parte eliſa & eò redacta vt imperfecta nunc ſit. Crebriùs hæc in probationibus diuerſi generis contingunt. Ac raræ lites in quibus contrariar. probationum conflictus non adſit, *Vaſq.* 2. *controuerſ. vſufreq.* 33. *in fin.* Aſt vt probationes veluti æquilibrio pares ſint, nec quidquam in alteram partem præponderet, ratiſſ. Quò reuocari vſum huius iuriſiurandi inconueniens, *Gilken. ad l.* 3. *C. h. tit. numero* 9. t Immò & t poteſt & debet, per *not. S. lit. Q. & arg. inter* 38. *de re iud.* Quin ipſe *Don. ad l.* 15. *C. de fid. inſtr.* inſtrument. quoque tribus teſtibus confirmatum, totidem teſtibus à reo refelli poſſe ſtatuit, vt *j. lib.* 25. *cap.* 8. Paria autem ſunt, nihil probare, & probatum elidi; arg. *l.* 10. *§. 6. de in rem verſo l.* 71. *l. de V. S. nihil.* 112. *d. Reg. I.* & ſimil. Maioritaque iniquitas, ſi in paritate probationum deferatur iuſiuran, hoc ipſi reo: tum quod eâ præſtatione onerareturs, citra eam abſoluendus; tum quod iniuria illi fieret ſententia retractationi obnoxia futura. u Aſt vbi probationes ipſæ mutuo u concurſu eliſæ, minimum hîc eſt quod præponderet, nim. ipſum iuſiurandum ſolum. Plus certè eſt quod præponderet vbi & aliquid hinc probatum eſt, & ei iuſiur. accedit; ex parte autem aduerſâ nihil. x Vulgò in eo non vno modo, va- x riant. Rem quatuor quæſt. expediris definiemus. I. An vt deferatur peti poſſit? Sunt qui negant (qui iidem tamen iudici neceſſitatem deferendi iniungunt) quia vltrò petens ſuſpectum ſe reddat, arg. *l.* 25. *de Procur. Panor. in c. vlt. h. tit. refer. Fach.* 1. *contr.* 16. Contrarium probarius, nec in eo adſtruendo laborandum. Videndum quando poſſit. Sanè quod ante concluſ. cauſſæ in quacunque iudicij parte, expeditius eſt, *Beuſ. ad l.* 31. *h. tit. numero* 41. 3. *Stiatic. obſerv. pract. cap.* 20. *numero* 23. & ſeq. poſt alios *Rauchbar. p.* 1. *q.* 9. *numero* 12. & ſeq. Num autem & poſt eam, certatur. Negopin. ceu commun. probant *Beuſt. in l. admonendi. numero* 414. & ſeq. *Seraphin. priuil. iuram.* 33. *numero* 192. & ſeq. *Mynſing.* 1. *obſerv.* 60. *in fin. Gail.* 1. *obſerv.* 108. *numero* 1. *&* 2. quia per eam omni probationi renunciatum, & imputari poteſt liriganti culpa, cum publicaris atteſtationibus ſcire poturerit, quantum ſit probatum, & num hinc recurri oportuerit. Sed affirm. poſt Salic. firmat *Fachin.* 1. *controu.* 17. qui & contrariis occurrit. Planè etſi petitum ante concluſ. cauſſæ, poſt eam deterri poteſt, *Mynſ. d. obſ.* 68. *in fin.* Neque enim ex abrupto huc procedend. iudici, vid. *Striatic. obſ. pract. c.* 20. *num.* 6. *&* 7. itemque non conuenit num poſt terminum ad probandum aſſignatum, vid. *Beuſt. d. lo. n.* 419. & ſeqq. *Stiatic. d. c.* 20. *num.* 25. *& num.* 28. Sanè & in appellationis cauſſa peti & præſtari poteſt *Gail.* 1. *obſ.* 108. *Foller ad Marant. p.* 6. *h. t. n.* 20. & ab eo qui ſemiplenè probauit *in* priori inſtantia, *A. Fab. c. ſuo h. t. definit.* 27. *Seraph. d. priu.* 33. *numer.* 194. Et iure Saxonico in leuteratione, ceu vſus ſeruat, *Beuſt. d. loc numer.* 423. *& in rub. D. hoc tit. numero.* 121. Q. 2. An peti hoc neceſſe ſit, vt aliàs iudex inferre nequeat? Aff. *Bart.* & alij ref. *Fachin.* 1. *contr.* 16. quia iudex officium ſuum non impertit niſi petenti. *& Lancell. Conrad. de off. præt. in cauſſ. ciuil. v. Iuramentum. numero* 2. *Aſin. de exſecut.* §. 3. *c.* 10. *Schurff. cent.* 2. *conſ.* 47. *numer.* 2. *Menoch. arb. ca.* 464. *numer.* 28. *Stiatic. obſ. pract. c.* 20. *numer.* 17. *& ſeq. & numer.* 26. *ac ſeq. Seraphin. priuil. iuram.* 33. *numer.* 192. ibique in addit. *Martin. Benckendorff. numer.* 154. quia non reſpicit ſollennitatem & ordinem iudiciorum, ſed priuatum commodum. Et magis comm. vocat *Gail.* 1. *obſ.* 108. *numer.* 3. iuxta quam apud ſuos iudicari refert *Anton. Fab.* 19. *err. pragmat.* 3. *& C. ſuo h. tit. defin.* 8. Sed neg. eſt benignior & æquior, f r nante *Gail. ibid. numer.* 5. *&* 6. vt poſt concluſionem cauſſæ hoc iudici lic re velit ex placito curiæ ſupremæ, in graui cauſſa add. *Fachin.* 1. *contr.* 16. *& ſequent. Beuſt. ad rub. hoc titul. numero* 117. *Buſius ad l.* 31. *h. tit num.* 14. *Gilken. ad l.* 3. *C. h. t. n.* 24. ac ſequent. *Aſin.* veluti recedens à priori opinione *d.* §. 3. *c.* 27. Quomodo & caurum *Nou. elect. Saxon.* 23. *part.* 3. Non obſtat ſuperior regula. Ei enim locus in illis quæ primùm emergũt. In proceſſibus autem iam cœptis magna iudicis poteſtas, multaque ex officio, ad eruendam veritatem, permiſſa *l.* 25. §. 8. *de ed. ed. Buſ. d. num.* 14. Confer. *Gæd. de ſequeſtr. c.* 1. *nu.* 109. *pag.* 162. Q. 3. An ſi petitum iudex deferre neceſſe habeat? Ratio dub. in *v. ſolent*, vt Donell. hîc Sed aff. communis, vbi ſcilicet ſemiplenè probatum eſt, & alia requiſita adſunt. Vt ſi petenti non deferatur, appellari poſſit, *Beuſt. ad l. admonendi. num.* 119. *Stiatic. d. c.* 20. *n.* 30. *& nu.* 33. *Coraſ. ad d. l.* 31. *p.* 2. *nu* 50. quia *v. ſolent* explicatur per *v. oportet l.* 3. *C. h. t.* vt & alibi *l.* 4. §. 1. *de in diem addict.* Q. 4. An ſi non petitum, iudex pariter teneatur? Grauius hîc dubium per ea quæ Donell. hîc, & argum. *l.* 4. §. 2. *de in lit. iurand. iunct.* §. 1. r

vbi

vbi itidem *in* §. 1. vocula *oportet*, & tamen *d.* §. 2. dicitur in arbitrio esse, &c. Affirm. tamen *Fachin. 1. controu. 16. & Moller. ad Nou. Elect. Saxon. 23. p. 1. num. 5. & seq.* vbi & apud nos ita iudicari debere censet, nō obstante quod *d. Nouell. 23.* hæc verba, *Dass in des Richters macht stehen sol. &c.* Nam Electoxi hoc solùm, ait, propositum definire, num ex officio non petitum deferri possit, non aliam quæstionem an deferre teneatur. Mihi immò & hoc videtur decisum in fine eiusdem Cōstit. verbis, *Es sol auch solch vnser Hoffgericht, &c. halt en sollen.* Quæ *Moller.* vertit; Idque iudicia nostra, &c. obseruare *iubemus.* Sanè iniquè, opinor, facerēt iudices, vel qui in dicasteriis consulti sententiam dicunt, si aperte ex actis liqueat deferri posse, si non deferant, vt ita iustā causā, ob solam amissionem meri solennis ciuilis, quis cadat. Largior non iniquè multa statuta, vt sæpè quis bonam causſam malè procedendo perdere possit. Sed illa vtilitatis publicæ ergò causſa minuendarum & celerius finiendarum litium. Quæ ratio hīc cessat. Quin potius *tit. illi C. vt quæ desunt aduocatis* locus. Siquidem non de facti quæstione agitur, sed iuris. De facto enim ponimus ex actis apparere, exstareque eas probationes, quæ supplementum iuratorium exigant, vel admittant, Quin vel ideò iudex ex officio deferre debet; vt lites minuat ne pars succumbens ob non sufficientes probationes, ad appellat. confugere necesse habeat. Tres hīc diuersæ sententiæ notantur *à Fach. 1. controu. 18. Beust. ad l. admonendi. num. 164.* & seqq. *Eberh. Speckhan. cent. 1. q. 46.* Nam Azo & sequaces reo, Hugolin. actori deferri voluit. Specul. verò totum hoc ad arbitrium iudicis discreti reiecit. Quas opiniones componere nituntur *Beust. d. lo. num. 174.* & seqq. exponendo quæ hīc iudici spectanda sint, vt & *Menoch. arb. ca. 190. Speckhan. d. q. 46. Sich. ad l. 3. C. h. t. num. 50. Stiat. obser. pract. c. 20. num. 9.* & seqq. Noſic: Quatuor hīc verti videntur, ad quæ attendere debet iudex & inde statuere vtri deferar. 1. est personæ conditio, dignitas ac fides. Integra enim sit existimationis & inculpatæ vitæ cui defertur, vid. *Marq. Freher. lib. 2. de existimat. cap. 6. nu. 13. & seqq.* Persona legalis, *Menoch. d. cap. 190. num. 12.* plus bonitatis requirens quàm quæ ex vulgari præsumptione (vnde quiuis bonus haberur) vir honestus ac probus *idem ea. 464. num. 9. & 12.* Nec nisi aliās esset testis integra ab omni calumnia potior in causſa aliena, idem *Freher. lib. 2. de existim. qui est de infamia cap. 28. nu. 1. Beust. d. num. 174. Speckh. d. loc. num. 5.* Accentur itaque infames & qui aliā notā laborant, vt infamiā facti, *Zobel. p. 1. diff. iur. ciu. & Sax. 22. num. 2. Freher. d. loc. & Beust. num. 179. & seqq.* Et ita *Papian. lib. Resp. tit. 25.* (habetur post *Cod. Theod. pag. m. 133.*) Hic sacramenti ordo notatis infamiā denegatur secundùm Const. Gregor. & Hermogeniani. Proinde & fœneratores, vid. *Menoch. d. cap. 90. num. 14. & d. cap. 464. num. 12.* & seqq. *Beust. d. loc. nu. 188.* & seqq. *Lelius Zechus tr. de Vsur. c. 15. num. 3.* Iudæus contra Christianum litigans, *Menoch. d. cap. 190. num. 15. Beust. d. loc. num. 196.* & sequent. *Hartm. tit. 25. obs 6. num. 12.* Et faciunt *not. 5. lib. 18. cap. 7. let. N. p. 300.* (Contrarium tamen receptius esse scribit *Seraphin. prin. iurament. 33. num. 205.* & pro tribunali Spirensi Iudæo fuisse hoc delatum testatur *Mynſ. 5. obſ. 6. & addit. ad Hartm. d. loc. num. 14.*) Aliud si Christianus contra Iudæos, *Baptista de S. Blasio tract. correlationor. 6. vlt. n. 28.* Periurus, *Beust. d. loc. n. 207.* & seq. *Goraſ. d. l. 31. part. 2. n. 40. & seq. Ant. Del Re de iuram. calli. 5. n. 152. & n. 157. Hart. d. obſ. 6. n. 11. Mynſ 3. obſ. 58. Menoch. d. c. 464. n. 19.* & seqq. vbi inquirit quid si pœnitentiā egerit & à periurio absolutus, *add. Afflict. decis. 36.* Et quia ad iurandum pronus, vel quem peieraturum suſpicio est, *Beust. d l. n. 209. Menoch arb. c. 192. n. 3. A. Fab.* (*suo h. t. defin. 44. n. 5. Bart. Maſculus de succeſſ. cœnu. l. 1. mēb. 2. conel. 5 n. 108.*) Nū & spurius? Hunc admittit *Menoc. d. c. 464. n. 17.* & sequent. Putarem si cætera honestus, non penitus hinc excludi, ast si cum altero integrioris notæ ipsi lis sit ac par cæteroquin vtriusque causſa, alteri deferendum esse. Confer. *not. S. lib. 6. c. 16. lit. B.* Fuerunt qui his accenserent stipendiarios milites, eò quòd operas suas mercede locent. Quos refellit *Beust. d. l. n. 199.* & seqq. ex quo transcripsit *Setser. lib. 4. c. 12. n. 37. & seqq.* Planè & vbi neuter per se arcetra, vt in testibus, indicis est statuere cuius dignitatis ac æstimationis sint, quanta cuique fides habenda, *l. 3. princ. & §. 1. de testib.* ita & hic digniori potiùs, & quem credibile est non peieraturum, deferæ potest. Sic maior præsumptio pro nobile & diuite, iuſt. scil. partis opibus *Beust. d. lo n. 175. Hart. obſ. 6. n. 10. Sich. ad l. 3. C. h. nu. 51.* & seq. *Speckh. cent. 1. q. 46. n. 9. & ex eo Setser. li. 4. c. 13. n. 8. & seq.* pro viro egregio & in dignitate constituto, etsi aduersarius nullā aliās nota laboret. Ac viro potiùs quàm fœminæ deferendum; *Tiraq. l. connu. 9. num. 72. Beust. d. n. 175. Setſ. d. c. 13. n. 11.* qui ad verbū *ex Beust. & Speck: d. lo.* transcripsit. 11, Natura causſæ eiusque qualitas & quantitas. Planè regulare esse vt admittatur cōstat ex *l. 9. C. h. t.* verbis; *in cæteris causſis.* Quod de ciuilibus ac pecuniariis vulgò exaudiunt, vid. *Sich. ad l. 3. C. h. t. num. 4. & 5. Beust. in l. admonendi. n. 178.* Sed id potiſſ. intellig. videtur de suppletorio actori delato. Quin enim idem in causſis grauioribus reo turò deferatur, non est, opinor, quod valdè impediat, nisi forsan vbi peieraturum eum suſpicio est. Excipiuntur itaque 1. Causſæ ciuiles arduæ & magnæ quantitatis, *Menoch. arb. c. 72. n. 1. & c. 190. n. 17. & seq. Mynſ. 1. obſ. 68. n. 4. Beust. ad l. admonendi. n. 238.* & seq. *Lanc. Conrad. de off. prat. in cauſſ. ciuil. v. Iur. n. 3.* Nisi plus quam semiplenè probatum sit & persona iuratura fide digna & honestæ conditionis; vid. *Marſil. ſing. 27. Seraphin. priuil. iuram. 33. n. 10. poſt alios Beckendorff. addit. ibid. num. 19. Gai. 1. obſ 108. n. 11. Coraſ. in l. admonendi. p. 2. n. 51. Fr. Hercula, de prob. negatiuā n. 235. & 279. Stiat. obſ. c. 20. n. 39.* item nisi contra eum agatur qui antea aliquo de mēdacio conuictus, si rectè *Graueta de antiq. temp. parte 1. §. vidimus. & abundè n. 17. p. 86.* Quæ autē tales, iudici ex re & litigantium conditione æstimandum, *Sich. ad d. l. 3. n. 53. Mynſ. d. obſ 68. n. 4. vid. Beust. d. loc. n. 243. & seqq. Teſſaur. decis. 61. n. 4. Menoc. arb. c. 72. & not. S. l. 21. c. 9. l. M.* Quò referunt quidam causſas feudales, fiscales, beneficij, vsurarias, odiosas, vt cum de rēporis præscript. agitur, itemque famosas, vid. *Thom. Grammat. addit. ad Afflict. decis. 36. A. Fab. C. suo h. t. defin. 44. Sich. ad d. l. 3. nu. 9. & seq. Coraſ. ad d. l. 31. p. 2. n. 51. Damhoud. praxi ciu. c. 179. n. 9. Beust. d. loc n. 262.* & seqq. Vbi *nu. 267.* id in famosis restringit, nisi probatio maior semiplenam probationem nihil præstiterit, vt Azo voluit ref. *Menoch. arb. ca. 190. n. 20.* & sequi videtur *Sich. d. l. 3. C. h. t. nu. 55. ac seq. Beust. in l. admonēdi. n. 176. Speckh. cēt. 1. q. 40. n. 10.* Nec omnimodo actori vt Cyn, ea ratione quod reus cupiditate rei detinendæ facilius peieraturus censeatur, Quam inuertit *Sich. d. loc*, quod immò maior in actore suſpicio ne & spe rei consequendæ excidat; & calumniæ suſpicionem in se concitet. Verùm spectandum vter quousque probauerit, intentionemque suam ex parte impleuerit, vt iurisiur. huius subsidio perfici possit. Equidem si actoris probatio imperfectior infra semiplenam, suſpicionem tamen quandam mouit Iudici, contra reū, huic deferendum est ad purgandam innocentiam, itemque si præsūptio leuior cuius minor vis quam semiplenæ probationis, vid. *Rod. Suarez. in l. 4 fori tit. de iuram. nu. 19.* & seqq. *Lanc. Conrad. de offic. prat. in cauſſ. ciuil. v. iuram. nu. 3.* Contrà si actor plenè probauit, exempli gratia, mutuum, reus autem except. exempli gratia solutionem, per leue iudicium non defertur reo, sed actori, itidem ad purgand. innocentiam, eādem ratione, *Suar. d. loc. n. 25.* Vbi scilicet defensio rei compatitur actionis, seu non contradicit proposito actoris. Veluti hic vtrūque potest esse & quod mutuauerit actor, & quod soluerit reus. Secus si exceptio contraria & non compatibilis. Ibi enim plena actoris probatio non confunditur per præsumptionem Rei, nec necesse est venire ad iuramentum, *de quo fusius Suar. d. loc. nu. 26.* & seq. Cæterūm si actor semiplenè intentionem fundauit, reus autem nudā inficiatione vsus nihil probauit, si & actor honestus, cui res comperta, & causſa habilis, crebrior vsūque forensi probatior opinio exigit vt illi, non reo, deferatur, teste *Lanc. Corad. d. loc. num. 4. Menoch. arb. cap. 190. n. 20. Beust. in l. admonēdi. 31. h. t. n. 168. Coler. de Proceſſ. exec. p. 1. c. 10. nu. 114.* & seq. *Fachin. 1. contr. 18.* scribens ita semper obseruatum se vidisse, & id summam habere rationem & æquitatem. Nec temerè. Nam vbi reus nihil probauit, non est quod is suppleat. Supplerur enim quod perfectæ probationi deest. Aliōs eliſorium iusiur. aut quo alio simili verbo, nuncupandum erit, non suppletorium. Et vt in reliquis pares hīc sint litigantes, ast in eo dispares, quod alter aliquid, alter nihil probauit. Ille suā, imperfectā licet, probatione fidem iam aliquam fecit iudici eumque induxit, vt opinetur meliorem actoris causſam esse, pro quā aliquid affertur, quàm rei pro quā nihil. Quod si ex *inopia* probationum huc deuenitur *l. C. h. t. 3.* quorsum nisi vt illi occurratur; non vtique vt elidantur, vt quæ inopes ante fuerunt, egenæ postea fiant, iunge nor. *S. lit. S.* Adhæc vt Coler. perpendit *d. num. 115.* aliās actori nihil profuturā sua sententia, non ex eo quo actor iurare paratus, currere *iudicatum Mynſ. 5. obſ. 95.* ee Et hīc oportet vt iuret producens se notitiam antea eorum non habuiſſe, *Gu. Pap. dec. 201. n. 1. & d. c. 243. n. 3. A. Fab. 19. err. preg. 5. p. 671. Seraphin. priuileg. iurā 38. Coraſ. in l. 31. h. t. p. 2. n. 37.* & seqq. *Menoch. arb. c. 241.* qui præterea requirit, vt probet se priùs diligentiā vsum in illis perquirendis, & vt in aliis iudiciis adiunctur producēs. Sed & aduersarius ne fatetur iuram. tali scientiam præced. probare potest, *Coraſ. d. loc. num. 42.* Vide de hac rerractatione *Menoch. ibid. Cuiac. 18 obſ. 35. A. Fab. d. err. 5. Coraſ. in h. l. ad monendi 31. p. 2. n. 1.* & seqq. *Meichsner. tomo 3. decis. Cam. 14. n. 116.* & seq. fusè *Sfort. Oddus de reſt. in int. p. 1. q. 74.* & seqq. dd ita *Beust. ad l. admonendi, nu. 31.* quia ex iuramento partis lata sententia, qui veluti testis in causſā suā. Et *num. 32.* quia ex probationibus priuilegiatis lata cuiusmodi sententia non transeat in rem iudic. & ita Dd. vulgò & *Sich. in l. 1. C. h. tit. num. 5. Padilla ad l. errōr. C. de Iur. & fac. ign. num. 44. Bronch. 4. aſſ. 18.* quia priuilegiata est, ait, & imperfecta probatio, ac facilius tolluntur, quæ iuris sunt specialis quàm quæ iuris communis. Et quia ob inopiam probationum delatum est, copia earū emergens infirmat, *Bronch. 2. aſſ. 26.* Aliter *Coraſ. in d. l. admonendi. p. 2. num. 18.* quia sententia dolo obtinentis secuta retractari possit, *l. 75. §. 1. de iud.* Aliter *Cuiac. 18. obſ. 35.* quia res iudicata ex falsis instrumēcis ex integro agi potest, vt *j. lib. 27. c. 7.* Instrumentis autem adnumerari vult iusiur. hoc quo iudex instructus sit ad rem iudicandam; ee ita Donell. *ad l. 3. C. h. t. n. 13. Oldend. ch. 1. act. 9. in fi. Beust. ad l. admonendi. num. 35. Coraſ. ibid. p. 2. num. 9. Cuiac. 18. obſ. 35. Vult. ad §. item ſi 11.* (*ipſi 10.*) *I. de act. num. 18. Sich. ad l. 1. C. h. t. nu. 3.* Illīc imputari potest cur detulerit, hīc nih l. Adhæc cum quis sit ex necessitate, iura benigniora sunt quàm si ex voluntate, arg. *l. 7. §. 1. Qui ſatisd. ſing. l. 56. §. 1. de euict. Sich d. n. 3. Caroc. de iuram. l. dec. q. 2. queſtionis 10. principalis numer. 5.* Ideoque nec naturalis obligat. hoc iuramēto tollitur, *Beust. ad*

SVperiora prodita litigatorum gratiâ vt sit eis spatium ad dicendu agendumque quæ velint, & videndum quid causa postulet. PRÆCIPVE verò IVDICIS OFFICII EST, VT PROBATIONES COGNOSCAT. Quidquid enim in iudicium vocatur, de eo antè statui nequit, quàm si probatum sit. Et nisi probet is, cuius interest probare, vinci debet & aduersarius, etsi nihil præstiterit, obtinet *l. 4. C. de ed. l. 9. C. de O. & A.* (*l. 2. C. h. t. l. vlt. Cod. de R. V.* [a] *ex c. seq.*) (*Nec præstrendo se probare non posse, reum necessitate probandi astringit.* l. actor 23. C. h. t. *Ratio dub. Necessitas excusationem meretur, fidesq; rerum iudicatarum res dubias probari exigit. Ratio decid. Aliàs graue onus ei facto actoris imponeretur; cõtrà quàm iuris & æquitatis ratio dictat* l. 27. pr. de Procur. l. non debet alteri 74. R. I. *Adhæc negantis nulla probatio*, vid. c. seq. *hæc* ad d. l. 23. cum. 3. & 4. *Denique absurdè petitur à reo, vt contra se arma subministret.* l. vlt. in fin. C. de ed. *ad d. l. 23. n. 11.*) Hinc necessitas probationis, cùm aduersarius negat. PROBARE, à probo, non quòd probè faciat, qui probat; id enim nimis generale, sed quia efficit, vt probum ac rectum, nec calumniosè aut improbè confictum iu- b dicetur id quod intendit. [b] EST REI DVBIÆ, id est, negatæ. *l. vlt. C. Quib. ad lib. proclam.* per ea quæ c iure certa habentur. *l. 4. C. h. t.* FIDEM FACERE [c] adderemus *Iudici*, nisi hoc satis ex re ipsa intelligeretur. Vel idoneis modis verum esse id, quod dicitur, ostendere. *l. 17. C. h. t.* docere *l. 12. l. 11. eod.* monstrare re *l. 20. l. 23. eod.* Dicunt & nostri intentionem implere. *l. 17. l. 23. D. l. 1. C. h. tit.* vel quia implere quoque significat perficere, consummare. *l. 5. Mand. l. 7. de vsucap.* vel, & aptiùs, metaphora à viis inæqualibus, quæ d dum fossæ implentur, planæ fiunt. [d] TRES AVTEM HIC PRÆCIPVÆ QVÆSTIONES. 1. QVIS PROBET. 2. CVI. 3. QVIBVS MODIS, seu quæ species probationum. Quarum media expedita quod Iudici, cui nempe causa cognoscenda, *l. 12. in fin. D. h. t. l. 1. de cond. ob turp. ca.* (*Aliarum ad cognitionem hauriendam hîc ad comm.* in h. tit. Cod. & 2. seqq. *remissio fit puto à Scip. Gentile qui interseruit. Mihi congruum visum Synopticam* Don. nostri comm. ad eosd. tit. Dig. in seqq. *enucleare, vt tamen sparsim suis quæque locis quæ ad ll. Cod. peculiariter tractata interspergerem. Quando verò hæc non pauca adeò, aliis notatis totus liber hic vacat. Non defuerunt sanè quæ subnotarem, sed copiâ obrutus seligere pauca è plurimis nolui. Litterarum characteres capitibus maximè longiusculis, cur non minus interseruirem & in ora adpinxerim, conicere facile erit.*

CAPVT II.

Cuius sit probare.

ILla naturâ PRIOR QVÆSTIO est, VTER PROBARE DEBEAT. De quo, quia probationis multæ molestiæ & onera grauia, multum controuertitur; sic res habet; Neque actoris hæ partes sunt; neque rei; neque coniunctim vtriusque, sed prout quisque quid dicit aut intendit. ET EIVS PROBATIO EST, QVI DICIT, NON QVI NEGAT, *l. 2. D. h. t.* QVIA FACTVM NEGANTIS quatenus negat per rerum naturam (*ius vim & potestatem rebus à natura, id est, Deo, inditam, quæ immutabilis, non verò, vt quidam ineptiunt, refutatione indigni, iuxta consuetud. iudiciorum, quòd consuetudo sit altera natura* per l. 9. pr. de lib. & posth. *nam is ordo iudiciorum ab hominibus constitutus, pro varietate rerum mutabilis* ad l. 23. C. h. tit. num. 9.) NVLLA PROBATIO. *l. actor 23. C. hoc tit l. 10. Cod. de non num. pec.* [a] Veluti non quia 20. vel 100. testes dicunt a se non vidisse mihi numerari pecuniam, ideò non accepi, (*idem de instrumentis, quotcunque prolata, nihil de negotio, de quo lis est, exhibeant.* ad d. l. 23. num. 9.) Quòd si factum loco & tempore circumscriptum, ex. gr. si Lugduni numeratum dicatur Calend. Ianuarij, & qui negat, contrà probet, quia eo die alibi fuerit, *l. 14. in fin. C. de contr. stip.* non quatenus negat, sed quia priùs aliquid ponit, ex quo id quod negat per consequentiam colligitur, probare dicitur. [b] Sic si petitione hæreditatis, vel rei vindicatione b conuentus probet se hæredem, vel rem suam esse, eo ipso quoque ostendit eam actoris non esse, sed & hic priùs aliquid intendit, neque negantis probatio est, sed eius, quod dicit. Idem in aliis, vt nunquam probare queat, qui negat, nisi priùs quid affirmet (*vbi non est probatio negationis principaliter, sed affirmationis, ex qua illa per consequentiam elicitur. In rebus autem, quod principaliter sit, causamq; & originem intuemur, non si quod inde nascitur.* l. 1. de auct. tut. & sim. hæc ad d. l. 23. num. 9.) iniquum autem foret iniungi aduersario, vt ipse quid ponat contra intentionem aduersarij nondum impletam, idque probet. Alioqui factum alterius, qui litem instituit, mali erit onerosum, qui quò plura, temerariâ act. mota, mentietur, eò maiores molestias obiiciet, si dum se probare non posse profitetur, necessitate monstrandi contrarium me adstringit *d. l. 23.* (*Nam si probare nequit factum eius qui litem mouit, ipsi soli nocere, alium commodo possess. priuare debet. Quare perpetuum est: Quisquis negat, quodcunque id sit, ei probatio quatenus negat, nunquam incumbit.* [c] *Quod confirmatur* dict. l. 2. l. 8. c C. hoc titul. & argument. l. 9. §. 1. Quod met. cau. l. 20. §. 11. in fin. de pet. her. *Malè DD. vulgò tria negatiua genera faciunt: Facti, quam non posse probari concedunt; Iuris, & Qualitatis, quas probandas à reo contendunt.* [d] *Qui error mox conuincetur. Obi. 1. L. 5. C. de Codicil.* d *Rz. Rectè vulgò ibi orationem verbis negatiuam, reipsâ affirmatiuam esse, quæ affir. spectanda, quia negans mentis compotem fuisse, apertè dicit fuisse dementem, itaque except. contra codicillos vtitur* (ad d. l. 23. num. 11.) *Obi. 2. L. 5. §. 1. D. h. tit. Rz. Hîc vulgaris error est, esse ibi negatiuam iuris, proinde probandam, eò quòd omnia iure licerent, nisi quæ prohibita.* [e] *Error duplex: Nam 1. & hic* e *facti negatio est. Quia aliquem iure prohiberi facti est, ius nempe ita constitutum esse. Deinde non hæc vera negatio: Nego emancipationem ritè factam, te idoneum procuratorem; sed affirmato, iure sc. prohiberi.* vid. & infr. h. cap. litt. O. *Nam hæc procuratoria exceptio dicitur, proinde à reo probanda,* l. 19. D. h. t. *Obi. 3. L. 77. §. 25.* de leg. 2. l. 20. de manum. test. l. 30. C. de inof. test. *Rz. Hic vulgò ponunt negatiuam qualitatis; quemq; autem idoneum qualitate præsumi, donec contrà probetur* [f] *pari apertioriq; errore ge-* f *mino. Nam & qui negat aliquem promeruisse, factum negat. Et hic quoque affirmatio hæredis, qui eo ipso affirmat, seruos ex. gr. ea fecisse, propter quæ indigni sint relicto* d. l. 20. *ideoque probare debet, & quia affirmat, & quia actioni testam. except. obiic.* (*hæc d. loc. n. 12.*) *Vnde igitur apparet vera negatiua*

gatiua? Nunquam ex verbis Rei, sed intentione actoris. Hanc si reus negat, vera est negatiua, etsi verba aientia, vt si actor in rem conuentus se dominum dicat. §. 1. Instit. act. *Contrà, vbi intentionem non negat, sed aduersùs eum aliquid primum adfert ad sui defensionem vel exceptionem vera affir-* g *matio, etsi verba negatiua, vt in allatis exemplis.* g *Confirmat hæc exemplum negatoriæ actionis, quæ verbis negatiua est, vnde & nomen, re affirmatiua, ita vt agens probare debeat.* l. 5. si vsusfruct. (d. loc. num. 13.) *Eius idem interpret. vulgus regulæ huic locum in criminalibus non esse, cùm immò ibi eadem ratio sit, & æquitas euidentior, ne factum accusantis oneret. Neque in vllo vel falsi vel maiestatis crimine exceptio est, quin quo periculum grauius, ma-* h *gis consulendum.* l. 1. §. de Carb. ed. h *Obi.* L. 22. C. ad l. Corn. de fals. *Rz. Non quia accusatori soli non indicitur necessitas probandi, ideò reo, sed vt ibid. Iudex inter vtrumque medium se gerit, qui vtrumque interrogat, dissimulando quærit, quò veritatem inuestiget. Obiect.* L. vlt. in fin. Codic. de abolit. *Rz. Ibi reus vrgetur non ad probanda quæ negat, sed ad purganda. Purgare est excusare, & reddere rationes cur, aut quo animo, fecerit, vt prob.* l. 5. princip. D. de publ. iudic. *Quæ purgatio innocentia eò spectat, vt Iudex quid veri sit aut falsi, quidve probatum, statuat, non vt reum, negationem non probantem condemnet* (hæc d. loc. num. 13. & 2. seqq.) *Quid, si reus negans aliquid, idem affirmet, eiusq; probationem in se recipiat? Mos ei gerendus est.* l. 14. d. h. tit. *id est,* (*non, vt Accurs. exponit, consuetudo iudiciorum seruanda, sed*) *audiendus & admittendus est. Quòdsi ita in præiudiciali actione* d. l. 14. *vbi sententia aduersùs omnes prodest magis in* i *rei vindicatione & similibus.* i *Cui bono, dices, recipiat? Vt postquam probauerit dominus, aut ingenuus, exempli gratiâ, pronuncietur, cùm aliàs nihil de suo iure, sed de non iure actoris ferat sententia. Vnde si possessione exciderit, eaque ad actorem, qui prius erat, venerit, eam ab illo vindicare nequit; priore autem casu sic.* l. 11. pr. de iureiur. *Quid si susceptam probationem non impleat an condemnandus? Non: quia initio duo sibi sumpsit, possess. & dominium. In hoc, si deficit, illa superest, neque dum rem suam dixit, possessioni renuntiauit.* l. 12. §. 1. de acquirend. possess. k k *Quid, si vterque de dominio suo docere velit? Par vtriusque causa, eadem vtrique ad probandum eodem tempore dilatio danda. Quòd si alter præferendus esset, is reus,* per l. fauorabil. 125. de R. I. *Hæc ad* d. l. 23. C. hoc tit. numer. 15. & 16.] HVIC REGVLÆ CONSEQVENS, QVIA ACTOR semper aliquid INTENDIT, QVOTIES REVS NEGAT, semper actor PROBA- l RE DEBET. *l. 21. C. l. 8. l. 23. C. h. t.* I Exempla *l. 4. l. 6. l. 21. d. 23. D. h. t.* aliàs reus absolujtur, vt cap. præced. Inde onus petitoris, commodum possessoris. §. 4. I. de interd. [*Quin & qui restitui in integrum vult, etatem vt probet oportet. Quò spectat* L. Cùm te 9. C. h. tit. *Satis autem est, si probet se minorem fuisse cùm contraheret,* l. 4. Codic. de in int. rest. min. *quia nec amplius intendere eum oportet. In* d. l. 9. *autem in præsenti de ea ætate probare debet; quia vltrò dicit se tunc adhuc esse minorem. Vnde efficitur multò magis, antè fuisse cùm contraheret,* ad d. l. 9. numer. 3. & 4.] QVOD SI REVS DE INTENTIONE CONFESSVS ALIQVAM DEFENSIONEM OPPONAT, liberationem ipso iure vel exceptionem alleget, quia iam non negat, sed dicit aliquid & intendit PROBARE DEBET, vt si creditum non abnuendo, solutum pensatum, vel acceptilatum dicat. Nam in exceptionibus reum actoris partibus fungi & excepti velut intentionem implere oportet. *l. 19. C. hoc tit.* [*Et ita non obstat generalitas* d. l. 21. *verbo Semper. Nam & sic accipi debet, si reus neget, & ita intentio dubia; at in defensione reus quoque actor est.* d. l. 19. & l. 1. de except. ad l. 1. Cod. hoc tit. *& tunc ipse lite pulsat aduersarium, cùm quid ei obiicit, quod ipse actor negat.* m ad l. 8. Cod. hoc titul. numer. 5.] m quæcunque ea sit. Exempla *l. 18. §. 1. l. 19. in princip. & §§.* seqq. item *l. 17.* vbi non legatarius actor probat; quia legatum petendo ex testamento valido intentione iustâ vtitur, sed hæres conuentus, qui se lege Falcid. tuetur, quasi hæreditas non soluendo sit. Item si legatum ademptum dicat. Quin & generaliter qui voluntatem mutatam dicit, probare debet. *l. 22. D. hoc titul.* Non tam quod non facilè voluntatem quis mutare præsumatur, vt DD. vulgò. n Quid enim si n homo leuis & inconstans proponatur, quàm quia cuiusuis est, intentionem suam implere, etsi nulla alia pro aduersario præsumptio. Hinc possessor petitorio conuentus intendens sibi donata esse prædia, ipse probare debet, *l. 16. C. h. t.* Non quia præsumptiò ibi pro petitore, vt ex prætorio iu futurum æstimetur, vt DD. vulgò. Sed hoc omne ita est ex superiore regula ac certa iuris ratione & necessitate, nec vllâ præsumptione aut coniecturâ opus. Nam ibi prædia fuisse patris decessoris, eique hæredes petitores exstitisse emancipatorum confessione constat. Necesse est igitur, vt & in ea prædia successerint, nisi dominium eorum pater transtulerit. *l. 11. de R. I. iunct. l. 37. de acquir. hær.* Translationem hanc dum factam dicunt possessores eadem ipsis probandi necessitas, quæ ei, qui mutatam voluntatem, obligationem ve solutam dicit. Quare ibi petitores non probant, non quia olim dominus etiam hodie præsumitur; nihil enim hæc coniunctum habent, nihil consequens & in neutram partem illa præsumptio, cùm tam crebrò vnum contingat quàm alterum; sed quia certum est, eos dominos esse, nisi dominium mutatum sit, atque eorum intentio liquida, & fundata, vnde vincere eos oportet, nisi alienatio facta dicatur; mutatio verò hæc à possessoribus obiecta, ab aduersariis negata, quæ manifesta exceptio est, proinde docenda [hîc & ad d. l. 16. *vbi rectè* Donel. num. 10. *idem esse in possess. & rebus omnibus quæ alicuius sunt nec nisi certis modis esse desinunt, vt necesse sit eas haberi si non amissæ, & si amissæ dicantur id probandum.*]Huc referenda quoque species *l. 12. D. hoc tit.* vbi legatarij multiplicatum legatum dicens fundata intentio est, prolatione duarum scripturarum, testamenti & codicilli. Hæres quia aduersùs id dicit, ex vna solùm peti posse, vi ipsâ dicit alteram esse inanem, atque sic exceptio ab illo nascitur. (*Hinc qui contra hæredem scriptum, cuius intentio prolato testamento fundata est, ab intestato vindicat hæreditatem, necesse est, vt aut testamenti vitium, aut aliâ ratione illum hæredem esse non posse probet.* l. si scriptum 11. Cod. hoc titul. *fortè quòd hæres is fit, qui instituì nequit, aut quòd voluntas vel conditio testatoris mutata.* ad d. l. 11.) Nec alia ratio est cur, qui aduersarium aliquo iure prohibitum dicit ab eo, quod aliàs liceret, exempli gratiâ, ne postulet, procurator sit, testimonium dicat, iudicare aut accusare possit, probare debeat. *l. 5. D. hoc tit.* vt & qui emancip. ritè factam negat, *d. l. 5. §. 1. vt sup. h. ca. lit. E.* si prolatis tabulis emancipationis dicat coram incompetenti Magistratu illam factam. Nam qui hoc dicit, except. legis vtitur, ideoque eam probet. Et ita oratio formâ verborum negatiua, re ipsâ affirmat. Quæ in hanc resoluitur: Dico emancipationem non ritè factam, sollennia omnia non interuenisse. o Ex eodem o itaque iure, communique regulâ omnia exempla quibus probatio reo iniungitur, præterque omninò rem interpp. non animaduertentes vbique defensione & exceptione niti reum intentioni certæ oppositâ, futiles plerasque in singulis iis præsumptiones commenti sunt

P ti sunt P quæ onus ab actore in reum transferant. [*Nunquid autem, vbi actor creditum repetit, reus solutionem allegans, eo ipso debitum & intentionem actoris fatetur? Ita; etsi Bart. dissent. Nam priuatio supponit habitum præcedentem. Ergo qui solutum, idem prius debitum fuisse dicit*, argument. l. decem 116. circ. fin. de V. O. 2. *Qui solutum affirmat, eius rei probationem præstare debet.* l. 1. Cod. hoc tit. *Non igitur necesse est, vt actor hoc casu creditum probet, alias eo non probante absolueretur reus, & sic non necesse haq beret probare solutionem.* q *Dices, Qui soluisse dicit, non ideò debitum agnoscit: nam potest dicere se soluisse indebitum.* l. 25. D. hoc tit. R. *Id dici hîc nequit, vbi rei responsio ad intentionem actoris refertur. Intendebat autem is sibi pecuniam verè deberi. Plane si reus ita dicat*: Nescio an tibi debeatur, quia sum hæres, sed si numerasti, tibi soluta est. *audiendus est, & hîc prius actori probandum quòd numerauerit, deinde reo quòd soluerit.* l. 9. in fin. Cod. de except. hæc ad d. l. 1. num. 5. & 3. seqq.] Sed quid si, vt plerumque fit, pro se quisque aliquid dicat & intendat, quod alter negat, vt vterque dicere & negare videatur? vt si in petitorijs possessor quoque se dominum dicat, si vnus seruitut. deberi sibi dicit, alter negat, qui hoc ipso ædes suas liberas esse intendit? R. Videndum vter actor, seu petitor, quem semper litem mouere & vltrò aliquid intendere palàm est. Hoc si reus neget, etsi contrarium verbis, sibi defendat, solius actoris est probare. Quòd si id confessum sit, videndum an quid ad depulsionē ac defensionem reus alleget, vbi etsi contrarium actor defendit, solius rei est probare. Quid si non liqueat vter actor sit?
r r In petitorijs rerum corporalium, si vterque se possidere dicat, quæstio dirimitur per interdict. retinendæ possess. ac is possess. habetur, proinde & reus, vt probatione releuetur, *l.* 20. D. *l.* 15. C. *h.t.* [hîc & ad d. l. 15. n. 4. & seqq. *Sanè & inuitè possidens commodo possessionis fruitur* l. vlt. Cod. de R. V. *sed si eum possidere conuenit, confessione aduersarij, vt* dict. leg. vltim. *ipso quod vltrò ab eo petebat* ad l. 15. Cod. hoc num. 13.] In seruitutum petitione spectatur, vter sit in quasi possess. seu vsu eius iuris, siue quis seruit, deberi intendat, siue neget. *l.* 6. §. 1. *l.* 8. §. 3. *si seru. vend.* In præiudicialibus quoque, si qui se ingenuum dicit, sit in possess. libertinitatis ipsius, sin in possess. ingenuitatis, sine vi dolóve malo, patroni probatio est. *l. circa* 14. D. *h. l.* 10. *l.* 12. *de lib. cap.* item si pro filio se gerere aduersarij confessione pro tali habitus, huius est probatio. *l.* 15. C. *h. t.* [*Denique spectatur vter sit in possess. iuris sine dolo, vt dominus sine vi, seruus sine fuga.* d. l. 10. & 12. ad d. l. 15. num. 11. & 12. *Quid si vtrobique concurrat iniusta possessio*, vt in specie l. 15. Cod. h. t. *vbi vi adductus, vt seruiret, aufugit, & pro libero se gessit? Initium spectandum, quod fuit ante vim illatam, an nempè tunc fuerit in possessione libertatis. Sic enim fuga sequens non iniusta, sed honesta ratio expediendæ libertatis, vnde non obstat quod vtroque morosò posterior mora nocet; vbi enim vtraque vitiosa & culposa* ad d. l. 15. num. 14.] Nec in his & seruitutibus refert vter prior ad iudicium prouocauerit. s Verbis enim petitor qui litem intendit, effectu ac commodo excipit, & possessor est. Sed hoc ita si principaliter, alterutro postulante, præiudicium inter eos redditum, vbi aliunde constare nequit vter petitor sit. Quòd si inter libertum & patronum alia de re lis principaliter mota, si alter, siue intentionem, si actor, siue exceptionem, si reus sit, in eo fundet, quòd sit patronus, ac per occasionem eius rei præiudicium redditum semper petitoris onus eius est, qui se patronum dicit, etsi sit in possessione. Veluti si operas à liberto petat. *l.* 18. *pr. D. h. t. l. vlt. Si lib. ingen. es. dic.* si famosâ act. conuentus, aut in ius vocatus hoc se tueatur, *d. l. vlt.* Vbi pro *nulla caussa* reponendum, *vlla caussa*, t cogente sententiâ. Nam vt idem *Vlp. eod. lib. in l.* 12. t *de except.* generaliter in præiudiciis actoris partes sustinet, qui habet intentionem scilicet præiudicij secundùm id quod intendit, nempe in iudicio & caussa principali, ex qua præiudic. per occasionem natum, vt rectè *Baro. in §.* 13. *I. de act.* Meritò. Nam quia præiudicij intentio adhibetur ad probandum act. vel exc. principalem, vbi certum est quis actor actorisve loco sit, frustra exquiretur quis in possess. libertinitatis sit, ad id vt sciatur vter petitor sit, cùm de hoc constet, ideoque coniecturæ cessent. Sed & si à reo de intentione confesso exceptio afferatur, ea probanda. Quòd si is dubitet de intentione, habitâ exceptionis contestatione, intentionis probationem prius exigere potest, *l.* 9. *Codic. de except.* Summatim verò nisi quid aliud impediat, qui in possessione alicuius iuris vel tituli cōmodo possessoris fruitur, ne probare cogatur. u Vnde & si pro filio se gerens in quasi possess. u sione antea pro tali habitus confess. aduersarij, non illi, sed huic probatio incumbit. *l.* 15. *D. h. t. vbi mus. c.* 8. *sub fin.* [*Non autem hoc, & in quasi possess. priuilegiu obtinet? Pone: Ad munera publica vocatus dicit se pro veterano hucusque habitum, dum munera detrectaret.* † Accurs. ad l. 7. C. de fi. instr. *vult Reipubl. vocanti contrarium hic probandum esse. cui DD. vulgò reluctantur, eò quòd priuilegium allegans oppugnetur iure communi quo intentio Reipub. fundata est. Quæ ratio non sufficiens; nam si est veteranus, iuuatur imò iure communi. Verè itaque rationes eas priuilegium allegans caussam eius probare debeat, hæc*: 1. *Priuilegij nulla est quasi possessio.* x *Quippe in hac intelligitur esse, qui* x *quid facit quo vsum eius rei vsurpat. Sic ex. gr. in possess. seruitutis ligni immittendi est, qui immissa habet. In vsurpatione priuilegij nullum tale factum intervenire potest. Qui enim munera, ad quæ vocatus, non suscipit, nihil facit, sed cessat.* 2. *Quasi possessio tunc releuat probatione, cùm alter actoris loco, aut non constat vter actor sit. Hic autem constat. Nam* 1. *sanè Resp. vocans ad munera actrix. Vocatus munus detrectans quod veteranus sit exceptione vtitur, in qua actor est. Quare*, vt & rectè DD. vulgò, *quicunque se à muneribus publicis excusat, ex priuilegio causam priuilegij probet oportet, siue certe id priuileg. vsurpauerit, siue non.* hæc ad l. 7. C. de fi. instr. n. 24. & 4. seqq.

CAPVT III.

Præsumptiones.

PLanè interdum iusta ratio onus probandi in aduersarium transfert etsi is neget. Vnde EXCEPTIO prioris regulæ. I. NISI PRO EO QVI dicit vel INTENDIT SIT PRÆSVMPTIO. Quæ est probabilis coniectura seu ratio, ob quam res ita esse censetur, sumpta ex eo quod vulgò fieri solet, contrà autem non nisi rarò [hîc & ad *l.* 1. *Codic. h. tit. nu.* 12.] a Dicta à *præ*, id est, ante, & *sumere*. Vt sit quasi a cogitatione præcepta, vel antè sumpta opinio rem ita esse, priusquam de eo certa probatio allata. Vnde alio sensu, ast eadem notatione, *Quintil. lib. 9. cap.* 2. præsumptionem vocauit occupationem, quæ Græcè προλαψις, cùm quid remouendum sumimus & occupamus, antequam obiectū fuerit. Exempla *h.t.* seqq. 1. Si pater filiū in potestate sua esse dicit, filij probatio est. *l. 8. h. t.* vbi ratio. b 2. Si pacto decessoris de nō petendo, hæb redis nulla mentio facta. Probatio aduersarij est, non de hærede quoq; sensisse defunctum. *D. 9. h. t.* vbi ratio 3. Si quis pecuniam solutam ceu indebitam repetit, quam reus debitam dicit, non hic etsi fatetur se accepisse & hac defensione nitatur, quod debita fuerit, sed ille probat *l.* 25. *pr. vers. sin verò hoc tit.* Quia nēmo ita resupinus vt facilè pecunias suas iactet. c c [*hic & ad d. l. num.* 12.] Quæ tamen præsumptio generalis quandoque aliâ fortiori vincitur, ductâ vel ex facto rei, si qui priùs se accepisse negauerat conuictus ad id confugit vt debitam diceret *d. leg.* 25. *pr.* Probabile enim est qui in illo mentitus nihilo in hoc religiod siorem fore & iuris sui diffidentiâ illud negasse. d Ex qua præsumptione & possessio transfertur ab eo qui negauit se possidere ac conuictus *l. vlt. de R. V.* vel ex personâ soluētis: si minor, mulier, rusticus, aut aliàs simplex, piger, forensisúmve rerum expers quia facilè errare potuit *d. l.* 25. §. 1. Quia in his ratio præsumptionis deficit. Verùm hæc ita si & totam summam indebitam dicant, non si partem se debuisse fateantur *d. l.* 25. §. 1. quia probabile est non minus intellexisse in vna parte quàm aliâ. Et ab initio, non si priùs debitam agnouerunt, sed se tutos pacti, aliáve exceptione soluere non debuisse *d. l.* §. 22. vbi exceptionem hanc quam allegāt probare debent. 4. Tacito fideicommisso ab herede instituto in fraudem legis relicto priore testamēto si alio testam. condito idem heres scriptus, etsi in hoc nulla fideicommiss. mentio, non fisco vindicanti indictam, probatio incumbit, quod & posteriori testamento relictum sit, sed probatio mutatæ voluntatis heredi, qui e conuenitur *l.* 3. *h. t.* e Quia præsumptio hic pro fisco, quod testator à priori voluntate fideicommissi non recesserit. Non quod generaliter mutare voluntatem nemo præsumatur vt vulgò. Nā etsi quid cui priore scripturâ relictum, posteriori tacitè si repetitum non sit, tacitè relictū non censetur *l.* 28. *de adm. leg.* Sed ex speciali ratione quæ in *d. l.* 3. Quia probabile est eum qui tacitè in fraudē legis reliquit id omni modo secretum esse voluisse. Quare ideo non repetijsse præsumitur, quò faciliùs, sine metu fisci, ad incapacem peruenīret.

CAPVT IV.

Ex administratione Conuentus probare debet.

EXCEPTIO II. NISI EX CAVSSA ADMINISTRATIONIS agatur. Nam quoties de ea re agitur, quā rectè gessisse ad officium res pertinet, non probatio malè gesti requiritur ab actore sed à conuento quod a rectè & ex officio gesserit. a Veluti: Magistratus officij est idoneum tutorem dare & fideiussores ab eo exigere qui soluendo sint, sed si postea facultatibus lapsi ipsi non imputatur *l.* 1. §. 11. *de Magistr. conuen.* Pupillus contra Magistratum agens intendat oportet, quod tunc non idonei fuerint cum dati. Nec ipsius tamen probatio est, verum Magistratutum, vt doceant eos soluendo fuisse *d. l.* 1. §. 13. *d. tit. & leg.* 11. *D. h. t.* Nō quia præsumtione iuuatur pupillus, quòd ex præsenti præb sumatur in præteritum vt Dd. vulgò. b Nam immò præsumtio ex ijs quæ vt plurimum accidunt. At non est frequentiss. vt diues semel semper maneat, nūc egenus semper fuerit, verum nil crebrius quàm vt ex ampla etiam fortuna quis subitò cadat [*ob varios casus bellorum, incendiorum, naufragiorum, debitorum per fidiam, &c.* ad l. 3. C. h. n. 6.] Sanè ex præteritis præsentia aliquando æstimari possunt. Veluti olim fugitiuus, etiā a nunc talis habetur. c Non autem contrà, qui hodie fugit etiam olim fugisse creditur *l.* 4. *D. h. t. l.* 3. *C. de ædil. act.* Sic qui se vsucepisse est probet se iusto tempore possedisse *l. pen. C. de præscr. long. temp.* Nec si hodie possidet eo solo fidē faciet quod semper antea possederit. Verior itaq; ratio quæ in *d. l.* 11. quia magistratus officij fuit prouidere, vt pupillo caueretur. Quod & omniū administrationum commune est, vt fructus officio, d eius rationem reddat d *l.* 2. *de neg. gest.* [hîc & ad l. 1. C. h. t. nu. 13. & seqq.] Sic ex persona collegæ alij non conueniuntur, nisi is cum tutelam deponeret, non soluendo *l.* 1. *C. de diuid. tut.* Probatio tamen pari ratione hîc quoque non pupilli est, sed eorum qui conueniūtur *l.* 3. *C. h. t.* [*Verum vt noster* ad d. l. 3. *hac species nihil à regula communi varians. Nam plures tutores singuli in solidum iure tenētur*, l. tres tutor. 55. de adm. *Verum datur sing. exceptio diuidendæ actionis, si contutores soluendo sint vel tempore depositi officij fuerint* l. 38. d. t. l. 1. §. 11. in fin. iunct. l. 26. l. 51. pr. & §. 1. de fidei. *Atque ita pupilli agentis intentio, quia iure nititur necesse est rei conuenti suam defensionem & exceptionem probent* e ad d. l. 3. num. 9. & 3. seqq.

CAPVT V.

Genera Probationum.

EX veteri diuisione *Arist. & Quintil. lib. 5. cap.* 1. ALIÆ ARTIFICIALES a ἐντεχνοι, [internæ] quæ a ex re ipsâ nascuntur, & arte eruuntur: ALIÆ INARTIFICIALES ἄτεχνοι [externæ *ad rub. Cod. de testib. num.*] quæ extra rem aliunde assumuntur. Quæ etsi allatæ arte tractentur, tamen ad eas inueniendas ars nihil prodest, vt sunt tabulæ & testes: Eodem sensu *Cic. in Rhetor. libb.* locos argumentorum alios insitos dicit in re ipsâ: Illæ propriè argumēta, hæ testimonia b *Cic.* b *in Top.* Testimonium dicimus omne quod ab aliquâ re externa sumitur ad faciendam fidem. Planè generaliter probationes omnes argumenta *vt leg.* 3. §. 2. *D. de testib. leg.* 5. *Cod. de fid. instr. l.* 13. *C. de non num. pec. Cic. in princip. partit.* quod rem arguant seu ostendant Virg. 4. Æn. *Degeneres animos timor arguit.* Specialiter autem & secundū excellēciam, quæ ex re ipsâ ducuntur *vt leg.* 2. *Cod. de testib.* Sic *Quintil. lib.* 5. *Inst. cap.* 10. argumentum est ratio quæ rei dubiæ præstat fidem. Et *Cic.* probabile inuentum ad faciendum fidem. Testimonium autem affirmatio, quæ non in ratione aliqua posita sed dicentis auctoritate [hîc & ad rub. C. de testib. n. 4. & seqq. *Propriè & verè res tantum probantur rationib. & argumentis necessitate naturæ infallibili, vt positis partibus sequitur totum. Testimonio autem non necessario, quia potest testis aut scriptura mentiri, errare. Vnde* Cic. in partit. *argumēta rerum esse testimonia volunt tantum quæ mutari & falli non possint* c ad dict. rub. C. c de testib. n. 9.] Argumenti inueniendi ratio ad dialecticam pertinet & ad id consulendi Logicorū & Rhetorū libri cumprimis Topica Ciceronis exemplis ex medio iure referta. Nullus de ijs *in D. aut C.* titulus [*quia ad ius non pertinent* d *posita in coniunctione & affectione* d *inter rem probādam & probatam, qua naturâ efficitur, non iure. De testibus autem & instrumētis, quædam quæruntur, quæ nō nisi iure regi possunt, vt qui idonei, quomodo interrogandi, cogendi, &c. quæ tabulæ suspectæ, &c.* ad rub. C. de testib. n. 16. & 3. seqq.) Hoc tātum monetur argumenta, indicia & signa debere rem necessariò inferre quæ argui debet. e Aliàs reijciūtur, si possunt esse e vera quæ sumta sunt & falsa quæ intenduntur. Veluti. Non quia pater ingenuus & honoribus functus, quia fratribus nulla quæstio mouetur, ideo filia ingenua, cum status ex matre spectetur *l.* 10. *l.* 17. *C. h. t.* (hîc & ad d. l. 10. nu. 7. *& ex tempore quo peperit, nec quid prohibet fratres pro liberis habitos seruos esse, aut liberos inde quia ex manumissâ nati, seruos ante manumiss. genitâ* ad d. l. 17. n. 9. *Natales autem in* d. l. 10. *non litera natinitatis vt Accurs. sed parētes ac maiores liberi. Ita enim natalibus restitui non est literis restitui, vt apparet, sed illis in quibus primi homines initio nati* Fac. L. parens 22. C. de lib. ca. *Quia autem à maioribus liberis ingenuitas accipitur inde & natales pro iure ingenuitatis, in §.* vlt. Instit. de ingen. f ad d. l. 10. nu. 8. 9. 10. Neque libera arguitur fideicomm. sibi relicti probatione, aut f

quod alimenta vt nutrici præstita *l.pen. D.h.* neque ancilla inde quia mater seruilia ministeria fecit *l.22. C.h.t.* quia eadē & libera exercere potuit. [*Sic* in l.vlt.C.h.t. *accusatoris indicia debent esse indubitata & luce clariora. Non quod maior probatio criminum exigatur, quàm* g *in iudicijs pecuniarijs.* g *Nam & hic indubitata requiritur* l.3.pr.l.9.& 10.D. de testib. *sed dubij remouendi causâ, ne cui videatur publ. vtilitatis ratione leuiorem probationē admitti. Eiusmodi sunt quæ* Arist. τεκμήρια, h *vt virginem non esse, quæ lac habet* h *viuere qui spirat, natum esse qui mortuus. Et* d.l.vlt. *in criminalib. requirit indicia luce clariora non autem generaliter, quasuis probationes. Quantumuis enim idoneorum testimonium non potest esse luce clarius, cū fallere aut falli testes possint* hęc ad d.l.vlt.] Sanè aliquādo plura signa per singula non necessaria alijs similibus iuncta ad probādum vim habent. i Exemplum in *l.Procula* 26. *D.h.t.* Vbi tacita commissio fideicōmissi ex his iunctis efficitur, quæ singula seorsim non valerēt. 1. Quia numquam id petijt à fratre viuo. 2. Cum ab ipsa quid peteretur, non cōpensauit cum posset. 3. Neque semel, sed varijs ex caussis fratri soluit sine compensatione. 4. Quia soror est quæ affectionis ratione ad donandū facilius induci potuit.

i

CAPVT VI.

Species probat. inartific.

a INARTIFICIALES, quæ in testimonio positæ, DVPLICES: a TABVLÆ, SEV INSTRVMENTA ET TESTES, *l.vlt.C.h.t. l.2.C.de testib. l.22.C.ad l.Corn.de falsi. Agell.* 14. *Noct.* 2. Vt omne testimonium, aut sit in fide scripturæ, aut in auctoritate personæ. Atque hæ legitimæ ac solennes probationes dicuntur *l.25.D. l.4. l.12.C.h.t. l.4.C.de testib.* Nec plures *ti.in D.& C.* Nā QVÆ HIS ACCENSENTVR *à Quintil.lib.5.* AVT VERÆ PROBATIONES NON SVNT aut ad istas species referēda; Illa sunt: 1. Rumor seu FAMA. b Hęc alijs iuncta & veluti consentiens confirmat fidem l.3.§.2. *de testib.* sola per se nil firmitatis habet. Est enim sermo vulgò c sparsus incerto auctore. c Fidem ergò non facit [*tum quia testimon. omne auditu reijcitur* l.18.C.de test. *tum quia certus auctor deficit. Verum confirmat vbi probatio legitima præcessit, sed obscurior de cuius fide index adhuc dubitat. Nam* in d.§.2. *comparantur numerus testium, dignitas testium & cōsentiens fama. Quare, vt priora per se sola fidem non faciunt, si vel plures idonei, vel vnus dignitatis summæ, ita nec fama* ad rub.C.de testib.n.30. & 2.seqq.] Et si constantia famæ aliquid coniecturæ facit, nihil sanè aliud est fama quàm multitudinis testimoniū *Cic.in Top.* Ergò non duob.testib.probatur fama vt Bart.vult d sed quia est populi sermo, ipse populus, seu multitudo testimoniū dicat oportet. 2. QVÆSTIONES seu tormenta. Hęc nihil affirmant, proinde nec probāt, sed confessio expressa probationis loco est e e pariter ac voluntaria confessio [hîc & ad d.rub.C.de testib.n.29.] 3. PRÆIVDICIA seu res ante ab alijs iudicatæ. Quæ si fidem faciunt testimonijs accensendæ. Atqui hoc genus testimonij nō magis est quàm si quid sententias Philosophorū, aut Poëtarum citet. Nec tàm testib. quis hic vtitur quàm iudicib. Testimoniū enim in affirmatione est eius quod sensu aliquo percipitur, f f nec vllum est in opinione aut iudicio. Rectius itaq; qui has auctoritates & exēpla inter probationes artificiales referunt, vt idem *Quintil. l.5. cap. de exemplis & Rodolph. Agricola lib.1. de inuent. dial.* g Vtcunque sit g legitimæ probationes hæ non sunt, cum nō exemplis, h sed legib. iudicandum sit h nec sententias etiam præfectorum sequi oportet *l.13.C.de sent.& interl.* [*Etsi res prius secundum ll. iudicata est ll. sequimur, sin contra eas sententias sequi vetamur,* ad rub.C.de testib.n.34.]

4. IVSIVRANDVM quod valet ex conuentione & voluntate deferentis, non ex iurantis fide ac testimonio, nec quia sic à lite discedit, ideò probatio est i non magis quàm trāsactio vel res iudicata. [*Etsi probationis vim habeat, sicuti & confessio vid.infr.* l.28.c.1. *neutra tamen vera probatio. Nam qui confitetur non probandi caussâ id facit, sed bonæ fidei agnoscēdæ, aut vitandi iudicij.* k *Sic iurantis finis est, vt his finiatur. Omnis vera probatio aduersus inuitum. Hæc vtraque inter volentes* Don.ad rub.Cod.de testib.num.26.& seq.] i k

CAPVT VII.

Instrumenta quid & quotuplicia?

TABVLÆ, vsu veterum, OMNIS SCRIPTVRA, QVA GESTVM QVID CONTINETVR, vt in ea rei gestæ fides & probatio exitaret. Hinc locus apud Rhetores pro tabulis & contra tabulas. Origo verbi inde, quia olim tabulis lapideis, ligneis, æneis, cereis ad scribendum vsi. a Re postea mutatā nomen mansit, vnde adhuc bon. possess. secundum & contra tabulas (hîc & ad rub.C.hoc tit.n.23. *vsu iuris crebrius materiam significat sic tabulæ subreptæ, deletæ* l.27.& seq.l.30.& 2. seqq. de furt. *Cum verò vsus scripturæ seu probatio & fides notatur fere instrumēti verbum reperimus* ad rub. C.hoc tit.nu.23.) Instrumentum generalius est omne quo res aliqua instruitur ad commodiorem tractationem ac vsum, ciusq; significatio pro adiunctis variat. b Sic instrumentū fundi est apparatus rerum diu man- b surarum, &c. *vlt.l.12.pr.de instr.leg.* hîc & ad d.rub.C. n.4.& seqq.) Sic per metaph. artes quarum adiumenta aliæ scientię exigunt earum instrumenta dicuntur. c In c iudicijs INSTRVMENTA GENERALITER, OMNIA QVIBVS CAVSSA INSTRVI POTEST, *l.1.D.h.t.* tam testimonia (*hoc est, scripturæ continentes testimonium & fidem* d *quæ propriè instrumēta sicuti* in l.3.§.3.& seq. d de testib. *ad rub.C.h.t.n.12.*) quàm personæ (*id est testes, & eos per quos negoc. administratum est vt seruis actores* l.99.§.vlt.de V.S. ad d.rub. C.nu.12.) Sic in oratione D.Marci de instrumētorum dilatione *l.7. D. de feriis iunct. d.l.98.§.vlt.* (*& ita vocula* instrumenti *accipitur in ll. quoties nihil est, quod refragatur* ad d. rub.n.13.) SPECIALITER pro tabulis solū accipiūtur & sunt e SCRIPTVRÆ FIVNT DE REBVS, QVIBVS e QVID GESTVM SIT CONTINETVR, *vt in ijs exstet fides & testimonium rei gestæ* l.4.D.h.t.l.4.D.de pign.l. 12.C.de probat.l.11.D.de ededo. *Qui vsus est* hoc t.D. & C.& Nou.73. *per excellentiam* ad d.rub. C.n.14.& seqq.) quia testes in iudicio solū caussam instruūt, nec antequā interrogari deposuerunt. Scripturæ autem ab initio ex quo confectæ sunt, & perpetuò, etiā antequā ijs in iudicio vtimur, f ac etsi nec in iudiciū res vocetur (hîc & ad d.rubr.nu.14.) Eodem sensu documēta f *l.vlt.C.de prob.* (quo verbo & aliæ probationes quoque sine scripto continētur *leg.29.C.de donat.* ad d.rub.C. nu.24.) Quæ partim ex his quæ acta, partim ex modo quo confecta varia nomina g sortita sunt (*in rebus pu-* g *blicis species sunt census & monumenta publica* l.10.D. de probat. *in vlt. voluntatibus testamenta & codicilli* ad d.rub.C.num.18.) IN NEGOTIIS PRIVATIS ALIA OBLIGATIONIS instrumenta, quibus hęc nomina: CHIROGRAPHVM, vi vocis est propria cuiusque manus sic *in l.20.C.h.t.* sic chirographa testium, *l.penult. Qui test. fac.* h sensu autem Iuris per excellentiam, h quo sua manu quis se debere profitetur, *l.24. de probat. l.24. pr.& §.1. de fur. l.40. ad legem Aquil. l.* 44.§.5. *de leg.1. l.59. de leg.3. hic, & ad l.19. Cod.h.t.* SYNGRAPHA, de re, & obligatione mutua, quæ ideò vtrique parti seruanda datur, *Ascon. in 3. Verrina.* CAVTIO, species chirographi, i per synecdochen ta- i bulæ,

bulæ; quibus cautio, id est, promissio, quæ stipulatione fit, perscripta, *l.3.C.de V.S. l.40. de rebus credit. l.27. de furt.* (*Et pro quauis confessione debitoris*, l.2.§.1.l.47.§. 1. de pact. *latiùs etiam confessio creditoris*, d.l.47.pr.ad l.plures 19.C.h.t.in fin.) EPISTOLA, quâ emissâ quis se debere agnoscit, *l.26.§.vlt. Depos. penult.§.1. de pign.* k k ALIA LIBERATIONIS: APOCHA, schedula data debitori, quâ creditor pecuniam sibi solutam profitetur, *l.27.§.2. de furt. l.19.§.1. de acceptil.* (l.vlt.§.2.de cond.indeb. *illo tempore, & ex illa causa, vt est forma,* l l.1.C.de apoch.publ.l.10. l ὃ δὲ ὑπέχει, ἀ recipiēdo, ad d.l.19.n.18. *Quæ sola perfectè securum reddit debitorem, ne iterum petatur. Testes enim solutioni adhibiti mortales. Nec reddito chirographo satis cautur. Etsi enim inde exceptio pacti de non petendo*, l.2. de pact. *ita tamē si redditio probatā fuerit. At quid si sine testibus facta, aut si illi absint, vel mortui. Sanè possessio chirographi, & prolatio redditionem non probat, quin proferēti obsit,* m arg.l.21.C.de probat. m *Nec si cancellatum chirographum. Nam* l.24. D. de probat. *de prolato à creditore loquitur. Debitori sic proferēti objici potest, quòd ipse confinxerit, & cancellauerit. Quin & necessaria tūc apocha, vbi creditū nullo chirographo, & nec testibus vllis probari potest, quia tunc iureiurando delato non potest negare sibi creditū fuisse, necesse est dicat se soluisse, idq; probet. Exiget hanc re integrā exceptione doli*, per l.4.de lib.leg.l.1.de doli except. iunct.l.1, Quod quis iur. *cùm nonnisi malitiosè negari possit. Nec hac causa solutionē recusans moram facit*, l.21.de vsur. *Vndè si pecunia casu perierit, inde liberatio exceptione doli*, l.27.pr.de solut. *Quòd si soluerit, chirographum repetitur conditione sine causa*, l.2. C.de cond.ex lege. *Apocham autem non quidem conditione* ex l.plures 19. C.h.t. *sed dati ob causam.* n *Soluit* n *enim, vt liberationem consequatur. Quæ non perfecta, nisi quoque expedita probatio*, hæc ad l.plures 19.C.h.t.n. 26.& seqq.) ACCEPTILATIO, nā & hæc pro instrumento, quo acceptilatio scripta, differens à priori, quòd illa non liberat, nisi vere solutum, hęc omnimodò, *l.* 19.§.1. *de acceptil.* ANTAPOCHA, contraria, vt nomen innuit, apocha, quam creditori dat debitor, vice mutua se soluisse agnoscens. [*Illo tempore, & ex illa causa. Quæ mutuo, & ex aduerso redditur, apochâ excepta.* o *Sicuti in simili actione contraria, ex aduerso com-* o *parata, conuento directâ*, vide sup.lib.21.c.2.lit.Aa. *Ea duplex. Prima, Propriè confessio debitoris de pensione à se soluta. Secunda, Subscriptio debitoris, quæ fit apochæ, cùm eius duo exempla conscripta, & vnum datur debitori, vt retineat, alterum subscriptum is reddit*, d.l.plures 19.C.h.t. *vbi Don.n.4.5.6.*] Nec temerè hanc exigit creditor. Nam, *vt est d.l.19.* in obligationibus annuæ, menstruæve præstationis, vsurarum, vel alterius pensionis, expeditum hoc remedium contra inficiationem debitoris. Quo in futurum habetur testimonium suo die soluta esse, ne debitor aut dicat se præscriptione liberatum, quòd petitum non sit; aut se non debuisse. [*Hac non redditâ imminet periculum tum dominis aduersus colonos, si procedente tēpore se pro dominis gerant, locationem negent; tum aduersus debitores, si creditum ante triginta annos acceptum negent, vel cōtra actionem præscriptam longissimi temporis apponant. Vtrique hoc modo conuinci possunt*, ad d.l.plures 19.n.10.& 11. *Dicitur* d,l.19. *in præfatis casibus, vel aliis priuatis similibus. Intellige pensiones, quæ ab emphyteutis, aut superficiarijs præstantur, quasvis denique præstationes annuas. Quo efficitur, antapocham nō rectè peti in præstationibus rerum, quæ semel præstantur, vt cùm sors soluitur. Quod contra* p *Dd. vulgò* p *probatur. Primò, Cōcessum in certis casibus, negatū in aliis*, per l.18.D.de testib.l.21.C.de procur. & similia. *Secundò, Aliàs illa verba* in præfatis casibus, *otiosa, si in omnibus solutionum casibus idem ius. Tertiò, Et superuacuò*, d.l.19.pr. *tractare de præstationibus redi-*

tuum, & vsurarū. Quarò, Ratio differentiæ euidens. Illic reditibus, vel vsuris soluiis rem principalem, aut sortem retinet colonus, vel debitor, vnde periculum domino, vel creditori, cui d.l.19. *medetur. Hìc re soluta nihil retinet, nec vllus periculi metus siue in præteritum, quia suum recepit, siue in futurum, quia nihil amplius debetur. Dices: Ad hoc vtilis antapocha, si non debitum se soluisse dicat*, arg.l.27.in fin.pr.de furt. *Resp. Immò aduersus hoc periculum inutilis. Nam cui indebiti soluti cōdictio, eidem & confessionis indebitæ*, l.1.& 3.C.de cond.indeb. *Et alia ratio chirographi redditionis*, d.l.27. pr. *Confessio enim chirographi præcedit solutionem. Antapocha eodem tempore præstatur*, hęc n.15.& 16. *Præstāda autem hæc ita creditori, si ipse priùs apochā dederit*, d.l. 19.circa med. verbis, Apochæ susceptori. Facit l.1.Quod quis iur. (hęc n.17.) *At quo remedio exiget, cùm pensio solùm fuerit in obligatione? Videbitur alicui dari condictio ex lege*, per l.vn.D.de condict.ex leg. *Sed vix est, vt ea dari possit. Quippe illà conuentus, si non præstet ex communi obligatione faciendi, conditione condemnatio fit in id, quod interest. Hìc autem non interest antapocham habere, nisi cùm debitor inficiatur. Nec damnari potest in id, quod posteà interierit, tum quia iudicio in pendēti esse nequit*, l. 35.de iudic. *tūm quia si fateatur debitor iudicio se soluisse, confessio hæc iudicialis sat firma probatio facit, ne posteà interesse possit. Neque tamē ideò conditione illà hāc confessionem extorqueri licet. Quid enim si reus neget se vel soluisse quod non debuerit, vel apocham accepisse. Hæc igitur cautio.* q *Interpellatus debitor, vel colonus de hoc ex-* q *tra iudicium adhibitis testibus si præstare renuat, agat creditor veteri actione ad pensionē soluendam. Hìc reus, ni denuò soluere velit, apochā proferet. Quā prolatā petet actor confessionem istam referri in acta iudicij, sibiq; Iudicis autoritate exemplar dari*, hęc ad d.l.19.nu.19.& seq. *Planè qui antapocham petere neglexit, nō ideò aliam probationem de sorte debita sibi ademit*, d.l.19.in fin.vbi ratio. *Neque enim huius beneficij ea ratio, vt non vtenti pœna constituta sit, sicuti in beneficio inuentarij, & similibus, in quo dubitandi ratio*, ibid.nu.24.& seq.

CAPVT VIII.

Vsus, & fides instrumentorum.

VSVS SCRIPTVRARVM, vt quod actum est per CAP. eas, faciliùs probari possit, *l.4. D.h.t.* Sed AD FIDEM REI GESTÆ VALENT, NON AD SVBSTANTIAM PERTINENT, quæ sine his aliunde probata valet, *l.12. C.de probat. l.9.& seq. l.12.C.h.t. l.5.C.de transact.* (l. 4.de pign. *Ratio* in d.l.12.C.de probat. *quia res instrumentis non geruntur, id est, negotia, & contractus, ex regulis iuris consensu, re, aut verbis perficiuntur, scripturam non desiderant*, ad d.l.12.n.6.& ad l.9.C.h.t.n.8.) Vnde eorum amissio rei gestæ nil nocet, a *l.1.l.4.* (*vbi* a *dispensator non est; Procurator fisci, aut Cæsaris, vel Rationalis, sed qui rationes fisci dispensat, ijs conficiēdis, exigendis, recipiendisq; pecuniis Præfectus à Cæsare, vel Procurator Cæsaris*, ad d.l.4.) & 4.seqq.C.h.t. SI DE EA ALIVNDE CONSTET, (hîc, & ad rubr.C.h.t. *ita quia negotia instrumentis non gerūtur*, vt dictū, *tum quia instrumēta propter probationē fiunt, quæ si aliunde suppetat, hic finis cessat*, ad d.l.12.C.de probat. n.8.& ad l.9.C.h.t. n.8. *vel aliis legitimis probationibus*, d.l.1.l.7.C.h.t. *vel editis rationibus aduersarij*, d.l.4. *vel si ipsū instrumētum ea sua amissū argumentis probetur*, l.5.C.h.t. *At quomodo hoc fiet? Neq; enim satis videtur, si testes dicant se vidisse, legisse instrumentū, quo Titius Caio se centū debere professus. Nam si exemplari transcripto nō creditur, sed ad authenticum recurri debet*, vt infrà, lit.V. *nec testibus de authentico referentibus fides habenda, illo non probato*, per l.15.vers.eandem C.h.t. *Resp. Non aliter, quàm si testes dicāt se scire primò apud creditorem id instrumen-*

tum fuisse; secundò, eius tenorẽ se vel legisse, vel debitorem approbantem audisse; tertiò id scriptum fuisse ab ipso debitore, vel alio eius mandatu. Absque hoc nil agitur, quia
b *nemo ex alio scripto obligatur.* b *Obi.* c. cùm olim 12. extr. de priuilegijs. *Resp. Loquitur de diplomate Principis, cuius autoritas ex genere membr anæ, scripturæ sigillis*
c *à peritis cognosci potest.* c *Hoc ita constito, denique casus probandus est. Et dist at hæc probatio ab ipsius contractus probatione. Primò, Ibi necesse est testes ipsi contractui interfuisse, istic non. Secundò, Contractus probatio sæpe tres testes requirit,* l. vlt. C. si cert. pet. *Casus duos,* arg. l. 12. de testib. hæc ad l. 5. C. h. t. *Planè instrumẽto furto subtracto aduersus eum ipsum, qui subtraxit, nihil amplius probandum, quàm furtum eiusdem à reo factum esse,* vt l. 20. C. de probat. vbi Donell. n. 1. *Testatio autem amissorum instrumentorum apud inscios rei gestæ habita nihil ad probationem prodest,* l. apud 13. C. hoc tit. *Veluti si prædone exeunte, aut ædibus exustis testetur apud vicinos, quòd instrumentum, quo sibi Titius obligatus fuerit ad centum, ablatum sit, vel incendio perierit. Nam* nec ipsi creditur, *dum testatus est, quia in re sua, neque ijs, apud quos; quia testimonium de auditu iure improbatum,* hæc ad dict. l. 13.] EXCEPTIONES DVPLICES, PRIMA IN ACTIBVS IVDICIARIIS. HÆC IN ACTA REFERRI IVBENTVR, *id est, in scripturas, quas excipiantur à scribis publicis, vel notarijs, vel si hi desint, alijs duobus idoneis scriptoribus. Quod subinnuit* l. 4. §. penult. C. de reb. recept. arb. *aperiùs tradit* c. quoniã contra falsa 11. extr. de probat. *vt his non interuenientibus ad aliam proba-*
d *tionem recurrere non liceat,* d hæc ad l. 9. C. h. t. nu. 8. *Idemq; ius in alijs actibus, quæ apud Magistratum fiunt, etiam iurisdictionis voluntariæ, vt emãcipatio. Quod prob.* 1. *generalitas,* d. l. 4. §. penult. 2. l. vlt. C. de adopt. *Quæ lex etiam emãcipationem complectitur, quia cùm filium pater adoptãdum tradit, necesse est priùs sua potestate liberet, ac etsi non verbis cõtineret, mente tamen, tum quia emancipatio æquè est actus volũtariæ iurisdictionis,* l. 2. de offic. Proconsul. *tum quia eadem vtrobique ratio.* 3. per l. penult. C. de emancip. *Quæ etsi sit de absente emãcipato, non tamen supplendæ absentiæ causâ acta requirantur, quæ suppletur rescripto Principis. Non obstat* l. 11. C. h. t. *quin ea probat acta interuenisse, sed non nocere eorum interitum. Nec obstat* l. 2. C. de emancip. *vbi veritas magis spectari dicitur, quàm scriptura. Non quòd scriptura interuenire nõ debeat, sed si scriptũ falsum, aliudq; actum sit, scriptum non valeat.* Facit l. 9. pr. de hered. instit. *Planè hoc* d. l. 11. *efficitur, amissionem instrumentorum nec tunc nocere, vbi à principio acta interuenire oportet, si res alijs modis doceri queat. Sicuti* d. l. 11. *probanda emancipatio* vel ex personis, *(id est, testibus,* l. 1. D. h. t.) *Ac etsi tria hîc alleganti emancipationem dicenda. 1. quòd sit emãcipatus apud Magistratum; 2. quòd acta interuenerint; 3. quòd eadem non extent. Satis tamẽ est, si testes de primo deponant. Nam secundum præsumptione iuris probatur, quã*
e *gesta, apud Magistratum soleniter gesta intelliguntur,* l. 30. de V. O. Facit l. 5. §. 1. D. de probat. e *Amissio autẽ probabitur, si ad archiuum, vel notarios publicos actorum custodes venietur.* Vel ex instrumentorum incorrupta fide. *At dices: Hæc non probabunt, sine emancipatus scripserit,* per vulg. *sine aduersarius, quia edere ea non cogitur. Resp. Probant, si interposita inter emancipatum & aduersarium. Vt & si epistola ab eo ad emãcipatum scripta mentionem emancipationis faciant ita: Hæc tunc acciderunt, cùm te pater emanciparet apud Magistratum. Quia hæc in dubio fidem faciũt, etsi veritati non noceant, ne contrarium* probetur, l. 13. C. de probat. *Item si aduersarius instrumenta pro se producat, quæ aduersus ipsum quoque inde valent,* auth. ad hæc C. h. t. arg. l. 17. C. de testib. *hæc ad l.* 11. C. *h. t. nu.* 11. *& seqq.*] SECVNDA IN EXTRAIVDICIARIIS, VBI EXCEPTIO ALIA EX QVALITATE NEGOTII in donatione excedẽte quin-

gintos solidos, *vid. sup. l.* 4. *c.* 19. *lit. B.* ALIA EX CONVENTIONE CONTRAHENTIVM, *ita ad l.* 9. *C. h. t. n.* 8. Si inter eos placuit rem scripto geri, vbi non ante contractum censetur, quàm instrumẽtis in mundum receptis, ac subscriptionibus cõfirmatis, & si tabellioni conscribẽda ab ipso completis, ac à partibus absolutis, *l. contractus* 17. *C. h. t.* [*In qua lege rectè legitur, donationum,* quas *intimari (sic parũ Latinè* Tribonian. *pro insinuari)* non *est necessarium. Quæ negatiua malè quibusdam libris deest. Nam quæ insinuandæ, scripturam sui naturâ requirunt, non ex conuentione.* Dationis *etiam arrharum, non* dationes *aliàs sequentia conuenient. Est autẽ datio arrharum contractus innominatus.* Transactiones *etiam, &c. Sic enim legendum l.* f *non* transactionum, *neque enim pro-* f
priè contractus est, cùm eâ distrahatur negotium, & contrahere ac transigere opponantur, l. 1. §. 1. de pact.) *Nec necesse est nominatim conuenire, ne cõtractus aliter ratus sit. sed satis est simpliciter ita conuenisse, vt in scripturam redigatur contractus scilicet futurus. Secus si de perfecto idem placuerit. Neque enim potest conueniri, vt fiat quod iam factum est, nec firmando cõtractui interposita pactio eum infirmare debet. Requiritur autem vt in mundum redacta sit scriptura. Quo excluditur prima schedæ deletitia, in qua partes aliquid addi, detrahi, deleríve voluerant. Idq; præter verba, aſt ex mẽte partium, vt intelligatur scriptum ad probationẽ idoneum, in quo nulla litura, nullæ additiones. Subscriptio autem tunc exigitur, cùm alius scripsit,* §. 1. I. de empt. & vend. *Quòd si totũ quis suo manu nomine suo proposito, quorsum subscriptio? Ac si tabellio conscripsit, nec subscriptio necessaria, satis est, si à partibus absolutũ sit,* d. l. 17. *id est, pro absoluto habitum. Interim igitur priusquàm hæc cõpleantur, pœnitere, & ab instituto negotio sine pœna discedere liberum est,* d. l. 17. v. adeò. *Subditur exceptiones tres de negotijs tempore latæ legis pendentibus ibi,* nisi, &c. *& ibi* exceptis, &c. *quarum hodie nullus vsus. Alia exceptio: Nisi super facienda emptione arrhæ datæ sint. Vbi nec ante compleatum instrumẽtum impunè recedetur. Sed pœna emptoris est, vt arrhas amittat venditoris, vt duplicitas reddat,* d. l. 17. v. vlt. *hæc ad d. l.* 17. *Reliqua vid. sup. in not. ad* 13. C. I. lit. Z.] SEQVITVR SCRIPTVRARVM FIDES. g OMNE INSTRV- g
MENTVM AVT professionẽ, & quasi TESTATIONEM ALTERIVS CONTINET de re ad actorem, vel reum pertinẽte. ET NEVTRI PRODEST, VEL OBEST. Exceptâ parẽtum professione de natiuitate, & statu liberorum, si filium sibi eo die natũ esse in actus professi sint, *l.* 13. *l. etiã* 16. *Impp.* 29. §. 1. *D. de prob. l.* 1. *C. si min. se maior.* Nam Imperator M. Antoninus cauit, *teste Capitolino in eius vita,* vt Romæ apud Præfectum ærarij quisque ciuium natos liberos profiteretur intra trigesimum diem nomine impositio, h per prouincias tabulario- h
rum vsum instituit, apud quos idem fieret, vt incidente quæstione status inde probationes peterentur, *hîc & ad d. l.* 14. *C. de probat. num.* 2. *&* 3.) Et ad ætatem itaque probandam quoque valuerunt dictæ leges. Idem in epistolis vxoribus missis, cùm de earum fide constitit, *d. l.* 29. *pr.* Ratio, quia omnis mendacij suspicio hîc cessat tum ex tempore, quo professio facta, cùm nullum adhuc commodum, aut damnum filiorum verteretur à mendacij suspicione libera est, [*tum ex persona profitentis. Nemo enim ita amens, vt agnoscat liberos non suos, nemo ita impius, vt suos, qui sunt, neget,* hęc ad l. 6. C. de test. n. 10. *Planè cõtra professionẽ hanc cõtraria probatio etiam ipsius patris recipitur,* vid. j. h. c. sub fin. AVT SCRIPTVM AB EO, QVI PROFERT, ET NON PROBAT, *l.* 5. *& 2. seqq. C. de probat. l.* 2. *C. de testib. Nou.* 48. *c.* 1. §. 1. quia exemplo perniciosum, *d. l.* 7. id est, certa pernicies parata reis, si actori in re sua fides haberetur, [*Veluti,* vt est d. l. 5. C. de probat. *instrumenta domestica, id est, non priuata,* vt Accurs. *quæ Græcè ἰδιόχειρα ad differentiam publicè confectorum: nam immo & illa pro-*

bant ita, vt inferius dicetur. Nec testatio hic scriptura testibus adhibitis interposita, vt l. 14. de sponsal. l. 4. de pign. *sed quæ quis sibi priuatim confecta de domo sua pro-*
i *ferr,* arg. l. 2. C. de testib. iunct. l. pen. D. eod. *ise priuata testatio, seu* annotatio *quod verbum præcedentia declarat, nempe cùm quis memoriæ causa in libris suis quid scribit, quod not atum velit,* l. pen. D. Qui test. fac. *Veluti; NB. me illo die mutua dedisse Titio centum, vendidisse fundum Tusculi centum fl. Cato. quæ mihi debentur,* si nõ adiuuentur aliis adminiculis, *id est, legitimis probationibus,* l. 4. C. eod. *Iis enim prolatis Iudicis dubitantis animus confirmari potest, à dictis his testationibus priuatis,* (hæc ad d. l. 5.) *Nec refert, quantæ sit fidei scriptura priuata. Nam ita ius non solùm in tumultuarijs confectis scripturis, sed & in rationum libris,* l. 6. C. de probat. *etsi accuratè diligenterq; à bonis patribus familias confici soleant. Vnde refellitur error mercatorum, qui sibi deberi*
k *probaturi ad rationũ suarum libros reuocant.* k *ac testamentis quoque,* d. l. 6. *etsi sanctè, ac religiosè à morituris conscripta, nec testatorẽ mentitum vero simile videatur; non tamen ea præsumptio facit, vt fidem contra alios faciant,* (hæc ad d. l. 6.) *Exceptio* in auth. quod obtinet. seq. Nou. 48. c. 1. *Nisi testator iureiurando quid confirmauerit, & res agatur contra heredes, veluti res aliquas suas non esse sibi a Titio nihil amplius deberi, item heredum vnum sibi debuisse. Hinc enim cohæredes rectè ab eo petunt. Ita namque heres, quia idem cum defuncto censetur, non tam alienæ assertioni, & religioni stare tenetur, quàm suæ,* d. N. 48. in fin. præfat. [hæc ad d. auth. *Nec quantæ autoritatis, qui scripsit, veluti fiscus,* l. 7. C. de probat. *quia exemplo pernicioſum ei credi, id est etsi vbi actor spectatæ fidei, reus autem leuis per se non iniquum videatur illius scripturæ credi, eo tamen admisso euenit, vt eodem exemplo alij Iudices in persona improborum se optimos mentientium, idem statuant.* Facit l. 38. §. 5. de pœn. *hæc ad d. l.* 7.] AVT AB EO, CONTRA QVEM PROFERTVR, EIVSVE CONSENSV AB ALIO, ET PROBAT, eúmque tenet, si à se, suóve consensu scriptum confiteatur, & requisita debita adsint, *de quibus mox,* Quid igitur, si aduersarius à se, suóve consensu scriptum neget? Sic habendum: MONVMENTORVM ALIA PVBLICA sic vocantur, *l.* 31. *C. de donat. l. vlt. C. de re iud. l.* 15. *D. de probat.* actis publicis professa, vel insinuata ab his, qui archiuo præsunt, [*id est, loco in quo instru-*
l *menta publica deponuntur,* l. 9. §. 6. de pœn. l *non autem si incerto autore scripta, ab eo, cui archiui custodia proferantur,* ad l. 20. C. h. t. n. 11. *autore magistratu, vel Iudice per officiarios facta de rebus apud eum gestis ad eius officium spectantibus,* ad l. 15. C. h. t. n. 3.] vt sunt acta iudicialia, *l. vlt. C. de re iud.* insinuationum, *l.* 31. *C. de donat.* Census, *l.* 15. *D. de prob.* id est, tabulæ de ciuium censu, & bonorum æstimatione. Censum Romæ instituit Seru. Tullius, *Liu. l. b.* 1. Post censui agendo magistratus proprij creati. A. V. C. 311. qui Censores, de quibus *Liu. lib.* 4. *Cic.* 3. *de legib.* Censores, ait, populi æuitates, soboles, familias, pecuniasque censento. Apud hos tabulæ de cuiusq; censu, ætate, sobole. Cumque soli ciues censerentur, inde cẽsu manumissio. HORVM FIDES, AC VISPVBLICA, m
dd. ll. ac inconcussa firmitas, *l.* 30. *C. de donat. d. l. vlt.* m
& nec testibus egent, *d. l.* 31. nec iisdem infirmari possunt, *d. l.* 15. multoque minus aliis instrumentis priuatis, vt nec aliis probationibus, priuatis scilicet, & non eiusdem autoritatis, (*hîc, & ad l.* 15. *C. h. t. n.* 4. *&* 5.) Per tabelliones igitur confecta publica hoc sensu non sunt, cùm testes requirant, ac in dubiũ vocari possint. *Nouel.* 73. *c.* 5. *& seqq.* Dicuntur sanè publicè fieri, *d. Nou.* 73. *c.* 2. *l. scripturas.* 11. *C. qui pot. in pign.* Vnde fortè publica instrumenta dici possunt, non autem *monumenta,* vbi fide publiça, actisque publicis res perscripta. ALIA PRIVATA: ET VEL PLANE, quæ Græcè *ἰδιόχειρα* [*Quæ vt*

vel confitentem teneãt, tria requiruntur: Primò, Forma scripturæ, vt vel scriptum sit à debitore, vel subscriptionẽ eius habeat, (quæ tunc, cùm totum scripsit, superuacua,) l. scripturas, 11. C. Qui pot. in pign. §. 1. I. de empt. & vend. *Aliàs nec confitenti suo mandatu scriptũ esse nocet. Sola enim subscriptione apparet, quòd in mandato perseuerauerit. Quod si litteras nesciat, vt mãdauerit suo nomine scribi, ac adhibendi quinque testes, & in his tabellio, vel si hic desit, vnus ex quinque testibus pro contrahente scribat,* Nou. 73. c. 8. *Non autem necesse est, vt scriptor tempus, locum, aut subsignationem adiiciat,* l. penult. §. 1. D. de pign. *Secundo, Forma confessionis, seu professionis debitæ, vt causam specialiter explanatam habeat* l. 25. §. vlt. D. de prob. l. 13. C. de non num. pecun. *Veluti ex mutuo empto, &c.* n *Non, si sic. Fateor me Titio debere* n
decem, quæ solua Calend. proximis. Nam iure ciuili certa sunt causa obligatoriæ, extra quas deberi nequit. Quare qui sibi deberi dicit, ex illis causis aliquã proferat, eamq; probet oportet. Hæc si nulla instrumento adscripta, ad probandam intentionem illud inutile est. Tertiò, Qualitas negotij. Nam si sit confessio pecuniæ numeratæ, siue in chirographo, siue in apocha, intra certum tempus non tenet ob exceptionem non num. pecun. de quo suo loco hęc ad l. 15. C. h. t. n. 9. & 10.] HVIVSMODI SI SE SCRIPSISSE NEGET REVS, CONVINCENDVS VEL TESTIBVS saltẽ tribus, si contractus libram auri excedat, & res in vrbe geratur, sin infra, vel ruri, vbi plurium copia non ita est, duob. *Nouel.* 37. *c.* 2. *c. vlt.* ibi, Quæ hactenus apud eos valuerunt. *iunct. l.* 12. *D. de testib.* hîc, & ad l. 15. C. h. t. n. 12. *Vnde cauè contractaturus, vt tot testes adhibeat, monetur,* d. Nou. 73. c. 1. & 2. *Quòd si debitor litteras nesciat, quinque testes adhibendi, & in his tabellio, vel si hic desit, vnus ex quinque testibus pro contrahente scribat,* d. Nou. 73. c. 8. *ad d. l.* 15. *n.* 12.] VEL COMPARATIONE LITTERARVM, prolatis iis, quas ab eo scriptas constat. Et ita olim in vsu. Sed eam Iustinian. *Nou.* 73. valde coarctauit, de quo vid. j. litt. R. ibi, Sed de iure, &c. Nec si dissimilis scriptura proferatur, fidẽ testium infirmat *d. Nou.* 73. *c.* 3. VEL PVBLICE CONFECTA PER TABVLARIOS, ita dicũtur, *d. l.* 11. *Nou.* 73. *c.* 5. *& c.* 7. *pr. & §.* 1. tum quia tabellionum officium publicum, *l.* 3. *C. de tabular. lib.* 10. *tit.* 69. *& nouel. constit.* 44. §. 1. *D. de*
eden. o tum quia iis certa forma præscripta *in Nouel.* 47 o
exactè obseruanda, cui aliquid additum, *Nou.* 73. *c.* 5. *& c.* [*Hæc quia non verè publica, vt quæ* 5. *cùm & testes requirant, & contrariis testibus refelli queant, media vocat,* Don. ad l. 15. C. t. 11. 21. *quibus media inter illa & priuata visa sit, In* d. Nouel. 73. *vocantur non δημόσια publica, sed ἀγορεῖα forensia, item τὰ ἐπ' ἀγορᾶς συντελούμενα, in foro, vbi forsan status tabulariis locus erat cõfectis (eademq; forensia appellat,* l. 20. in medio, C. h. t. *vbi & à publicis secernuntur,* not. Don. ibid. n. 11.) QVÆ *vt valeant,* OPORTET VT RITE CONFECTA SINT. *Ritus is requirit primò personam publicè hanc operam præstantem: Qui tabularius,* tit. C. de tabular. l. 10. *tabellarius,* d. l. 11. C. qui pot. in pign. *tabellio,* l. contractus. 17. C. h. tit. *Sanè & per ministrum eius scribi potest* d. Nou 73. c. 7. §. 1. *modo sua manu subscribendo id approbet. Secundo, Formam, vbi tum eadem narratio exigitur quæ id priuatis vt & causa debendi exprimatur* l. 25. in fin. de prob. *quia ea omnimodo probanda, nec omissa magis ex hoc, quàm alio instrumento apparet, tum forma scripturæ peculiaris continens tẽpus rei gestæ, ita vt* Nou. 47. *Locũ argu. satis firmo ex* l. opt. 14. C. de cont. stip. in fin. ibi, Eo die se abfuisse ciuitate, &c. *& testium præsentium nomina,* ad d. l. 15. n. 24. & 2. seqq. *Etsi verò & vsu tabulariorum præponatur innocatio nominis diuini, nec tamen omissio vitiat, cùm substantiam rei gestæ non*
mutet, nec ad eruendã veritatẽ pertineat. p *Tertio, Testiũ* p
triũ præsentiũ, d. Nouel. 73. c. 5. *ad d. l.* 15. *n.* 27. *ac seq.*]
Ac si contrahentes imperiti, quinque testes, si res in

vrbe geritur, libramque auri excedat, *d. N. c.* 8. aliàs duo, *ibid. c.* 9. His obseruatis instrumentum publicè confectum rectè dicetur, contrà, si quid eorum desit. *arg. l. 6. Qui sat. cog.* Cuius maior quidem firmitas, quàm merè priuati, *d. l.* 11. *C. qui pot. in pign.* nec tanta tamen, vt infirmari nequeat. HÆC SI VERA ESSE NEGENTVR, aut fides eorum in dubium vocetur, ET TABELLIO an scripserit, ET TESTES adscripti, si eorum copia fit; nũ interfuerint, REQVIRENDI, aientibus omnibus res expedita. Itemque si testibus mortuis, vel non exstantibus, tabellio rem à se absolutam dicat, fides instrumento constat, nec comparatio exigitur, *d. N.* 73. *c.* 5. *& c.* 7. *pr.* Quòd si per ministrum rem scriptam dicet, ille quoque aduocabitur, *d. c.* 7. *§.* 1. [*Quòd si testes aliqui, qui se interfuisse negent, disting. Si ex numero necessariorum sunt, instrumenti fides labascit, etsi è tribus vnus neget, reliqui affirment. Quod prob.* 1. *arg.* l. 1. §. vlt. Test. quem aper. 2. *quia testes tres adhibentur ad complendã instrumenti fidem*, d. N. 73. c. 5. *quæ non completur non deficiente. Neque sic vnius testimonio vitiatur instrumentum, contra* l. 9. C. de testib. *sed quia præsentiâ vnius detractâ duo solùm relinquuntur, & ita aliquid de forma deficit. Sin supernumerarij, etsi omnes quotcumque sint, negent, fides instrumento constat. Ex. gr. octo testes adscripti, tres se adfuisse dicunt, quinque negant, instrumentum non fit suspectum. Pluribus sanè æquè idoneis magis creditur*, l. 21. §. vlt. C. de testib. *sed si idem omnes & de eodem facto testentur. Hic autem quotquot sint, quisque in facto suo vnus est, & singularis, de sua, non aliorum absentia affirmans. Plures autẽ testes singulares non magis probant, quàm vnus*, c. cùm dilectus extr. de elect.

q q *Nec verè*, Bart. in l. 15. C. lit. t. *omnes consentire in eo, quòd instrumentum falsum sit, solùm in reddenda eius ratione dissentire, idcòque singulares non esse. Nam non totum instrumentum falsum esse dicunt, sed in ea parte, quà eos adfuisse habetur, in quo ipso singulares sunt, de sua quisque absentia dicens. Veluti si equus dicatur cæcus, & claudus, & è duobus alter cæcum dicat, alter claudem; qui de diuersis vitij speciebus dicunt, singulares sunt. Quid si se adfuisse dicant, sed rem aliter gestam ac scriptum est? Si addunt quomodo gesta sit, & in id consentiunt, fidem contra instrumentum faciunt; sin se oblitos dicunt, nil agunt, & instrumento standum, cum quia negantis probatio idonea non est, vbi nil certi contradicitur, tum quia fieri potuit, vt non attenderent*, hæc ad l. 15. C. h. t. n. 31. & seqq. *Maior autem horum vis, quàm priuatorũ quatuor in rebus.* 1. *His fides in dubio, etsi is, contra quem profertur, neget mandato suo scriptũ*, per l. 18. C. de probat. 2. *Hæc non requirunt subscriptionem partium, tum quia* Nouell. 73. *eam non requirit; tum per* l. 17. C. h. t. 3 *in specie*, l. 11. Qui. pot. in pign. *Re vn. obligatâ priuato, & altero publicè confecto instrumento, hic potior, etsi de vtriusq; fide constet.* 4. *Si contra Velleian. SC. intercedens se eo nomine pecuniam accepisse testetur, instrumento priuato nõ nocet illi, secus si publicè confecto*, l. 23. C. ad SC. Velleian. *Planè excepto non numerata pecunia etiam aduersus confessionem in publicè confecto instrumento datur*, l. 1. l. vlt. C. de dot. caut. non numer. *Quia ea non aduersus fidem & autoritatem scripturæ, sed ipsam confessionem prodita*, hæc ad d. l. 15. n. 32. & 4. seqq.] SI NEQVE TESTES, NEQVE TABELLIO EXSTET AD COMPARATIONEM aliarum SCRIPTVRARVM eiusdem VENITVR. [*Et consuluntur mortui tabellionis charta, num inter eas protocollum exstet. Id si non reperitur, comparatio hæc ex aliis eius scriptis adhibetur. Quæ transigenda in ea prouincia, vbi instrumentum publicè confectum est. Quo respicit* l. Iudices. 18. C. h. tit. *vbi Don. n.* 4.] & si quæ erunt contrahentium; aut testium subscriptiones; eorum quoque aliæ scripturæ conferentur, ita vt qui comparatione vti vult, priùs iusiurandum præstet se non calumniæ causâ postulare, *d. Nouell.* 73 *c.* 7. §. *penult. & vlt.* Quid si earum quoque litterarum, quarum collatione aliæ probandæ, veritas ambigua? Fides non aliter habetur, nisi vel publicæ sint, vel forenses à tabulario confectæ, vel si priuatæ, trium testiũ subscriptione munitæ; *l. comparationes* 20. *C. h. t.* Hac molestiâ se liberaturis consulitur, vt instrumenta insinuent, & apud acta profiteãtur, *d. Nouell.* 73. *c.* 7. §. *vlt.* [*ita noster* h. c. 2. *Sed de iure harum camparationum idem exactiùs* ad d. l. 20. & auth. seq. D. h. t. *Quorum hæc summa est:* COMPARATIO LITTERARVM *est probatio sumpta ex scriptura aliqua, quà non id, quod eâ continetur, sed aliquid factum esse, de quo contenditur, firmamus inde, quòd illa scriptura huic similis sit, vt ex collatione eadem manus arguatur* r *Quæ, quia anceps, vt* j. *non pas-* r *sim* RECEPTA, *sed* CERTIS CONDITIONIBVS, QVÆ TRIPLICES, ALIÆ IN INSTRVMENTIS EXINDE PROBANDIS. *Olim omnia eam receperunt, quia* d. l. 20. C. h. t. *quoad ea nullum, publica, an priuata sint, discrimen facit. Sed hoc emendauit Iustin.* Nouell. c. 8. & 9. auth. at si contractus. C. h. t. *Reliquit enim solum in duobus generibus*, hæc ad d. l. 20. n. 1. & 3. seqq. 1. *Qua de re libram auri non excedente. Quod innuitur* d. c. 9. *verbis:* κατὰ τὸ μέχρι νῦν πολιτευόμενον τὸ πρᾶγμα γίνεσθαι, *prout vsque nunc in iure dicendo scilicet in Republica obtinuit* (male in vulgari versione, secundũ hoc, quod tunc actũ est.) *Atqui ante* d. Nou. *hoc ius obtinuit.* 2. *Quæ confecta in agris, de quauis summa*, d. c. 9. vers. hæc autem omnia ibi: quæ hactenus iunct. d. l. 20. *In reliquis ita coarctauit, vt soli comparationi non credatur, sed augmentum adiici debet*, d. auth. at si, *id est, testes accedere instrumentũ ita probãdo. Quippe cautè cõtracturus, nec instrumentum confici satagens, testes adhibeat oportet, saltem tres, sis, à quo, vel cuius nomine scribitur, litteras calleat; & si eas neſciat, quinque. Nisi faciat aduersario instrumento inficiante, fides eius nulla*, d. Nou. 73. c. 1. 2. & 8. *Rationem vid.* j. h. c. lit. V. *Dices: Ast sic otiosa comparatio, quia ipsi testes abundè probant. Resp. Immo vtilis tum in publicè confectis à tabulario, si testes & tabellio mortui, vel longius absint*, vt s. tũ *in priuatis. Quæ etsi in his testes non ab initio solum interuenire, cum scribitur, sed & posteà de instrumento testari necesse sit*, d. Nou. 73 c. 1. & 2. *fieri tamen potest, vt reus contra probando se eo die alibi fuisse, &c. fidem testium eneruet. Hoc verò modo superior actor nitens præter testes hac cõparatione. Et in vtriusque adiuncta testibus firmius probat, magisque iudicem mouet. Malè verò, qui vicissim testes sine comparatione hîc probare volunt, qui in eo nil ex iure veteri mutatum est, & sententia absurda. Quin immo nec si dissimilis scriptura proferatur, fidem testium infirmat*, d. Nouell. 73. c. 3. hæc ad auth. & si contractus. C. h. t. ALIÆ IN COMPARANDIS, *seu ex quibus probatio pentur. De quo sic cauit* d. l. 20. C. h. t. EORVM TRIA GENERA *ad hoc idonea*, in d. l. 20. FORENSIA, *id est, per tabularium publicè conscripta.* PVBLICA, *id est, actis penblicis asseruata*, VT S. ET PRIVATA, *ea, quæ subscriptionẽ habent trium testium, ex quibus saltem duo scripturam & suam, & scriptoris agnoscant, vt non ab eo solũ scriptum, sed & serio scriptum constet. Quæ si desint, nec is reus à se scripta fateatur, actori prodest*, d. l. 20. verbis nulla modo, *quia quod sub conditione datur, &c. Nam etsi confessio omni probatione potior, tamen subscriptiones illæ exiguntur, non solũ vt scripsisse reum constet, sed & serio scripturam esse, manu & scripturâ consuetâ.* [*Alioqui causa-* t *fari potest se non serio scripsisse, experiri voluisse, quid posset in effingenda aliena scriptura. Et nec si quis scripturam in semetipsum proferat*, d. l. 20. circa med. *Finge: Vt probem te chirographã scripsisse, profero aliam tuam scripturã, quæ penes me est, cui & ego subscripsi, quâ habetur me abs te emisse, & mihi traditas ædes, vnde ad pretium tibi tenear. Planè vbi reus pariter manum suam esse fatetur, & in comparationem consentit, eamdem admitti*

verius est, (etsi vulgò dissentiunt, moti verbis d. l. 20. nullo modo) arg. l. 23. de re iudic. *& quia nemo volens fraudatur. Ac illa verba* nullo modo *accipiunt scilicet inuito aduersario, ne suspectâ comparatione lædatur.* Facit l. penult. C. de pact. & simil. *Quartum genus additum in* Nouel. 49. c. 2. auth. ad hæc. C. h. t. *Priuata ea, quibus aduersarius vtitur, etsi testes non habeant. Pone: Caius petit à me decem ex causa venditi, emptionis instrumento à se scripto, à me subscripto. Ego contra peto decem ex causa credit, prolato chirographo. Negat is se scripsisse. Ego probo collatione instrumenti emptionis ab ipso prolati. Audiendus sum ex æquitate edicti, Quod quisq; iuris, & o* PVTANT *& quintũ genus addi* d. auth. & d. Nouell. *scripturas ex archivo prolatas. Sed non hæc noua; ast publicorũ instrumentorum species est. Neque ideò otiosa dispositio* d. auth. *sed ad hæc vtilis, vt sciatur publica dici non tantùm quæ sigillis, & subscriptionibus publicis magistratus munita, sed & quæ à scriba publico confecta, ac in archivum relata.* ALIÆ IN PERSONA VTENTIS, *vt priùs iusiurandum præstet. Cuius tria capita* r. in d. l. 20. vers. omnes *se non aliâ causâ id petere, quàm quod verum putet: veluti qua in* d. Nou. 73. *Vt 2. se in neutro instrumento quidquam machinatum esse*, d. Nou. 73. c. 7. pr. & §. vlt. 3. *se aliis probationibus destitutum ad hoc subsidium venire, d. §. vlt. Obi. Iusiurandum calumniæ non iterum exigitur ab eo, qui initio iurauit. Resp. Rectè à reo, qui probationes exigit. Hic verò iurat, qui probationem introducit. Hoc itaque iuramentum non præstatur à testibus, vel peritis adhibitis ad iudicandum, num scripturæ sint si-* t *miles*, vt vulgari errore Dd. r *sed ijs, qui comparatione vtuntur. Hi enim sunt, qui litteras inter se comparant, qui eâ probatione vtuntur. Nec forma iurisiurandi aliis conuenit* se non facere *calumniæ causâ, non sic*, se non facturos. *Testes autem semper ante depositionem iurant.* Denique d. Nouell. 73. c. 7. pr. *iusiurandum ini ci dicitur* proferenti *scripturas. Et* d. c. 7. §. *vlt. qui profert, iurat* solenniter. *Quid? quod huius rei cognitio est, Iudicis, eiusque Assessorem, qui ipsi litterarum periti, nec alij artifices adhibentur*, hucusque ad d. l. 20.] Causæ autem huius comparationis ita coërcendæ duæ in *d. Nouel.* 73. *præfat.* 1. Sæpe similis licet scriptura non eiusdem est, sed à falsario fortè efficta. 2. Contrà quandoque dissimilis, eiusdem tamen, cùm valetudo, ætas, chartæ, atramentique diuersitas, calami item attemperatio inæqualis, aliaque mutationem manus, ac scripturæ causari queant. Exemplum insigne *d. Nou.* 73. c. 3. [hîc, & ad auth. at si. C. h. t.] QVODCVMQVE VERÒ SIT INSTRVMENTVM, ITA PROBAT, SI AVTHENTICVM PROFERATVR, vulgò Originale. Ex iudice, vel exemplo nemo ne à fisco quidem conueniendus, *l. 2. D. h. t.* vbi vocatur calumniosa scriptura; quia si qua rasura, cancellatio, vitiumve in authentico, hinc non ita deprehendi potest. [*Non modò si extraneus quis descripsit sine mandato debitoris, vbi nec si authenticum eodem modo scriptum debitorem teneret, quia res inter alios acta*, l. 18. C. de prob. *Sed etsi ipse debitor alius ve eius mandato, licèt tabellio publicus, idque exemplum creditori datum sit, etsi* u Bart. *dissen.* u *Nisi debitor fateatur se id pro authentico habere*, l. 13. C. de non numer. pecun. *vbi tamen æquius est authentic. consult. si haberi possit. Aliàs enim idem metus erroris, qui sæpe attentissimè in describendo oriri potest. Et imò de hoc exemplo accip.* d. l. 2. *aliàs nihil proprium exemplo dicet. Obi.* Bart. l. 1. 45. §. 6. de iure fisci. *Resp. Imò ibi exempla actorum data à fisco fidem non faciunt aduersus fiscum. Nam si facerent, ea proferens contra fiscum vinceret. Ast imò causa cadit.* d. §. 6. *At etsi vsus is inutilis, tamen conatus ibi punitur ob iniuriam, quæ per eum fit fisco, vt nec aliis modis probando vincat. Obi.* 2. l. 6. §. penult. de edendo. *Quo prob. ab argentario rectè peti, vt edat exemplum rationum suarum. Ergo id fidem faciet, Resp. Editur exemplum, si eo con-*

tentus esse velit ad se instruendum, l. 10. §. 2. eod. *At si probare velit, ad fidem ipsarum rationum recurrendũ*, l. 9. §. 2. *&* seq. eod. *Don. ad auth. si quis C. de ed end.*] Et si aliquo documento mentio alterius instrumenti, id quoque proferendũ, *auth. si quis in aliquo. C. de ed end.* nec scriptura commemorans debita ex alijs causis, & instrumentis, obligat *l. vlt. C. de prob.* Veluti debitores pupilli ex inuentario mentionem habente chirographorum non conuincuntur. Planè si ipsa chirographa auctoritate magistratus in inuentario integrè descripta, illis amissis ex inuentario fides fit; qui sensus *l. chirographis* 57. *de admin. tut.* quia iam vetiùs authentica sunt. [Sicuti & exemplum publica auctoritate, ac fide transcriptum fit publicum, per *l. 2. C. de testam. ad l. 15. C. h. t. num.* 9.] HIS ETSI CONSTITVTA satis FIDES INSTRVMENTORVM in dubio, OMNIA TAMEN PRIVATA REFELLI, & contrarijs probationibus falsa coargui POSSVNT. etiam iam ante approbata, modò ante litem finitam, si nec sententia dicta, vel ea appellatione suspensa, aut restitut. in integr. retractari potest, *l. penult. al. vlt. sub fin. C. h. tit.* REFELLENDI RATIO DVPLEX: PRIMA, SI SCRIPTVRAM FALSAM DICIT, nec à se, nec suo mandato scriptam. Quod tunc potest, cùm dies & locus adscripti, & eo tempore se alio loco fuisse doceat, *l. opt.* 14. *sub fin. C. de contrah. stip.* [TESTIBVS, *totidem, quotidem confirmauerunt. Quia si vtrinque, exempli gratiâ, tres testes, par vtriusque causa. Ergo rei probatio potior. Reus autem hic is est, contra quem instrumentum profertur, etsi creditor sit prolata apocha, per* reg. excipiendo reus actor. *Ast Dd. vulgò plures testes ad refellendum exigunt*, x 1. *quia instrumentum per se vim habet vnius testis, vel potius duorum, per* l. 15. C. h. t. *Resp. Si de fide eius constat. Quæ si negatur, tota eius fides est in testibus*, Nou. 73. c. 1. & 2. 3. *Instrumenti fides in dubio sequenda*, l. 18. C. de prob. l. 14. C. de contr. stip. *Resp. Vbi nihil contrà probatur. Vbi anceps vtrimque probatio, reus vincit* ad l. 15. C. h. t. num. 15. AVT INSTRVMENTIS *alio loco eodem die à tabulario conscriptis, rem secum, vel si præsente gestã testantibus. Publicè enim confecta ea esse oportet vt fides illis constet aliàs domestica erit scriptura, vel si alterius tertij, ceu vnius testis, inualida*, ad d. 15. n. 16. AVT CONFESSIONE ADVERSARII *non solùm aperta. Sed & vt est in* l. 3. C. h. tit. SI QVIS INSTRVMENTO SE NON VSVRVM CONTESTATVS, *id est, palàm dixit præsentibus testibus*, l. 1. circ. fin. pr. Quod iussu. Facit. l. 15. §. vlt. Qui test. fac. *Audiri enim à Iudice oportet, vt in acta referatur.* APVD ACTA, *id est, monumenta publica, seu in iure, locove iudicij, vbi acta conficiuntur, per metonymiam. Qui idem sensus horum verborum in* l. 7. §. de decur. l. 2. de appell. *Aliud itaque, si extra ius, vbi confessionis tanta vis non est. Nisi accesserit conuentio, quippe inde pacti exceptio aduersario*, per vulg. CVM FIDES INSTRVMENTI, *quod proferebat*, IN DVBIVM REVOCARETVR. *id est, cùm aduersarius prolatum falsum esse contendebat. Tunc enim illa contestatione acquieuisse inficiationi, & falsum esse confessus videtur*, d. l. 3. *Quæ sanè coniectura non ex solis verbis per se positis colligitur. Posset enim dici ideo non vsus, non quia falsum id, sed quia aliæ probationes abundarent, sed ex iis, quæ præcesserunt. Nam oratio generalis quæstioni speciali subiecta intra fines eiusdem coërcetur*, l. 21. §. 6. de rec. arb. l. 31. C. de transact. *Idem & hic accidit. Aliud itaque, si licèt in iure, vltrò contestatus se non vsurum, cùm de falso non quæreretur. Quia enim ambigua est oratio, quæ sic accipi potest, quod non vsurus, quia aliæ super sint probationes, id, quod ipsi vtilius est, accipitur*, l. 66. de iudic. *Quare etsi hic eodem iudicio illo instrumento vti nequeat, cùm renunciationem iudicialem renouceare non liceat per* l. 11. C. de reb. credit. c. de testib. 29. in fin. extr. de testib. *In alio tamen iudicio, veluti appella-*

tionis, potest EA SCRIPTVRA, *quam non esse veram etiam professione eius constitit* NEGOTIVM denuò REPETI NEQVIT. *Et ita eâ vti nequit, nec in alio iudicio si res reuocetur inter easdem personas, secus si inter alias*, tit. Cod. Res inter al. act. aliis non nocere. *Neque frustranea hæc dispositio, quasi nemo facilè ita contestetur, priusquam de falso conuiclus. Nam contestationis vilitas, vt falsi non teneatur, modò ipse non fecerit, aut curauerit fieri.* l. 8. C. ad legem Cornel. de fall. y *hæc ad d. l. 3*

* AVT SENTENTIA IVDICIS, *quâ id falsum pronunciauit. Sed si lata aduersus eum, qui illo vtitur. Secus si de eo alius falsi accusatus, & victus*, l. 2. C. t. *Finge: Instrumento habetur Titium debere centum Mœuio ex mutuo. Huic duo heredes, Caius & Seius. Caius quinquaginta petens, falsi accusatus, & victus. Non vetatur Seius ad debiti probationem eodem instrumento vti.* Ratio in tit. Cod. Res int. al. act. l. penult. de re iud. &c. *Etsi nec Caius appellauit à sententia, nec Seius*, d. l. 2. *Vbi ratio dub. Videtur culpa Scij, quia & ipse appellare potuit*, l. 5. pr. de appell. *Ratio decid. Sed non debuit*, d. l. 2. *id est, non necesse habuit. Sciuit enim ius sibi suâ manere*, arg. l. 8. §. 10. Quib. mod. pign. sol. *Sed hoc ita. Si qui nunc vtitur, crimini non erat subiectus, id est*, vt rectè Accurs. *vnà eodem iudicio non accusatus. Idem autem ius, etsi qui anteà vicit, etiam hunc falsi reum peragere velit*, d. l. 2. *Vbi vocula* si *initio posita non est, vt aliàs, conditionalis, alioquin sequeretur, si non criminaliter, sed ciuiliter aduersarius falsum conuincere velit, priorem sententiam nocere, quod absurdum. Sed pro* quamuis, *vel* etsi, *vt apud* Terent. Eunuch. act. 5. sc. 5. Si ego digna, &c. *hæc ad d. l. 2. n. 5. vsque ad n. 12. hoc itaque falsi iudicio contra Seium moto non sententia prior contra Caium probationis loco adferri potest, sed nouis, & legitimis probationibus id falsum argui oportet*, ibid. num. 19.]ITEM SI SCRIPTVRÆ diuersæ, & pugnantes AB EODEM PROFERANTVR. *l. scriptura*. 14. *C. h. t.* Neutri enim fides habetur. [Qua de re noster ad d. l. 14. sic: DIVERSÆ, *siue plura sint instrumenta, siue eiusdem plures clausulæ, vel periodi. Totidem enim scripturæ sunt*, vt l. 12. §. vlt. l. 30. de leg. 1. *Quare huc pertinet, l.* vbi, 188. de R. I. *frustrà neg. Accurs. & sequacibus. Nam & si in eodem testamẽto quis scripserit se Cal. Ianuar. Lipsiæ accepisse soluta centum à Titio, & alio loco se iisdem Calend. Coloniæ accepisse centum mutuo à Titio, nec liberatio, nec actio inde Titio*, per d. l. 188. *Nam quod in legatis nouiss. scriptura valet*, d. l. 12. §. vlt. *verum est in iis, quæ pendent à voluntate testatoris, quam mutare is potuit. Hic autem testator facere non potuit, vt eodem dic pluribus locis fuerit.* ET PVGNANTES, *etiam vi ipsâ & potestate verborum. Veluti*, vt l. opt. 14. C. de contrahen. stipul. *vno instrumento habetur Titium soluisse Caio centum Cal. Ianuar. Lipsiæ. Altero Titium mutua dedisse Caio, vel eius institori centum die 3. Ianuarij Venetiis, vel Nonis, aut Idibus Ianuarij Alexandriæ, vel Olyssiponæ, quo spatio Lipsiâ eò peruenirinon potest* AB EADEM PARTE. *Quod si à diuersis, si non eodem autore natæ, creditur ei, quod vero propius, &* z *similius apparet*, 13. D. de probat. z *sin eiusdem autoris, vt par vtriusque fides sit ei, quod pro reo facit*, vt l. 4. de leg. 2. NEVTRI FIDES HABETVR, *etsi proferens docere velit vnum solum verum esse. Nam dum profert, vtrumq; probando, facit, vt aduersum se valeat*, arg. l. 18. C. de testib. *Itaque alterum alteri fidem derogat, non tam vi suâ, quàm vtentis professione*, hæc ad d. l. 14. n. 1. *Vnde etsi horum alterum publicè à Notario confectum, quod maioris fidei, si cuiusque autoritas per se spectetur, idem tamen iuris. Nõ obst.* d. l. 13. de prob. *Nam ea accipienda est, vt & l.* 47. de leg. 2. *ceu rectè vulgo Dd. de contrarijs professionibus non ab vno, sed à diuersis prolatis. Ponitur enim alteram prodesse, alteram nocere. Nemo verò tam amens, vt prolatâ prius vtili, postèà noxiam proferat. Nec obst. exemplum testium ab eodem productorum, & contraria deponentium*, l. 21. §. vlt. de testib. j. c. 15. sub fin. *Nam ratio diff. Producens testes plures non ideò testimonia probat, cùm quid dicturi sint nescias, nec est, quòd ipsi imputetur, vt vitium quorumdam noceat, quominus verioribus fides habeatur. At instrumenta proferens statim ex lectione scire potest quid contineant. Eadem sanè vis instrumentorũ, quæ testium*, l. 15. C. h. t. *quatenus sunt instrumẽta. Hic verò reijciuntur, non quòd minorem vim testibus habeant, sed ex approbatione contrariorum ab aduersario factâ, & professione producentis*, ad d. l. 4. n. 2. & ad l. seq. 15. n. 37. *Enimuerò in testamento, omniq; instrumento ab eodem auctore conscripto ius est, vt si contraria in eo scriptura, neutra valeat, etsi à diuersis proferatur. Veluti vna parte testamenti habetur Calend. Ianuar. testatori soluta esse centũ à Titio Spiræ, aliâ testatorem quid fecisse eodem die Coloniæ. Prolato testamento Titius non iuuatur, sed ab herede conuincitur. Etsi enim Titius non probat aliam scripturam contrariam, probat tamen testimonium testatoris, cui & aduersus se stare oportet. Et ita* d. l. 188. *generaliter obtinet. Vbi verò diuersæ scripturæ non sunt eiusdem auctoris, vnam proferens non probat contrariam ab aduersario prolatam*, hæc ad d. l. 14. C. h. t. n. 2.] ALTERA REFELLENDI RATIO. Si scripturam non negans CONFESSIONEM FALSAM ESSE DICAT. Etsi enim confessioni quisque suæ stare cogitur, *l.* 13. *C. de non numer. pecun.* quandoque tamen auditur contraria probatio: Vt si metu coactus, vbi except. quod met. caus. & is metus etiam testibus rectè probatur. [SI ALIVD ACTVM, ALIVD SCRIPTVM, *de quo tit. Cod. plus valere, quàm agitur*, hæc ad l. 15. Cod. h. tit. num. 17. & seq. *Nã etsi vtriusque partis consensu factum, vt scriberetur, tamen* ET QVOD SIMVLATVM *est, & scriptum*, NON VALET, *quia falsum continet.* aa *Et falso instrumento numquam fides*, l. 16. & seq. C. de fals. *Neque enim veritatis* aa *substantia simulatione mutari potest*, l. 2. C. d. t. plus valere, &c. *Non obst. quòd conuentioni standum, quia non id conuenit, vt staretur ei instrumento, sed vt scriberetur, veri tegendi causâ. Ergo per* l. 19. pr. de reb. cred. ET QVOD VERE *actum, & gestum est*, VALET, l. 3. & 4. C. eod. *Etsi enim de eo instrumentũ nihil dicat, aliunde tamen apparere, & probari potest. Neq; eo ipso quod aliud scribi placuit, à priore conuentione recessum fuit, cùm non id egerint partes, verùm vt idem negotium perstitent dissimularetur.* SI MODO *aliàs & per se* VALERE POTEST. *Pone: Promisi tibi ob turpem causam, vt aliquem verberares. Conuenit vt scriberetur me tibi decem ex mutuo debere, vt tur pitudo promissionis velaretur. Oblig. iure nullam*, l. 26. & seq. de V. O. *absurdè quis validam dicet*, per h. tit. Cod. *in quo tamen dicitur non absoluto. & semper valere, quod actum est, sed* PLVS *valere, id est, ei simulatam scripturam non officere*, hæc ad rubr. C. d. t. *Exemplum* in l. 3. eod. *Titius Seio debens centum, eidem fundum pignori dedit, & vt Seius pro vsuris fructus fundi lucraretur, (contra ius) effecit, vt scriberetur sibi venditum esse centum sub pacto redimendi. Probata simulatione, Titius, solutis centum, fundum non ex empto actione repetit, sed pigneratitia, vt & fructus restituantur, vel in sortem imputentur*, ad d. l. 3. *Aliud* in l. 2. ac l. penult. eod. *Maritus fundũ suo nomine emit à Titio, placuit vt scriberetur vxorem eius emisse. Vxor non rectè ex empto agit, nec ei prodest, maritus rectè agit, nec ei obest instrumentum, quæstione facti per Iudicem examinata, id est, si legitimis probationibus se emisse docuerit*, ad d. l. 2. *In dubio autem nec probata contraria veritate, instrumento stabitur*. l. 15. C. h. t. *Vnde non obstat huic iuri* l. antiquæ. 23. C. ad SC. Velleian. *vbi mulier confessa se accepisse tenetur, etsi nihil acceperit. Id enim ideo, quia contrarium docere, & negando probare nequit. Non obstat, quòd rei iudicatæ, iurando, & transactioni stamus contra veritatem rei, de qua iudicatum, iuratum, transactum est. Nam & hic inspicimus veritatem ipsius iudicati, quia verè præcessit sententia, transacti, &c. Vna exceptio est, in qua ius singulare*, in l. vlt. Cod. Arb. tut. *Inuentario pupillari publicè confecto, si res quædam ceu pupillares, autore tutore inscriptæ, quæ non sunt, sola scriptura attenditur, reiectâ probatione contraria*

bb *tutoris.* bb *Quia tutor est, cui notæ esse possunt facultates, & volens id affirmat, idque ibi, vbi res maximè serio agitur, vtrumque dicere oportet, deniquè inuentarium cõtra tutorem scribitur, vt earum rerum nomine rationem reddat. Nemo autem sciens aduersus se quid affirmare censetur*, hæc ad l. 1. C. d. t. & ferè ad l. 18. C. de probat. num. 10. *Planè si inuito eo, vnde petitur, aliud scriptum, quàm gestum, multo minus valebit. Exemplum* in l. vlt. C. d. t. *Mandaui Caio, vt ædes meas locaret. Is eas locare vult Seio. Hic mauult emere. Caius ait se perfecturum, vt emptas à me habeat instrumento confecto, quo habetur me vendidisse. Id instrumentum ad me defert, dicens locationem eo cõtineri. Ego non relecto illo fidens subscribo. Neuter cõtractus constitit*, d. l. vlt. *Nec locatio, quia Seius conducere noluit, nec empto, quia ego vendere nolui. Neque obstat mihi subscriptio ex errore profecta. Sed hic error probandus est*, l. 18. C. prob. *vt si alij præsentes audierint Procuratorem dicentem esse instrumentũ emptionis, ac me non relegentem subscripsisse viderint. Non autem species*, d. l. vlt. *ea est, vbi locare iussus vendidit. Nam si vendidisset Procurator, etsi non dominum, se tamen obligasset*, l. 67. de procur. l. 28. de contrah. empt. *hæc ad d. l. vlt. Huc pertinet* l. 18. C. de probat. *Titius instrumentum confici curat, quo habetur Violantillam sibi fundum quemdam donasse. Id illi exhibet, vt subscribat, mentitus illi, quòd eo scriptum sit, se fundum emisse. Fundus is nec ad nomen donationis peruenit, id est, nec nomine donatus dicẽdus*, per l. nec ignorans 10. de donat. &c. *sed instrumento statur, donec domina contrà probet. Probare volẽs auditur, audito Iudice*, d. l. 18. *Nam si subscripsit conditione sine causa, reperit. Sin aliter falsum dicitur instrumentum, aduersario possidente vindicat, probando se dominam fuisse. Cui si reus obiiciat sibi donatum esse, de falsitate instrumẽti replicabit*, ad d. l. 18.] ITEM SI INDEBITVM SE PROMISISSE DICAT, aliudve sensisse, quàm scripserit. Tunc enim exceptione doli tutus est, *l.* 3. *D. de cond. indeb.* Sed hîc probatio per testes non recipitur, *per l. 25. §. vlt. D. de probat. l. 13. C. de non num. pec.* Non quòd testibus ibi fides non habeatur, *contrà l. 15. C. de fide instrum.* [*vbi Don. in fin.*] Sed quia natura rei eos nõ admittit. Nam etsi testes adfuerint, cùm chirographum daretur, quo se cẽtum mutuo accepisse reus fatetur, quo tamen animo cauerit, & an sciuerit ita

cc se habere, aliúdve senserit, diuinare nequeunt, cc sed per instrumenta apertissima, *d. §. vlt. d. l.* 13. Finge: Heres errore cauit legatariis se illis centum, quæ debeat ex testamento, daturum. Prolato eo apparet quinquaginta solùm legata esse, vel legata centum, sed codicillis postea adempta quinquaginta. [*hic, & ad l. 15. C. h. t. n.* 20.] Item qui cauit soluturum viginti, quæ debeat ex causa empti, prolatis emptionis tabulis probare potest se decem solùm debere. [DENIQVE SI QVIS *epistolâ, aut professione* FRATREM, SOROREMVE, AVT FILIVM SIBI ALIQVEM ESSE CONFESSVS, CONTRARIA PROBATIO RECIPITVR, l. 1. & seq. C. de probat. *Neque ita solum ius, si errore facti pro sorore habuit, sed etsi consuluo. Ratio* in d. l. 13. & seq. *Frater non est, nisi cui pater, aut mater communis. Parentes autem nonnisi vel natura, vel adoptio constituit. Nec consensu effici potest, vt quæ ab alio genita est, videatur à patre meo genita. quæ adoptata non est, videatur adoptata. Nec falsa affirmatio veritatem mutat. Nam quod quis cogitur confessioni suæ stare, in rebus, quæ consensu perfici possunt, obtinet. Planè confessio ista efficit, vt qui postea negat consanguinitatem, probare ipse debeat*, l. 15. in fin. D. de probat. *cùm in dubio confusque fœror, exempli gratiâ, habeatur, ac in possessione quodammodo eius iuris constituta sit.* dd hæc ad d. l. 13. vid. dd suprà c. 2. sub fin. *Sic qui filium suum, quem asseuerauit, etsi in dubio fides contra illum habeatur; aduersus tamen possessionem eam probare potest filium non esse*, l. 15. C. de probat. *Nec obstat* l. 9. C. de probat. *Etsi enim professionum tabulæ actis insinuari solitæ, & ita monumenta publica, hactenus tamen id, quatenus publicè aliquid testantur. Veluti Luc. Titium ea die, quòd Mœuius filius suus sit, professum esse, & hoc testibus infringi nequit. Nõ quatenus priuata affirmatio cõtinetur, testatio scilicet parentis, quæ testimonium priuatum, & contraria probatione infringi potest, etsi prinsquàm infirmetur, fidem faciat proliberis in dubio, siue de statu eorum quæratur, siue de ætate*, hæc ad d. l. 4. n. 8. *Isdem modis, quibus priuata, refelli quoque possunt publicè confecta instrumenta.* ee *Quod* ee *probatur per* l. 18. Cod. de probat. *tum quia ibi instrumentum à tabulario confectũ fuisse patet ex verbis* ignorante te, *tum quia indistinctè ibi contra instrumentum probatio recipitur*, l. opt. C. de contr. stip. 2. *Si actori licet ad confirmandum instrumentum testibus vti, etiam reo ad refellendum*, per l. non debet actori licere. 41. de R. I. *Publicorum sanè monumentorum fides inconcussa, sed hæc non sunt verè publica*, vide supra hoc cap. lit. M. hæc ad l. 15. C. hoc tit. num. 36.

CAPVT IX.

Testium inhabilitas.

CAP. I.

SEQVVNTVR TESTES. VBI TRACTANDVM TVM DE FIDE TESTIMONII. (*tum connecte infrà, c.* 16.) *ad quam* QVÆDAM SINGVLIS SPECTANDA, (*connecte infrà, c.* 15.) PRIMÒ (*de 2. infrà, c.* 14.) PERSONÆ TESTIVM, & qui sint idonei. ARCENTVR enim QVIDAM IN TOTVM: quibus ius testimonij non est, vt ex statu SERVI, *l. 8. l. quoniam* 11. *C. h. tit. l.* 22. §. 7. *Qui test. fac. l.* 32. *de R. I.* [Terent. Phorm. Act. 7. sc. 1. *seruum hominem causam orare leges non sinunt, neque testimonij dictio est*, ad l. seruos 8. C. h. t. n. 1.] nisi veritas aliter erui nequeat, *l. serui. 7. D. h. t.* vbi tamen nec sine tormentis eis creditur, *l. 21. §. 2. h. tit. l. 8. pr. D. de qq.* nec passim, & vbique, sed ita: a De facto suo in quacumque causa rectè interrogantur, *l. 8. C. l. 7. D. h. tit. l. 15. Cod. de qq.* Et de facto quoque alieno aduersus exteros. Non autem in causa domini, nec pro eo, *d. l. 8. Cod. h. tit.* tum quia eis imperari potest, *lib. 6. D. h. tit.* tum quia domestici, & hoc perpetuum; nec contra eum pro extero. *l. 1. Cod. de qq. d. l. 8. C. h. tit.* [*vbi tamen primò quædam causa criminum excepta*, d. l. 1. C. de qq. b b *vt adulterij, fraudati census, quia horum soli domestici conscij, & majestatis ob delicti enormitatem. Secundo, In reliquis criminibus ita audiuntur, si alia quoque probationes suppetant*, d. l. 1. C. de qq. *ad maiorem confirmationem. In pecuniarijs verò causis nulla exceptio, etsi aliæ probationes desint. Recta enim vulgaris lectio*; d. l. 1. *nec inopia probationum, vitiosa Holoandri*: ex inopia, *tum quia cum ea pugnat*, l. 13. C. eod. C. l. 8. h. tit. *tũ quia si in criminibus non exceptis arcẽtur*, d. l. 1. *vbi rigor disciplinæ publicæ contrà exigere videri potest, magis in pecuniariis. Planè inter duos dominos admittitur*, l. 13. in fin. C. de qq. *quia par vtrimq; affectionis ratio*, l. 67. §. 1. de ritu nupt. *Dominus autem cõtra seruum testis idoneus*, c *quia* c *nec eius domesticus, nec cum metuit. Obiicitur* cap. causam, quæ. 17. extr. de offic. deleg. *Resp. Ibi Iudex in causa subditi suspectus, non quia aduersus eum, sed quia pro eo quoque Iudex*, ad l. seruos 8. C. h. tit. nu. 4. & seqq.] Ex LIBERIS ALII OB LVBRICVM CONSILII, ex ætate impuberes, in omnibus, *l. 3. §. lege 5. D. h. l. 20. pr. Qui test. fac.* minores viginti annis in criminalibus, *l. 20. D. h. tit.* d ex animi morbo furiosi, mente capti, *l. 20. §. 4.* d

Qui

*Qui test.fac.*ex sexu:mulieres solùm in testamentis, *l.ex eo.*18.*D.h.tit.l.*20.§.6.*Qui test.*ALII OB TVRPITVDINEM VITÆ.Et quidem Dd.vulgò ita notabiles,& infames generaliter arceri volunt. f Malè. Primò, Quia ex genere infamium certi quidam prohibentur, *in l.*3.§.*penult.h.t.*Ergo alij non,*per l.*18.*h.t.*Secundò,Aliàs nulla dubitandi ratio, *in l.*13.*h.tit.* vbi tamen & timidiusculè, Papinianus, calumniæ iudicio damnato, qui edicto notatur, *l.*1.*de his, qui not.infam.* nec ius testimonij planè negat, sed expendẽdum id esse vult, quòd integræ frontis homo, id est, perfrictæ, & quem nihil g pudet, g dixerit,quanta scilicet fides ei habenda, num verisimilia,connenientia aliis,à rebus, negotio, tempore non aliena responderit. Spectandum sanè,inculpatæne vitæ sit testis,an notatus,&c. *l.*3.*pr.h.t.* Sed ita,vt minor huius fides sit, non vt nulla, aliàs & plebeius & egenus ibi arcerentur. Atque istud, quæ cuiusque testimonij autoritas, in Iudicis religione positum, hoc in iuris autoritate. Arcentur itaque ex infamibus quoque certi LEGE nominatim. Vt iudicio publico damnati, nec restituti, *l.*3.§.5,*h.t.*veluti adulterij, *l.*18.*h.t.* repetundarum, *l.*15.*h.t.* lege IVLIA, *d.*§.5.Obi.*l.*13.*h.t.* Resp, *Accurs.*non verbis legis Iuliæ specialiter, & nominatim. Malè, Quia satis verbis generalibus notatur, *Qui iudicio publico damnatus.* Sed resp.*in d.l.*13. accipiuntur damnati, *calumnia in publicis iudicijs*, scilicet h commissæ. h Ipsum autẽ calumniæ, quæ lege Remnia vindicatur, *l.*1.§.2. *ad SC. Turpil.* iudicium priuatum est,*arg.l.*1.*de publ.iud.* item rei iudicio publico, *l.*20.*h.t.*etsi infames ~~non sint, situ noster hîc.~~*Sed idem* ad l.testium 18.ipsi.14.C.h.t.n.12.& seqq.*contrà sic: Ex delictis, quæ sola damnatione famosa, nemo ante sententiam arcetur,*arg.l.14.& seq.D.h.t. *Et* d.l.20. *accipitur* i *ita, vt accusatus testis productus non cogatur, i ne odium in se conuertat,quod sibi fraudi sit in reatu: Volẽs si dicat testimonium,ius non vetat.*] qui in vinculis,custodiáve publica, *d.l.*3.§.5.nec distat,publico, an priuato iudik cio. k Inciuile enim alios testimonio suo premere,vel subleuare, quos de sua innocentia purganda cogitare conuenit. Item *d.*§.5. qui operas bestiis locauit, quæ palàm quæstum fecit, qui ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse iudicatus, vel conuictus. Qui non semper infamis, sed si calumniæ causâ accepit,non, si vt verum diceret, aut vt ne diceret. Et ratio est,non quia infamis,sed quia indignus, vt audiatur, cùm nihili se fidem, & religionem testimonij l æstimare comprobauerit. l Num verò hi solùm in iudicio de vi prohibẽtur,*per d.*§.5.verbis,*hac lege.*Resp. Immò & in aliis iudiciis, *l.*14.*& seq.h.tit.* Quin cui in grauiori crimine testificari non licet, minus leuioribus causis,in quibus fidem condemnare ludum,iocumque putabit. LEGE CORNELIA: damnati ob carmen famosum,qui intestabiles, *l.*21.*pr.h.t.l.*5.§.9.*de iniur.* id est,nec dicere ipsi, nec ab aliis eis dici testimonium potm test, *l.*18.§.1. *Qui test.fac.* m Audiuntur tamen hi, vbi alia probatio deficit,sed non sine tormentis, *l.*21.§.2. n *h.t.* n Planè iure canonico cuiusuis criminis rei accusati,& ita nondum etiam infames arcentur, *c.vlt.extr. h.t.* sed ea sententia ex errore Interpretum in Decretales manauit.[Ita noster h.c.1.Idem tamen ad l.testium 18.ipsi.14.C.h.t.n.8.& seqq. *iure nouo* ex Nouel.90.c. 1.*omnes testes illæsæ existimationis esse debere. Proinde omnes infames remoueri. Itaque rectè constitui, quia &* ã *dignitatibus, & accusationibus arcentur. Non autem* o *minor integritas requiritur in testimonijs.*o *Exceptiones duæ. Prima.Ex conditione eius, cõtra quem producitur: Si hæreticus contra hæreticum*, l.21.C. de hæret. *Non autem hoc producendum ad eos,qui testi aliud crimen obijciunt,quo & ipsi laborant.* p *Ex.gr. Adulter homicidij reus rectè obijcit testem esse adulterum*, per l.vlt.C. de probat. *Nec simile exemplũ hæretici,in quo specialis ratio, Quia eandem hæresim ipse probat, & profitetur. Adulter verò,ex.gr. delictum suum non probat nec in alio. Secunda,Ex conditione negotij,si aliter veritas haberi nequit,* d.l.21.§.2.arg.l.7.D.h.t.l.9,pr.de qq.hęc ad d.l.18.]

CAPVT X.

Testes ob corruptionem, commodum, vel gratiam suspecti.

QVIDAM, quibus aliàs est ius testimonij, INCERTIS CAVSIS. In quo non personæ conditionis, sed causæ, ac eorum, pro quibus, ac contra quos dicitur, ratio habetur. QVÆ DVVM GENERVM. a AVT a SVSPECTVM TESTIMONIVM REDDVNT. *(aut connectle infrà, c.*13.) VT PRIMÒ CORRVPTIO testis pecuniæ largitione,vel promissione,*l.si quis* 17.*C.h.t.* [*In ea ipsa scilicet lte, vbi non necesse est, vt accepisse damnatus sit,* b *sicuti cùm testi obijcitur,quòd in alterius litis* b *testimonio se corrumpi passus sit,* vt l.3.§.5.D.h.t.*hæc ad d.l.si quis* 17.*num.*13.] SECVNDÒ, SPES COMMODI, si de re eius agatur. Nullus idoneus testis in re sua, *l.* 10.*D.l.omnibus C.h.t.* id est,cuius cõmodum, & damnum ad se quoquo modo spectat,*l.*1.§.11.*Quando appell.* c cuius interest rem esse, [*cùm enim sibi quisque* c *maximè faueat, non erit qui aduersus se dicet. Sed vel prudens mentietur victus vtilitate,vel errore falsum dicet,perturbatione obcæcatus,*ad l.10.C.h.tit.nu.2.]SIVE PECVNIARII, vt venditor in causa euictionis, fideiussor in causa debitoris,& contrà,*hîc,& ad d.l.*10.*n.* 3.[*In causa etiam Vniuersitatis singuli ex ea,cùm de ijs rebus agitur,quibus amissis singuli minus habituri, maximè qui ex earum prouentibus aluntur,aut salaria percipiunt.* d *Obi. Causa, & res Vniuersitatis non est singulo-* d *rum*, l.6.§.1. de rer.diuis. *Resp. Quoad proprietatem, Vtilitas ad priuatos quoque pertinet.Obi.Seruus Vniuersitatis pro ciue,& contra eum torqueri potest*, d.§.1.*Resp: In causa ciuis Vniuersitas,& quæ eius sunt, testificantur rectè,* e *quia singuli priuatim sua tenent, nec eorum vti-* e *litas ita redit ad Vniuersitatẽ,vt contrà.Sed & tu idem, etsi vtilitas voluptuaria ad testem redeat,vt si de stadiis, vel theatris agatur*, ad d.l.10.nu.4. *Iure canonico Monachi, & Clerici in causis monasterij, vel Ecclesiæ audiuntur,aliis deficientibus*,c.26.§.vlt.extr.de iureiur.c. cùm nuncius,12.c.tuis 39.h.t. f *ad d.l.*10.] SIVE AL- f TERIVS,VT LAVDIS,victoriæ,& existimationis.Quod pertinet ad rerum alienarum administratores. Hinc cautum,ne Patroni in ea causa, cui operam præbuerũt, testimonium dicant, *l.vlt.D.h.t.*[*vt si in primo iudicio causam egerit, deinde ex appellatione de eadem cognoscatur*, ad l.10.C.h.t.n.7.] Non quòd nimis amicus sit clienti, illúmve metuat, nec quòd aduersarium oderit. Fieri potest,vt nihil horum sit: Sed quia studio res causa Patroni esse cœpit. Cuius existimatio vertitur, & interest eius, vt cliens in eadem denuò vincat.Vnde de probitate,& peritia, de ingenio, & fide eius iudicium fieri solet, quòd & causam iustam susceperit, & illam religiosè defenderit, ingenijque viribus obtinuerit. g g [*Sic iure canonico actores, & defensores Ecclesiarum in in ea causa,quam agunt*, c.insuper 6.extr.h.t. *ad l.*10. *C.h.t.*] Idem ius in excusatoribus negotiorum, *d.l.vlt.* qui vulgò Sollicitatores, (*qui alieno negotio exsequendo adsunt,vt iudiciis Aduocati*, l.1.§.11.de extr.cog.*extra ea alienorum negotiorum administratores,tutores,curatores,in re à se gesta. Et in Proxenetis, ac mediatoribus, in ea causa*, Nouel.90.c.8.*quorum interest, putari nihil se temerè,malàve fide commendasse, vt contrahentes in errorem,fraudémve inducerent*, ad d.omnibus 10.n.7. & 8.) VEL GRATIÆ. Vt donator in lite rei donatæ, quâ euictâ etsi non teneatur donatario, commodum tamen gratiæ & oblig.naturalis amittit. Item creditor, qui

iqui iure pignoris vendidit, etsi periculum eius rei ad eum non pertineat. (VEL POENÆ EXECVTIONIS, *Consortes criminis,vt c.seqq.* ad d.l.10.num.4. *Denique huius regulæ duæ sunt Exceptiones.1.Si aduersarius consentiat. Hinc iusiur. ex conditione delatâ præstitum seruatur, etsi qui iurat testis in re suâ constitutus*,l.vlt.C.de fideicomm.ad d.l.10.nu.8. 2.*Legatarij rectè testes in testamentis,etsi in eo res agatur legatarij,cum interfit legatarij valere testamẽtum, & inde adiri hereditatem, vt legatum debeatur. Vnde liti de testamenti validitate inter scriptum & legitimum heredem adesse possunt Legatarij ceu causæ suæ*, l.29. pr.de inof. testam.l.5.§.2. & 2.de appel.ad d.l.10.nu.9. Tametsi *Don.h.c.*2. neget hanc exceptionẽ esse, eò quòd testis signum suum recognoscens,licet testamentum inde confirmetur,nõ i rem suam agat, sed solius heredis. i Nec inde statim legatum debetur,cum heres non adire possit.Aditâ autem hereditate legatum debetur, non tam quia valet testamentum,quàm quia adita est,quod postea sequutum.*(Excip.ratio duplex.1.quia negotium eius nõ principaliter geritur, cum & heredi liberum sit adire vel non. Sed hæc sola non sufficiens. Neque enim ideò minus res legatarij vertitur. 2.Reliqui testes & cætera solennia suspicionem mendacij remouent, add.*sup.l.6. c.7.lit.O. *Rectè itaq;* Bart. ad d. l.10. *extra testamenta non posse Legatarios aut alios in instrumento, ex quo commodum aliquod sperant,testes adhiberi* ad d.l.10.n.10.)

CAPVT XI.

Testes domestici & consortes.

CAP III. 3. METVS INCOMMODI, quo testis afficeretur, ni in hanc partem dicat. HINC NON IDONEI 1. QVIBVS IMPERARI POTEST, vt testificentur,*l.6.D.h.t.* vt liberi, serui, potentum Imperio subiecti,*l.eos (od.hoc tit.* Hinc *passim* improbatur testimonium domesticum,*l.etiam* 3.*Cod.hoc tit.* id est domesticorum siue eorum, quos actor de domo suâ producit,*l.pen.D.hoc tit.*Domestici sunt, qui familiæ appellatione contenti, *l.*31.§.15. *de ædil.edict.* qui subsunt potestati, vel imperio eius, qui domui præest, *l.*25.§.2. à *eod.* a Potestati ;vt serui filijfam. serui alieni vel liberi bonâ fide sentientes,d.§.2.Imperio. Vt vxor, quæ de familia mariti, *l.quicunque* 10.*Cod. de re milit.lib.*12. *tit.*36. Proinde domestica, per *d.l.*15.nam & ambob rum vna domus, *l.*1. §.15. *ad Senatusconsult. Silan.* b Ac qui famulantur gratis, vt libertus in domo patroni degens,vel mercede, famuli,& coloni inutilis, qui dõ- c mestici, c *l.*11.§.1. *de pœn.l.vltim.*§.*vlt.Cod. de his qui ad Eccles. confug.l.*1. §.18. & §.20. *de vi armat.* (partim hîc partim ad l. etiam 3.C. hoc tit. num.7. & seqq.) Domus enim hic iuris nomẽ,non ędium.Causa suspicionis,quia ira patrisfamiliàs his metuenda, verendumque ne si aduersus eum testificentur, domo eijciantur,maléve tractentur.Quidnis igitur pro eo dicturi,vt gratiam ab illo ineant (hîc & ad l.3.Cod.hoc tit.num.14. & ad l.5. num.3.) Quæ ratio cum cesset in fratre emancipato (nam qui in potestate eiusdem patris, verè domesticus est, §.9. *Institut. de test.* & dum testis est fratri, magis ipsi patri testimonium dicit) cumque ei nihil tale formidandum sit, non est cur eum,si aliud nihil impediat, inde arceri dicamus, *cum Duaren.*1.*disp.*28. Nam nec domesticum hoc est testimonium, per d.§.15.argum.à contrario,quia emãcipatione domus & familia mutata, *l.6. de cap. min.* Ac si omninò ex eâdem domo patris est, non tamen ex domo fratris producitur. Ergo *per l.pen.D.hoc tit.* Certè sub imperio & potestate eius non est. [hîc & ad l.etiam 3.C.hoc tit.n.1.& 2.seqq. *Eadem ratio cessat,ideoq; & prohibitio, in ijs qui domestici esse desierũt, & producuntur de re gestâ,tũc cum domestici essent*, per l.1.§.12.de qq. *Nisi datâ operâ quis, vt eorum testimonio uteretur potestate liberauit*, arg.d.l.1. §.13. d hęc d ad l.n.17.] *Subditi quoque potentis & nobilis pro eo produci nequeunt* e per l.eos 5. verbo potentatui C.hoc t. e *qui metu potentiæ, quiduis nolentes etiam dicturi*, hîc & ad d.l.5. in fin.] 2. CONSORTES EIVSDEM CRIMINIS.*l.quoniam* 11.*Cod.hoc tit.* Quippe metu eiusdem pœnæ socium subleuaturi aut in alios crimen collaturi censentur. [*Interest enim eorum crimen celari, ne eo prodito, ipsi quoque prodantur. Iubentur sanè latrones alijq; rei interrogari de participibus*, l. 6. de custod. reor.l.1.Cod.de fal.mon.l.vltim.Cod.de malef.& mathem.*sed non vt eorum testimonio fides habeatur, vel pro confessis habeantur qui indicati, verùm vt innotescant,* f *aut vt* d.l.vltim.loquitur,*publicentur,ad hoc vt* f *postea in eos inquiratur,vbi non illi testimonio fides, nisi idoneis testibus signisve indubitatis confirmãtibus*, l.vlt. Cod.de prob.ad d.l.11.num.11.& seq. *Q. Num & in causa ciuili rei communio socios repellat.* g *Dist.* ex l. g vlt.10.§.de appell.*eademne sit caussa defensionis,vt res vtriusque agi intelligatur, an diuersa. Exemp. gr. Duo ædes in commune emerunt. Tertius partem ædium ab vno vindicans,emptionẽ in dubium reuocat.Vna causa est. Quod si vnus partem suam oppigneraſſe dicitur, quia id nec prodest nec nocet socio, vtcunque iudicetur*, l.vn. C.Si com.res pig.dat.*diuersa caussa & testimonium recipitur*,hęc ad d.l.quoniam 11.num.3.& seq.

CAPVT XII.

Testes amici & inimici.

4. AMICITIA CVM EO PRO QVO.Non leuis familiaritas, sed INTIMA ex conuictu quotiCAP IV. diano, mutuisque & assiduis officijs probata. Quod definire fidemque talis testimonij expendere iudicis est,*l.*3.*h.t.* a (*Non si qui munere publico vel alia necessitate vnà esse coguntur.* b *Si enim quæuis conuunctio hoc* b *efficeret,non specialiter pater & filius vetarentur*, ad l. eos 5.C.hoc tit.num.4.& 5.) Hinc nec pater filio testis idoneus, nec hic illi, ~~etsi in potestate non sit~~, vt ~~emancipatus, testis~~ *9.D.hoc tit.* Quia inter hos amor naturâ max.ac qui in alijs amor,in patre caritas,in filio pietas dicitur. *(Sed hæc nolente aduersario,quo admittente filius pro patre non tantum potest, sed & cogitur,cũ eadem pietas exigat, vt iuuet patrem, vbi potest*, ad l.6. C.h.num.9. c *Excepta item in parte:* 1.*Professiones de* c *natiuitate,statu ac ætate liberorum,quibus creditur,vid.* sup.cap.8. lit.2. *Testamentum filij militare, vid.* not. supra lib.6.cap.7.lit.M. *Non item Exceptio filiis sit inter duos liberos,vid.* c.seq.ad d.l.6.nu.11.& 10.) AVT INIMICITIÆ CVM EO, IN QVEM DICENDVM, *l.* 17.*& auth.Si testis C.hoc tit.l.*21.§.*vlt.D.eod.l.*20.*post med.C.de fid.instr.* Quæ, vbi iusta vindictæ suspicio, reijciunt testem, SI AVT IS VITAM ILLIVS EXISTIMATIONEMVE PETIERIT, *d. auth. & argum.*§. 11. *Institit.de excus. tut.* siue iudicio criminali. [*etsi non publico.* d *Nam* Nou.90. cap.7. vnde d. auth. *est* ἐγ- d κλημωτικὴ δίκη *non* δίκη δημοσία. *Obi. Capitales inimicitiæ,quæ vitam aut libertatem petunt*, l.2.Cod.d.public. iudic.l.2,D.de pœn.Ergo per d.§.11.Institit.de excus. tut. ℟. *immò & quæ famam*, l.licet 105. de V. S. e 2. e *maior ratio testis remouendi quàm excusandi tutoris, qui inimicus fuit patri,non ita est pupillo*, ad auth.nu.4. & seqq.*Sed in* d.authentic.*habetur:* non antequam de crimine iudicetur. *Ergòne post condemnationem audiendus testis: Minimè, quia ea non inimicitia minui nedum tolli patet,sed reconciliatione*, d.§. 11.Institit.de excus. f f *Quin eò grauior inimicus quò persuerantior.Falsus autem est conceptor* authenticar.*falsâ auersione*,d.Nouell. cap.7.

cap.7. donec de crimine iudicetur *cum verb. Grec. ὁ μέχρι ποσοῦ δημόσιος; ὡς ἡ πρὸς ἐγκλήματα δικάζεται. sensus sit: qui vsque adeò infensus, vt litem de criminibus intenderet*, hęc ad d.auth.num.7.8.9.] Siue alio facto. [*Si extra iudicium vi dolóve impugnauit, manu* g *violentâ, insidiis vitæ structis*, g *iniuria atroci, conuitiis aut famosis libellis*, ad d.auth.num.6.] VEL STATVS CONTROVERSIAM FECERIT, *arg.*§.12. *Instit. de excus. tut.* (*vel si extra iudicium instrumenta libertatis inuertere conatus, arg.*l.8.§.1. Quod met.caus. *nisi iusto errore ductum liqueat, cui venia danda. Non idem in* h *lite de bonis*, h *quæ inter cognatos ferè frequentior. Nam quod hic tutor excusatur*, §.4. Instit. de excus. *lis ipsa in caussa est, non inimicitia*, ad d.auth.num.10. (AVT AB ILLO HOC MODO LÆSVS, veluti testimonio contra se dicto. Ita enim rectè Budæ. legit in *l.pen. D.h.t.* Produci testis non potest in reum, qui ante in eum testimonium dixit. Vitiosa enim vulg. & Flor. lectio: *qui ante in eum reum, &c.* licet eam probet *Duar.*1. *Disp.* i 29.i (*& confirmet* c.meminimus 13. &c. cum P.10. extr. de acculat. 1. *Ex sermone, quia vocula* eum *designet oportet aliquem ante a vel poste a nominatim*, ad d.auth. num.11.) 2. ex sententiâ. Quæ enim suspicio arcet eum, qui ante in aliâ caussâ contra me testis. Anne tũc inimicus fuit, tunc reijci debuisset. Anne factus inde, quod in me dixit. At vel inuitus & iuratus dicere necesse habuit, (*& quia tum iur: siur. religione adactus, tum iuris necessitate dixit lædendi animum habuisse non* k *censendus est*, per l.1. Quod met. caus. k *Contra vbi quis producitur aduersus eum qui in aliâ caussâ contra se dixit testimonium, iniuriam illam, qua se affectum putat, vlcisci velle credendus est. Et hanc sententiam confirmat* l.1.§. cum quis 26. de qq. *Nec obst.* d.c. meminimus 13. *Sumptum enim ex* d.l.23. *vt patet* ex §. item in criminali c.4.q.3. *quo fundamento euerso corruit* ad d. auth. num.11. & seqq.) NISI REVS CONSVLTÒ OFFENDIT TESTEM ob id ipsum, vt inimicum faceret, & sic reijceret, quæ captio illi potius nocere debet, arg. *l.1.§.* 26. *de qq.* l Superiorum omnium caussarum veluti iudicium, si vltrò, non rogatus, ad testificandum profilierit. Nec enim temerè est, quod tàm cupidè operam suam ingerit, *l.*25. *de Procur.* m Etsi verò huiusmodi caussæ, odij, amoris, spei, metus, vitios probos non facilè à viâ seducant, timeri tamen illa oportet, & exemplo pernicioſum est, his affectibus obnoxium admitti, *Cic. pro Flacco.* (*Cæterum ex superioribus caussis testis ab eo, contra quem producitur, reijci potest. De quibus exceptionibus contra personas testium ita* Donell. noster ad auth. si testis C. hoc tit. nu. 13. & seqq. *Tres hîc quæstiones.* 1. *Quando obijci possit? Videri potest solùm ante testimonij dictionem, vt ea impediatur*, per d.authent. si testis. *Sed immò & postea licet, quin etiam publicatis testimoniis per* l.vlt. C. hoc tit. *vbi dicuntur prolatæ depositiones, & sic apertæ aut publicatæ, & tamen omne ius aduersus testes opponendi in integrũ seruatur*, add. c. in caussis, 15. extr. h.t. *Sed hoc probè restrinxit* c. præsentium 31. extr. h.t. *Vt cognitis testimoniis non liceat, nisi vel ante editionem testimonij testatus sit se reijcere velle, vel caussa reprobationis post eam demum innotuit, vel,* n *si istorum neutrũ, iuret se non dolo malo reijcere.* n *Fieri* sanè *potest, vt peieret. Ad hoc non nocet testi aut litigato-* o *ri, nec fides ei habetur, nisi caussas reijciẽdi probet.* o *Sed de his nihil* d.auth. *Nam in vlt. verbis* testatio *non protestationem sed testificationem producti denotat.* 2. *Quæ reiectionis vis.* B2. *Si caussam fatetur testis, qui de hoc interrogandus, ex gr. quod seruus sit, repellitur. Si negat de eo quærendum iustis probationibus. Verum depositio non ideo differtur, sed quæstionis istius disceptatio in aliud tẽpus reijcitur. Quodnam id? Disputationum vt imperitè versum est* d.auth. in fin. Nouell. 90. cap. 6. & 7. *Sed in authent. Graco habetur eas reseruari τοῖς πρεσβεσι* dict. cap. 6. *& τῷ καίρῳ τῶν προσβεσιῶν*, dict. cap. 7. *exceptionibus vel præscriptionibus. Quas disceptandi tẽpus est, cum omnibus auditis testimonia expenduntur. Neque ita ius solùm in duabus caussis* d.auth. expressis. *si seruus dicatur vel inimicus. Sed in omni exceptione testis per-* p *sona obiecta, si de ea controuersia sit.* p *Dices. At certa iuris regula. De re sua testis nullius auditur, & ita in similibus aliis.* B2. *Si certum sit, exempl. gr. commodum testis verti. Vbi de eo non constat, mora iudicio fieri non debet.* 3. *Cuius probatio? Si testis simpliciter se talem esse negat, qualis dicitur, exempl. gr. seruus; obiicientis: tum quia in except. etiam reus actor, vt* sup. cap. 2. *Sin autem se fuisse dicat, sed nunc esse neget, ipsius testis*, d. auth. si testis, *exempl. gr. Si qui ceu seruus reijcitur, dicat se libertum. Ratio diff. Ille absolutè negat; hic fatetur se seruum fuisse, & se manumissum intendit. Quare hanc aff. & mutationem probet. per* l.22. D.l.16. Cod. de probat. hæc ad d.authent. PLANE QVI TESTIBVS VSVS EST, EOSDEM ADVERSVS SE *postea in ea lite* PRODVCTOS REIICERE NEQVIT, si quis 17. Cod. hoc tit. *Iam quia vtendo approbauit. Improbare igitur deinde nequit*, l.9. de negot. gest. c. quod semel placuit 21. de R.I. in 6. *tum per aquitatem edicti. Quod quisque iur. al. Admittere itaque cogetur, etsi ab alio, quàm quo cum prior lis fuit, producti, argum.* l.3.§.2. Quod quis iur. q *Dixi.* Vsus q *cum effectu, argum.* l.1.§.1.d.t. *Aliud si produxit quidem, sed reiecti sunt. Neque enim producẽdo simpliciter approbauit, sed sub conditione, si non reijciantur. Dixi* in aliâ lite. *Secus itaque si in eadem, super eisdem articulis.* r *Aut enim idem quod prius dicent & superuacuum,* r *aut aliud & iniquum est illos audiri. Quod si super aliis articulis, multo minus reijci poterunt, cum hic eos producat, qui prius illorum testimonia læsit. Sed hæc ita nisi non ob easdem caussas, ob quas antea reiici potuerunt, sed ob nouas post priorem litem incidentes reprobet. Sanè* d. l.17. *tres solùm casus excipit. Vnde videri posset aliis caussis locũ non esse, quia exceptio regulã firmat*, l.12.§. f 43. de instr. leg. (*Contra rectè Dd.* f *quia in omnibus posteà nascentibus eadem ratio. Ergo & idem ius per vulg. Nam* 1. *non potest videri ceu talis antea approbatus, qui tunc talis non fuit.* 2. *ius hoc reiiciendi nulli extra culpam eius auferendum. Nulla autem culpa eius, quia in priori lite reprobare, etiamsi vellet, non poterat. Ad obiect.* B2. I.d.l.17. *non excipiuntur inimicitiæ ac corruptio testium, sed tempus quo emerserunt aut inimicitia excip. non propter se, sed ideo, quia postea ortæ.* 2. *Exceptio firmat regulam, nisi alia mens legis appareat*, l.vlt. ad exhib. *Quæ hîc euidens. Aliàs distinctio erit in caussis, non in caussarum tempore. Quin immò etsi caussæ veteres sed iusto prius errore ignoratæ reiectio audietur. Nam* 1. *iusto errori venia danda*, l.11.§.10. de inter. iur. *& quæ postea emergunt, indigent auxilio*, d.l.11.§.8. 3. *nemo renunciat iuri quod ignorat*. l.19. de inoff. 4. *Errantis nulla approbatio*, hęc ad d.l.17.)

CAPVT XIII.

Testimon. Parentum & Liberorum.

AVT (connecte sup. *cap.*10. OB REVERENTIAM REPELLVNT, *l.*3.§. *pen. h.t.* Hinc testimonium non dicunt liberti in patronos, *l.*4. *D.l.*12. *C.h.t.* LIBERI IN PARENTES *l. parentes* 6. *C.h.t. d.l.*4. *D.h.t.* Hinc nec PARENTES IN LIBEROS *d.l.*6. ne summa charitatis coniunctio naturâ constituta hoc facto violetur. (*Et hi aduersus se inuicem nec volentes admittẽdi* a *d.l.*6. (*cum alij cognati &c. tantum inuiti non cogan-* a *tur, vt* inf. c.16.) *Non ob suspicionẽ vllam falsi, sed quia iudicis est curare, ne pietas amorq; naturalis testimonio violetur, vt inter hos rixa & dissensiones cuitentur*, ad d.l.6. nu.1, & 3. *Sed num audiatur pater in lite inter duos liberos, fratres?* Bart. in d.l.46. *aff. tum quia par affectus caussa suspicionem tollit*, l.67.§.3. de rit. nupt. *tum quia seruus inter duos dominos torquetur*, l.13. in fin. C. de b qq. b *Sed neg. est. Etsi enim vna caussa ita cesset: faciẽs ne dicat pro filio, non tamen altera, ne contra filiũ, violatio nẽpe summa coniunctionis, vnde fenestra odio & dissensioni. Alia ratio serui, vbi nec cõiunctio naturalis violatur, nec metuitur, ne dominus seruo irascatur*, ad d.l. 6. n.12. *Sic nec laboriberius* (*tonte prodire cõtra Patronũ* c *audeat* d.l.12. d.C.h.t. c *ne violet honorem ei debitũ. Et si prodeat, plectitur*, d.l.12. *nẽpe pœna ingrati, vt in seruitutẽ reuocetur*, arg.l.2. C. de l. & eor. l. hęc ad d.l.12.]

CAPVT XIV.

Depositio testium.

CAP VI. SECVNDO (connecte sup. c.9. initio.) RES DE QVA DICIT. VT COGNITA SIT & comperta oculis, auribus vel SENSV ALIQVO. [*eo scilicet quo res propo-* a *sita probari potest.* a *Veluti cũ quis soluit, res visu, cum stipulati respondit, auditu percipitur. Dicât enim oportet quæ nouerint*, NON. 123. c.7. *Non autem nouerunt certò, nisi quæ sensu vsurparunt*, ad d.l.18. nu.17.] Non si ab alio audiuit, aut ratione aliquâ colligat, *l. testium.* 18. *C. h.t. Nou.* 90. c.2. [*Vnde si de re agitur, quæ intellectu percipitur, non est idoneum testimonium, si testis dicat, actorem dominũ esse, Nisi quid caussæ reddiderit, vnde sciat.* b b *Veluti quod lapillum in littore inuenerit, quod locus alluuione accreuerit. Sanè peritis in arte creditur, de eo quod dicunt, sibi videri*, l.1. de vent. insp. *Sed magis ad-* c *hibentur vt iudices quàm testes.* c *Nec vt dicât quid verè sit, sed quid videatur*, ad d.l.18. n.17.] Obi. Atqui & olim de auditione testimoniũ, vt liquet ex *Cic.*3. *Verrinâ* ferè initio vbi de Dione & notat Ascon. ibid. Sic habendum: Si testis interrogatus, sitne res ita gesta, nihil agit, si dicat se audiuisse, sed si scire se, quia interfuerit. Quod si quæratur, an audierit, id aiens fidem facit. d d Hinc ad prob. memoriâ exstare operis facti sufficit esse qui audierint. &c. *l.*28. *de probat. l.*2. §.8. *de aqu. pluu. arc.* [hîc & adid l.18. num.17.] NEC OLIM REFEREBAT, AN ROGATVS SIT, vt rei gestæ adesset, an fortuito interuenerit. Hic enim sensus *l. ad fidem* 11. *hoc tit.* non autem verba *non rogatus* denotant eum, qui vltrò ad testimon. iudicij accedit, hic enim suspectus vt *c.*12. *in fi.* Exc. 1. in testamentis sup. *lib.*6. *c.*7. *lit. E.* Sed HODIE generaliter TESTES ROGATI ESSE DEBENT *per Nouel.*90. *cap.*2. Quæ etsi de certâ specie, ratio tamen allata generalis. Sed hæc in caussis, in quibus consultò litigantes conuenerunt. Aliud in ijs quæ fortuitò nec opinantibus accidunt, vt iniuriæ, maleficia. Vbi adhuc regulæ *d.l.*11. locus [ita noster hoc cap. 6. *Sed* ad auth. rogati Cod. hoc tit. nu.9. & seqq. *sic: Generaliter hoc accipi nequit. Nam in multis absurdè rogatio requireretur, vt in maleficiis, in contractibus re culpâ perdita, &c. Referẽda ergo* d.auth. *ad duas vel tres species, de quibus* d. Nou. 90. c.2. *si vel creditori in scriptis solutum sine scripto, vel is confessus de eo, vel debitor de oblig. cõfessus dicatur. Rata itaq; regula* d.l.11. e e *Sed excepi. sunt in quibusdam caussis, vulgò quatuor referunt.* 1. *Testamenta vt* sup. 2. *Solutio sine scripto debiti in scriptis, de qua agit* l.18. C. hoc t. 3. *Confessio creditoris de solutione debiti cuiuscunque Vt nempe serio confessum constet, cum confiteri homines quandoq; soleãt se debere, se recepisse, non serio, sed vt aliquid celent de* f *rebus suis.* f 4. *Repudium*, l.nullum 9. D. de diuort. v. adhibitis iunct. l.21. §. pen. Qui test. fac. *Sed tres aliæ addendæ, vt quinque Codicilli, vid.* sup. lib.7. c.19. lit. C. 6. *Confessio debitoris*, d. Nou. 90. c.2. versic. hęc autem verbis aut debere alicui. *Quæ species tamen* d.auth. *omissa.* 7. *Instrumentum contractus vel solutionis de summa,*

quæ 50. *libras auri excedit. Cui necesse est tres testes subscribât*, l.vl. C. Si cert. pet. *Prius ergo moneri oportet. Hoc autem est rogare, etsi fortuitò interuenerit*, d.§i 21.§. pen. Qui test.] ET CONSENTANEA SINT, QVÆ DICIT, NEC PVGNANTIA, *Nou.*90. *cap.*3. Hinc post cognita testificata testimonium arguere licet, *l. si quis testibus* 17. *C.h.t.* g Potestasq; iudicibus in quosuis testes falsum dolosè deponentes animaduertere, pro qualitate delicti, præscript. fori non attenta, *l. nullum* 14. *C. hoc t. d. Nou.* 90. *cap.*3. *in fin.* (*modo tamen coërcitio formam iurisd. non excedat. Neque enim iudex ciuilis pœnã corporis inferet, sed detento reo Principi referibet*, per leg. Diuus 31. ad l. Cornel. de fals. iunct. l.1. pr. eod. l. 26. & seq. de ll. *Non obst.* v. cunctis d.l.14. *Nam id declarant seqq.* absque vllo præscript. obstaculo. *Secus ita q; si quid aliud obsistat.* h *Non autem excipiẽdi Clerici testes coram* h *sæculari. Nam hi tanto grauius puniẽdi*, l. Presbyteri 8. C. de Episcop. & Cleric. i Fac. Rom. 13. *Quæ coërcitio* i *etiam sine accusatione per d.l.*14. (*Nam quod sine ea nemo damnandus excepit. habet, nisi in iudicio ipso delictum incidat, occasione caussæ principalis*, l. pen. Cod. de prob. l.31. De fals. l.2.§.6. D. de adult.) *Si testimon. vt* est d.l.14. *vel falsitate non careat, vt si contraria dicat, vel fraude si variè, si vacillet*; leg.16. D. hoc tit. *Secus si iusto errore, specie personæ adeptus*, d. Nou. 19. c.3. in fin. arg. d.l.31. in fi. *Pro qualitate delicti: æstimanda tum ex improbitate testimonij, si pro duobus diuersa dixit, vbi pœna l. Cornelia*, l.27. pr. & §.1. D. de fals. *si pecuniam acceptet, aut cum alio coiuit, vt falsum diceret*, l.1.§.1. l. falsi 20. eod. *tum ex caussæ conditione, vbi quo maius periculum, grauior pœna. Quare plus plectitur in criminali quàm pecuniaria, qui ad reum opprimendum quàm qui ad liberandum. Et ille quidem, si consulio, eadem pœna, qua reus plecteretur, si testimonium verum esset*, per l.vlt. C. d. de accus. iunct. l.1.§.1. ad SC. Turpil. k k *quia eiusdem generis est hoc testimonium cum calumnia*, hæc ad d.l.nullum 14.]

CAPVT XV.

Numerus testium & fides.

QVÆDAM CONIVNCTIM. (connecte supr. cap. 9.) NVNQVAM VNVS, *l.*20. *D. de qq. leg.*9. *C. hoc tit.* quantæcunque sit auctoritatis, *dicit. l.*9.§.1. [*Vt non tantùm ei non credatur ceu olim ius*, d.l.20. *sed nec audiatur* d.§.1, *id est, nec à principio recipiatur*, a *Cõfirmat* a c. licet 23. c. cum à nobis 28, extra h.t. *Nec obstat vocula* facilè d.§.1. *quæ arguit ex graui caussa admitti*, arg.l. pen. de in integ. rest. l. etsi 183. de R.I. b *Ita enim Im-* b *perator dicit, se sanxisse olim scilicet quod mox corrigit illis:* nũc manifestè, *&c.* vt omninò, *&c. Meritò. Aliàs magna dubitatio, quæ illa grauis caussa, indeq; materia ambitioso iudici eo prætextu admittendi. Falsò itaq; Dd. vulgò* ad l.3. C. de reb. credit. & ad d.l. 31. de iureiur: *vnum testem facere semiplenam probationem* [vid. sup. lib.24. c.19. lit. I. vbi in Notatis Dd. defendi.] *Idemq; ius ad artifices seu peritos pertinet* c *vt prob. exemplo* c *obstetricũ*, l.1. D. de vent. insp. *Nec obst.* l. Theopompus 14. de dote præleg. *Ibi enim Polliano vni non creditur, ceu perito, sed quia testator ei credi voluit, vt habeatur, ac si ipse dixerit*, argum. l.6. §.1. Quod cui. vniu. hæc ad dict. l.9. num.19. & seq.] SED DVO SVFFICIVNT regulariter, quia pluralis locutio duobus contenta est, *l. vbi* 12. D. *hoc tit.* vbi scilicet L. simpliciter testes exigit, OMNI videlicet EXCEPTIONE MAIORES d NI- d SI NVMERVS AMPLIOR LEGE ADIECTVS, *d.l.* 12. Veluti in testamentis & Codicillis, vt sup. *suis locis.* [*In instrumentis contractuũ in vrbe vbi libra auri excedit tres* Nou. 73. cap. 1. & 2. *ad dict. leg.*7. *num.*24. vid. supr. capite 8. lit. N.] in solutione debitoris scripto obli-

obligati, *l. testiũ* 18. *Cod. hoc tit.* [*seu qui debita in scriptis retulit*, d.l. 18. *id est, qui chirographo alióve instrumẽto cauit se deberi, nullâ scilicet apochâ acceptâ. Nam si ea data & creditor à se suóve mandato scriptam neget, quia de eâ specie* d.l. 18. *nil cauit duo testes probant per* d dict.l. 12. d *Nisi summa excedat* 50. *libras auri, vbi tres testes adhiberi & subscribere debent*, leg. vltim. Codic. Si cert. pet. *Nam* dict. Nouell. 73. c. 1. & c. 8. *modo tres modo quinque exigens in obligationum instrumentis ad* e *liberationes producenda non est*, arg. leg. 47. de O. & A. e *Nec refert ex conuentione, an sponte dederit chirographum, quia* dict. leg. 18. *non distinguit. Vti nec magnum vel paruum sit debitum, etsi infra libram auri. Nam* dict. Nouell. 73. c. vlt. *in illis contractibus vult obtinere, quod antea obseruatum. Antea autem obtinebat* dict.l. 18. *Et loquitur ea de cõtrahente, vbi nihil improbabile dicit, qui se contraxisse ait coram duobus testibus. Contra probab. non est, quod qui scripto debuit, sine scripto soluerit. Vbi autem sine scripto debuit, si & sine scripto soluit, duo te-* f *stes sufficiunt, per* dict. leg. 12. hoc tit. *etsi summa* 50. *libris maior*, f *Quia* dict. leg. vlt. Codic. si cert. pet. *tres testes tunc exigit, cum res scripto geritur. Ratio diff. (cum sine scripto debitum eodem modo soluitur, res ex vulgari hominum more geritur, vt nõ exigat apocham, qui antea non dedit chirographũ. Ergo qui hoc dicit, suspicione mendacij vacat. Contra cum debitor chirographum dedit, & se soluisse dicit apochâ nullâ receptâ, iustâ fraudis suspicio. Nec enim facilè quis ita supinus, vt soluendo vel chirographum reddi, vel apocham dari sibi non petat. Hæc suspicio maiori probatione amolienda. Quare & si apocha recepta casu fortuito peremta, duo testes sufficiunt*, dict. leg. 18. verfic. vlt. *Vbi tamen & recepto apocha, & casus, quo citra culpam amissa dicitur & ipsa solutio, quod verè numeratum sit, iis testibus probanda. Nec satis est, si illi de primo deponant, quasi exinde confessio creditoris probata sit. Nam vt cõfessio hæc sit pro solutione solennis quinque testium numerus requiritur*, dict.l. 18. hæc ad dict.l. 18. num. 8. *Nam &* in Nouel. 90. c. 1. auth. rogati. C. hoc tit. *eodem loco habetur probatio solutionis & confessionis creditoris. Ergo & quoad numerum testium idem ius probandæ confessionis (quod est probãdæ solutionis* dict.l. 18.) *cum ex hac solutio arguatur. Aliàs obliqua via erit consequendi per duos testes, quod directâ non* g *licet* contra c. cum quia vna 84. de R. I. in 6. g hæc ad auth. rogati. num. 6. & 7. *Atque ita duo testes in omni-* h *bus maleficiis* h *& contractibus, quoties res scripto non geritur, & distractibus quoties contractus instrumentum non accessit*, hęc ad d.l. 9. C. hoc t. n. 24. CÆTERVM *præcipitur* l. 9. pr. C. hoc t. VT IVDEX HONESTIORIBVS POTIVS FIDEM ADHIBEAT *in diuersis scilicet testimoniis*, l. 21. §. vlt. D. hoc tit. *Etiam cum ab eadem parte* i *alij alia & contraria dixerunt*, per d.l. vlt. i *Et si aliud ius in instrumentis* vt supr. cap. 8. lit. Z. *Ratio diff. non in minore instrumenti fide, sed in culpa proferentis, qui cauere potuit, ne contraria proferret, & proferenda approbauit. Hæc imputari non ita potest producenti, vt euidens est*, add. supr. dict. c. 8. post lit. Z. *Sed & si plures ab vna parte testes ab altera pauciores plus honestas & auctoritas valet, quàm numerus*, c. in nostra 32. extra hoc tit.

k k ad d.l. 9. n. 17. & seq. *Denique non minor ad probationem vis est testibus quàm instrumẽtis, sed vtrinque æqualis*, l. 15. C. de fid. instr. *Non obstat* l. 25. §. vlt. de prob. *Nam ibi species ea, vbi natura rei, testes nulli esse possunt, vid.* supr. c. 8. lit. Cc. hæc ad dict.l. 15. n. 73. in fin. *Non obstat* l. si tibi 2. (in vulg. est leg. 1.) Cod. hoc tit. *Neque enim verborum* soli testes non sufficiunt, *is sensus quasi status & ingenuitatis probatio per testes fieri nequeat, quod absurdum, & aliàs amissis instrumẽtis status totus euerteretur, contra* l. statum. 6. Cod. de fid. instrum. *Quin causa status iisdem regulis, quibus aliæ regitur*, arg. l. 30. §. pen. de iurei. l. 39. §. 5. de Procur. l. 6. C. de reb. cred. *Sed nec effugium* Accursij *tutum:* Soli *scilicet sine iureiurando, vel* soli *si non reddant rationem dicti sui.* l *Sed vocula* non *referenda non ad verbum* sufficiunt, *sed ad voculam* soli, *quasi dicat*, non soli, *quasi dicat*, non soli. *Vt in simili* l. 9. §. 1. Si quis caut. *Omnes statos non esse, id est, (non nullum statum esse sed) non omnes. Quo modo sensus hic. Testibus sanè probari potest ingenuitas, sed non solis. Quin & sine testibus æquè instrumentis probari potest, (vt professionibus Partum, testamento, quo libertas matri adscripta, actis iudiciarijs libertatis eidem datæ) & argumentis, cum non de facto sed iure quæritur, vt quod matre libera editus, quod iudicio contradictorio ingenuus pronunciatus*, hæc ad d.l. 2. n. 7. & seqq. *(Cæterum etsi instrumento venienti nõ nocet, quod alius prior venens eodem, falsi accusatus & victus iudicio criminali*, l. 2. C. de fid. instr. vid. supr. c. 8. post lit. Y. *non tamen si publico legis Cornel. iudicio testes condemnati alij iisdem vti possunt, quasi Const.* d.l. 2. *ad testes corrigi possit. Nã publico damnati omninò remouentur*, supr. c. 9. *Neque in eo minor idcirco vis testiũ quàm instrumentorum, aut res inter alios iudicatas alios nocet. Non enim tam sententia prior quàm delictum & infamia publico iudicio contracta testem remouet*, m hæc ad d.l. 2. m Cod. de fid. instr. n. 23. & 3. *seqq.)*

CAPVT XVI.

Euocatio testium & coactio.

TVM DE VSV (connecte supr. cap. 1. initio) QVI POSITVS ET IN DICENDI NECESSITATE (*& vid. cap. sequent.*) Omnibus enim regulariter vel inuitis denunciari potest. Et si absint, EVOCATI VENIRE COGVNTVR (*vel vi ducti*, per l. pen. pr. v. trahere, C. hoc tit. *remediis prætoriis, pignoribus captis & mulcta indicta*, per l. 1. §. 3. de vent. insp. ad d.l. penult. nu. 14.) Quod & prob. *l. 2. §. 2. Si quis caut. item l. 26. §. vlt. v. idem puto. iunct. vers. vlt. Ex quib. causs. maior.* a quia a quidam nominatim excepti *de quib. c. sequent.* Nec solùm in criminalibus, *Nouel. 90. c. 5.* sed & pecuniarijs, *d.l. pen.*) hîc & ad d.l. pen. num. 4. & seqq. *vbi* num. 5. *idem etsi de reb. leuissimis* b *agatur.* (Non tamen temerè euocandi per longũ iter, *l. 3. §. vlt. D. h.* Aliquando igitur contrà. Et quidem si causa pecuniaria non nisi consuetudo fuerit in eâ prouinciâ, *d. §. vlt.* Aliàs mittendi partes vel procuratores in locũ vbi testes degunt, c in quorum præsentiâ coram Magistratu suo c depositionibus factis res ad priorem iudicem refertur; *l. iudices* 18. *C. de fid. inst.*) *Vtilitatis enim publicæ causa & probationum fauore à meri iuris regula recedit, & interrogatio admittitur in aliena prouincia, si tria concurrant*, d.l. 18. 1. *Iudex causâ destinet litigatores vel eorum procuratores in Prouinciam, id est, interlocutione pronunciet illis eò ire licere, &c. & dimittet eos cum litteris ad iudices loci petens vt iurisdict. non* d *denegent, sed testes pro officio interrogent.* d 2. *Ibi interrogentur testes sub præsentia vtriusque partis. Sed hodie per* auth. sed etsi quis C. h. t. *satis est præsentia vnius, modo altera vocata venire neglexerit.* 3. *Receptis testimonijs res ad priorem iudicem referatur. Nempe testimonia recepta seu acta in quæ illa relata sunt. Neque enim commissa interrogatione hac cognitio causæ commissa aut potestas ferendæ sententiæ* hęc ad d.l. 16. nu. 2. & 3.) In criminalibus verò in quibus grauius periculum, omninò venire debent testes quantumcunque sit iter, *Nou. 90. c. 5. in fin. vbi ratio* (hîc & ad d.l. pen. n. 7. *Quod index causâ precibus consequetur à Magistratu eius Prouinciæ*, e ad l. fola 4. n. 8.) Hinc si euocati venec rint. Q. 1. quãdiu exspectare debeat, si nõ statim interrogẽtur? Dies 15. quibus effluẽtibus potestas abeundi, nec denuò venire tenentur, *l. pen. C. h. t. (quod in criminalibus*

nalibus non obtinet, vbi vocandi, quoties iudici videbitur, cum publicè expediat fontes puniri, insontes absolui, ad dict. leg. pen. num. 16.) In quo si culpa iudicis damnum parti læsæ sarciendum, dict. leg. penult. [*& si caussa ob id perdatur, si sumtus faciendi missis ad eos, vt coram suo iudice interrogentur (neque enim interrogari vetantur, sed cogi vt veniant) condictione ex lege, non autem act. in factum*, vt Accurs. hęc dict. num. 16.] 2. Num interim parti cautio, ne se subtrahant, & quæ? Non carceris custodia, nec fideiussores exigendi, sed f sacramento committendi, *dict. leg. pen.* vbi ratio. f Veniunt autem testes SVMTIBVS PRODVCENTIS, pro cuiusque dignitate, *l. 11. (l. leg. 3. §. 4. D. h. t.* [*Ratio in* dict. leg. 11. pr. *aliàs magna fieret iniuria testibus à rebus suis auocatis. Nec officium ipsis damnosum esse debet*, QVI PRÆSTANDI, *non pro arbitrio, panis & aquæ, sed competentes*, dict. leg. 11. *Alia enim nobilis conditio, alia ciuis honesti, alia rustici. Alij non nisi equites & cum famulitio, alij pedites iter faciunt. In quibus arbi-* g *trium iudicis.* g Fac. L. nepos. 126. de V. S. A PRODVCENTE *sine is actor, sine reus*, per leg. 10. de R. I. VENTVRIS dict. leg. 11. *Prærogari itaque debent*, vt & prob. l. 9. §. 2. verbis faciendi itineris (*non dicitur* facti) C. de appell. *Ni præstet pœna hæc, vt non cogantur venire, arg.* l. 43. §. pœna. 4. de Procurat. hæc ad dict. leg. 11. *Vbi* num. 7. *refellit eos, qui* dict. l. 11. *princip. referunt ad confirmationem* præced. l. 10. *manifestâ historiæ imperitia, cum* dict. l. 10. & 11. *diuersos auctores diuersorum temporum habeant.*]SED HÆC [*Nota: hic nouum c. in Donello incipit. Sed quia ei perinde vt præcedenti VIII. numerus præfixus est, vti & sequenti IX. coniungere malui*] REGVLARITER. ALIQVANDO enim EXCVSATIO EX PERSONA TESTIS. Ac quidem ALII PLANE TESTIFICARI NON COGVNTVR contra aliquos. Vt qui parentum liberorúmque loco, & cognati prioris gradus, Patroni contra libertos & similes [*quid in parentibus & liberis ac libertis contra Patronos*, vid. supr. cap. 13.] recensiti *in l. 4. D. h. t.* Ob coniunctionem sanguinis & necessitudinem officiorum. Ne qui tuendi & subleuandi causas habent iure vel naturâ comparatas, testimonio suo lædere cogantur. Idem igitur ius siue præsentes sint, siue absint, etiam in caussâ ciuili per vim v. *litis dict. leg. 4.* [*His addit* Donell. ad dict. leg. penult. numer. 10. *reum iudicio publico, ne odia ciuium, quorum fauore in reatu suo eget, in se conuertat. Et minores, qui possunt, si velint*, arg. à contrario ex leg. 3. §. 5. ibi quive impuberes h hoc tit. *aſt non coguntur*, h *ſi obtendam excuſationem ætatis & iudicij, vt benè de re gesta non cognouerint. Addit item* num. 13. *legatarium, cõtra defunctum post mortem accusatum. Tum quia ei, si testimonium dixerit, legatum adimitur ceu indigno*, leg. 5. §. 10. de his quæ vt i indig. i 1. *Ergo non cogitur, alias necessitas eum excusaret*, dict. leg. 5. §. 13. *Tum quia eius causa similis liberto, cum æque beneficio & honore affectus sit. Quod si, hac excusatione reiecta, iudex cogat testificari, legatum non admittetur. Nam* dict. parag. 10. *verbum* adiuuerunt *animum & destinationem denotat*] ALII COGVNTVR quidem, SED ad perhibendũ EVOCARI NEQVEVNT. QVI VEL VENIRE IMPEDITI, senectute, morbo. *leg. inuiti* 8. *hoc tit.* [*tempestate, vi hostili, ninibus & alijs id genus, item qui in vinculis*, dict. leg. 8. *verbis:* quibus k venire non licet k ad dict. leg. penult. num. 11.] VEL MVNERE SVO, sine fraude reipub. AVOCARI NEQVEVNT, l vt qui in legatione, Magistratus, milites, l *dict. leg.* 8. [*publicani, & qui exercitui præbendum conduxit*, leg. inuiti 19. pr. hoc titul. *vt annonam, calceos, arma. Item Episcopi*, Nouell. 123. cap. 7. auth. sed iudex. 3. Cod. de Episc. & Cler. m *& qui non detrectandi* m *testimonij causa abiit*, dict. leg. 19. *id est, qui alio ad testimonium ferendum euocatus*, ad dict. leg. penult. num. 11.] Etsi verò *dict. leg.* 8. habetur hos dicere non cogi, & *d.c.* 19. inuitos non dicere, ratio tamen subdita, *d.l.* 8. *quibus venire non licet*, arguit, si ad eos veniatur, recusari testimonium non posse. n Quia tunc ratione cessante, ne auocentur aut molestiâ afficiantur, vtique & dispositio. Nam in milite, qui alijs iungitur, *d.l.* 8. hæc ratio reddita, *l. 3. §. vlt. h.* ne à signis auocetur. At non auocatur, si ad eum itur. [*Denique Episcopi auocari non possunt, & præ cæteris non debent, testimonium tamẽ non detrectent*, d. Nou. 123. c. 7. d. auth. sed iudex. *Item personæ egregiæ*, leg. 15. de iureiur. o *Exemplum illustre in* o *Vrgulania apud* Tacit. 2. Annal. *Ergo* d.l. 8. & d.l. 19. *sic accip.* inuiti non dicunt, *scilicet, vt cæteri, qui venire cogũtur, hæc ad* dict. leg. penult. 13. vbi num. 7. & seqq. *ita tract. Regula: Necessitas veniendi (cuius remittendæ caussa* 4. 1. *Inter longum.* 2. *Persona testis.* 3. *Culpa producentis: Si sumptus ad iter non suppeditet.* 4. *Longior mora, si intra* 15. *dies non examinatus sit. Sed hæc in aliis testibus, quàm testamentariis, vocatis vt signa sua recognoscant, Hi si absunt, ad eos mittitur, vt domi recognoscant*, l. 7. Testam. quemad. aper. vbi ratio. *Sed & hi in eo non propriè testes, cum de re sua dicant. Et cessat hîc ratio præsentiæ iudicis, vt ex vultu, sermone, titubatione testis cognoscat de eius fide*, d. num. 13.]

CAPVT VLTIMVM.

Productio & examinatio testium.

ET IN PRODVCTIONE. VBI Q. I. QVOT PRODVCERE LICEAT? AC hæc licentia ad numerum sufficientem coarctata, vt iudex moderetur, nec plures euocet quàm quot necessarij, *l. 1. §. vlt. D. hoc t. vbi ratio.* a II. QVOTIES? De quo sic *Nouell.* 90. a *c.* 4. Productis testibus, si producens renunciauit allegationibus & productionibus alijs, & vel suorum testium testificata cognouit, vel except. aduersus ea propositas earumque probationes percepit, secunda productio non vlterior admittitur, *dict. cap.* 4. vbi ratio *ibi: suspicione habita, &c.* Admittitur, itaque, qui t testificata didicit, nec renunciauit, &c. Item qui renunciauit, *si nondum ea didicit*, modò iusta caussa, cur alios producere non potuerit, quorum nunc sibi copiam factam esse iureiur. affirmet. Quia hîc cessat periculum, ne ad emendationem priorum testificatorum qui falsi excogitet. b Planè post except. & testi- b ficat. aduersarij cognitas, etsi in eandem rem ac intentionem, seu caput negotij testes produci nequeant, replicatione tamen vti, & ad nouam eam intent. testes alios producere potest. Nam ante probatam except. actor de replicatione deliberare non potuit: Sicuti & reus non nisi intentione actoris probata, & ita cognitis testificatis, exceptionem suam implet. *leg. 9. Codic. de exc.* Quod si producens testificata sua non cognouit, neque ipsi eiusve aduocatis inspiciendi copia, sed aduersarius solus ea percepit, & exceptiones suas illis opposuit, tunc & tertia productio admittitur. Et quarta petenti datur, sed suâ lege; si iuret, nec sibi nec aduocatis & procuratotibus copiam testificatorum fuisse, nec se calumniæ caussâ id postulare, sed quia testibus per denunciationem accitis vti non potuerit. (De his ita Donel. ad authent. at qui semel C. de probat. *Quædam sunt tempora, quibus actori testes producere non licet. Vnum ex iure communi, si post dilationem datam.* c *Nisi noua dilatio detur caussa cognita* c l. 7. l. vlt. de fer. *Duo ex* Nou. 90. c. 4. 1. *Si in caussa conclusit seu dixit se nihil velle addere.* d. c. 4. pr. *vel si cognouit exceptiones aduersarij & de eis testificata*, d.c. 4. in fin. *Metuitur enim ne subornationẽ nouorũ testium moliatur. Idẽ igitur si tantùm testificata suorũ testium didicit, quia eadẽ ratio.* 2. *Si plures productiones præcesserint.*

Nã quinta planè reijcitur, quarta ita locus, si iuret, sicut dictum. Secunda autem & tertia sine conditione permittitur, hæc ad d. auth. num. 1. & 2. *Denegatur autem quinta productio, etiam intra tempus dilationis ob has causas. 1. quia in causâ conclusit actor & aliis productionibus renunciauit. 2. quia suspicionem habet corruptionis. Dices. Immò post conclusionem causæ etiam secunda & tertia productio neganda*, per l. penult. C. de pact. leg. 3. C. de fid. instrum. *Resp. Ita quidem est, si certis testibus se amplius non vsurum dixit. Si verò de certis te*
d *stibus non actum conclusio causæ non impedit.* d *1. quia nemo renunciat ijs, quæ competere sibi nescit. 2. Ignorantia facti venia digna, & quæ postea emergunt, auxilio indigent*, leg. 11. §. 8. de interr. in iuram. *Quare hic audietur, qui dicet sibi antea notitiam non fuisse eorum testium. Vbi dicenti fides habetur, nisi contrà esse conuincatur.* hæc ad d. authent. num. 5. & 2. seqq.] Plures productiones hîc tempora quibus interrogantur [*plures vices, pluresve actus, quibus testes separatis temporibus producuntur*, ad d. auth. at qui num. 5.] Ex. gr. Hodie tres, Cras alij tres, hæc secunda productio, &c. Non autem dilationes testium producendorum, quæ plures non impertiendæ, nisi causâ cognita, per *l. 7. l. vlt. D. de fer. & dilat. l. 1. Cod. de dilat. de quo mox.* III. QVOD TEMPVS AD PRODVCENDOS? Secundum distantiam locorum, quibus testes degunt, moderati sunt Impp. *d. l. 1. C. de dilat.* quod iudici excedere non licet. Et intra id productiones, quotquot locum ha
e bent peragendæ. e *Malè itaque Canonistæ ius vetus de dilationibus pluribus non concedendis mutari*, d. Nou. 90. cap. 4. *Nam nec correctio LL. ni expressè fiat, inducenda, & plures productiones peragi possint intra tempus dilationis*, & d. authent. num. 4. & 5.] AC INTERROGATIONE. Olim actores ipsi ac Patroni suos & aduersariorum testes palàm interrogabãt, vt ostendunt præcepta Rhetorum de arte interrog. testes, vid. *Quintil. lib. 5. cap. de testib. Budæ. in annot. poster.* apud iudices tamen. Postea obtinuit, vt à iudice fieret, (vid. tamen inf. *lit. Q.*) Sanè si tabulis consignata testimonia iudici oblata, illis non creditur. Quo de rescripta Principum, *leg. 3. §. 1. & 3. seqq. h. t.* in quibus ratio redditur. Atque hoc ipsum arguit *l sola 4. C. hoc tit.* Vbi *sola testatio* non denotat depositionem, quibus testis rationem dicti sui
f non reddit, vt vulgo, f sed testimonia tabulis scripta, apud iudicem prolata, ipsis testibus non productis nec à iudice interrogatis. Quæ nullius momenti, *d. l. 4.* [*Nã 1. præsentia iudicis deterrere potest, ne mentiatur, Littera autem vt Cic. 5. Epist. famil. 12. non erubescit. 2. Cum iudicium & sententia fit iudicis, eius est æstimare, quæ fides testibus habenda. Oportet igitur eos adesse, vt æstimari id possit ex vultu, ex voce, vnde trepidatio & præsidentia cognoscitur: Ex sermone an is præmeditatus de re tota, an consentanea dicat*, d. leg. 3. §. 1. *& seqq.* hoc
g tit. l. 10. §. pen. D. de qq. g *Planè si testim. quod interrogati dixerunt coram iudice ordinario, in acta relatum & causa deinde ad superiorem iudicem in appellatione deuoluta, ei sine nouæ productione*, cap. veniens 38. extra
h testibus h *& subinnuit* Nouell. 90. c. 4. *dum publicatis testimon. testes postea produci vetat*, ad d. leg. 4. *Quod si ab arbitrio antea interrogati, causa apud Ordinarium agi cœperit, ita fidem faciet testatio, si vel mortui testes, vel aduersarius denuo interrogari non postulet. Aliàs se*
i *cus* leg. vlt. C. hoc tit. i Ratio *diff. acta iudicij publicam fidem habent. Arbitrij verò priuata sunt, vti arbiter priuatus*, l. 3. C. de iurisd. *Et ab his non abludit ius Canon. vid.* cap. constitutus 30. cap. cum causam 37. cap. cum in tua 44. cap. presentata 50. extra hoc tit. ad d. leg. vlt. *Eadem tamen fides, interrogatione alij mandata, cum mandari potest. Potest autem non nisi duabus ex*
k *causis* k 1. *Si testes ij, qui nec si eodem territorio sint, ad iudicem venire coguntur. Vt personæ egregiæ*, l. 15. de iureiur. *Episcopi*, Nouell. 123. auth. sed iudex 3. auth. nullius 12. C. de Epis. & cler. *& alij* vid. c. si qui testium 8. extra hoc tit. 2. *si in alia Prouincia, ita cap. præced.* hęc ad. l. 4. nu. 6. & 7. *Caterum vulgò recepta interrogatio testium apud Magistratum ad futurum examen, cum metuitur, ne testium morte intercidant testimonia, non improbanda sanè nobis. Quia in mores peruasit, & iure Canon. probata*, cap. significauit 41. extra hoc tit. *nec iniqua est. Ast iure ciuili improbata*, d. leg. 4. C. l. 3. D. hoc tit. leg. 3. §. duæ 5. D. de Carbon. edict. l *Nam*
l *LL. quas ad firmandeam profert.* Accurs. ad Nou. 90. c. vlt. *eam conuellunt, hæc* Donel. ad d. l. 4. n. 9. vbi & n. 20. *legere maunlt* solam testationem, *quod proferri, id est, edi non dicatur causa probatio. Sic &* Don. ad authent. sed etsi C. hoc tit. *Non rectè infertur ex* Nouell. 90. c. vlt. *posse ante litem contestatam re vrgente testes sisti apud quemuis Ordinarium, vt testimon. referatur in acta, quorũ deinde iudiciis seqq. vsus sit. Sed nec id prob.* ex leg. 40. ad leg. Aquil. *Quia ibi in iudicio interrogantur à iudice de corrupto chirographo cognoscente. Neque ex* leg. vlt. C. de vsur. pupill. *Quia ibi nec producti testes nec produci potuerunt à vtoribus negantibus se debere, per* l. 23. C. de prob. *Iure verò Canon. hoc actori, qui petere instituit ante litem contestatam, ita licet, si vel morituri videantur, vel exteri sint, qui discessuri*, cap. quoniam si frequentes 5. vt lib. non cont. *Sed & reus ad exceptiones firmãdas & is qui actor & reus esse potest, rectè curat, vt testes quiuis quouis tempore interrogentur. Vt testationes valeant ad perpetuam rei memoriam, cum publicatæ, id est in acta publica relatæ*, cap. significauit 41. cap. Albericus 43. hoc tit. m *Idque æquitas suggerit, ne* m *probationis depereant.* Fac. leg. pen. de in integ. restit. l. etsi 183. de R. I.] IN QVA HOC OFFICIVM IVDICIS I. VT TESTES OBSTRINGAT IVREIVRANDO, n n *ne falsa dicant & vera reticeant, vt* Ascon. in 3. Verrinâ. [*Sic vt* Nouel. 123. cap. 7. *vt dicunt, quæ nouerint. Quibus eadem continentur. Nam & dum dicunt non reticent, & dum quæ nouerunt falsum quippe quod nemo nosse potest, cum non sit, non deponunt. Nec quæ audierint aut putẽt, sed quæ vera nouerint, vbi de veritate interrogantur. Artifices antẽ de iis, quæ artis suæ, iurare debent se dicturos ex animi sententia, quod patent* ad l. 9. C. h. t. nu. 10. *Neque exceptio est in Episcopis. Nam* d. c. 7. *solennitatem iurisiur. (tactis SS. Euangeliis) remittit, non ipsum. Cumq; turisiur. religio ad decidendas lites confirmata sit.* Hebr. 6. v. *Episcopi cumprimis ea lege tenẽtur.* o *Neque in artificibus, aut peritis adhibitis (veluti sunt* o *obstetrices, an grauida sit, agrimensores, fabri de vitio ædiũ, dedicta de vulnere, &c. renunciãtes) nã & hi ceu testes adhibentur.* p *Exc. autem*, NISI ADVERSARIVS p REMISERIT, c. tuis 39. extra h. t. Fac. l. 7. §. 14. de pact. l. 26. de re iud. *Quo inuito nec Clericis remittitur*, c. nuper nobis 51. extra h. t. *Ergo si iudex non exegerit, testimonium nullum*, per l. 5. C. de ll. 6. qui sat. cog. *Sicuti & si recepto demum testimonio, exigat.* q *Quia tunc de fide* q *& honore testis agitur, ne mẽtitus videatur. Vnde si postea id iuratis repetat, testis est q. in re suâ.* hæc ad l. 9. C. hoc tit. n. 5. & seqq.] II. VT AD INTERROGANDVM NON ACCEDAT, NISI VTRAQVE PARTE PRÆSENTE, modò adesse voluerit, *l. penult. Cod. hoc tit. leg. 18. C. de fid. instr.* Vt scire possint, an producti sint ad iudicem, an iureiurando obstricti, nec quid fraudis excogitetur. Non autem quod interrogatio ijs audientibus fiat. Pugnant enim suprà dicta. Et aliàs materia subornandi alios erit, si hos non ex re suâ respondisse se audierit. [Ita noster *h. cap. vlt.* Sed planè aliter idem *ad d. leg. pen. n. 17. m. seqq.* Summa hæc est: *Interrogandi vtroque præsẽte, si adesse vult & vocatus veniat. Aliàs alterutro*, d. l. pen. *nõ vtique eo solum qui producit, sed & eo, qui interrogari & introduci petit. Si alter absit per cõtumaciã. Ex quo & colligitur, neutro præsente nõ posse interrogari, etsi*

etsi vterque citatus. Præsentiam autem Dd. vulgò requiri
r *putant, solùm cum iurant testes, non cum deponunt.* r *Neque testimonia partibus cognita esse debere, antequã publicantur & à iudice eduntur. Quod probant* 1. per Nouell. 90. c. 4. auth. atqui semel. C. de prob. vt sup. h. cap. 2. leg. nullum 14. *verbis: iudicantis secretum* Codic. hoc tit. 3. *Exemplo Danielis in causa Susannæ. 4. vsu iudiciorum. Falso. Nam immò nisi testimonium fiat partibus præsentibus, aut saltem alterutrà nulla interrogatio, nulla sententia. Quam in rem textus expressi iure tum ciuili* per hoc leg. penult. *Quæ non vult* iusiurand. *sed testimonia recipi parte præsente. Testimonia autem sunt, cum dicuntur. Ergo tunc præsens esse debet, proinde &*
s *audire & intelligere*, per l. coram 29. l. vlt. de V. S. s 2. leg. 18. Cod. de fid. instrum. *verbis: Depositionibus sub vtriusque partis præsentia factis.* 3. Nouell. 90. c. vlt. in fin. pr. δεῖ παρεῖναι καὶ ἀκοῦσαι τῶν μαρτύρων. *Oportet interesse & audire testationes. Idq; ex iure & more veteri interrog. testes, de quo* Quintil. lib. 5. vt sup. lit. E. Ascon. in Milonianâ, *Testes interrogauerunt, M. Cicero, M. Marcellus, & Milo ipse, qui interrogabitur. Cuius clarum vestigium in* l. 27. §. 7. D. de adult. *Tunc Canonico*, cap. imprimis 7. vers. deinde cauf. qualitas c. 2. q. 1. *Et æquitas cuidens. Quia non possunt rectè interrogari nisi à partibus. Licet enim libello, vti fit, articulos interrogatorios complecti actor possit; multa tamen initio effugere queunt, quæ in ipsa interrogatione in mentem veniunt, vt iudici suggerantur. Planè iniustè exigetur à reo, vt prius tales articulos det iudici. Cum non possit statuere, de quibus interrogari prosuâ causâ velit, antequam intellexe-*
t *rit, quibus ab aduersario oppugnetur.* t *Sed quid Dd. vulgò ad* dd. ll. *dicunt per* testimon. *iusiur.* hoc l. penult. *denotari, quia tunc videatur testimon. dicere, cum si dicturũ fideliter iurat. Malè. Diuersa enim hæc, quorum alterum sine altero esse potest. Et refellit.* d. Nouell. 90. cap. vlt. *Haud melius in* d. l. 27. §. 7. quæstionem *exponunt tractationem de quæstione habendâ &* facultatem interrogandi, *conscribẽdi articulos interrogatorios. Quæ refelli non merentur. Non obst.* d. Nouell. 90. c. 4. d. auth. atqui. *Hoc enim solùm probant cognitis testificatis testes amplius produci non posse. Et ita est: Si quis alios producere cogitat, ab auditione hac abstineat oportet permittendo iudici vt interroget se absente, quod licet*, leg. penult. C. de pact. *Ast si alios non producere vult, nisi se præsente interrogatio fiet, cum L. in vnum casum*
u *prohibens, concedat in alium*, l. 18. hoc tit. u *Obi.* 2. dict. Nou. 90. c. 5. *vbi depositiones testium in alienã Prouincia à Magistratu loci interrogatorum, partibus edi vetantur.* Bz. *Non simpliciter, sed addita causa, ne impediatur nyua productio. Cessat ergo dispositio, si alios producere nolint. Obi.* 3. *vocatur secretum iudicis*, l. 14. C. hoc tit. x *Non omnes excludãtur. Quippe scribam certè, qui excipiat interesse oportet, sed personæ non necessariæ. Partes autem sunt necessariæ, vt suggerant, de quibus interrogandi. Obi.* 4. *Exemplum Danielis.* Resp. *Sed id pro nobis facit. Is enim seorsim quidem testes interrogauit, sed præsente Susanna rea, eiusq; familia & omni populo. Obi. Consuetudo contraria.* Resp. *Sed non alia ratione nititur, quàm quia didicitis testificatis alij produci nequeunt. Ergo cessante ratione, &c. Deinde si indistinctè non admittit præsentiam, ceu iuri publico aduersa.* d. Nouell. 90. cap. vlt. *& ex errore nata, non fe-*
x *renda est.* x hęc ad d. leg. penult. *Interrogandi autem sunt seorsim singuli & separatim. Vnde dicuntur intrare iudicis secretum*, d. leg. 14. C. hoc tit. *& ita cautum est* cap. venerabili extra hoc titul. *vbi* gl. *probè rationem reddit* ad dict. leg. 14. in fin.]

Pars II.

LIBER VICESIMVS.

SEXTVS.

CAPVT I.

Necessitas iudicandi & tempus instantiæ.

ET (connecte supra libro 24. capite 5.) quæ QVARTA IVDICIARII ORDINIS PARS vid. supra libro 23. cap. 1. SENTENTIA. Causâ enim probatâ & cognitâ, summum hoc in officio iudicis vt iudicet, seu sententiam ferat, *leg. 74. pr. hoc titul. de iudic.* ET QVIA IVDICANDI MVNVS PVBLICVM a *leg. 78. hoc titul. leg. vltim. §. 15.* a *de muneribus*, ideo quis non habet excusationem inuitus IVDICARE COGITVR *leg. penult. §. 2. de vacat. mun. dict. leg. 74. pr.* ab eo qui dedit *leg. 3. Cod. de pedib. iudic.* remedijs prætorijs, mulcta & pignob *quæ in leg. 1. §. 2. de insp. venire.* EXCVSATIONES tamen ALIÆ COMMVNES. Quæ enim tes vacationem alterius muneris præbent *de quibus supra libro 3. capite 9.* magis huius. ALIÆ PROPRIÆ c vt c omnes occupationes, non tantum publicæ aut Reipubl. causâ susceptæ, sed & priuatæ, ob quas operam ad cognoscendum iudicandumque præbere nequit, vel absolutè, vel sine dispendio rei familiaris *dict. leg penult. pr. de vacat. mun. leg. 18. pr. hoc titul.* (secus est in alijs muneribus, *leg. 3. Cod. de excusat. mun.*) Etsi post delatum munus & susceptum inciderint *argum. dict. leg. penult. §. penult.* ET VEL AD TEMPVS, vt differatur iudicium, si morbus vel occupatio temporaria post actam causam allegetur *d. §. vltim.* VEL IN PERPETVVM. si ante causam actam se ex excu-
d set, etsi impedimentum temperatiuum, sin post si causa perpetua vel diuturnior, vbi mutatur iudex *dict. leg. 18. pr.* d Non autem si dicat se metuere potentiam litigatorum, aut inimicitias. Nec si inter sibi non liquere de causa, e Tunc enim spatium potius datur ad e amplius cognoscendum arg. *l. 13. §. vltim. de rec. arb.* Planè si ex pluribus iudicibus vnus ita iuret, hoc quiescente reliqui iudicant *l. 36. de re iudic.* Non quod hîc cogi nequeat, sed quia etsi dissentiret, plurium sententia obtineret. Quare quod *Agell. 14. Noct. 2.* scribit se iudicio defunctum quod sic iurasset, tolerantia magistratus & litigantium factum, non iure. f Nec f si in re perplexa præsidis de iure consilium postulet, si is recuset, ipsumque iudicare iubeat. Potest enim & solet præses de iure dubitanti respondere *leg. 79. §. 1. hoc titul.* non cogitur *leg. 3. Cod. de pedib. iudic. Nouell. 125.* g De facto verò nec potest, sed distri- g ctè vetatur *dict. leg. 79. in fin.* vbi hæc sententia: *Hæc res nonnunquam infamat*, id est, facit vt quamuis rectum consilium dederit præses, tamen homines malè suspicentur q. non temerè sit, quod ita iudicet, re non benè cognitâ, & vt secus homines opinentur, tamen *materiam gratiæ*, dum vni benè volunt aut demereri cupiunt pro eo respondentes, *vel ambitionis tribuit*, dum aliquid secus quam vulgò videtur respõdendo famam ingenij & eruditionis exoptãt aut opinionem potentiæ affectant. Quæ in causâ facti, de quo hominibus parum compertum est, metuuntur, in causâ iuri, s quod certum esse debet, non item. h h Nec si causetur litigantes sibi postea inimicos factos. Etsi enim hinc arbiter excusetur *leg. 15. de rec. arbit.* tamen is operam priuatus debet; iudex verò Reipublicæ. i Quod si saluâ conscientiâ iudicare nequeat? i Veluti scit factum esse quod intenditur, sed id probari nequit. Aut contra scit factum non esse, sed id falsis testibus probatum. *Resp.* Hæc verò iusta excu-

k fandi causſa ſi iuret ita ſe habere k Religionem & fidem à iudice,nõ flagitium exigimus. Et hîc ideò non cogitur,quia nec poteſt *leg.15.de cond. inſt.* Quid ſi rem protrahat? Officio magiſtratus cogetur, vt quamprimum iudicet *argum. leg.13. §. vltim. de rec. arbit.* Qui tempus præſtituet indictâ mulctâ *leg.32. hoc tit.* Hæc de iudice dato. Ordinariùs verò ſi denegat iuriſdict. aditur prius Epiſcopus, vt illi inſtet. Si fruſtra id Princeps re delatâ animaduertit. *Nou.86.* Sin protrahat proſpectum ei rei *leg.13.Cod.hoc tit.* l TEMPVS ENIM LITI DIRIMENDÆ STATVTVM: quod legitimum dicitur *l.32. hoc t.* Vnde & olim certum fuiſſe liquet, niſi ibi verba vltima Triboniani. m IN CRIMINIBVS BIENNIVM n IN PECVNIARIIS TRIENNIVM. o Exceptæ cauſſæ fiſcales & publicarum functionum *d.l.13. pr. &* §.1. p Quæ pœna ſi per actorem reum ve ſtetit vid. *d.l.13.§.2. &* 3. (add. infrà, *lib.28.cap.3.*) Quæ ſi per iudicem vel aduocatos *d. leg.13.§.9.* Quæ ſi per tutores vel curatores *dict. leg.13.§. vltim.* Si itaque intra hoc tempus lis non deciſa, inſtantia finitur: ac ipſo iure vterque à iudicij obſeruatione abſolutus, vt ſi poſtea iudicetur, id litigatores inuitos non teneat, ſed nouo iudicio opus, arg. *l.5.C. de* q *ll.* q Sed ſi conſenſerint partes vt lapſo tempore idem iudicet, & is acquieſcat, ſententia valebit arg. *leg.2.§.2.* r *D. hoc tit. Facit l.25 de ll.* r

NOTATA.

a Et onus potius quam beneficium, *Longaull. in leg.3. de iuriſdict. numero 193. Pollet.3. hiſtor. fori.10.* Etſi honori quoque fuerit vid. *Tiraquel. de Nobilit. cap.28.* b Quod & *Poller. dict. cap.10. numero 2.* comprobat, quia pariter mulctari Senatores, qui euocati in Curiam non veniebant. *Cic.1. Philipp.* Idemque confirmat *Broida. in Cõrollar. ibid. ex Plutarch. in Catone minore & Liuio lib.3.* Et quod etiam in arbitrariis cogatur *Menoc.1. arbit. queſtion.41.* Confer. *Vent. de Valentijs Parthenij litig. libr.2. capit.10. numero 15. Simanca 2. de Rep. 8.* † Commiſſarij quoque munus inuitus ſuſcipit vid. *Rulant. de commiſſ. p.1. lib.2. cap.25.* Nec munus conſulendi à iudice vel partibus requiſitus regulariter recuſare poteſt. vid. *Pax. Scala lib.3 de conſil. ſapientis cap.7.* Cæterum ex *d. l.74. pr.* refelluntur Dd. vulgò putantes ius ferendæ ſententiæ non habere cui cognitio mandata eſt, vid. *Docer. de iuriſdict. cap.6. num.42. & Sc. Gentil.1. de Iuriſd.* 30. c Vacatio quoc que à Iudicando ſpecialiter aliquando tributa *Plin.10. Epiſt. ad Traian.* Archippus vacationem petere cœpit, &c. vid. *Pollet. d.c 10. num.4.* qui miſſionem iudicum honeſtam vocat, diſting. ab ignominioſâ, cum ex albo iudicum eradebantur. Sic in Typographia *Iani Iacobi Boiſſardi parte 3. pag.109.* monumento aliquo habetur: Cui populus eius corporis immunitatem ſex centuriarum (confert not. ſup. *lib.17. cap.24. lit. X.*) decreuit d *leg.46. eod. vbi Cuiac.2. qq. Pauli* notat etſi d iudex mutetur *d. l.46.* & ſoluatur neceſſitate iudicandi ex cauſſâ morbi ſontici, non tamen ſolui iudicio nec deſinere eſſe iudicem, ſed manere, vt dicitur *d. leg.46.* Confer *Poller.3. hiſt. fori.10. circ. fin.* qui cauſſam excuſationis, aliam peremptoriam, aliam dilatoriam ſtatuit. Et vid. in ſimili de excuſationib. Commiſſariorum *Rulant. p.1. lib.2. cap.26.* e Diſſ. vie detur *Cui.6. obſ.27.* tum *per d.l.36.* tum per illa *Seneca 8. Epiſtolar.* Aut fer ſententiam, aut, quod facilius in eiuſmodi rebus eſt, negat ibi liquere. De hoc iuramento aut pronunciatione iudicis *non liquere*, ac de ampliatione litis ex hac cauſſa, ac quid à comperendinatione diſtet, quando pertractate hic locus non eſt, remitto ad *Pollet.4. hiſt. fori 15. Coraſ. Epiſt. qq. cap. vlt. Menoch. ret. poſſ. rem.3. num.748. & ſeqq. Duar. ad tit. D. de iudic. fol.168. Dauth. ad l.1. de vulg. ſubſtitut. num.138. Pacian.1. de probat.39. num.4. Ioach. Steph.3. de Iuriſd. Iud. Græc. & c.4. num.20.* Item *Aſcon.3. Verrinâ pag.m.9. & ſeq. Fr. Robortell.2. Emendat.25.* & 2. ſeqq. *Marcell. Donat. dilucidat. in Liu. lib.43. Auſon Popma lib.1. de diff. verb. v. ampliatio pag.33. Cornel. Vitell. annot. in Georg. Merulam. cap.21. pag 625 part.1. theſaur. Critic.* Liquere dici ducta Metaph. à rebus fluxis & liquidis quæ ſolidioribus magis perſpicuæ & dilucidæ ſunt *Robert.3. Sentent.2.* Sicuti *Symmach.1. epiſt.37.* liquido die pro ſereno. Confer. not. ſup. *libr.24. capit.21. lit. Ee.* Ampliandi autem verbum duo deſignat, augere & differre. Sic in *leg.45. §.1. de re iud.* amplianda pœna exponit *P. Fab.1. Semeſtr.4.* ſuſtinenda vel differenda. Etſi nil verat alio quoque ſenſu ibi accipi, Ampliationem hanc dilationem non contentionis, ſed deciſionis vocat *Ioan. Saresberienſ. Polycratici lib.5. cap.12.* Nam iudicia, ait, feſtinata pœnitentiam pariunt; Vnde & Græci (intelligit, opinor, Græcos ſuæ ætatis, floruit enim ſub Frid. I. anno 1140.) cum vrgentur ad ſententiam, antequam de cauſſa liquet, reſpondent, patres ſuos Solem apud antipodas non vidiſſe, ſed expectaſſe ſemper donec illis oriretur. Dicunt enim præproperum eſſe viatorem qui antequam Lucifer oriatur, craſſis adhuc tenebris, luceque remota, diætam aggrediatur. *Ita ille.* f Integritatem *Agellij* laudari poſſe, religionem non item, ſcribit f *Broida. ſupplement. ad hiſtor. fori Polleti lib.5. cap.6. pag.447.* g Hodie moribus noſtris expeditum iudicibus, imi cumprimis ſubſellij & obnoxiæ ſententiæ qui ſunt remedium, vt g acta apud ſe habita ad collegia Prudentum & dicaſteria publica tranſmittant, qui ex fide eorum quæ probata ſunt, ſententiam concipiunt. Quod adeo vſu per annos plurimos inualuit, vt ea res non arbitrij amplius, ſed neceſſitatis apud nos videatur. Exſtat luculentus tractatus *Pacis Scalæ de conſil. ſapientis in forenſibus cauſſ. adhibendo in libb.4. diſtinctus.* Rãdem de materiâ *Menoch.1. arbit. quæſtion 23. & lib.1. præſumpt. quæſt.95. Lancell. de attent. p.2. cap.9. Aſin. praxi.* §.25. *Sforzia Odd. de reſtit. ut. in int. p.1 queſt.10. art.8.* & ſeqq. *Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. num.146. uſque ad num.157. Afflict. deciſ.1.* Licet vero hi Iuriſperiti nec ordinarij ſint nec delegati, aliàs poſt mortem committentis conſulere non poſſent *Scalæ d. tract. lib.1. cap.17.* Vnde quidam ſententias horum nomine latas non tranſire in rem iudicatam, veluti ab incompetente dictas, & quandocunque ſapientiori rectius indicantium conſilio retractari poſſe *Coraſ. in l. admonendi 31. de iureiur. p.2. numer.8. Mynſing. ad cap.4. de probat. num.25. Maranta p.6. tit. de ſentent. num.130.* eorumque opinio communis aſſeritur. Contra tamen meritò ſtatuit *Auguſtus Sax. Elector. Nou. ſuâ 26. p.1. vbi vid. Moller. & conſult. Sax. tomo 1. p.3. quæſt.22. & tomo 2. p.3. quæſtion.28.* Quod & *Theſauro deciſ.25. numer.3. ac Paci Scalæ d. tract. libr.4. cap.21.* probabilius videtur, cenſenti contrariam communem debili inniti fundamento, cum longè alia prudentũ ſit ratio, alia peritorum artis alius, veluti medicorum, chirurgorum de vulnere, obſtetricum, agrimenſorum, &c. ex quorum relatione prolatas vim rei iudic. non ſortiri, quin comperto errore quandocunque reſcindi poſſint crebriori calculo vſuque fori receptum eſt. De quo vid. *Marſil. ſing.427. Reinerus Budel. lib.1. de re monetariâ cap. vltim. numer.28.* & ſeqq. *Mynſing. 6. obſ.35. Teſſaur. d. deciſ.25. numer.1. & 2.* (qui ferè in contrarium propendet.) *Beuſt ad l. admonendi 31. D. de iureiur. numero 51.* & ſeqq *Patia 1. de probat.47. numer.85.* & ſeqq. (qui toto eo capite de peritis in arte fuſè tractat. *Rulant. de commiſſar p.1 lib 4. cap.12. Gail. obſ.111. numer.16. Maranta titul. de ſentent. numero 131.* vbi excipit, niſi ex conſenſu litigantium accepti. Quid ſi periti à ſe diſſentiant? vid. not. infr. *lib.27. cap.8. lit. C.* h Bella expoſitio. Nec abludit *Forner.5. rer. quotid.11.* qui ita: nonnunquam infamat, id eſt, ſuſpectum reddit, ſicuti in *l.15 §.2. de iniur.* præbet ſiniſtræ ſuſpicionis argum. Quo ſenſu ſæpè Rhetoribus *infamis.* Citra ſuſpicionis metum licet de quæſtionibus iuris reſpondere, cum leges in theſi poſitæ ſint; facta autem facilius ebladiti ſuffragij ſuſpicionem inducunt. Et hinc etiam fuit, teſte *Theophyl. in §. prætorum 7. I. de iur. nat. gent. & ciu.* vt Prætores initio cuiuſque anni edicta proponerent, add. *Duar.1. diſput. cap.41. ſub fin.* i Diſſ. *Ian. Langl. 2. Semeſtr.2. pag.102.* & ſeqq. vbi ſcitè i oſtendit probi modeſtique iudicis eſſe, vt ſi alteri parti cognatione vel amoris nexu iunctus ſit, vltrò, etſi ab alio non ciuretur cognitione ſe exſolui petat. Quod exemplis ac ſententijs veterum confirmat ex *Tacito Dial. de Orat. Cic. 8. Philipp. Liu.2. decad.4.* Magis itaque idem ſi cum altero quid diſſidij fuerit, ne exſpectet dum ab eo reijciatur. Quo pacto pudori magis ſuo proſpiciet, ſuſpicionemque euitabit. Vix enim eſt vt non credatur in partes propinqui propenſior, inimici alienior, etſi fortè ex officio ſe geſſerit, aut ſecundum hunc etiam litem dederit. k Sed & hoc caſu volunt iudici vt ſi re- k ligione moueatur perſonâ iudicis depoſitâ teſtem ſe præbeat *Cuiac.12. obſ.19. Hottom. ill. quæſtione 27. Dominic. Soto lib.5. de iuſtit. & iur. quæſtione 4. art.2.* item vt ad ſuperiorem confugiat & per conſultationem conſcientiam ſuam declaret, vid. *Scala libro 3. de conſil. ſapient. cap.13.* Sed & omnia hic tentanda iudici ſi inſontem falſis probationibus oppreſſum nouerit, quibus innocentia eius pateſiat. Quod ſi his remediis vti nequeat iudex, etſi *Dominic. Soto dict. loc.* velit potius morti adiudicari debere reum, cuius innocentia iudici priuatim nota, quàm vt publica teſtimonia deferantur, hoc tamen caſu vt iudicatione potius abſtineat tutius ſatiusque

liuſque eſt, vid. *Vaſquez 1. ill. controuerſ.14. numero 5.* & ſeqq. Cauſſaque ad ſuperiorem remittenda, qui etſi non minus poſtea condemnet plus credens pluribus quàm vni, tamen ita non reus fiet mortis inſontis, qui ipſe quantum in ſe fuit cauſit ne inſons damnaretur: Si ſecus contingat nihilo plus ei imputandum quàm teſti vni verè deponenti, ſi tres alij falſum dicentes ei contradicant &c. l Ampla hîc dicendi ſeges de remediis contra denegatam, aut protractam ſiue dilatam iuſtitiam. Sed modus inſtituti non fert hac vice, vid. *Mynſing. 2. obſ.24. & 74. & 3. obſ.57. & 5. obſ.82. Gail. 1. obſ.28. Anton. Fab. C. ſuo. tit. de appellat. de fin. 4. P. Gregor. libr. 2. de appellat. cap. vltim.* m quod & vult *Cuiac. in not. ibid.* nec adeo improbabile videtur, n *leg. vltim. Cod. vt intra cert. temp crimin. quæſt. termin. Nouell. Manuelis Comneni cap 2. edita à Carolo Labbæo.* At cur cauſſis grauioribus inquies, breuius tempus indulgetur? *Cuiac.17. obſ.23. Reſp.* quia cauſſæ priuatæ multò ſæpè obſcuriores *Cic.2. de Oratore.* Meliùs alij ex eorum fauore ſtatuerum eſſe me diutius affligantur an interim ſitu carceris ac ſqualore conficiantur, *Rad. Fornet.3. ver. quotid 1. Nicol. Sudor. libr.1. diſp. ciuil. pag.24.* Et quia exſecutionem non protrahi & reorum in carcerem impactorum & Principis & populi & omnium denique ad exemplum publicè intereſt. *P. Fab. ad l.155. §. vltim. de R. I. pagin.632. add. Ventura de Valentijs Parthenij litigioſi lib.2. cap.12. numero 19.* & ſeq. Tametſi *Bodin 4. de Rep. 6. numero 464.* tardiſſimè ad capitales ſententias veniendum eſſe, tum ne præcipiti temeritate ſententia de morte hominis feratur, tum vt vel pœnitentia admiſſi, vel pœnâ grauiori quò longiùs exacta aliis fructum de ſe facinoroſi præbeant. † Sanè feſtinatio nimia in his tantò periculoſior quantò pretioſior iactura vitæ, quam bonorum reparabilis amiſſio, vid *Ian. Langle.11. Semeſtr.2.* Aſt certè *dict. leg. vltim.* tota in fauorem reorum accuſatorum lata, quippe iubens ne intra biennium reum peragat accuſator ab accuſatione illum abſoluit: Vnde & pœnæ in accuſatorem ſtatutæ *l.1. & 2. Cod. eod.* leniores tamen aliquantò quam ſi de rei innocentia conſtiterit, aut calumnia pateſiat. Nam & hic reus ab inſtantiâ abſoluitur, nec ab alio denuò accuſari poteſt, opinor, cum ſecus ſit ſi definitiuè abſoluitur *l.7. §. 2. D. de accuſat.* † Olim annus fuit. Quomodo *lib.9. Cod. Theod. tit.36. vt intra annum criminal. queſt. termin.* Cuius veſtigium in *l.7. pr. de muner. l.15. §. penult.* (vbi verba: *vel biennio* à Triboniano adiecta) *ad SC. Turpil. vid. Cuiac.1.* o *obſeruat. 8. & de diu. temp. præſcript. cap.21.* o Quod cum Iuſtin. ſe primum præfiaire præ ſe ferat *dict. l.13 pr.* cum vel Tribonian. quod Domino ſuo id falsò adſcribat arguit *Rau. 4. variar.14.* cum ex *Sidon. Apollinari* (qui vixit tempore Zenonis) *lib.8. Epiſtol.6.* conſtet eo iure ante quoque Romvſos eſſe. Sed refellitur à *Cuiac.9. obſeruat.24. Rad. Forner. 3. ver. quotidi. ac Io. Sauarone Com. ad Sidon. dict. loc.* quia locus Sidonij loquitur de præſcript.30. annorum, & ibi non *triennij* legendum ſed *tricennij.* † Sed videntur 20. ſolùm dies controuerſ. ciuilibus & criminalibus tributi *l. vn. §. vlt. Cod. vt om. iud. tam ciuil. quam mil.* Reſp. *Sudor. lib.1. diſput. ciuil. pagin.25* ibi iudicis multam ſtatui non litigatorum, nec inde oriri litis peremptionem. Potiùs dico contineri excepr. (à regulâ generali) *dict. §. vltim.* de litibus motis iudicibus prouincialibus poſt depoſitum officium. Qui cum non cogantur manere in prouinciâ vltra 50. dies, intra id tempus & breuius quidem *huiuſmodi* (quæ vocula in *dict. §.* p *vltim.* notanda) lites terminandæ. p Quibus ſex menſes tributi *l vltim. Cod. de iure fiſci Cuiac. de diu. temp. præſcript. cap.18.* In cauſſis quoque clericorum tempus breuius, duorum menſium *Nouell.83. præfat. §. vltim.* q Iure Canon. verò inſtantia omnis perpetua *cap. penult. de iudic. & ſimil. Sarmient. 2. Select. interpret.13. numer.12. Veſtr. pract. Roman. lib. 3. cap.5.* Inueteratóque iudiciorum abuſu diſpoſitio *d. l. properandum* nec in Camera Imperiali, nec in aliis curiis totius eredo orbis Chriſtiani ſeruatur teſtantibus *Mynſing. 1. obſeru. 51. numer.8. & 2. obſeru.48. & 3. obſeru.44. in fin. Gail. 1. obſeruat.141. numer.7. Harim. obſ. miſc. cap.1. obſeru. Veſtr. dict. lib. 3. cap.5. ibique Grauat. in adnot. Gutierrez. de iuram. confirmat. p.3. cap.5. numer.4. Vvesenb. ad rubr. Cod. hoc tit. numero 46. & conſ.5. numero 42. Beuſt. ad l.1. D. de iurerand. num.81. Frider. Schenck. I. Baro à Tautenberg. Progymnaſ. fori lib.2. tit.14. Io. Meichſner. lib.1. deciſ. Camer.16. numero 2. & tomo 4. deciſ.22. numero 36.* Quorquor denique cuiuſcunque gentis cui modo iuris noſtri ſua conſtat auctoritas, auctores de hac materiâ inſtantiæ, vt ea curtat vel perimatur, ad ſucceſſores tranſeat &c. tractant, idem agnoſcere videntur. Tractant de eâ præcipuè (quid enim referam eos qui perfunctoriè?) *Anton. Sola in conſtitut. antiq. Sabaud. rubr. de iudicijs decreto aut cauſſarum Caſtillo controuerſ. quotid. cap.9.* latè *Ioan. Baptiſt. Aſin. praxi iud. princip.* §.1. & 2. *Gutier-*

rez. 2. d. p.3. cap.5. Menoch. 1. arbit. quæſt.21. & ſeq. & recup. poſſeſſ. remed.1. numero 229. & ſeq. Blarer. in l. diffamari cap. 9. numero 9. pag.268. & ſequent. *Vant. titul. de nullit. ex defectu iuriſdict. numero 115. uſque ad numer. 128. Odd de reſtit. in int. quæſt.67. art.1. Mynſing.3. obſeruat.44. & ſeqq. Afflict. deciſ.346. Grammat. deciſ.69. & 91. Sixtin. conſ. Marpurg.10. vol. 3.* Inſtantia à lite quid differat vid. *Don. ad l.4. Cod. de pact. numero 6.* Quanquam vero triennium iſtud nimis breue putet *Freder. Schenck. d. tit.14.* tamen ſi iudiciorum ordo priſco vigori & nitori reſtitueretur, ſatis id longum foret. Verùm, vt nunc res ſunt, id vix ſperare integrum.

—— Serò etenim medicina paratur,
Cum magna per longas inualuere moræ.

vid. *Ventura de Valentijs Parthenij litigioſi lib.2.* Vbi *cap.15.* quibus artibus hodie lis extrahi poſſit, quæ vtinam non nimis notæ eſſent tabularijs, & *cap.16.* cauſſas ſpeciales litium protelationis in Camerâ imperiali percenſet. ob quas id tempus, in hoc rerum ſtatu, ſeruari impoſſibile. r Ita *Walther.1.* r *miſcell.20.* conſenſu partis vtriuſque inſtantiam prorogari poſſe. Contra *Hot. ad d. l.13.* quia magis hoc pro communi vtilitate ſtatutum quàm commodis priuatorum. Peremptâ inſtantiâ an maneat effectus litis conteſtationis quoad perpetuationem actionis vid. *Nicol. Valla de reb. dub. tract.15. Gifan. ad l.33. de O. & A. num.7.* qui negant.

CAPVT II.

Ex Legibus vel æquitate vt iudicandum.

IVdicare verò, à iure & dicendo, vt Varro eſt ius dicere de re controuerſâ, vt *vt per l.1. de re iudic.* pronunciare de re controuerſâ, ita vt eâ ſententiâ finis liti imponatur, de quo vid. *inf. lib.27. cap.1.* Duo ſententiæ propria quæ eam conſtituunt & ſine quibus nulla. 1. Vt condemnet vel abſoluat, vid. *dict. lib. 27. cap.1.2.* Vt certa res ac quantitas dicatur *dict. lib. 27. cap.6. lit. L.* Quis verò ritus quæ ſolennia vid. *lib. 28. cap.3.* IVSTE VERO IVDEX IVDICET, VT IVS ET LEGES IVBENT. *pr. l. de off. iudic. Nouell.115. cap.2. authent. iubemus Cod. hoc titul.* a Malè qui vo- a lunt præſides & Magiſtratus maiores iudicare prout æquum eis viſum, etiam contra ius. b Quos refellit b *Nouell.8. cap.12. in fin. pr.* & apertiùs *Nouell.82. cap. 13.* Nec obſt. *authent. hodie Cod. hoc tit.* Nam *Nouell.8. cap.3.* ſumpta eſt, hæc verba: καὶ πᾶζαν ἰζόπνοιαν & τὸ φανόμενον μοι δίκαιον. Quibus verbis iurat magiſtratus ſe ius ſeruaturum, quod videbitur id eſt quod eſſe ſciet id intelliget. c Nec ſequitur ſi contra iudi- c carit ſedulò & ratum fore. Quid ſi ius ſcriptum ab æquitate diſſideat. d Potior æquitatis ratio *l.8. Cod.* d *de iudic.* Ius eſt quod ſcripto comprehenſum quaſi. iuſſum; æquitas ſeu æquum & bonum quod ex ſcripto ſenſiſſe legem intelligitur, id patet ex *Cic. pro Cæcinna cap. humane 11. cap.22. quæſt.5. & adductis à Budæ. in annot. ad Pand. in pr.* Et Cic. ſanè vbique æquitatem ſcripto opponit, & ſcriptum ſummum ius, æquitatem iuris ſcripti ſententiam & rationem nominat: Dicitur æquum, quod ratio legis dictat, quia ſic retinetur ex æquo in omnibus mens legiſlatoris, id eſt, lex ipſa. Non enim iubet quis quod nolit aut non ſentiat. Ius ſummum non æquum, quia neceſſe ex varijs circumſtantijs mutari rationem legis: Contra quam ſi præfractè ſcriptum retinemus, rem non æquabilem ſeruamus. Id autem ſolùm iuſtum quod ſenſit legiſlator, quod idem & æquum. Ergo hic ſenſus *dict. l.8.* quod cum voluntas legis intelligitur ſtultum ſit verba amplecti, hanc negligere *Cic. pro Cæcinnâ.* Ex. gr. Ius eſt: Depoſitum reddas. Qui gladium depoſuerat, furioſus repoſcit. Nõ reddam *Cic.1. off.* Hoc enim agitur eo iure vt qui depoſuit rurſus ſine fraude, habeat. Sic Lex eſt: iudicium cum minore ſine curatore nullum: ſententia dicta pro minore valet, quia eâ lege id agitur ne noceat minori &c. Summa. Quæcunque lex quibuſcunque verbis ſcripta ratione & ſententiâ

scriptoris,& sic æquitate, moderanda. Et hęc sola sequenda *leg.*90. *de R. I.* Obi. si ius ars æqui & boni, quomodo æquitas & ius separantur. *Resp.* Secernitur ius non absolutè, sed quod summum & strictum, quod ne ius quidem est cum iniuria dicatur. Ius enim est quod ratio & lex iussit. Hoc autem est æquum & bonum. Ergo nihil æquum nisi quod iustum & contra. Obi. *L.*12. *Qui & à quibus man. leg.*1. *Cod. de ll. Resp.* Malè qui *in dict. leg.*1. legunt æquitatis scriptæ vid. *supr. lib. cap.*13. *lit. C.* Adde quod electio nisi inter duo, aut plura non cadit. At si æquitas scripta est electio omnis tolletur. *Resp.* igitur id ita nisi palàm verba refragentur, vt *dict. leg.*12. Et sic accipienda *d. leg.*1. Princeps se interponit inter æquitatem & ius, si nimirum æquitas à scripto iure omni ex parte dissideat, non ad retinendum id sed ad euertendum pertinens. Solius enim Principis est mutare legem, cuius & condere. Dices: At si æquitas est sententia scripti quomodo cum scripto planè dissidere potest. *Resp.* Æquitas ac sententia in quaque lege duplex: 1. propria auctori proposita. 2. generalis seu summa quæ communiter omni legi inesse putatur. Vt Respub. salua sit, vt suum cuique tribuatur. Huic si refragari lex specialis & mens quoque legislatoris videatur, adeoque lex non æqua iudicetur, quod ab illâ summâ lege recedat, res non à nobis, sed à Principe & penes quos statuendi ius est constituetur. Hinc tot except. actiones, bonor. possess. à prætore, contra ius ciuile; In quibus si quis priuatus, aut iudex aliquid sibi sumat, nihil proficiet. Alias via erit aperta improbo iudici idem audiendi in bonis ll. falsò æquitatis obtentu. Prælarè *Arist.*3. *Polit. vlt.* Qui legem præesse vult Deum, qui hominem, belluam *add. l.*2. *de ll.* Quia itaque æquum nihil aliud nisi ius sequitur semper secundum ius iudicari debere. Nempe quod ius iubet, non si permittat forsàn *l.*40. *de indic.* ° *Exemplum in l.*1. *C. Quom. & quan. indic.*

NOTATA.

a ª Ac perpluribus locis iubentur secundum leges iudicare *Nouell.*24. *cap.*2. *Nou.*25. *cap.*2. *princ.* & *§ vlt. Nou.*16. *cap.*3. *Nou.*79. *cap.*1. *Nou.*86. *cap.*1. & *c.*3 *in fin. Nou.*113. *præfat.* & *c.*1 *pr. ac §.*1. & *cap. Nou.*125. *cap.*1. *Nou.*149. *cap.*1. Quod & districtè ac graui pœnæ comminatione præcipitur in constit. *Leonis & Alex. Impp. Orientis.* Hinc iudices in leges iurabant, vid. sup. *lib.*24. *cap.*3. *lit. C. ibique not.* Sirè *Muret. vol.*1. *Orat.* 18. ita iudicari oportet, vt lex ipsa si loqui posset iudicaret, vt sit Lex quasi anima iudicis, iudex quasi vox legis *add. not. inf. lit. E.* Ex iure itaque certo; quoad eius fieri potest, litem iudex dirimat, Vbi primo leges municipales ac constitutiones prouinciales, si quæ ad propositam caussam pertinent, attendat *Gail.*1. *observ.*36. *num.*12. & *seq. vid. Anton. Sola ad constit. Sabaud. Proëm. decretor gl.*4 (Vbi *num.*50. quod tantum possit L. municipalis apud suos subditos quantum vniuersalis in toto orbe) *Guttierrez de iuran. confirmat p.*1. *cap.*70. *Ventura de Valentijs Parthenij litigiosi lib.*2. *cap.*5. *numer.*42. & seqq. *Forner.*1. *Select.*12. vbi errare ostendit qui vsum populi ac consuetud. pro lege municipali censent. Sed si ius commune corrigant strictè interpretanda nec facilè protrahenda ad casus similes vt Dd. vulgò *Alb. à Rosate lib.* 1. *de statut. quæst.*9. *Gail.*2. *obseru.*33. *num.*9. *Schrad. de feud. p.*7. *cap.*5. *num.*67. quibus contradicit *Duar. ad l.*3. *de acq. poss.* licet minùs aptè inde stricti iuris vocitentur *Turamin. lib. sing. de legibus p.*3. *cap.*5. *num.*17. & seqq. cum distinctio bonæ fidei & stricti iuris actionum & contractuum propria nulli legi communi vel particulari conueniat &c. Vt tamen ita interpretatio fiat ne sint superuacua sed vt aliquid vltra iuris communis dispositionem operentur, post alios *Schrad. d. p.*7. *cap.*2. *num.*53. & *cap.*7. *num.*35. nisi exinde quis indebitè lœderetur, vbi potius esse vt superflua sint quam captiosa & iniuriosa *Gail.*2. *obseru.*33. *num.*7. sed & in ijsdem vsus loquendi præualet propriæ significationi *Tiraquel. de retr. lign. §.*2 *gl.*1. *numer.*5. & 6. *Sichard. ad l.*1. *Cod. de iureiur. cal. numer.*12. & *seq. Gail.*2. *obseru.*79. *num.*5. Posthæc consuetudines locorum, vbi vigent obseruandæ, text. *l.*3. *Cod. de edific. priuat. cap.*3. *de eo qui mitt. in poss. Schurf.*3. *cons.*51. *numer.*4. *Gail.*1. *obseruat.*36. *numer.*12. & seqq. *Meichsner. tomo* 4. *decis. Cam.*37. *numer.*21. & seqq. Et iuxta eas iudicandum si notoriæ, etsi non allegatæ *Gaill. d. obseruat.*36. *numer.* 16. *Gutierrez d. cap.*70. *num.*3. Quia ait ibid. numer.6. quod notorium est non probandum, allegandum tamen sit, procedit ad finem prosequendi, non ad finem notitiæ quæ aliàs habetur add. *not. supra lib.*18. *cap.*4. *lit. E.* Vbi autem non notoriia sententia contra latà iure non est nulla *Alb. à Rosate, lib.*2. *de statutis quæst.*195. *Bald. Perusin. tr. de statutis v. Iudex numer.* 4. *Ortof. Forman. disputat. Institut.*36. *thes.*1. *lit. B.* Doctori de consuetudine asserenti, an credatur, vid. *Mynsing. 6. obseruat.* 68. Differt autem à consuetudine stilus iudicij seu Curiæ qui nihil merita causse attingens in ordine iudicij moderando & exercendo versatur vt post *Decian. lib.*1. *consil.*11. *numer.*161. *Iacob. Schult. obseruat. forensi 6. num.*1. Eiusdem verò obseruandi necessitatem non minorem induci iniungunt: vt præter citatos à *Schult. d. obseruat. 6. numer.*2. & 3. *Vin. lib.*2. *decis.*297. & *lib.*3. *decis.*401. *numer.*32. *Anton. de Gamma decis.*17. *numer.*7. vbi quod vim legis obtineat & quod faciat ius, vbi lex non reperitur contraria *Fr. Curt. senior. consil.*65. *num.*19. quod pro lege allegari possit & der formam quæ omitti non debeat. *Io. P. Surd. lib.*2. *decis.*135. *numer.*2. Et plura de eo *Guid. Papæ decis.*198. *Menoch.*7. *præsumpt.*8. *Meichsner. tomo* 1. *lib.*2. *decis. Cam. num.*3. *num.*33. Quæ autem necessaria ad probandum stilum Curiæ vid. *Peregrin. Iannin. lib.*1. *de citat. reali cap.*1. *num.*72. & seqq. Et horum nentro si lis dirimi possit veniend. ad ius commune. Enimuerò etsi in ditionibus his cessantibus statutis locorum & constitutionibus Prouincialibus prior ratio iuris Saxon. communis, non tamen aliter id obseruari quam quatenus vsu Curiarum receptum est, vt vera eius cognitio magis ex praxi forensi quàm libris vulg. addiscatur monet *post Hart. Pist. part.*1. *quæst.*16. *numer.*11. & alibi *Coler. de Process. exsec. p.*1. *cap.*2. *numer.*20. *Iac. Schult. obseruat. forens.*54. *numer.*19, & *quæst. pract.*2. *num* 17. *Andr. Scheffer. p.*2. *quæst. pract.*14. *Iac. Aleman. consuls.*2. *pag.*78. & *cons.*6. *pag.*299. Et vbi obscurius iuxta ius commune interpretandum *Nouell. elect.*45. *p.*2. Confer de iuris Saxon. origine &c. *P. Heig. p.*1. *quæst.*8. Ius commune dum dico constitutiones quoque Impp. nostrorum nouiss. & recessus imperij ac Comitiorum &c. comprehendo. In quorum defectu demum ad libros iuris Iustinianei iudicanti recurrendum *de quibus supra lib.*1. *cap.*11. Quod ius commune & alij, qui superiorem hodie Impp. non profitentur vocant vid. *supr. lib.*1. *cap.*16. *lit. E.* & nos fortiori ratione, quod à Lothario Saxon. Imperatore restitutum sit & à seqq. Impp. comprobandum. Pari verò loco non habendæ *Nouellæ Leonis* tum quod non pariter restitutæ à Lothario, tum quod in imperio Occidentis vim legis nunquam habuerint. *Anton. Guibert. despons. cap.*2. *numer.*18. *Gœd. de controu. stip. cap.*6. *numer.*274. Nam alius eo tempore Occidentis imperio præfuit σύγχρονος Leoni Carolus Crassius vid. *Cuspinus in eius vitâ & histor. Carionis.* Adhæc eædem nec apud suos subditos satis valuerunt *Cuiac.*17. *observation.*31. *Sc. Gentil.*4. *de don. int. vir.*13. cum multa in illis fiducia Philosophiæ temerè innouata sint *Gœd. dict. loc. & Alber. Gentil.* 2. *lect.*2. & 1. *de Nupt.*6. qui corruptas sæpiùs esse leges Iustiniani quàm correctas iudicat, quod rationem earum Leo non perceperit. Ita enim *Mich. Attalitta Synopsi post. rit.*95. *fol.*77. Novellas complures edidit (Leo Imp.) sed robur nullum obtinuerunt, præter illas quæ legibus alijs non exstantibus scriptæ vel in appendicem prætermissorum in Nouellis Iustiniani factæ. Verba Græca refert *Cuiac. dict. cap.*1. Nec tamen dicendum est ac si eæ quæ ius vetus explicant, aut supplent auctoritatem iuris apud nos etiam habeant vt velle videatur *Cuiac.* Defecit enim omnimodo sancientis potestas, qui leges non subditis nunquam dixit, nec potuit *leg. vltim. de iurisdict.* Nec ad aliud igitur nobis prosunt quàm ad illustrandum & interpretandum quandoque locos obscuros. Quod idem de libris βασιλικῶν, quorum idem Leo auctor *Cuiac.*6. *obseruat.*9. iudicium est *Gœddei ad rubr. de V. S. numer.*31. & *Val. Guil. Forst. in delineatione auctoritate iuridica.* Minus tribuēdum Paraphrasi Institutionum Theophili. Quem etsi valdè commendent *Cons.*1. *disputat.*1. *num.* 1. & 2. *subsec. lect.*1. *Cuiac.*27. *observat.*22. & *Christoph. Hegendorsin. Epit. tyrocin. Iinilis* prò commentatore tamen solùm optimo venditant. In quo ipso tamen alijs, haud scio an non ex merito, aliud visum est *Conna.*2. *Com.*15. *numer.*13. & 9. *Com.*7. *numer.*4. *Anton. Aug.*4. *Emend.*8. *Claud. Dauid. velitat. legati ad* §.1. *I. de iure natur. gent. & ciu. Curt.*2, *Coni. ad fr.*49. Neque enim is est qui socius Triboniano, sed auctor recentior vt *A. Gentil.*5. *de Nupt.*11. & *Christoph. Milæus de scribendâ vniuersitat. rer. historiâ lib.*5. *pagin.*381.

qui

qui ad Michaëlis Ducæ Imper. Græco Roman. tempora eas institutiones refert. Sicuti & *Harmenopulo* alijsque Græcis interpp. fidem in pluribus plerique derogant, *Donat. d præsc. verb. cap.*12. *numer.*4. & *ad rubr. D. de cond. tritic. numer.*9. *Hotm. ad l.*1. *C. de iudic. Forner.*2. *select.*18. *in fin. Muret observat. iur.*2. *Rer. ad l.*3. *de R. I. Forst. iunior. de pact. cap.*8. *pag.* 255. & *in delineat. auct. iurisdict.* Contra quam *Cuiac. passim P. Fab. ad l.*161. *de R. I. pag.*669. *Mercer. in conciliatore pagin. m.*705. Nec nimis quoque indulgendum ijs qui fragmentis C. Theodos. Gregoria, &c. ac quæ ijs adiuncta habentur ad emendationem librorum iuris Iustinianei nimiopere vtuntur, licèt vsus moderatus admitti possit. Auctoritas verò iuris ijs nulla in litibus definiendis, vti nec reliquijs ex Vlpiani tituli & Pauli sententijs. Quos & pro collectaneis ab anonymo congestis, nec genuinis operibus Vlpian. & Pauli habet *P. Gregor.*42. *Syntag.*20. *numer.*4. Etsi illas (Vlpiani) genuinas censeat *Pithœ. in not. lib.*2. *collat. ll. Mosaic.* Has autem (Pauli sentent.) ita ab epitomatore deformatas esse, vt si cum his quæ in Pandect. sumptæ sunt ex eod. libro conferantur, diuersa omninò videantur scribit *Cont.*1. *subsec. lect.*4. *numer.*5. nec Caij Institutionibus. De quib. quid habendum, vid. *not supra libro* 4. *capite* 36. *lit. B.* Vtut genuina opera essent auctores priuatos habent, non legislatores. Multò minus Poëtarum aut Philosophorum sententiæ & præcepta Ethica vim legis obtinent, nec quidem in casibus per leges non decisis, vt contra *Paul. Castrens. Forster. iunior. supra, de delineat. auct. iurisdict.* etsi non improband. eorum studium qui ad illustrandum ius nostrum eiusque principia moderatè adhibent. Nunquid autem & rubricæ ad decisionem caussarum allegari possint, & quando, cum nempe à dictione *vt* vel *ne* incipiunt, (non si à vero *an*) & cum perfectam orationem habent, vbi & capita subiecta (nigrum vocant,) dilucidationem ex rubro accipere notant vid. *Bald. Perusin. tract. de statutis v. Rubrica Sueiduin. in rubr. I. de act. numero* 9. & *num.*11. & seqq. *Specchi. cent.*1. *quæstione* 92. *Beust. ad rubr. D. de iureiur. numer.*27. *Turamin. ad l. non puto* 10. *de iure fisci p.*1. *capite* 4. *numer.* 35. Rubrica vox illatiua non est, ceu putat *Vacon.*5. *declar.* 65. quippe vsurpata olim *Persio Sat.*5. *v.*90. Masuri rubrica notauit. *Prudent. libr.*2. *contra Symmach. Quintil. lib.* 12. *cap.*3. *vid Turneb.*4. *adu.*5. item *Sidonio libr.*7. *epist.*12. & *lib.*8. *cap.*6. peremptorias rubricas vocanti & Iurisconsulto Paulo *leg.*2. §. *vltim. de interd.* Dicta quod titulus cocco aut minio ruberet, *Cuiac. ante Parat. D. Turneb dict. cap.*5. *Cassaub. Com. ad Pers. dict. loc. pagin.*418. *Ioan. Sanaro Com. ad Sidon. d. epist.*12. siue quod veteres colore Phœnicio titulos notarent, in honorem Phœnicum qui inuentores litterarum, vt *Rain. Corf.*2. *indag.*12. siue vt viderentur leges sanguineum quiddam & horrendum minari vt *Christophor. Coler. Parerg. cap.*37. Planè in rubricis quædam sæpe omitti, quæ ex superioribus titulis intelligi debent notat *Duar. ad tit. D. de vulg. & pup. cap.*1. Ex. gr. de *confessis* scilicet in iudicio, de *pollicitationibus* scilicet quæ Reipub. caussâ fiunt & *in Cod. de verbor. Signif.* scilicet in testamentis, &c. Postremo de legibus Mosaicis quæri posset an & quæ illis in nostro foro auctoritas? Nulla ferè aut modica, nisi si in nouo fœdere repetitæ, vel per legislatorem approbatæ. Quo de vid. *Menoch. arbit. cap.*290, *numer.*10. & *cap.*357. *numer.*17. *Tiraquell. de vtroque retr. in præfat. numer.*8. & seq. *Balduin. in Prolegom. de iure ciuili Ioach. Steph.*1. *de iurisdict. Iudæ. Græ. & cap.*10. *numer.*45. *Gœd. de contr. stipul. cap.*7. *numer.* 292. & *seqq. Ventura de Valent. Parthenij litig. lib.*2. *cap.*5. *num.*35. item alij: susè *Dominic. Soto. de iustit. & iur. lib.*2. *toto Min. Cels. de haret. cap. supplic. non affic. sect.*3. *p.*183. & *seqq. Dane.*5. *Polit. Christ.*2. *Io. Gothard. Polit. qq. decade* 5. *quæst.*7. Num caussæ Iudæorum iuxta an Roman, ll. iudicandæ *Tiraquell. de iure primigen. quæst.*66. *Laurus de Palatijs Comm. super statut. exclud. fœmin. numer.*233. & seqq. *Ioan. Petr. Surd. decis.*133. *Speckhan. cent.*2. *class*1 *quæst.*18. Satis de his. Quid si ius certum deficiat? A communi opinione non facilè discedendum iudicaui. Cui tantum quidam tribuunt vt si contra iudicauerit litem suam facere ac parti lædæ teneri ad interesse censeant *post alios citatos VVes. cons.*88 *numer.*25. *Freher. lib.*1. *de famâ cap.*2. *numer.*10. add. *Toming decis. numero* 15. *Rebuff. priuil. scholar.*72. *Suarez enth. ad leg. nemo Cod. de sentent. & interl. numer.*108. & sequent. *Lanc. Conra. de off. prat. in cau. ciu. v. Sententia. numero* 21. & *seq. & numer.*32. ac 2. seqq. & ad hoc plures a llegat *Ia. Schul. ad Mod. Pist. p.*3. *quæstione* 126. *numero* 18. Quod ipsum tum iuris auctoritate comprobari potest *leg.*1. *in fin. pr. de off. quæst. l.*4. *pr. de his qui not. inf. l.ita* 51. *pr. verb. dicitur vulgò ad leg. Aquil. l.*12. §. *sed si* 27. *de instrum. leg.* verb: quam sententiam quotidie increbescere & inualescere vide-

mus *cap. sunt nonnulli* 25. *v. tantorum patrum cap.* 16. *quæst.* 1. *c. ne innitaris* 5. *de constitut. cap.*1. *ibi non lege &c. extra de decimis cap.*2. *ibi:* doctorum patrum sententiam teneat, *extra de presbyt. non baptiz. cap. nouimus* ibi: opinio à pluribus approbata *de V. S. & simil.* tum euidenti ratione & vtilitate non caret. Quippe faciliùs veritas inuenitur quam plures perquirunt & inuestigant *leg. vltim. Cod. de fideicomm. cap. vltim. distinct.*20. & integrum iudicium habetur quod plurium sententijs comprobatur, *clem.*1. *verf. quod etiam de sentent. excommun.* Atque *vt Arist.*3. *Polit.*11. sicuti cœna collatis plurium symbolis apparata melior quam quæ vnius erogatione, ita iudicium multorum peritorum & expertium de operibus artis suæ acrius meliusque, cum in vnum omnes collati veluti vnus homo, sed cui plures oculi manus, pedes, sensusque, considerentur. Id quod de iure nostro præcipuè dici poterit. Cum enim & eius principia à ratione naturæ, quæ omnibus communis, ducantur ac profluant & contentiones istæ iuris controuersi ad eadem, quoad eius fieri potest, reducendæ sint, quantumuis magna ingeniorum ac iudiciorum sit diuersitas, indeque opinionum varietas, si tamen plures primæ notæ & nominis bene à natura melius à doctrinâ instituti & effecti idem sentiant tutiùs ijsdem quam singulis contrà nitentibus credi probabile est, *add. Mercer. in Conciliat. pag.*746. & sequent. *Toming. decis.*23. *numer.*16. *Langl.*7. *Semestr.*10. *pagin.*371. Verùm hic tum cautio adhibenda in rectè definiendâ communi opinione. Quæ non vtique omnino ex numero opinantium æstimanda, sed auctoritate ac pondere melioris notæ primisque interpretum ducenda *Blarer. in l. diffamari cap.*6. *numero* 51. *Menoch.*2. *præsumpt.*21. *num.*40 & seq. *Pacia. cons.* 33 *numer.*4. *Georg. Mor. de iure venandi p.*1. *cap.*2. *numero* 7. *Rauden. decis.*1. *num.*12. Neque hic in calculo ineundo qui quid obiter ac perfunctoriè attigerunt aliorumque opiniones nudè secuti, easve incidenter ad aliud propositum accommodauerunt numerum augere dicendi, sed qui re discussâ & examinata in aliquam sententiam deuenerunt. Probatioresque existimanda, quam 6. vel 7. materiam istam plenius & ex professo tractantes prodidêre, quam quæ à 50. alijs, solâ ferè auctoritate priorum nixis asseritur, vid. *Alc.*4. *Parerg.*12. *Alb. Gentil.*3, *lect.*17. *Menoch. dict. præs.*71. *num.* 40. *Io. P. Surd. decis.*322. *num.*82. *H. Pist. l.*3. *quæst.*23. *numero* 35 & *seq.* & *lib.*4. *quæstion.*19. *numer.*18. Confer. *Iacob. Cruquius in præfat.* Hoc modo si æstimatur iure meritoque ei in iudicijs sua constat auctoritas nec est quod quisquam de eo iustè queratur nisi eadem non speciosis & subtilibus argutijs impetere (quid enim est in vniuerso iure quod imperti ita nequeat) sed euidentiss. legis aut certiss. rationis auctoritate euertere possit de quo mox. Plures enim certo iudicio rem expendentes labi & errare difficilius quàm pauciores, tutiusque & *vt Plin. in Paneg.* meliùs omnibus quàm singulis creditur. Cæterum si communis absolutè dicitur cui plures quoquo modo adstipulatores, de eâ haud iniquæ multorum querelæ. Quomodo *Zas. in l.*2. *de O. I. & ex eo Contard. in l. diffamari cap.*5. *numer.*113. communes opiniones ex fauore conspirato prodijsse dum quæ ab alijs scripta, negligentiâ non expendentes alijs tradidere & hi item alijs, vt non tam ex animi ratione quàm alienis vocibus colligantur. Et *Gregor. Lopez præfat. lib. sing. animad. & cap.*7. *numer.*1. dum transferendis aliorum sententijs paginas implerunt Doctores, inde communes opin. pleraque & sæpè falsiss. orta esse quæ leges in potestatem suam perduxerint. *Turamin. ad l. non puto* 10. *de iure fisci p* 1. *cap.*3. *num.*22. deplorandam miseriam vocat quod in numeratione librorum non argumentorum examine nouissimorum industria versetur. Quomodo & olim *Dec. cons.* 294. & *ex eo Contard. num.*113. *Ang. Matthæac. lib.*2. *de vitâ iuris cap. vltim. num.*9. & *Georg. Mor. de iure venandi p.*1. *cap.* 2. *numer.*7. quod Dd. instar ouium ad præcursum aut auium ad volatum anteriotis alij alios sine iudicio sequantur, tum moderatio. Nam etsi ita, vt superius, acceptæ non vilis auctoritas, non tamen vsque adeo sui valitura momento vt aut legem vincat aut rationem. Sæpissimè enim max. consensus nostrorum traditum est eius quæ euidenter falsa, quæ lege conuinci aut ratione meliori vrgentique ac vehementi conuelli potest ratiouem in iudicando habendam non esse. *Pinel. in l.*2. *Cod. de rese. vend. p.*2. *cap.*4. *num.*43. *Sarmient.*2. *select. interpret.*10. *num.*3. *Scala* 4. *de consil. sap.*24. *Menoch.*2. *præsumpt.*71. *num.*24. *Iac. Omphal. lib.*6. *de Vsurpat. legum cap.*11. *Georg. Mor. de iure venandi p.*1. *cap.*2. *num.*6. *Matthæat. de vitâ iur. vlt. Petr. Aug. Morla, Emporij iuris parte* 1. *tit.*2. *quæst.*5. *num.*6. *Contard. in l. diffamari cap.*5. *num.*113. *Coler. d. Process. p.*1. *cap.*6. *num.*91. & *p.*4. *cap.*1. *num.*36. & seq. & *cons.*8. *num.* 105. *VVes. cons.*2. *num.*5. & 6. *H. Pist. lib.*3. *quæst.*28. *num.*23. & seqq.

seqq. (addens etsi Imp. ipse sit in contrariâ sententiâ argum. *l.38.de minor.* sicuti & *Arumæ.lib.2. decis.13.num.33.*) *Viv. lib.4.decis.424.num.3. Raudens.decis.1. num.118. Gail.1.obs. 133.num.6.Tomino.decis.4.numer.12. & decis 48. numer.12.* & seq. *Andr. Goldbeck. de succeſſ. Geradæ Sax. tit. de succeſſ. cognat.deſcend numer.33.* Atque hæc ipsa est communis quod pauciorum aut singularis opinio fortiori ratione subnixa communi potior esse debeat testantib. *Curt.Iun.conſ.65.numero 3.& conſ 160.num.11. Grauat.ad pract. Veſtrij lib.4.cap. 5.lit.A.Turamin.ad leg. non puto 10.de Iure fiſci p.1. cap.3.numero 21.&* seq. Cui ipsius Imperatoris Iustin. iudicium suffragatur *conſtit. Deo auctore §. ſed neque ex multitudine 6. de concept. Dig.* vt & Pontificis Clementis III. *cap. capellanus 3 extra de ſponſis fatit cap ultim.diſtinct.9.* Neque tamen hæc ita accipienda vt lusoria fiat receptæ opinionis auctoritas, tanquam iudex contra eam pronuncians audiendus sit si nudè asserat se meliori ratione victum illam post habuisse. Neque eo ipso innouatoribus qui ea quibus certa semper constitit interpretatio immutare temerariâ fiduciâ annituntur quidquam tribui censendum est. Planè cum ferè in scholis nascantur, pubescant, senescant, crescant, intereant communes opiniones, quæ exinde in iudicia exeunt inde euenit vt iuxta temporum varietatem varient & quæ priùs aduersa communi postea fiat probatior, ex *Mar. Salomon. in repet. §. reſponſo 7. Inſtitut.de Iur.nat.gent. Neuiz. Sylu. nupt. libro 5. num 4. Matthæac.2.de vitâ iur.tit.num.8. Petr.Heig.p.1. quæſt. 26.num.46.* Quid si in varietate sententiarum nescitur quæ sit communis? Sæpius enim de eo contentiones & testificationes discrepantes. Sunt qui casus pro amicis hic statuant vt iudici gratificari liceat vtri maluerit. *Lancell. Conrad. de oſſic.præt.in cauſſ.ciuil. v.Sent.num.28. Neuiz.Sylu. nupt.lib. 5.num.74.* Quod cum exemplo pessimum sit, religiosior erit iudex si omni affectu sepositio opinionem hic eam quam rationibus hinc inde collocatis veriorem ipse putat, præferat: *Menoch.2 præſ.71.numer.38. Gail.1.obſ.153.num.9,* Confer. *Stiatic.obſ.pract.cap.23. num.11.&* seq. Quod si in conflictu illo ambigat, vtram in partem deflectendum sit, melius erit per mediocritatem causam dirimere argum. *l.40. & ſeq.de her inſt.l.7. Vt leg.ſeu fide.ca.cau.* Quo de *Langl.a.5.Semeſtr. 4.p.230.Menoch.1.arbit.quæſt.53.num.10.& quæſt.56.& retin. peſſ.remed.5.num.755.& ſequentib. Teſſaur.deciſ.89. Fr.Munoz.variar.computat. cap.9. numer.6. & tract.de Excuſat.§.3. cap.137.* Planè & in decidendo opinio per distinct. alias contrariantes componens præferenda argum. *l.7.§.7.verſeſſe autem de acq.dom.Aſin.Praxi §.4.cap.10.num.9. Menoch.2 præſ. 71.numer.47.* Spectandum item quibus locis opin. illæ prodiræ. Siue enim alij ab alijs, siue ijdem, quod non rariss. à seipsis discrepent etsi haud desint qui maiorem consiliis fidem tribui debere volunt quod consulendo dicta magis sint appensa & digesta *Neuiz. alios allegans d.lib.5. num.26. Dauh. in Prolegom.de ſtudio iur. ſub fin.* longè tamen & turius & probatius aliorum iudicium qui tractatus ac Comment. item prælectiones præferunt, cum hîc omne partium studium ærisque ac quæstus cupiditas esset, cuius tamen ratione sæpè sæpius consulentes magis quàm veri studio ducuntur, leges in ambabus manibus, vt Crauetta loquitur circumferentes, vnde tanta eorumdem variatio ac inconstantia, vt quod Cicero de quibusdam Philosophis in illos non iniuriâ dici possit: nihil tam absonum & inconsentaneum dici posse quod non reperiatur apud illorum aliquem prolatum vt *Marq. Freher.2. Parerg.6. in fin. vid. Crauetta de antiquitat. tempor p.1. §.propoſitum 3. num 48. & p.4. §.materia num.28. p.m.206. Mynſing.6. obſ.60.* (qui de supremæ Curiæ iudicio attestatur) *Hartman.Piſtor lib.3.quæſt.20.num.25. Virgil.Pingitz quæſt.33.num.51. Ventura de Valentijs Parthen.litig.lib. 2.cap. 5. num. 31.* Cæterùm vbi contradictione opinio caret, nec si vnius sit Doctoris inde recedendum esse post *Alex. in l.ſi filio 25.§ fin.Solut.matrim Coler.conſil.25,num.6.* etsi lege non probetur modo nil contrà vrgeat ex *Gomeſ Menoch. 2præſumpt.71 num.16.* Licet alias nec Doctori insigni nudè asserenti lege aut ratione non allatâ fidendum *Surd. deciſ. 335.num 20. Caſtillo contr. quotid. cap.23. num 16. Arumnæ. lib.2.deciſ.1.num 46.* vt nec malè alleganti *Surd.deciſ.59. numero 8.Coler.conſil 4. num.46.* cum Doctoris dicta intelligenda sint iuxta fundamenta quæ allegat *Tiraq. ad l. 8. de C. reuoc.don.num.31. Ludou Zuntus Reſp. pro vxore num.200 & 990.VVeſenb.conſ.6.numer.64. & conſ.40.numer.23.coler.dict. num.46.Arumnæ. lib.2. deciſ 4. num.50.* Sanè veterum plerique non in hac solùm singularitate, quod ferendum esset, sed & alias glossæ Accursij auctoritatem nimioperè eleuant; adeò vt & communi opinionem præferant, vt citati à *Gail. 1.obſeruat.163.numer.7.vid.& Rain Corſius 2.indag.6.num.6. Gnid Pap. deciſ.277. ibique annotatores Fridericus Schenck. L.Baro.à Tautenberg. concluſ.iur. 50.* Eum sanè & præ alijs mirè commendant *Cuiacius obſeruat.11.& 12. obſ.16. Forner. 1.ſelect.16. VVeſenbecius conſult. de iur. arte & ſcientia comparandâ Chriſtopher. Mila. Vniverſitat. rerum hiſtoriæ lib.5.pag. 383.* Attamen vt ex *Zaſio 1.ſing. Reſp.7.numer.10. Gail.d.obſeruat. num 8.* periculosè erratur dum nimium ei tribuitur, cum priuatus vtique interpres non legislator fuerit, ridendaque eorum imperitia, qui glossas adducunt in re sæpè claris legum verbis decisa, vt & qui alios Dd. cumprimis Bartolum, Qui legum vexillifer nuncupatur *Ludou.Zuntus Reſp. pro vxore num. 74.* supremus Doctor cuius traditionibus soleat inesse substantia veritatis *Roman.conſ.469.ref.Rain.Corſ. 2.indag. 6.num.2.* aljsque elogijs decoratur fusè *Curt. Senior conſ.23.num 16.Neuiz. Sylu.Nupt. lib.5.num.26.p.438.&* seqq. Attamen *Cuiac.12.obſ.16.* quicquid ab Accursio abertat Bartolus vanas fictiones & ægri somnia videri. Denique etsi rebus iudicatis aut præiudicijs iuris auctoritas non sit vid. *suprà lib.25.cap.6. lit.F.* cum de vno homine fiat iudicium non Lex vt ex *Hippocr. epiſt. ad Hermodorum Langle.1. Semeſtr.5.* Vnde nec Papæ aut Imperatoris sententia si iuri aduersa, nec in vim legis prodita, ius facit vid. *Zaſ. in Par. de conſtitut.Princ.numer.5. Tiraquel.de iure primigen. quæſt.40. num.165. Menoch.l.1. Præſumpt. Facia.* (quodammodo diff.) *conſ 149 numer.64.* vt omnino probat *l.13. v.conſultationes Cod. de ſentent.& interloc.* Nec placita Curiæ supremæ, vt Cameræ *Vult.conſ.Marp.34. num 53. volum 1.* Senatus Parisini *Coraſ.ad l.25.de ſta. hom. numer 6.* Rotæ Romanæ *Vin. lib.3.deciſ.401.numer.20.* (de cuius & auctoritate & vsu dicta *Neuiz.lib.5. Sylu.nupt.num.62. Marzar.tract fideicomm. p.2 num.14.Specchan. cent.2. cl.4. quæſt.29.*) Quicquid contradicat *Anton.de Gamma deciſ.228. & Vult.* à scipio varians *conſ.Marp.18,numer.36.& conſ.21. numer.263.volum 3.* Neque res iudicata pars iuris ciuilis iuxta Cic. nisi vbi perpetuo similiter iudicatum *Cuiac.1. feud.17.* Etsi item in varietate tantâ negociorum vix est vt per omnia conueniant exempla nec claudicent *Bernard. Autumn.not.ad Langle.7. Semeſt.3.p 310.* & singularium negociorum cognitionem affectantes assimilat ijs qui aëre piscari moliuntur *Coraſ. ad l. 10.de ll.* quorum collectio laboriosi potius quam eruditi vt *Matthæac.2. de vitâ iur.13. numer.7.* Attamen in re aut iure ambiguo validissima pro his, multorumque iudicio fortior quàm pro communi opinione præsumptio modo facti circumstantiæ non nimis varient. Hinc illa trita, quod magnum sit vel vnam in terminis habere decisionem, quodque eam adeptus tutò se fundet *Cur.Iun conſ.116.numer.6.Vult.conſ. Marp.21. numer.138. volum.3. VVeſenb.conſ.24.numer.13.Iac. Schult.quæſt.pract.30. num.26. Arumæ.lib.2. deciſ.1 num.19.* & seqq *& num.63.*ac seqq. *Iacob.Aleman.conſult.2.p.62.* qui singuli plures allegant. Agnouit & Cicero exempla non parum valere dum *1.act. in Verrem* intendit Cæcilium locum admitti non debere, quia quæstor fuerit id comprobat exemplis Philonis, Scauri & Cn. Pompeij. *A.Riccobon. comm.de hiſtoriâ pag.58.* Confer. *Menoch.2.præſumpt.71. nu.9 & num. 13.Chriſtophor.Beſold.templo iuſtitiæ pag.91.* Denique Brocardica vulgaria hîc minimum valent quibus solis inniti paupertis est ingenij, vid. *Knieb. de Saxon. non prouoc. iure v.Ius cap.5.num.92. & ſeqq.Iacob.Aleman.* post alios *conſ.8. p.741. & ſeq.* De his satis. b *VVeſenb.ad l.1. Cod. Vbi de criminibus num.1.* Curias summorum Principum perinde pro arbitrio iudicare, ac ipse princeps legibus solutus *Damh.prax.ciu.cap. 218.num.3. & 4.* Senatum supremum Principis loco iudicare ex bono & æquo non accuratè attendendo ad subtilitates Iuris. si causse condit, & æquitas aliud poscat. Non tamen subdit, secundum proprium arbitrium absolutè, sed id quod in iure & æquitate fundatum non quod ex quacunque mentis leuitate incidere potest. † Cameram Imperial. imperatoriâ planè auctoritate in decernendo iudicandôque vti *Blarer. in leg:diffamari cap.6.num.40.* Sed vid. *P Heig.p 1.quæſt.9.numer.9.* & seqq c Forsan respicitur ad veterem & solennem formulam, moremque in concipiendis sententiis, maximè in caussis capitalibus, vt iudices quæ cognouissent non facta, sed *videri* pronunciarent. Quæ Romanis mista modestiæ grauitas, ne temerè quidquam affirmare viderentur, vt *Bodin.3.de Rep.num.301.* Cuius vestigia *in l.1.§.5. ad SC.Turp l.20. de his qui not.inf.* Quo de *Rau. Protribun. cap.21. Broida.in ſupplem.hiſt.Fori Pelleti lib.5 Briff.2.antiquit.2.* (ac ex eo *Goth. ad dict.leg.1.§.5. ad Turpil.*) *& Ioan. Sanaro Comm. ad Sidon. lib.3.epiſt.12.* qui plures ad hoc veterum sententias adducit, idemque & in *SS.* Patrum Conciliis obseruatum fuisse ostendit. d De hoc discrimine &c. etiam *ſupra lib.1, cap.13. lit.C.&* seqq. vbi not. Præter illic citatos ad materiam hanc, quam alias expendam plenius, adi, *Duar.ad t.D.de iud.f.159. & ſeqq.Coraſ.2. miſc.18. Tiraq. de retr. lignag. §.35.gl.Mynſing.6.*

ſing 6.obſ.63.Io.Garſia de expenſ.cap.1.num.28.& seq. *Freher. Sulpit.p.18.& ſeq.Chriſtoph.Beſold. templo iuſtitiæ pag.84. &* seqq. *Io.Celich.tract.de æquitate &c. Salomon in Com.de bono & æquo ad l.1.§.1.de Iuſtit.& Iure.* Confer. *Dominic.Soto lib. 1.de Iuſtit.& Iur.quæſt.6.art.7. & quæſt.7.art.3. & lib.3.q. 4.art.5.* e Confer. *ſup.d.lib.1.cap.13.lit.E.* Sic *Io.Saresberienſ. Policratici lib.1.cap.26. p.102.* Vbi aliud ius suader, aliud æquitas quæ in publica vtilitate versatur, principis quærenda est interpretatio. Vbi de scripto & sententia dubitatur, mens inquirenda est auctoris. Confer. *A.Maſſ. Galeſſ.lib.2.de exercit.iuriſp.numer.72.& ſeqq.* qui pulchrè distinguit. f Frustra enim leges scriberentur, si iudicibus ab illis recedere, & suo arbitrio æquitatem fingere liceret, *Tiraquell. de retr.lignag. §.35.gl.1.num.31.* vbi plura contra imaginariam & cerebrinam æquitatem non ratione iuris suffultam, sed imaginatione quadam aut rationibus adscititijs collectam. Nec in officio magistratus est diiudicare iustum sit nécne, quod legibus superioris sancitum *Bodin.3.de Rep.4. num.289.* Et vt æquitas est in potestate magistratus, ita hic in potestate legis, *idem 6.de Rep.6.num.753.* Regulas itaque legum sequatur iudex, non conscietiam legibus aduersantem *vt ex Iaſ.Toming. deciſ. 26.num.40.* ac conscientia legis vincat conscientiam hominis *post Bald.Moll,1.Semeſtr.37.nu.7.* Plura in hanc sententiam pete ex *Bodin.d.cap.4.& d.cap.6.Moll,d.cap.37.num. 6.&* seqq *Cuiac.2.de feu.1.Gœd.ad l.6.§.1.de V.S. num.2 Ventur.de Valent. Parthenij litigioſi lib.2.cap.5. num.15.* & seqq. *Chriſt.Obem. diſcurſ. iuridicopolit. de conſul.& magiſtratib. cap.4.Libor.Bodenſt.diſquiſit.polit.lib.2.c.28.& ſeq. Simanc. 4.de Rep.15.* & seqq. *& lib.5.cap.15. Io.Gerhard.Polit.decad.5. quæſt.3.* Et quod pauca arbitrio iudicis permittenda *Ariſt.1.Rhet.1. Muret. Vol.1.Orat.18. Menoch.in Procem.lib. 1.de arbitr.iud.qq.Crauett.de antiq.temp.p.1. §.quid in libro num.25.* g Confer. *Greg.Lop.animaduerſ.c.4.nu.12. Robert. 3.Sent.12. Delrio lib. 2. de princip. iuris p.43.* Planè quando duæ leges euentu confligunt, permittens prohibenti vel iubenti cedit, *Duaren.ad t.D.de teſt.milit.c.6.fol.432. Ang.Matthæac.lib.2.de vitâ & rat.iuris c.2.num.12.*

CAPVT III.

Iudicatio ex actis & Litis expenſæ.

DVo verò sunt quæ HIC LEGES CAVERI VOLVNT. I. IN PERSONA EIVS PRO QVO IVDICATVR VT DAMNETVR VEL ABSOLVATVR, IS QVEM OPORTET & æquum est. Hîc si de re principali agatur videndum an de iure ambigatur, vbi facilior expeditio *c.sæpè 44.de appell.* Et quia ius certum iudex ex eo sententiam ferat, etsi non probetur à parte vel adª uocato *l.vn.C.vt quæ deſunt aduoc.* a An de facto vbi non animi sui conscientiam sequi debet, sed rer. probab tar. fidem *l.6.§.1.de offic.præſ.* b Conuictus enim reus condemnãdus *l.9.C.de O.& A.*act. non probante absoluendus *l.4.C.de ed.* quibusdam tamen casibus iusiur. purgationis ab eo exigitur vt *ſup.lib.24.c.10.lit.B.* Si pares vtrimque probationes iusiur. alterum deferri potest, vt *ſup.lib.24.c.19.* Nec iudici in facto supplere cllicet *arg.à contrar.d.l.vn.* c Non est enim iudicis de facto testificari nec idem officio fungi potest testis & iudicis. Si tamè iudici constet de falsitate probator. ex officio boni viri faciet, si à iudicando abstineat vt *ſup. c.1.lit.K.* DE FRVCTIBVS QVOQVE ET ACCESSIONIBVS idem damnandus vel absoluendus qui de re principali *l.35.1.de R.V.* Et de vtroque sanè non alius condemnari vel absolui potest quam reus. De sumptibus autem litis victus victori condemnandus *l.13.§.* d *6.C.de iud.* d & ita etiam actor absoluto reo. Quod etsi districtè cauetur *d.§.6.* omnes sic accipiunt si modo temerè litigauit *ex l.78.§.2.de leg.2. l.79.de iudic.* c *§.1.in fin.I.de pœn.tem.litig.* e Nec obstat *d.§.6.* Nam hoc ibi agit Imp. vt ius istud produceret ad causs. eas, quibus ob absentiam quis damnatus esset per *§.præced. & ſeq.* Et *in N.82.c.10.* cauet vt si neutrum iudex in f expensas condemnat, hoc sententiâ significet. f Iusta g verò litigandi ratio nunquam actori. g Nam si ignorauit sibi ius non esse litigandi hoc ipso in culpa est quod litigauit *l.42.de R.I.* Reo verò quandoque sic, si cum herede agatur *d.l.42.* aut si agat qui se Procuratorem dicit *l.13.Depoſ.* aut si vindicet quem dominum esse nescit *l.40.pr.de pet.hered.*

NOTATA.

a Vid. *sup.lib.18.cap.4.lit.D.* Et quod idem in statuto non allegato aut consuetud. notoriâ *not.c.præced. lit.A.* b Locus hoc ita amplius vt si in vtramque partem arbitraretur iustum librum confici posse censeat *Pollet.4 hiſtor. fori 14.p.388.* Et contra acta ferè pro conscientiâ acriter pugnant *Coraſ 4.miſc. 20.Baron.ad d.l.6.de off.præſ Pollet.d.loc.* (& ex parte *Vaſq.1. ill.contr.14* ac *Hot.ill.quæſt.27. Alb Gent.2.lect.& epiſt.13.*) *Conrad. Heresb. Epit. Chriſtian. iuriſpr. Edict. IX. Præcept p. 293.& ſeq.Iacob.Omphal lib.6.de vſurp. legum cap.14. Marc. Lyckla.* (variè tamen distinguens) *2.Membran.eclog.2.Arum. exerc.Iuſtin.6. in Parerg. & exerc.20.th.3. & diſput. Pand.1. th.24.& ſeq.Io.Celich.de æquit. cap.3. Ven.de Valent. Parth litig.lib.2.cap.8.num.12.& 5.seqq. Chriſt.Obem.diſcurſ. iuridicopolit.de conſ.& magiſtratib. cap.4.num.23* & seqq pro actis plures fortiora arma expedîit *Cuiac 12.obſ.19. Cou.1.var.reſ. 1.Gutier.lib 2.Canon.qq.cap.29. Scala.lib.3 de conſ.ſapient.c. 13.Io.Bapt.Aſſ.tr.de Eſ.§.cap.1.num.14.& cap.7.ac* seq. *Lanc. Conſ. de off.præt.in cau ciu.v.Sententia nu.17. Pet.Aug Morl. Empor.iuris p.1.tit.2.quæſt.1. Menoch.* (sed hîc nudè) *1 orbit. quæſt.24.num.3.Grauat.not.ad pract. Veſtrij lib.3.cap.1. lit.A.* (qui testatur hanc quoque inter Theologos crebriorem esse) *Io.Bellon.commu.iur.ſentent. v.iudex Bron.1. enan.14. Bocer. de iurisd.cap.6.nu.34.Buſ.ad l.6 §.1.de of præſ. Steph.VVerbeuz Prolog.tripar operis iuris conſuetud. Hungar.tit.16.& ſeq. Gu. Pap dec 29.ibid. in not. P.Marth. & Steph. Ranch.Cach. deciſ. 1.num.43.& ſeq.Viu.lib.1. deciſ.187.Io.Monach* (breuibus ast scire) *in cap.dilect.6.de iud.num.11.* paulò pluribus *Dominic. Soto lib.5.de iuſtit.& iur quæſt.4.art.2.* Excip. plerique Princ. superioris nescium & ll. solutum *Scal. dict. cap.13. VVerbeuz. d.loc.Menoch.1.arbit.quæſt 8.nu.21. Chaſſa.Catal.glor.mundi p.7.conſid.3.effect 8. Cachera.d.loc. Lanc.Conrad, temp.om. iud.lib.1.cap.1.§.3.v.iudicare ſecund.conſcient.&c.* Idem de Curiâ eiusdem supremâ statuit *Gu. Pap deciſ 29.* quem impugnat *Cacher.d.num.43.* & seq. tuetur *Menoch arbit cap 98. numer.12.& 13.* Planè contrà conscientiam in criminalibus cumprimis, ne vnquam iudicet rationis est, vid. *not.ſup.cap.1. lit.K.* Aſt nec hoc vnquam obnoxiæ sententiæ iudici tribuendum, vt nudæ illius vnius assertioni plus fidei habeatur quàm plurium inculpatæ vitæ bonæque notæ testium iuratæ depositioni. Iudici potestatem *facere contra fidem* eorum quæ *probata iuxta ea quæ ſibi* ceu priuato comperta esse dicit, pronunciandi, quid aliud est quàm libertinum arbitrium & absolutiss. potestatem dare malè *itidicandi*, condemnandi vel absoluendi pro libitu, quoties non de iure sed de facto contentio est. Quàm facilè enim erit ei dicere si alterutri iniustè gratificari velit, etsi pro altero testimonia probationesque aliæ suppetant se tamen aliud nouisse. Bequid autem hac re inferioris subsellij iudex proficiet nisi vt interim iustus (vt in diuerb. est) patiatur lire extractâ. Nonne cognitione ad superius tribunal per prouocationem deuolutâ sententia lata pro eo qui & contrarijs probationib. oppressus, nec vllâ suâ subleuatus, nec nisi testatione iudicis vnius de notitiâ suâ subnixus rescinderur. Exactiora de his aliàs. c *Concenat. libr.1. quæſt.num.30.* Excipiunt nisi de ijs, quæ facti constet ipsi vt rudici, nec caussa requirat formalem petitionem, *Cacher.deciſ.1.num.24.add.Bellon.2.Supput.10. Aſin.tr.de Exſec §.3.cap. 24.& cap.24 & c.17.* d *vid.ſup.lib.20. cap.6.lit.D. ibi½ nota.* e *rubr.& l.4. de fruct. & lit.expenſ.* Num autem & præter expensas in damna ac detrimenta aduersarij condemnatio? Negat *contra Bart. & Ang. VValth 1.miſc.28.* quia *in l. 79.de iud.& d.l.4.* nulla damnorum mentio. Ac licet *in § 1. in fin.I.de pœn.tem litig.* iungantur damnum & impensæ, putat tamen vel, *damnum* pro condemnatione illic accipi, vel, quod magis illi placet, ipsas expensas denotari, cum rarum non sit, vt duobus verbis eadem res significetur. Sed melior videtur sententia eorum qui dist. inter damna extrinseca, veluti si equus in itinere mortuus, vel quis captus à latronibus & intrinseca expensæ itineris, sumptus viatici & temporis, quo commorandum est extra domum suam in hospitio, &c. vid. *Teſſaur.deciſ.67.* Et hæc videntur denotari per damnum, *in d.§.1.* vt distinguat. ab impensis alijs, quæ *in* ipsam litem erogantur. Quid si peritus caussam propriam egit, num cum expensis potest æstimare salarium? vid de hac quæst. *Parlad.2.rer.quotid.5.§.18.num.14. Monter. deciſ 4 Trentacinq.lib.2.pract. reſol.tit.de poſtul. reſol.3. Mynſing.1. obſ.2.* Gail.1.

f *Gail.1. obs.151. num.16.* f Quid si Statutum sit victum condemnari debere in expensas, an & tunc iusta caussa litigandi excusat? Dubium mouet, quod ita videatur frustraneum. Aff. tamen *Fachin.12. controu.25.* quia satius est superfluum
g sit, quàm vt aliquis ex eo indebitè lædatur. g Et eius rei caussa exprimi debet, *d.cap.10. Tiraquel.de pœn.temperād.in præfat.num.66. Gail.1.obs.151. numer.23.* subdens, id in Camerâ non seruari, sed generatim dici, *aus bewueglichen Vrsachen*, sicuti & apud nos quotidie sententiæ concipiuntur. Cæterum monet *A.Fab.19. err.prag.6.* hoc casu haud aprè pronunciari solere expensas *compensandas* esse, cum potius nul-
h lus earum condemnationi locus sit. h Longè aliud Interpretibus vulgò visum iudiciorumque vsu obtinet. Nam & eum releuati ab expensis tradunt, qui pro se habet opinionem vnius celebris Doctoris, *Gu.Pap.decis.277. Pacia.2.de probat. 41.num.156. VVesenb.cons.43.num.165.* aut vnius ex Senatoribus curiæ, aliorum votis superati *Anton. de Gammâ decis. 324.* Et quod consilium Iurisperiti vti à delicto & pœnâ ita & ab expensis excusat, *Menoch.recup.possess.remed.11.numer. 26.& 2.seqq.vid.Rebuff.in authent.habita verbo examinatione &c.* (quidam tamen duorum consilia requirunt, *Gail.1. obs.132. num.6.*) Quodque iusta caussa litigandi ei qui habet semiplenam probationem *Meisthn.lib.1. decis.Cam.9. in fin.tom.1.* Quin & si nota probitas ac bona fama litigatoris victi remitti expensas, quia non præsumatur calumniosè litem mouisse, post *Hostiens.* & alios *Coras.de iuris arte p.4. cap.18. Caroc.de iuram.lit.decisorio q.1.quæst.13.principalis numer.18.* Ad quod multos citat *Marq.Freh.lib.2. de exist.cap.6. num.13.* qui tamen post plures alios rectè contrà statuit. Neque enim si præsumptio calumniæ cessat, ideo & litigandi temeritas. Quare ne iurament. calumniæ hinc liberat, vid. *not.sup.lib.24. cap.3.lit.F. sub fin.* Nec rusticitas excusat, *Menoch.arbit. cap.194. num.28.* Quin immò & qui in priori instantiâ obtinuit sententiam, in appellat. iudicio condemnari in has posse, si ex ijsdem actis succubuit, vide *Thom.Trinis.lib.1.decis.62.num.10. Sich.ad l.12. §.1. C.de reb.cre.num.10. Gail.1. obs.152. num.5. Mathesil.sing.81. ibique Gabr. Sarayna Cothm.lur. Resp.60.num.145.* & seqq. *Meichs.lib.1.decis.Cam.20 num.8.& decis.28. num.129. ac decis.35.numer.10. Bend de Reuision. concl.9 num.9.* Cuiusmodi sententias plures exhibet Syntagma sentent. Cameral. edit. *à Christian. Barth.* In criminalibus vero *Modest. Pist.p.1. quæst.11.* censet accusatorem sanè reo damnari ad expensas (quod & de iudice malè inquirente tradit *Gail.1.obs.152.num.2.*) non contrà, quia crudele sit, reum cum pœna damnum sumptuum sustinere. Et quia nemo accusare cogitur, agere autem cogitur necessitate caussatiuâ, si suum extra iudicium obtinere non potuit. Expensæ vt taxandæ, &c. vid. *Nouell. Elect. Saxon.31. p.1. vbi Moller.Coler.decis.214. Horat. Carpan. Statut. Mediolan.vol.1.cap.56. M. Anton.de Amat.decis.140.* (vbi quomodo à taxatione appellari possit, de quo & *VVurmser.tit.24. obser. 26. Bredenod.de app.p.1. tit.20. fol.525.& p.2. tit.40. fol.668.*) Peti eas an necesse sit, vid. not. *cap.seq.lit.F.* Hæc de expensis modò pro instituto sufficiant. Perpauca licet præ aliis quæ peti possunt ex *Cuiac.12.obseruat.1.Hotm. ad l.13. §.6. Cod.de iudic. Couarru.pract.qq.cap.27. Zas.& VVesenb.ad l.15. Cod.de iudic. Sich ad l.1. Cod.de iudic.num.9.* & seq. & ad *dict.l.13.§. sine autem 6.& ad d.l. sancimus 15. ipse 13. Gœd.de sequestr. cap.1 numer.77. Parlad.2 rer.quotid.cap.fin.part.5.§.18. Menoch.arbit.cap.177.* (vbi quæ iusta caussa litigandi, vt excusset) *& retin.poss.remed.3. num.665.& seqq. & 1.præsumpt.35. Tiraquell.de pœn.temper.cap.51. num.107.* & seq. *Blarer.in l. diffamari cap.5.nu.30.* & seqq. *Rulant.de Commissar.p.3.lib.9. cap.20.& p.4.lib.8.cap.vlt.ac tract.de innocat.vtriusque brachij c.vlt. Moller.2. Semest.8. Hering.de fideiuss.c.26.n.75.& 4.* seqq. *Seraphin. priuil. iuram.32. Fachin.1.controu.40.& seq. & 12.controuers.52. Beust.ad rub.de iureiur.num.243.& seqq. Horat.Carpan.Statut.Mediol.volum.1. cap.55.& seq. Mathesilan.sing.3.& sing.80.* & seqq. *Bouer.sing.56. Guid.Pap.sing. 60. Fr.Cremens.sing.121. Corset.sing.90.96.103. Marsil sing.207. 237.485.545.&c. Damhuder. Praxi ciu.cap.222.& 249. Asin. Praxi iudic.§.32. & de exsecut.§.3. cap.179. Schuartzentaler. lib.3. Process.actu vlt.Vestr.lib.8. Pract. cap.2.& vltim.Ayrer. Process. p.1. cap.1. obs.6. Mynsing.2. obs.22.& 4. obs.55.& 67. Gail.1.obs151.& seq.VVehner. obs.pract. de V.S.v.* Expensen vnd Vnzosten. *Boër.cons.27. Sixtin. cons. Marp.11.num.112 & seq.vol 1. Viu.lib.1.decis.48. Surd.decis.261.& 274. Monter. decis 14.& decis.36. Anton. de Gamma decisione 65. Tessaur. decision.67. Meichsner. tom.3. decis.Cam.7. Aruma libr.1. decis.9. &c.* quos omnes, aliosque supra citatos, antea adij. Enimuerò haud temerè *Iacob. Simancas.9. de Rep.31. numero* 7. expedire censet statui, vt temerarius litig. victori omnes omninò sumptus, damna & incommoda præstet, subdens ideo Mahumetanis paucas lites esse, quòd temerè litigantes publicè flagellis cæduntur. Quâ de coërcenda temeritate, vid. *Ventura de Valentijs Parthenij litigios lib.2. cap.6. num. 12.& seqq.*

CAPVT IV.

Deducta in iudicium.

2. IN RE DE QVA DAMNARI VEL ABSOLVI OPORTET, TANTVM EA, QVÆ IN IVDICIVM DEDVCTA, id est, quæ iudicantis iudicio & æstimationi subiecta, quod non metimur ex persona rei, *l.6. hoc tit. de iudic.* sed intentione actoris. Vltra id verò quod deductum excedere potestas iudicis nequit, *l.18. com. diu.* a DEDVCVNTVR RES AVT PETITIONE ACTORIS SIVE APERTA, vbi OMNE id videtur venisse, QVOD VERBIS INTENTIONIS CONTINETVR, quod quidem commodum sit actori, quamuis de eo reus non senserit. Hoc est, quod subobscurè innuitur, *l.61. hoc titul. vers. quid ergo.* Cuius vers. sensus: Non spectandum quid reus putet à se peti, sed verba petitionis significent. Omnia videri venisse, nisi de quo nominatim actum, ne veniret. Omnia scilicet quæ verbis intentionis continentur. (Quod etsi non addat. Vlpian. intelligendum est. b Absurdum enim heredi- b tate petitâ venire res proprias, fundo petito supellectilem, aut res eas, quibus cum re petitâ nihil commune.) Si non exceptæ sint. Et in ambiguâ intentione accipitur, quod actori vtilius; *leg.66. hoc tit.* c Pone: c Stichus petitus; Duo cognomines apud debitorem. Nec iniuria fit reo, siue actor probet, eum Stich. de quo se sensisse dicit, deberi, siue non. Dices, forsan non litigaturus si sciisset, quid peteretur. R. Excusare hoc posset à sumptibus litis non à præstatione rei. At immò si dubitauit culpa eius, quod non rogauerit petitorem, quem Stichum intelligeret. NISI QVID AB ACTORE NOMINATIM EXCEPTVM, vt *d.l.61.* Vt si petita hereditas excepto fundo Tusculano, forte quia de eo ante transegit, AVT POST LITEM CONTESTATAM ACCIDIT, *l.non potest,23. hoc tit.* Exemplum *in l.14.§.vlt.& l.seq.de aq.plu.arc.* Non enim potest deduci, quod peti nequit. Non potest peti, quod non debetur: Non debetur quod accidit, ac in pendenti est, *l. 35. hoc tit.* Obi. At in act. reali restituendæ res post litem contestatam possideri cœptæ, vt suprà *lib.19.c,14. lit.E.& lib.20.c.5.lit.B.* Et de reducto post eam in peculium tenetur pater *l.30. pr.de pec.* Et pigneratitia tenet, etsi post litem contestatam pecunia offeratur, *l.9. §.vlt.de pict.act.* R. In his omnibus quæ eueniunt post lit. contest. non veniunt in iudicium, nec petuntur. Res enim vindicatur, non possessio, etsi per conseq. petatur, vt ad nos reuertatur. Quod filius debuit, petitur à patre, non pecul. & sine eo creditori non satisfieret. Denique res pignori data petitur, non pecunia credita, etsi eâ non oblatâ inutilis petitio. SIVE TACITA, per consequentiam rei petitæ, verbis non expressa. VT FRVCTVS ET ACCESSIONES. Quas in iudiciũ venire probant, *l.31.pr.de reb.cre.l.2.de vsur.l.40.de pet.her. l.20.de R.V.* Etsi nominatim actor non petierit. Nam suâ sponte hæc veniunt quasi petita hoc ipso, quod res principalis petita est, vt *per d.l.2.de vsur.& l.35.§.1. de R.V. vbi ratio.* Ac clarè prob. *l.25.§.8.de ædil.edict.* Vbi dũ separantur, quæ ante iudiciũ contingunt & quæ post, ac illa negãtur pertinere ad officium iudicis, nisi nominatim iniuncta, vtique hęc etsi nominatim non petita. d Quis verò regulæ eius: quod fructus post litẽ d contestatam percepti in iudicium veniant, alius sensus esse poterit, quàm quod suâ sponte veniant. Nam & percepti ante litem cõtestatam in iudiciũ vnà cum re deduci

deduci possunt. Quod si igitur & illi nominatim deducendi, nulla erit differentia, nec dicta regula illis solis conuenit. Et R. ratio diff. Ante percepti non sunt pars rei, sed proprium corpus per se. Post nascituri, priusquam consistant, q. sunt in re, aut ex re caussam habent, vt sint pars rei quodammodo, certè à re diuelli nequeunt. Ergo re petitâ vt partes & appendices simul veniunt. Nam & qui fundum petit, vi ipsâ hoc petit quod fundus, si statim daretur, illi adiiceret. Atqui sic haberet quoque fructus & accessiones. Non obst. *d.leg.23.h.t.* Nam ea regula de re principali loquitur, non de accessionibus. e Nam addit *noua* e *interpellatione opus.* At de accessionibus, si earum ratio non habita, nulla noua actio, *l.8. de eo quod cert.loc.l.4. C.Depos.l.3.C.de fruct.& lit.expens.* R. Ratio diff. Res petita accessiones secum trahit. Res ipsa principalis ab alia re non trahitur. Ergo propriam actionem requirit. AVT IPSO IVRE IMPENSÆ LITIS, *l.13.§.6. C.h.t.* Nec enim peti possunt, priusquam debeantur. f Nec debentur, priusquam factæ sunt. f IN REM verò f IPSAM PETITAM IVDEX CONDEMNET, non in aliam nec in æstimationem, *l.vlt.C.de fid.libert.*

NOTATA.

a a Hinc vulgatum illud: Sententia respondere debet petitioni, ac esse conformis libello. Quod exstruunt *ex d.l.18.& ex l.vlt.Cod.de fideic.liber.* Quin fatuum dicũt iudicem, qui contra pronunciat. *Hieron.de Mont.rr.Fin.regund.c.42.n.6. Asin.de Exec.§.c.9. Meich,to.3.decis.Cam.13.n.224.* Tametsi y. id reprobet *Ant. Guib.qq.iur.c.9.* sano tamen sensu accepta iuri conuenit. vid. *Sneidwin. & Mudæ in §. curare 32. Instit. de act. Menoch.1.arb. quæst.31. Nic. Valla de reb.dub. tract.1.n.22. Thom. Grammat.decis.19. Guid.Pap.decis.27. Oldend.cons.Marp.5.vol.3. Meichsner.tomo 3.decis. Cam.13.nu. 111.& seq.& decis.18.n.17.& seq.& decis.22.num.30.& seq. & tomo 4.decis.7.n.33. Coras.SC.Tolos.cap.52. Asin.de exsec. §.3.cap.225.& seqq. Ant.Massa Gales. de iudic.bonæ fid.num. 20. Marc. Lychtama ad l.vinum.22. de reb.cred.nu.7.* & 8. *Pinel.in l.2. Cod.de rese.vend.p.3.c.3.n.12.* qui docet verum eius sensum esse, ne iudicetur de re in iudicio non tractata. Perperam verò ac crassè ita accipi quasi iudicis arbitriũ & potestas recedere nequeat à desiderio actoris. Limitant hanc regulam in criminalibus, vid. *Mynsing.4.obs.81.* & vbi procedatur solà facti veritate inspecta, *Raudens.decis.5.n.91.* item Principe superioris nescio iudicante, *Lancell. Conrad.templo om.iud.§.3. de obligat.Imperatorij v. iudicare secundum conscientiam, Chassan.& Cutal gloria mundi p.5. consid.24.n.131.* item quando clausula, pero mihi ius, &c. adiecta, *Gilman. lib.2 decis.Cam.52.nu.32.* Malè hoc omninò. Confer not. 5.

b lib.23.c.4.pag.185. b Conuenit *Nic.Valla de reb.dub.tr.1.n.* 18. Omnia, id est, quid sub petitione propositâ, aut libello comprehendi potest, quidquid in iudicio versatur, veluti fructus, expensæ non petitæ. c Ambigua petitio accipitur

c iuxta intentionem proferentis, modò postea probatio clara afferatur. Veluti: Ago contra mulierem ex intercessione. Sustinetur libellus, si postea allegem caussam, cur mulier ea Velleiano non iuuetur, ita *Nic.Vall.d.tr.1.num.18.* & 19. Sed concinnius exemplum Don. petitum *ex l.83.§.1. de V.O.* vid. *Duar.ad tit.D. de iudic.f.164. & ad d.l.83.§.1.* qui ostendit, nullam hic esse captionem rei, cum requiratur eadem probatio, ac si nulla dissensio esset. Non obst. *l.39. de pact. vid. A. Fab.ibid.& Pac.2.enant.q.7.* d vid. *s.li,20.c.6. ibique not.* &

d confer *Vant. de nullit.sent. ex defectu processus n.97. Georg.de Cubedo decis.68. parte 1.* Exactius hæc imprætentiarum expendere nec vacat, nec locus est. e Ita *& Don. ad l.31. de*

e *reb.cred.num.6.* f Vulgò tamen plures docent in expensas

f condemnationẽ non fieri nisi nominatim petitæ sint, *Damhuder.praxi ciu.cap.108.* scribens ex vsu iudiciorum requiri expressam petitionem, *Gœd.ad l.7. de V.S.n.11. Obrech.de consip.libell.c.16.nu.31.* Sed Donello consentit *Nic.Valla de reb. dub.tr.1.n.18.* Alij posse iudicem ex officio non petitas adiudicare, sed non teneri, vt citati s. *lib.23. cap.4.pag.1057.* & *Gail.1.obs151.nu.21. Mynsing.4.obs.55.* vbi ita obseruari in Camerâ testatur, si æquum visum sit, idque maximè vi clausulæ, qua petitur ius & iustitia ministrari,

CAPVT V.

Condemnatio in æstimationem.

ET hoc REGVLARITER. SÆPE TAMEN CONDEMNATIO FIT IN ÆSTIMATIONEM. Quæ in oblig. dandi, quanti res est, in faciendi id quod interest. EFFICIT ID AVT NECESSITAS, si re peremptâ, debitor non liberatus. Debetur enim æstimatio, *l.18. pr.de dolo & simil.* De quo & cuius temporis æstimatio ineunda, *vid.ad l.3. de cond. tritic.* Aut ÆQVITAS, vel quia res aliena petitur, quam ipsam reus cuius dolo ea non abest, præstare nequit, nisi immenso pretio à domino emat, *l.71.§.3. de leg.1.* Vel quia humanius rem à reo, æstimationem offerente, non abstrahi, vt *d.§.3. vers. aut si seruum.* Vel quia actori nõ expedit, rem ad illam transferri, vt cum *in iudiciis diuisoriis* de re agitur, quæ non commodè diuidi potest. Vbi præstat vni æstimationem partis tribui, quàm partem ipsam, *vid.§.5.& seq.I.de off.iud.* Vel quia re ipsa præstitâ post rem iudicatâ plus minúsve habiturus actor, quàm, si statim esset restituta. Quod accidit in petitione quantitatis vel rerum fungibilium. E.g. 10. modij frumẽti, 10. vini dolia. Nam qui suum aut sibi debitum quid dicit semper præsens tempus demonstrat, *l.7. de auro & arg.leg.* Ergo qui vinũ petit, petit quale tũc est, cum agit. Quare auctâ vel minutâ æstimatione vini, ne plus minúsve consequatur, quàm si vinum statim esset restitutum, non in vinum, quod nũc est, reus condemnandus, sed in id, quod fuit, cum petitum est, proinde in æstimationem. Dices. At initio datũ actor potuit retinere & habere æstimat. auctam. R. Potuit & alienari, consumi, perire. Et quia non mansit apud eum, quippe non datum, non potest dici mansurum. Aliud in specie certâ, quę etsi data initio perire & cõsumi potuerit, tamen quia est, nunc quoque extare, spectatur quid euenerit, non quid potuerit euenire. *Sed de hoc & cuius temporis æstimatio in bonæ fidei & strictis iudiciis pleniùs*, ad leg. vinum 22. *de reb. cred.* a Et hæc a in quantitate petitâ seu genere rerum, quarum certa æstimatio. Aliud in genere rerum aliarum, quæ suâ specie æstimantur. Vt homine, equo, boue generaliter petito. Nam hîc vnus tantùm æstimari potest, isque certus, quem deberi constat. Non verò hoc constare potest ante sententiam, quia R. ei est electio. Nec hîc periculum ne maioris minorisve pretij rem quam petisti actor consequatur. Ex iisdem verò caussis in actionibus, quibus vt quid fiat, petitur, condemnatio fit in id quod interest. Veluti in action. ad rem & ad exhib. item in personam iis, quibus aut ad rem, quæ nostra mansit, restituendam agitur, vt Commod. Depositi, Mandati, aut ad tradendum vt action. ex stipulatu, repromissâ. Et quidem in action. in rem, hoc est officium iudicis, 1. declarat rem esse petitoris. 2. si ea exstat, restitui iubet. Hic iussus pro iustâ sententia est, si vel iussui paret reus, quia nil vltra habet iudex, in quo condemnet, vel in potestate habet, quia Magistratus exsequendo manu militari aufert. *leg.68. de R.I. vid.supr.lib.20.cap.6.lit.G.* Quod si in potestate nõ habeat, sed desiit possidere iussus is pro admonitione & arbitrio haberur; non pro condemnatione. Aliàs iudex officio suo functus, non posset vlterius progredi, *leg.55. de re iudic.* Atqui hîc sequitur condemnatio noua in id, quod interest, *dict.leg.68.* b Non idem in b iudiciis quibus ad dandum agitur. Nam si damnatur ad rem, & non dat, nihil opus est propriâ sententiâ de rei æstimatione, quæ certa esse potest sine iudice,

quàmdiu res exstat. Sin æstimationem id statim fit, cunc cum neçessitas vel æquitas suadet, vt s. Nec potest iudex iubere non dari. In act. in rem necessitas iudicij tale officium exigit, quia quamdiu res restitui potest, æquum est semper Reum iuberi. Quod si rem non habeat æstimationem eius quod interest, quod in facto consistit sentẽtia opus est. Idem est in actionibus iis in personam, quibus res nostra repetitur, itẽ interdictis, quibus agitur, vt opus, quod factũ est, restituatur, *dict. leg. 68.* Et in act. ad exhib. *§. 31. I. de act.* Ita pendet in his condemnatio ex arbitrio iudicis, id est ex eo, vtrum arbitrio pareas necne. Vnde & arbitrariæ dictæ, *dict. §. 31.* Aliud in iis, quæ ex oblig. faciendi ortæ vbi quid tradi debet. Hic si non fiat in id quod interest, fit condemnatio, *leg. 13. §. vlt. de reiud.* statim nulla ratione habita reus tradere possit necne. Ratio, quia non tam factum quàm eius vtilitas promissa, vid. *supr. lib. 15. c. 3.* Neque vlla ratio iussum de re tradenda exigit. Nam nec actoris interest habere quod petit, modò vtilitatem eam consequatur. Nec eius affectionis in re, quæ nunquamillius fuit, ratio habenda. Sic nec reo cõquerendi causſa, quod in aliã rem condemnetur. Imputet enim sibi quod facere noluerit. Cõtra in act. in rem, aliísque quibus ad rem nostram restituendam agitur, æquum est, quod à nobis profectum est, ad nos reuerti, nec vtilitatis tantùm, sed & affectionis rationem haberi. Vnde NON VNA ÆSTIMANDI RATIO. ALIAS ÆSTIMATVR RES QVANTI VERE EST. ALIAS QVANTI IVRATVR IN LITEM.

NOTATA.

a De quo & fusissimè disceptant *A. Fab. 16. coni. 1. & seq. & 16. err. prag. 1. & seqq. ac Cod. suo titul. Si cert. pet. de finit. 7. & seq. Andr. Kohl. exercit. legali 10. & seqq. Marc. Lycklama in repet. dict. leg. vinum. Cass. Schisordeber. lib. 1. ad A. Fab. tract. 20. & seqq.* Strictius *Gœd. de contr. stip. cap. 11. concl. 6. Vaud. 1. quæst. 41. n. 19. & seqq. Charond. 1. verisim. 12. Andr. Clud. de condict. certi. c. 4. n. 125. & seqq. Arum. de Morã. c. 8. n. 5. Io. Kirzel. de oblig. Mutui c. 9.* Confer. *Munnoz de ratiocin. c. 17.* Ego me huic liti non implico, quam alio tempore pro virili tractabo in Comm. de bona mala fide, &c. † De æstimatoribus, qui pretium definiũt, vid. præter citatos *S. li. 21. c. 1 lit. D. Valasc. Praxi collat c. 9. Io. Garsia Gallec. de expens. c. 24. Menoc. adipisc. poss. remed. 5. n. 162. & seq. add. Nou. Sax. Elect. 32. p. 1. & ibi Moller.* Confer *Domin. Soto lib. 6. de iust. & iur. q. 2. art. 3.* b Et hinc quia condemnatio sequitur, iussum illum, seu arbitrium nunquam esse sententiam, arguit *Ant. Fab. 16. coni. 17 & 17. err. prag. 6. ac 18. err. prag. 4. & passim.* Et iussum illum pro interlocutione habent *Menoch. arb. q. 3. n. 9. Vatud 1. q. 54.* ac non iure actionis, sed iudicis officio expediri. *Muda. in §. 1. Inst. de act. n. 19. Sneidun. ibid. nu. 62. Menoch. adipisc. poss. remed. 4. n. 524.* Quod *Molina in nouo intellectu, si partem. 19. Quem seru. amit. & aliar. quas coniunxit nu. 23.* refellere nititur. Sed hac de re quid nostri iudicij, alio tempore.

CAPVT VI.

Iurist. in litem definitio & diuisio.

a IVRARE IN LITEM, a IVRARE IN ÆSTIMATIONEM LITIS seu quanti litem æstimes *l. 1. l. 3. l. 4. §. 1. h. t.* quanti tua interfuit, *l. 3. l. 8. l. pen. h. tit.* Lis est res, de qua lis est, per metonym. continentis. b Sic dicitur lis æstimanda, litis æstimatio, *l. 2. §. vlt. l. 3. pro emt. l. 13. §. pen. de pet. her.* Et hoc est id, quod in lite summũ & præcipuum, ad quod eius finis & exitus refertur, scilicet damni aut lucri amissi æstimatio, quam actor consequi contendit. RECEPTVM hoc non temerè, quia actor fit iudex in sua causſa, reo inuito, sed æquitate exigente. ALIAS DE REBVS, QVÆ AMISSÆ DICVNTVR, nec probantur contra eum, qui vi deiecit. Vbi non tantùm de æstimatione iuranti creditur, sed & de ipsis rebus, etsi se prius habuisse non doceat, *l. 9. C. vnde vi.* c ALIAS DE AESTIMATIONE REI RETITAE aduersus frustratores reos, quod solùm veteribus cognitum. VBI DVPLEX æstimatio. VEL PRO ARBITRIO EX AFFECTIONE *l. 1. l. 8. h.* VEL EX VERO, quanti res est vel interest, *l. 2. §. 1. l. 8. h. t.* Illud affectionis, hoc veritatis vulgò vocant. d Distincta sanè hæc, & prius dicitur quanti in litem iuratum est posterius quanti res est, *d. l. 8. h. t. l. 64. pr. de iudic.* Nam illud in specie sic vocatur per excellentiam. Tamen & posterius sic appellatur, *l. 5. §. vlt. & seq. h. t.*

NOTATA.

a Materiam hanc plenius tractare, vix sinunt, quæ sequuntur, Nec temperare tamen possum, quin aliquibus corruptionibus A. Fabri occurram. Omittenda itaque plura, de quibus consulas ad rotam materiam *Duar. ad hoc tit. D. in prioribus poster. Comm. Baron. ad eund. & Borch,* Synopticè, *& Beust.* (sed qui breuius) *ad rub. D. de iurei. n. 127. & seqq. Zas. ad sing. ll. h. t. D.* pleniorem tractatum *Io. Bapt. Plot, do in lit. iur. ad l. 9. C. vnde vi.* Apud præcipua quædam eiusdem *Menoch. arb. ca. 207. & seq. Coras. 6. Misc. 1. & 3. seqq. & c. 9. ac ad l. in act. 5. h. t. tomo 1. fol. 606. &c. Charond. 3. verissim. 8. Vitaq. 1. var. lect. 21. & seq. Gœd. ad l. 192. de V. S. Sneiduin. ad §. item si. 11. Instit. de act. n. 33. & seqq. & ad §. præterea. 31. eod. n. 22. ac seqq. Munnoz de ratiocin. c. 9. n. 26. vsque ad n. 39. & num. 55. ac num 73 & seqq. Forst. de iurisdict. Rom p. 2. lege Numa 3. n. 33. & seqq. Matth. de Afflict. decis. 169. (& ibi in annot. Cas. Vrsil.) & decis. 330. ac 360. Vinc. Caroc. decis. 12. M. Ant. de Amat. decis. 163. Virgil. Pingitz. q. 52. Polydor. Ripa de Nocturno tempore, c. 30. & seqq.* b *Duar. ad hunc t. D. c. 1. Borch. hoc t. cap. 1. n. 8. Charond. 3. verisim. 8.* Lis non significat iudicium, vt Azo & Hostiens. quo in loco iudicij præsterur, quia hoc commune est aliis, sed rem de qua contentio in iudicio. c Vbi statur iuramento damnum passi, quia plerumque difficilis probationis modus & quantitas damni dati, eiúsque facultas ipsius aduersarij facto præcepta. Modò tamen appareat damnum datum esse, quia hæc qualitas (scilicet generalis, quod vis facta sit, quod res ablatæ) testibus probari debet, vid. *Vasq. 1. ill. contr. 36. nu. 4. Mynss. 4. obs. 12, & 5. obs. 71. Zobel. diff. iur. cin. & Sax. 30. p. 1. n. 4. & 5. Ant. Fab. 18. err. prag. 8.* Qui hoc iusiurandum Zenonianum vocat veteri iurisprudentiæ ignotum. Eique vt locus sit, requiri vult: 1. vt non aliunde apparere possit, quid quantúmve ablatum, vid. *Plot. §. 1 nu. 1. & seqq. 2.* Odium violenti inuasoris. 3. vt citra hoc res æstimari nequeant. *Mynss. dict. obs. 12.* duo requirit; Probandi difficultatem. & delictum aduersarij, ideoque hæredi speciali hoc non deferri, sed huic aliter probandum esse, vt tamen eius imperfectæ probationes iureiur. necessario suppleantur. In herede verò, si instructus sit de damno, contrà haud temere sentit *Coras. ad leg. 5. hoc tit. num. 29. in fin.* quia hic odium dolosi solùm spectatur, nec lex minus effecta erga conscientiam heredis, aliàs sæpe totius litis commodo hic priuaretur. Idem *Mynsing. dict. obs. 71.* iuriiur. huic locum non esse, quando non contra ipsos raptores, sed dominos ditionem, qui de prædationis damnum sarcire aliqua ex causſa tenentur (veluti mercatoribus ad nundinas proficiscentibus) agitur. *Plot. §. 2. num. 32. Koppen decis. 37. nu 13.* Pleriſque Italiæ locis statuta vt iuramento damnum passi credatur, *Bargal. 3. de dolo 14. num. 7.* Cum statutum disponit, standum esse iuramento pro plenaria probatione, non recipitur contraria probatio, quia ex illo præsumptio iuris & de iure. ita *Io. Ant. Trigona singul. 55.* Secus si simpliciter dicat standum esse, vt citati à *Rauchbar. p. 1. q. 9. nu. 35.* Conuentionem quoque vt nudæ assertioni damnum passi steturn, valere sentit post alios *Vasq. 2. contr. vsu frcq. 29. n. 5.* De quo vid. *Io. Bapt. Plot. h. §r. §. 47.* Iure Saxonico hoc violentiæ casu receptum iuramentum minutionis vel minorationis. Soli enim iuraræ assertioni ac æstimationi actoris creditur, (modò res nõ eæ sint quibus certa iure æstimatio) sine taxatione iudicis, nisi reus iutamento suo illam moderetur aut minuat, vid. *Fachs. inter diff. Zobel. 30. p. 1. num. 6. Beust. ad rubr. de iureiur. num. 107. Coler. de Proces. exec. in præfat. n. 15. Rauchb p. 1. q. 9. tota.* vbi *n. 26. & seqq.* eius diff. à iureiur. in litem percenset. † Quærit *Duar. h. t. D. nu. 53.* an pecuniã in sacculo deposita, si is resignatus reddatur deponenti & hic iurare velit pecuniam subtractam esse credatur. Aff æquiorem vocat, cumprimis si apud cauponem depositum. Inhumana enim eorum sententia, qui res omnes sacco

inclusas cauponi patefaciendas esse, nec aliter illum teneri quàm singularum recepta custodia. Quippe & durum ad pandenda patrimonij secreta cogi, *l. 2. C de alim. pup.* & periculi plenum modò tamen dolus cauponis ex conditione personarum aliisve coniecturis pateat, qui sola resignatione non arguitur, quid enim si hero insscio famulus signacula remouerit ita *Duar.* Conuenit ferè *Beust. ad rub. D. de iurei. num. 155. & seqq.* Ac varios casus hic distinguit *Menoch. arb. ca. 208. num. 26. & seqq. Io. Bapt. Plot. de in lit. iur. §. 10. nu. 6.* d *& seqq. Polydor. Ripa de Nocturno tempore cap. 81.* d Vulgò tres species statuunt *Zas. ad rub. D. hoc tit. numer. 3. & seqq. Plot. h. tr. §. 52. n. 3. Menoch. arb. cap. 207. num. 2. Beust. ad rub. D. de iurei. num. 142. Forst. de iurisd. Rom. p. 2. lege Numa 3. n. 135.* 1. Affectionis ad rem, *de quo cap seq. 2.* Affectionis extra rem, interesse singularis, de quo *l. 3. hoc tit. & j. cap. 9 lit. G. 3.* Veritatis, quod interesse vulgare persequitur, vt *j. c. 10.* Sanè *Zas. d. loc.* medium veritatis & postremum æstimationis nuncupat. Sed *Coras.* affectionis, vt not. *c seq. lit. A.* ast *A. Fab.* veritatis iuram. negat, *vt c. 10. lit. A.* At quæ interesse singularis dicitur, distinctam speciem non esse ostendit *Borc. h. tit. cap. 2. num. 15.*

CAPVT VII.

Iusiurandum affectionis quis præstat.

a PRIVS IVSIVRANDVM affectionis a grauius est. Quod PRAESTAT SOLVS ACTOR, *l. 2. §. 1. l. 5. in fin. h. t.* & dominus litis, qui eam contestatus est suo nomine, *l. 7. h. t.* Quia Procuratori affectio domini
b ignota, nec vera etiam æstimatio semper nota. b Nec omnis, sed iudicium requiritur. Non igitur pupillus (etsi tutore auctore suo nomine egerit, vt potest) si impubes est, *l. 4. pr. h.* Nam & aliquando per anaphoram dicitur pupillus, qui fuit, vt *l. 13. l. 21. de tut. & rat.*
c *distr.* c filiusſam. impubes, si suo nomine agere possit,
d vt olim in hereditate matris, *l. pen. ad S C. Tert.* d hodie in aduentitiis omnibus patre consentiente, *l. vlt. in fin. pr. C. de bon. quæ lib.* Ætati enim hoc negatur ob inopiam iudicij, non statuit personæ. Alia ratio iurisiur. vid. *s. lib. 24. c. 17. lit. H.* Adolescens verò potest, si ve-
e lit, *l. 4. in fin. pr.* e De furioso, prodigo, infante, nihil cautum, quia per se liquet Tutor in causſa tutelari (id est, non in act. tutelæ, quia nec constante tutelâ agitur, nec ipse iuraret, quippe reus, sed aduersus eum.
f f Verum quam exercet pro ratione officij & tutelæ, ex. g. depositi, rei vindicatio &c.) itémq; curator, possunt quidem, ne tamen ad suam vtilitatem, sed pupilg li vel minoris, referatur æstimatio, *d. l. 4. pr.* g sed non coguntur, *d. pr. vbi ratio. Confer. s. lib. 24. c. 21. lit. V.*

NOTATA.

a *Coras. 6. misc. 1. & 2. & ad l. 5. h. t. nu. 8.* vnicum esse vult
2 iusiur. in litem & nullum affectionis. 1. quia nusquam habetur æstimationem crescere ex affectione, cum ll. negent pretia ex affectu æstimari. 2. Si occiso vel subrepto seruo affectionis ratio non habetur, *l. 33. pr. ad l. Aquil.* minus ob contumaciam, delictum leuius. 3. Hoc iusiur. defertur ratione interesse pecuniarij, quod in affectione non consistit. 4. Hic iuratur quanti interfit, *l. 3. pen. h. t.* quo vtilitas venit non affectio. Et vtilitatis itaque rectius dicetur. Quod verò hic contumacia puniatur, id in eo quod actor non probare tenetur, quid sua interfit, sed suo iureiur. iudex ipse sibi asserit. Et vltra verum pretium licitè iurat, *l. 2. hoc tit.* si nempe pluris interfit, non autem ex affectione, &c. *ita Coras.* cui assentitur *Marc. Lyclama ad leg. vinum 22. de reb. cred. n. 81.* satis occurrit *Borch. h. t. 2. n. 16. & seqq.* ex quo pleraque ad verbũ transscripsit, *Serser. libr. 5. de iuram. c. 2. n. 11. & seqq.* b Excipiunt, nisi habeat ad hoc speciale mandatum *Plot. h. tr. §.*
b *32. n. 5.* Quod errore obtinet non ratione. Vulgò notant iuramentum hoc non deferri ignoranti sed rectè instructo. *vid. Plot. h. tr. §. 50. n. 5. & 6.* Ideoque nec heredibus nisi verisimiliter informatis, vid. *Coras. ad l. 5. D. h. t. n. 19. & Plot. d. §. 32. n. 6. Io. Bapt. Costa de facti scient. & ignor. cent. 1. dist. 99.* Attamen si defuncto oblatum vlueret id pro præstito haberi, vt
c mors sit loco iuramenti notat *Gail. 2. obs. 43.* c ita & *Borch. h. tr. c. 3. n. 9.* Sed mihi ea ratio probatur, quia aliquando pupillus dicitur adolescens, qui curatorem habet, vid. not. *S. lib. 3. c. 21. lit. B.* Aliter *Gœd. ad l. 1. de V. S. nu. 17.* accipiens, *si.* pro
d *quia.* d Sed vid. *not. s. lib. 9. c. 2. lit. B. initio & cap. 5. lit. L. &*
e *M.* e Etsi enim & hic curatoris sui consensu in iudicio experiatur, ita tamen vt ipse potius quam curator agere videatur, *Borch. hoc tit. c. 3. n. 23,* f Aliter *Duar. hoc tit. num. 10.* ita
f scilicet Tutelaris hic non est quæuis pupillaris, quasi in omni pupillari causſâ, etsi ex stipulatione agatur, possit iurari in litem, sed actio tutelæ, qua nempe turor nomine pupilli agit contra contutorem, remotum vel excusatum. g Vt sic iu-
g ret, quod si ipse pupilli loco esset, rem tanti ex affectione æstimaret, *Bart. ad d. l. 4. pr. nu. 6.* Quare etsi mater pupilli non admittenda, *d. l. 4. pr.* vt mater, quia scilicet litis domina non est, quando tamen tutelam liberorum gerit, admittenda vt tutrix, *Borch. h. t. c. 3. num. 18. & seqq.*

CAPVT VIII.

Quibus in Actionibus.

TRIA GENERA ACTIONVM, IN QVIBVS IN LITEM IVRATVR, NOTATA, *l. 5. pr. h. t.* IN REM, vt rei vindicatio, *l. 68. A. de R. V.* a & hypothecaria, a
de quâ text. *l. 16. §. 3. l. 21. §. vlt. de pig.* b item Publi- b
ciana c & aliæ, quib. tanquam domini res vindicant, c
plus iuris quàm creditor habentes. d Nam etsi res hîc d
non sit petitori, tamen juris quasi dominus est. AD EXHIBENDVM, non tantùm cum actor se dicit dominum, vt quidam, e sed semper, qualicumque act. e
vsurus per hanc aditum sibi patet, per *l. 3. §. 1. iunct. §§. seqq. ad exhib.* At dicunt, solius domini hoc. ꝛ. immò non, *d. l. 16. §. 3.* Et si ita esset, numquam in hoc locus foret juriiurando, quia etsi ea agens se dominum dicat, non tamen hoc probat, *d. l. 3. §. 1. & 9. ad exhib.* Et semper aliquid suum persequitur actor, nempe vsum & copiam, quæ arbitrio eius, tamquam cuiusdam domini, æstimanda. ET BONÆ FIDEI IVDICIA. Tunc sc. vt rectè dict. *Azo Fulgos. & Duar.* ff
cum res à nobis profecta, quæ nostra mansit, repetitur, vt in Commodato, *l. 3. 2. Commod.* Deposito *l. 1. §. 26. Depos.* Locatione, *l. 48. §. 1. Locati,* rei vxoriæ actione *l. 25. §. 1. sol. matr.* tutelæ, cum res suas pupillus repetit, *l. 8. h. t.* Non si de re aliena nunc primum nobis præstanda agatur, vt in act. exempto, etsi procacia sit non tradentis, *l. 4. C. de act. empt.* Quia hîc nec dominus est actor, nec rem sui iuris persequitur. gg
Obi. Ad. *d. l. 5. pr. h. t. & d. l. 3. §. 2. Commod.* indistinctè loquuntur. ꝛ. Sed *in d. l. 5.* non additur *in omnib.* Pluralis solùm locatio est, duorum numero contenta, *l. 12. de testib.* h At *in d. §. 2.* additur, *similiter,* id est, similibus h
in causſis & conditionibus. SED ET ALIÆ ACTIONES illis similes, in quibus eadem ratio, & vbi æquè de re à nobis profecta, aut ad ius nostrum pertinente, restituendâ agitur. i Vt patet 1. Exemplis actio- i
nis quod met. causſa & de dolo, *l. 18. pr. de dolo.* kk
Rerum amotarum, *l. 18. §. 1. Rer. amot.* Calusianæ, *l. 5. §. 1. Si quæ in fraud. patr.* Quia & hæ arbitrariæ ac cõtumacia non parentis æquè coërcenda. Probat hoc 2. regula generalis, *l. 68. in fin. de R. V.* In strictis verò iudiciis huic locus nunquam, etsi quandoque sit posteriori iuriiur. veritatis, *vt j. cap. 10. lit. F.*

NOTATA.

a Item petitio hereditatis, *leg. 25. §. 10. de petit. her. Coras. ad leg. 5. hoc titul. numer. 16. Menoch. arb. cap. 207. numer.* a
15. Plot. h. tr. §. 14, Borch. hoc titul. cap. 4. numer. 8. actio confessoria, *leg. 7. in fin. Si fr. tu. vind. Menoch. dict. loc. numer. 18. & Borch. numer. 11.* negatoria. Nam etsi hic restitutio vel exhibitio rei non petatur, tamen sicuti in confessoria non solũ

ob rem non præſticam, ſi aduerſarius non patiatur me vti ſeruitute, ſed & ob cautionem iniunctam non præſtitam in litem iuratur, *d.l.7.* ita & hîc *Menoch.1.arb.q.5.n.21. Borch. d.cap.4.num.14. Coraſ.ad dict.l.5.num.16. Duar.h.t.num.1.* ac *contra.* & alios defendit *Ciſner.ad l.15.de op.nou.nu. 6.p.123. & ſeqq.* b *Borch.hoc titul.cap.4.numer.19. Menoch. arb. ca. 207.num.21. Hortenſ.ad d.l.16.§.3. & §.6.* Sed hæc ita ſi contra tertium poſſeſſorem agatur, vbi iurati ſic poteſt in ampliorem ſummam, quàm eſt debitum, cuius nomine pignus obligatum *d.l.§.3. d. 21.§. vltim.* Nam quod in domino eſt non cogi rem ſuam iuſto pretio vendere, id in creditore non cogi pignus iuſtâ æſtimatione, quanti ſcilicet intereſt, diſtrahere, ne & contumacia reo impunis ſit, *Hortenſ.ad d.§.3.* Secus ſi contra ipſum debitorem, vbi non æſtimatio pluris, quàm quanti intereſt, ſeu debetur, *d.l.21.§. vltim.* vbi ratio diff. quam explicat *Hortenſ.ad d.l.16.§.6.* Faceſſant verò nouationes *Anton. Fabri 16.conie.15. & ſeqq.ac 18. err.prag.1.* qui & iuſſur. hoc hypothecariæ denegat & *dict.§. verſic. ſi verò dolo uſque ad fi.* pro Triboniani emblemate inepto venditat. In hypothecaria ait, nunquam neque æquitas rei ſuæ non vendendæ, (cum dominus non ſit creditor, nec pignus rei ſuæ conſiſtat) neque neceſſitas iuris quaſi ſine iureiur. res æſtimari nequeat, iuſſur. hoc expoſcit. Quia creditor indemnis ſeruatur, ſi conſequatur quod intereſt. Licet id aliter æſtimatur, vt eſt *l.21.§. vltim. de pign.* contra debitorem, ex quantitate ſcilicet debitâ, computatis ſumptibus in litem factis, pluris enim intereſſe nequit. Nec contumacia ſolâ æſtimatur ſine re propria, in qua quis reſtituenda contumax: Aliter contra poſſeſſorem alium, quanti res eſt. Nam quod plus eſt in rei pretio quàm in debito, reſtituit debitori creditor pignus vendiderit, *l.24 §.2. de pig.act.* ſiue lis per iudicem æſtimata, quia & hîc ſpecies venditionis. Pluris itaque intereſt contra poſſeſſorem, *d.§.vlt.* non propter iuſſur, in litem, ſed rem ipſam obligatam, vt quod in pretio eius excedit debitum, debitori pigneratitia agenti reſtituere poſſit. Cuius æſtimatio, quia res exſtat, quæ poſſidetur, fieri poteſt citra iuſſurandum. Deinde in *d.§.vlt.* non diſting. inter poſſeſſorem qui in culpa & qui in dolo, diſtingueretur autem ſi de iureiurando in litem ageretur. Denique ibi creditor conteſtatur litem ſuo nomine, ſed ſupra quantitatem debitam, quia creditor non eſt, habetur Procurator debitoris. E. *per l.7.h.t.* Hæc ſumma eſt obiectorum à Fabro. Qui & *d.c.15. ſub fin.* ineptam eſſe rationem *id.§.3. in verſic. Nam ſi tanti.* Quid enim, inquit, an nõ prodeſt in rem actio, etſi tantundem, non amplius quam perſonalis perſequatur, ſi debitor *inops*, ſi *alij ipſi creditores*, qui *ſi in perſonam* ageretur, ob prælationis iura quædam potiores eſſent, &c. † Sed hæc nimioperè nos non mouerant. Nam etſi *d.l.16.§.3.* non exſtaret, non aliud de hypothecaria nobis ſtatuendum foret, tum per *l.68. de R.V. in fin.* aquam æquè ſanè Triboniano adſcribit Faber, ſed nullo merito, tum per *l.5.pr. h.t.* vbi verba generalia hypothecariam quoque continent. Sed excipit Faber, ea ſic accipi debere, modò ob id act. in rem proponantur, ne dominus re ſua careat. Nam & bonæ fidei iudicia generaliter ibi dici, nec alia tamen denotari, quàm quibus reſtituitio rei ſuæ petituſ, vt *infra lit. F.* Verùm ſeipſum Faber fecit. Nam etſi hypothecat. intentans rem ſeu corpus ſuum non dicat, ius tamen in eo ſibi ſuum reale aſſerit, eiúſque quaſi dominium vindicat. Et æquitas rei ſuæ inuito non vendendæ hic, quoque locum habet, eáque ipſa *in d. §. 3. verſ. Nam ſi tanti*, ſignificatur, vt rectè *Hortenſ. ibid.* Neque ad caſus inopiæ aut concurſus creditorum accidentarios hîc reſpici debet. Quin ea mens eſt Iuriſconſulti, etiam cum ſoluendo debitor nec in ære multorum alieno, exitum alium eſſe debere actionis in rem, reo poſſeſſore contumace, quàm qui foret in act. in perſonam, debitore contumace. Dices ex *Fabro d.c.15. in fin.* Pignoris finis eſt ſecuritas crediti, non vt augeatur condemnatio. *Rz. ex l.1.h.t.* creſcit condemnatio ex cõtumacia non reſtituentis. Sicuti & dici poteſt dominium in id haberi, vt rem tenere eáque frui, &c. liceat. Quin meritò creditori iuſſur. hoc defertur, vt debitore pigneratitia agente, magis ipſi proſpectum ſit. Cum enim huic reddat, quod amplius debito conſecutus eſt, *d.l.21.§.vlt.* quod lucrum ex pignoris occaſione natum retineri nequeat, *54.de furt.arg.l.17.§.1. de R.V.* non eſt verendum facilè ne immodicè iuret, quippe cum ea res lucro ſuo, modò pigneratitia poſtea agat debitor, non ceſſura ſit. Quod ſi ſolum pignus, citra iuſſur. æſtimaretur quanti verè eſt, & ita quod in pretio excedit debitum præſtaretur creditori, quo iſtud deinde redderet debitori, cauſſari hic poſtea poſſet, rem minoris quàm ſit, æſtimatam eſſe, id ſibi fraudi eſſe non debere, cum alia vtique ſit ratio eius venditionis pignoris, ad quam multis ſolennitatibus præuiis perueniretur, alia huius, quæ ex litis æſtimatione inducitur. Nõ diſting. *d.§ vlt.* inter dolum & culpam. Sed generaliter dicit maiorem æſtimationem fieri aduerſus alios poſſeſſores. Et indiſtinctè ea maior alia tamen ex culpa, alia ex dolo, quod aliundè petendum, & textus vnus ex aliis ſupplendus. Poſtremum quod creditor (vel aliqua etiam ratione) hypothecariam intentando ſit Procurator debitoris, in eo quod pretium rei excedit creditum, falſum eſt, nec lege vlla probatur. Sophiſtica enim ratio Fabri, æquiuocatione ludens: in ſuperfluo eo creditor non eſt. Ergo Procurator. Non eſt creditor quoad obligationem perſonalem, eſt autem quoad ius pignoris reale, ipſi in tota ea re tributum. Piget plura. c Cõſent. *Coraſ.in l.5,hoc tit.num. 16. & Borch.h.titul.c.4.num. 25.* Vterque per *l.7.§.8. de Public.in rem.* Et *ant. Fab.16.coni. 16. & 20.* quia ad exemplum & in ſubſidium vindicationis inducta eóque colore datur, quaſi actor vſueperit. d Conſentit *Plotus §.24.num.5, Borch.d.c.4.n. 26.* idem ſtatuens in reſciſſoria & Pauliana. Quin & Seruiana ibid. *num.23.* De Fauiana idem tradit *Plot..d.§.24. num.7.* e *Duar, hoc tit. num.10. & 11.* ita reſtingens, cum ab eo intenditur, qui non aliter vindicare poteſt, vbi ſi vera litis æſtimatione ſoluta liberaretur reus æquè cogeretur actor ei rem ſuo pretio addicere, *& Coraſ.ad l.5.h.t.nu. 17. ac Ant.Fab.16.conject. 15.p. 347.* quod hoc iuſſur. numquam detur ad id tantum, quod intereſt, æſtimandum, ſi non præterea res aliqua præſtanda & æſtimanda ſit. Sed rectè Donel. Et ita indiſt. *Menoch.cap.207.nu.18. Borch.h.t.c.4.nu.34.* Iurandum verò hîc non quanti ex affectu æſtimetur res ipſa, quæ exhiberi petitur, ſed quanti æſtimet damnum, quod exhibitione negatâ oritur. f *Duar.ad hoc tit.num.21, & ſeqq. Coraſ.ad l.5.h.tit. n.18. & ſeq. Borch.h.t.c.4.n 69. & ſeqq. Ant.Fab.6.coni.17, ac 16.coni.15. & 17.err.prag.7.* g in contra Dd. veteres *Duar. hoc tit.n.21. & ſeq. & in poſteriorib.Com.c.3. Coraſ.ad leg.8. hoc tit.num.19. Borch. hoc tit.nu.70. Bronch.2.enant.32. Ant. Fab.17. err. prag. 9.* Quia nec in toto tractatu emptionum per tit. multos, vlla huius iuſſur. mentio, cum de iis act. quibus res ſua repetitur, ferè in ſpecie hoc proditum ſit. Et quia hic non de rei ſuæ repetitione, ſed ad traditionem alienæ agitur, ceſſat ratio deferendi, *quæ leg 8. hoc t, vt c ſeq. lit. E.* h Ad *d.l.5.§4. Duar. hoc tit.nu.25.* Sicuti cum dicitur in bonæ fidei actione ex morâ fructus & vſuras deberi, non hic ſenſus, quaſi nulla ſit actio bonæ fidei, in quo id non obtineat, ſed is, quod iudex, ſi æquum videatur, in id condemnare poſſit. Ita & hic ſubaudi: *Si quando æquitas ſuadeat*, quod tunc accidit, cum ad reſtitutionem agitur, aliàs dicendum foret in actionibus quoque ex vendito, quæ ad prætium datur, ſic iurari. Et *Coraſ.a.num.19. 32.* ſi perpetuum hoc, idem obtineret in act expermutatione, contra *l.5.§.1. de præſcript. verb. ibi: quanti intereſt, iunct. l.64.pr.de iudic.* & incommodato ac depoſito nummorum. Ac *vt Borc. dict.loc.numer.72. & Duar.dict.loc.* aliàs quoque in actionibus contrariis ita iuraretur. Aſt non iurati in illis probat, *leg.5.princ. Depoſ.* De quo *Coraſ.dict. loc.numer.18. & 6. miſc.7. & Borc.dict.cap.4.num.73. & ſeqq.* vbi docent, nunquam in contrariis huic iuriiurando locum eſſe, nec ſi fides rupta arguatur. Contrà *Plotus h.tr.§.20.num.1.* Mala autem illato ex *dict.leg.5.pr.* quia in empti iudicio de fide ruptâ agitur, ideo ſic iurari. Non ſanè quod fidem is demum rumpat, qui rem alienam, quam à domino habet, non reſtituit, nec is quoque qui non præſtat, quod promiſit (*vt Anton. Fab.17.err.prag.7.* malè & contra vim pariter verborum ac iuris textus, *l.6.Cod.de hered.vend.& ſimil.*) ſed quia collectio nulla. Perinde ac ſi ſit. Teſtamentum hoc non volet, quia ſeptem teſtes deſunt. Ergo quoties adſunt, valet, cum immò & alia ſint requiſita. Et ratio iſta *d.l.5.pr. Depoſ.* negat eſſe contumacem in contraria act. Non ideo vbicunque contumax quis iureiur. hoc coërcetur, *Duar. hoc tit.nu.25. & ſeqq.* i Quod *Duare.h.tit.numer.1. & 2.* admittit in his, ſi arbitrariæ ſint. Non enim idem eſſe in act. vi bon.rapt. & ſimilibus, (licet *Anton.Fab.17.err.prag.5.* in act. furti ita iuuari velit, vid. *not.j.c.10. lit.G.*) Et *Borch.c.4.num.34.* ac aliis citatis *Plotius §.22.numer.5.* in arbitrariis omnibus ſic iurari, per *l.68 in fin.de R.V.* Diſſ. *Ant.Fab.vt lit.ſeq.* k Quia etſi hic non res noſtra, ſed quæ fuit, reſtitui petatur, eadem tamen ratio vel maior, quia hic non tantùm contumacia, ſed & admiſſus ab initio dolus arguntur, *Duar.hoc tit.nun.ex.7.* Non neſcius ſum, quibus hoc impugnent *Ant. Fab.16.coni 18. & 18.err.prag. 6.* falſitatis & ineptitudinis arguens *dict. leg. 18. pr.vt & Caſp.Schiſordegher.lib.1.ad Ant. Fab.tract.25.q.6.* Nec deeſſent, quæ illis reponerem, ſed loci auguſtia non ſinit. Vide ſi modo *Inſt. Meier.endox.Inſtitm.decade 2. q.5.*

Sicuti

Sicuti & *A.Fab.16.coni.10. & 18.err.pragm.7.* in interdictis nunquam in litem iurari contra *d.l.65. in fin.* quam pari audacia damnat, vti & *l.15.§.9. Quod vi aut clam.*

CAPVT IX.

Cauſſæ huius referendi.

CAVSSAM HVIC DANT AB VNA PARTE SOLVS DOLVS *l.5.§.3.h.* QVI DVPLEX: PRÆSENS, qui poteſt reſtituere, non paret, qui propriè
a contumacia, *l.1.l.2.§.1.l.8.h.* ET PRAETERITVS, cum ipſe fecit, quo minus poſſideret, *leg.68. de R.V.l.*
b *16.§.3. de pign.l.25.§.10. de petit.hered.* b quia pro poſſore eſt, qui dolo deſiit poſſidere, vt ſupr. *lib.20.c.3. lit.I.* NON CVLPA, *d.l.5.§.3.* Hanc enim (ſic legendum *d.§.3.* c non: *hæc enim.* Sola enim culpa à iudice æſtimatur, *l.4.§.vlt.h.* non dolus *l.8.h.t.*) iudex
c æſtimat, ita ſcilicet vt damni ſolùm culpâ dati ratio ne habitâ quanti res eſt vel intereſt, condemnetur, *d. l.68.* ſcilicet LEVIS, non lata, ob quam item iuratur,
d *l.c.h.t.* vt rectè Fulgoſ. contra Accurſ. & Dd. vulgò. d Nam nec aliàs hæc verba *ſolus dolus*, latam culpam excludunt, vid. ſupr. *lib.16.c.7.lit. V.* AB ALTERA AFFECTIO ACTORIS. Quia iniquum cogi inuitum re ſuâ carere, ſuóque pretio alteri vendere, *l.7. Rer.*
e *amotar.* Et hæ duæ cauſſæ *in l.8.h.t.* e Quare huic locus iis ſolùm rebus, *in quas cadit affectio.* Non quarum certa æſtimatio, vt res fungibiles, vinum, frumen-
f tum, nummi *l.3.h.t.* f Vnus enim aureus ſolaris ex, gr. ab alio vtilitate & commoditate nil diſtat. Secus eſt in rebus, quæ ſuâ ſpecie non quáttaite æſtimantur. Niſi conuenerit illa certo die reddi. Vbi non de nummis, ex. gr. iuratur, ſed de eo, quod intereſt, ſuâ die redditos fuiſſe. In quo computátur damna quæcunque etiam extra rem, ſi inde in pœnam incidit
g actor, aut pignora diſtracta, *d.l.3.* g *& l.2.§.vlt.de eo quod cert. loc.* vid. dicta ad *l.8.pr. de eo quod cert.loc.* Denique hîc notandum, non quia lis per iuſſur. creſcere poteſt, ideo rem petitam pluris æſtimandum, quam
h verè eſt, *l.1.hoc tit.* h Cui vſui hæc? Sanè cũ principaliter de re æſtimandâ, in his iudiciis, agitur, locus quæſtioni nullus. Eſt verò in his ipſis ob alias cauſſas incidentes. Veluti ſi iudicis iuriſd. ad certam ſummam, ex. gr. 500. aureorũ, reſtricta, Petitur fundus verè non pluris, ſed in plus iuratur. Quæritur an ea res excedat poteſtatem iudicis. Neg. *ex d.l.1.* Sic in cautione iudicio ſiſti, cum locuples fideiuſſor dandus, facultates eius verò æſtimandæ, non quanti res ſuas eſſe antea fortè iudicio iurauit. Facit Epigraphe *d.l.1. iunct.l.13. de iuriſdict.l.59. de iudic.l.55. de re iud.leg.37. de R.I. quæ ex eodem libro.*

NOTATA.

a *l.18. de dolo leg.8.§.1. iunct.l.10. Rer.amotar.l.3.2. ad exh.* Neque hic requiritur difficultas probationis *h.tr.§.22.num.*
b *1. & §.27.num.2.* b *Borch.hoc tit.cap.5.num. 3. Charond.3. veriſim.8.* ob dolum ante acceptum iudicium commiſſum in reſtituendo non iurari, ſed poſt ſuſceptam cauſſam, ſi aut contumaciter reluctatus cum poſſet reſtituere, aut dolo fecerit, ne poſſet, add. *Plot.h.tr.§.14. num.1. & §.25.numer.3. &* 4. † Cæterùm *Anton.Fab.17.err.prag.6.* reprehendit putantes iuſiurand. in litem in bonæ fidei iudiciis tantum naſci ex dolo amiſſo in iudicati exſecutione. Nam *in leg.3. §.2. Commod.* haberur *rei iudicandæ*, id eſt, quo res condemnationem deducitur, non *iudicatæ.* Et quid ſi res commodata, ex. gr. ante rem iudicatam dolo malo rei præſtari poſſe deſiit, ad quid feretur, ait, ſententia niſi ad æſtimationem. Quæ autem alia æſtimatio, niſi hæc, &c. † Dolus autem Rei proprius requiritur. Aliud ſi pupillus conueniatur ex dolo tutoris, per *leg.11. Cod. Quand. ex fact.tut. vel Cur. Beuſt. ad rubr. de iureiur. numer.151.* Aliud ſi heres ex dolo defuncti, cum quo lis nondum conteſtata eſt, *leg.1. leg.2. leg.4. C.h.t. vid. Coraſ.ad l.5. D.h.t. numer.28.* vbi quadripartitam diſtinctionem refert *Borch.h.tr.cap.5.* Duobus caſibus contra heredem hoc præſtari notat. *Monter.deciſ.11. numer.7. Vueſemb. conſ.13. numer.15.* Verus item non præſumptus, vt *Io. Bapt. Plot.h.tr.§.49.nu.30.* Sed contra *Duar. h.t.numer.35.* vid. diſtinct. *Bargalij 2. de dolo 3. numer.1.* c Ita *Forner.ad l.223. de v.S.* † *Duar.h.t.numer.35.* legit *hic etiam ex iuſtinianeis*, vt ſenſus ſit, ob culpam à iudice ſit æſtimatio. In manuſcripto quodam legi. *h. enim iudex &c.* in alio *hoc enim, &c.* ſicuti & habet editio Parienſis de anno 1527.
d Conſent. *Coraſ.ad li.h.t. numer. 27. fol. 628.* & 4. *miſc.2.* d *n.11. Duar.ad h.numer.33. & ſeqq. Buſſeus ad l.4.§. vltim.h. titul. Bron. 2. enant. 30. Borch.h.tr. cap.5. numer.5. & ſeqq.* Quia & vbi de pœna, modò pecuniaria ſit, agitur, diſpoſitio dolum puniens, latam culpam complectitur, etiam adiuncta taxatiua, *l.1.ſi ſe quis teſt.lib. Duar. & Bron.ibi.loc.* Et culpæ *v. in l.4. §. vltim.* leuem ſimuit, non latam, vti & aliàs *Coraſ.ibi.loc. & Borch.num.9.* Diſſ. poſt alios *Schrad. de feud p.10. ſect.4.num.285. Beuſt. in rubr. de iureiur. numer.131. Plot.h.tr.§.4. numer.36. & §.48. nu.16. & Pac.3. enant.qu.90.* Volentes ſpeciale eſſe, *dict. leg.2. Cod. hoc tit.* in actione tutelæ, vt ex lata culpa iuretur, fauóre pupilli. Quò facere videtur, quod *tit. hic C. de in lit. iur.* in materia tutelæ poſtus, nec alios caſus continet. Eóque forte oſtenditur, quod illic tractetur non de alio iurei, quàm in cauſſis tutelæ delato. vid. de hac quæſtione *Bargal. lib.5. de dolo cap.2. num. 35. & ſeqq. & lib.6. regulâ 8.* e Generale eſt, vt in venditione pretium arbitrio domini ſtatuatur. Affectioni itaque indulgeri hic non iniquum, *Duaren.h.t.numer.8.* quæ ſæpè in rebus vilioribus, vt canibus, equis, immodica conſpicitur. Qui itaque modus in his rebus cupiditatis idem æſtimationis eſſe ſoleat. Exempla eſt fictilis Epicteti lucerna, quæ Luciano teſte, tribus drachmarum millibus æſtimata eſt, *P. Vanderan. de priuil. credit cap.12.* f Finis iuriſiurandi, vt dominus pretium rei ſuæ ſtatuat. Ad eas itaque res pertinet, quarum pretia incerta, quæ ſecundum tempora variant. Earum enim rerum, quæ in mercis numero æſtimatio mutabilis, quæ ſit pecunia. Nummi autem merce non æſtimantur. *l.ſi ita 42. de fideiuſſ. Duar.h.t.numer.4. & 5.* Videntur que iidem nummi reddi, etſi alia copora, modò eiuſdem generis & bonitatis, cum æſtimatio non ſit pro hominum arbitrio varia, neque ita cogatur aliud pro alio accipere, *Ant. Faber 17.err. prag.9.* (Exceptio tamen ſtatuenda ex notatis §. *lib.10.cap. 3.lit.F.*) Idem ferè de vaſe argenteo iudicatum refert *Ant. Fab.C. ſuo h.t.definit.* Eadem ratio librorũ eiuſdem editionis, vid. *Beuſt.ad Rub.D.h.t.num.149. vbi numer.152.* ceſſare docet hoc iuſſur. vbi res venalis habita. De quo tamen ex rei qualitate variè ſtatuendum puto, tametſi *Coraſ.6.miſc. 3.* rationem eam, quòd in nummos non cadat affectio, repudieri. g Hic quoque cum manibus Triboniani luctatur *Anton.Fab.17.err.prag.9.* eidem *d.l.3.verſ. Niſi fortè de eo,* totum ceu multis modis ineptum, adſcribens. Mouentur, quod ex ratione, quæ in *d.verſ.* tantùm ſequatur, præſtari debere id quod intereſt, quod alioqui ratione nummorum non debetur. Quanti intereſt in ea ſpecie, ſciri facilè citra iuſſur. poteſt, quantum ſcil. fuerit in pœna, quanti pignus diſtractum. Semper, ait, verum manet ratione minorum non intereſſe hæc an alia corpora reddãtur, ideoq; iureiur, huic locus nullus. Nam quod *Accurſ.* iurari hic, ſed non in litem præcedd. vti & ſeries ac contextus refellunt. Nec audiendus *Bart. & ſequaces*, qui ibi eſſe iuramentum veritatis, *vt l.5.§. vlt.h.t.* Nam & id cõmentitum, vid. *not.c.ſeq.lib.B. & §.vlt.* ſine delatione iuramenti res nullo modo æſtimari poteſt, quod hic non accidit. 2. Per verba: *Suâ die.* Inaudita hæc cõuentio in depoſito, vt certa die reddatur. Abſurdéq; *Accurſ.* hoc extendit ad nummos creditos, qui mutuũ eſt ſtricti iuris, itaque iuſſur. in litem non recipit. Falſus aut ẽ in eo Tribonianus, iudicio Fabri, † quod putauit ideo non dari iuſſur. in litẽ in depoſito nummorum, quia nihil interſit, vnde collegit locum ei eſſe, quando intereſt. Quæ ratio falſa. Neque enim iuratur, quoties intereſt, quin immò quando id quod intereſt præſtari dicitur, iuſi. hoc excluditur. Hæc ſumma impetitionum Fabri, breuibus concepta. Quibus æquè breuib. nunc occurremus. Vnde quæſo, vt hinc incipiã, obiecta anſa erroris Triboniani, nõne is omnibus antiquorũ Ictorum monumentis, &c. Quænam illi voluptas ex tanta, cuius imitatur, reſponſorum veterum Prudentum corruptione ac peruerſione iuris rationis. Quidquamne verò in *d.verſ. Niſi fortè*, iuris rationi repugnans. Immo cõgruentius nihil. Non ſequitur: Aliunde liquere poteſt, quantum intereſt.

A. Fabri rationes. Commellitur.

Itaque in litem non iuratur. Fat eor iusiur. hoc non deferri toties quoties interest, largior quãdo absolutè, sine adiecto, dicitur id quod interest, præstari iusiur. hoc excludi. Num ideò non simul verè & realiter interesse potest, quoties hoc iusiur. admittitur. Et num quoties sciri potest aliunde, quantum verè interfit, iusiur. hoc non defertur. Num ratio *d. vers.* ad interesse solùm verum & pecuniarium concludit, num in hac specie affectioni locus nullus? Est, immò opinor. Quidni enim vir probus maioris æstimet opinionis aliquam, & fidei non modicam imminutionem, quæ exinde secuta est, quod fidem conuentionis suæ alteri præstare non potuit. Adhæc si pignus distractum, quod luere propter moram depositarij non potuit, nunquid & hîc rem suam inuitus, & nec iusto pretio quidem, sed, vt plerunque in pignorum venditionibus euenit, minoris vendere coactus, quam retinuisset, ni moram depositarius fecisset, Quid igitur vetat, immò quid non summopere poscit, affectionis erga rem istam pigneratam & distractam rationem haberi. Et affectionis hoc iusiur. verè statuemus, non veritatis. Quod Dd. plerique affectionis extra rem vocant, *vt not. 3. c. 6. lit. D.* Æquius certè est hoc casu religioni fidei deponentis committi, quanti sua interesse putet (in quo & aliqua ratio affectionis erga rem pigneratam amissam, item ratio eius habebitur, quanti æstimet fidem seruari à se & cõuentioni suæ stari potuisse) quàm eundem ex aduersarij culpa, sine vlla sua, oneri difficilis probationis adstringere, cuius defectu sæpè id quod interest ad exilem summam redigitur, *l. vltim. de stip. Prator.* De nihilo quoque quod ex verbis *suâ die*, elicit Faber. Nam 1. non necessariò arguunt conuentionis legem adiectam sed recusationem dolosam depositarij eo tempore, quo repetebat deponens, restituere nolentis. *Suâ die*, id est, qua illum nummos habere oportuit, vt soluere suis creditoribus, 2. Non inauditũ diem depositi redditioni dici, immò exempla *l. 1. §. 45. & seqq. D. Depositi.* Sed hoc dispositum ibid. quod etsi dictus sit, ante eum repeti possit. Quare & hic potest dici certam diẽ dixisse deponentem, eam nempe qua à se pecunia suis creditoribus soluenda, cum interim non haberet, vbi ipse reconderet. Falsò Faber non posse diem adiici depositi: Potest immò, sed adiectus creditur in fauorem deponentis non depositarij, qui nullum lucrum ex depositi officio captare potest aut debet. Et propterea illi pœnitere licet, ac citeriore die, modò non intempestiuè, repetere. Hæc autem dicti adiectio efficit, ne ante lapsum eius depositurus restituere possit nolenti, qui citrà eam conuentionem, quouis tempore restituẽs liberaretur, *Vvesenbec. Var. de Depos n. 5.* Deniq; Faber ipse à se dissentire videtur *16. coni. 1. pag. mihi 273.* h Vbi verò expungit *Ant. Fab. coni. 17.* q. aliàs falsa sententia. Crescere potest, inquit, condemnatio per iusi. in litem ex contumacia. Sed non ideo dicendum plures esse rem quæ in iudicium deducta, ac cuius nomine iuratur. Et contraria sunt, rem non fieri pluris, & rem tamen æstimari vltra pretium, nec dicendum esse vltra pretium *rei*, sed suum. Sed hæ inanes argutiæ. Nec animaduertit Faber, se dum ἀκυρολογίαν, quam putat vitare vult, in grauiorem incidere. Æstimari contumacia, pro coërceri, puniri, aut seusu eo, quem si correcta lectio posceret, vbi vspiam legitur? Licet facilè largior aptè dici æstimare contumaciam ex suis requisitis, &c. item dolum æstimari ex eo, quod in litem iuratur, vt *l. 64. de iudic.* Rem æstimari quanti in litem iuratur, rectè dicitur, *l. 8. Rer. amotar.* Et vltra igitur rei pretiũ. Nec cum eo pugnat, quod res nõ fiat pluris. Distinguendum enim id quod in re est, ab eo quod in re est, ab eo quod in fictione aut opinione (non communi, ne quis obiiciat verbum *opinamur d. l. 1.* sed) singulari. Nam cum & res ab iniquis taxatoribus minoris æstimatur, ideo minoris non fit, nec communiter minoris eam esse opinamur, ad effectus eos, de quibus hic Donellus aut similes.

a b c h

CAPVT X.

Iusiurandum in litem veritatis.

POSTERIVS IVSIVRANDVM VERITATIS, de vera æstimatione quanti ea res vel quanti verè interfit. a Nã qui hoc non agnoscunt, b eos refellit *l. 2. §. 1. l. 3.* & maximè *l. 5. §. vlt. hoc tit.* c Nam *in d. §. vlt.* 1. iuratur in litem ob moram, & ita ob culpam, *leg. 91. §. 3. de V. O.* Ar priori iuriiur. non est locus in culpa, *§. præced. & l. 4. §. vlt.* Ergo necesse est aliud genus hoc sit iurisiur. in litem. 2. in actionibus strictis. 3. Solùm ge peremptæ. Priori vero præcipuè locus re exstante, & per contumaciam non restituta. Et vt illud magis voluntarium, ita hoc magis necessarium, *d. §. vlt. v. iurandum est.* Re enim peremptæ nisi iudex deferat hoc iusi. res actori salua esse nequit. Illic potest, sed contumacia punitur, *l. h. t.* DVÆ RES HOC INDVCVNT, d MORA, *dict. §. vlt.* VEL ALIA CVLPA. Nam in *d. §. vlt.* vocula *veluti* exempli causla moram poni arguit, quia perpetuat obligationem, vt suo loc. Ante verò perẽpta re liberatur debitor, *s. lib. 16. c. 1.* ET INTERITVS si *d. §. vlt.* vbi exemplum mortis refertur, *& l. 6. h. t.* vbi vocula *aliàs* non potest referri nisi ad conditiones prius comprehensas, *aliàs* id est, extra cõditiones. in *d. §. vlt.* relatas. Ratio *d. §. vlt.* quia *sine dilatione*, (sic lege e non *relatione*, vt in Florent. Quĩ enim referre dicatur iudex, cui nemo defert) iurisiur. iudex rem, quæ non exstat, æstimare nequit, scilicet iure & ex officio sine iniuria vel actoris, si probario ei iniungeretur, quanti res fuerit, antequàm periret, quæ difficilis & propè nulla, cum nec instrumenta de rei æstimatione confici soleant, nec testes repertu faciles, qui rẽ, dum extarent, curiosiùs quanti esset, obseruauerint vel meminerint. Iniquum autẽ culpam rei actori nocere. Vel Rei, si nudæ assertioni & æstimationi iniuratæ actoris fides haberetur, cum genere ipso iniquũ sit, quem in causla sua iudicem fieri. Idem est in deterioratione, quia res eatenus periit, & non exstat, & arg. *l. 76. de R. V.* CVI LOCVS ET IN STRICTIS IVDICIIS, *d. §. vl.* ET multò magis INBONÆ FIDEI ET ARBITRARIIS, in quibus & æquitatis eadem ratio, & natura actionum plenior, quod & v. *& d. §. vlt.* innuit. f Hoc proprium strictis iudiciis, quod in his re f extante, nunquam in litem iuratur, contrà in illis, *vt c. præced.* Stricti iuris hic accipienda, etsi ex delicto, vt condictio furtiua, actio furti. Tamesi verò in vtraque act. ita iuretur, tamen de posteriore solâ exaudienda, *l. 9. hoc tit.* g Nam in condict. furtiua æstimatio eius g tẽporis, non quo furtum factum, sed quo res vnquam plurimi fuit, *l. 8. §. 1. de condict. furt.* R. diff. in conditione res petitur, quæ quia omnibus temporibus debetur, ex omnibus æstimanda pro commodo petitoris. In actione furt. petitur pœna æstimanda ex tempore admissi. Facit *l. 10. de furt.* In litẽ tamen hîc non minus iuratur re perempta. Quia aliàs intelligi non posset simplum, quod duplãdum vel quadruplandũ est. h h

NOTATA.

a Super iusto rei valore, omni affectione sepositа, *Menoch. arb. c. 208. n. 2.* De diff. inter hæc, quanti ea res & quanti interest, vid. *Gæd. ad leg. 79. de V. S.* b *Duar. ad hoc tit. in priori & posteriori. Com.* nullam distinctionem iuramenti veritatis & affectionis agnoscit, etsi disertis verbis non reprobet, sed in *poster. cap. 3.* statuit, si dolo aut contumacia Rei difficilis reddita æstimatio, vt aliter probari nequeat, nullam esse distinctionem actionum, *l. 5. §. vlt. h. t.* alias non deferri, nisi in certis casibus, *l. 5. pr. h. t.* † *A. Massa Galef. tr. de iudiciis bonæ fidei, n. 9.* cum causlæ iurisiur. in litem deferendi sit difficultas æstimationis per iudicem, coniuncta dolosa mora, id non esse iudiciorum bonæ fidei præcipuum, magis quam aliorum, vbi ex facti qualitate subsit causla deferendi iurisi. Denique *A. Fab. 16. coni. 1 & 13. ac 17. er. prag. 6. 8. & 10.* hoc iusiur. veritatis ita ferè impugnat. Dist. hæc ICtis ignota, omnéque in litem iusiur. est affectionis, siue certa res, quæ debetur æstimanda siue quod interest actoris. Diff. hæc solùm inter bonæ fidei & stricta iudicia, quod in illis iurare concediIMPUGNATIO A. FABRI.
tur, etiã cum citra hoc res æstimari posset, ex æquitate iudicij, ne per dolum aduersarij qui re sua carere ac vendere iusto pretio cogatur; in his verò ex necessitate eo vno casu quo alio modo res æstimari nequit, cum nempe res post moram (ante tamen litẽ contestatam, vid. not. j, *lit. D.*) perempta. Vbi cum obligatio perpetuetur, res autem præstari nequeat, æstimatio facienda. Ea autem præsens debetur temporis, quo iudicium acceptum. Quod probatur tum, quia alias falsa ratio ICti in *dict. §. vlt.* quia æstimare *non potest*. Res enim peremptа

peremta, inspecto eo tempore, quo exstabat, æstimari potest. Tum quia fictione iuris res habetur pro exstante. Ac si exstaret, talis deberet præstari, qualis quantique esset, cum peteretur. Ergo & nunc præsens æstimatio, nec contentus esse debet actor æstimatione, quæ fuit tempore moræ, quia potuit pluris nunc esse, si peremta non fuisset. Præsens itaque æstimatio cum eius rei, quæ nulla est, nec officio iudicis nec boni viri arbitrio constitui possit, inde eam iuriiturando actoris committi oportet. Necessitatis itaque hoc iuramentum potius dici debet quàm veritatis; quia non pœna contumaciæ huc adigit, sed necessitas, non difficultatis probationis, vt Dd. vulgò, sed mera impossibilitas, quando sine delatione huius iurisiurandi res nullo modo æstimari potest. Neque huîc dat causlam dolus, sed mora *d. l. 5. §. vlt.* (quæ non modo sine dolo, sed & sine culpâ esse potest) & interitus. Mora facit, vt res peremta adhuc debeatur, ac si exstaret, non autem vt præstari possit, quia præstatio est facti. In qua fictioni nõ locus est *l. 12. §. 2. de captiu. & postlim.* Quia itaque vi moræ res exstare fingitur, peremtæ rei præsens æstimatio debetur, & inde iurandi necessitas. Lices Strichus ex gr. mortuus, præstãda tamen eius æstimatio, *l. 91. §. 3. & vlt. de V. O. l. 81. l. 23. de constit. pec.* & quidem præsens tempore quo agitur, non moræ aut mortis. Quin & quod æstimatio non debeat referri ad tempus præteritum, quo res exstitit, vt Bart. & alij, vel hinc patet, quia sic nulla non modò impossibilitas esset probandæ æstimationis, sed nec difficultas. Facile enim est dicere quanti res fuerit, quæ nunc non exstat, quæ etsi exstaret, non ideò facilior foret præteriti temporis æstimatio. Sic in act. *l. Aquilia* vbi æstimatio fit retro, quanti res eo anno plurimi, *l. 21. ad l. Aq.* non iuratur in litem, quia pugnant condemnari quanti plurimi & quanti in litem iuratur. Quocirca cùm iurisiur. delatio hic necessaria sit, consequens est etiam affectionis indulgeri, quia non nisi ex iurantis affectione æstimationem habere potest res ea, quæ reuerà, cum non sit, nullam habet. Sola itaque hic causla necessitas vel impossibilitas probãdi. Mora autem ideò exigitur, vt res deberi persistat. Quod si citra eam obligatio manere possit, ne illa quidem esset necessaria. Denique cum res æstimatur iureiurando in lite, inepte quæritur cuius temporis ratio habenda sit, cum æstimatio fiat ex affectione iurantis. Nec obstat *L. 9. h. t.* verbis: cum furtum factum sit. Nam ꝛc. id ibi ideò quia pœna furti (quæ cum propter delictum infligatur, ad tempus delicti referenda) dupli vel quadrupli constituitur ratione simpli. Etsi autem iuratur agens furti rem fuisse pluris quàm fuit, non idcirco minus valebit iusiur. nec audietur fur probaturus rem minoris fuisse. Hæc summa eorum quæ à *Fabro dd. loc.* fusius probata. Sed opinatio ista, vt ab illo exordiar, æquitatẽ perspicuè deficitur. Quid enim durius & inhumanius, quàm eum qui nullius doli reus, immò etiam aliquando culpæ omnis exsors, (si verum, vt ipse quidem Faber ponit, quod culpâ carere possit mora, quod hîc non disputo, propter rei interitum fatalem, vt est species, *d. l. 5. §. vlt.* tanta pœna plecti, vt in actoris arbitrio sit in infinitum illius rei pretium, suamque ad rem affectionem æstimare. Immò an non abunde sufficit actori, si æstimationem veram consequitur, cui si citra moram res tradita fuisset, facilè ipse quoque perire potuisset. An non satis punitur mora, si æstimationem præstare cogitur, re insuper perditâ. Quam si præstitisset sua die omni se obligatione exoluisset, nec postea interitum rei præstaret. Quin immò vel ex eo constat affectioni hîc indulgeri non posse, quia interitus rei post moram liberat motosum, si constet rem æquè perituram fuisse creditori, vt suo loco. Nec alia ratione res deberi persistit ac exstare fingitur, quàm quia acceptam creditor distrahere ac ita res ipsi non perire potuit. Quare cum quis rem peremtam iudicio persequitur, ea ratione nititur, quod res sibi non æquè fuerit peritura. Vnde apparet affectionem eius singularem ac peculiarem ad rem spectari non posse, sed cõmune potius ac formale pretium. Quæ enim affectio vltra rei pretium, in rem quam acceptam ipse venalem habiturus. Nam si dixerit actor se Stichum, ex. gr. qui mortuus est post moram, amasse, vel fundum, qui inundatione aut chasmate periit, vid. *l. 47. §. vlt. de leg. 1.* ob certas causlas maioris ex affectione æstimare, quàm alius; eò ipso ostendet se Stichum vt fundum eum non retenturum, ideoque ipsi certò periturum fuisse. Quæ professio non tantum iusiur. in litem affectionis excludit, sed immò veræ etiam ac iustæ æstimationis petitionem. Atque his cum fulcrum sententiæ Fabrianæ subuertatur, reliqua per se corruũt, quibus qui hæc menti infixerit leui negocio occurret. Non potest solum, sed debet hic æstimatio referri ad tempus quo res exstitit, atque ita necesse est. Ponamus (ne litem liti implicemus) quod controuerti alias potest & solet, in strictis iudiciis quoad æstimationem litis contestatæ tempus spectari, sed supponendi erunt termini habiles, subaudiendumque vt alias semper, si modo possit, si ratio alia iuris vel naturæ non obsistat. Sicuti hic natura impedit spectari valorem rei tempore quo non exstat. Dicit Faber ex hac ipsa necessitate & aliàs æstimandi impossibilitate recurri ad iusiur. hoc affectionis. Retorqueo. In hoc iuretur, fit æstimatio, si non rei ex affectione quod dicitur *l. 1. h. t.* sed impugnat Faber vocula *ex* delata; vid. *c. præced. lit. E.*) saltem (dicente id Fabro) affectionis ad rem. Et fingitur, postquam iurarum est vel tanti rem fuisse vel tanti interesse partim peculiaritet partim ex affectione quanti iuratur. Non igitur ratio temporis habenda quo res non exstat, nec affectio alio tempore considerari potest, quàm quo res adhuc fuit. Quis enim afficiatur erga rem quæ non est; qui, sodes, iurari potest in litem ex affectione præsenti. Nam immò etsi de præterita affectione obiiciat aliquid aduersario, non tam illi quam sibi suæque intẽtioni aduersatur per 3. dict. Quod si dixerit se distractorum fuisse rem acceptam, nõne inde efficitur contentum esse debere, si id pretium accipiãt, quod ab alio emptore accepturus. Nõnne in hoc satis superque indulgetur actori, quod debeat eum non oporret, quanti potuerit res venire; sed eius assertioni, iuratæ licet, in causla sua fides habetur. Ex his liquidò iam apparet, tantùm abesse, vt re fataliter perempta confugere necesse sit ad iusiur. affectionis, vt nec alij quàm veritatis iuram. locus esse possit; etiam in bonæ fid. iudiciis, etsi maximè dolosa mora fuerit, de quo j. *littera F.* Nihil obst. verba *non potest. d. l. 5. §. vlt.* Nam Resp. patet ex iis quæ *Don. vt in medio h. c.* ibi Ratio *d. §. vl.* & quæ etiã conuincunt falsum esse, quod Faber vult æstimationem præteritam rei peremptæ perinde sciri posse ac si exstaret. Nam immò hoc casu ex collatione cum aliis rebus eiusdem & speciei & bonitatis, quæ eo tempore de quo quæritur venditæ, scitu facilius, quanti & hæc venire potuerit. Peremptа ea etsi de specie ex. gr. equo, seruo, certi simus, non ita facilè de qualitate & bonitate, vt Donell. hic, cum equus & seruus alius 10. alius 100. floren. venire possit. Necessitatis hoc iusiur. dici posse non difficor, in quo nec Donell. repugnat. Non minus tamen verum est, aptè veritatis dici, quin ita melius constat oppositio alterius speciei. Hoc nego absolutam impossibilitatem probandi æstimationem requiri. Quidni enim summa difficultas efficiat, vt necessarium hoc videatur, sine quo nempe, probatione defecti, plerique actores commodo litis excideret reis impune moram laturis. Nõnne hand absimili ratione Necessarium iusiur, dicitur quod vulgò suppletorium de quo *lib. 24. cap. 19.* Denique ex iis quæ Donell. *hîc* profligitur Fabri opinio & omninò ex *l. 9. h. t.* verbis *tanti rem fuisse* non dicitur *se habuisse ex affectione, &c.* Malè itaque Faber non audiri probationem contrariam. Contra, vid. *c. seq. litt. L. M.* c Quod ex iisd. *ll.* confirmat, *Borch. h. t. c. 2. num. 2.* c Attamen in specie *l. 3. h. t.* puto affectionis iuram. præstari, si alia eius requisita concurrant, vid. *not. c. præced. litter. G.* d d Vulgò Dd. duo requirunt. 1. Dolum præteritum (cum iusiur. affect. ferè præsertur ob dolum præsentem) 2. Difficultatem probationis, *Menoch. arb. c. 208. Io. Bapt. Plot. h. tr. §. 4. n. 20. & §. 26. n. 1.* & refert *A. Fab. 16. coni. 23.* Vnde & huc refertur iurisiur. Zenonianum *l. 9. C. Vnde vi Meno. d. lo. n. 3. & seqq.* item quod præstatur contra tutorem vel administratorem qui non confecit librum rationum, *Plot. d. §. 4. nu. 85. & §. 9. n. 28. Meno. d. lo. num. 16. & seqq. Munnoz deration. c. 9. n. 26. & seqq.* contra fiduciarium heredem, & vsufructuarium omnium bonorum inuentario non confecto *Plot. §. 26.* Quin *Duaren. h. t. n. 52.* quoties de eo quod interest quæritur cuius probatio difficilis, *l. vlt. de præt. stipul.* hoc iusiur. deferri putat. Sed ita vt *Dõn. hic. Borch. h. t. c. 2. n. 2. & 3. & c. 5. nu. 14.* vbi & ob leuem culpam iusiur. veritatis præstari, quia eius species sit mora. Neque aliud puto mota post iud. acceptum commissa. Tametsi Dd. vulgò qui docent ex dolo quandocunque etiam ante sententiam commisso, si iuncta sit difficultas probationis iusiur. hoc deferri insectetur *Anton. Fab. 17. err. pr. 6.* Namque, ait, si post iudicium acceptum res peremta, citra iusiur. hoc iudex æstimare potest rem perditam, inspecto (scil. tempore litis contestationis. Siquidem etsi exstaret non alius temporis, quàm quo lis cõtestata est, çstimatio deberetur, quę sciri petinde potest re peremta *l. pen. de cond tritic.* Nec etiã difficultas quãcunque; sine tamẽ impossibilitate iuriiu. huic in strictis iudiciis locũ dat, nisi forte in vnicâ specie, *l. 9. C. Vnde vi* odio violenti possessoris. Vbi tamẽ nouũ iurisi. genus à Zenone inducitur, nõ *de*

Confutatur.

æstimatione rei debitæ, sed probanda quantitate rerum per vim subreptarum. Sed ad hoc facilis. Resp. ex *not. c. præced. lit. B. vers. Ponamus ne litem &c.* Spectetur, sane, esto, eius temporis æstimatio. Ast si res periit antequam æstimaretur, maior ratio deferendi huius iurisiur. actori quàm difficilè eiusdem probationem ex mora Rei iniungendi, &c. e Quomodo & legit *A. Fab. lib. 16. Coniect. & dec. ad. 18. err. prag. passim* nulla mentione correctionis. Et ita in editione Parisiens. an. 1527. & aliis. f ita & *Bore. h. t. c. 4. n. 80.* † Plane *A. Fab.* sicuti in strictis ex mora iusiur. affectionis admittit, vt *s. lit. B.* ita ex eadem in iudiciis bonæ fid. *16. Coni. 13. & tr. err. prag. 6. ac 10.* si res ante lit. contest. periit. Nam hoc arguit, commune omnium iudicior. tempus lit. contest. spectari ex ipsis. iuris ratione, licet in bon. fid. iudiciis id non spectetur præcisè, si vel moræ vel condemnationis tempore res pluris fuerit. Quare cum potuerit æstimatio augeri vsque ad tẽp. rei iudicandæ, & per moram factum ne cresceret, non debet illa efficere quò minùs præsens æstimatio debeatur. Qualis autem sit re peremta non magis à iudice ab his, quam in strictis iudic. cõstitui potest. Verum omninò puto, nec in bonæ fidei iudiciis alij quàm veritatis iurisiur. locum esse, quoties res casu fatali periit, etsi dolo Rei factũ ne citiùs restitueretur. Quippe nec hic affectio spectari facilè potest, cum si certum foret rem ipsi actori quoque perituram, ne veram quidem is æstimationem consequeretur, *l. 14. §. vl. Depos. & similib.* g *Borch. h. t. cap. 4. n. 78. Gœd. ad l. 192. de V. S. A. Fab. 17. err. prag. 5.* Qui in eo errare videtur, quod *d. l. 9.* de iureiur. affectionis accipit & ideo ad condict. furtiuam non pertinere, quia in hac illi iurisiur. non locus sit, nisi eo casu quo res post moram perijt. Confer. s. *ex Fab. lit. B.* Nunquid igitur in act. furti pœnali indict. ex affectu iurabitur. Id consequens equidem. Verum qui vel *l. 5. pr.* vel iuris rationi conueniat, non video. Ne dicas & hic rationi locum esse, ne cogatur dominus re sua carere, ac iusto pretio eandem vendere, vt *A. Fab. d. lo.* Nam ei immò magis locus in condict. furtiua quæ veluti ex causa dominij datur, & actio furti sæpissimè datur non domino cuius quoquo modo vel ratione interest. Denique quadruplari verum pretium deserte docet, *l. 50. pr. de furt.* quæ perspicuè Fabrum refellit. Alij de conditione furtiua, *d. l. 9.* accipiunt vt citati s. *lib. 21. c. 3. lit. P.* De vtraque accipi poterit si spectetur principalis ibi quæstio non de tempore iuxta quod æstimatio, sed an adiici debeat eò pluríve *add. not. s. lit. B. sub fin.* h ita *Borch. dict. c. 78.* Et in hoc conuenit *A. Fab. 17. error. prag. 5.*

CAPVT XI.

Vis iurisiur. in litem.

VIS HÆC SERVARI DEBET SVIS CONDITIONIBVS. i Si IVDEX DETVLIT, *libr. 4. §. 1. h. t.* Quia hîc etiam res iudicis agitur, dum contumacia, aduersus eum commissa, punitur. Ergo delatio hæc eius arbitrio ac potestati permissa, vt *§. lit. I.* Quare nec si reus deferat iuramentum prius affectionis, id valebit, per *d. l. 1.* (si scil. postquam iuratum est eo se tenere nolit a secus si velit in id sententiam ferri, *l. 26. de re iud.* Posterius autem veritatis reus rectè defert, arg. *l. 5. de iurei.* præsente scil. iudice, vt aliud iusiur. iudiciale, s. *lib. 24. c. 22. lit. A. 2.* SI ACTOR TAXATIONEM IVDICIS NON EXCESSIT. Nam regula hîc quidẽ. IVRARE IN INFINITVM, id est, sine præfinitione certæ quantitatis, à iure, *l. 18 pr. de dolo*, in summam, quæ longè pretium rei ac penè modum in eo excedat, in b immensum, vt ibid. b Quæ tamen summa pronunciatione certa, vt certa sententia fieri possit) LICET *l. 4. §. 2. h. t.* idq; iudex sequi debet, *d. l. 4. §. 3. h. & l. 68. de R. V.* Etsi duplum longè excesserit, quia ad hoc non pertinet, *l. vn. C. de sent. quæ pro eo quod int.* c cum non c sit in id, quod interest, sed quanti pro arbitrio & affectu æstimatur, quæ opposita, *l. 8. h. t. & d. l. vn.* ad casus incertos, in quibus sunt delicta, nõ pertinet. Hoc autẽ ex delicto contumacię. SED EXCEPTIONES DVÆ. 1. NISI IVDEX MODVM STATVERIT, ad quem vsque iuretur, *l. 9. C. Vnde vi. l. 4. §. 2. l. 5. §. 1. D. h. t.* d Nõ d obstat *l. 68. de R. V.* Quia ibi verba *sine vlla taxatione* ad voculam *iurauit*, non ad voculam *damnandus* referuntur. e Sensus. Cum iurauit, nullâ taxatione à iudice e præfinitâ, id iudex sequi debet. [*hîc & lib. 20. cap. 6. sub fin.*] Malè verò Dd. vulgò, qui taxationi locum esse volunt, etiam post quã iuratum est. f Nam repugnant f tum verba, *d. §. 2.* Taxare enim non est minuere id, quod factum est, sed modum statuere rei futuræ, *Fest. libr. 17.* g Et ita hic accipi probat, *l. 9. C. Vnde vi*, vbi g taxatio præcedit, iusiurãdum sequitur. Vt & *Nou. 82. cap. 10.* Alia acceptio pro æstimatione, vt *l. 4. C. de act. em. & simil.* h non est huius loci. Tum sententia ibi: *vt* h *intra certã iureiur.* Ergo re integrâ modus adiiciendus, refrenãdo futuro iuramento. Ratio huius taxationis *in d. l. 4. §. 2. l. 5. §. 1.* Qui in torum non deferre potest, magis pro parte. Obi. Atqui loci omnes, quibus dicitur reus damnari debere, quanti in litem, *l. 68. de* R. V. *l. 64. de iudic. l. 8. h. t. leg. 25. §. 1. solut. matr. l. 8. §. 1.* Rer. *amot.* probant rem iuris necessitati esse subiectam. Et *d. l. 8. h. t.* dicitur *arbitrio domini & potestate petitori concessa.* Resp. Non est in potestate iudicis, ac non potest is non deferre, si de dolo & contumaciâ constat. i Etsi enim in bonæ fidei & arbitrariis liberior i iudicandi potestas, tamen iubetur iudicare exæquo & bono. Secus si de facto ambigatur, vel non satis liqueat. Nam facti quæstio est in potestate iudicantis, *l. 15. pr. ad Municip.* Sic & comperto dolo vel cõtumaciâ æstimat iudex quanta sit, & ex eo iurisiur. quantitatem moderatur. Sed & eius est in affectum petitoris inquirere, an animo suum consequendi, an nocendi & vlciscendi ducatur. Et hoc est quod in *d. §. 2.* arbitrio iudicis bonæ fidei congruere. Exc. II. Etsi taxatio non adiecta vel intra eam iuratum, tamen id iudex non sequi potest EX MAGNA CAVSSA ET POSITA REPERTIS PROBATIONIBVS, *d. l. 4. §. 3.* k Et k si postea emerserit, reũ non, vti videbatur, desiisse dolo possidere, vel actorem dominum non esse. Et quia fieri potest, vt contumacia vel dominium actoris pro parte abfuisse postea constet, inde quandoque pro parte non sequitur, sed minoris condemnat iudex, *d. §. 3.* Conuenit *l. 31. de iureiur.* vbi itidem iusiur. à solo iudice delatum, etsi sententia secuta, nouis instrumen- l tis retractatur. l non obst. *Nou. 82. c. 10. ibi: non habere licentiam, & c.* Quia id cum exceptione hac accipiendũ per *l. 26. & seqq. de ll. 180. de R. I.* Nam *ibid.* additur, *nec videri clementiorem lege.* Ergo æquè humanus ac Lex esse potest. De periurio autem eius qui ex necessitate iuris in litem iurauit, quæri facilè non solet, *l. vlt. h. t.* Ex iusta igitur causâ quæritur. Quæ nulla si agatur criminaliter, vbi nihil interest priuati, *l. 7. §. 1. de iureiur. Facit. l. 2. C. de reb. cre. & iureiur.* Sed si ciuiliter, tunc quando reus amplius iustã æstimatione soluit, vt tamen periurium instrumentis nouiter repertis probetur non testibus, arg. *l. 13. cir. fin. de iurei.* m Et dabitur hîc actio de dolo arg. *l. 21. de dolo.* Itemque exceptio doli si nondum soluit. Sed hæc ad posterius iusiur. vetitatis pertinent. Nam in priori affectionis nemo potest dici peierasse. Et probant idem verba: *necessitate iuris sc. priuati*, vid. c. seq. Illud notandum hîc non peierare, qui minoris æstimat rem, quæ pluris est, *l. 9. h. t.*

NOTATA.

a *Duar. h. t. in poster. com. c. 4.* ita: Si simpliciter reus detulit, non sic intelligimus, quasi inter eos hoc cõuenerit. Sed si appareat id conuenisse, vt tanti condemnetur reus, si iuret actor, id seruandum. Rectè, Tunc enim opinor non pro iureiur. in litem, sed decisoria habendum est. Sed & acceptando iudicẽ deferre videri, *Plot. h. tr. §. 50. n. 2.* b Hæc pro iissdẽ habet *Don. & Borch. h. t. c. 2. n. 16.* Sed rectius puto *Duar. h. t. n. 27. in priorib. Com. & in posterior. c. 4.* quod infinitũ hîc nõ ἀφορον, nec idẽ quod *d. §. 2.* dicitur immẽsum, sed ἀόριστον, indefini-

indefinitum, alterum. Sic *Cic. 4. Top.* Quæstionum duo genera: Alterum infinitum, alterum definitum. Sic *in l. 91. de condit. & demon. l. 13. §. ol de dam. inf.* Distincta igitur: Infinitũ sine præfinitione, non tamen sine modo & immensum, sine modo & mensura, cum affectioni nimium indulgetur, *Obr. disp. 12. de R. V. p. 1. c. 9. n. 435. & 2. seq. add. Bronch. 1. misc. 61. Coras. ad l. 5. h. t. nu. 20. A. Fab. 16. coni. 17. & 18. err. prag. 10. & not. s. l. 6. c. 20. lit. A.* c ita cõtra Bart. & Dd. vulgò *Duar. h. t. n. 27. & seq.* tum quia nec æquum est, cogi aliquem rem suam duplo iusti pretij yendere, tum quod plurimum differat id quod interest, *d. l. vn.* ab eo de quo in lit. iuratur, *l. 64. de iudic.* Ac confirmat *Coras. ad l. 5. h. t. n. 20. vers. verum enim-* d *uerò, &c.* Diss. *Io. Bapt. Plot. h. tr. §. 49. n. 25.* d *l. 3. §. 2. ad exhib. Menoc. arb. c. 107. n. 29. Borch. h. t. cap. vl. n. 2. & Dd. com.* e Diss. *Ant. Fab.* & ex parte *Coras. ac Vital. vt lit. seq.* e Aliter *Dd. vulgò* Rt. sine taxatione vlla sc. quæ fiat à lege, non autẽ sine ea, quæ iudicis arbitrio commissa, *& Pac. 3. enant. q. 88. Bronc. 1. misc. 61. Borc. h. t. c. vl. n. 2.* Quam distinctionẽ reprobat, *Vital 1. var. lect. 21.* putans taxationi huic iudicis locum esse, non in omni iureiurando in litẽ, sed vbi restituere iussus, dolo possidere desiit, vt *d. l. 68.* quem grauius coerceri putat ob dolum post condemnationem commissum, ne iudicato pareret, quàm si ante commisisset. Et ita *d. l. 4. §. 2. l. 5. §. 1. h. t.* de dolo diuerso tẽpore admisso accipit. Sed malè. Et si eodem collimet *Coras. ad l. 5. h. t. n. 20.* Nam & *dd. ll.* indefinitè loquuntur & *ex l. 1. & 2. h. t.* apparet hoc titulo præcipuè de iureiur. ob contumaciam non restituentis cũ possetractari. Audentius *A. Fab. 16. coni. 17. & 12. err. prag. 10.* qui *d. l. 4. §. 2. à verb. sed an iudex. & § seq. 5.* itemque *d. l. 5. §. 1. & 2.* pro Tribon. ineptis additamentis venditat, nullã taxationem iudicis agnoscens, cum nec citrà eam immensum iura permittant iurare, aut rem valoris 50. mille ex. gr. æstimare. Taxationem hanc ignorant mediæ iurisprud. primùm à Zenone inductam, *l. 9. C. vnde vi*, in iurisiur. eã specie, cũius longè alia ratio sit. Plura id genus profert, quæ profligare non nimiæ operæ foret, si pretiũ operæ videretur. Quem verò cordatiorẽ turbabit hæc Fabri argutatio. Si iudicis arbitrij est, ait, taxare quantitatem, non dici potest, quonã casu de periurio quæri possit, si quidem factâ taxatione non potest videri peierasse, si ad permissam vsque quantitatem; non facta imputari potius iudici posset, cur non taxauerit. Quis item eo moueatur, quod bonæ fidei iudex *d. §. 2.* non concinnè dicatur. Immò dicitur ita, vt bonæ fidei debitor, à *Symmacho 3. epist. 42.* & vt Augustus bonæ fidei se esse dixit. *Sueton. in Aug. c. 42.* Quo non tàm ad iudicia bonæ fidei, cum non in his solis ita iuretur, quàm ad officium iudicis, cuius f est nimiam iniquitatem non admittere, respicitur. f Dd. vulgò & *Borch. h. t. c. vl. n. 3. Meno. arb. c. 207. n. 30.* cum quibus sentire videtur, *Robert. 2. animaduers. 29. sub fin.* Tametsi aliud statuant in iuramẽto veritatis, quia, aiunt, si ibi taxatio sequi posset, periurium iurantis detegeretur, quod non accidit in affectionis iuramẽto, vbi taxatio non peierasse arguit, sed immodicam eum affectionem habuisse, *Meno. arb. c. 208. n. 5. Borch. d. c. vlt. nu. 4. vid. Coras. ad l. 5. h. t. n. 20.* Sed rectè g *Donell.* g vid. *Cui. 2. obs. 12.* qui ostendit, ita in contract. & testamentis *taxationes* dici præscriptiones verborum, quibus h oratio coërceretur aut dilatatur, h vnde taxatores, taxatio expensarum, &c. Alio item sensu *Sidon. l. 7. epist. 9.* Si vrbiũ status nõ tam murorum ambitu quàm ciuiũ claritate taxandus i est. i Rectè. Conuenit *Duar. h. t. n. 9. & Coras. ad l. in act. 5. h. t. n. 21.* Non hoc itaq; liberæ & absolutæ potestatis iudicis tanquam à sententiâ denegante hanc delationẽ appellari nequeat, vt voluit Castrens. Sed si pro negotij naturâ æquũ, necessitate adstringitur iudex, *l. 68. de R. V. l. 3. h. t.* arg. à cõtrario ex verbis: *non oportet*. Nam quæ iudicis arbitrio cõcessa, non in meram eius voluntatem, (vti cum L. dicit posse iudicem, *l. 40. de iud.*) sed quasi bono viro cõmissa intelliguntur, arg. *l. 75. de leg. 1. & simil.* Quare si contra verè contumacẽ non deferat iudex, appellare licebit, *Duar. & Coras. dd. lo.* Sicuti & cõtra à delatione eiusdem aduersarius rectè appellat, *Coras. ad d. l. 5. n. 50.* Nec deferend. hoc nisi petenti, nec præstãd. nisi parte aduersa citata, *Plot. h. tr. §. 50. n. 7. & 8. Rauchb. p. 1. q. 9. n. 45.* Nihil itaq; causæ, cur quod de hoc arbitrio habetur, *d. l. 4. §. 2. & l. 5. §. 1.* Tribon. tribuat & tantoperè in eũ inuehat, *A. Fab. 16. coni. 17.* Neq; pro eo facit *l. vl. h. t.* quam rectè *Don.* exponit *vt c. seq. lit. C.* Aliter *Vital. 1. var. lect. 21.* distingu. inter iusiur. in litẽ illud, de quo in *l. 68. de R. V.* & aliud. k Hic k quoque Tribon. ab *A. Fab. d. c. 17.* clamitante illius esse, *d. §. 3.* vapulat indignè. Quę enim aut cuius ponderis Fabri ratio iusiurandum transactionis vim habet, etsi à parte deferatur. Magis itaq; si à iudice. Ergo vt transactionis retractatio non conceśa repertis nouis probationibus, ita nec iurisiurandi huius. Erroneè. Immò non habet vim transactionis, hoc iusiuran. cum non ex conuentione proficiscatur, nec cõsensum litigantium habeat. l Rectè. Sed iegerit *A. Fab. d. c. 17.* di- l uersam esse rationem. Illic ob iusiurãdum fieri condẽnationem, hîc iurari ob exlecutionem ad taxationem condemnationis. Putat enim Faber ita concipi sententiam, vt tãti condemnetur reus, quanti actor in litem iurauerit, nec præcedere iusiur. condemnationem, sed eandem sequi, *per l. 4. C. de act. em.* Quomodo igitur, inquit, qui antea condemnatus, absoluetur deinde, aut minoris cõdemnabitur? Rt. Falsum verò istud nec *d. l. 4.* nec aliunde probatur, ac iuris rationi repugnat, quæ certam quantitatẽ in sententia exigit. Sequi potest iustum de re restituẽda, si ei non pareat reus. Sed is nec ex sententia Fabri, toties ab eo prodita, sentẽtia est. Quid verò æquius hoc iure, veritate melius perspecta reum absolui, in totum vel ex parte. Num non iustius eum, quem postea apparet nihil omninò debere, potius dimittere, quam adstringere ad præstãdum quod non debet. Neque enim dolus eius argui potest, quem nihil debuisse, & ideo iusiui de restituendo non paruisse apparet. m De probatione cõtraria m contra iusiurandum in litem, vid. *Io. Bapt. Plot. h. tr. §. 48. nu. 2. & seqq. Vinc. Caroc. decis. 12.*

CAPVT XII.

Necessitas huius suscipiendi.

HÆC DVPLEX intelligi potest. PVBLICI IVRIS, si ius cogit, vt ni iuret, caussa cadat. Quæ nulla hîc. Sed libere recusatur, si æstimatione verâ cõtentus, eam testibus aut instrumentis probare malit, vt rectè *Bart. ad l. vlt. h. t.* a Proditum enim vtrumque a hoc iusiur. actoris caussâ. Posterius ad probationem subleuandum. Prius insuper ad commodo augẽdum. Ergo *per l. pen. C. de pact. & simil.* Alia ratio litis decisorij tum iudicialis, tum necessarij, quia in illo aduersarij vt suscipiatur vel referatur, in isto iudicis interest, vt habeat quo se explicet. Hîc neutrius interest, immò aduersario recusatio prodest. Itaque in *l. 4. in fin. pr. h. t.* conditio *si velit* iurisiur. huius propria, non adolescentis. b ET PRIVATI IVRIS, quia cum æstimatio b rei non exstantis probatu difficilis sit, necesse est actori iurare, nisi æstimationem sibi perire velit. Et de hac accipienda, *l. vl. h. t.* c Sunt qui ibi verba *qui ex necessi-* c *tate iuris*, &c. loco rationis posita esse putãt hoc sensu. Etsi de periurio in iureiurãdo alio facilius quæratur, criminaliter scil. & extra ordinem, vt illi volunt, cum potuerit, non suscipi sed referri, hîc tamen difficilius, quia necessitati subueniendum. Malè. 1. quia hîc nulla talis necessitas, qualem intelligunt. 2. etsi esset, ea tamen iurandi foret, non peierandi. Nam si peierat, facit volens non coactus. Religio enim ab eo exigebatur non periurium.

NOTATA.

a Quod & probatur *l. quod si possessor. 71. de R. V. Borch. h.* a *tr. c. 3. n. 27. Io. Bapt. Asin. tr. de Exsec. §. 3. c. 1. n. 16.* quia iusiur. hoc fauore partis inductũ & odio dolosi, cui renunciari potest. b Consent. *Borch. d. c. 3. n. 27.* Obi. At frustrà *d. l. 4. pr.* b de tutoribus ac curatoribus specialiter cauetur eos iurare nõ teneri, si nec quisquã alius cogitur. Rt. in illis ratio dub. specialis, cum si recusent iurare tutelæ vel curæ iudicio de damdo quod inde patsus pupillus vel adolescens pulsari possint *Borch. d. c. 3. n. 29.* c Rectè. Etsi *A. Fab. 16. Coni. 17. p. 355.* ita c exponat quod res hæc non potestati & arbitrio iudicis, sed iuris necessitati subiecta sit. Quod refellitur *c. præced. lit. I.* Confer. *Plotus h. tr. §. 51. nu. 3.* vbi post Bart. & alios dici hoc posse necessarium non verè, sed caussatiuè scribit.

CAPVT XIII.

Condemnatio in id quod interest.

SÆPE AVTEM, vt quando ex eo quod factum est, quod fieri non debuit, vel contra actio est, eo nomine

nomine PETITIO ET CONDEMNATIO IN ID QVOD INTEREST. Nam cum nec factum infectum reddi possit, nec vi quisquam ad faciendum compelli debeat, vti facti ita non facti æstimatio exigitur. Vnde id quod interest obligatione faciendi continetur §. *vlt. l.l.68. l.81. D. de V.O. l.13. §. vl. de re iud.* Sed in oblig. dandi venit quanti interest moram factam non esse *leg.114. de V.O.* vt & si certo loco dari debuit *l.2. pr.4. de eo quod cer. lo.* Et in maleficiis damno dato ac in interdictis vt suo loco. De quo sicuti magnæ inter vetereς quæstiones, quas Justin. *l.vn. C. de sent. quæ pro eo quod int.* decidere voluit, ita multò maximè interp. contritiones.

CAPVT XIV.

Definitio eius quod interest.

ID QVOD INTEREST, scil. nostra quid agimus *l.l. pr. de act. empt. l.3. §. vlt. Vti poss.* EST QVOD NOBIS ABEST, QVODQVE LVCRARI POTVIMVS, *l.13. Rat. rem hab. leg. 33. in fi. pr. ad l. Aq.* a Quod & declarat vis verbi. Dicuntur enim mea, tua, nostra interest quasi in re meâ tuâ nostra est, id est, expedit vel vtile est. Sic Reip. interest, &c. Et adiuncta. Quod interest rẽ habere *l.1. de act. em.* re frui *l.33. Locati* deiectum non esse *l.1. §.41. de vi arm.* (non dicitur interesse quod non fruatur, quod sit deiectus,) Hinc vocatur vtilitas *l.2. pr. & §. vl. de eo quod cer. lo. l.1. §.41. de vi arm. l.21. §.3. de act. em. l. pen. Si quis caut.* b Et pecunia *l.72. de V.O. l.13. §. vl. de re iud.* quia id ipsum quod consequi potuimus non præstatur, sed quanti sit æstimatur. c Ac quãta ea debeatur ex facto & re natâ variè æstimatur. Quatenus enim cuiusq; interest in facto non in iure consistit. *l.24. de R.I.* id est, prout res inciderit de eo iudicium est, nec certâ iuris definitione comprehendi potest, arg. *l.32. de Vsur.*

CAPVT XV.

Diuisio Dd. eius quod interest.

HVIVS TRIA GENERA FACIVNT DD. a SINGVLARE quod ex affectione priuata æstimatur. COMMVNE quod communi æstimatione; ET CONVENTVM vbi pœna promissa. ABSVRDE. Nullum enim singulare, quod ex affectione singulari cuiusque æstimetur. Quod si id singulare, quod ex vtilitate cuiusque actoris, omne singulare vt *Baro lib.4. de diuid.* Quisque enim suam vtiliratem persequitur, non alienam. b Nullum commune. Commune enim dicitur, quod etiam aliorũ est. c At quisque petit quod sibi abest, non quod alij. Nec quia æstimatio communis *l.33. ad l. Aq.* ideò & res, quæ æstimatur. Interesse immò est vtilitas mea. Nullum conuentum, quia pœna petitur etiam cum nihil interest, *l.38. §.17. de V.O.* Et nõ quia interest, sed quia promissa, eademque certa est, huius autem quantitas incerta. c VNVM igitur GENVS siue rem spectes, quia quod mihi abest peto, non quod aliis commune, siue æstimationem, quia tanti vbique æstimatur, quanti verè est, communi computatione non priuati affectu. Quod prob. *l.l.33. ad l. Aquil. iunct. l.21. eod.* Nam si hoc in maleficiis odio dignis & coërcendis magis in aliis. d *2. In l.vn. Cod. h.t.* dicitur damnum reddi quod reuera inducitur. 3. Per definitionem vt *cap. præced.4.* His verbis, *quia ea res est*, quanti eam rem esse patet, quoties de priuato actoris damno vindicando agitur (aliud cum alia res vindicatur, vel de eâ iudicium est, vt in *l.1. §. vlt. Si quis ius dic.* Et hoc est quod habetur *leg.93. de V.S.* non ad id quod interest, scilicet non solùm sed ad rei æstimationẽ generaliter, siue id quod interest, siue alia res agatur. Nam referenda *d.l.193. ad d.l.1.* sumta ex *lib.1. ad edict.* vt rectius vulg. libri e ex *li.38.* vt Florentini) significatur id quod interest, *l.1. §.5. Ne vis fiat ei l.3. in fin. Vti poss. l. vlt. de præt. stip. l.2. §. vl. Qui sat. cog. iunct. l. vlt. Si in ius voc. monier.* Ergo ita æstimatur quanti res verè est vel omnibus valet. Nec obstant exempla *l.35. de minor. l.36. de bo. li. 54. Mand. & l.7. de serut. export.* quibus effectus ratio habetur. Hoc enim ad dd. ll. colligitur, quãdoque propter affectionem dari actionem, quæ alioqui non competitura. Non autem quod quanti ex affectu sua interesse putat actor id præstetur. (Id enim nunquam fit, nisi cum in litem iuratur, sed & ibi non tam propter affectionem suam consequitur, quàm propter aduersarij dolum, vid. *supr. c.9. lit. A.*) Nam in *d.l.7.* agitur quidem propter affectionem, sed non ad id quod in eâ est, verum ad pœnam conuentam. f In *f d.l.54.* vbi seruus ab emtore manumitti debuerat, nõ in hoc agitur vt affectus æstimetur, quanti interesse putat verus dominus seruum manumitti, sed vt seruus restituatur ab eo manumittendus. g In *d.l.36. & d.l.* g 35. si res non restituitur culpâ, æstimatur solum quãti res est, sin dolo quanti iuratur in litem, quod ab eo quod interest distinguitur, *l.2. de in lit. iur. l.64. de ind.* Ideo verò in relatis exemplis habetur ratio affectionis ad id vt inde sit actio, quia agitur partim de re nostrâ vt *d.l.36. itẽ d.l.35. iunct. l.5. de in int. restit.* partim nobis iure debita, cuius oblig. & petitio cõuentione nostrâ vt *l.7.* vel serui nostri *d.l.54.* nobis quæsita est.

CAPVT XVI.

Dubitationes veterum.

DE HOC DVBITATIONES ANTIQVAS in infinitum productas IVSTINIANVS PRÆCIDERE CONATVS EST, *l.vn. h.t.* Dubitabatur enim. 1. An lucri & damni par ratio. 2. An omne id quod habere potuit actor æstimandum. 3. De modo. Quid si id quod interest rem ipsam infinitis partibus excedat. De quibus nos singulatim à postremo exorsi.

CAPVT XVII.

Modus & taxatio eius quod interest.

1. DE MODO ET QVANTITATE SIC CAVETVR *d.l.vn.* IN CASIBVS CERTIS, QVI CERTAM HABENT QVANTITATEM, id est, summam pecuniæ oblig. contẽtam, *l.2. §. vlt. Qui sat. sd. cog. §. vlt. l.1. l.38. §. 17. D. de V.O. l. vlt. de præt. stip.* a VEL NATVRAM, id est, a non qui certam definitionem ac distinctam substantiam, vt aliàs *l.15. §.1. de serv. §. adeo 3. I. de locat. iunct. l.1. Cod. de iur. emph.* Hoc enim sensu omnes casus certi, sed qui rem certæ naturæ ac proinde æstimabilem obligatione comprehensam. Qui sensus prob. 1. proced. vt certitudo casus æstimatur ex certâ quantitate, quæ oblig. venit, ita alia re deductâ ex eâ ipsâ meriti conuenit. 2, per vocem dupli, quod dicitur ratione simpli *ff. cap.20.* Simplum autem nequit intelligi, vbi nihil est, quod æstimari possit. Nec cõstitui id potest, nisi rẽ in oblig. deductâ, cuius natura certa vt æstimationem certam recipiat. Certâ igitur naturâ (præter quantitatem) constant species omnes, vt Accur. Bart. b nec tãtùm si designatæ, *l.6. de reb. cred.* sed etsi nomine generis vel sub disiunctione debitæ, si quandoque præter rem id, quod interest, præstandum, vt si certo loco dari debuit, nec id factum. Licet enim nunc nescitur, quid prætiturus debitor, vnde oblig. incertum continere dicitur, *l.75. §.8. de V.O.* tamen cum præstita est, quæcunque erit, illa ipsa promissa videtur. arg. *l.13. de leg.1.* Certi igitur casus, etsi res incerta, modò certâ naturâ constet, & ideò forsan Imp. naturam c dicere maluit quàm rem. e Fact-quoque certæ naturę, si ipsâ conuentione illis certa æstimatio dicta, vt in venditionibus & locationibus *h.l.vn.* Reliqua omnia incerta, *l.75. §.8. de V.O.* d DVPLI QVANTITATEM NE EXCEDAT. d

CAPVT XVIII.

Casus incerti.

IN CASIBVS INCERTIS, in quibus aut incerta quantitas obligatione continetur, quæ alia esse nequit, quã eius quod interest, aut vt quid fiat, vel non fiat propter hoc ipsum, quia in his incerta quantitas, id est, quod interest, continetur. SEV IN QVIBVS EIVS QVOD INTEREST PRÆSTATIO petitióve a CONTINETVR. a In eodem enim facto aliàs plus abest, aliàs minùs, quandoque nihil. Ex. gr. Seruus is occisus, qui heres institutus aut dẽ quo quæstionem haberi expediebat, TOTVM quantum interest PRÆSTANDVM. Quia cũ id quod interest ipsum & solum in obligatione sit non potest hîc duplum excedi, immò nec quidquam plus præstatur quam in obligat. b venerit. b Huius generis ex contractibus vel quasi ij omnes quorum oblig. in eo vt quid fiat, vel non fiat c c vt sunt præter stipulationes faciendi, *l.15. §. vl. de re iud. leg.68. l.81. de V.O.* obligationes mandati, *l.8. §.6. Mand.* tutelæ *l.1. de tut. & rat. distr.* negoc. gestorum *l. 2. de negoc. gest.* Obi. Immò omnium contractuum casus certi *h.vn. ibi; veluti &c.* Non hic sensus quod omnes contractus sint casus certi, sed quod hi in illis existant, seu quod certa naturam habere contingat in d omnibus contractibus. d Metitur enim Imp. certitudinem ex re quæ in oblig. venit, non ex genere & caussa obligationis. Aliàs ita diuisset in contractibus non excedat duplum, in maleficiis, &c. totum præstetur: Ex maleficiis ea ex quibus in id quanti ea res est actio. *l.21. ad l. Aq. l.1. §.41. de vi arm. l.48. l.67. §.1. de furt.* Neque enim si vas ex. gr. ruptũ vel subreptum, eius vasis damnum in oblig. venit, vt vltra duplũ vasis præstari non debeat, sed id venit quanti interest damnum datum non esse *dd. ll.* Nec de re præstanda actio sed maleficium vindicatur. Totum ergo præstatur quod interest, etsi vltra quintuplum æstimationis rei ablatæ interfit, *l.22. & seq. ad l. Aq.* Neque sic duplum, triplum, quintuplum eius quod in oblig. venit petitur, sed simplum id de quo oblig. constituta. e e Iniquum certè si iniuriam passus totum, quod sibi abest alieno maleficio, consequi non posset.

CAPVT XIX.

Venditio & locatio an casus certi.

SED HOC ITA SI ID SOLVM IN OBLIGATIONE VT QVID FIAT, NEQVE ID PACTVM GENERE OBLIGATIONIS aut adiectione contrahentium ÆSTIMATVM. Nam si quid fieri debet, vt ex eo facto res certa quæsita sit, aut certa vtilitas facti, atq; in vtrumque certum pretium vel merces dicta casus a certus est. a Talis est emptio *h.l.vn.* quã sic agitur vt res tradatur, vt præcipuè res spectetur & Locatio vbi vsus rei operáve præbitâ certâ mercede æstimatur. b Quod & veteres statuerũt *ll.44. de act. empt.* b At qui pecus morbosum aut tignum vel vas vitiosum vẽdidit aut locauit teneri potest vltra duplum ad totum id quod interest etsi plurimum æstimationem rei excedat, *l.13. pr. de act. empt. l.19. §. vlt. Locati.* Rẽ. Malè qui c dam id correctum putant. *d.l.vn.* c Æquissima enim illa *dd. ll.* sententia in eo qui sciens decepit. Rectius dicimus Vẽditio & locatio casus certi *d.l.vn.* Verùm in omnibus quæ ex empto præstanda, sed quatenus agitur vt res certa præstetur. Quæ si non præstatur intelligitur quanti sit id quod præstari debuit, cuius, vti simpli, duplum non excedendum. Atqui & præter rẽ tradendam alia in se recipit venditor, quæ si non faciat nulla alia æstimatio quam quod facta fuisse interest. Vt dolum abesse & abfuturum *l.6. §. pen. & vlt. de act. empt.* Quod quanti sit planè incertum, neque huic rei ab initio pretium statutum, nec statui potuit. Quare vltra duplum rei venditæ damnari potest vẽditor, siue sciens rem vitiosam vendiderit *d.l.13. pr.* siue sciẽs aliena re euictâ. d Nam duplici hîc nomine agitur, d tùm quod res non tradita, tùm quod emptori dolo fraudatur, illud præcio æstimatum est, hoc nõ potuit. Quin etsi casus hic certus esset, quod non ita est, tamen *à l. nostra vn.* tacitè exceptus foret. Semper enim expedit dolũ vindicari, maximè in iudicio bonæ fid. Et iura deceptis non decipientibus subueniunt, *l.3. §. 3. ad SC. Vell.* Et probat hoc *l.45. §.1. in fin. iunct. l.43. ac d.l.45. pr. & §.1. de act. em.* Omninò, id est, vltrà duplũ *per d.l.44.* Sanè *in l.13. pr. §.1. & 3. de act. em.* qui sciẽs vendidit, & qui ignorans asseuerauit rem vtilem esse, comparantur in eo quod interest æstimando. Aliud in eo qui nesciuit vitium rei, nec de ea quid asseuerauit. Atque vltra duplum tenetur qui vas vitiosum ignorans vendidit, si pluris interfit etsi immodicè *l.6. §.4. de act. em. l.19. §.1. Locati.* Quia hoc agitur vt vas integrum præstetur, *d. §.4.* Nam vas pertusum nõ est vas, cum non sit idoneum ad capiendum, nec immissum cõtinere possit, *l.19. §.10. de auro & arg. le.* e Homo autem vel tignum vitiosum, non minus homo vel tignum est. e

CAPVT XX.

Dupli quæ ratio.

DVPLVM EST SIMPLI eius quod in obligat. deductum, cuius æstimatio certa, vt *s. cap.17.* DVPLVM. Quid autem si rei pretium certum dictum, illa autem pluris vel minoris, vtrius ratio? Pretij dicti, vt spectetur magis quid conuenerit, quàm quid in re sit, arg. *l.53. pr. de euict.* Et probat *l.43. in fin. iunct. l. seq. de act. empt.* Nam verba *vltra duplum d.l.44.* referunt se ad *pretium rei*, de quo quærebatur, *d. leg.43. sub fin.* a Semper a autem tam hîc quàm alibi in duplo simplum cõtinetur, nisi contra clarè depositum. *§. vlt. I. de obl. ex. del.* b b

CAPVT XXI.

Ratio huius iuris.

CAVSSA MODVM hunc STATVENDI NE POENA iusto plus CVLPAM EXCEDAT, *h.l.vn. ibi cum sciamus.* a At, dices, quod creditori facto alterius a abest, id omne ab hoc illi dependi æquum est. Rẽ. Sanè, cum suum reperit. Non eadem ratio aduentitij lucri, *l.41. §.1. de R.I.* Vnde & olim hoc obtinuit, sed in certis caussis & tunc cum reus mediocrium facultatum, *l.43. in fin. iunct. l. seq. de act. empt.* b Iustin. autem b generaliter statuit *d. l. vn.* Quod verò idem modus non præfinitus casibus incertis rerum conditio in caussâ est, quæ id non patitur. Nam cum nihil in oblig. sit, quàm id quod interest, illud aut totum aut nihil præstandum.

CAPVT XXII.

Lucri ratio in eo quod interest.

2. AN IN COMPVTATIONE, TAM LVCRI QVAM DAMNI RATIO HABENDA? ITA ex sententia veterum, *l.2. in fin. de eo quod cert. lo. l.33. Locati. l.13. Rem rat. hab. Exempla l.22. & seqq. ad l. Aquil. l.23. de*

*l.28.de dam.infect.l.18.Rem rat.hab.*probatâ à Iustin.*d. l.vn.Cod.hoc tit.* Non obſt.*l.21.§.3.de act.empt.* Nã ibi lucrum non remouetur, quia damni tantùm habeatur ratio, ſed quia non circa rem conſiſtit, b cum & damnum, quod eiuſmodi, æquè remoueatur, vid.*c. ſeq.* Obi.*l.26.de dam.infect.l.71.§.vlt.de furt.* in quibus regula intereſſe eius, qui damnum paſſurus, non qui lucrum facturus. Non poteſt dici eas abrogatas eſſe per*d.l.vn.*quia ipſe Iuſtin. veteres idem ſtatuiſſe prodidit. Ergo omnium vna hæc ſententia nec res diſſenſionibus agitata, c *Et d.l.26.*eſt Pauli,cuius & eſt,*l.13. Rem.rat.hab.* Sed ℞. Lucri ratio habetur ſcilicet iuſti, quod quis iure,ex re ſuâ,vel aliena domini permiſſu, facere potuit,argum.*l.6.Quod met.ca.l.*184.*de R.I.Facit l.15.de cond.inſt.* A tin *d.l.26.& d.l.*71. lucrũ iniuſtum excipitur, vt illic propoſitæ ſpecies,ad quas *dd.ll.* definitiones accommodatæ,arguunt.Nam *d.l.*26. de eo lucro,quod ab ipſo vicino & eius beneficio habebatur,quo tamdiu vti licet,quoad is patitur,vid.*ſupr. li. 15.c.46.lit.*O.Et ideo dicitur lucro *vti.*Vtitur enim is cuius id non proprium eſt. Ideoque nec abſolutè, d ſed *veluti lucrum* vocatur. d In *d.l.*17.§.*vlt.* non definitur quid ſit hoc intereſſe,ſed cuius interſit in actione furti.Vbi rectè dicitur,*nõ qui lucrum facturus.*Quia in eo genere lucrum non poteſt niſi iniuſtum videri. Siue enim res noſtra ſubrepta apertè damnum eſt, ſiue aliena idem ſi ea non recepta damnum id domino rei præſtandum. Quod ſi hoc intereſſe dicat, vt lucrum poſſeſſionis faciat,eámve poſſidendo quærat, id ex re alienâ non honeſtè captatur. e

CAPVT XXIII.

Vtilitas circa rem conſiſtens vel non vt hic æſtimetur.

2. AN OMNE QVOD HABERE POTVIT actor ſine exceptione ÆSTIMANDVM. ℞. OMNIS VTILITAS in æſtimationem venit ; QVÆ CIRCA REM IPSAM CONSISTIT, *l.21.§.3. de act. empt.* vel *vt l.vn.l.Cod.hoc tit.*Damnum, quod reuerâ inducitur, præſtandum, idemque in lucro, quod abeſt. Præſtatur itaque quod ideo abeſt, quia datum factúmve non eſt , quod debuit. Et requiritur tum vt haberi certò potuerit, tum ex eo ſolo quod præſtandum non aliunde. a Remouetur igitur 1. Si quod potuit forte habere ſi factum eſſet. potuit tamẽ etiam non euenire ſpe habendi obiectâ,ſed non planè certâ, etſi ſæpè aliàs ex eo facto conſueuerit conſequi. Exempl.gr.Retia ad piſces capiendos diſpoſita fracta ſunt. Retium fit æſtimatio non piſciũ non captorum, quia incertum an caperentur, *l.*29.§.*3.ad.l.Aquil.*Ergo nec mercatori pecuniâ vel merce non reddita, lucra ea æſtimanda, quæ fortè obtingere potuerunt, ſi b non ita futurum fuiſſe exploratũ ſit, b 2.Si quid certò quidem habere potuit,eo facto quod fieri debuit, potuit tamen idem quoque aliunde habere. Exempla *d.l.*21.*§.*3. Si mercator ex vino vel tritico tradito negociando lucrari potuit, ſi ob non traditum ſerui fame necati. Neque enim vel illa vtilitas ex re naſcitur, ſi pluris vendere potuit,quam communiter valet,ſed ex negociatione & operâ mercatoris, *l.21.circ.med.de hered. vend.* Vel hoc damnum non exinde, quod meo tritico careueris, ſed quod tritico generaliter. Nec id rei non ſolutæ potius aſſignãdum, aut ceſſationi vendc itoris, quàm emptoris inopiæ. c Et hæ ſunt vtilitates,quæ circa rem non cõſiſtunt.Conſiſtit enim circa rem, quæ rem circumſiſtit, cohæret, non diuellitur, quæ ideo tantùm non percepta, quia re debita caruimus, vel quia non factum eſt, quod debuit. Exempla *l.22.l.23.pr.ad l.Aquil.l.28.de dam.infect.* Non exigitur, vt ex corpore rei naſcatur, in quo plerique errant. d d Nam & quæ vtilitas per rem acquiritur,ſi eius paradæ cauſſa eſt in re debitâ,quantumuis extrinſecus veniat, circa rem conſiſtit, quippe quàm res ſecũ fert adiunctamq; habet. Vt ſi hereditas ſeruo delata,iſq; euictus, *l.8.de euict.* Sic & mercedes & penſiones aliunde veniunt,tamen circa rem conſiſtunt.Immò quæcunque circa rem cõſiſtit vtilitas,extra rem eſt. Nec quid paretur & vnde veniat,ſed vnde quærẽdi cauſſa ſit,ſpectãdum.Obi.Immò & quæ non conſiſtunt circa rem æſtimanda, *l.*2.§.*vlt.de eo quod cert.loc.* Vbi in iiſdem exemplis, quæ *in d.l.*21.§.3.affirmat Vlp.quod negat Paulus *d.§.*3.Nam & æſtimãdum dicit quod merces potuit cõparare actor,& inde lucrum facere. Itemq; quod ob pecuniam non ſolutam pœna commiſſa vel pignora diſtracta. In quibus eadem ſanè ratio quæ in *d.§.*3.familiæ fame laborantis ob triticum non ſolutum. Nam & pœnâ commiſsâ pignora vendita non quia pecuniam ab hoc debitore non habuit creditor, ſed quia generaliter pecuniam non habuit. ℞. Eorum qui ſimilia exẽpla vtrobique agnoſcunt, nam qui negant ſatis ex dictis refelluntur,duæ ſententiæ,1.Bart.& communis regulæ: *Quæ non circa rẽ conſiſtunt non æſtimari,* exc. eſſe in pecuniâ numerata *d.l.*2.§.*vlt.*eò quòd, quia nummorum vna & certa æſtimatio,in his aut nihil æſtimãdum, aut vtilitas quæ non circa rem verſatur. e Verùm etſi in nummis quanti plurimi ſint æſtie mari nequeat, non tamen ideo vtilitas , quæ ob non ſolutos amiſsa nõ eſt æſtimanda. Id enim æſtimandũ quod abeſt ob moram debitoris.Quod ſi hãc vtilitatem ob morã abeſſe dicas, cur non æquè præſtetur in vino triticóve non ſoluto ? Num quia alia ibi vtilitas occurrere poteſt cum æſtimatio pro tempore variè augeatur.Malè.Nã & minui poteſt,& de diuerſis vtilitatibus incurrentibus, omnes æſtimãdæ quæ ex morâ amiſsæ. 2. Contraria Alciati f omnem vtilitatem f æſtimari etſi circa rem non conſiſtat, ſiue ſpecies ſiue pecunia debeatur. *Singulare* in emptione ius eſſe ne æſtimetur quæ nõ circa rem *d.l.*21.*§.*3. Quia ibi emptor tãtùm in vſuras condẽnatur,*l.vlt.de peric.& com.* Ergo & venditor ſolum in eo quod intrinſecus intereſt, ne eius mora durius puniatur, ſed par vtriuſq; ſit conditio,nam quod extra rem modum vſurarũ excedit.Malè.Quia ſi vſpiam præſtaretur hæc vtilitas,quæ non circa rem conſiſtit.maximè omniũ in emptione, quippe quę bonę fidei eſt.Et vitioſa ratio Alciati.Nã quod emptor vtilitatẽ quæ nõ circa rem præſtat, non inde fit quia in vſuras condemnatur,ſed quia propter ſe præſtari non debet. g Deinde neq; ita par fiet emg ptoris & venditoris conditio.Neq; enim vſurarũ vtilitas circa pecuniã verſatur nec præſtantur ob lucrum petentis,id eſt,non ideo quod haberi à creditore potuerint, ſed ob moram non ſoluentis,*l.*17.§.3.*de Vſur.* Nec in ſtipulationem nõ promiſsæ veniunt ex mora *l.*3.*Cod.de Vſ.* cum tamẽ id quod intereſt veniat. Nec ſemper quod extra rem intereſt modum vſurarũ excedit, & ſæpe immò vtilitas quæ circa rem plurimum excedit vſuras. Quid enim ſi tritici æſtimatio ad duplum creuerit.Non igitur vſurarũ præſtatio emptoris quidquam huc facit. Deniq; vtramque *& Bart.& Alciati* ſententiam refellit noſtra *h.l.vn.*verbis:*quod reuerâ inducitur damnum hoc reddatur.* Siue igitur vtilitate quæ ex re non eſt amiſsâ damnum verè indicatur, omnibus in actionibus & rebus præſtãda, ſiue non iudicatur,in nullis *d.l.vn.* h Dicendum igitur quod in NVLLO IVDICIO (cõtra Alciatum)æſtimetur VTILITAS QVÆ EX RE NON EST, quodq; aliunde quoque percipi potuit,ſiue ſpecies ſiue pecunia(contra Bartolũ) debea-

Ratio enim omnibus communis,quia damnum hoc non tam inde quod triticum vel nummos tuos non habui, quàm quod alios non habui. Nec igitur moræ tuæ id peculiariter adſcribi debet. Accedit *d.l.vn.verbis quod reuera , &c.* Sed hæc ita NISI APPAREAT HVIVS VTILITATIS IN CONTRAHENDO RATIO HABITA, vbi conuentio ſeruanda. Quod inde conſtat ſi ſolutio in certum locum , perſonam vel tempus collata. Hoc quia non fruſtra adiicitur, ſolutionem ad has vtilitates quæ eo loco, ei perſonæ eóve tempore acquiri potuerunt retuliſſe creditorem liquet. i Sic enim in *d.l.2.§.vlt.* non omnes vtilitates extra rem æſtimantur , quæ vbique capi potuerunt, ſed quæ in loco vbi ſolui debuit. Quia loci adiectione id actum eſt. Vnde eo loco nihil interfuit , etſi ſi ſolutum eſſe alibi,actor pœnam aut pignorum diſtractionem euitaſſet, eius nulla ratio. Neque hoc in loco ſpeciali , ne quis putet fieri non propter conuentionem, ſed arbitrariæ actionis poteſtate. Idem eſt in adiectione perſonæ*l.*118.*§.vlt.de V.O.*vbi itidem æſtimatur , non quod generaliter mea interfuit ſolui, ſed quod Titio ſolui : Et temporis *l.4.pr.de eo quod cer.lo.* Ex his verò cauſſis etiam lucri habetur ratio *d.l.*2. §. *vlt.* Hoc intereſt. In damnis non diſtinguitur perſona, nam vbi quid amiſſum eſſe conſtat, quæri nequit an amitti potuerit. In lucris verò ob moram non acquiſitis eo loco,an acquiſiturus fuerit duabus ex reb. æſtimatur. *Si* & potuit facere lucrum ex loco & voluit perſonæ conditione, ſi mercator, negociari ſolitus *d.l.vlt.§.vlt.*

CAPVT XXIV.

Modus pœnarum conuentionalium.

SVPERSIT *ad explicat. d.l.vn.* expedire; AN SIT MODVS POENARVM CONVENTIONALIVM: ITA de quo obiter *d.l.vn.ibi* : Eas pœnas exigi quæ vel cum competenti moderamine proferuntur , &c. Nam quia poſt diſiunct. *vel* hæ ſecernuntur à pœnis quæ à ll. ſtatuuntur , neceſſe eſt eas quas quiſque ſibi cauit accipi. Sed quod iſtud moderamen ſit obſcurum eſt.Debetur enim hæc pœna etſi nihil interſit,& ſpectari dicitur quæ ſit quantitatis ſtipulationis *l.*38. §.17.*de V.O.* Vtrúmne vt ſupra duplum fruſtra ſtipulemur. Immò & ad quadruplum licet *l.*56.*de Euict.* Anne igitur ad quadruplum vſque exemplo pœnarũ a legitimarum. a Sed neque de eo cautum & ratio alia illarum quas lex inuitis, alia harum quas quiſque ſibi ipſe iniungit.Dicendum nullis ll.modum certum ſtatui. Quod & in diſiunctione illa noſtræ *l.vn.* probant verba *certo ſine.* Ergo aliorum quam quæ à ll. non eſt certus finis. Adhæc conuentio de quantacumque pœnâ,quia de re priuata eſt,nec contra ll. (Nam noſtra *leg.vn.* modum ei quo intereſt præſtituit, quod ex incerto ſine conuentione petitur) nec contra bonos mores. Ergo ſeruanda.Malè,qui modum harum ex *h.l.vn.* æquè ad duplum reuocatum ſentiunt. b Sic b enim is qui pluris ſua ex mora intereſſe poſſe viderit fruſtra ſibi cauebit ſtipulando pœnam contra *leg. pen. in fi.Quæ in fr.cred.* debitorque ei impunè illuder,cum tamen fraudationis pœnam metui conducat *leg.1.de conſt.pec.* c QVIS IGITVR MODVS? Si in ea cauſſa c promiſſa in quâ genere ipſo tanti intereſſe poteſt. (*poteſt* dico nec actori probandum quod interſit, ideò enim pœna adiecta ne probet *leg.vlt.de præſtip.* Et ſatis eſt ſi ea natura rei vt ſi non huius at alicuius quandoque tanti intereſſe poſſit) quanta pœna conuenta, nullus modus. Item ſi ob affectionem interſit, quam ipſius eſt æſtimare. Modo non in fraudem

vſurarum pecunia debita *leg.*13.*§.*26.*de act.em.* d Sed d ſi res talis vt propoſita facti ſpecie appareat tanti intereſſe non poſſe quanta pœna promiſſa, id quod vltra erit non præſtandum. Vt ſi res in quam affectio nulla cadat; ſi promercalis aut eiuſmodi quam quiuis eodem modo eodem pretio reperire poſſit. Conſtat hoc ex fine pœnæ *§.vlt. l.de VsO. l.vlt.de præſtip.* Ergo ſi nec intereſſe queat, ſaltem ex affectione, nihil debetur.Quorſum igitur exemplum pœnarum conuentionalium in *d.l.vn* ℞. vt probetur, quia in his & legitimis pœnis aliquis modus , ideò & in eo quod intereſt eſſe debere. Non ideo ſequitur quod idem modus eſſe debeat.

Finis Libri viceſimi ſexti.

LIBER VICESIMVS SEPTIMVS.

Vis & auctoritas ſententiæ.

CAPVT I.

SENTENTIA NISI EI PAREATVR INANIS, ideóque rebus iudicatis,à quibus prouocatum non eſt, ſtari debet *l.1.C.l.*2.*D.h.t. de re iud.* nec reſcindi poſſunt *l.*2.*C.ſent.reſc.l.*56.*h.t.* Alias nemo ſuum vnquam conſequeretur nec vllus eſſet litium finis. HINC AVCTORITAS RERVM IVDICATARVM, vt vocatur *l.*20.*C.de tranſ. l.pen. C.h.t. l.*65.§.2.*D.ad Sc.Treb.* Qua de multa quæruntur, expoſita tit. *D.de re iud. & de effectu ſententiarum & interlocutionibus.* a Interlocutio in *d.tit.* & *l.*15.§.2.*h.tit.C.* a *de ſent.& interloc.l.*4.*C.commin.vel Epiſt.l.*9.§.3.*Quod met. ca.* dicitur, cum iudex interim, dum de principali agitur, loquitur b & dictiquæ ad cauſſam promob uendam pertinent. c Veluti in exſecutione principac liter id agitur vt res diſtrahantur. Hoc fieri nequit niſi pignora capiantur. Itaque ſi hoc iubeat magiſtratus interloquitur, item ſi iuber, vt partes adſint, teſtes producantur, inſtrumenta proferantur. Et eſt ſanè hæc ſententia circa partem eam qua de ſtatuit. Sed non quæ per excell. ita dicitur, quo ſenſu in *d.l.*15. *§.*2.*l.*14.*h.t.d.t. C.de ſent. & intel. leg.*4.*Cod. comm.vel Epiſt.l.pen. C.quan.app.* * d CÆTERVM quod extra * *hæc* ſententiam IVSSIT VETVI SIVE PRÆTOR, ſiue in *ad rub.* iudicio quæ vel ad cauſſæ præparationem pertinent *h.t.* *leg.*19.*§.vlt. de rec. arb.* vel ad melius cognoſcendam d aut citiùs tranſigendam vt adeſſe Idibus ; inſtrumentum edi, teſtes produci: (Et hæc etiam iudici dato mutare licet, *arg. d.l.*19. *§.vlt.* e Quid enim ſi poſtea e compererit impedire id progreſſum non promouere) ſiue extra iudicium ; opus nouum nunciare *leg.ſi opus* 16,*de nou.op.nunc.* cauere domini infecti *leg.penult. de ſtip.præt.* contrario imperio quamdiu res integra, id eſt ſi factum non erit quod iuſſit, fieri poſſit quod voluit. f TOLLERE LICET *leg.*14.*h.tit.* Et iure quidf dem ratum eſt, etſi ſine cauſſa muret. Sicuti nec cõgitur mutare etſi id poſtulerit cauſsã probatã. Facultatis enim hoc eſt, non neceſſitatis. Vtrobique tãmen contra iniuriam paratum remedium appellatiõnis de iis quæ extra iudicium iuſſit ſtatim , quæ in iudicio non ante ſententiam definitiuam *l.pen. C. Quor. ap. non recip.* * SENTENTIAM autem RESCINDE- * *ad l.* RE NEQVIT *dict.leg.*14. *l.Paulus* 24. *l.Diui.* 27. *pr. de* 24 *h.t.* *pœn. l.*1.§.*vlt.de qq. l.*1.*C.ſent.reſc.* Nec ſi perperam iudicauit *leg.iudex* 55, *leg.*62.*h.tit.* nec ſi ſontem abſoluit, inſontem condemauit, vbi tamen princeps adeundus pœnæ augendæ minuendæ vel tollendæ.

g *d.l.27.§.1. de pœn.d.l.1. §.vlt.de qq.l.45.§.1.h.t.* g Ratio in *d.l.55.* quia sententia dicta iudex esse desiit & ita deficit potestas, nam mutando nouam ferret sen-
* *ad l.* 42. tentiam. * 2. quia tulit eam caussâ cognitâ. Suspectum itaque quod postea constituerit, siue antea rectè statuit, siue iniquè, quia nihilo melior futurus censetur in posteriore quàm in priori fuit, de improbitate aut imperitia sua cõfessus. h Alia ratio alterius
h iussus extra sententiam, vbi nec iubendo iudex officio functus, nec si magistratus iussit, inde esse desiit.
* *ad l.* 14. * SI MODO IVRE VALEAT. Nam si iure nulla quia non est sententia *l.4.§.6.h.t.* tanquam re integrâ de eadem caussâ apud eundem agi & is re cognitâ mutare potest *l.59. §.vlt. hoc tit. l.1. Cod. de sentent. leg.si*
i *præses 6.* C. *Quom. & quand. iud.* i Hinc idem prætor qui contra minorem iudicauit restituere eum in integrum potest *leg.16.§.vlt. de minor.* Licet enim mero iure valuerit sententia non tamen prætorio, intra tempora restitutionis *l. nèmo 5. de in int.rest.* Quamuis forsan tunc non tàm rescindit quàm confirmat. Non enim quod non rectè pronuntiauerit, sed ob ætatem &, quæ inde, læsionem restituit *l.17. de minor.* ET NEC EIDEM SENTENTIÆ QVIDQVAM ADIICERE; nisi quæ ad consequentiam iam statutorum pertinent suppleat eodem die *d.l.42. h.t.* id est, accessiones rei principalis, vt sunt fructus & litis expensæ. Hæc enim potestate sententiæ continentur *per l.35.§.1. de R.V. l.13. §.siue a.6.C.de iudic.* Ergo nihil in eo noui statuit sed sententiam magis exprimit iudex. Eodem autem die quia si post interuallum pars eiusdem sententiæ esse nequit, *arg.l.12.pr.de diuob.reis.*
k k NEC lite terminatâ ACTA IVDICII CIRCVMDVCI, id est, deleri IVBERE *l.acta 45.h.t.* Antea verò vt deleri possint oportet & litigatores consentire, (quia eorum interest publ. exstare testimonium, si perperam iudicetur vt appellandum sit) & iudicem (quia eius & existimatio vertitur & res ne de malè iudicato conueniatur) & circumduci eadem die *d. l.45.pr.* Non quasi postea omnium consensu cancellari nequeat; sed quia quæ eadem die delata etsi quid turpe contineant, non nocet, cum perinde habeatur ac si scriptum non esset ob continentiam rei gestæ arg. *leg.lecta 40.de reb.cred.* Quod ex interuallo deletur sic accipitur quasi aliquando scriptum fuerit & postea delerum. Verba autem emendare tenore sententiæ manente licet *l.46.hoc tit.* l quia verba de re nihil
l * *ad l.* 45. mutant. * Cæterùm HÆC AVCTORITAS rei iudicatæ PERPETVA FERE INTER EOS INTER QVOS RES IVDICATA EST. Vti autem RES INTER ALIOS actæ ita & IVDICATÆ ALIIS NON NOCENT *t.C. Quibus res iud.non noc.& tit. Res int.al.act.l.sæpè pen.D.*
m *h.t.* m Sed hoc distinctionem habet vt *declar. l. pen.* Et ignorantibus quidem non nocet absolutè. Nam *d.l.pen. pr.* ibi *etiam scientibus obest.* voc. *etiam* non ad proximam referenda, quasi non scientibus præcipuè noceat, sed ad verbum *obest*, vt nec scientibus iis, qui impedire non potuerunt ne ageretur, quia nihil est quod his imputari possit, id est, quorum res propria non fuit, sed cuique sua propria, in eâ re actio aut defensio, licet aliàs caussa communis ac iudicatum contra vnum contra omnes videatur. Et h. e. quod *d.l. pen.* dicitur *etsi contra ipsos iudicatum sit*, vi ipsâ scilicet non directo, vt per seqq. Exempla *d.l.pen.* tria. Vnum *ibi: Veluti act.* Duo heredes debitoris. Cum vno actum & iudicatum est defunctum debuisse. Hoc si verum necesse est alterum quoque debere. Alteri tamen connento integra defensio, etsi cum coherede agi sciuerit. 2. Jbi: *item si*: Duo heredes creditoris vel domini. Vno agente reus absolutus: Alteri, etsi scienti, actio sua integra. *3.Vers. diuersa.* Titio fundum vindicante Seio contra vindicante, iudicatum est fundum Seij esse. Hoc si ita est nullius alterius sit oportet. Attamen eundem Casus à Seio rectè vindicat. Nocet autem scientibus iis quorum actio illa vel defensio, de qua prius iudicatum, propria fuit, quaque alium vti, cum possent, non prohibuerunt *d.l.pen. vers. scientib.sententia.* Subdit I.C. exempla: veluti si creditor experiri passus sit debitorem de proprierate pignoris.
o Ita rectè in Florent. P and. o Etsi veteres libri habeant *si creditorem, &c. debitor* contraria sententia. Nam hoc agit IC. vt proponat eum, ad quem actio de re pignori data primum pertineat & qui sequentem prohibere possit. Is autem est creditor, qui & ab ipso debitore petere potest, & magis itaque ab alio, inuito licet debitore, aut maritus socerum vel vxorem de rei dotalis aut possessor venditorem de rei emptæ proprietate. Dices. At socer & venditor planè non possunt ita agere cum domini non sint. Bz. Actionem non habent suo iure sed ceu procuratores in rem suam, suo quidẽ nomine, quia expedit his agere ob periculũ euictionis, alt ex persona domini, qui dum patitur, mandat argum. *l.18. Mand.* Sanè quin suscipere hi action. domino patiente possint, dubio magis vacat, cum hoc quilibet possit vt suo loco in *d.vers. scientib.* verò vocula *agere* & v. *experiri* defensionem quoque rei ac susceptionem actionis continent. Vt prob. tùm vocula *defensio* eodem versic. tùm subiecta ratio distinctionis quæ reddirur in versic. *cur autem, &c.* Quia illic coheredi ex. gr. dum sert coheredem actione vel defensione suâ vti nihil imputari potest, cum impedire nequeat *leg. nullum crimen 109. de R.I.* Ei verò qui priorem dominum, id est, qui prius fuit, nunc non est, vt socer, venditor, defendere caussam patitur, rectè nocet sententia. Quia cum impedire potuerit de eius iure sub aliena persona iudicatum videtur, ac perinde habetur ac si aduers. ipsum actum esset. Confirmat hæc IC. arg. à comparatione minorum. Si sententia de statu liberti nocet patrono, quo interueniente res acta, qui in libertum (& ideò quoque ad action. eam impediendam) minus iuris habet, quàm dominus in rem suam, & in impediẽdâ actione de ea re, vtique, &c. Planè duobus casibus sententia adu. debitorem creditori scienti non nocet: 1. si collusit cum aduersario, 2. si propriâ except. aliqua victus *leg. præses 5. Cod. de pig.* Cæterùm & quinque videntur causarum genera, in quibus res iudicata alij nocet, tantum ideo quia iudicata, non quia agi de ea sciuit.
1. Popularis actio *leg.3.§.pen. de hom.lib.exh.* 2. Accusatio *l.si cui 7.§.2. de accusat.* 3. Sententia contra testamentum *leg.8.§.pen. de inoff.* 4. Quâ quis filius pronuntiatus *l.1.§.vlt.l.2. de agn. lib.* 5. Quâ ingenuus *leg. 25. de sta. hom.* Neque ideò manca Iurisconsulti Macri *d.l. pen.* distinctio. Omissa enim hæc illa, quia verè huc non pertinent, nec verè sunt except. regulæ. Nam popularis actio non datur singulis, sed cuiuis, vni tamen soli ex populo. Is agens populi vice, qui ipse agere videtur. Vnius igitur populis qui denuò agit non alius. Eadem accusationis ratio. Hinc vtrobique si alius quod sua interest aut priuatum dolorem persequatur, si & prius ignoraverit agi, non repellitur *d.l.3.§. pen. d.l.7.§.2.* In reliquis tribus generibus alius agere nequit de accessionibus & consequentiis rei prius inter alios iudicatæ. Regula autem nostra hoc vult & ea est sententia Jurisconsulti *d. l. pen.* Res inter alios iudic. non nocere aliis DE EADEM RE PRINCIPALI ITERVM AGENTIBVS. Aliàs & hæc regula tenenda. SENTENTIA DE RE ALIQVA PRINCIPALI LATA INTER LEGITIMOS CONTRADICTORES,

DICTORES, id est ad quos res principaliter pertinet suo nomine; vel qui tales se esse intendunt, veluti sunt in quæstione testamenti heres scriptus & legitimus IVS FACIT INTER QVOSCVMQVE ALIOS (hisque nocet) DE ACCESSIONIBVS REI IVDICATÆ postea CONTENDENTES. Idque ex naturali ratione *leg.cum principalis 178. de R.I.* Hinc lite de testamento inter scriptum & legitimum terminatâ, euersaque institutione ceu fundamento, necesse est legata & libertates euerti *dict. leg. 8. §. penult. de inoff.* Sic qui filius Titij iudicatus, is consequens est sit cognatis Titij cognatus. Si ingenuus, consequens vt nulli debeat operas, aliaque quæ consequ. iuris Patronatus. Vnde cum hæc de quibus postea agitur ex ex priore pendeant iudicato inde illud obest. Aliud v. vbi prius non legitimi contradictores. Hinc si inter petentem legatum & heredem quæstio testamenti decisa id aliis legatariis aut heredibus non nocet *l.1. de exc. rei iiud.* cum de testamento per consequentiam actum fuerit, principaliter verò de legato, ex
p cuius vi testamentum non pendet. Quomodo concil. *d. l. cum d. l. 8. §. pen.* p Aliud item si de eadem re alius æquè principaliter agat, vt si de testamento quod inoffic. iudicatum est, alius heres scriptus, aut si eum qui filius L. Titij pronunciatus alius filium suum esse dicat. Quod & confirmat *dict. leg. pen. vers.*
* *ad l. pen. h. tit.* *nam etsi libertus arg. à contrario.* *

NOTATA.

a a In hac materia quia nobis non licet esse copiosis, vtiliora veluti per indicem notabo fusius oportuniori tempore forsan tractaturus. (*Monendus autem hic es in* h.lib.27. *certo consilio ac iudicio nos quæ Donell. ad finem ferè* ll. tit. de re iudic. *exposuii id met hodi quasd. leges quasi reuocasse vt aliqua saltem ratione praced. & seqq. connecti possint. Secutus autem ferè sum Edicti ab ipso præfixi summam, cum & Donell.*
b *ipse eò illa referri posse consuerit*) b *Bouer. sing. 63. num. 9.* dici sic, quod iudex tanquam inter partes loquendo siue solennit. Scripturæ pronuntiet. *Duar. ad leg. 1. hoc tit.* interim loqui, dum fuerit sententia dicta vel exsecutio facta, sicuti interdictum inde dicitur. Nam ceu hoc nõ præiudicat proprietati, ita nec interloc. causſam perimit *l. post sent. 9.*
c *C. de sent. & interl. Græc. διαλυτέα Nou. 112.* c Cum qui ad præparationem magis causſæ quam ad decisionem pertinens pronunciat *l.19. §. dicere 1. de rec. arb.* Vulgò definitur: Omnis vox iudicis ad causſam faciens & principale negotium non determinans. Quam definit. refellit *Alb. Gentil. 3. lect. 12.* quod interrogationi iudicis competat. Ibidemque reprobat definit. *Cuiacij* ipse sic. Emergentis vel incidentis facti iussus vel notatio vel prohibitio vel assertio iudicis. Germ. *Beyurtheil* sicuti definitiua *Endurtheil. Sneidui. in §. curare 32. I. de act. num. 5.* d Nec itaque ex interlocutione iudicati actio nascitur (vt malè *Vaud. 1. q. 23.*
d *num. 12.*) *Marant. h. titul. de sent. num. 22.* Etsi statuto disponente de sententia absolutè, hanc quoque contineri contendit *Muscor. de iurisd. num. 30.* contra Dd. vulgò & *Marant. dict. tit. sent. num. 52.* sententiam semiplenam vocat *Damh. praxi ciu. cap. 144. num. 1.* Incommodè. Nam Augustin, ita nuncupat quæ non totam causſam dirimit, dum ait: Legibus iudex prohibetur semiplenam proferre sententiam *citante Cuiac. 23. obs. 1.* De interlocutoriis vid. *A. Gent. 3. Lect. & Epist. 12. & 4. seqq. Menoch. adip. poss. remed. 4. num. 802. & seq. & retin. poss. remed. 3. num. 839. & seqq. Sig. Scaccia 1. de iud. 102. Lanc. Cont. de off. præt. in causſ. ciuil. verbo: sentent. Marant. p. 6. tit. de sent. num. 2. vsque ad num. 47. Rulant. de commiss. p. 1. lib. 5. cap. 12. Mynſ. 5. obs. 88. Guid. Pap. quæst. 10. num. 12. Petr. Matth. in not. ad d. q. 12.* Absolutio ab instantia an interlocutoria *M. Ant. de Amatis dec. 66. Gail. 1. obs. 132. num. 5. & Scaccia 1. de iudic. 93. num. 4.* dist. vt finem causæ imponit, veluti quia pendente iudicio solutum est definitiua sit eiúsve vim habeat, aliàs interlocutoria. Sententia in l. diffamari definitiua an interlocutoria? *Blarer. in leg. diffamari cap. 9. num. 6. Contard. ibid. cap. 5. num. 139. & seqq.* & an quæ in causſis summariis lata *Vasq. 2. contr. vsufreq. 35. num. 1.* & an quæ super possessorio vid. *Gœd. de sequestr. cap. 1. num. 54.* quæ in restitutione in integrum *Odd. de rest. in integr. p. 1. q. 40. art. 1.* De aliis sententiis in quibus eadem dubitatio vid. *Maranta d.*

tit. de sentent. n. 24. & seqq. e De hac interlocutoriæ reuocatione & vt iudex errorem corrigere possit vid. *Bron. 4. enant. 19. Rulant. p. 3. lib. 9. cap. 14. num. 18. Moller. 3. Semestr. n. 1. & seq. Asin. de exsecut. §. 3 c. 150. & c. 240. Damh. praxi ciu. cap. 146. Monter. decis. 3.* Quando & quibus casibus reuocari nequeant *Corset. sing. 292. & 4. seqq. & Concenat. lib. 1 q. 2. num. 5. & seqq. Vaud. lib. 1. q 49.* refellens eos qui pro arbitrio reuocari posse. f Quidam tamen interloc, etiam postquam executioni mandata est reuocari *Bouer. sing. 63. n. 20.* Quod *Corset. d. sing. 292.* non admittit, nisi ex consensu partium. Sanè & post decendium lapsum rectè rescindi conuenit. Vulgatum enim est in rem iudic. transire quoad partem non quoad iudicem *Bouer. d. sing. 63. num. 16. Mall. 4. sem. 1. nu. 12.* g Princeps quando possit reuocare sententiam quæ in rem iudic. transiit vid. *Cravetta de antiquit. temp. part. 1. pr. n. 53.* h *Bodin. 3. de Rep. 5. num. 307. Poller. 5. hist. fori*
h *16.* † *Seneca 7. contr. vlt.* Iudex quam tulit de reo tabellam reuocare non potest *Apulei. 1. Floridor.* Proconſ. tabella sententia est, quæ semel lecta neque augeri litterâ vnâ neque minui potest. Et *Cic. 3. verriná* criminatur Verrem quod sua decreta subinde mutarer. vid. & *Meno. 1. arb. q. 67. Concenat. lib. 1. q. 1. num. 23. & n. 52. & quæst. 2. Mathesilan. ad l. 4. C. Quom. & quand. iud. Bronch. 4. enant. 19.* Confer. *Langl. 5. Semestr. 2. & 5.* i Quod *Mathesilan. ad l. 4. C. Quom. &*
i *quand. iud. num. 6. & 7.* admittit in ordinario nisi causſa nullitatis ex turpi facto iudicis, vbi superior adeundus; non in delegato, nisi à principe vel ad vniuersitatem causſarum. *Anton. del Re de iuram. cal. n. 60, & seq.* nec nullam sententiam corrigi aut erroris prætextu murari. Nam quod actus nulli, ait, pro non factis, obtinet quoad præiudicium tertij, non quoad gerentis. Sed loquitur de casu vbi nullitatis causſa culpæ iudicis imputari potest. Tametsi *Corset. sing. 203.* sententiam notoriè iniustam posse reuocari etiam citra appellationem & vulgò reuocari quoque sententiam in contik
nenti posse statuunt. *Tirag. de retr. lignag. §. 1. gl. 5. n. 17. Lannin. lib. 1. de citat. reali c. 1. n. 87. & n. 104.* vnde sententiam sub conditione resolutiuam valere arguit *Fachin. 11. contr. 16.* l Vbi verbum *sententiæ* non iudicialem denotare, vt gl. & Dd. sed sensum ac intentionem scribentis statuit *Vualther. 2. misc. 23.* De interpretatione ambiguorum verborum sententiæ vid. *Concenat. lib. 1. q. 3.* Quod ordinat. maior possit sententiam interpretari, non minor iudex, non delegatus *Wurmser. titul. 22. obs. 18.* m Quo de cum plenius tractare
m nec vacet nec locus patiatur, remitto ad *Tiraquell. in tit. Res int. al. act. Couar. pract. qq. c. 13. & seqq. Cravetta de antiquit. temp. part. 2. §. 1. n. 43. & seqq. Vasq. 2. contr. vsufreq. 23. n. 13. & seqq.* (qui varias regulæ huius rationes adducit, & deinde multis eam modis restringit) *Zoan. ad l. 2. C. de edendo. n. 5. P. Fab. ad l. 207. de R.I. Contard. in l. diffamari c. 3. n. 150. & seqq. Bronch. 2. misc. 44. Zang. de except. p. 3. c. 17. n. 67. & seqq. Mathesilan. sing. 23. Hartm. Hartm. tit. 18. obs. 18. obs. 3. Hart. Pist. lib. q. 29. Surd. aecis. 256. Vult. cons. Marp. 22. vol. 3.* Sententia contra dominum directum an noceat vtili vid. *Affict. decis. 396.* Planè quoad eius personam, secundum quem lis dicta, ius facit sententia non solum vt ei prosit, sed & vt ei præiudicium adferat *l. 50. §. 1. de leg. 1.* Vbi sententia pro substituto contra heredem, obligat ipsum creditoribus & legatariis, neque ab iis conuentus se tuetur regulâ Res inter
n al. iudic. aliis non prodest *Hot. 6. obs. 23.* n Quomodo euitatur correctio *Cuiac. 12. obs. 25.* legentis, *scientibus non obest.* Et seqq. ita punctis distinguentis: *iudicatum sit nihil nocet.* o Et confirmat *Cuiac. dict. cap. 25.* ex Basilicis & Bernhardo *cap. penul. extr. de re iud.* Et quia in seqq. qui egit dominus vocatur, qualis non est creditor. p Ita & *Donell. ad*
o p *leg. 2. Cod. de fid. instrum.* Conuenit *Ş. lib. 22. cap. 5. post. lit. X. Pac. 3. enant. q. 31.*

CAPVT II.

Iudicati definitio, &c.

DE viribus iudicati PRÆTORIS EDICTI quod fuisse de his constat *l. 4. §. 3. leg. 5. pr. h. t.* HÆC forsan SVMMA erat: SI RES QVA DE AGITVR AB EO CVIVS DE EA RE IVRISDICTIO EST *l. 5. princ. hoc titul.* Vbi Vlpianus notat quod melius scripsisset Prætor, *cuius de ea re notio est*, id est, expressiùs & apertiùs, vt intelligeretur polliceri actionem iudicati non tantum ex sententiis eorum qui iurisd. habent, & qui notionem nudam. Confer. s. *lib. 17. cap. 6.* Non tamen omninò malè

scripsit Prætor. Nam magistratus per iudicem datum cuius fidem elegit, ipse iudicasse censetur. Nec in sententia Prætoris quid desiderat Iurisconsultus, sed clariora verba requirit. a Hic autem est qui dicitur iudex competens *tit. Coū. Si à non comp. iud.* Ad quod tria exiguntur. 1. Vt sit iudex, id est, aut magistratus, aut ab eo delegatus vel datus. 2. Vt inter eos in quos iurisd. habet, qui eiusdem territorij. 3. Vt intra iurisd. suam de re & summâ eius cognitioni commissa.

* *Hæc ad l. 5. pr.* [*Confer. supr. lib. 17. c. 6. & seqq.*] * IVDICATA ESSE DICETVR. Res iudicata dicitur vt *leg. 1. h. tit.* quæ finem controuersiarum (in plurali. Nam si plures in vno iudicio, seu lite controuersiæ, veluti in petitione hereditatis & iudiciis generalibus, pro socio, tutelæ, negoc. gestorum de omnibus pronunciari debet. Nec enim in eodem iudicio res iudicata in partem valere, b in partem non valere potest, *l. 27. Fam. erc.* b *Fac. leg.* 19. §. 1. *de rec. arb.* Aliud si plura iudicia vel lites inter eosdem, etsi apud eundem iudicem *leg. 21. pr. de rec. arb.*) pronunciatione, id est, sententiâ *l. 32. hoc tit. l. 1.* c *§. vlt. ad SC. Turpil.* c iudicis per ante dicta accipit, quod vel condemnatione vel absolutione contingit. Naturâ enim aliter dirimi nequit. Vnde sententia neutram continens pro iustâ non habetur *leg. 3. Cod.* d *de sent. & interl.* d Damnare & condemnare, (quod pro simplici ponitur) à damno dictum, est imperare patrimonij diminutionem per *l. de damn. infect.* seu iniungere, vt is vnde petitur aliquid præstet vel dependet de suo. Quod quibus verbis fiat nihil refert, *l. 59. pr. h. t.* Adeò vt & condemnet qui simpliciter pronunciat reum 100. debere *leg. 75. pr. de iud. Fac. l. 1. §. 4. ad SC. Turpil.* e Absoluere verò est liberare. Et absoluit siue amplius ab eo peti vetet iudex, siue nihil deberi dicat *leg. 19. §. 1. l. 21. §. 1. de rec. arb.* Modò condemnatio & absolutio certa sit, seu certam quantitatem habeat vid. *infra cap. 6. lit. L.* Non si sic: Solue quod debes *leg. pen. & t. t. Cod. de sent. quæ si cert. quant.* Obi. 1. Immò res iudicata non accipit finem, sed imponit. Parere enim sententiæ oportet quæ iniungit aut peti vetat. R. Vox ambigua est. Modò significat rem controuersam seu litem de qua sententia lata, vt hîc & *leg. 6. pr. hoc tit.* modò sententiam ipsam, vt cum dicitur rei iudic. stándum, eam rescindi non posse, aliis non nocere, &c. vt *l. 32. hoc tit. leg. 2. Cod. Sent. resc. l. 3. & 4. C. de exsecut. rei iud. leg. 2. & t. t. Cod. Quib. res iud. non noc. &c.* Relata insuper sunt res quæ accipit & quę imponit finem: Proinde vno posito alterum continuò statuitur f vt parum interfit vtrum definitione explicetur. Obi. 2. Non finita est controuersia quamdiu de eadem re agi potest. Atqui à sententiâ appellari potest! Immò appellari non potest nisi res sit iudicata *leg. 6. pr. leg. 14. Cod. de appell.* R. Sanè res iudicata nihil aliud est quàm sententia *per leg. 74. de iud. iunct.* g *leg. 55. l. 62. hoc titul.* & hæc idem valent. g Sed vera tamen definitio & quoad mentem & propositum iu- h dicantis argum. *leg. 19. §. 1. de rec. arb.* h & quoad verba. Finita enim per sententiam lis non sanè apud nouos iudices, sed in eo, quo ante agebatur, iudicio *l.* *-*hæc ad l. 1.* *iudex 55. hoc tit.* * SI NON ET A SENTENTIA PROVOCATVM ERIT *leg. 32. hoc titul.* vel si non secundum legem, id est, intra tempora lege constituta prouocatum *leg. 27. hoc titul.* Nam tunc sententia etiam iniusta valet, nec reſcriptum Principis contra eam i recipitur *l. vlt. C. Sent. resc.* i Nisi sententia expressè contra leges prolata quæ nulla est sine prouocatione *leg. 1. §. 2. Quæ sent. si appell. rescind. vid. j. cap. 6. lit. A.*

* *hæc ad l. 27.* * CONDEMNATVS VT PECVNIAM SOLVAT *l. 4. §. ait 3. hoc titul.* districtè. Nec auditur satisfacere paratus oblato fideiussore expromissore, pignoribus, &c. contra quam Labeo voluit *d. §. 3.* qui tamen expromissorem desiderauit, qui nouandi animo in se obligationem transferat *leg. 4. de cond. ca. da. l. 8. §. 13. pr. ad SC. Vell.* Fideiussore enim dato non potest non prior obligatio, cui ea accedit, manere. Quem mouit quod per act. iudicati hoc tantum habeat creditor vt pignora capiat. Sed ratio decid. ne obligationes ex obligationibus fiant, expromissoria scilicet ex obligat. iudicati, & ita ne lites ex litibus nascantur. Alioqui enim contra expromissorem renitentem nouo iudicio agendum esset. Exc. Nisi sit magna causſa *dict. §. 3. in fin.* De quo statuendum volunt ex facultatibus rei vt si inops det idoneum expromissorem arg. *leg. 2. leg. 31. hoc titul.* Sed mala illatio, quia *dd. ll.* solum dilatio datur, nec actio iudicati tollitur. Melius iusta & sola dicetur, si nihil interfit actoris pignora potius capiat, an expromissorem accipiat argum. *leg. 2. §. 5. in fin. de aq. pl. arc.* Quod fit si reus pauper immobilia solum possidens, aliis omnibus destitutus, det expromissorem idoneum & facultatibus & conueniendi facilitate. Hoc enim admisso facilius suum obtinebit, quam rebus istis soli captis & distractis, solennibus subhastationis obseruatis. k Obi. Satisfactio pro solutione est *leg. 52. de sol.* R. admitteuti, cum creditor oblato contentus est, vid. *supr. lib. 26. cap. 9.* Aliud autem est satisfacere velle: Nam expromissore recusanti oblato satisfacere dicitur abusiuè, ex sensu scilicet debitoris. Planè qui spontè cautionem admisit, & aut. passus idem sibi promitti, aut fideiuss. vel pignora accepit, ita ab exsecutione recessit, si nouatio intercessit, quippe quâ obligat. iudicati sublata est, aliàs manet ordo exsecutionis *leg. 4. §. 4. hoc titul. leg. 2. Cod. de Exsec. rei iud.* Nouatio autem in *d. §. 4.* intelligitur, nisi contra probetur, si victori cautum ex conuentione, id est, nudâ promissione per *leg. 3. Cod. de V. S.* Numquam autem pignoribus datis aut fideiussoribus *dict. §. 4.* vbi ratio. Hæ enim amissiones principalis oblig. citra quam non subsistunt. Hodie autem nulla nouatio nisi nominatim facta *leg. vltim. Cod. de nouat.* Non obst. vulgare istud: Cautio hominis tollit cautionem legis. Falsum enim id nec ex *l. vlt. Cod. de pact. conu.* probatur. l Ibi enim ei quæ cautione sibi prospexit l tacita hypotheca non datur ideo, quia superuacuum est ei quid lege dari, quod iam ante habet ex conuentione. At si quis iam ante à lege quid habet, non certè inde amittit, quod plenius sibi cauerit. Ius enim vigilantibus scriptum *leg. pen. in fin. Quæ in fr. cred.* Cautio nostra impedit sanè, quod L. in subsidium concedit, non autem tollit sed confirmat quod ex lege antea habetur. * m Soluisse autem hic dicitur omnis qui * *ad l.* obligatione iudicati liberatus *leg. 4. §. pen. h.* puta no- *4. §. 4.* ua, acceptilatione pacto *. Quæ licet specie distent m non tamen vi & potestate Fac. *leg. 54. de sol.* & illius * *ad l.* epigraphe. Non autem absoluit qui rem dedit quæ *4. §.* auocari potest. Et hinc decisio *l. 4. §. vlt. h. tit.* Quò *pen.* confer *l. 20. l. 38. §. 3. l. 69. de sol.* Cæterũ *ex d. §. vlt.* duo notanda: 1. Noxæ deditum à fructuario auocari posse. Sed ita vt litis æstimationem offerat ei qui accepit *l. 17. §. pen. de Vsufr.* tunc nempe cum aut fatetur seruum nocuisse, aut conuincitur. Aliàs res aduersus proprietarium iudicata ipsi non nocet *l. pen. hoc tit. 2.* Iudicati act. manere aduersus proprietarium qui noxæ dedidit, si scilicet condemnatus, quia non verè soluitur quod auocari potest. Secus si ante sententiam noxæ dedidit atque ita absolutus. Vbi quia actio iudicati nec nasci potuit de dolo actio datur *l. 9. §. 4. de dolo.* n * Quod si plures vnâ sententiâ in vnam n quantitatem condemnati, pro portione virili quisque * *ad l.* tenetur, eâ solutâ liberatur, nec ex persona alterius *4. §. vl.* conue-

nueniri potest *leg. 43. h. t. l. 10. de appell.* etsi solidum antea debuerint, vt plures tutores act. tutelæ conuenti, *l. 1. & 2. C. Si plur. vnâ sent. cond.* Spectatur enim hîc non quid alibi, sed quid iudicato contineatur. Sanè veteri tutelæ actione in plus conuenire nil impedit. Nec enim qui in partem condemnatus, ideò in reliquum est absolutus. Nisi de hoc ipso actum sit an solidum deberent necne, quia tunc eadem quæ- * *ad l.* stio reuocari nequit *leg. 3. de exc. rei iudic.* * Soluenda *43.* autem pecunia condemnatione comprehensa per *l. 4. §. 3. h. l. vl. in fin. C. de Vsur. rei iud.* Ergo si reus condemnatus vt illud aut illud soluat ita iudicati agi debebit *§. Si quis agens 33. vers. huic a. I. de act.* Excip. species *l. 6. §. 1. h. t.* Decem aut noxę dedere condemnatum non conueniri necesse est vt aut 10i aut noxæ dedat, sola 10i iure ab eo peti possunt. Sed obst. 1. *d. vers. huic autem.* Si disiunctim, & noxæ deditio deberur. Deberi autę probatur, quia ea liberat obligatione. Non autem liberat solutio alterius rei quam debitæ. R. est in *dict. §. 1.* Liberat non quia debetur, sed quia debitor facultatem noxæ dedendæ (ita *d. §. 1. vt & leg. 20. §. 5. de pet. her.* non dedendi. Significatur igitur ipse seruus qui deliquit *§. 1. I. de nox. act.*) à lege accipit. Obi. 2. Exemplum stipulationis *dict. vers. huic a.* R. Ratio diff. *d. §. 1.* Ibi vtrumque in obligatione. Hîc iudicium solius noxæ deditionis (id est, iudicatio vel condemnatio in eam) nullum, sed hæc in sententiam per consequens venit *§. 1. I. de off. Iud.* Obi. 3. Attamen in condemnatione venit etiam deditio noxæ *d. §. 1.* R. Verbis sanè sententiæ continetur, reuerâ in solutione est quæ à lege tribuitur, id est, iudex magis potestatę soluendi reo dedit, quàm necessitatę imposuit. Effectus quæstionis in *l. 20. §. 5. de pet. her.* Iudicati ad 10. conuentus non liberatur noxæ dedendo, quia ea facultas * *ad l.* ante fusceptum hoc iudicium. * Aliquando autem *6. §. 1.* quæ verb. sententiæ non comprehensa mente eiusdem ita. Exemplum *leg. vlt. h. t.* Cuius species hæc videtur. Negoc. gestor. condemnatus in pecuniam ex administratione debitam eiusque vsuras, appellauit. Appellationis iudex rectè prius iudicatum fuisse pronunciat. Q. an vsuræ medij temporis quo causſa appell. tractata est debeantur. R. dub. De his vsuris nihil dicit posterior sententia. Ergo per *l. 6. §. 1. ibi, sed pecuniariam, &c. h. t.* Sed Scæuola R. dandam act. (non directam, quia verba deficiunt, sed) vtilem. Nam qui priorem sententiam, quæ & in vsuras condemnauerat, totam approbauit, vi ipsâ de vsuris quoque seq. temporis sensisse creditur. Quod enim æquum in priore iudicio fuisse æstimatur, quidni & in posteriori, in causâ eadem pro tempore secuto. *Et ita quo-* * *ad vlt.* *l. que Duar. ad d. l. vlt.* *

NOTATA.

a a Conuenit *Baro lib. var. qq. de iurisd. fol. 40.* Melius, ait, id est, magis propriè. Licet edictum defendi possit iuris interpretatione, quia iubet iudicare ipse ius dicere intelligitur, & ita qui condemnatus à pedaneo, videtur ab eo cuius est b iurisdictio. b Et plena esse debet sententia vid. *not. c. praced. lit.* D. Petitis itaque 100. & probatis 50. ad 50. condemnatio fieri & in aliis absolui debet reus, aliàs non valebit sententia *Bouer. sing. 63. num. 6.* Nec iudicium scindi potest vt de re iudic. deducta partim iudicetur, partim non, sed totam causſam sententia dirimi oportet *l. 2. & 3. C. Th. de sent. expedit.* Et ob partem eam quæ omissa est, pars quoque ea de qua iudicatum est, pro non iudicata habetur, ita *Cuia. 23 obs. 1.* Qui tamen *ib. & 12. obs. 2.* sententiam valere, etsi non de omnibus præstationibus, quæ in iudic. venerunt, quasque ex. gr. à se inuicem coheredes in Famil. ercisc. iudicio petierunt, iudicatum sit, cum de vno capite litis ferri possit sententia, ac tot sententiæ quot litis capita per *l. pen. (quam Cuiac. restituit d. c. 2.) C. de sent. & interlo. l. 20. §. 4. Fam. ercisc.* Quod & *Dd. vulgò* probari vid. *Vant. de nullit. sentent. ex defect. proceſſ. n. 100.* ast Donell. hîc improbari videtur: In ap-

pell. autem iudicio sententia prior partim confirmata partim infirmari potest *l. 47. Fam. erc. Cuiac. d. loc. l. pronunciatum* c *46. de V. S.* vbi vid. Gœd. an & quæ differentia sit inter pronunciare & statuere. d Vid. *Mathesilan. ad d. l. 3. & ad l. 11.* d *eod.* Error enim est Ant. Fabri tertium genus sententiæ comminiscentis vid. *not. 8. lib. 18. c. 8. lit. X.* Nec ferenda est eiusdem arguita 15. *Coniect. 1.* quod ex act. in personam solum fit condemnatio; ex realibus nulla. Quod vel ex hac iudicati definitione refellitur satis. Neque enim negari potest iudicatum etiam dici in act. in rem. Cum & in *tit. de exc rei iudic.* passim de act. in rem agatur. Nec alicuius ponderis sunt obiecta Fabri, quæ alio tempore diluemus. Quæ autem alia continere debeat sententia, nempe nomina iudicis, litigantium, &c. vid. *Maranta de sent. n. 47. & seq.* e *l. 21. §. 1.* e *de rec. arb. Sarm. 1. Select. interpret. 13. n. 3.* quia facti quæstione ditempta legis auctoritas succedit, & iuris effectus statim sequitur, ac ne quidem impediri à iudice potest *l. non poterit 83. de furt.* vid. *Vant. de nullit. sent. ex defect. proceſſ. n. 93. & seq. Confer. Gail. 1. obs. 2. n. 6.* Quid si iudex non dicat se condemnare, sed pronunciet condemnandum vel absoluendum esse? *Sarmient. 1. select. interp. 14. n. 2.* & si crebrius probatum dicat sententiam non valere (*Maranta tit. de sententt. n. 15. & n. 125. Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. n. 91.*) cõtra tamen ipse sentit 1. *per l. 38. de minor.* ibi: pronunciauit restituendam. Nam etsi illic Principis sententiam referri respondeaur, significatio tamen verborum non alia, siue à Principe siue ab alio referatur. At etsi quoad potestatem iudicandi sententia Principis sibi plus vindicet, verborum tamen interpretatio omnibus eadem 2. *per l. posse leg. at.* 5. §. 15. *de his quæ vt indig. leg. 4. Cod. de accusat.* 3. Verba satis apta sunt ad litem diriměndam. Rectè opinor. Non enim hanc vim habent quod condemnatio sequi debeat, sed quod condemnandus sit, id est, ex actis iudicij ac fide probatorum constet eum succumbere debere. Quid quod ex veteri more pronunciabatur ita *videri*, de quo notaui 8. *lib. 26. c. 1 lit. C.* Obi. *l. 7. §. 1. de interd. & releg.* Respond. *Sarmient. d. loc.* & ibi vera sententia est præsidis in relegationem condemnantis, licet ipse qui pronunciauerit non exsequatur, quod & aliàs crebrum est. Non igitur rectè *Marsil. sing. 200.* sententiam condemnatoriam diuersam esse ab ea, qua quis condemnandus iudicatur. Quod si ita esset, nulla foret hæc sententia, cum necesse sit vt condemnet vel absoluat. † Q. an definitiua sic ferri possit: Pronuncio vt in consilio seu informatione Prudentis, si non addatur & ita condemno. Vid. *Pac. Scala lib. 4. de consil. Sapient. cap. 12.* qui vult ex rigore iuris sustineri non posse, cum declaratione egeat: Secus ex benigniori interpretatione, cum quæ in præstationibus dicuntur in seqq. tacitè reperita videantur *l. 18. de cond. inst.* cumque actorum appellatione veniat id consilium, satis esse si sententia in aliqua parte actorum certa sit. f *Duar. ad l. 1. h. t.* Res iudic. f significat magis causſam & litem quæ sententia finitur *l. 1. h. t. Cic. 2. de inuent.* Quia verò hæc ita coniuncta, nec separari possunt, sæpè alterum pro alio metonymicè sumitur, vt exsecutio rei iudicatæ, rebus iudicatis stándum esse, &c. *add. Monach. Pract. p. 15. c. 1. n. 3.* Sententia vt à re iudicata differat *Robert. 1. Sent. 23. Cuiac. ad c. 1. extra h. t.* g Et ita *com.* g *gl.* & Dd. tradete vt & res iudicata dicatur quæ appellatione suspendi potest, scribit *Vasq. 2. contr. vsufreq. q. 35. n. 2.* Et cõsentit *Duar. ad l. 1. h. t.* licet aliquando contra vsurpari dicat vt *l. 23. §. 1. de cond. ind.* Quomodo sententia dicitur transiisse in rem iudicatam *c. quod ad consultat. 15. extra h. t.* Verum immò rectius alij *Coras. ad l. ingen. 25. de sta. hom. n. 2.* R. *Fab. ad l. 207. de R. I. pag. 90. Cagnol. ibid. n. 6. Gœd. in Clem. un. de sequestrat. n. 790. Coler. de Proceſſ. p. 3. c. 12. n. 86.* propriè rem iudicatam dici cum appellationis aliáve ex causſa, pronunciatum impediri, suspendi, rescindi nequit. Sententiam verò etiam cum ab ea pronuocatum est vel pronuocari potest. Quod liquidò probant *dict. l. 23. §. 1. & aliæ ll. à Gœd. citatæ.* Neque legimus sententiam pro veritate haberi vti rem iudicatam *Coras. dict. loc.* Quòd faciunt & confirmant quæ fusè tradit *Lancell. de attent. p. 2. cap. 4. præfat. num. 250.* & seqq. quia lis non aliter finita dicitur. Et sententia per remedium aliquod suspensa dicitur adhuc causſa durare ac lis pendere *Moller. 2. Semestr. 1. n. 2.* Nec appellatione pendente condemnatus dicitur *leg. 15. §. penult. Qui satisd. cog. vid. Gail. 1. obs. 147. n. 10. & seq.* h ita *Duar. ad l. 1. h. t.* spectari h consilium iudicis, qui quantum in se est causſam finire debeat: Quodque sententia quæ ex intentione iudicis hoc non efficit sententia dici non mereatur. Etsi namque in potestate iudicis non semper sit, vt rem iudic. efficiat cum in primâ instantiâ cognoscit, ita tamen iudicare debet, quasi ab eo appellari non possit *Sarm. 1. Sel. interpret. 13. n. 1.* i Sic quoque i sententia posterior contra rem iudicatam lata ipso iure

nulla *l.1.C. Quan.pron.non est nec.* Ideoque si de ea ex actis appareat iudici attentanda etsi non opponatur, ne contra rem iudic. iudicet *Vult.cons.Marp.36.n.271. vol.2.* k Sic etsi cui pœna debetur fundos, domos alláſve res oblatas in ſolutum accipere non teneatur regulariter, ſi tamen ſe paratâ pecuniâ deſtitui debitor oſtendat, auditur ne carceribus mancipetur & ſeruatis iis quæ in *auth. hoc nisi Cod.de solut.* oblig. liberatur poſt alios *Moll.ad Nou.electi.Sax.22.p.2.n.9.* l idem axioma impugnat *Cuiac.24. obſ.26. per l.9. de annu. leg.* vbi ei cui pignore ſpeciali in teſtamento proſpectum eſt, non minus conſtituitur pignus prætorium ex miſſione in poſſeſſ. rerum hereditariarum. De his regulis Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, & contra Prouiſio legis, &c. vt obtineant, fuſius *Iac. Schult. addit ad Modeſt. Piſt. p. 1. q.48. n.4. & ſeq.* m *Cui.d.c.26.* Si plenior cautio legitima, nec mens mea eſt, vt eam mihi auferam, munuſcula mea nec alius mihi auferre poterit. Et in *d.l.vlt.Cod.de pact.conuent.* non concurrunt hypothec. tacita & expreſſa, quia tacitæ demum locus, ſi nulla ſit expreſſa. n Ita & conciliant *Duar ad l.4.§.vlt.h.t. ac Pac. & Ant.Fab.vid. not.5.lib.15. cap.40. lit.Bb. pag.1400.*

CAPVT III.

Actio & exſecutio iudicati.

SI NON SOLVET Labeo addi volebat neque eo nomine ſatisfaciat, *l.4.§.3.h.t.* ſed malè vt *c. præced.lit.H.* IN IPSVM condemnatum ſcilicet. Et quidè ſi ſuo nomine is conuentus, abſque dubio, itemque ſi alieno ſed in rem ſuam *l.4.pr.h.t.l.61.de Procur.* idem probandum ſi in aliena cauſſa condẽnatus, qui ſe liti obtulit *dd.ll.* a Id eſt, qui non muneris neceſſitate coactus, vt tutor, curator, actor municipum *dict.leg.4.§.1.* ſed ſponte alienam cauſſam ſuſcepit, vt Procurator ſeu defenſor rei. Neque hic omnis ſed qui reo abſente ſuſcipit actionẽ, vt ſimul ipſe (non dominus ſuo nomine eum liti obtulit,) ſatisdaret, ſe iudicatum ſoluturum iuxta *§.ſi vi, reus 5. I.de ſatisd.* ſiue ſine mandato acceſſerit, ſiue mandatu domini ſuſceperit, cum ſciret cautum non eſſe *d.l.61.de Procur.* ſcilicet à Domino. Vbi autẽ alieno nomine & de re aliena cõdemnatus, qui ſe liti non obtulit, in dominum actio *d.l.4.pr.* Et ſi tutor condemnatus in pupillum *l.2.de adm.tut.* ſi actor in municipes *d.l.4.§.2.* Obi. At verb. edicti in ipſum reclamant. Condemnatus enim non eſt dominus, ſed Procur. *ſupr.leb.18.c.vl.lit.H.* non pupillus ſed tutor *d.l.2.de adm.tut.* Et de tutore ac ſimilib. expeditior ratio eſt, perinde haberi quaſi nõ ipſi ſed illi quorũ de re agitur condẽnati ſint. Geſtum enim cum tutore habetur geſtum cum pupillo, & tutor in omni adminiſt. perſona pupilli fungitur, arg. *l.30.§.1. de inof. teſt. l.5.§.pen. de conſt.pec.l.5. vl. Quan. exfact. tut. l.22. de his quæ vt indig.* De procur. qui ſponte acceſſit, difficilior, quia is ex geſtione ipſe oblig. 67. *de proc.* Sed id inde, quia id actũ eſt, inter actorẽ & procur. rei, ne iudicati actio daretur in hunc quẽ dominus liti obtulit, quia dominus cauit ſe iudic. ſoluturum nõ procur. Nõ obſtat quod Procur. iudicio accepto dominus litis effectus. Neque enim ideò dominus rei, cum cõmodum & incõmodum ipſius non ſit *l.28. de Proc.* ſed iudicij ac inſtãtiæ, quia eius iudic. act. retinere poteſt pro arbitrio & in alium transferre. Nec obſt. quod iudic. ſuſcepto, oblig. iudicati contrahitur, vt eius vinculum ſpõte ſuſceptum fruſtrà recuſet per *l.67. de Proc.* Id enim ita niſi quid contra actũ ſit per *l.19. pr. de reb. cr.* Quin & de ſumptib. lit. act. nõ in procur. tutorẽ & ſimiles, ſed dominum *l.8.§.2. de leg.2.* Sanè ex calumnia & dol. ſuo conueniuntur tutores & procur. *l.vn.§.2. Si quis ius dic. non obt. l.6. C. de adm. tut.* Sed hîc ſuo nomine de re & fact. ſuo * EIVSQVE HEREDEM. b *l.6.§. vlt.h.t.* quia perpetua & rei perſecut. continet, *d.§.vlt.* Ex quacũque cauſſâ condemnatio facta ſit, quamuis ea rei perſecutionẽ non cõtineat, vt in act. furti iniuriarũ & quæ maleficiis pœnales. c Eſt enim hæc iudi-

dicati act. ex cõtractu à proinde nõ origo iudicij ſpectatur, ſed ipſa iudicati velut obligatio *leg.3.§.11. de pecul.* Nam quod dicitur actione nouâ ex priore conſtitutâ originẽ potius obligationis quam titulũ act. ſpectari *l.3.C. ad SC. Mac.* id tunc obtinet cum dubitatur, an poſterior act. ſit iuſta, de quo ex cauſſâ & origine æſtimandũ *d.l.3.* Vt ſi venditũ filiof. iuſta cauſſa, ſi creditũ nũmi iniuſta. Ergo etſi actio ex eâ cauſſâ in ſtipul. deducta nulla erit, nec ex ſtipul. actio. Non verò obtinet, cum vtramque iuſtam eſſe conſtat; ſed poſterior pleniot. Alias enim poſterior hæc inutilis foret & fruſtrà quæſita. Excipitur cauſa donat. ſi quod ex eâ promiſit, idem poſtea conſtituat. Vbi etſi actio ex conſtituto iuſta, non tamen in amplius exercetur, quam in quod prior actio tenebat *l.33.pr. de dom.* tum quia ingrati eſt torum extorquere à donatore, tum quia donatarij nulla iniuria, qui nihil de ſuo amittit; ſed lucrum captat. * Aliquando & in alios videtur actio iudicati dari quæ tamen verè in heredes vt in ſpecie *leg.44. hoc tit.* Vbi ratio dub. quia ſubſtitutus vel coheredes nec ipſi condemnati, nec cõdemnato heredes. Ratio decid. quia cum pupillus abſtinet, omnia eum eo, tutore auctore, bonâ fide geſta, rata ſunt, *l.44. de acq. her.* Remotâ igitur pupilli perſonâ ſi rata eſt condemnatio, vbi nempe nulla culpa tutoris *d.l.44.* neceſſe eſt ipſam hereditatem condemnatam videri. Et quia hæc defuncti perſonam ſuſtinet ipſe defunctus condẽnatus videtur. Huic autem heredes ſunt, in quos illic iudicati actio, * EI CVIVS EA RES ERIT, EIVSQVE HEREDIB. *d.l.6.§.vlt.* POST STATVTVM IVDICATIS AD SOLVENDVM TEMPVS, *de quo vid.c.ſeq.* PRÆTOR ACTIONEM DAT *d.l.6.§.1. & vlt.h.t.* c VT RES EIVS, PROVT QVÆQVE FACILIME EMPTOREM INVENTVRA VIDEBITVR PIGNORI CAPIANTVR & DISTRAHANTVR. Hic enim ordo eſt exſecutionis, de quo *l.15.h.t.* f Vbi primò tenendum *l.15.pr.h.t.* iudicium datorum vel arbitrorum (id eſt non qui ex compromiſſo ſumpti, hos enim non dat magiſtratus, ſed qui bonæ fidei iudicio addicti vt *l.18. Com.diu.l.38.pr. pro ſoc. & ſimil. vid. Briſſ. Lexico*) ſententias exſequi non ipſos g excip. iudex à principe datus, quia is iuriſd. habet, *l.5.C. de iud.* & ſi iudicis de ſe dati ſentent. exſequitur *d.l.5.iunct. d.l.15. pr.* magis ſuam h *ad quod tex. c. paſtoral. 28. ext. de offi. deleg.*) ſed magiſtratus qui eos dederunt non alij. * Niſi hoc iuſſi fuerint *d.l.15.§.1.* ſcilicet ab eo qui ſententiã dixit vel iudicem dedit; Nam is extr. territorium nec in priuatum quidem poteſtatem habet, nedum in alium æquè magiſtratum: Verum à principe, cum is qui iudicauit vel dedit iudicem ideò exſequi nequit, quia bona iudicati in alieno territorio ſita vt *l.45.§.1. de iud. iunct. l.12.§.1. de reb. auct. iud. poſſ.* Non obſt. quod magiſtratus ab alio magiſtratu requiſitus reum prehendere & alteri mittere debet *auth. ſi v. C. de adult.* Id enim *præterquam quod de crimine cautum eſt non fit iuſſu magiſtratus, ſed Imp. ita ſancientis.* * Forma verò exſecutionis & ordo in *l.15.§.2. h.t. Magiſtratus res iudicati pignori capi iubet.* k *Quod genus pignoris prætorij ſpecies* vid. Com. de pig. *c.6. tùm quia iuſſu non cuiuſvis iudicis, ſed à mero prætoris officio: tùm quia cum conuentionale non ſit, neceſſe eſt eſſe prætorium* per *l.vlt. C. de præt. pig. Obi. Prætorium dicitur quod miſsio in poſſeſs. conſtituit. Reſp. Rectè. Sed ea ſpecies vnà pignoris prætorij, non vnica. Nam prætor pignus dari etiam in mobilibus probat l.1. C. de præt. pig. At in mobil. poſſeſs. nulla miſſio l.3.§.vltim. de acq. poſſ. Obi. Prætorium dicitur quod ex edicto Prætoris. Hoc non item. Ergo. Reſp. Falſum vtrumque. Nam nec conuentionale valet niſi edicto & iure prætorio l.17. §.2. de pact. Et immò actio iudicati qua ad hoc deuenitur ex edict. Nil facit quod extra ord. capi hæc dicuntur l.50. de edict. Nam & quandoque extra ord. miſsus in poſſ. induci dicitur*

citur l.3. D. Ne vis fiat ei qui in poſſ. Diſſ. ſanè hæ duæ ſpecies, ſed genere vno conueniunt. Siue autem res captæ tradantur victori, ſiue aſſeruentur ab officio, ſiue quod crebrius, apud ſequeſtrem deponantur, pignoris nexus victori acquiritur, à quo & occupari dicitur l.2. C. qui pot. in pig. indeq; poſſidenti retentio & rebus amiſſis perſecutio l.vlt. C. de præt. pig.2. Iubet mox (id eſt, ſimul atque licet: Interuallum enim aliquod intercedit l.9. Cod. de bon. auct. iud. duorum menſium * *ad l. l.31. in fin. h.t.) diſtrahi non per creditorem.* * *Qui ſi auctoritate ſuâ diſtraxit furti & vi bon. rapt. tenetur l.6. pen. h. Non enim ipſi victori permittenda exſecutio. 1. Quia inde occaſio maioris tumultus.* Ergo per *l.176. de R.I. 2. Poſſet dicere iudicatum quod non eſſet. 3. adu. exſecut. multæ except. proditæ reo, vi quod ſolidum facere nequeat, vt infr. c.9. quod modus excedatur l.5. C. Quorum app. non recip.* quod cedendæ ſibi ſint act. vt in ſpec. *l.41. §.vl. de fidei.* item Exc. SC. Maced. *l.11. ad Maced. & c.* De quibus iudicẽ cognoſcere neceſſe eſt. Dices Act. iam ante habuit. Ad quid igitur iudicatum prodeſt, niſi vt lis ex lite naſcatur. &. In hac act. nihil quæritur niſi an iudicatũ ſit. Quod ex actis public. probatu facile, neque ſi de ſententia conſtiterit vlla lis de meritis cauſſæ, l * ſed per officium ſuum *l.2. C. Si in ca. iud.* id eſt, apparitores ſententiam exſequẽtes vt *l.50. de euict.* m publicè ſub haſtâ *l.3. C. de exſec. rei iud.* id eſt, loco vbi res publicè venum exponi & pluris licitanti addici ſolent, n 3. Et in his capiendis certus ordo *d.l.15.§.2.* Capiuntur enim primum mobiles & in his prius animales, deinde res ſoli. Quæ ſi nullæ vel non ſufficiant per- * *ad l.* uenitur ad iura *d.§.2.* * id eſt nomina *dict. l.15. §.ſic* *15.§.2* *quoque* 8. Quæ capientur vbi nil aliud quod capi poſſit *d.§.8. & l.2. C. Quan. fiſc. vel priu.* o captis chirographis aut inſtrumentis obligationum arg. *l.1. C. de don.* Hæc ſi non adſint vſus nominis erit pro capti arg. *l.vl. de ſeru.* Vſus is in eo vt denuncietur debitoribus ne ſoluant creditori ſuo, ſed ei cui is condemnatus arg. *l.4. C. Quæ res pig. l.1. C. de cond. ex lege d.l.15.§.10. h.t.* & interdicatur creditori eà petit. *l.40. h.t.* Et hæc ita ſi nomen confeſſum, non ſi quis neget ſe debere *d. l.15.§.9. h.t. l.3. C. Quan. fiſc. vel priu.* Quid igitur ſi malitioſè non neget, num remedium nullum? Immò, ſed ordinarium. Nomen pignori nõ capietur, (quod fit cum debitor ſoluere cogitur *l.1. C. Quan. fiſ.*) ſed pignori dabitur. Quippe magiſtratus iubet res, in quibus & ſunt nomina, eſſe pignori. Si debitores negent iudicio (act. iudicati non directâ; ſed vtili per *l.4. C. Quæ res pig.*) conuincendi deinde condemnantur: Hic dubium iniicit exemplum rei corporalis pignori captæ, de qua ſi controu. an ſit cõdemnati, necne, exſecutor ſummatim cognoſcit *l.15.§.4. h.t.* Sed cõtra in his reſcriptum teſtatur *Vlp. d.l.15.§.9.* Ratio diff. In corporalibus non neceſſe habet debitorem reperire quàm reſtituat, nec proprietas recedit. Contra fit ſi nomen exigitur. Debitori enim conquirenda pecunia, quam ſoluat, nec ſoluit niſi in accipientem transfetat *l.25. l.55. de ſol.* Poteſt & nomen vendi, ſi ſit * *ad l.* qui emere velit *d.l.15.§.10.* * Sed & iure nominis ca- *15.§.8.* pti pecunia certa pignori capi poteſt, quę ſit apud de- *& ſeq.* bitorẽ condemnati, ſi aut depoſita apud argentarium vel ſepoſita à debitore, aut recluſa in arca. vt ſolueretur condemnato *d.l.15.§.pen. & vlt.* Quod ſi pecunia ipſius condemnati, ſtatim capi poteſt etſi pupilli ſit * *ad l.* ad prædiorum emptionẽ deſtinata *d.§.vlt.* * Cõmo- *15. §.* da quoque præmiorũ propter coronas ſacras in cauſ- *vlt.* ſam iudicati rectè capiuntur *l.40. h.t.* Athletarum ars vtilis Reip. habita, eidemque præmia iure conſtituta. Nam & qui in certaminibus ſacris decertãdo viciſſet, coronâ ſacrâ donabantur *d.l.40. & l. ſpem 3. C. Quæ res pign. Sueton. in Nerone c.23. & ſeq.* & ſalaria ei de publico pendebantur. Ac qui ter viciſſet immunis à muneribus publicis *l.vn. C. athlet. lib.10.* Horum præmiorum ſpes pignori obligari nequit *d.l.5.* Et hinc Ratio dub. anne quæ partâ victoriâ iam quæſitâ obligari & horum nomen, ita vt cætera, in cauſſam iudicati capi poſſint. Quod aff. *d.l.40. diff.* Alia ratio præmiorum iam partorum, quibus amiſſis non animũ addita deſpondeat oportet, quia nouæ victoriæ noua præmia conſtituta; vnde animus augetur potius ei cui priora adempta. Alia ſpei futurorũ, quâ amiſsâ nihil de victoria ſolicitus erit, ſciens non ſuo, ſed creditor. lucro ea ceſſura. * Q. an hunc ordinem magiſtratus * *ad l.* contemnere poſſit poſtulante creditore. Quidam pu- *40.* tant, quaſi hoc omne creditoris commodo conſtitutum ſit. q Ergo *l.25. dell.* Contra dicendum per *d.l.15.* q *§.2.* ibi: à pignoribus ſoli initium faciendum non eſt. Ergo ad ordinem hunc peruertente exſecutore iure appellatur *l.5. C. Quor. app. non recip.* r Quippe eum ſeruari expedit debitori, nec nocet creditori, quia mobilium diſtractio minus damnoſa, ſ cum alia deinde eiuſdem generis & vſus reparari poſſint, & hæc facilius emptorem reperiunt. Cum primis autem res animales prius diſtrahuntur, quæ maiori impendio ſeruantur. t Nomina poſtremò quorũ perſecutio grauis & ſæpè damnoſa. Dices: At moleſta creditori rerum omnium perquiſitio. &. Neutiquam. Verietur enim ad debitorem poſtulabuntur res mobiles. Si dat benè eſt, ſi negat ſe habere poſtea capiẽtur res ſoli. u Siue enim non habet, ordini ſatisfit, ſiue habet, mendacium ei nocet *arg. l.4. Quod cum eo.* Quid ſi creditori expediat peruerti ordinẽ, nec noceat debitori, vt ſi debitor cõdemnati paratus ſoluere victori ſi cõdemnatus velit. Audiendus victor arg. *l.38. ibi malitis, &c. de R.V.* Et hæc omnia ita fiunt iubente ſeu interloquente præſide *d.l.15.§.2. verſ. ſic denique.* Cui verſ. non obſt. quod ſententia ſub condit. fieri non debet. Nam 1. iuſſus hic non eſt ſentent. ſed interlocut. 2. non eſt conditio quæ etiam non adiecta ineſſet, *l.99. de cond. dem.* * † Sed hîc quædã incidunt quæ remorantur ex- * *ad l.* ſecutores quibus occurrendum. 1. Quid ſi pignora ca- *15.§.2.* pta emptorem non inueniant, ſi nimirum nec actor ipſe liceatur, (nam is ad eandem licitat. admittitur, vt eadem cõdit. qua alius quiuis rem emptam habeat x x *l.2. C. Si in ca. iud.*) nec alius? Si velit ius dominij à principe impetrare poteſt *l.vlt. C. Si in ca. iud. l.1. & t.t. de Iudo. imp.* y Vbi ſi res pluris quàm debitũ, quod ſupereſt y reddit, ſin minoris ad id quod amplius actio integra *l.vlt. §.4. C. d.t.* Sed quia via hæc longa eſt, ideò ſi id poſtulet creditor, (*inuito enim hoc obtrudi nequit,* z tùm per verba *l.15.§.3. ſi maluerit* tùm per *l.2. §.1. de reb. cred.*) addicitur ipſi ea quãtitate quę debetur *l.15. §.3. h.t.* Vt ſcil. iure dominij ſtatim habeantur aa non aa ſimpliciter quod à ſolo Principe *d.l.vlt. C. de iu. dom.* ſed in eam quantitatem quæ debetur, ſiue per ea. Seu nõ alitet quam ſi velit ſibi addici in creditum; vt etſi pignus addictũ in quantitatẽ debiti non ſufficiat nihil tamen amplius petere poſſit, ſua veluti tranſactione exclũſus. Quæ vulgaris expoſitio eſt *d.l.15.§.3.* ac etſi diſpliceat *Alciato 6. Parad. 3. Duar. 1. diſp. 6.* bb tamen & bb verbis Vlpiani (ſic enim idem quãtitatis verbo vtitur *l.25. de pig. act.* & ſententiæ ac rationi allatæ, *quia velut pacto tranſegiſſe videtur*, quæ aliàs inepta & aliena, & æquitati denique conueniens. Quippe vt bonũ nomen facit delegatum qui non ſoluẽdo eſt admittens *l.26. §.2. Mand.* ita & bonũ pignus qui pro debito addictũ admiſit. Neque hic vlla iniuria fit vel creditori, qui cum non cogatur in creditũ accipere de ſe queratur, nec volens fraudatur, vel debitori. cc Neque enim cc metui poteſt, ne pignus id quod venum expoſitũ emptorem non reperit, qui vel tantillo licitaretur, pluris ſit quam debetur. * 2. Quid ſi rerum captarum * *ad l.* *15.§.5.*

controuersia fiat? Si de proprietate, quia alius se dominum dicit, res aliæ capi debent si suppetant *l.* 15. §.4. *inf.* Si non, cognoscitur de proprietate summatim. (Quæ sit summa cognitio, vid. s. *lib.*24. *cap.*5. *lit.*C.) nec præiudiciũ fit de eâ litigantibus *d.l.*15.§.4. Et in hoc saltem possessori proficit res iudicata vt y-
dd sucapere possit *dict. §.4. per l.iustè* 11. *de acq. poss.* dd reb. integris, id est, tantisper dum ab eo vindicatur, & litis contestatione possessio interrumpitur. * Sin de
* *ad l.* 15.§.4 pignoris, tunc si maximè constet alij pignoratam esse, dimitti tamen non debet, modo ita distrahatur, vt creditor prior dimittatur *d.l.*15.§.5. id est, vt ei soluatur prius & quod reliquum est in iudicati caussam
* *ad l.* 15.§.5. conuertatur. * Post addictum autem pignus ei qui pluris licitatus est, cessant partes executoris argum. *l.*55.*h.t.* Ideoque emptione perfectâ, etsi res necdum tradita, si lis de proprietate, iudex idem non cognoscit *d.l.*15. §.6. * Immò etsi emptor pretium non
* *ad l.* 15.§.6. soluat, nec aduersus eum manus porrigit *d.l.*15.§.7. vbi rationes 21. dilemma *in vers. cæterum.* Aut de pretio cognoscet & res in longum tempus extrahetur, aut emptorem pro iudicato habebit, & iniuria ei fiet indemnato & inaudito. 2. *vers. maximè* quia nec actio creditori contra emptorem, cum non ipse vendat, sed
ee debitor per apparitores, ee nec iniuria ei fit, cui satis eo consultum, quod res pignori tenetur quoad
* *ad l.* 15.§.7. pretium solutum non erit *l.*13.§.8. *de act. empt.* * VNDE IVDICATIS SATISFIAT *l.*31.*h.tit.* Ab hoc ordine vt recedatur cautione admissâ vid. *c. præced. sub fi.* † Et hæc actio iudicati dicitur in condemnatum & eius bona exerceri *l.*1. *C. Quan. fac. tut. vel cur. miu. ag.* Licet autem nulla verè in eâ lis, nec aliud quæratur, quàm an iudicatum *l.*56.*h.t.* Quia tamen & hæc dari & denegari dicitur *l.*4. *pr.h.l.*75.§. *vlt. de iudic.* & reus iudicati conueniri *l.*20.§.5. *de per. her. l.*1. C. si plur. *vna sentent. ac pass.* ideo & hîc actio edenda ac libellus
* *ad l.* 6. §. *pen.* offerendus iuxta *lib.*23. *cap.*3. *&* 4. * † Exercenda autem ita iudicati actio vt cõdemnatio est vid. *c. præced. sub fin.* Sed & quandoque condemnato succurri solet, vt ei actionibus suis victor cedat *l.* 12. *h.t.* Ad restituend. conuentus (vt in act. reali item Depositi & Commod. §.2. *&* 3. *l. Quib. mod. re contr. obl.*) ni restituat in æstimationem litis condemnatur *l.*68. *de R.V.* sed hîc reo præstandum, vt rem eam habeat pro quâ æstimationem intulit. Equidem cum emptoris loco sit *l.*3. *pro empt. l.*22. *pr. Rer. amot.* si rem eam possidet statim in eum transfertur dominium *l. eius* 46. *de R.V.* quia & voluntas adest domini transferentis vt *d.l.*46. & traditione non opus est ei qui rem ante habet *l.*9. §.5. *de acq. do.* aut, si actor dominus non fuit, vsucapiendi conditio, vnde exceptio contra actorem *d.l.*22. *pr.* & act. aduersus omnes *l.*52. *de acq. do.* Atque hîc frustra petuntur cedi actiones, quas nec habet vetus dominus. Sed si res absit, cum sine possess. nanciscidominium nequeat, actiones cedi debent. Verum *in* act. in rem, tunc si culpa non fraude amisit possess. *l.*69. *de R.V.* vid. *supr. lib.*20. *cap.*7. *in fin.* In depositi & commodati & si dolo *d.l.*12. *h.t.* Etsi enim in his dolus magis coërcendus videatur, quippe bis admissus: Ratio tamen diff. Illic dominus possessori, quo cum non contraxit, non obligatur. Si quid ei præstat, id arbitrariæ act. æquitate, quæ fraudanti non succurrit. Hîc mutua obligatio commodantis & deponentis, &c. vt indemnem alterum præstet *l.*18. §.2. *Com. l.*5. *pr. Dep.* Quo nomine cum actio contraria detur, magis retentio arg. *d.l.*18.§. *vlt.* ff Eademque exceptio
ff post sententiam quoque datur *d.l.*12. *h.t.* vt exsecutionem euitet, non quidem iure summo, sed officio iudicis ex æquo & bono, quia non infirmat sententiam Falc. *l.*41. *§. vlt. h.t.* vid. *infr. cap.*9. *lit. Pp.* * Quod * *ad* 12.
si soluendo non sit iudicatus in carcerem coniici ibique detineri potest, donec soluat vel bonis cedat *l.*1. *C. Qui bo. ced.* gg Nam ex l. 12. tab. iudicati ducendi, gg
vinciendique neruo aut compedibus potestas *Agell. lib.*20. *cap.*1. hh Eadem cautum vt ita carcerato hh
certum dimensum præstaret creditor. ii Quò respicit *L. si victum* 34. *h.t.* dum in eum qui victum vel stratum kk iudicato inferri non patitur, datur pœnalis kk
actio, scil. ex l. Aq. *arg. §. vlt. l. de Aq.* quanti interest illarum esse, vt si inde in morbum vitiúmve incidit, id ipsi detrimentum sarciatur, vid. *l.vlt. de his qui deiec. vtilis (per d. §. vlt.* Directa dari nequit, tum quia corpore non datum damnum, tum quia illa soli domino. Membrorum autem suor. nemo dominus) vel iniuriarum arg. *l.*13.§. *vl. de ini.l.*25. *de act. empt.* * * *ad l.* 34.

NOTATA.

a Actio iudicati, vt contra Procuratorem detur, vid. ℨ. *lib.*18. *c. vlt. lit. F. Cuiac.*14. *observ.*30. *Robert.*2. *sent.*2. *Duar. ad l.*4. *pr. h.t. Hart. Hartm. t.*7. *obs.*1. b Adi omninò *Asin. Praxi* §.31. *c.*2. *ampliat.*16. qui quando contra heredem alium ve successorem exsecutio fiat, vel non, plenius expedit. Num in feudalibus sententia noceat descendenti alitve successuro, vid. *Pinel. in l.*15 *C. de bo. mat. p.*3. *n.*48. *& seqq.* qui aff. sed ibid. notanter limitat. Q An sententia lata contra principalem exsecutioni mandetur contra fideiussorem de iudicato soluendo, sine nouo Processu? Aff. communis perhibetur *Roder. Suar. in l.*2 *fori t. de Comperendinat.* §. *sed pone quæstionem* 4. *num.*6. 1. quia videtur vna condemnatus, ceu persona accessoria. 2. *per l. vlt. C. de vsur. rei iud.* vbi vocula *statim* significat summariam cognitionem absque ordine iudiciario, vt nec requiratur noua sententia. 3. quia is fideiussor confessus est in iudicio se debere illud quod iudicabitur, & debitum hoc est liquidum iudici vt iudici. Ergo *per l.*2. *C. de exsec. rei iud. ita Suarez* fusè add. *Sig. Scaccia. lib.*1. *de iud. c.*62. *n.*3. *Asin. d.*§.31. *c.*2. *ampliat.*22. *Trentacinq. lib.*2. *pract. resolut. tit. de Expens. resol.*3. *Rauchbar. part.*2. *q.*7. *n.*27. c *Duar. ad d.* §. *vlt. Facit l.*18. §.1. *vers. proinde. de pec. const.* Etsi alia caussa stipulationis iudicio sisti ob act. iniuriarum interposita, quæ ad heredem non transit, *l.*10. §.2. *Si quis caut.* vid. *Duar. dict. loc.* d Sed litis contestatione non verè, sed quasi contrahi, docui *supr. lib.*12. *c.*14. *lit. D.* Quomodo *Scip. Gentil.*1. *de iurisd.*9. act. hanc partim ex contractu, partim ex lege oriri, vel vno verbo ex quasi contractu, quia consensu litigatorum in rem iudicatam iudicium accipiendo, eam vim Lex tribuit, vt act. pariat. Qui tamen consensus ratione rei, qui inuitus litem contestatur, non ita liber, vt in vero contractu, tametsi in eo is consentire videatur, quod iudicio contendere quàm soluere mauult *Reiner. Bachou. misc. disp. cap.*2. *pag.*17. e *l.*7. *h.t. l. grege.*13. §.4. *in fi. de pig. l.*69. *de solut. l.*1. *C. de rec. arb. l.*1. *Cod. quand. ex fac. tut. vel curat.* Directa itaque hæc actio & nominata, non in factum, vt contra Accurs. & alios *Ioan. Crisp. de Montib. terminis act. act.*159. *Duar. ad l.*6. §.2. *h.t. Coras. ad l.*1. *Cod. de iur. & fac. ignor. n.*12. *Vasd.*1. *q.*23. *& Parlador.*2. *rer. quotid. c. fin. p.*5. §.1. *n.*11. quin mero iure datur ex ipsâ lege 12. tabularum *Parlad. ibid. & Scip. Gentil.*1, *de iurisd.*9. etsi *Old. cl.*1. *act.*12. *q.*1. à Prætore inductam statuat, quia edictum de eâ Prætoris, *l.*4. §.3. *l.*5. *pr. h.t.* Sed infirma consecutio, vid. *not. supr. lib.*21. *cap.*2. *lit. D.* Atque ei tempore eodem, quo alij præscribitur, 30. nempe annis non 40. *Concenat, lib. qq. iur. cap.*6. De hac actione vid. & *Sixtin. cons. Marp.*7 *n.*70. *& seqq. vol.*1. *Meichsner. tomo* 3. *decis. Cam.*22. *n.*20. f Copiosi in prioribus libris fuimus, ideò in his ita non licet. De hac exsecutionis materia maximè de ordine eiusdem consuli possunt *Rebuff. in Constit. Reg. tract. de sentent. exsecutor. Ant. Sola in constit. antiq. Sabaud. rubr. de sent. exsecut. Roderic. Suarez in lectura l. post rem iudicatam* 56. *h.t. Ioan. Bapt. Asin. tr. de exsec.* (licet hic pleraque aliena tractet) *Matth. Coler. tr. de Process. exsec.* maximè *p.*3. *c.*8. *&* 9. (vbi de formâ procedendi super remediis exsecutionis affectúque ac vtilitate) *Parlador. lib.*2. *rer. quotid. c. fin. part.*2. *&* seqq. *Maranta Speculi parte* 6. *act. vlt. & disp.*1. *Monach. Process. parte* 18. *Vestr. lib.*8. *pract. aulæ Rom. c. vlt. Asin. Praxi iudic.* §.31. Quibus addi possunt sparsim *Menoch.*1. *arb. q.*38. *&* 74. *&* 98. *&* 2. *arb. c.*378. *P. Frid. lib.*2. *de mand. iud. cap.*58. *&* seqq. *Gæd. in Clem. vn. de sequestrat. num.*13. *&* seqq. *Blarer. in l. diffamari. cap.*11. *Mathesil. sing.*59. 86. 136. *& ad tit. Cod. de exsec. rei iud. Boner. sing.*70. *Guid. Pap. sing.*69. *Marsil.*

vid.*lib.*28.*c.*3. *ſub fin.* AVT NON PRÆSENTIBVS IIS INTER QVOS RES AGETVR ſeu quos cauſa contingit *l.*47.*h.* etiam pro quibus iudicatur, *d.l.*6.§.3.*ibi:nec ſoleat de confeſſ.* DICTA FVERIT, aliter enim iudicatum tantum inter præſentes tenet, *d.leg.*47. etſi ante cauſsâ penitus cognitâ & litigatores quæſiti nunquid addere velint,ſe nolle teſtati ſint.Nam dicitur *d.l.*47. præſentibus omnibus *iudicari* debere, non itaque *cognoſci* ſufficit. e At nihil intereſt litigatoris eo caſu quo præſens nil poſſet adiicere,& ſi iudicatur inuitis partibus,quid ni & abſentibus, per *leg.*26.*de R.I.* Intereſt immò quia vel dicere poteſt quod iudicè moueat, vel præſentiâ & conſpectu iudicem malè con- * *ad l.* 47. ſcium ab iniquitate deterrere.* Hinc ratio quare furioſo (ſeu in eius commodum, datiuus acquiſitiuè poſitus) ſententia dici nequeat, *leg.*9.*h.* Non quod conſenſu opus ſit ad vim ſententiæ vel iudicati actionem acquirendam,vt quidam. f Nam nec auctoritas ſententiæ exinde pendet & iudicati obligatio, quæ conditionalis,conſenſum in lite conteſtanda tantum requirit, cuius conditio, cum ex euentu pendeat, etiam ignorante actore impleri poteſt *leg.*2.*de condit. & dem.*Furioſus autem inter moras litis fieri poteſt, nec de alio quæritur: Sed quia vbique abſentis loco eſt, * *ad l.* 9. *l.*209.*l.*246.*de V.S.l.*2.§.*pen.de iure codicill.* * g EXTRA QVAM SI VNO ABSENTE non ſi vtroque, vid.inf. *lib.*28.*c.*3.*lit.A.* VERVM EDICTIS LEGITIME EVOCATO LATA ERIT; *l.*7. C. *Quom.& quan.iud.* Exceptio igitur eſt: Niſi alter ſit contumax. Is enim litis damno coercetur *leg.*53.*pr.h.* non ipſo iure, ſed ſententiâ magiſtratus qui poteſt ita damnare ſi velit, non autem tenetur *l.*1.C. *Quam.& quand.iud.*id eſt,ſi condemnatus fuerit appellare nequit,vid.*lib.*28.*c.*3.*lit.D.* Sed ſubiiciendus rei iudicatæ,leg.47.§.1.*h.*id eſt,ſine vllo remedio parere cogitur. Sed & pœnalis contra eum magiſtratui actio in id quanti ea res,id eſt,quanti contemptus magiſtratus *leg.vn. Si quis ius dic. non obtemp.* h Et poteſt alterutrò vel vtroque modo coerceri, prout viſum fuerit. Quis autem contumax hîc *vid.l.*53.§.1.*h.* Requiritur verò cõtemptus, nec contumax qui impeditus valetudine,occupatione,*d.l.*53. §.2. [iuſtâ abſentiâ reip.cauſsâ *l.*54.*pr.h.t.*] vi maio- * *ad l.* 53. re,nec qui ad iuriſd.eius non pertinet *d.l.*53.§.*vlt.** vt qui ad maius auditorium vocatus litem inchoatam in minori deſeruit *l.*54.§.1.*h.* id eſt, qui ad celſiorem dignitatem (auditorium per Synecdoch.pro poteſtate & iuriſd. i quæ in eo exercetur) euectus eſt,quam ſit eius coram quo prius litigabat *Fac.l.*13.§.4.*ad Trebell. l.*4.*de rec. arb.* Hic enim omni eiuſmodi iuriſdictioni ſubducitur,nec forum tãtum mutat,vnde non * *ad l.* 54.§.1 obſtat *l.*7.*de iudic.* * NEC QVÆ EX SCRIPTO RECITATA NON ERIT, vid. *l.*28.*cap.*3.*litt.H.* IVDICATI VIM HABET [*Et huc vſque cauſſa nullitatis ſententiæ in edicto (ſeu ſumma huius tituli) à Don.noſtro compoſito & initio lib.*27.*præfixo. Quæ cum in hoc iuſto anguſtior ſit, non inconueniens ſi reliquas h.tit.propoſitas vel à Don.in explic.ll.expoſitas continuatio ordine meis verbis ſubiecero.*] VTI NEC QVÆ IMPOSSIBILIA PRÆCIPIT k aut cui rerum naturâ pareri non poteſt,*l.vlt.*D. *Quæ ſent.Si appell.l.im-* * *ad l.* 33. *poſſibilium* 85. *de R.I.* * NEC QVÆ CONTRA PVPILLVM MINOREMVE INDEFENSVM LATA *l.*45.§.*vlt. l.*54.*pr.h.t.* Secus ſi pro eo iudicatum *l.*14.*de Proc.vbi* * *ad l.* 9. *ratio.* * NEC QVÆ SINE CERTA QVANTITATE PROFERTVR.*t.*C.*de ſent.quæ ſine cer.quant.* l Veluti omne debitum cum vſuris ſolue *l.pen.* C.*d.t.*quæ bona fide accepiſti ſolue *l.vl.*C.*d.t.* vſuras quæ competunt *l.* 59.§.*pen.h.* Certa autem quantitas non modò quæ verbis exprimitur in condemnatione,ſed & cum alicubi expreſſa eſt, & id præſtare iubetur, quod ibi continetur,vt: Solue quod petitum eſt *l.*68.§.1.*h.t.* m m. Quod habes ex teſtamento Mæuij reſtitue Titio,ſiue id ſcriptum ſiue nuncupatiuum l.5.§.*vl.h.* * De cauſ- * *ad l.* ſis nullitatis ſententiæ paulò aliter *Dom.ad* l.4.§.6 *b.* 5.§.*vl.* *t.* n ita: Sententiæ inutilis 4. cauſſæ.Si vel iudex non n competẽs de quo l.16. vel non iudicauit;Vt 1.ſi cauſſa non cognita 2.ſi condemnauit nec abſoluit.3. ſi ſine certa quantitate. Vel non iuſtè, contra ll. vel non ritè, vt ſi non vocatis partibus, aut die feriato, aut non publicè, aut non ex ſcripto recitauit. * * *ad l.* 4.§.6.

NOTATA.

a Et ita Græci diſt. *Cuiac.ad ca.*1.*ext.h.t.* an ſententia a *ἀναφαίνουσα*, qui ipſo iure nulla,an *ἄδικος* quæ de iure litigatoris. Illa in ſtatu iuridiciali de iure, hæc in coniecturali de facto pronunciat *Duar.ad l.*27.*h.t.* Ex.gr. Titius minor 14. annis teſtatus eſt.Si iudex ſententia dicat minorem 14.annis teſtari poſſe, ideoque Titium etſi fuerit impubes, rectè teſtatum eſſe vt *d.l.*2.C. *Quan.prou.non eſt nec.*ſententia nulla; ſin Titium rectè teſtatum eſſe,non addito de ætate, appellandum *Zaſ. in l.vlt.de Iuſt.& iur.n.*6.*Vant.de nullit. ex def.proceſſ.num.*118.*& num.*122.*& 2.ſeqq.*vbi probè declarat. Vbi contra ius partis lata vincit iniquitatem auctoritas rei iudicatæ. Vbi contra leges non poteſt rei iudicatæ vim habere cum res iudicata à legibus vires accipiat. *Anſ. Fab.ad lib.*1.*ſ.*1.*D. de feriis.* Sic & vbi contra formam præſcriptæ ſollennitates, vincit auct. Prætoris iuris auctoritas, quæ nunquam in arbitrio ius dicentis, ſeu iudicantis *leg.*15. *Munic. A.Fab.ad l.*8.§.17.*de tranſact.*Sanè *Oldend.cl.*7.*act. vlt.in defenſ.rei* auctorem huius diſt.in malam crucem abire iubet. Sed de iudice calumnioſo loquitur, contra quem act.malè iudicati tenere cenſet citra hanc diſtinct.† Denunciationi Euangelicæ quando locus ſit contra eum qui ſententiam obtinuit iniquam *Menoch.arb.cap.*484.*& lib.*1.*præſumpt.qu.*79. b Non malè,vt videtur *Duar.ad d.l.*32. eam b accipit de ſtatu ſanè iuridiciali, cum ex lege per ratiocinationem colligitur quod ad cauſſam pertinere putatur, Vt ita ſententia non ſit nulla de iure dubio & controuerſo lata. Quod probat arg.à contrario ex *d.l.*19.*v.expreſſim & d.l.*2. C. *Quando prou.v. tam manifeſti.* Quò facit quod error iuris perplexi errori facti comparatur,*Sebaſt.Medic.de caſ.fort. p.*1.*qu.*2. *num.*12. Atque ita *d.l.*32.poſt alios accipit *Vant.de nullit.ſent.ex defect.proceſſ.num.*118.*& ſeqq.* c Obſt.*l.vn.* C.*de err.calculi* verbis: ſi res iudicatæ non ſunt Reſp. *Pac.*7. *enant.qu.*73. Aut iudex in ſententiâ ferendâ ſic errat, & ea nulla *d.l.*1.§.1. aut cum error calculi admiſſus diceretur iudicauit nullum eſſe errorem, & inde except. rei iudicatæ *d. l.vn.*De errore calculi conſule P.*Foller. addit. ad Marant.p.* 6.*membr.*9. *de except.num.*68.*& ſeqq.Fr.Munnoz.de ration.* c.38.*& ca.*41. *Parlard.*2.*rer.quotid. cap.fin.p.*1.§.6. *Gutierrez lib.*1.*pract.qu.*37.*Ost.Meland.Com.Camer.al.p.*1.*tit.*95. Pari modo ſententia nulla ſi alius error conſpicuus eâ expreſsus, *Medic.de caſib.fort.p.*1.*quæſt.*2. *nu.*24. aut ſi ſe refert ad acta quæ nulla ſunt, vel in quibus error expreſsus, vid.*Tiraq.poſt ll.Connub.gl.*7.*num.*18.*Curt. Iun.conſ.*170.*num.*7.*Schurf. cent.*1.*conſ* 93. *& cent.*3.*cenſ.*6.*Caſ.Vrſil.annot.ad Affl.deciſ.* 28.*num.*2.*&* 4. Vel ſi lata ex falſa cauſſa conſiſtente in facto notorio & cuius falſitas ex actis apparet, *Sixt.conſ.Marp.*9. *num.*60.*vol.*2.*perc.inter cæteras iux.h.t.Mol.*4.*ſemeſtr.*1.*nu.* 14.*&* 15. Maximè verò quando iudex ipſe ſe in ſententia refert ad acta, & per ea conſtat de contrario,dicitur euidens iniquitas & inde ſententia vitioſa, *Affl.deciſ.*39.*n.*6.*vid.idem deciſ.*283. *& conſer. Grammat. deciſ.*59, d Bellè. De hac cauſsâ nullitatis, vid. *Marſil.ſing.*486.*Matheſil.ad leg.*4.*Cod. de ſent.& interloc.Contard.in leg.diffam.c.*4.*n.*16.*Trenta.li.* 2.*pract.reſol.tit.de iudic.reſol.*2.*Vant.tit.de nullit.ſent.ex defect.proceſ. num.*31. *& ſeqq.* e De citatione ad audiendum e ſententiam, vid.*Mynſ.*3.*obſ.*71.*Gail.*1.*obſ.*109.*Menoch.*2.*præſumpt.*74.*Matheſil.Sich.& Io.Bapt. Suarzenthal.ad tit.Cod. Quom.& quan.iud.ſententi.prof.deb.part. præſent. & Grauat. ad pract. Veſtr.libr.*5. *cap.*2. *littera B.*& C.*& libr.*7.*cap. vltim.littera G.* Quodque nec Principis ſententia vna parte præſente teneat. *Duar.ad l.*47.*h.t.* niſi de plenitudine poteſtatis,*Alb.Gal.et,Margar.aurea cap.*24.*num.*27. Et quod contumax in toto proceſſu citandus ad ſententiã, niſi fuerit citatus ad omnes actus & totam cauſſam vſque ad ſententiam incluſiuè,*Lanc.Conrad.de off.Prat.in cauſſ.ciuil.v.contumacia nu.*3. Quare cum in Camera citatio generalis recepta ſit,vid.*not.*8.*lib.*23.*c.*2.*lit.B pag.*1000.hęc non requiritur *Gail.d.obſ.*109.*num.*3.*Mynſ.d.O.*71. In Hiſpania partes ad hoc non citantur, ſed facta concluſione cauſſæ poteſt ferri ſententia quandocunq; verum tempus appellandi non currit donec ea partibus intimetur *Sarmient.*2. *ſelect. interpret.*14.*nu.*7. f *Goth.ad d.l.*9.*Bronch.*4. *enant.*15. qui eam rationem quod nec quaſi contrahere poſſit, cum alia quod f abſentis loco,cõiungit g *l.*124.§.2 *de R.I. Duar.d lo.Bron.* g *d.aſſ.*15 Confer.*not.*8. *lib.*18.*c.*11.*lit.R.* h ita s. *lib.*15.*c.*24. h *lit.I.* vbi vid. *not.add.Blarer.in l.diffamari c.*11.*n.*10. *Menoc, retin.poſſ.remed.*1.*n.*62.*& 2.ſeq.* Et quod ita mulctari poſſit etiam parte non inſtãte, *Contar.in l.diffamari c.*6.*n.*72. Quomodo iniurias ſibi factas hic Magiſtratus ipſe vindicet, nec tamen iudex in cauſſa ſua ſit, vid. *Rauchh.p.*1.*qu.*50 *n.*45. i Immò ſignificatur Prætorium, ſeu curia Imperatoris vt *l.*18. i *de minor.l.*40.*de reb.cred.l.*22. *ad* SC. *Treb.Gœd.de contr.ſtip, cap.*8.*nu.*59.*vid.Vant.de nullit.ex def.Iuriſd.n.*162. k Confer. *Vaſq.*2.*ill.contra.*51.*num.*46.*&* ſeqq.*Sarmient.*2.*ſelect.in-* k *terpret.*1.2.3.*Gœd.de contr.ſtip.c.*8.*concl.*9. l vid. *Matheſil.* l *ad dict.tit.Cod.Corſet.ſing.*305.*Rain.Corſ.*1.*indag.*7. *Vant.tit. de nullit.ſent.ex defect.proceſſ.num.*101.*&* 5.ſeq. *Vvurmſer.*5. 22.*obſ.*2. *Stiatic.obſ.c.*23. *Sarmient.*1.*ſelect. interpr.*13. *Ant. Maſſa Galef.de iudic. bonæ fid.numer.*20. *P.Barboſa ad tit.D. Sol.matr.p.*3.*rubric.n.*44.*&* ſeq.*Sneidwin. in* §. *curare* 32.*I.de act.numer.*22.*&* ſeqq.*Turamin.epiſt. forenſi* 36. *Sixtin. vol.*1. *conſ.Marp.*11.*nu.*56.*&* ſeqq. Coram mercatoribus valere petitionem & ſententiam incertam *deciſ. Rotæ Genuæ de Mer-* m *caturâ* 21.*n.*6. m Sententia enim declarationem ex actis recipit, vid. *Matheſilan.ſing.*141.*Petr.Barboſa d.parte* 3.*rubri-* c*a num.*47. ſic diſtinguit: Aut in ſententia iudex ſe refert ad certam partem actorum, & valet illa atque exinde recipit certitudinem, ſiue ea pars cõtineat probationem,ſcilicet ſolam partis aſſertionem in libello per *l.*5.§.1.*hoc tit.* Aut non; & tunc ſi in actis plenæ probationes ad eas videtur tacitè habita relatio. Sin ſecus non valet ſententia,nec recipit certitud. ex libello certam quantitatem exprimente, quia ius verat ex aſſertione partis ſententiam ferri. Ergo ad eam iudex ſe retuliſſe non creditur.Ibid. *num.*48. nũquam ſententiam à libello recipere interpretationem,niſi ad eum expreſsè habita ſit relatio. Huc ſpectat Brocardicum vulgare: Relatum ineſt referenti cum omnibus qualitatibus, nec refert an res exprimatur nominatim an per relationem ad aliud. De quo vid. *Tiraq.poſt.ll.Connub.gl.*7.*nu.*183.*&* ſeqq.*Hart-* n *man.Piſt.lib.*3.*q.*29.*Iac.Schult.obſ.forenſe* 2.*num.*4.*&* ſeq. n Plura de Nullitate eiuſque proceſſu pete ex *Vant.tr.de Nullit.Proceſſ.& ſent.Lancell.Conrad. de off.prat.in cauſſ.ciuil.v. ſentent.* (vbi caſus 63.quib.ſententia nulla refert) *Veſtr.lib.* 8.*pr.aula Rom.ca.*2.*Gutierr.libr.*1.*pract.qu.*96.*Caler.de Proceſſ. exſecut. p.*4.*cap.*1.*num.*60.*&c. ac paſſim. Menoch.adip. poſſ.remed.*4.*num.*879.*&* ſeqq.*Zang.de except.p.*3.*cap.vlt.numer.*62.*vſque ad num.*77. *& deinde num.*115.*&* ſeqq.*P.Frid. lib.*3.*de continent.cauſſ.cap.*11.*numer.*23.*&* ſeqq.*Bellon.*3.*ſupput.*18.*Knic. de Sax.non prou.iure v.litis prouoc.neſcium cap.* 1.*Rulant.de commiſſar.p.*1.*libr.*6.*c.*5. *&* p.3.*lib.*9.*c.*17.*&* p. 4.*lib.*8.*cap.*15.*&* ſeqq.*Mynſing.*1.*obſ.*20.*&* 27.*&* 4. *obſ.*62.*&* 2.ſeqq. *&* 5.*obſ.*91.*&* ſeqq.*&* 6.*obſ.*4.*Gail.*1.*obſ.*127. *&* 135. *Vvurmſer.tit.*24.*obſ.*33.*&* ſeq.*Viu.*1.2.*deciſ.*231. *Ant.de Gamma deciſ.*237. *Meichſn.com.*1.*lib.*1.*deciſ.cam.*28.*num.*42.*&* ſeqq. *&* tomo 2.*lib.*2.*deciſ.*1. *num.*62.*&* ſeqq.*&* tom.3.*deciſ.* 20.*num.*57. *&* ſeqq.*Curt. Senior.conſ.*65.*num.*19.*Vult.conſ. Marp,*22.*n.*56.*&*85. *&* ſeq.*vol.*3. Nullitatẽ verò allegare nequit qui ei cauſſam præbuit per *l.*1.§.8.*de inſpic. ventre.Cra-* o *uetta quæſt.de indemnit. mulier poſt tr.de antiq.temp.n.*33. Et o nulla ſententia ex conſenſu partium valet in vim pacti, *Vvurmſer.tit.*22.*obſ.*6.*Vant. de nullitatib. tit.vlt. num.*18.*&* ſeqq.*Trentacinq.*2.*pract.reſol.tit. de ſentent.reſol.*1. declarans modo materia apta ſit, de qua partibus diſponere liceat. Vſuſque ſeruat, vt quæſtio nullitatis cum appellatione cumulari poſſit, *Vvef.conſ.*1.*num.*26. (Apud ſuos nec de nullitate queri niſi appellationis ope licere, *Ant.Fab.Cod. ſuo tit. de re iud.def.vlt.& tit.de temp.app.def.*13.) De appell.à ſententia nulla, eiuſque effectu non ſuſpenſiuo, aſt deuolutiuo, *Blarer.in leg.diffam.cap.*10.*numer.*25.*ac ſeq.* Confer. *P.Greg. libr.*2.*de appell.cap.*16. Neque ea iure Sax. niſi 31.ann. & 6. hebdomadibus tollitur, vid. *allegatos à Schult. qu. pract.*20. *num.*41. Etſi autem ſententia nulla ipſo iure ex iiſdem tamen actis iudicari poteſt,cum vtile per inutile non vitietur, *Alb. Galeot.Margaritæ aureæ cap.*26.*num.*18. Et ita alia eſt nullitas totius proceſſus, vbi omnia acta vitioſa, alia ſententia, vid. *Afflict.deciſ.*28.*& ibi Caſ.Vrſill.* Pro iuſtitia & ſollennitate ſententiæ quæ & quando ſit præſumptio, vid. *Crauetta de antiqu.temp.part.*2.§.1.*Vaſq.*1.*ill.contr.*39.*Hartm.Hartmzii.*18.*obſ.*4.*Trentacinq.lib.*2.*pract.reſol.tit. de Sentent.reſol.*4.

CAPVT VII.

Sententia vitium ex dolo aduerſarij.

SI QVID A VICTORE, DOLO MALO FACTVM, QVO ADVERSARIVS IVDICIO OPPRIMERETVR IN EVM IVDICATI ACTIO [etſi efficaciter] NON DATVR. Huiuſmodi ſententiæ non quidem per ſe vitioſæ, ſed victo non nocent doli exceptione munito. a Vt quæ conſpiratione & machinatione aduerſariorum extortæ, iudice vel pretio corrupto,quæ venales *l. venales* 7.C. *Quan.prou.non eſt,* b *nec* aut dolo circumuento; *l.*1.*C. Situt.falſ.alleg.* exc *cuſ.*prænaricatione patroni *l.*1.C.*de adu.*1.falſis inſtrumentis *tit.*C. *Si ex falſ.inſtr.l.*11.*de except.* Vbi exigitur vt & falſa probentur, & aduerſarius ſciens iis vſus ac de crimine conuictus ſit *l.*2. *&* 3.C.*d.t. iunct.l.*4.C.*de falſ.*& iudex eorũ fidem ſecutus ſit *d.l.*3. Non ſi præterea alia inſtrumenta producta aut probationes allatæ; vel teſtimoniis falſis *l.*33.*h.t.* c Vbi eadem e requiruntur & præterea vt teſtes pecunia corrupti ſint. Quod etſi, nec temerè, plerique neceſſarium eſſe negent, d quid enim intereſt quomodo quis opprimatur? Aliud tamen *d.leg.*33. conuincit,cum quia verba *teſtibus pecunia corruptis* conditionem exprimunt, tum quia requiritur conſpiratio aduerſariorum, quæ nec aliũde probari poteſt quam ex pecunia datâ. Neque enim ſi cum teſtib. locutus aduerſarius, illíve operam ſuam polliciti;ideò falſum eos dixiſſe cõſequitur. Nec facilè quiſquam gratis improbat e maximè cum ca- e pitis periculo. Et igitur etſi qualiſcunque oppreſſio ſufficit iure inſpecto,ad facti probationẽ tamen corruptio pecuniâ facta neceſſaria. Sic etſi ſi de re quæritur non referat auaritiâ an ambitione, odio amóréve iudex malè iudicauerit,ambitioſa tamẽ ſententia valet *l.*6.§.2.*ad Trebell.* f nim.quia ambitione af- f fectúve motũ eſſe probari nequit. Non enim ſi cauſſa fuit cur moueretur, ideo eo affectu victũ æque conſequitur,vti ſi pecuniâ accepit. g Quia verò *in d.l.*33. g *in fin.* dicitur *in integrum reſtitue* hinc vulgò Dd. etſi in reliquas ſpecies iure non valere agnoſcant, in hac tamen & quę ex falſis inſtrumentis,reſtitutionem *in integrum*, intra quadriennium peti debere cenſent. h h Malè. Quia ſi quæ eſſet, daretur ex clauſulâ,*ſi qua alia iuſta cauſſa.* At hæc non niſi ad eos qui abſentia ſua quid amiſerunt ſpectat, *l.*26.§.*vlt.l.*28.*pr. Ex quib. ca. mai.* nec ad eos qui ſententia iudicis læſi,nec ad alios quam qui ſine culpâ ſuâ *per d.leg.*26.§.*vltim.in fin.* Hîc autem culpa eſt quod non appellauit. 2. quia immò ſententia ex falſis inſtrumentis non valet eum except. rei iudic.non pariat *l.*11.*D.except.* i Teſtium autem i par cauſſa. 3. Si ſententia venalis iure inualida vt s. quam iudex ratam eſſe vult, magis hæc vbi, religione eius circumuentâ, non probat quod iudicat, qui ſi ſciret aliter iudicaret. 4. Quia par ratio in prævaricatione patroni, eadem iudicis circumuentio. At hîc ſententia nulla *l.*1.*Cod.de Aduoc.*1.5. Apertius idem ſic oſtenditur. Reo ita dolo ſuo abſoluto, iure tamen actori perſeuerat actio §.5.*I.de except.* quæ habetur citra in integrum reſtitutionem. Huic ſi obiicitur exceptio rei iudicatæ, replicatione doli ſubmouebitur, quod & prob. *leg.*19.*iunct.leg.ſeq. Cod.de tranſ.act.* Reo ita dolo aduerſarij condemnato,& act. indicati conuento multò magis doli exceptio per *leg.*1.*de doli exc. l.*1.C.*ſi tut.falſ.alleg.* Hæc itaque diff. inter ſententias *de quib.c.præc.* & has omnes quæ ex dolo aduerſ. &c. *vt*

h.c. quod illic sententia iure non valet, hîc except. vel replic. infirmatur. Ad *d.l.* 33. *verba vlt.* ℟. eo sensu illa posita quo in *l.* 3. §. 9. *de iure fisci iunct. l.* 7. *eod. ibi nihil esse actũ* k * CÆTERVM OBTENTVREPERTORVM POSTEA INSTRVMENTORVM SENTENTIA RESCINDI NEQVIT *l. Imp.* 35. D. *l. sub specie* 4. *C. de re iud.* Quod obtinet in rebus priuatis *d. leg.* 35. veluti: Ex mutuo conuentus ad 10. actore non probante absolutus, vel probante eo, cum non docere solutionem posset condemnatus. Actor postea reperit chirographum, vel reus apocham. Sed ita si non præterea factum aduersarij fraudulentum arguatur. Nam iureiur. necessario lis decisa ob noua instrumenta retractatur, *l.* 32. l *in fin. de iureiur.* s. *lib.* 24. *c.* 19. *lit. Cc.* l Item; si instrumenta nunc reperta antea aduersarius subtraxit arg. *l. sub prætextu* 19. C. *de transact.* Neq; enim hîc retractatio tam ob instrumenta fit, quam ob dolum aduersarij. m Quid si ei qui nunc repetit instrumentorũ antea facultas nulla? Non auditur *arg. d. l.* 19. n Neq; hîc excepta causſa legati aut fideicommissi, de quo non apparentibus tabulis iudicatũ, iis postea repertis. Etsi *vulgò Dd.* diff. quia aiunt, de controuers. ex testamento nisi cognitis illius verbis trãsigi nequit, *l.* 6. *de transact.* o Ergo nec iudicari. o Verum alia immo causſa rei iudicatæ. Transigi ne possit naturalis ratio facit, quia tãdiu nulla lis. Peti autem ex testamento potest, quãuis inde nihil debeatur. Obi. iusiur. cuius maior vis *l.* 2. *de iureiur.* ita retractari potest, *l. vlt. C. de reb. cred. & iurei. s. li.* 24. *c.* 17. *lit. E. & c.* ℟. Alia causſa peritij *d. l. vl.* alia eius qui sine dolo sententiam obtinuit, de quo hîc agimus. IN NEGOCIO VERO PVBLICO, id est, causſa p fisci vel ciuitatis *per l.* 16. *& seq. de V. S.* p vel Ecclesiæ *per l.* 1. §. 2. *de iust. & iur.* q IMPP. PERMITTVNT INSTRVMENTIS NOVIS VTI *leg.* 35. *h.t.* & sic redintegritate litem ex causſa, quæ duplex. 1. Cõmunis fraus aduersarij, 2. propria si res aliter salua haberi non potest. Vbi nempe aut qui egit e.g. Curator. Reip. omni culpa caruit, aut non soluendo. Nam si qua eius culpa, quod victus vel quod non appellauit & is soluendo est. ipse cõueniri debet nõ res iudicata rescindi. Quod probatur tum ex auctoritate rerum iudicat. l. 65. §. 2. *ad Trebell.* tum quia minor, cui resp. comparatur, adurem iudic. non restituitur, quamdiu à tutore rẽ seruare potest, *l.* 13. §. *vl. C. de iudic.* denique nulla hic euidens æquitas, vt rescindatur iudicatum, quæ requiritur quid ex solennibus iuris mutãdum, *l. etsi* 183. *de* R. I. Non obst. *L. vn. C. de sent. quæ adu. fisc.* Nam solum de tempore loquitur, intra quod res aduersus fiscum iudicatæ retractari possunt, nim. INTRA TRIENNIVM. Sed alia quæstio an & ex quâ causſâ *Fac. l.* 26. *& seqq.* * *ad l. de ll.* * Sed num aliqua harum causſarum obiecta exfecutio differenda, donec de eâ iudex cognouit: Ita si de re statim liquere possit, *arg. l.* 3. *pr. vt leg. seu fid. num.* Veluti si dicatur lata sine certa quantitate, cõtra constitutiones, errorem calculi continere. Contra si longiorem cognitionẽ requirat, vt quod ex falsis instrumentis, testibus corruptis, *vid. l vlt. C. de ord. cog. l.* 2. *C. ad l. Corn. de fals. l. ille* 13 §. 2 *ad Trebell.* r Aliàs hoc obtentu calumniosa mora inici posset. Vbi autem condemnatus soluit, illarum aliquâ probatâ condict. in- * *ad l.* debiti vel siue causſa reperet *l.* 58. *h.t.* * 4.

NOTATA.

a Non sequitur: Appellatio non est necessaria. Ergo sententia ipso iure nulla. Potest enim aliud eius infirmandæ remedium esse, vt si contra act. iudicati obiiciatur exceptio
b doli. b De venalibus his sententiis, iudicibus largitione corruptis, deque muneribus ab eis non accipiendis, vid. *Poll.* 5. *hist. fori* 9. *Vasq.* 2. *contr. vsu freq.* 37. *Striacic. obs.* 224. *Menoch. arb. c.* 917. *Freher.* 3. *de infamia* 14. *Cacheran. in Proœm. dec.* n. 5. *Maynard. l.* 4. *decis* 86. *Fr. Pseil. cons.* 138. *Vant. de nullit. ex def. proces. m.* 163. *P. Greg.* 2. *de Rep. c.* 6. *Hippol. à Collib. in Princip. c.* 4. *Simanca. l.* 6. *de Rep. ferè toto Libr. à Bodenstein disquisit. Polit. l.* 2. *c.* 28. *ac seq.* (qui emtos ac construpatos iudices vocat) *Ant. de Gueuera Horolog. Princip. li.* 3. *c.* 6. *Christ. Ohem. discut. iuridico polit. de cons. & magistratib. c.* 4. *nu.* 59. *& seqq.* Scitè *Ian. Langla. 6. semest.* 1. vbi pulchrè aliam olim fuisse rationem præsidum, quibus Xenia accipere licuit, *l.* 6. §. *vlt. de off. præs.* aliam hodiernorum iudicum, in quibus licere non debet, nec inculpatè obiiciuntur, ceu pessimos, ait Langlæus. vsu inualuit, esculẽtis tanta copia oblatis, vt iis omnis familia sustentari possit, &c. Quin nec decere iudicem, vt se conuiuis litigatorum nimis excipi patiatur, *idem* 2. *semest.* 1. Confer. *not.* s. *lib.* 14. *c.* 25. *lit. C.* De pœna iudicis corrupti, *vid. infr. lib.* 28. *c.* n. 2. Quando vi huiusmodi sententiæ solutum repeti possit, *Vasq.* 3. *contr. vsu freq.* 63. *n.* 29. *& seqq.* c vid. *Mathesil. ad d. tit. C. Si ex fals. instr. vel testimon. &c. & sing.* 18. *Sfort. Odd. de rest. in int. quæst.* 77. *&* 2. *seqq. Vasq.* 2. *contr. vsu freq.* 36. *Alex. Trentac.* 2. *pract. resol. tit. de sent. resol.* 3. *Vant. tit. de nullit. sent. ex def. proces. nu.* 132. *& seqq.* d *Duar. ad d. leg.* 33. quia in instrumento falso nihil præterea quæritur. Eadem autem testium ratio, qui instrumentorum appellatione veniunt. Et *Ayrer. Proces. p.* 1. *c.* 0. *obs.* 1. *n.* 7. Etsi sint qui corruptelam & falsitatem coniunctim probari debere velint, per v. *&*, contrarium tamen verius & communius vocat, quod d. v. hîc resoluatur in copulatiuam. Sed Duar. d. lo. ideo vtriusque mentionem fieri, qui accideret in specie ea de qua consultus Imp. Vnde Imp. ibi & rem seuerè vindicare, atque ita reum puniri & iudicatum rescindi iubet. Vtrumque vt fiat, corruptio vna requiritur, ad posterius v. falsitas sola sufficit *Trentacinq.* 2. *pract. resol. tit. de sent. resol.* 3. *n.* 22. qui ab hac communi opin. non discedend. esse docet. Et rectè quicquid contra Donell. e *Arist.* 1. *Rhet. vlt.* Sed e ad hoc Resp. potest gratis, id est, nulla re permotus, *Arist. d. lac.* Qui ducitur amore aut odio, etsi pecuniam non acceperit, non gratis omnino id facit. Nam & species lucri est, beneficij debitorem acquirere, *l.* 34. §. 1. *de furt.* & sæpe vel magno ære redimitur vltio de inimico. f *Bodin.* 3. *de Rep.* f 5. *nu.* 307. Ambitiosa est ad gratiam composita, *Cuiac. in Nouell.* 103. Et consent. Dd. vulgò *Vant. de nullit. ex defect. proces. num.* 135. Obi. immò ambitiosa decreta rescinduntur, *l.* 4. *de decret. ab ord. l.* 3. *pr. de minor. fac. l.* 12. *C. de transact. Sueton. in Domitiano.* Ambitiosas sententias rescidit. Resp. Ibi ambitiosa non simpliciter gratiosa, colore quæsito conflata, quasi inflexo ambitiosi verbo ad confictas & commentitias causſas vt *Forner.* 1. *Select.* 17. nec quæ gratis vel accepta mercede contra ius & æquum in alicuius fauorem interposita, vt *Ranar.* 5. *var.* 6. licet hæ acceptiones *d. leg.* 65. §. 2. forsan non inconuenientes. Sed quibus vltra modum potestatis suæ, eiusque limites excedentes ea sibi arrogant magistratus decernentes quæ ipsis non concessa; vt in exemplis *d. l.* 3. *pr.* (*iunge not.* s. *lib.* 3. *c.* 18. *lit. E. pag.* 167.) *item dict. leg.* 4. quia non ea decurionum auctoritas vt debita Reipub. remittant, cum donare, quod perdere est, administratori nulli liceat. Confer. *Goth. l.* 6. *de tut. elect oral. p.* 304. *& seq. Carol. Labla. in obs. Synops. Basilic. lib.* 54. *tit. de cius. c.* 1. g Accedit quod si inimicus iudex vel amicus aduersario sibi imputet, quod non reiecit vel eluit. Pretium iudici datum esse nesciti potest, cum occulte res geratur; causſa odij vel simultatis noa ita facilè: Confer. *Langl. a.* 2. *semestr.* 5. *pag.* 127. *&* p. 133. (vbi exempla habet eorum qui de inimicis incorruptæ iudicauerunt) *&* 3. *semestr.* 5. *pag.* 159. Ne abs re *Menoch. arb. casu* 116. *numer.* 23. *& seq.* difficile probatu censet iudicem pecunia corruptum esse, & ad hoc probationes concludentes requiri. h *Menoch. arb. cap.* 15. *Vasqu.* 2. *contr. vsu freq* 56. *numer.* 16. *Coras. in leg. admonendi* 31. *D. de iureiur. part.* 2. *numer.* 23. *&* SC. *Telos. cap.* 37. *Vant. de nullit. ex defect. proces. numer.* 532. *Trentacinq.* 2. *pract. resol. titul. de sentent. resolut.* 3. *Bronch.* 4. *ennut.* 14. Sed rectè Donell. cum quo *Zas.* 1. *sing. resp.* 13. *& ad dict. leg.* 33. *Duaren. ibid. Mynſ. ad cap.* 5. *extra de fid. instr. numer.* 7. *&* P. *Grangian. Paradox. capite* 27. Quia, ait, vitium hoc est formale. Irritat itaque sententiam etiam citra restitut. in integrum, quæ circa vitia accidentaria; Adhæc cessat hic præsumptio veritatis, qua res iudic. pro veritate habetur. Planè si contra minorem lata sit sententia talis nullam esse eam Dd. vulgò admittunt per *leg.* 1. *Cod. si tut. vel cur. fals. alleg. Menoch. d. cap.* 15. *numer.* 11. *Bronch. d. lo. Anton. de Gamma decis.* 110. *nu.* 42. i Leue est quod *Bronch. d. aff.* 14. *ex Menoc. dict. cap.* 15. regerit in *dict. leg.* 11. relat. fieri ad constit. principalem *quæ in d. leg.* 33. proinde ex ea declarandam esse. Neque enim apparet

omninò

omninò ad illud Hadriani rescriptum *d. l.* 33. respici, sed dicitur *d. l.* 33. principalib. constitutionibus in plurali manifestè caueri. Quin potius igitur *d. l.* 33. declarationem accipit ex k *d. l.* 13. quam vicissim. k *Duar. ad d. l.* 33. *circ. fin.* Reponitur in pristinum statum, quantum ad factum attinet, licet iure ipso statum non mutauerit l vulgò ratio tenditur, quia lata est ex probationibus priuilegiatis, non autem veris & ordinariis. vid. *not. d. c.* 19. *lit. Dd.* Sicuti & aliàs sententias ex iisdem latas rescindi receptum est. Hinc etsi causſa per testimonia decisâ æquè testes noui non audiantur per *l.* 15. *Cod. de fid. instr.* id tamen ita si priores de re comperta, & sensu aliquo corporis percepta dixerunt. Secus si de eo quod sibi visum fuit, dum ratione colligerent, vel vt vulgò de credulitate *Maranta h.t. n.* 134. Vnde sententiæ ex relatione peritorum artis latæ rescissioni subiacent, vt s. *lib.* 26. *cap.* 1. *lit. G.* Hinc sententia ex aspectu de ætate lata retractatur errore detecto *l.* 32. *de minor. c. fraternitatis extra de frig. & malefic. Coras. in l admonendi par.* 2. *n.* 7. *Beust. ib. d num.* 60. *Marant. p.* 6. *h.tit. de sentent. n.* 136. m Item si præuaricatio indem liqueat, aut si sententia per instrumentum illud nullitatis arguatur, vt si sententiam antea de eadem relatam cõtineat, quia exinde certum posteriorem sententiam non valere, *l.* 1. *C. Quan. pron. non est nec Coras. SC. Tolos. cap.* 37. *Mynſ.* 4. *obs.* 60. *nu.* 6. n Consentit, *Fachin. post Cuman. & Fulgos.* quos citat 1. *contr.* 51. Cõtra Dd. vulgò si ignorantia probabilis restit. in integrum indulgent ex generali clausulâ, si qua iusta causſa, vid. *Sfort. Odd. de restitut. in integr. q.* 71. *art.* 3. Itaque vsu passim seruari scribit *Coras. d. c.* 37. maximè si reus condemnatus sit, *Duaren. ad d. l.* 35. ex circumstantiis causſæ debere sumi vult num æquitas ea vt detur restitutio. Veluti si reus successit alteri & diligentiam magnam adhibuit in quærendis instrumentis. Quia non est quod ei imputetur, quod minus instructus litigauerit, quod contra actori vitio verti potest. Cæterum hîc tutius esse monet, *Mynſ.* 4. *obs.* 60. vt ante sententiam protestetur se instrumenti copiam nunc o non habere, quod postea se reperturum speret. o Ita *Duar. ad d. l.* 35. *Coras. d. c.* 37. *Sfort. Odd. de restit. in integr. q.* 71. *ar.* 4. Mediam sententiam fouet, *Fachin.* 1. *contr.* 52. vt si quidem posteriori testamento maior quantitas legatario relicta sit, agi exinde possit, quia noua petitio sit. Secus si priore testap mento relictum posteriori prolato ademptum sit. p Quod de omnibus rebus publ. municipiorum, vniuersitatibus & collegiis litis accipit. *Mynſing.* 4. *obs.* 60. *num.* 7. Vbi *num.* 10. in hisce causſis etiam testes nouos post sententiam rectè q produci statuit. q *Coras. SC. Tolos. cap.* 37. *Mynſing. dict. obs.* 60. *num.* 9. *Beust. in leg. admonendi nu.* 71. *Fachin.* 1. *contr.* 53. Enimuerò, vt hoc ius ad pupillos & minores protrahatur nulla ratio vrget. Satis enim hi per se restitutionis in integr. remedio communi muniti. Sanè & sententiam contra matrimonium latam non transire in rem iudic. tritiss. est, per *c. lator.* 7. *extra h.t. & simil.* Et illa igitur quibuscunque postea probationibus errore detecto retractabitur. Quo de vid. *Gãil.* 1. *obs.* 112. *Pacia. cons.* 136. *& seq. Contard. in l. diffamari cap.* 3. *num.* 171. *& seq.* Quæ tamen transit iudicatum quoad instantiam, vid. *Bonder. de Reuisione concl.* 25. *num.* 61. *&* nu. 65. Pari modo rescindentur aliæ sententiæ, quas iudicati vires non sortiri receptum est, de quibus *Marant ap.* 6. *h.t. de sentent. nu.* 130. *& seqq.* r vid. *Gœd. in Clem. vn. de sequestr.* r *nu.* 7. *& seqq. Trentacinq.* 2. *pract. resol. tit. de sentent. resol.* 3. *n.* 10. *& seqq. & tit. de Exsecut. resol.* 2. *Asin. Praxi* §. 31. *limit.* 6. *Afflict. decis.* 39. *n.* 5. Et quod nullitas non impediat exfecutionem si per viam principalis petitionis, sed si per exceptionem proponatur *Vuurmser. tit.* 24. *obs.* 24.

CAPVT VIII.

Iudicum collegarum sententia dispares.

SI PLVRES EIVSDEM REI IVDICES DATI FVERINT, QVOD EORVM MAIOR PARS, *lib. Pompon.* 36. *in fin. leg.* 39. *h.* Nec hîc spectatur dignitas personarum sed numerus. Quia auctoritatem sententiæ metimur ex potestate; potestatem autem non ex personâ dati, sed voluntate dantis, qui pariter omnium quos dedit, fidem elegit. Itaque expedit vt contentionis & ambitionis materia præcidatur. a CÆTERIS PRÆSENTIBVS, *l.* 37. Nec possunt reliqui iudicare si vel vnus absit, *leg.* 39. *h.t.* Dices cur requiritur

præsentia: quippe cum dissensio etiam vnius, si præsens, non noceat, sed plurium sententiæ stetur, minus nocebit absentia per *l.* 26. *de R. I.* Resp. Jdeò requiritur, quia potuit vel ipsius præsentia vel oratio cæteros in eius sententiam trahere, quæ ratio in *l.* 17. §. *vlt. de rec. arb.* Præsente autem & quiescente vno reliqui rectè sententiam proferunt *d. l.* 36. Etsi enim omnes qui iussi sunt, indicare debent *l.* 39. non minus tamen omnes iudicare censentur si plures consentiunt, modò omnes adsint *l.* 37. Nam quiescens eo ipso confirmare videtur, quod non contradicit. Qui etsi cõtra sentiat non minus verum est & omnes iudicasse. Iudicare enim simpliciter iussi sunt non idem iudicare. Et hoc est quod in *d. l.* 39. *in fin.* vbi sic interpungendum? *Quid enim? minus verũ est omnes iudicasse?* (sipple, quis vnus dissentiat quasi dicat non minus verum est, &c. Vulgò ea verba vno tenore legunt referentes ad initium responsi, b refragãte serie orationis & sermone latino, b STATVERIT, PRO IVDICATO VALEBIT, *l.* 36. *l.* 39. *b. leg.* 17. §. *pen. de rec. arb.* INTER PARES NVMERO SI DIVERSÆ SENTENTIÆ c EA OBTINEBIT, QVÆ HVMANIOR. Vt si causſa fauorabilis, quæ pro eâ facit, veluti pro libertate *l.* 38. *h.* pro testamento per *l.* 5. *Test. quem ap.* d dote per *l.* 85. *de R. I.* aliàs quæ pro reo *d. l.* 38. *h.l.* 125. *de R. I. l.* 47. *de O. & A.* e Vti & si diuersis summis condemnent, minima spectatur *d. l.* 38. *in fin. leg.* 27. §. 3. *de rec. arb. vbi ratio*, & ita etsi de dote vel causſa fauorabili agatur. *Excemplum insigne apud Plin. lib.* 8. *epist. ad Aristonem.* * Sed hæc si plures dati. Quod si * *Huc* duo iudices, vno tantum iùdicante, æquè nihil agitur, *usque* contrariũ verò iudicantibus vtraque sententia in pen- *ad leg.* denti, donec vnam competens iudex, id est, magistra- 36. & tus qui dedit, per *l.* 15. *h. l.* 1. *pr. Quis & à quo app.* cõfir- *3. seqq.* mauerit *l.* 28. *h.t.* Et ita non statim vna valet, quæ pro *cõinmaut.* libertate vel reo. Ratio diff. Plures iudices vtiliter dãtur, cum dissentientibus iis sententia aliquorũ vel numero vel æquitate causſæ vincere possit. Aſt duo non rectè dantur, certè non ita vt cogi possint sententiam * *ad l.* dicere *arg. l.* 17. §. 6. *de rec. arb. iunct. l.* 1. *eod.* E. vt valeat 28. vnius sententia, confirmari eam oportet. * f f

NOTATA.

a *Ita Duar. ad d. l.* 36. *Ant. Fab. C. sito lib.* 1. *tit.* 7. *defin.* 2. *n.* a 3. *Cuiac. obs.* 16. Necesse est, ait minoris numeri voces, etiam si sint forsitan honore vel æquitate maiores, cedere numero maioribus paruaque vt *Prudentius libr.* 1. *contra Symmach.* filescere parte, vid. *& Afflic. dec. 1. & ibi additionatores.* Hinc & in collegiis ac corporibus obtinet, vt suffragiorum numerus vincat ac quod maior pars effecit, pro eo habeatur ac si omnes egerint. *l.* 19. *ad Munic. Symmac.* 4 *epist.* 27. Facit, ait, Lex Curiæ nostræ, vt maioris apud me numeri antistet auctoritas: Confer. *Bodin.* 3. *de Repub.* 4. *n.* 292. *Marc. Velser. lib.* 5. *Rerum Augustan. pag.* 97. *Simanca* 7. *de Repub.* 12. *ac seq. Fr. Iuret. not. ad Symmach.* 2. *epist.* 36. Scitè *Langl.* 7. *semestr.* 10. *p.* 393. *&* c. 12. In Gallia ex lege Ludou. XII. laudato à *Bodino d. lo.* si plures dissonæ sententiæ pauciores iudicia sua mutare & plurium placitis accedere tenetur. b *Duar. ad dict.* b *l.* 39. Quid si vnus iudicum datorum decesserit, vid. *Duar. ibid & Forner.* 1. *select.* 7. c De hac materia alio tẽpore exactius. Consule præter antecà citatos, *Cuiac.* 10 *obs.* 20. & 12. c *obs.* 16. *ac* 17. *Pauli ad edict. in dict. leg.* 38. *P. Fab. ad leg.* 125. *de R. I. Ant. Fab. Cod. sito lib.* 1. *tit.* 7. *de Senatorib. defin.* 1. *&* 3. *Alb. Gentil.* 2. *Lect.* 4. *Gomez. in l. tauri* 38. *Vant. de nullit. ex def. ct. Iurisd. nu.* 175. *vsque ad fin. Maynard. libr.* 4. *decis. Tolos.* 80. *Alex. Raudens. decis. Pisanâ* 12. *Vinc. de Franch, decis* 252. *Tessaur decis.* 1. Quid si Prudentes Iuris, (vt in collegiis iuridicis) consulti dissentiant, vid. *Pax Seala lib.* 3. *de consil. Sapientis cap.* 26. Quid si periti in arte pari vel impari numero discrepent, *vid. Parian.* 1. *de probat* 47. *nu.* 158. *& seq.* Confer. *Marth. de Afflict. decis.* 1. *Cacheran in Proœm. decis. n.* 11. vbi quo ordine vota à Senatoribus colligenda. Expediré autem censent à iuniotibus initium sumi, contra quam *Alexand.* 4.

*genial.dier.*11. pro quo facinnt *l.* 5. §. 1 *de albo scrib.* & ea quæ *Tiraq. de iure primigen. præfat.* n. 112. & 2. *seq.* Sed vid. omninò *Langl.* 7 *semestr.* 7. vbi scitè ostendit ordinem illum quo postremi dicunt nouissimè recepti, ne liberæ, vt decet, sententiæ ferátur efficere, cum q. pudori sit iuniores senioribus contradicere aut iisdem prudentiores videri velle. Per satiram autem exquiri sententiæ dicebantur, cum nullo ordine, confusè & perturbatè *Sallust. Iugurthâ cap.* 29. *vbi Cyprian. Popma. in Comm. & Io. Rinius lib.* 2. *castigat. in Sallust. Isaac. Casaubon. lib.* 2. *de Rom. Satirâ c.* 4. *pa.* 321. *Scip. Gentil.* 2. *Parerg.* 28. Quomodo Augustus in rogandis sententiis ordine solito iusque habito pro libitu easdem exquisiuit, vt perinde quisque animũ intenderet, ac si censendum magis quàm

d assentiendũ esset, *Sueton. August. c.* 35. *& Langl. d. l.* d vid. *Cuiac.* 10. *obs.* 20. *&* 12. *obs.* 16. vbi vult hoc in testam. ex reorum miseratione communi esse, cum quæ pars pro testamento, ea pro reo sit. † Idem in pia causa, *Tiraq. priui. pia causs.*

e 147. Idem quoque in causa fisci statuit, *Duar. ad d. l.* 38. e & in Amphyctionum totius Græciæ consensu & Areopago Athenien sium obseruatum, vid. *Ioach. Steph. lib.* 2. *de Iurisd. Iuda. Grac. &c. c.* 6. *n.* 33. *& lib.* 3. *c.* 4. *n.* 20. *p.* 448. f Vulgò inter iudices plures ordinarios *d. l.* 38. & datos seu pedaneos *d. l.* 28. distinguunt. Et ita *in c. vol. extra h. t. Duar. ad d. l.* 28. *Pac. 7. enanti. q.* 6.

f

CAPVT IX.

A quibus solidum exigi non possit.

SVNT ET QVIBVS HVMANITATIS CAVSSA TRIBVTVM; NE IN SOLIDVM CONVENIANTVR, de quibus sic fortè verba edicti: In Parentem, liberos, fratrem sororémve, litem in Patronum Patronámve, liberos parentésve eius, item militem armatæ militiæ, item in maritũ, vxorem: item eum, qui bonis cessit: item emancipatum, exheredatúmve, qui de eo conuenitur, quod cum ipso dum in alienâ potestate esset, contractum erit: si condemnati erunt in id dũtaxat quod facere, non deducto ære alieno, poterunt, actio erit. In eũ, cum quo ex donationis caussâ agetur non nisi in id, quod deducto ære alieno facere potuerit, actionẽ dabo. DE HIS *l.* 16. *& seqq. h. t.*

a * QVÆ vt certâ method. explicẽtur. DICAMVS IDEM PERSONIS, quarum 16. & 6. genera, TRIBVITVR

b enim HOC BENEFICIVM [b] AVT IIS QVI SANGVINE CONIVNCTI [c] vt sunt parẽtes, *l.* 16. *h.* liberi, *l.* 30. *h. l.* 18. *sol. matr.* [d] parentis liberi, *l.* 17. id est, fratres. Nam ob hoc socio conceditur, quod loco fratris sit, *l.* 63. *in fi. Pro soc.* [e] AVT PER MATRIMONIVM, vt

c maritus, *l.* 17. *h. l.* 54. *Sol. matr.* [f] eius pater, socer vxoris *l.* 21. *h. t. l.* 15. *§. vlt. l.* 16. *Sol. matr.* Vxor, *l.* 20. *in fin. h.*

d * Etsi enim marito ob reuerẽtiam illi debitam tribui dicatur, *l.* 14. *Sol. matr. l. vn. §. cum autem.* 7. *C. de rei vxor. act.* non tamen ea ratio sola, viro propria, sed & alia

e communis, societas vitæ, *l.* 17. *§.* 1. *Sol. matr.* * [g] Pater vxoris socer mariti, *l.* 22. *h. l.* 17. *pr. Sol. matr.* Sed *vt j. lit.*

f *S.* [h] AVT QVASI CONIVNCTI vt socij, *l.* 16. *h. l.* 63. *pr. Pro soc.* vbi ratio, quia quodammodo fratres, [i] siue

g omnium bonorũ siue vnius rei, *d. l.* 63. *pr.* * Nec obstat *l.* 16. *h. t.* Nam quod ei legi deest, id ex alio loco eiusdem Vlpiani *d. l.* 63. sumendum. Quæ ll. etsi titulis disiunctæ omnia tamen in Paud. scripta pro vnâ magnâ lege habenda, *Duar. ad l.* 17. *sol. matr.* * [k] AVT BENE MERITI DE NOBIS: vt Patronus, Patrona, eorumque liberi & parentes, *l.* 17. *h.* [l] item donator. *l.* 19. *§.* 1. *h. l.* 12. *de donat.* AVT DE REPVBLICA vt miles armatę militiæ, *l.* 6. *pr. l.* 18. *h.* * [m] Non autem rogatæ. Nam 1. dd. ll. verba: *qui sub armata, &c.* hos excludunt, aliàs interpretè addita vni specieí stultè tribuerent, quod omnibus commune. [n] Deinde causſa & ratio non eadem. Milites enim armati sanguinem & vitam pro Rep. profundentes plus in eam conferunt. o Adhæc armis occupati rei familiaris curam abiiciant necesse est, illiſq; egestas ab operâ Reipubl. impensâ. Contra Aduocati rem suam augere & benè gerere edocti. Quod si non benè gerant vel non dant operam Reip. vel desidia auxilio indigna. Deniq; etsi par vtrorumq; causſa esset, tamen ius singulare nõ protrahendum * AVT PIETATIS CAVSSA, iis qui non malo more sua amiserunt: Vt is qui bonis cessit, *§. vlt. l. de act. l.* 4. *D. de cess. bon.* p item emancipatus & exheredatus, quiue paternâ hereditate abstinuit q de contractu, cum in alienâ potestate essent, inito cõuenti, *l.* 2. *D. quod cum eo, l.* 44. *h. t.* quia subsidium vitæ amplius à patre nullũ habet, & peculium amittit, *l. vlt. Quan. ac de pec. an.* Datur verò his etiam mutatâ conditione cõuentis de gestis illa manente. Vt marito soluto matrimonio, *l. vn. §. cum autem.* 7. *C. de rei vxor. act.* r socio societate distracta, quia ipsa actione mota soluitur, *l.* 65. *pr. Pro soc.* Ergo & socero mariti de dote promissa cõuento, soluta affinitate, Non obst. *l.* 21. *h. t.* nec contraria eidem l. 17. *pr. Sol. matr.* Nam quod *d. l.* 17. iustum dicitur, idem æquum *dict. l.* 21. Nec pugnãt æquum quid esse, nec seruari tamen. s Et quod ait, *d. l.* 21. alio iure nos vti, non ita accipiendum vt in totum nõ succurratur huic socero, sed vt *l. seq.* 22. si dos petatur soluto matrimonio. Sed & hoc, quod generale, alibi temperatur, *l. pen. D. de iur. dot.* Vt tunc demum t diremto matrimonio beneficium negetur, si sciens dotem se conficere non posse specie, id est, prætextu, ostẽtatione, futuræ dotis genero insidiatus eumq; ad nuptias induxit, * Personale verò est hoc beneficium & heredibus nõ datur, *l.* 12. *& seq. Sol. matr. vbi hæc ratio*, quia personale est. Neque enim ex. g. datur marito, qui quid emit ab vxore, quia emit, sed quia maritus est. In actione tamen dotis datur filiis mulieris, qui patri heredes, *l.* 18 *pr. Sol. mat.* u *Datur autẽ defensori l.* 14. *pr. Sol. matr. l.* 63. *§.* 1. *Pro soc. l.* 23. *h. tit. l.* 51. *§.* 1. *de Procur.* vbi ratio. Cui non obsistit, quod beneficiũ personale, &c. Vtitur enim non alieno, sed suo beneficio, quod habet ex sua conuẽtione, vnde eius conditio deterior esse nequit, quàm illius quem defendit. x ALIA CAVSSA FIDEIVSSORIS, siue rei sit, siue actionis *l.* 24. *pr. h.* id est, siue rem certã oblig. contentã promiserit, siue indefinitè promiserit quicquid maritus, ex. g. iudicio dotis deberet. Quia quocunq; modo acceptus, totũ promittit, quippe suo nomine cõuenitur. Obi. 1. Fideiusſor plus debere nequit, quàm principalis. R. Rectè. Sed & maritus hîc solidum debuit. *arg. l.* 8. *& seq. de condi. indeb. l. vn. §.* 7. *C. de rei vxor. act.* sed totum ei non extorquetur. In quo etsi durior causſa fideiusſoris, non tamen is obligatus in duriorẽ causſam, quin causſa principalis rei eadẽ, sed personæ illius quid proprium, Obi. 2. At sic solidũ quoq; à reo principali obliquè exigitur, ob regressum fideiusſoris contra illum, quod absurdum, *l. vlt. in fin. Cod. de vſ. rei iud.* R. Hîc nihil absurdi, quia fideiusſorẽ dando maritus hoc egit, vt à fideiusſore solidum exigere liceat, sic deinde huic & ipse teneatur. Quæ conuentio ei obstat, *l. pen. C. de pact. & simil.* y Et *d. l. vlt.* loquitur de beneficio causſæ tributo, non personæ. Malè Bart. & Dd. vulgò fideiusſori hanc exceptionẽ personalem ita prodesse, si desideret; vt reus principalis potius iudicium subeat, per *l.* 10. *§. pen. D. Mandati.* Nã *d. §. pen.* de exceptione causſæ cohærente agit, quippe eâ qua fideiusſor vti potuit, sed non vſus. Personali v. vt est hæc, nec vti potest, *leg.* 7. *de exc.* Deinde nec si vltrò id subeat maritus, quicquam id prodest fideiusſori. Non si suo nomine, nisi solidum soluerit: Minus si procuratorio fideiusſoris; quia immò tũc ipse cõ, principalis teneretur in solidum, per *l.* 51. *§.* 1. *de Procur.* * * *&*, Quibus autẽ ob reuerentiã datur, marito socero, &c. hi nec per pactũ renunciare possũt, *l.* 14. *§.* 1. *Sol. matr. vbi*

z *vbi ratio.* z DATVR VERO HIS NON OMNIBVS IN CAVSSIS. Neque enim ex maleficio dolóve cõuentis, *l.* 5. *l.* 22. *§. vlt. h. l.* 4. *§.* 1. *Quod cum eo Fac. l.* 9. *§.* 2. *de*

aa *minor.* aa Excip. pater, patronus, patrona, liberique ac parentes eius, *l. §. l.* 7. *§.* 1. *de obs. par. ratio. in l.* 9. *eod.* Quibusdam item datur ex certis tantum cõtractibus, vt donatori, socio, emancipato exheredato, *ll. citatis s.* Reliquis verò in omnibus *l.* 20. *& seq.* vt marito, si aut conueniatur stante matrimonio, etsi de antea gestis, aut eo soluto de gestis manente personæ conditione, Non si soluto matrimonio quid gesserit cum eâ, quæ antea vxor fuit, *l.* 35. *pr. de neg. gest.* Nisi ita vt veterem cõtractum confirmaret, non vt rem nouam inchoaret, vt si constituat id, quod ante contraxerat, *l.* 3. *de*

bb *const. pecul. l.* 33. *pr. de donat.* * bb Jdeo autem in *l.* 21. *&*

* *ad l.* 16. *&* *seq. h. t.* conditio expressa de socero, si ex promissione dotis agatur, non quod aliud sit in aliis contractibus, sed quia hoc speciale dubium in dote petitâ soluto matrimonio, quæ ante nuptias promissa, an socer hoc beneficio inuetur, quippe conuentus mutatâ personę conditione de gestis antequam socer esset. Sed ratio decid. quia verbis ante nuptias dos promissa est, reuera contractis iis, cum hæc tacita conditio insit, si nu-

* *ad l.* 21. *&* *seqq.* ptiæ secutæ fuerunt, *l.* 41. *§.* 1. *de iure do.* * Planè donator beneficio suo solùm aduersus donatarium vtitur, non aduersus alium, quamuis ei nomine donatarij promiserit. Pone. Donaturus Seio 10. ea illius nomine Cajo creditori promisit. Ab hoc in solidũ conuenitur, etsi is sit, qui ipse solidum à donatario exigere nequeat. Ex. gr. Donaturus vxori, pro eâ dotẽ promisit marito. Ab hoc in solidum condemnatur. Quin nec interest, an is cui promisit donatarij creditor sit ex causſâ lucratiuâ an onerosâ, *d. l.* 41. *pr. l. qui id* 33. *§. vlt. de donat.* Sed hæc ita, si certam summam promisit. Nam si ita: spondeo me tibi daturũ, quod illi ex causſâ donationis debeo aliud, quia effectu hoc solùm debet, quod facere potest. Verùm *d. l.* 41. obiicitur *l.* 33. *de iur. dot.* vbi habetur, maritum non posse in solidum conuenire eum, qui dotem illi promisit nomine vxoris. Nam verba: *Si donauit*, ibid. accipit. sc. mulieri non marito. Neque enim marito vnà dos promitti & donari potest, aliàs apud illud perpetuò mãneret. R. Rectè. Sed ibi hoc dicitur, non iustè conqueri vxorem si à donatario mulieris maritus nihil amplius exegit, quàm quãtum facere posset. Exigi enim nequit à marito, vt plus præstet in exigẽdâ dote, quam si ipsa exigeret. cc Et ita in ratione allata *d. l.* 33. mutatur species, & illa redditur de eo, cui alter donationis causſa, non mulieris nomine promisisset. Quæ deinde pro-

* *ad l.* 41. *pr.* posito accomodatur. * Datur TRIBVS CONDITIONIBVS: 1. Si non is mentitus de conditione suâ, vt si filiusfam. dixit, se esse patrem familias *l.* 4. *§.* 1. *Quod cum eo l.* 10. *h. t.* 2. Si non dolo fecerit, quo minus facere posset, *l.* 51. *pr. h.* (vbi dolo is videtur facere, qui subornat aliquos, qui mentiantur sibi deberi, & ab iis se vinci patitur, *add. l.* 51.) *l.* 63. *§.* 7. *Pro soc. l. vn. §.* 7. *C. de rei vx. act.* dd 3. Eáque sociorum propria, si socius se

dd socium esse confessus sit, *l.* 67. *in fin. Pro soc. l.* 22. *§. vlt. h. t.* Quia hîc renunciando efficit, ne sit socius. Reliqui maritus, miles &c. non efficiũt, quo minus sint, quos se esse negant. ee II. DE GENERE BENEFICII ET

ee QVID EO CONTINEATVR. VBI Q. 1. QVID SATISFACERE POSSE? Posse hic dicitur, non naturâ habens in bonis quod det, sed ratione ciuili, qui honestè & saluâ dignitate potest. *l.* 25. *de V. S. Fac. l.* 15. *de cond. inst.* id est, ratio harum personarum habenda est, ne egeant, *l.* 19. *in fin. h. l.* 173. *pr. de R. I.* Deducitur igitur quantum sufficiat ad victum & alimenta ei, qui aliter se operis suis alere non potest, *l.* 30. *h. l.* 5. *§.* 7. *de agnosc. lib.* ff Facere autem potest & qui in actionibus & petitionibus habet, *l. facere* 48. *Sol. matr. per l.* 49. *de V. S.* vt tamen cedẽdo actionem liberetur, *l.* 43. *Sol. matr. Fac. l.* 51. *in fin. de pecul.* Neque hæc deductio donatori, patrono, parenti, iis nempe, qui ali ab actore debent, propria est, *vt quidam* gg moti *l.* 30. *h. & §.* 37. *I. de act.* Sed omnibus superioribus communis, vt rectè melior pars interpp. Quod probat *d. l.* 173. *pr. de R. I.* Quam generaliter & indefinitè conceptam malè dissentientes ad illas certas personas reuocant, quod ex eodem libro sit, ex quo *l.* 19. *h. t.* quæ de his tantùm agit. Nam immò generali regulæ vbique locus, nisi nominatim in quadam specie id mutatum, nec quia *d. l.* 19. solùm donatoris, patris patroniq; mentio, ideo Paulus eo libro de aliis non tractauit. Accedit vis & vsus verbi *Posse*, & exemplum eius quis bonis cessit, cui quotidiana alimẽta relinquuntur, *l.* 6. *de cess. bon.* Quod igitur extraneo datur magis, fratri, socio, coniugi. Denique aliàs nullum aliis omninò foret beneficiũ. A nemine enim amplius quàm solidum quod possident, extorqueri potest. Dices. Hoc erit, ne in carcerẽ ducantur. R. At nec alij ducuntur, si bonis cedant, *l.* 1. *C. qui bon. ced.* Instas. Vel istud erit, ne cedere bonis cogantur. R. Quid refert? Num durius est bona extorqueri volẽti, qui bonis cedit, quàm inuito qui non cedit. Dices. At turpe est bonis cedere. R. Bonorum quidem distractionem sub auctione pati turpe dicit Cic. *pro Quintio.* Bonis cedere neutiquam turpe, quin pro summo beneficio res tributum. hh Quid quod hh ei, cui nihil ad victum relinquas, præstaret in carcerem duci, vbi à creditore alendus, *ex l.* 2. 12. *tab. Agell.* 20. *Noct.* 1. quam non duci & fame perire. Non obst. *d. l.* 30. *h. t.* tum quia exempla non restringunt, tum per vim vocũlæ *maximè*. Nec obstat *d. §.* 37. *I. de act.* verbis: quatenus facultates eius patiuntur. Nam idem continẽt quod illa, quatenus facere potest. Facultas enim à faciendo, vt sit quasi facilitas. Q. II. NVM IN ÆSTIMATIONE EIVS, QVOD FACERE POTEST, PRIVS ÆS ALIENVM DEDVCENDVM? Ita videri potest, quia in *§.* 37. *I. de act.* Imp. sic interpretatur: Quatenus facultates patiuntur. Facultates autem significant bona *l.* 16. *pr. ad SC. Treb.* quæ sunt deducto ære alieno, *l.* 39. *§.* 1. *de V. S.* Sed cõtrà disertè statutum *l.* 16. *l.* 19. *§.* 1. *l.* 49. *h. t. l.* 54. *Sol. matr.* Excip. donator *dd. ll.* ii qui deducit ea, quæ debet creditoribus *l.* 12. *de donat.* sc. iis qui

ii tales effectu, iure nempe & solidum exigendi facultate, *per seqq.* non autem de quibus ex eadem causſa aliis obstrictus est, *d. l.* 12. id est, ex simili, *l.* 19. *§.* 1. (quomodo & accipitur *in d. l.* 19. *pr.* quæ ratione iuris eadem, non facti specie) nimirum nõ donationis tantùm, sed omni eâ ex quâ in id, quod facere potest, tenetur. Vt si & aliis donauit, idémq; vxori, liberis, aut libertis debet. Cõuentus à donatario vno non modò

jj id non deducit, quod aliis ex causſâ donationis debet, sed nec quod vxori, liberis, libertis ex aliis causſis.

kk Nam & quoad hos cessat ratio deductionis, ne ex liberalitate suâ inops fieri periclitetur, *l.* 50. *h. t.* Neq; si hæc non deducit, donatoris est detrimẽtum, verum aliorum creditorum ratio non habetur, sed occupantis melior est conditio, *l.* 19. *pr. h. t.* Obi. At *in l.* 19. *§.* 1. *h. t. & l.* 54. *Sol. matr.* dicitur *omni ære alieno deducto.* R. scilicet quod solidum exigi potest, quod propriè æs alienum, *arg. d. l.* 12. *de donat. l.* 8. *de O. & A.* Idem clarè probat contextus *d. l.* 19. *§.* 1. *h.* per verba: *Et inter eos, quibus ex simili causſâ debetur, occupantis potior erit causſa.* Nam si omnia ex simili quoque causſa debita detraheret, posterius venientis causſa eadem esset. ll Non ll

autem excip, seu non in eadem cum donatore caussâ sunt, exheredatus & emancipatus, *l.49.h.t. & d.l.19. §.1.verbi is solus.* Obi. *l.3.D, Quod cum eo, qui in alien. in fin.* R. Malè, qui id rationem inquirunt, cur emancipato liceat deducere æs alienum. Ita enim antinomiam inter *d.l.3. & l.49.h.t.* adstruũt. Sed ibi verba *horum rationem habendam*, non hoc volunt, quod eorum credita emancipatus deducat, sed ita, vt priuilegiariorum ratio haberi dicitur, ibid. si se. ipsi vltrò veniãt, & se aliis præferri postulent. Qui ideo audiuntur, quia eius qui contraxit cum eodem, dum filiusfam. esset, nullum damnum, cum ab aliis consequi possit act. de peculio intra annum *l.1. Quand. de pec. act. ann.* Quod si nullum peculium sit apud Patrem eiúsve heredes, ita habẽda est ratio, ne qui prius contraxit, damno afficiat. Quod si iure deficimur, æquitas suggerit, *vt in simili l.2.§.5. in*
* *ad l.* 16. & *seqq.* *fin. de aq. pluu. arc.* * Ex quibus apparet, quid sit, quod *d.l.19.* habetur potiorem caussam esse occupantis scilicet exitum iudicij, seu qui prior sentẽtiam obtinuit, *per l.10. de pecul. iunct. d.l.19. pr. verbis: Sicuti fit in de peculio*
mm *act.* mm Et ita melior huius caussa quàm aliorum, quorum in conueniendo debitore eadem conditio, seu qui pariter solidum exigere non potuerunt. Quia enim id, quod aliis deberur, non deducitur, euenit, vt quod inuenitur in rebus debitoris, veluti præcipuum auferat, qui prior obtinuit. Dicitur autẽ *d.l.19. pr. quod eiusdem conditionis personis debebitur*, non quasi quod aliis debetur, is qui solidũ exigere possunt, semper deducatur, sed quia interdum, cum nempe ex donatione
* *ad l.* 18. conuenitur, * Cæterum ita occupãs, qui prior ad sententiam venit, præfertur cæteris modò & ipse prius iudicati agat. Nam si qui post eum sententiã obtinuit, iudicati prior agat, ratio eius, qui prior reus condemnatus nõ habetur, *l.61.h.t.* id est, ille totum auferet ex bonis iudicati, quod facere is potest, non deducto etiam eo ære alieno, quod debebat huic, cui prius condemnatus. Hactenus enim occupantis melior caussa, vt ei nihil detrahatur de eo, quod occupat, non etiam vt ipse aliis res occupantibus *illis* detrahat, quod sibi
* *ad l.* 61. & *seqq.* debetur. * Q. III. EX QVIBVS REBVS ALIMENTA DEDVCANTVR: Ex *suis bonis* non ex *alienis*, quod de donatore cautum, *d.l.41.§.1.h.t.* * (vbi, is in rem act. conuentus non iuuatur, vt si fundum donauit & tradidit, isque aut penes donatorem mansit, aut hic
nn eius possess. recepit nn dãnantur, vt quius possessor in solidum siue non habeat, siue dolo desiit. Nõ enim
* *ad l.* 41.§.1. cõuenitur, quia donauit, sed quia possidet, * ad alios quoq; pertinet cum nulli suum adimi, vt alij tribuatur, conueniat, *l.2. de his qui sui Cic.1. Offic.* Quare & mariti de rebus dotalibus vindicatione conuentus, si eas habeat, in solidum condemnandus, etsi nihil præterea ipsi in bonis, quamuis quidam diss. [*Nota immò & Don. ipse diss.* ad l.41.§.1. h. t. in fi *ratione diff. allata quod*
oo *maritus vbiq; maritus sit, quacũque actione conueniatur.* oo] Sunt enim res dotales naturâ mulieris stante quoque matr. *l.30. C. de iur. dot.* Obi, immò maritus in id quod facere potest, quibuscunque de rebus conueniatur, *l. vn.§.7. C. de rei vxor. act.* Resp. 1. dici potest agi ibi de rebus fungibilibus, quæ statim mariti fiũt. 2. etsi de omnibus rebus, tamẽ alia Q. *an deducat*, ne egnat, alia *vnde deducat* vel sumat. Q. IV. QVID SIT CONVENIRI IN ID QVOD FACERE POTEST. Duo continet: 1. vt si nihil aut minus potestis id quod non potest, nequeat conueniri. Et licet in solidum condẽnatus sit, actione iudicati non vlterius teneatur, doli exceptione tutus,
* *ad l. l.* 41.§. *vlt.* * Neque sic infringitur rei iudicatæ auctoritas, quæ facit, ne exceptio etiam peremptoria post
16. & *seqq.* sententiam audiatur, *l.2. Cod. sent. resc.* quin immò confirmatur. pp Fatetur enim hac exceptiõne se totum pp
debere & rectè condemnatum esse, sed facultate lege tributâ vtitur, ne præstet suprà quam potest. Hanc ei sententia non adimit, arg. *l.6.§.1.h.t.* & post rem iudic. locus est except. iis, quæ sententiã non infirmant. *l.12. h.t. l.11. ad SC. Maced.* Malè vulgò putant, qq except. qq
hac oppositâ & à iudice cõmptâ reum eâdem postea vti non posse. Quos refellit *l.17.§.vlt. Sol. matr.* vbi quia iudex *ignorantiâ iuris lapsus*, necesse est exceptionem obiectã fuisse. Nam ea omissâ, nulla iniuria iudicis qui diuinare non potuit &c. nec debuit quid tribuere non postulãti, *l.4.§.8. de dam. inf.* Obi. eadem exceptio sæpius in iudicium reuocari nequit *l.19. de exc. rei iud. l.8.§.2. de neg. gest. l.7.§.1. de Cõpens. R.* 1. Hic non eadem, sed noua exceptio, quia noua caussa excipiendi, si post rem iudic. facere posse desierit. 2. d. regula tunc obtinet, cum exceptio obiecta post examinationem reprobata, quasi non vera sit, *d.l.8.§.2. d.l.7.§.1.* Et hìc igitur, si iudex inquisierit in facultates, & condemnauerit, quia solidum facere possit, except. locus non est, quia de eo iudicatum. Aliud, cum iudex condemnauit exceptione reprobatâ, quasi non iusta sit, *d.l.7.§.1.* Quem casum & *d.l.17.§.vlt.* arguit illa: *iuris ignorantia* * 2. Vt si deducto eo ne egeat face- * *ad l.*
re potest in solidum, sic conueniri possit, *d.§.37. I. de* 41.§.
act. Vnde & sæpius conueniri hi possunt, auctis nimi- *vltim,*
rum facultatibus residuo *l. vn. §.7. C. de rei vxor. act. Fac. l.30.§.4. de pecul.* rr Vnde liquet, exceptionem hãc rr
non peremptoriam esse, sed temporalem & dilatoriam in id tempus quo rem annexerint. ss Q. V. Cum ss
variè facultates pro tempore mutari contingat. QVO TEMPORE HOC IVDICI ÆSTIMANDVM? Rei iudicatæ, *l.rei iud.15. sol. matr l.63.§.6. Pro soc.* Et sitne solidum facere possit, licet tempore litis contestatæ nõ soluendo fuerit, in solidum condemnatur, ac deinde sic conuenitur act. iudicati, etsi intra tempus iudicatis datum soluendo esse desierit. *Fac. l.3. in fin. pr. de vsur.* tt Contra etsi tempore iudicij accepti soluendo tt
fuit, si ante sententiam desiit, hoc beneficio iuuatur, *l.41.§. vlt. h.t.* Quid si post sentẽtiam facultatibus auctum solidum facere possit, tunc cum iudicati agitur. Iudicati actione solidum exigi non potest, sed nouo iudicio potest, *d.l. vn.§.7. C. de rei vx. l.8. C. sol. matr.* Obi. Ast cum quæritur, an quis locupletior in act. negoc. gest. contra pupillum, condicendis rebus vxori donatis, inspicitur tempus litis contestatæ, *l. litis*, 37. *pr. de neg. gest. l.5.§. vlt. & 2. seqq. de don. int. vir.* Resp. Disting. inter act. lege ita constitutam, si locupletior in ea re fit, *dd. ll.* vbi an conditio exstiterit, initio litis quærendum: & inter constitutã iure in solidum, quæ sic temperatur, vt reus quatenus habet, sit condemnandus. uu Veluti hìc, vbi verba legis ad tempus condemna- uu
tionis referũtur, *l.12. D. l.8. C. sol. matr. l.20. & seq. l.41. §. vlt. l.49. h.t. §.37. I. de act.* Conuenit *Bart. in l.36. pen. de pet. her.* Sanè & quandoque in id, quod facere possunt, conueniri legimus, *l. 16. l.41. pr. h.l.12. de donat.* Sed id cum effectu accipi debet, vt ex conuentione non vltra damnentur. *

* *ad l.* 16. & *seqq.*

NOTATA.

a Vulgò Beneficium exigendi, item priuilegium ac except. competentiæ vocant. De quo *Vult. Mud. Sneidwin, Harpr. & alij ad §. item si de dote. 37. & seq. I. de act. Coler. de Proc. p. 2. c. 3. n. 112. & seq. Zang. de Exc. p 2. c. 14. A. Gentil. 4. Lect. & Epist. 1. P. Fab. ad l. 28. de R. I. Hartm. Hartm tit. 18. obseru. 2. Vinc. de Franch. decis. 164. & 181. Ant. de Gamma decis. 25.* b Conuenit *Don. noster ad § sunt præterea. 36. ipsi 32. & seqq. I. de act. n. 3.* Et ex eo *Vult. ibid. n. 9.* Tribui hoc vel ob personã rei. Et aut ob coniunctionem sanguinis, affinitatis vel societatis, aut ob reuerentiam patrono, aut ob maritum militi-

aut ob

c aut ob miserationem ei qui bonis cessit, &c. c Signum hoc est, *ait Ant. Massa Gales. de ind. bona fid. n. 19.* quantum ipsis legum conditoribus curæ fuerit amicitia, cuius proprium est, non id omne, quod pro debito est, exigere, sed id tãtum
d exposcere, quod fieri potest d vtrinque in infinitum, *Coras. ad §. 33. I. de act. n. 1. A. Gentil. 4. Lect. 1.* Etsi ex caussa tutelæ conueniatur mater, quæ omni beneficio renunciauit, *Gutierrez. lib. 2. pract. q. 26. n. 2.* e ita *Don. ad §. 36. & seqq. I. de*
e *act., nu, 3.* Si illis ob imaginẽ fraternitatis, magis veris fratribus, & *Duaren. ad l. 16. & 2. seqq. h. tit. Vult. d. loc. n. 11. Harprecht. ad §. 38. Inst. de act. n. 8. & 9. Marq. Freher. 1. pareg. 5.* ne minus possit natura quam accidens, veritas quàm fictio, *Coras. ad dict. §. 38. num. 1.* ne imitator exemplari potior sit, *Forcat. Cupid. iurisperito c. 1. nu. 1.* ne melior sit comparatio cõparato, *Tessaur. dec. 119.* Quin & fratres alimenta sibi mutuo debent, *l. qui filium. 4. vbi pupil. educ.* Vitari autem circuitus expedit, *Coras. & Tessaur. d. loc.* Quin etsi Lex deficeret, extensio hìc ex æquitate fieri posset, *argum. l. 10. in fin. h. tit. Tess. d. decis. 119.* qui & *decis. 152. nu. 5.* ita in Senatu Pedem. iudicari. Diss. *Alb. Gentil. 4. Lect. 1. Conna. 7. com. 13. nu. 18. &*
f *relati à Tessauro d. decis. 119.* Confer. *Langl. 3. Semestr. 2. pag.* 142. *& seqq.* vbi bellissimè de amore & vinculo fraterno. & *Tirag. ad leg. 8. Cod. de reuoc. don. v. Liberis. n. 92.* f De hoc matiti beneficio plura pete ex *Zas. ad l. maritum. 12. & seqq. D. sol. matr. & lib. 2. sing. Responsa. c. 1. Petr. Barbosa in d. l. 12. ipsi 13. & seq. Cuiac. 24. obs. 38. Ioan. Campeg. tr. de dote. part. 3. q. 228. & seqq. Scipio Gent. 1. de do. int. vir. 34. Matth. Brun. de cessione bonor. q. 20. quæstionis 4. principalis.* Et num marito putatiuo (exempli grat. cum matrimonium ob cognationem aliúdve impedimentum non consistens de facto cõtractum) competat, *Zas. ad d. l. 12. & seqq. num. 14. Fachinæ. 10. contr.* 30. qui negant, *Fac. l. 42. §. 1. solus, matrim. c. 1.* ibi totam do-
g tem *de don. int. vir.* g Rectè. Tametsi *Cuiac. 24. obs. 38. & 2. diff. Modestini ad l. 20.* pro Tribuniani adiectione habet verba extrema *d. l. 20.* quæ & à Basilicis absint. Contendens rationem iuris, quæ in marito hoc induxit, vt & alia quàm dotis caussa in solidum non teneatur cessare in vxore. Nam & id controu. fuisse, vtrum mulier ex promissione dotis conuenta idem habeat beneficium, quod maritus, à quo data repetitur. Quod etsi aff. *d. l. 17. §. 1.* quod socia sit omnis vitæ, ad causssam tamen, quæ ex illa societate descendit, nempe promissæ dotis, rationem eam pertinere: Ex aliis verò causssis quæ non ex ea societate dependent, non condemnari supra facultates vxorem nusquam proditum esse, nisi in *d. l. 20.* loco suspectissimo, Ita *Cuiac.* Quæ diluere non nimis operosum. Quid enim minus conueniens, quàm ex societate *omnis vitæ* ad causssam solùm dotis inferre, immò quid pugnantius, Nonne arctissima, quæ inter coniuges coniunctio, ratio sat sufficiens, sátque generalis. Ac etsi dirempto matrimonio agatur, si stante eo contractum sit, quid inhumanius quàm consortem antea bonorum & thalami acerba exactione ad mendicitatem redigere. h Idem verò honor socero
h qui patri debetur, *Langl. 7. Semestr. 3. pag. 313.* vid. & *M. A. de Amatis decis. 16.* Item in genero ac nuru aff. *A. Gentil. 4. Lect. 1.* tum argum. *l. 14. §. vltim. de rit. nupt.* tum quia filius & gener æquiparantur, *l. si quis 3. Cod. de natur. lib.* Secus verò statuit idem in priuignis cum Iaf. & aliis. i Bellè *Marq.*
i *Freher. 1. pareg. 5.* ideo esse speciem fraternitatis, quia quod fratribus dat successio paterna & bonorum collatio, id sociis voluntas & contractus, dum spontè sua communicantes se sibi inuicem in fratrum locum adsciscant. Societas voluntaria fraternitas, fraternitas necessaria societas tantisper durans quanti concordia &c. Collegas quoque, dignitatis vel offi-
k cij communione socios, fratrum sibi inuicem loco esse, bellè ostendit *Langl. 3. Semestr. 4.* Vnde idem ius quoad eos inferri fortassè an poterit. k & *ad l. 16. h.t. & idem ad r. D. pro soc. cap. 5. sub fin.* introductum in socio omnis bonorum *d. l. 16.* latius productũ esse ad socios vnius rei, ac *Busius ad l.* 63, *proso.* caput illud, Vlp. breuius *d. l. 16.* ex latiori alio *d. l.* 63. interpret. capere. Melius *Coras. ad §. sed etsi 38. I. de act.* *n. 2. Vult. ad §. 36. & seqq. eod. num. 15. Alb. Gentil. 4. Lect. 1. &* *Pac. 4. enant. q. 100.* distinct. quod socius omnium bonorum indistinctè & in omnibus hoc beneficio fruatur *d. l. 16.* Vnius rei autem certæ quoties ex caussâ negocio vel nomine societatis illius agitur *dict. 63. pr.* cum limitatæ caussæ effectus quoque talis esse soleat. Strictiùs adhuc *Perrenon. 2. animadu. 12.* societatem vnius rei in *d. l. 63, pr.* spectari, quatenus ita inita, vt quisque partem pro indiuiso possideat, & vterque partem, in qua societas est, in solidum habeat. Sic arguit ex verbis: *Ita fraternitatis &c.* Fratres enim vnius loco tunc quando consortes, *l. 31. de excus. tut.* Nimis verò licenter *Marq. Freher. 1. Parerg. 5.* pro *aut ẽ d. l. 16.* reponit *etiam non.*

Licentiosus *Elb. Leon. 6. Emend. 14.* totam clausulam, *Socium autem*, &c. reiicit quæ ex glossemate imperiti interpretis fluxerit, cum orationem duram ac insuauem reddat, interrumpens coniunctionem superiorum, sententiam à sententia diffungens. Malè. Solentiss. enim Iurisconsultis huiusmodi dicendi rationes: exempl. grat. referendum est æstimationem, sequendum est sententiam &c. Locos congessere *P. Pithœ. not. ad tit. 14. coll. ll. Mosaic. Val. Guil. Forst. 1. obseru. sucrisiu.* 1. vt & ex aliis auctoribus *Gorl. analect. ling. Lat. p. 427.* † De hoc beneficio socij fusiùs & plenius *Gutier. de iuram. con-*
l *firm. part. 3. cap. 15. add. Conna. 7. Com. 13. numer. 18. & seq.* l Quod quidam protrahunt ad omnes eos, quos sine venia in ius vocare non licet (de quib. *§. lib 23. cap. 2. lit. Y.*) vid. *Hart. Hartm. tit. 18. obseru. 2. n. 12. & seqq.* Ac in domino ac vasallo idem statuit quoque *Duar. ad leg. 16. h. tit.* Nam & eũdem egenum vasallus alere tenetur, vid. *Ritterhus. Partit.*
m *feud. lib. 2. cap. 1. n. 40.* m vid. *Georg. Acac. Enenckel. lib. 2. de priuileg. militum. cap. 19. Matth. Brun. de cess. bonor, q. 11.*
n *quæstionis 4. principalis* n ita *Duar. ad l. 6. h.t. Harpr. ad §.* 38. *Inst. de act. p. 10. & Goth. ad d. l. 6.* quia qualitas adiecta dispositionem restringit. Contra plerique ad Doctores & Aduocatos illud militum ius producunt, vid. *Roderic. Suarez. in l. 2. foro legum lib. 3. tit. de cess. bon. §. Quinto quæritur.* *num. 12. Matth. Brun. de cess. bo. q. 10. quæst. 4. principal. Hart. Hart. t. 18. obs. 2. num. 21. Rebuff priuileg. scholar. 112.* (Item in Studiosis statuens) *Coler. de Proc. exsecut. p. 2. cap. 3. n. 114. & p.* 1. *c. 6. n. 129. Halbritter. Orat. de Priu. Doctor. & alij.* Quæ sententia benignior est, vel ideò ab eruditis propugnanda, ne ipsi sui ordinis viros in angustia rei familiaris, sæpè fortunæ magis quàm suo vitio, constitutos, ope sua deserant, rigidæve duritiei fœneratorum de nudandos exponant. Neque enim ratio Donelli perpetua est, quod si hi egestate premantur eorũ desidia inde arguatur, & quod Reipublic. operam debitam non impendant. Exempla contraria, quod dolendum sanè & indignandum, omnis ætas suppeditavit viris de Repub. ac ciuibus suis meritiss. qui vel inuidia submersi, vel suorum ingratitudinem experti ad incitas sæpè vsque redacti sunt. Confer. *not. supr. lib. 23. cap. 14. lit.* B. Neque ita otiosa vocula *armata* dict. *l. 6. d. l. 18.* Opponitur enim militiæ non togatæ sed inermi aut imaginariæ, qualis olim militia ex casu, vid. *not. supr. lib. 19. cap. 4. lit. Xx.* hodie eor. qui equites nuncupantur, sed otiosi vitam degunt, de quib. *Ioan. Baptist. Caccialup. de debitore suspecto & fugitiuo qu. 5.* *n. 14. Matth. Brun. de cess. bon qu. 11. quæstionis. 4. principalis,* *numer. 3. & numer. 9. & 10.* Cæterum sunt, qui & nobilibus idem beneficium concedunt, vid. *Coler. dict. Proceff. exsecut.* *parte 1. cap. 6. numer, 139.* maximè autem Comitibus, Baronibus & illustrioris nobilitatis viris, *Col. parte 2. cap. 3. num,* 114. vbi tamen *num. 123. & seq.* hoc non ita seruari, sed exsecutionem in solidum fieri, nisi si quid benigni creditores de iure suo remittant, testatur. Et nobili hoc priuilegium negat, etsi à carcere immunis sit, *Gutierez. de iuram. confirmat.* *parte 1. cap. 16. numer. 36.* Clericis quoque idem indulgeri ceu militiæ cœlestis. stipendia mercentibus ex receptori opinione, *Petr. Barbosa ad l. alia. 14. ipsi 1 5. §. eleganter 1. D. Sol.* *matr. numer. 18. Hartm. d. obseru. 2. numer. 17.* Vin. *lib. 4. decis.* 529. *num. 12. Anton. Fab. C. suo de Exsec. defin. 41.* Etsi contra *Duaren. ad d. l. 6.* o Ergòne miles armatus togato, atque ita o
Doctori præferendus? Non vtique cum sapientiam fortitudine & armis bellicis præstare sapientiss. Regis sit iudicium *Ecclesiast. 9. v. 16. &* 18. vid. *Lancel. Conrad. temp. om. iud. lib.* 1. *cap. 1. §. 9. 2. Chassanæ. Catal. gloriæ mundi parte 9. consider.* 1. Confer *Elias Reusner lib. 1. art. stratagemat. cap. 1* p Qui cessit, non qui cedit. Nam dum cedit bonis, nihil ei relin- p
quitur, sed, vt loquuntur, cessio fit vsque ad peram & faculum, nec quidquam relinquitur præter camisiam & vestem panniculatem, qua corpus tegat, *Coler. parte 1. cap. 6.* *num. 111. Gomez. 2. var. resol. 11. numer. 65.* etsi contra statuat *Harp. ad d. §. vltim. I. de act. num 19. & seqq.* Cæterum qui cessionis bonorum materiam pernosse auet, adeat *Matthæ.* *Brun. tract. de cess. bonor. Roder. Suarez. in l. 2. Foro legum lib.* 3. *tit. de cess. bonor. P. Greg. 22. Synt. 8. & 7. seqq. Holm. ill. qu.* 26. *Forner. 2. select. 27. Parlador. 2. rer. quotid. cap. fin. parte 5.* §. 7. *Couar. 2. var. resol. 1. Menoch. arb. cap. 183. Fachine. 13.* *contr. 69. Damhuder. Praxi ciu. cap. 70. Trentacinq. lib. 3. pract.* *resol. tit. de Solut. resol. 27. Coler. de Proceff. parte 1. c. 3. n. 250.* *& seqq. & cap. 6. nu. 11. & seqq. Rulant. de commiss. parte 4. lib.* *9. cap. vltim. Hering. de fideiuss. c. 5. nu 96. ac seqq. Sneidwin. ad* § *vlt. I. de act. Vuesenbec. cons. 50. Afflict. decis. 378. & seqq. Tessaur.* *decis. 36. & 182. Guid. Pap. decis. 211. Meichsner. tom. 3. decis.* *Cam. 21. P. Heig. parte 1. q. 25. Consult. Sax. vol. 1. parte 3. q. 25.* *Simon Pist. cons. 3. q. 2. vol 1.* Quædam etiam *infra h. t. c. lit. Z.*

Aat. Dd. Ee. Hh. & Rr. Vsurarius si bonis cedat, num huic beneficio locus? vid. P. *Gregor. lib. 3. de Vsur. cap.* 6, qui post multam disceptationem in affirmatiuam procliuis. Sed *Alfonf. Villagut. de Vsur. qu.* 21. *concl.* 8. *numer.* 58, *& seqq.* contrarium probat. q item qui coactus se immiscuit, vt restituat hereditatem, *l.* 5. *§. vltim. Quod cum eo.* Idem in filiofamil. tutore *l.* 11. *de iur. & rat. distr.* vid. *Ant. Gent. 4. Lect.* 1. r modò contractus eo constante initium sumserit, vid. *infr. lit. Bb.* Quod memoria & honor prioris matrimonij, quod obligat contracta est, exposcit, *Cuiac. 2. diff. Modestin. ad l.* 20. *h. t. pag.* 48. s Conuenit *Duar. ad d. l.* 17. *fol. matr. Harpr. ad, §.* 37. *l. de act. num.* 14. quod istæ duæ ll. coniungendæ sint, vt quasi ex iis vna fiat, *Vult. ad §. sunt praterea* 36. *& seqq. Instit. eod. num.* 9. *& Perrenon. 1. animadu.* 7. (vbi Iurisconsultos sæpè contrà ius strictum & receptum respondere contendit) *& Pac. 5. enant. q.* 64. Planè *Anton. Fab. 2. coniect.* 14. *dict. l.* 11. Interplorādo legit, *alio atq; iure vtimur*: vt significetur, pro diuersa qualitate negocij & temporis, modò condemnari in solidum, modò non. Quæ correctio etsi sententiam vitiosam non foueat, si tamen potest, vitanda est, t Sed in *dict. l. penult. verf. Quid enim.* exemplum continet ad illustrandam, non ad restringendam dispositionem. Quare & aliæ similes causſæ admittentur. Vel potiùs regulare est: socerum solutâ affinitate in solidum condemnari, cum nec amplius sit socer, *Coraſ. ad §.* 37. *Instit. de act. numer.* 2. *Harpr. ibid.* 13. nisi quæ ratio propria aliud statui exposcat. Stante autem matrimonio, non tàm regulare, quàm perpetuum est, non exigi vltra facultatēs soceri, quò respicit in dict. *l.* 21. vocula *vtique*, id est, indistinctè, vt *Anton. Fab. dict. cap.* 14. etsi aliter *Perrenon, dict. cap.* 7. *in fin.* u siue sui sint, siue emancipati, si à matre, non si à nouercâ conueniantur. *P. Fab. ad l.* 68. *de R. I.* vid. & *Gomez. in l. Tauri.* 50. *& 3. ſeqq. numer.* 49. x *Conman. 7. com.* 13. *numer.* 18. Non sibi except. vtitur, sed ei quem defendit, qui sub eius personâ defenditur, & sub huius nomine ipse oppugnatur & damnatur. y Ratio hæc non conueniens. Quippe pacto mariti effici nequit, vt in solidum teneatur, vt sequitur. Aliter *Conan. dict. numer.* 18. Etsi fideiussor postea conueniat in solidum, nihil tamen ea res ad existimationem eius, qui integrum à fideiussore exegit, pertinet, cum ejus mandato vel iussu id non faciat. Fusius hac de re, *Hering. de fideiuſſ. cap.* 27. *parte* 4. *num.* 80. *& ſeqq. add. Matth. Brun. de ceſſ. bonor. qu.* 25. *quæſtionis.* 4. *principalis & confer. idem quæſt.* 8. *principali.* z vbi ratio, & quia decus matrimonij minuit *Gœddeus ad leg.* 3. *pr. de V.S. numer.* 40. vid. *Duaren. ad d. §.* 1. fusè *P. Barboſa ibid.* Quid si iuramentum accessit? Idem est per *dict. §.* 1. verbis: *contra bonos mores. Duaren. ibidem*, vid. *Gomez. in l. Tauri.* 50. *& 3. ſeqq. numer.* 49. *Gutierrez. Iurament. confirmat. parte* 1. *cap.* 16. *numer.* 47. *& ſeqq. Zaſ. ad l.* 12. *& ſeqq. Sol. matr. numer.* 35. *& ſeqq.* Dissent. *Iac. Butrigar. tr. Renunciat. iur. ciuil.* Etsi autem aliorum renunciationem valere receptus sit, vti militis, socij, donatoris, &c. *Coler. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 122. de Clericis tamen diuersum statuit, post *Couar.* 2. *var. reſol.* 1. *numer.* 9. *P. Barboſa ad d. l.* 14. *ipſe* 15. *§.* 1. *numer.* 20. *& ſeqq.* tum quod in iis ius publicum primariò spectetur, *per l.* 1. *§.* 2. *de iuſt. & iur.* tum quod in opprobrium totius ordinis cedat, si ad mendicitatem eorum aliquis redigatur. † Num autem iuri seu facultati cedendi bonis renunciari possit, grauis contentio est. Quod etsi crebriores Interpp. negent, teste *Coler. parte* 1. *cap.* 6. *numer.* 39. *& numer.* 86. *Aſin. de Executt. §.* 2. *cap.* 1. *numer.* 5. *Bronch. 4. enant.* 20. *Gutierrez. de Iuram. confirmat. parte* 1. *cap.* 18. *Gail. 2. de pac. publ. 2. numer.* 23. *Teſſaur. deciſ.* 39. *numer.* 3. *&* 4. P. *Barboſa ad d. l.* 14. *ipſe* 15. *§.* 1. *numer.* 48. *& ſeqq.* adeò vt plerique horum nec iuratam renunciationem valere velint, tanquam vt *Barboſa d. loc. num.* 51. *ac ſeq.* bonis moribus aduersa sit nempe misericordiæ, caritati & affectui humanitatis, cum eâ hoc agatur, nullâ ratione debitor carcerem euitet, vnde tamen creditori nulla vtilitas. Contra tamen rectiùs Bald. & alij, quos refert *Catellia. Cotta in memoralib. verbo ſolui non poteſt*, & sequitur ac firmat *Couar. 2. var. reſol.* 1. *num.* 7. *& in c. quamuis* 2. *de pact. in* 6. *parte* 2. *relect. pr. numer.* 20. *ac Harpr. ad §. vltim. Inſtit. de act. numer.* 12. *&* 13. Nam & conuentio, qua quis se ad carcerem adstringit, firma, vt not. *ſupr. c.* 3, *lit.* Gg. Et hac ipsa conuentione non tam se carceri obligat, cui legis dispositione sine consensu suo obligatur, quàm speciale eum euitandi remedium abdicat. Vnde & cessionis beneficium legibus prouincialibus tolli potest. Sicuti & iure Hispanorum, *Gomez. in l. Tauri.* 79. *Barboſa dict. loco. numer.* 53. Cessio hæc carcere non liberat. Vt nec iure Saxonico antiquo (hodiéque iure Lubecensi *tit.* 3. *art.* 1.) à traditione ad manus creditoris & præstatione operarum seruilium, *Coler. de Proceſſ. par.* 1. *cap.* 6. *numer.* 114. *& deciſ.* 134. *num.* 49. *Beuſt. ad leg. admonendi.* 31. *de iureiur. and. num* 343. nec, postquam illa sublata, à carcere, *Nouell. Electoral. 22. part.* 2. licet contra *Coler. deciſ.* 135. *num.* 10. aa *leg.* 52. *hoc tit. leg.* 21. *§. vlt. Rer. amot.* Hinc dicitur *in leg.* 20. *hoc tit.* ex aliis *contractibus* vt excludantur delicta, *Cuiac. 24. obſerv.* 38. *& 2. diff. Modeſtin. ad dict. l.* 20. *Hartm. tit.* 18. *obſ.* 2. *num.* 24. Sic delicto ad pœnam pecuniariam obstrictus, cessione bonorum carcerem non euitat, sed in copore luit, quod in ære non habet, vid. *Brun. de ceſſ. bonor. q.* 4. *principali. nu.* 5. *& q.* 17. *dict. quæſtionis* 4. *Harpr. ad §. vlt. l. de act. num.* 6. *&* 7. *Ant. Faber C. ſuo tit. Qui bon. ced. defin.* 4. *&* 5. bb ita *Cuiac. 24. obſ.* 38. *& 2. diff. Modeſtin. ad d. l.* 20. nisi contractus post diuortium habitus sit appendix, seu accessio obligationis principalis contractæ in matrimonio, *add. Ant. Fab. ad d. l.* 35. P. *Fab. ad l.* 28. *de R. I. pag.* 167. cc Conuenit *Cuiac.* 12. *obſ.* 17. *& ad l.* 28. *d. R. I.* quod agi sanè possit à marito in solidum, cum ipsi ex stipulatione non ex causa lucrativa dos debeatur, ab vxore autem in id quod facere potest. Nec tamen mulier debet imputare viro, quod non vterit ad solutionē eum, quem si ipsa conuenisset, non vltrà id, quàm quod facere posset, exigeret. Et ita *Pac. enant. q.* 64. *&* 7. *q.* 17. Aliter *Perrenon. 1. animadu. & var. lect.* 1. Quod nimirum in *d. l.* 33. maritus nullum sibi negocium gesserit, nec dotem sibi stipulatus sit. Actu in *d. leg.* 41. per stipulationem donatio in creditum transiata sit & obligationem maritus suum gerendo negocium nouauerit. Aliter *Anton. Fab. 2. coni.* 13. accipiens *d. l.* 33. de eo, qui non vxori solùm, sed & marito donare voluit, cum loquatur de promittente non ex necessitate sed voluntate, scilicet erga eum ipsum cui promisit, dd *Hartm. Hart. tit.* 18. *obſerv. 2. num.* 10. Sicuti & qui fraudulenter sua alienauit, cessatione excluditur, *l. vlt. §. vltim. Quæin fraud. cred. Gomez. in l. Tauri.* 79. *nn.* 2. *& 2. reſol.* 11. *num.* 52. *Brun. de ceſſ. bonor. q.* 28. *quæſtionis* 4. *principalis*, & citati, s. *lib.* 23. *cap.* 18. *lit. Z.* Et quod decoctores, qui malo more sua prodigerunt, cessio carcere non liberet, *Benuent. Straccha de Mercatorib. tr. de decoctorib. parte* 3. *num.* 9. *Beuſt. ad l. admonendi nu.* 343. *Cothm. iuriſper.* 19. *vol.* 1. ee Vulgò Dd. eum qui debitum initio inficiatus cedere bonis non posse, conuictum docent, vid. *Brun. de ceſſ. bon. qu.* 2. *numer.* 6. *Damhuder. Praxi ciuil.* c. 70 *n.* 5. Quod refellit *Harpr. ad §. vlt. I. de act. n.* 15. quia & iudicatus credere potest, *l.* 1. *C. Qui bon. ced.* quem negasse necesse est, & *Fachine.* 13. *contr.* 69. *pr. nemo.* 43. *pr. de R. I.* ff Nec necessaria solùm alimenta, quibus vita sustentari potest, sed & ratio dignitatis vel conditionis personæ debitoris in definiendis alimentis habetur, cum lautioribus cibis nobilem quàm rusticum vesci oporteat &c. De quo *Adamant, Dionyſius de diuiſionib. act. q.* 4. *Tiraquel. de Nobil. cap.* 20. *num.* 143. *& ſeq. Hart, Hartm, tit.* 18. *obſer. 2. n.* 3. *& ſeq. Coler. parte* 2. *c.* 3, *nu.* 115. *& ſeqq.* gg *Hot. 6 obſerv.* 77. hh Immò etsi iuris non tamen facti ignorantia cessat, vid. *not. s. lib.* 18. *cap.* 7. *pag.* 302. *Forner. 2. ſelect.* 27. *Fopp. ab Æzema* 1. *diſſert.* 21. *ſub fi.* Quin pluribus locis contumelioſi cessionis huius ritus recepti. Sicuti in Francia præsentes in iudicio, aperto capite discincti siue adiecta zona cedere coguntur, *Forner. l. doc. Damhuder. praxi ciuil. cap.* 70, *numer.* 15. Plerisque Italiæ locis obæratus in loco publico nudus natus ter ad lapidem vel columnam percutit, clamitando *cedo bonis, Matth. Brun. tr. de ceſſ. bonor. q.* 6. *principali numer.* 5. Romæ Leonem marmoreum adscendit, qui est in pede scalari Capitolij, natibus percussis, eadem verba proferens, *Rod. Suarez. in l.* 2. *foro legum lib.* 3. *de ceſſ. bon. in pr. n.* 15. *Brun. d. nu.* 5. Patauij lapidi turpitudinis, seu vituperij qui dicitur, posteriora denudatus insidet, *Ang. Matthæus. l.* 1. *de vitâ iur. c.* 26. *n.* 6. *Hilar. Bircmaier, de arte apodemicâ.* Simile in Sabbaudia Constitutione, Ducis Amadei obtinet, *Teſſaur. deciſ.* 36. & Statutis Mediolanensium *Horat. Carpad. Stat. Mediol. c.* 408. Cuiusmodi leges municipales ob abusum decoctorum haud temerè latas esse censet quoque *Alc. Par.* 47. ii Inciuile enim est illiberaliter & auarè agere cum eo, qui verè liberalis fuit, *Harpr. ad §.* 38. *I. de act. nu.* 9. Nec malo ei esse benignitas debet, si occupante agere donatario ipsi prius satisfacere teneretur, quam veris creditoribus cū non sit verus creditor, *Cui. 2. diff. Modeſtini ad l.* 29. *h. t.* Quin nec in præiudicium creditorum liberalitas debitoris vergere debet, sed de suo quemque largiri oportet, *Vult. ad §. ſunt præterea* 36. *ipſi* 32. *& ſeqq. I. de act. nu.* 9. kk Minuenda hæc Donelli opinio. Potius enim satiusque est, vt verba *ſimili cauſa d. l.* 19. interpretemur *ex d. l.* 12. *de donac. ex eadem cauſa*, cum & illic oppositio fiat eius, quod creditoribus debetur, & ad quod ex donatione quis obstrictus,

strictus. Creditores sunt non minus veri socius, coniunx, parentes &c. etsi solidum non exigant, *leg.* 49. *in fin. h. t.* At cui liberalis promissio facta non ita verus creditor est. Quare donatarius nihil consequi debet, nisi illis dimissis, *Pac. 4. enant. 56. Rau. ad l.* 28. *de R. I.* Iniquum enim causſam lucratiuam potiorem esse onerosa, & sola præuentione donataria captiosa excludi eos, qui de damno soliciti, Durum insuper reum ex liberalitate conuentum compelli, vt illius cupiditatem magis expleat, quàm aliis coniunctis, ex. gr. fratri, socio &c. marito, fidem contractus mutuam præstet. ll Sed facilis responsio. Posterius venientis causſa diuersa, si scilicet & hic æquè ex donationis non si ex onerosa causſa conuenit. mm Aliter *Forner. 1. ſelect.* 18. occupantem interpretans, qui in exsecutione reliquos, quibus ex eadem causſa debetur, vicerit, etsi posterius sententiam obtinuerit. Licet aliàs *occupare* modò dicitur, qui prior sententia vincit, *d. l.* 10. *de pecul. l.* 14. *de nov. act.* modò qui in ius vocat, *l.* 7. *de iudic.* modò qui litem contestatus, *l.* 9. *de V.O. l.* 32. *de Procur. l.* 33. *de leg. i.* nn Ita *dict. §.* 41. exaudiunt *Duar. ibid. Coraſ. ad §.* 38. *Inſtit. de actionum. num.* 2. *& Cuiac.* 8. *diff. Modeſtini ad l.* 22. *de donat.* Neque enim rei vindicatione, vt donator conuenitur, neque donationis mentio fit in petitione, Duar. d. lo. Quomodo & *Padilla in l. præſes. 6. C. de ſeruit. n.* 5, donatorē non tuuari hoc beneficio, si traditione donatio perfecta, vt nec si donator ab initio cōstituerit se possessurum nomine donatarij, *Tiraq. de iure conſtit. poſſeſſorij parte* 1. *n.* 30. oo Et rectè. Quod confirmat *Harpr. ad §.* 37. *I. de act. n.* 5. *& ſeqq. per l.* 53. *D. Sol. matr.* quæ hoc satis clarè probat. Etsi Dd. vulgò dissentiant *Zaſ. ad l.* 12. *&* 7. *ſeqq. Sol. matr. n.* 10. Vnde *Tiraq. de parte* 1. *n.* 29. maritum qui dotem accipiendo in casum, quo illa restituenda est, se nomine vxoris possessurum constituit, hoc beneficio non frui docet. Planè si vxor aliúsve creditor talis ipse eadē paupertate, qua reus, premeatur, exceptio hæc non proderit, cum maior tunc ratio sit suum repetentis, magisque debitorem quàm creditorem agere conueniat, *Zaſ. d. loc. n.* 20. *Padilla ad d. l.* 6. *Cōd. de ſeruii. num.* 8. *Harpr. ad dict. §.* 37. *n.* 8. *&* 9. *Coler. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 120. *Hart. Hartm. tit.* 18. *obſerv.* 2. *num.* 22. *Matth. Brun. de ceſſ. bonor. q.* 13. *quæſtionis* 4. *principalis*. pp vid. s. *lib.* 22. *c.* 9. *lit. Gg. ibique not. F. Fab. ad l.* 28. *de R. I. pag.* 165. *& ſeqq. Hartm. d. obſerv.* 2. *num.* 2. *&* 3. *A. Fab. C. ſuo de exſec. rei iud. defin.* 42. qq Quam communem opinionem vocat *Zaſ. ad d. l.* 12. *&* 2. *ſeqq. Sol. matr. nu.* 20. Sed à qua ipséque recedit, & rect. Confer, *Charond. 1. veriſim.* 18. rr Quomodo & cessio bonorum obligatione non liberat, *l.* 1. *C. qui bon. ced.* Vnde cautionem ab his personis exigi posse docent, qua recipiat se soluturum, si ad pinguiorem fortunam peruenerit, per *c. Odoardus.* 3. *de ſol. Harr. de obſ. 2. n.* 9. *Harpr. ad §. vlt. I. de act. nu.* 3. *P. Fab. ad l.* 28. *de R. I. pag.* 165. *in fin.* vid. *Hering. de fideiuſſ. cap.* 5. *num.* 83. *& ſeqq.* Studiosus si post cessionem libros emerit, quod ei non sint auferendi *Rebuff. priuileg. ſchol.* 112 *Horat. Luc. priuileg. ſchol.* 31. Cæterùm si quis ex delicto, dum in ære non haberet, in corpore luit, & lautioris postea fortunæ effectus, non tenetur ad pecuniam, loco cuius pœnam sustinuit, *Cornel. Bepincaſius de priu. paupertatis ſpeciali* 8. *in iudiciis n.* 12. *& ſeq.* ss vid. s. *lib.* 22. *cap.* 9. *lit. X. ibique not.* tt Diss. *Alb. Gent. 4. Lect. & Epiſt.* 1. docens, spectari tempus rei iudicatæ, sc. exsequendæ. Vt si qui tempore sententiæ latæ non fuit priuilegiatus, postea fiat iudicati actio in solidum non teneat. uu Conuenit distinctio vulgaris: litis contestatæ tempus spectari, quando locupletem esse, est causſa dandæ actionis. Secus quando moderandæ exsecutionis, *Coſtal. in d. l.* 37. *de neg. geſt. Ortolph. Foman. diſp. Inſtit.* 31. *t. h. 9. lit. A.*

CAPVT X.

Explic. quorand. Ll. tit. de re iudicatâ.

HVcusque ad summam Edicti à Donello propositam explicationes eiusdem ad pleraſque Ll. h. t. retulimus. Et quæ quasi subsultim, vt ipse loquitur, expolita ad methodum veluti quandam reuocauimus. Superſunt quædam ll. quæ eò redigi non potuerunt, quippe res alienas fere continentes. Ne quidquam tamē hîc in rebus deſit, cum Don. omnes ordine, quo collocatæ, expoſuerit, hoc caput prætermiſsis deſtinati. Quo cum alius ſeruari nequeat ordo, iuxta ſeriem ll. quarum omiſſa explicatio. procedemus.

AD L. II. In faciendi obligationibus, cum si factū non est, condemnatio fiat in id quod interest, vt j. *ad l.* 13. *§. vlt. h. t.* Q. Ex quo tempore id æstimandū si alio atque alio variè interfit. Pone. Promisisti mihi satisfdare Calendis nomine Titij, qui 10. debebat, Hic Calendis non est soluēdo, & tunc mea interest, fideiuſſ. datum esse. Postea cœpit soluendo esse, itaq; mea interesse desinit. Q. an quoduis tēpus spectandum, quo plurimi interfuit, an vnum certum, vt si quid eo interfit, eius ratio habeatur, etsi post interesse desierit, cōtrà si eo nihil interfit, etsi pòst cœperit, nulla cōdemnatio fit. Sanè Dd. hîc & in *l. vinum. 22. de reb. cred.* voluntex morā in faciendo, aut re præstandā rem æstimari, quanti plurimi fuit, ex quo mora facta est. a Contra ait Celsus *h. l.* 11. *tanti æſtimanda lis* num quanti tempore rei iudicandæ, aut litis contestatæ, aut intermediis, Calendas & litem cōtestatam secutis, si fortè illis res plurimi? Non: sed *quanti interfuit mea Calendis id fieri.* Vnum itaque istud & certum tempus spectandum. Quod confirmat tum *d. l.* 11. ratio subiecta. *Ex eo enim tempore quidque æſtimatur, quo nouiſſimè ſolui potuit.* (sic in vulg. libris. Malè in Florentinis *quidquam æſtimatur, quod nouiſſ. ſolui poterit* sine sensu idoneo, cum subiectum ita sine attributo.) Hoc verò vnum est, post quod aliud non sequitur. Eo ipso igitur alia tempora remouentur. Ineptè Dd. vulgò. 82. ita ex Calendis vel nouiſſ. soluēdi tempore æstimari, si eo fuit plurimi. b Jta enim bis stultus foret Celsus, & quia conditionem istam necessariam omiserit, & quia quod de omnibus temporibus ex hac conditione dici posset, de vno solo dixerit, & ita quidē, vt vi verborum reliqua remoueret. Tum aliæ ll. expressæ. ll. Vt *l.* 8. *§.* 1. *de edendo & l.* 12. *§.* 1. *Si quis caut.* Nouissimum verò (id est supremū, vt *l.* 12. *C. de pact. l.* 12. *§. vlt. de leg.* 1. *l.* 37. *de vulg. & pup.*) rei soluendæ tempus, ad quod vsq; solui potest, postea nequit, pro naturā rei debitæ variū est. c In oblig. certæ speciei, si res integra mansit, rei iudicatæ, sin ante periit vel deteriorata, id quo ista contigerunt, per *l.* 3. *de cond. tritic.* Quamdiu enim res exstat, tādiu debetur. Quare & tamdiu solui potest etiam post litem contestatā. Vbi petiit, natura facit, vt solui non possit. item vbi deterior ata, quia talis solui nequit, *l.* 3. *§.* 1. *Commod.* In oblig. faciendi, si dies non dictus, litis cōtestatæ, *l.* 84. *de V.O.* Nam cum factum non est, quod debuit fieri, non vt fiat, petitur, sed agitur in id quod interest. Hoc autem post litem contestatam incipit deberi, cuius oblig. iudicio contrahitur. Eáque obligatio inuito dein creditore mutari nequit, vt j. *ad l.* 13. *§. vlt.* Sin dictus, is ipse dies nouiſs. tempus est, nec postea facere licet. Sanè qui purè in suum fieri promisit, etsi transierit id tempus, quo fieri potuit, faciendo quamdiu hic non cōtestatur, liberatur *d. l.* 84. Quippe omne intermedium tempus liberum ad soluendum, cum se conuentione non adstrinxerit, vt certo tempore faceret: Aſt quod Calendis fieri promittitur, post Calendas non debetur, quia contra conuentionem est, si fiat postea ideoq; nec solui potest. d Nam p alia vtique conditio rei certæ in diem promissæ, quæ die lapso, si adhuc exstet, non minus sed magis debetur, *§.* 2. 1. *de V.O. l.* 213. *de V.S.* Ea enim omni tempore vna est, & eadem ac post moram manet, quæ promissa est. Alia facti quod aliud atque aliud, nec idem est transacto tempore quo fieri debuit. Facta enim suâ vtilitate æstimantur, quæ pro rebus & temporibus variatur. Exempl. gr. Insulam ædificari hodie mihi prodesse potest, cùm area mea est, cras, cum alterius effecta, secus. Cuiuscunque igitur diei factum & opera promissa, eius solius temporis debetur, non sequentium, quia nec in stipulatum venit. Et ita Pompon. *l.* 8. *de op. lib.* præteritam operam, id est, quæ certo tem-

to tempore dari debuit, dari non posse. Quia quæcunque postea dabitur, non eadem quæ promissa, sed alia futura est. e Idem ius in rebus fungibilibus certo die promissis, *de quo ad l.vinum.22. de reb. cred.* Atque ita ratio iuris exigit. Quandiu enim res promissa solui potest, ipsa præstanda est. Vbi non potest præstari, vel non integra tum demum æstimatio. Hanc metiri oportet ex nouiss. tempore, quo res ad æstimationem spectare incepit, non ex sequentibus quibus cum res nulla sit, æstimari nequit. Pecunia vbi pro re præstatur, tanta sit oportet, quanti res est tunc cum primùm æstimanda. In eâ caussâ esse incipit, cum esse desinit. Quanti ergo tunc est æstimanda. Quare in rebus certis, cum vt pereant vel deteriorentur, naturâ fiat, non litis contestat. aut diei adiectione, illud tempus spectatur, quo natura id contigit. in factis vero cum natura, tum maximè diei adiectio, aut si pura obligat. litis contestat. efficit, vt postea fieri non possit, & ita his temporibus ad liberat. fieri posse desimit. Hæc igitur spectanda. f Obi. Mora cuique sua nocet, *l.173.§.penult. de R.I.* ℞. Hactenus vt perpetuet obligat. non vt augeat aut notam inducat, *l.91.§.3. de V.O. l.8. de eo quod cert. loc.*

* *Hæc ad leg. 11.* * SEQVITVR L. SI QVIS AB ALIO. 3. PR. Decem sibi dari stipulatus ad promissorem adhibet, non de illis 10. soluendis, sed de satisdando eo nomine. Ad promissor non satisdat. Q. vt condemnandus sit? ℞. Quantum stipulatoris interfit satisdari. Id autem non in iure consistit, quia de eo nihil certi constitui potest, sed in facto, id est, ex re proposità & facto æstimandum, vt hîc, provt erunt rei principalis facultates. Et aut tantundem erit, si is planè non soluendo, aut minus, si ex parte soluendo, aut nihil si in totum soluendo. Neque enim vani timoris vlla æstimatio est, id est, etsi quis dicat posse fieri, vt labatur facultatibus, proinde solidum semper interesse, vanus tamen hic timor, si nulla suspicandi causa præsens. Verùm forte soluta, &c. id est, quantum de forte solutum, tanto minus interest creditoris, *per l.* 78. *de R.I.* * g SEQVITVR *d.l.13.§.vlt.* Pone: Ad promissor sibi à reo cauit, ne quod damnum ex promissione sentiret. Q. quid si reus hîc non faciat, quod promisit, id est, si quod damnum ille passus, quod hic nõ prohibuit, vt si soluere coactus mutuum sub grauiss. vsuris accepit, aut res eius vilioris distractæ. ℞. In pecuniam numeratam cõdemnatur, id est in id, quod interest. Sicut euenit in omnibus faciendi obligationibus. Generalis itaque sententia: In obligat. faciendi si non fiat condẽnatio *in id quod interest*, *h.§.vlt. & l.72.vers. Celsius de V.O.* Dices, id quod interest, in stipulat. non deduci, ideò non deberi, *per l. 99. de V.O.* proinde nec peti posse per definitionẽ actionis. Quî ergo in id condemnatio, *contra l.2. Cod. de fideiuss. l.19. Com. diuid.* Resp. Imò debetur. Nam dari oportet *d. l.72. vers. Celsus.* Ergo per formulam condictionis. Idem in stipulationem venire dicitur, *l.68. l.112 §. vlt. de V.O.* & eâ contineri, *l.81. eodem.* Et in his obligat. versatur quantitas incerta, *§. vltim. Inst. eod.* necesse est probare quod interfit, ibid. Ergo deberi intenditur. Atque in hoc quod interest agi probat, *d.l.72. in fin. pr. & l. 1. de act. emt.* Nam etsi id quod interest verbis non expressum, eorũ tamen vi & potestate vel verius voto & sententiâ contrahentium (quæ potissimũ spectanda, *l.94. de V.O. l.2. de reb. cred.*) in stipulationem venit. (Finis enim eorum, vt facti vtilitas ad se redeat, aliàs stipulatio inutilis, *l.38.§.17. de V.O.* Illa autem est id, quod interest, *l.2. pr. de eo quod cert. loc.21. §.3. de act. emt.*) sub conditione si intra tempus, quo fieri potuit, factum non sit, vt ab initio sanè sit in obligatione vt fiat, vnde dicitur esse in faciendo, *l. 12. de V.O.* Aſt vbi præteriit tempus, quo fieri potuit, id quod interest. h Et sicut in legato: *Penum dato. Ni dederit 10. dato*, ex morâ transfunditur legatum in 10. quæ incipiunt sola deberi, vt tamen penus ad litem vsque contestat. sit in præstatione, *l.1. de pe. leg. 1. §.8. ad l. Fal. l.19. pr. Quand. dies leg.* Ita & hîc ni fiat, quanti interest stipulari intelligimur *l.81. de V.O.* & in eâdem lege transfunditur obligat. *l. 84. eod.* Quibus consequens est, promissorem, etsi facere possit, præcisè ad factum non teneri, sed præstando interesse liberari, quippe cum id ab initio ex stip. debeat, eius solutione liberari eum oportet. Quod etsi *multi Dd.* negent, i abundè firmatur, si vtrumque hoc ostendetur, 1. Simul ac factum non est quod debuit, etsi adhuc fieri possit, id quod interest deberi. Quod probat tum regula, *d. l.72. pr. l.1. de act. emt. & h.l. 13. §. vltim.* Nusquam adiecta condit. *si fieri non potsit.* Quæsi intelligi debet cur omissa, cur ea solum posita, *si non facit quod promisit.* Nisi fortè consultò in errorem inducere Iurisconsulti voluerunt. Ad hæc in *h.l. 13. §. vltim.* dicitur *in omnibus faciendi obligat. venit &c.* Hoc si ita accipis, *si fieri non potsit*, inepta definitio speciali, cum commune id esset obligat. dandi *l.47. §. vltim. de leg. 1. l.8. pr. de condict. furt.* Quin igitur regula vniuersalis esset. *In omnibus obligationibus, si quod promissum est, culpa debitoris præstari non potest, pecuniam dare oportet.* Proprium itaque aliquid hîc esse obligat. faciendi apparet. Ne dicas id proprium esse, vt hic pecuniam dari oporteat, hac conditione, si stipulator velit, aut nolit factum exigere, in dandi verò obligat. omnimodò, cum res perempta dari non possit. Nam si conditio, *si stipulator velit*, neutiquam admitti potest. Quippe si pecuniam dari oportet, *h.§.vlt.* ea debebitur. Soluta igitur liberat etiam nolente stipulatore. k Tum præterea clari loci, quibus etsi naturâ certum sit fieri posse, id quod interest debetur. Veluti *l. si pœnam. 68. de V.O. item l.112. §. vltim. de V.O.* vbi vocula *semper*, arguit idem esse siue satisdare possit, siue nequeat. II. Ipsum factum amplius non deberi, quantumuis adhuc præstari possit. Hoc apertè prob. *l.84. de V.O.* vbi insulam ædificare paratus post litem contestatam non liberatur. Ergo id factum in obligat. tunc non fuit, ac ne quidem in solutione. Quare nec in obligat. fuit ante litem contestat. cum litis contestatio non mutet priorem obligationem, sed confirmet, *l.86. de R.I.* Quare & id quod interest, ceu debitum, rectè petitur & factum, quia non debetur, exigi nequit. l Alia quoque exempla, vbi qui facere potest, non cogitur. Veluti: qui defendere satisdedit, non cogitur, *l.45. pr. de Procur.* De alio quàm qui potest quæri nequit, an cogendus. Denique nulla ratio ad faciendum præcisè compellendi prodita, nec natura nec iure. Quid enim si nec vinculis nec verberibus, nec pignoribus captis aut distractis adigi possit. Et hoc est, quod *dict. l.45. pr.* nullas esse Prætoris partes ad cogendum. m Dices in emptione, item stipulatione rem tradi, auferri rem posse. ℞. Id inutile creditori. Continetur illa obligat. non nudum factum tradendi, sed caussa bonorum, *l. 52. §. vlt. de V.O.* vt scil. dominium, aut vsucap. conditio transferatur. Hoc iudex præstare nequit, cum dominus non sit, *l. nemo plus. 54. de R.I.* Adiudicationes enim in tribus solùm iudiciis receptæ, *vt l. de off. iu.* Sed qui diss. *Bare. & alij* obiiciũt. n Æquum est fidem seruare, & aliud inuito creditore solui nequit. ℞. Probandum prius erat, cum factum non est, non deberi.

id quod

id quod interest, sed factum duntaxat. Obi. 2. Exempla restitutionis in rei vind. *l.68. de R.V.* & operis aduersus nunciationem facti *l.20. §.1. de op. nou. nunc.* ℞. Constituta ex sing. ration. non producenda. Illic actor dominus est, cui res sua non auferenda, nec cogendus rem suam vendere, *l.25. inf. de pig. act. leg.9. Rer. amot.* Versatúrque ibi iussus & imperium iudicis, quem Magistratum pro auctoritate suâ exsequi conuenit, *argum. l.3. Ne vis fiat ei.* Denique translatio ea naturalem solùm possessionem requirit, nec sententia quid quam iuris transfert, sed id quod fuit, declarat, *l.35. §.1. de R.V. l.8.5. Si seru. vind.* Aſt in actione in personam res debita ac aliena petitur, cuius dominium iudex transfer-
n re nequit. n *Sic* in *dict. leg.20. §.1.* Reipub. interest ad asserendam Magistratus auctoritatem, opus contra eius edictum, exstructum destrui. Obi. *l.3. l.35. §.2. vers. præter satisd. D. de Procur.* ℞. Exemplum nõ congruit. Illic defensio à Procuratore exigitur, non ceu debita aut promissa, sed ceu conditio, quæ implentia si ad agendum amitti velit, *leg.33. §. vlt. eod.* Maior vtique necessitas implendę conditionis, si quisid cui ea adiecta consequi velit, quàm faciendi quod promissum. Hinc Procurator rei, qui promisit defendere, non tenetur, nisi in id, quod interest, *l.45. pr. eod.* Deinde nec illic precisa coactio, sed pœna non defendentis est,
o vt denegetur actio, *l.43. §.4. eod.* o Obi. 4 *§. alia 2. I. de donat.* ℞. intelligitur necessitas consequentię, &c. [*Quod confirmat* Don. hîc *pari modo supr. quod. inserta.* lib. 13. cap. 2. lit. B.] Nam & de omni emptione ita definitur, etiam cum venditor rem non habet. Quia oratio ad vtrunque genus relata non potest nisi vnâ communi significatione accipi, arg. *leg.4. pr. vers. sed si aliter. D. de vulg.* Et huius nostrę sententię olim *Ioan. Azo Hugolin. & quos citat Accurs. ad leg.1. de*
* *Ad l.13. §. vlt.* *act. emt.* * SEQVITVR L. SI CONVENERIT. 26. Iudex iuxta conuent. partium sententiam proferre. Intellige etsi aliàs ex iure vel actis causse contrà pronunciari deberet. Pone: Actor sortem & vsuras petiit, & deberi probauit. Vsuras remittit. In sortem tantùm reus condemnandus. Contra: Minus petiit, sed plures res deberi probauit; Reo bonam fidem agnoscente in omnes res etiam non petitas cõdemnandus. Quin & si ita placuit, reus conuictus absolui potest, non conuictus condemnari. Nam etsi hoc contra ius in inuitos,
p in consentientes æquissimum *leg.1. de pact.* p Quid si iudex contra pronuncier iuxta acta & probata? Appellari potest. Aliud in arbitrio, *leg.19. pr. de recept. arb.* Quia is recepit se dicturum quod arbitrabitur, id est, quod sibi æquum videbitur, non quod æquum erit, *l.g.76.*
* *Ad l. §.1. pro soc. Fac. leg.17. §.3. de recep. arb.* * SEQVITVR 26. L.48. cuius explicat. inserui itaſit. *lib.28. cap.3.* vbi vid. SEQVITVR L. SI QVIS 51. §.1. Pertinet ad sentent. edicti, Ne vis fiat ei qui in poss. missus. Species hæc videtur: Missos in possessionem rei seruandæ caussâ tuetur Prætor, act. in factum in id, quod interest se admissos esse, *leg.1. Ne vis fiat, &c.* Creditorem missum debitor non admisit, Eius bona postea per apparitorem distrahuntur. Qui bonis venditis soluit creditori quantum ei debetur. His tamen cum debitore agit in factum, quod non admissus sit in possess. Q. an rectè. R. dub. Ex aliâ caussâ ipsi solutum est à vendi-
q tore siue apparitore; q ex aliâ nũc in factum agit. Contra decid. quia contra bonam fidem est bis idem exigi, *leg.57. de R.I.* Ac etsi alia actio, tamen vtraque ad eandem rem competit, nempe quod interest actoris. * [Sv-
* *Ad l. PEREST 51. §. lib. 17. cap. 4. lit. G. H. I.* quò remitto.] *vlt.*

Finis Libri vigesimi septimi.

Pars II.

LIBER VIGESIMVS-OCTAVVS.

CAPVT I.

Confessio.

EODEM, quo iudicati, IVRE SVNT CONFESSI ex *l.12. tab.* Æris confessi rebusq; rite iudicatis 30. dies iusti sunto. *Agell. 20. Nocti.* 1. & oratione Marci *l.56. D. de re iud. l. vn. C. hoc tit. de cõfess.* a Hinc regula in *dd. ll. 1. l.3. l.6. pr. D. h.t.* CONFESSVS (confiteri est, vt *Varro 5. de ling. lat.* fateri, quod à nobis quęsitum est, seu verũ agnoscere, quod objicitur vel intenditur, etsi qui fatetur, id falsum sciat. Non enim est consensus sed nudæ assertionis. b Nam b & fatetur, qui in iure errat, *l.2. hoc t.* Immò & qui in facto, etsi is vi & effectu non sit pro confitente, vt inf. *lit. N.* etiam per alium, cui mãdauit, aut ratum habuit, nominatim scilicet. Non item Procurator, cui absolutè, etsi omnium bonorum, administratio mandata, nec tutor aut curator *l.6. §.4. h.t.* c Confiteri enim est caussâ c cadere, proinde perdere non administrare. Planè si hi de domino confessi, suo nomine tenentur, *l.25. §.1. ad l. Aq. l.9. §.4. de interr. in iur.* Siue de tota lite, siue de quauis parte litis, *l.6. §.2. h.t.* Et si ex eo de quo confessus, alia consequantur, iudex de his quoque condẽnat, licet de ijs reus nihil apertè confessus *d. §.2.* IN IVRE, id est apud Magistratum vel Iudicem competentem, d d in loco, vbi iuris dicendi vel iudic. caussa consistat. *l.4. §.1. de inter. in iur. c.4. exir. de iudic.* Non eque si extra ius. e Nam si scripto fiat sine caussâ confessio nil agit, e *l.25. §. vltim. de probat.* si caussa adiectâ aliis instrumẽtis cõtrarijs infirmari potest, *d. §. vlt. & l.13. C. de non num. pec.* Itemq; si testibus cõfessum esse conuincatur, *arg. l.15. C. de fid. instr.* Nisi quinque testibus adhibitis ac rogatis interroganti confessus *Nouell. 90.* Nunquid igitur, dices, locus ad fidem cõfessionis facit? *Maximè.* In iure confesso fides cõtra se habetur, *l.11. §.1. de interr.* quia fide iudicij & auctoritate Magistratus monitus, seriò fassus, ac vt non fecerit, putandus tamen ne impunè Magistratui illuserit arg. *l.5. de iud.* Extra iudicium non item continuò verum seriò dixisse censetur. Vsus enim vitæ docet falsa quandoque aliquos fateri, vel vt facultates extenuent, vel vt mutuum roganti exeũ fantius negent, vel vt importuni petitoris molestiâ in præsentiâ se liberent, vel denique vt gratificẽtur ei, cui confitentur, quò alijs locupletior videatur. f PRO IV- f DICATO HABETVR. Non autem est iudicatus. Quippe confessi & iudicati effectu & potestate eod. loco sunt, reipsâ & genere dispares. Res sunt diuersæ, vis & auctoritas eadem. Hoc interest. g 1. In cõfessum non datur g actio iudicati, sed aut æris cõfessi, aut, vt ex iureiur. sup. *Tib. 24. c.16. lit. C.* in factum ad similitud. iudicati, per *l.6. §. vlt. v. q. h.t.* 2. Semel iudicatus, amplius condemnari non debet. Confessus autem omnimodò condemnandus, *l.3. l.5. h.* Vulgò dict. vt confessus post lit. condemnetur, per *leg.74. pr. de iudic.* ante eam verò non item, quod nullum iudicium sit, proinde nec sententia. h Quod refellit tum *d.l.3.* in dict. loquens, tum *d.l.5.* vbi h verba: *Sine mortuus iam Stichus erat*, necessariò sic accipienda, si mortuus erat, cum reus confiteretur ante lit. contest. vel in lit. contestãda. At qui in lit. cõtestand. fatetur, non contestatur litem, sed dirimit. Obi. Nullæ partes iudicis in confitentes, *l.25. §.1. ad l. Aquil.* & in eos statuitur, quasi ex caussâ iudicati, *l.6. §. vlt. hoc t.* Ergo non iudicantur. ℞. Rectè: Sed diff. iudicare & condemnare. Iudicat qui causlam cognoscit, & dein de cõdemnat, *l.7. C. de sent. & int.* Quali caussæ cognit. hîc

non opus, *l.40.§.1.de pact.* Damnat qui iubet soluere, quod sine alia cognitione fieri potest. Instas: sine lit. contest. nullum iudicium. *Resp.* Rectè, vt & sine causſæ cognitione. Sed non ideo, iudicium est, quia iudex damnat. Instas: At nulla condemnatio sine iudice. ℟. Falsum hoc. Quid enim vetat, quo minus Magistratus nullo iudicio constituto confitentem soluere iubeat.

i i Dices. Num igitur hæc verbis dictæ regulæ *Confessus pro indicato*, conueniunt? Omninò. Non dicitur, quod sit iudicatus, sed pro iudicato scilicet effectu ita tenetur. Sic iusiur. pro iudicio est, *l.26.§.vltim. l.35.§. vlt. de iureiur.* scilicet effectu, reipsa iudicium non est. Quia igitur & hîc res diuersæ, etsi iuris auctoritas eadem diuersæ inde actiones, cum harum nomina sint à negotijs, vnde nascuntur, *leg.2.& 3. de præsc. verb.* Damnatio quoque ob id ipsum exigitur, vt sit pro iudicato, id est talis habeatur Magistratus auctoritate, quod sit damnando. EODEM IGITVR iure habetur TVM IN IIS, QVÆ CONTRA IVDICATVM. Vt obligat. iudicati. Nam & hîc non refert, vtrum verum cõfessus sit, *l.59. de ind.* & pignora æquè capiuntur, *leg. vlt. Cod. de exs. rei iudic.* TVM QVÆ PRO EO, nam & eadem ad solutionem tempora habet, *l.6.§. vlt. hoc tit.* & quibuscunque de causſis condemnatio non tenet iudicatum, ijsdem nec confessio nocet, ne plus valeat imago condemnationis quam ipsa. Quò pertinent omnia propter quæ confessus non teneri dicitur. Quæ malè vulgò statuuntur except. regulæ *gl. l. vn. C. h.* cum

k immò verb. regulæ *pro indicat.* contineantur. k Ea enim sunt vel in ipsa confessione, si aut incerta, *l.6.pr. & §.1.* vbi tamen vrgetur, vt certum fatcatur, *d.§.11.* si nolit pro confesso & iudicato de re petitâ arg. *l.11.§. 7. de inter. in iure*, aut continet id quod nec ius nec natura recipit, *l.14.§.1.d.t.* Falsæ enim confessiones natu-

l ralibus conuenire debent, *l.13.pr.d.tit.* l Ex. g. Confessus est reus se Stichum debere, qui mortuus est. Cõfessio nocet, quia iuri congruit, *l.3.l.5. hoc t.* At si confessus filium suum esse, qui confitente non iunior non nocet, *d.l.13.pr.* Sic si cõfessus sit se occidisse seruum, qui ab alio occisus nocet, *l.4.h.t.* sed si seruus viuat, nõ nocet, *l.13.§. vlt. ad L. Aquil.* vel in personâ confessi, si pupillus sine tutore, *l.6.§.5.h.* Idem in minore sine curatoris auctoritate confesso, tum exemplo rei iudicatæ, tum quia illi ad litem curatore opus. Quare quod *d.§.* 5. subditur: Minorem à confessione suâ restituemus, de eo accipi debet, qui iure teneri cœpit, cum curatore auctore confessus, arg. *t.C. Si tut. vel cur. interu.* vel in

m absentia aduersarij, *l.6.§.3.h.tit.* m Exceptiones itaq; quas nostræ regulæ adijciunt Dd. vel alienæ vel falsæ, vt illa: Si in fraudem creditorum confessus, *leg.3. Quæ in fraud. cred.* Nam ibi factum reuocatur. Ergo confessio iure tenuit. Item illa: si liber homo se seruum confessus *l.1.& l.22. C. de lib. ca.* Nam immò confessio talis nocet inter eosdem si se seruum eius confessus fit, int. alios verò non nocet, & hinc pro seruo non habetur, *dd.ll.arg.l.9.§. vlt.& l.4.l.seq. de iureiur.* VNA EXCEPTIO verò videri posset, QVÆ tamen VERIVS INTERPRETATIO regulæ, cum illius sententia non

n contineatur. SI IN FACTO ERRAVIT, *l.2. hoc tit.* n Pone: Fedeicom. testament. relictum, codicillis ademptum. Heres prolatis tabb. de fideicom. satetur. Repertis postea codicillis iudicati actionem rectè recusat. Secus si scisset codicillos, sed ijs adimi non posse putasset, qui iuris error foret. Obi. Facti error causâ decisâ nocet, *l.7.C. de iur. & fact. ignor.* ℟. At hîc non est decisa, postquam errans pro confesso, non habetur. Idque ex ratione iuris, quia confessus quodammodo suâ sententiâ damnatur, *l.1. hoc t.* & ita voluntate suâ, quam error excludit. Huc spectat *l.vlt.h.* Nam qui cum moram non feciſſet confessus rem se debere, ignorans eius interitu se liberatum, non tenetur. TENETVR AVTEM PRO IVDICATO ET QVI SCIENS FALSVM CONFESSVS. Nec hîc vulgaris dist. sequenda, vtrum res de quâ confessus pertineat ad præparationem causſæ, an ad decisionem, vt Bart. & alij moti *l. 25. & seq. de R. V.* o Nam loquuntur de eo, qui non in iure cõfessus. o ET QVI IVS IGNORAVIT, *l.2.h.t.* p Obi. Iuris error p in damnis amittendæ rei suæ non nocet. ℟. Nec hîc nocet error, sed confessio, absque quâ non teneretur. Obi. *L.pe, h.t.* Nam si in facti specie *d.l.* iur. err. debuit nullo modo heres absolui, sin facti omnimodò. Ergo dist. quâ interesse dicitur, qua ex causſa nihil debeatur alteri parti superioris dist. de errore iuris & facti aduersatur. ℟. Loquitur de eo, qui iustè errans, id est in facto, confessus est; Nec de iure confessi respondet (qui omnimodò absoluendus vel à iud. dato à vel Prætore) sed iudicis dati potestate, qui cum non datus sit ad hoc, vt cognoscat, an fideicomm. relictum sit, de eo cognoscere nequit, sed si id nullum appareat, ad Prætorem remittit, vt is absoluat, *d.l.pen. in fi.* Sed hæc ita in causſis pecuniarijs *ex l.12. tab. Æris confessi, & c. l. vn. C. h.t.* In criminalibus verò confessiones reorum sine probatione pro exploratis facinoribus non habentur, *leg.1.§. Diuus. 17. de acq.* q tum quia magis con-q sulendum, quibus grauibus periculum intenditur, *leg. 1.§.5. de Carb. Edict.* tum quia de corpore an famâ agitur, quæ non sunt iure & potestate profitentis, cum nemo membrorum suorum sit dominus, *leg.13.pr. ad leg. Aquil.*

CAPVT II.

Pœna iniustè iudicantis.

HVcusque de vi & effectu iustæ sententiæ. Sed Q. quæ IMPERITI AVT IMPROBI IVDICIS contra iudicantis POENA? Si sententia apertè contra Iuris nulla, *supra lib.27.c.6. lit. A.* Si verò parti iniuriam facit, valet, sed duo remedia: Appellatio infra *c.4. & seqq.* & illâ omissâ, vbi sententiæ standum, ACTIO ADVERSVS IVDICEM, QVI LITEM SVAM FECIT, id est, malè iudicauit, vt in quatum æquum visum fuerit, damnetur, *l.vlt. de extr. cog. pr. I. de obl. qua quasi ex delict. l.4.§.4. de O.& A.* a Qui & de culpâ ac imperitia tenetur, *d.l. vlt.* Nec priuatus tantùm, sed & ordinarius, qui assessores habet, etsi hunc vulgò veniâ dignum putent, si iudicium assessorum secutus, moti *l.2. Quod quis iur.* Sed malè. Actio enim ex eo edicto. Quod quis iur. requirit dolum, hęc non item. Immunis tamen, si ita ius sit, vt cogatur sequi assessorum sententiam, neque enim delinquit, qui iuri publico obsequitur. b Obi. Litem tunc suam facit cum dolo malo, *& c.* b *l.15.§.1. de iud.* ℟. ex verbis extremis *d.l.15.* apparet hæc mens Vlpiani, dolum requiri ad id, vt cogatur veram litis æstimationem sufferre, & teneatur in solidum. Ex imperitia autem tenetur nõ vltra vires patrimonij, per *d.l.15.pr. iunct. l.39. de O.& A.* Vt ita *d.l.15.pr.& §.1.* nõ filiumf. iudicem à patrefam. distinguat, sed eum qui culpâ litem suam fecit, ab eo qui dolo. c Nec tan- c tùm si contra ius statuerit, tenetur; sed & si dolo quid contra legis præceptum prætermiserit, *leg.41. §.1. de iud.* vt si victum in expensas non condemnauit, *leg.13. §.6. C. de iudic.*

NOTATA.

a *Ad tit. Cod. de pœn. iud. qui malè iudic. leg.12. Cod. de dignit. Nouell.8.& 17. Nouell.24. Nouell.25. cap.3. Nouell.124. cap. 2. pr. & c.* L.12. tab. pecuniam accepisse conuictum capite puniebat, *Agell.20. Noct.1. vid. Marcil. in leg.12. tab. collect. cap.* 10. Libro legis Boiorariorum *c.3. tit.4.* Qui corruptus nummis falsò iudicauit, duplum damni cogitur exsoluere, & fisco insuper

insuper 40. solidos persoluere. De pœna iudicum pluribus *Matthæus Ian. ad d. tit. Cod. Menoch. arb. cap.339, & seqq. Vasq. 2. contr. vsu freq.37. Oldend. cl.7. act.13. & vlt. Iac. Omphal. lib.6. de vsurpat. legum. cap.21. Bargal. lib.3. de dolo c.9. Mynsing. dec. ad. 9. Resp. 90. Pollet. 5. hist. fori 9. & Broida. in supplem.*

b *cap. seq. Rulant. de commiſſ. p.1. lib.6. cap.7.* b Quid si malè ex consilio Sapientis iudicauit; Litem suam non facit, *Schurf. cent.1. conſ.29.* Quod apud nos meritò obtinet, licet *Scala lib. 4. de conſ. Sapient. cap.26. dist.* an vltrò id requisuerit, vbi contrafentit, an ad partium voluntatem. Quando autem ipse

c consultor litem suam faciat, vid. idem *lib.4. cap.23.* c Confer supr. *lib.15. cap.27. lit. H. Cuiac.13. obſ.18. Pac.3. enunt.q.23.* Quam culpam præstent iudices & magistratus, vid. *Delrio ad leg. contractus 23. de R.I. cap.18 pag.242.*

CAPVT III.

Solennia sententiæ ferendæ.

RElicuum est dicere, quæ SOLENNIA IN RITV FERENDÆ SENTENTIÆ. EA VEL PROPRIA sententiæ, VT I. PRÆSENTIBVS LITIGATORIBVS seu ijs ad quos res pertinet, *l.47. de re iudic.* Vtroque absente, quamuis legitimè vocato, non licet *titul. Cod. Quom. & quan. iudic. & c.* a Alterο absente ita potest, si legitimis edictis euocatus copiam sui non fecerit, *leg.7. C. Quom. & quand. iudic. l.75. de iudic. vid. supra lib.27. c.6. lit. H.* Quæ & denunciationes dictæ, *d.l.7. leg.9. C. d. tit.* & litteræ, *leg.53. §.1. de re iudic.* Tribus nempe *d.§.1. l.70. de iudic. l.53.§.1. de re iud.* per interuallum non minus 10. dier. propositis *l.69. de iudic.* vt deinde veniatur ad peremptorium, *l.68. l.70. d. tit.*

b b Re tamen exigente potest hic numerus minui, vt *l.72. d.t.* pro conditione causſæ, si moram non ferat, vt de alimentis, &c. vid. *leg.2. de feriis.* Personæ, vt si homo tenuis de mercede debitâ agat, temporis si periculum, ne res incidat in ferias messium aut vindemiarum *leg.1. in fin. l.2. de fer.* Nec etiam semper necessarium est edictum peremptorium, *l.2. l.9. Cod. Quom. &*

c *quand. iudic.* c sed vt colligitur ex *d.l.9. iunct. l.53. §. 1. de re iudic.* tunc cum tres denunciationes vel non interuenerunt, vel non coram denunciatum, sed aduersus absentem. Et ordine peracto, si reus adest cognitionis die, auditur quidem, sed prius omnia damna fâr-

d ciat aduersario, quæ frustratione suâ *leg.15. C. de iud.* d Si nec sic venerit, citatus absens; id est appellatur nominatim & inclamatur & siue respondent, siue non agetur causſa, & interdum vel absens, si bonam causſam habuit, vincet, *leg.73. pr. de iudic. l.1. Cod. Quom. & quand. iudic.* Obi. Contumacia litis damno coercetur, *l.53. de re iud.* ℟. tunc scilicet cum contumaces damnati. Potest enim damnare iudex, non cogitur, *dict. leg.*

e 1. e Quia appellationis remedium aliis paratum, his

f denegatur, *dict. l.73. §. vltim. l.75. de iudic.* f [vid. & supr. lib.27. cap.6. lit. H.] Quod si actor ipse absit, reo veniente, non cognoscitur de causſâ, sed circumducitur edictum peremptorium, *dict. l.73. §.1.* id est dele-

g tur ac obliteratur, g reusque si id postulet, non à causſa (nam de integro litigari potest,) sed ab instantia, & obseruatione iudicij absoluitur, *dict. l.73. §.2. D.2. & l.* 13. C. *de iudic.* Quod si reus vltrò absentem actorem prouocet, & rem cognosci velit, idem propè contra actorem seruatur, quod contra reum: Idem edictorum ordo. Æquè pro actore absente potest iudicari. Pariter actor ita victus, reo absoluto non appellat, *leg.* 13. §.2. C. *de iudic.* Vnum discrepat, quod si actor contumax vicerit, reus in expensas non damnatur, *d.l.13.* §.2. II. VT DE SCRIPTO RECITETVR, *l.2.& t.C. de sentent. ex breuiculo*, (id est, breui charta, malè alij pe-

h riculo h cui cum libello nihil commune est) *recitandis* ab ipso iudice, nisi sit illustris, qui per officium suum

i *dict. l.2.* i III. VT VSITATA & in ea regione familiari LINGVA. [*Nec Latina tantum, vt* l.48. de re iud.

sed & Græcâ l.12. C. de sent. & interl. *aliaue publicè eo loci notâ. Nec pugnant* dd. ll. *Duæ enim hic qq. I. an linguam publicè intelligi oporteat. Quod aff.* d. l. 48. *Prætores enim Magistratus vrbani*, l.2. §.32. de O. I. *decreta (quo continentur quoque sententiæ.* k l.1. Quod quis iur. k l.75. pr. de iudic. l.22. pr. ad SC. Trebell.) *Latino sermone interponere debent, non quia Latinus, sed quia Romæ notus*, arg. l.11. §.2. *de inst. act.* l *tametsi & aliis lo-* l *cis ob vim & maiestatem imperij ius Latinè dici potuit.*

m 1. *Si vtraque lingua pariter nota an interſit, qua pro-* m *feratur. Quod neg.* d. l. 12. Facit §.29. Inst. de legat. *Non tamen hîc, vt in stipulatione, satis est, si vel per interpretem intelligi possit, quia in stipul. res inter priuatos geritur, quos si interpres fallit: sibi imputet. Sententia verò palàm ab omnibus intelligi, publicè quoque interest, tum vt iudices multorum perceptione à praue iudicando temperent, tum quia ex auctoritate est rerum indicatarum nihil obscurè geri in iudicijs* n hæc ad d. l. 48.] VEL n COMMVNIA COGNITIONI, sed quæ maximè pertinent ad sententiam. LOCVS publicus & consuetus, *l.6. C. de sent. l. pen. D. de inst. & iur. l.59. D. de iudic.* o ET o TEMPVS, omnes dies iuridici præter feriatos, *l.4. Cod. Quom. & quand. iud. vid. sup. lib.27. cap.7.* p

NOTATA.

a Quin etsi cœperit iudex sententiam præsentibus partibus legere, si iam. legendum se absenteret eam non valere, post *Bal. 10. Ausbach. sing. all. lib.1. cap.30.* Præsens autem quis dicatur, vid. *Tiraq. post. ll. Connub. gl.6. num.30.* & seqq. & quando sententia lata præsumatur contra præsentem vel absentem *Menoch. 2. præsumpt.69. & seq. add. sup. lib.27. cap.6. lit. E. Ibi q. not.* b Quod *Theod. Marc. in l.12. tab. collectis & interpretam. cap.6.* originem habere putat ex veteri lege 12. tabularum: Qui testimonium defugerit is tertijs dieb. (id est trinundino, ter intra dies 27. & ita defertor testimonij post trinam denunciationem recusauit) ob portum obvagulatum ito, &c. De citatione peremptoriâ vid. citatos sup. *in not. lib.* 23. *cap.11. lit.S.* c Peremptorium edictum quando requiratur, vel non, vid. *Sig. Saccia. lib.1. de iudic. cauſſ. cin. crim. & hæretical. l.91. num.25.* & seq. & citatos sup. *in not. lib.23. cap.* 11. *lit.S.* d Contumax non auditur, nisi refusis expensis, vid. *not. sup. lib.23. cap.11. lit.V.* e Ita & *Dom. ad l.53. de re iudic. supr. lib.27. cap.6. lit.H. Sed Duar. ad dict. l.53.* hanc contumacis pœnam refert ad edictum de eo, qui ius dicenti non obtemperauit. Vt is demum hâc pœnâ plectatur, qui in contumaciâ adeò perseuerauit, vt quod extremum est in iurisdict. non fecerit. Atque ita non cuiusuis iudicis sententia hanc pœnam infligi posse sentit, sed solùm à ius dicente, id est, Prætore. Confer. *Scip. Gentil. 1. de iurisdict. 8. pag.130. Blarer. in l. diffamari cap.2. num.23.* Enimuerò quod *d.l.1. C. Quom. & quand. iud.* habetur, posse iudicem aduersus contumacem dare sententiam non compelli, neutiquam ita exaudiendum videtur; ac si iudex, etsi absentis contumacis causſam meliorem esse perspexerit, condemnare eum tamen ob id solùm, quia contumax, possit si velit. Cæterum si aliud iudici videatur, quod absoluere queat. Hæc quippe ratione iudex gratificari alteri posset, & περωποληψία locum inueniret, quod exemplo pessimum est admittere. Sed vocula *posse, d.l.1.* non absolutum arbitrium, sed iuri adstrictum denotat per not. *sup. lib.26. cap.11. lit.I.* Nam *dict. leg.73. de iud.* dicit si bonam causſam habuit, vincere. Et ita iudicari debet, nec aliter potest, si de eâ iustitiâ causſæ iudici liqueat. Sicuti rectè Dd. vulgò ob solam contumaciam, actore non probante, causſâ non cadere reum *Menoch. arbit. cap.280. numer.4. Gail.1. obſ.* 66. *numer.8. Rauchbar. part.1. quæſt.1. num.32.* f *vid. infr. cap.* f *6. lit.I. ibiq. not.* g vid. *P. Frider. lib.2. de Mandat. iudic. cap.* g 20. *Meland. Conan. Canier. parte 2. membro 6.* De pœnâ actoris contumacis vid. quoque *Nouell.112. capit.3. Damhuder. praxi ciu. cap.77. Mynsing.4. obſ.65. Scaccia lib.1. de iud. cap.* 93. h *Breuiculo* sanè habet editio *Haloandri* vt & Parisiensi, h de anno 1526. Quæ lectio arridet *Alcia. 10. disp. cap.21. Rainal. Corſindag.8. Perrenon.2. animadu. & variar. lect.17.* cum *breuis* significet chartulam, *leg. vlt. C. de conuent. fisci debit. lib.10. cap.2.* Confer. *Mercer. 2. Opin.17.* Editiones *Baudozæ & Russardi* habent *ex libello*, sed hoc in notis marginalibus testatur in omnibus *missis* haberi *periculo.* Et sanè eam voculam in omnibus, quos inspexi manu exaratis libris constanter reperi, Vnde eam rectè, opinor, tuentur. *Cuiac.5. obſ.*

25. *in fin. & in Par. c. d. tit. de sentent. ex peric. Reuar. Protribun cap. vlt. Phil. Broidæ. in supplem. histor. fori Polletti lib. 5. cap. 15. P. Fab. 2. Semestr. 24. pag. 360. Langle. 5. Semestr. 5. pag.* 244. (licet ipse dissentire videatur eod. *cap. pag.* 239.) *Bernard. Anton. not. ad Langl. dict. cap. 5.* Nam pari modo concepta non solùm rubrica *Cod. Sheod. lib. 4. tit. 17.* Sed & *leg. 2. eod. tit.* habetur sententiam *ex periculo* promi debere. Periculum itaque hîc tabellam, seu libellum significat, vt promere ex periculo sit, de scripto eloqui ac recitare, *Langl. dict. loc.* Quomodo *Æmil. Prob. in Epaminondâ* à Thebanis Epaminond. petijsse, vt periculo suo inscriberent, *& Cic. in Frumentariâ* pericula Magistratuum vocat. Tametsi *Perron dict. loc,* columnam, seu statuam in foro positam, quibus magistratuum nomina inscripta, illic denotari existimet. Et *Horm. 3. obs. 20.* discrimen, quod ex periculoso iudicij euentu accidere potest, interpretetur. Qui sanè in eo rectè Cuiacium refellit, quod is *ex periculo* exponit quasi per indicem, cum vtique sententiæ non summatim sed integræ recitari debeant. Sed & quod Festus ait *lib. 14.* Catonem posuisse in Oratione *Periculatus sum. Reuar. dict. loc.* accipit pro eo, quod est: libello complexus sum, etsi vulgò exponatur, periculum subij, *Perott. Cornucop. in 41. Martial. Epigramma.* Atque ita vocul. *periculo* idem *Reuar.* exponit in *l. 20. pr. Quod vi aut*
i *clam.* i Quomodo & in suprema Impetij Curia per Protonotarium præsente vel Prætore supremo vel Præfidum altero, & vnâ Senatorum parte dimidia sentent. recitari audiuimus. Olim nec hoc licuisse videtur. *Apulei. 1. Floridor.* Ipse Proconsul, ait, moderata voce, tacenter & sedens loquitur, & plerumque de tabella legit. Quippe Præconis vox garrula ministerium est, Proconsulis autem tabella sententia est. De quo more & necessitate recitandi ex libello vid. *Reu. Broidæ. & omninò Langl. locis antè citatis. Matthesilan. ad dict. tit. Cod. de sentent. ex peric. Corset. sing. 323. Rulant. de commissar. p. 1. lib. 5. cap. 12. Trentacinq 2. pract. resol. tit. de sentent. resol. 2.*
† Nouell. Leonis 45. insuper requirit, vt iudex sua manu obsignet, ne si temerè iudicatum sit, postea sententiam suam inficiari queat. Et proditum *à Marantæ tit. de sentent. num. 13. & Pace Scalâ lib. 3. de consil. Sapient. cap. vltim.* quod iudex consilium Prudentum manu sua subscribere debeat ita: Pronuncio, &c. vt in suprascripta consultatione, ne oriatur dubium, an sententia ex scripto lata sit. Quod tamen apud nos non verendum. Sed & istius iuris exceptiones tenendæ sunt. 1. in litibus breuibus vilium personarum vel caussarum, *Nouell. 17. cap. 3. Nouell. 28. cap. 3. authent. nisi breues, Cod. hoc tit.* & vbi sportularum exactio nulla: Non autem in quibusuis summarijs, *Clem. sæpè 2. §. sententia. de V. S. Maranta tit. de sentent. num. 17. Vant. de nullit. ex defect. Proces. numer. 70.* 2. in caussis Clericorum coram Episcopo, *Nouell. 83. præfat. pr.* 3. Et scholarium fortissim. de quib. *leg. vltim. § vltim. Cod. de Priuil. Scholar. lib. 12. tit. 30.* 4. in sententia Principis. Exempla *leg. penult. de his quæ in test. de l. 3. Cod. de qq. l. 6. Cod. de vsuc. pro empt. Cuiac. 18. obs. 32. Chassanæ. Catal. gloriæ mundi p. 5. consider. 24. numer. 73. Asin. de exec. § 5. cap. 40. num.* 2. Num & iudicis qui arbitrium in caussâ habet? vid. *Menoch. 1. arbit. quæst. 60.* 5. in interlocutoriâ, *Trentacinq. d. ref. 2. numer. 7.* 6. Ex consensu partium, *Corset. sing. 323. Et fac. dict. leg. vltim. §. vlt. Cod. de priu. schol.* Quod tamen *Trentacinq. d. resol. 2. numer. 5. & 6.* in caussâ solùm modicâ admittit, & *Vant. dict. loc. numer. 73.* 7. Si contraria consuetudo sit, quæ valet *Io. Pels Proces. tit. 2. num. 75.* Sicuti & Iure Saxon. *lib. 3. articul. 78.* scriptura non necessaria post *Konig. Proces. cap. 102. numer. 17. Sneiduin. in §. curare 32. Inst. de act. numer. 6. Reinh. diff. iur. ciu. & Saxon. 35. p. 4.* In curijs tamen Saxon. per actuarium, seu Protonotarium recitari solet. Sedere quoque iudices moris fuit, sicuti Aduocatos stare. Vnde consessus iudicum, & ius sedendi, *l. quisque 6 in fin. Cod. de postul. Nouell. 82. cap. 3. initio.* Indeque arguunt à stante iudice sententiam ferri non posse, *Trentacinq. & ab eo citati d. resol. 2. numer. 7. vid. Pollet. 1. histor. fori 5. pag. 37. & capit. 7. pag. 49.* qui rationem reddit. 1. quod animus sedendo magis sapiat. Sicuti *Tranio apud Plaur. Mostella. act. 5. sc. 1.* nimio plus sapio sedens, cum natura nullâ molestiâ impedita constantius in rem propositam sese intendat. 2. quod auctoritas magistratus ita magis conspicua. *Menoch. arbit. quæst. 61.* eo innui putat, quod sedatè & re accuratè propensa iudicandum. Cæterum solennitatem leuem statuit, quæ facilè remittatur.
k Confer. *Lang. 1 Sem. 3.* k Latiori scilicet sensu, vid. *num. supr. lib. 23. cap. 11. l. 1.* R. quo accipi *dict. l. 48.* ex tit. quo posita est, conuenit. Licet *Bodin. 3. de Rep. 5. numer. 881.* decreta vocari sentiat quæ iudex non ex legis præscripto, sed ex æquitate
l arbitrioque suo statuit. l Latinum enim sermonem Roman. veterum tempore promiscuum fuisse, nec doctioribus peculiarem, fatentur pluribus adstruit *Florid. Sabin. 2. lect. subcis.*
1. Atque ita hasce ll. conciliant *Alcia. ad leg. 1, §. vltim. de V. O. Elb. Leonin. 2. emend. 4.* Alij prisco Roman. instituto olim in mediâ quoque Græciâ & Asiâ alijsque ditionis Roman. Prouincijs Latini sermonis veneratione, non alia lingua sententias ferri debuisse, donec translata Byzantium Imperij sede idem in Græca lingua, quippe in aula tunc notiori ferè magisque frequentata Impp. placuerit, *Duar. ad dict. leg. 48. & ad leg. 1. §. vltim. de V. O. Reuar. variar. 2. P. Fab. 1. Semestr. 23. pag. 156. Briss. lib. 2. de solut. titul. de acceptilat. pag. 372. VValth. 1. misc. 18. Phil. Broidæ. supplement. histor. fori Polletti libro 5. capite 15.* Quod etsi *Valer. libro 2. capite 1.* aliorsumque testimonio comprobare nitantur, tamen & ante tempora Tryphonini auctoris, *dict. leg. 48.* Latini sermonis veneratione desijsse, etiam Romæ, contendit *Leonin. dict. cap. 4.* Cui & nimis durum videtur per totam Asiam & Africam in omnibus iudicijs vsum Latinæ linguæ exigere, qui nec Romanis ipsis diu manserit integer. Alij Latinè *in dict. leg. 48.* interpretantur *dilucidè* sermone non obscuro, sed qui facilè intelligi potest, *Bart. in dict. leg. 48. Ioan. Bapt. Plot. de in lit. iur. §. 5. numer. 4. Forcat. Sphæra legali. numer. 68.* Et sanè ita *Auson. & Martial. in præfat. lib. 1.* Et *Cic. 4. Verrina* Latinè loqui pro liberè, apertè, veteri more, *vt Ioan. Thom. Freig.* Confer. *Turneb. 24. aduers. 5.* Nam ait Fore. sententiæ Romæ quoque Græcè ferri poterant *leg. 9. §. 8. de pœn. leg. 17. Cod. ex quibus causs. inf.* Et Pius Imp. Antiochiensibus Græcè rescripsit, *leg. 3. de custod. reor.* m Magni enim linguam m suam Romani fecerunt, magnaque illis eius propagandæ cura, quo de vid. *Briss dict. libro 2. de solut. titul. de acceptil. p. 371. VValth. Reuar. Broidæ. dict. loc. Hering. de fideiuss. capite 11. numer. 130.* & seqq. *Iulius Bellus Hermetis Polit. libro 1. pag. 71.* Licet initio in communicanda parci fuerint, dum nec latè diffusa ea nec Italiam reliquam peruasit, *Lipsi. dial. de recta pronunc. Lat. ling. cap. 5.* Atque hinc ratio, opinor, depromi potest, cur *dict. leg. 12.* dicatur, tam Latina quàm Græca lingua. Quia enim id rescriptum ad Proconsul. Asiæ emissum, vbi Græca lingua familior & frequentior, dubium maius vel potius solum erat non de Græca sed de Latina lingua. Nihil itaque attinet verbis transpositis emendare sic: *tam Græca quàm Latina*, vt *Reuar. dict. loc.* aut etiam ijsdem, vti habentur, sua sede relictis eundem sensum accommodare, quia solens nostris fuerit verborum ea præpo-
n steratio, vt *P. Fab. Semestr. 23.* n Hinc cum antea in curia Franciæ lites Latinè disceptarentur, contra prudenter edicto suo Franciscum I. causisse, refert *Broidæ. dict. capite 15.* cum ex vsu sit litigantium causas vernacula tractari, quibus aliàs Pragmatici os facilè sublinunt. Apud Germanos mansit linguæ Latinæ in iudicijs vsus ad vsque tempora Rudolfi I. vid. *Melch. Haiminsfeld. in not. ad Paranesin VVinsbekij ad filium Paræneticor. veterum parte 1. pag. 429. P. Heig. parte quæstion. 7. num. 63. ac seq. Knich. de sublimi territ. iure cap. 4. numer. 146.* & seqq. Sunt qui minori Latinè ius in Prouincijs dicendi orig. Gallicæ & Hispan. Linguæ adscribunt, quod homines frangere & incidere voces coacti, quas efferre nequiuerint, *Robert. Turnerus de Linguis cap. 2.* o vid. o *Matthesilan. ad dict. leg. 6. de sentent. VVesenb. ad rub. Cod. de ord. iudic. num. 24. & conf. 43. nu. 44.* & 2. seqq. *& numer. 59.* & seqq. *Menoch. 1. arbit. quæst. 64. Coler. decis. 206. Maranta part. 6. tit. de sentent. num. 72.* & seq. *Horat. Carpan. Statut. Mediol. vol. 1. cap. 31. Pollet. 1. histor. fori 1. 3. & 4. P. Greg. 2. de Rep.* 6. p Iudicari quoque potest, tum manè tum meridie & ves- p pere, *Nouell. 82. cap. 3.* Scilicet vsque ad occasum Solis. Quomodo in l. 12. tab. Sol occasus suprema tempestas esto, *Agell. 17. Noct. 2.* Neque enim noctu iudicia exerceri aut sententias ferri posse obtinuit, per *leg. 2. §. 31. de O. I. cap. consuluit, de offic. deleg.* vid. *Marcil. in leg. 12. tab. collect. cap. 8. Scip. Gent. 2. de iurisdict. 29. pag. 317. Menoch. 1. arbit. quæst. 62. Ioseph. Cumia Practicâ Syndicatus, cap. 17. num. 43. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. ordinar. numer. 132. VVesenb. ad titul. Cod. de ordin. iud. num. 25. Maranta hoc tit. num. 92.* fusè *Polydor. Ripa de nocturno tempore cap. 134. Lancell. Conrad. de off. Prat. in causs. ciuil. v. Sententia numer. 41.* Confer. *Reuar. ad ll. 12 tab. capite 7, Gœd. ad leg. 2. § 1. de V. S.* Nisi consensus partium accedat, vel contra se habeat consuetudo, *Menoch. Vant. & Mar. dd. ll. Polydor. Ripa dict. capite 134. numer. 30. & numer. 45. & Lancell. Conrad. dict. numer. 41.* ex quibus plures exceptiones pete, Areopagitæ noctu iudicarunt, vid. sup. *lib. 17. cap. 24. lit. O.*

CAP.

CAPVT IV.

Appellationis finis.

SVPEREST IVDICATO APPELLATIO, quâ sus-
a penditur & quodammodo exinguitur iudicatum, *l. 20. C. hoc tit. l. 5. vlt. ad SC. Turpil.* a Appellare est superiorem iudicem appellare, vt prius pronunciatum sententiâ suâ corrigat, & in melius reformet, *l. 1. pr. hoc tit.* Dicitur & prouocare, *l. 3. §. vlt. l. 8. h. l. 27. de re iud.* Et auxiliû appellationis & prouocationis pro eodem, *l. 15. D. l. 7. & 10. C. h. t. l. 1. § 3. à quib. app. non lic. l. in*
b *fin. ad Turpil.* b Et vt dicitur appellari iudex ita & prouocari, *l. 1. § pen. l. 21. § 1. h. t. l. 1. Quis à quo app. l. 5. § 1. de appell. recip.* non autem ad iudicem prouocari. Appellari tamen ad Principem vel Præsidem legimus, sed rarius, *l. 10. § 1. D. l. 5. Cod. hoc tit.* QVATVOR HIC NOBIS EXPEDIENDA.

NOTATA.

a a Suspendi dicitur *l. 32. Cod. ad Sc. tum inter 13. extr. hoc tit. l. 5. C. Quor. appell. non recip. l. Cod. de transl. vlt. Cod. sententia rescindi.* b Extinguitur autem *d. leg. 1. § vlt. ad SC. Turpil. & fac. l. 2. § vlt. de pen. l. 6. § 1. de his qui not. inf.* Quibus cum haud probè conuenire videatur vulgaris est distinctio, quod extinguatur quoad statum caussæ præsentem, cum exsequi sententiam non liceat; suspendatur autem respectu futuri temporis ac euentus, cum possit sententia prior confirmari à superiore & ita effectum sortiri iudicatum. *Panorm.* & alij vt refert *P. Gregor. 6. de appell. 11. num. 4.* & probant *Lanc. de att. p. 2. cap. 12. præfat. num. 126. Con. pract. qq. cap. 23. num. 1. Gail. 1. ob. 144. nu. 2.* sed reprobat *Fr. de Cald. ad l. 3. C. de in int. rest. in definit. v. per quod pristinum ius recuperat num. 35.* Quippe hac ratione prior sententia confirmata effectum haberet ac vires suas retrò porriget contra *d. l. 6 § 1. de his qui not. inf.* & immò non ex priori illa, sed posteriori confirmante agitur vid. *not. infra cap 9. lit. C.* Quare *Caldas d. loc.* suspensam dici sententiam, quandiu appellans superiorem non adijt cum possit sententia appellatione defecta in iudicatum transire; vbi iudex, prior, exsequitur vid. *not. infra cap. 8 lit G.* Extinctam autem quando appellationem prosecutus sue prior sententia reformetur siue confirmetur, cum ex illâ seu extinctâ, nec agatur, nec exsecutio petatur. Confer. *Hier. Mag. dec. Flor. 198. Cacher. decis. 5. And. Scheffer. p. 1 quæst. 41. num. 4.* & seqq. Non autem impediri præsumptionem iustitiæ prioris sententiæ docent *Lanc. d. loc. num. 125. Menoch. lib. 1. præsumpt quæst.*
b *35. num. 20.* b *add. l. 17. l. 30. & passim C. hoc tit. l. tale 40 § 1. D. de pact. l. 244. de V. S.* Prouocat tamen verbum generalius est ac latius patet, quo omnis inuocatio auxilij superioris, & ita etiam supplicationes, &c. continentur *Maran. p. 6. h. tit. nu. 6. Hart. Hart. t. 19. obs. vl. Bodin. 1. de Rep. vlt. num. 161.* Sed & v. *appellare* ratione materiæ subiect. acceptio variat. Sicuti dicitur appellari debitor *l. 16 § vlt. de fidei.* puella cuius pudicitia attentatur *l. 15. § 17. de iniur.* & alijs modis. vid. *supra lib. 17. cap. 12. lit. V. ibique no. P. Gregor. 1. de appell. 2.*

CAPVT V.

Appellationis vsus.

I. QVIBVS IN CAVSSIS NECESSARIA. PRODITA EST. 1. AD DELATIONEM PVBLICI MVNERIS vel honoris DEFVGIENDAM, *l. 4. l. 7. l. 11.*
a *C. h. t.* a Quæ necessitas remissa veteranis, *l. pen. Cod. Quan. prou. non est necess.* 2. AD SENTENTIAM retractandam. Vbi si plures separatim condemnati, quamuis ex eadem caussâ pluribus appellationibus opus; *l. 10. pr. l. 3. § 2. h. t.* Itemque si vel in vnâ caussâ aduersus eundem separatim duplex sententia, vt vna fortis, altera vsurarum, *d. 17. hoc tit.* Si v. non separatim, vnius
b *vlt. h. l. 1. & 2. C. si vn. ex plurib.* b

Pars II.

NOTATA.

a *Add. l. 1. § 2. D. Quad. app. l. 1. pr. D de vacat. mun. l. 2.* a *Cod. de decur. lib. 10. tit. 31. leg. C. de muneribus patrim. lib. 10. tit. 41. leg. 1. tit. seq quem. ciu. mun. ind. leg. vn. C. de vacat. publ. mun. lib. 10. t. 45. leg. vlt. C. Qui at. vel profess. se excus. lib. 10. t. 49. l. 2. l. vlt. Cod. de filijsfam. & quemad. &c.* Ac quidem à muneribus & auctoritate & vtilitate publicis ab ipsa nominatione, seu electione appellandum, *vt in alleg l.* cumprimis *d. l. vlt: Cod. Qui at. vel profess.* dicitur: si à nominatione facta appellationis, &c. in ijs autem quæ vtilitate priuatâ, vt tutela à reiecta demum excusatione, vt *sup. lib. 3. cap. 9. lit. R. Maranta p. 6. hoc tit. num. 324. P. Gregor. lib. 2. de appell. c. 21. Anton. Fab. C. suo hoc t. defin. 8. & t. Quor. app. non recip. defin. 1. & 2.* vbi scita ratio. *Christophor. Besold. hoc t. cap. 7. nu. 12.* Et caussa hîc agitur inter nominatum & nominatorem, *Cuiac. 9. obs. 35. add. Menoch. arb. cap. 227.* Sed & ab electione appellari ita potest, ne electus admittatur, quod vel indignus, vel potior alius nominandus, *P. Greg. h. t. lib. 1. c. 12. nu. 2. Georg. de Cabed. p. 2. decis 84. nu. 16.* Non autem appellatio ei cui alius prælatus, *Rauden. dec. 33. n. 67.* b Si & eadem in illa defensio- b nis caussa secus si diuersa, *d. l. 10. § vlt. vid. P. Fab. 2. Semestr. 25. pag 371. P. Gregor. hoc tit. lib. 5. cap. 5. Besold. hoc tit. cap. 5. num 4. Gail. 1. obs. 126. num. 3. Matthesilan ad 1. C. si vn. ex plurib. P. Aemil. decis. Rotæ 37. part. 1. Vinc. de Franch. decis. 467. Trentacinq 2. pract. resol. hoc tit. resol. 7. num. 7. & seqq. Hart. Pist. lib. 1. quæst. 47. Rauchbar. p. 2. quæst. 7. Frider. de Proces. lib. 3. de cont. causs. cap. 16.* Et quod in appellatione pluriùm consortum non necesse sit singulorum nomina exprimi, *Mynsing. 2. obs. 66.*

CAPVT VI.

Interpositio appellationis.

II. QVÆ RATIO EIVS CONSTITVENDÆ? SI EAM IVDEX A QVO RECIPIAT. Et sanè libera appellandi facultas. *l. 25. D. l. 12. l. 20. l. 30. Cod. de app. c. 11. extr. h. t.* a Proinde non in approbatione iu- a dicis, sed iuris auctoritate sita. b Sed est in ea, quod iu- b re excipiatur, & sunt certæ non recipiendi caussæ iudici æstimandæ. c NAM ET QVANDOQVE PLANE NON c ADMITTITVR. EFFICIT ID VEL PERSONA APPELLANTIS, SI CAVSSA ALIENA. In qua ei qui iudicio priori expertus non est, (nam qui est, lite contestatâ dominus effectus rectè appellat etiam per Procuratorem *l. 4. § vlt. hoc tit.*) appellare non licet, *l. 2. § 1. in fin. Quan. appell.* d nisi scilicet aut ei mandatum, aut cum d appellasset, dominus ratum habuit. e Excip. 1. mater in e caussa filij *l. 1. de app. recip.* f 2. Quilibet (liber nepe, f seruus enim nec domini nomine potest, *leg. vlt. pr. h.*) nomine eius, qui supplicio addictus, etsi is repugnet *l. 6. D. l. 29. C. hoc.* g IN SVA VERÒ CAVSSA RECTE g OMNIS APPELLAT, NEC TANTVM QVI IVDICIO EXPERTVS, nisi cui obstet vel personæ conditio seruo. Qui tamen si nec dominus, nec alius pro eo appellet, auditur *l. serui. 15. hoc tit.* h vel contumacia, si con- h tumaciter absens damnatus, *leg. 1. l. 4. in fin. C. Quor. ap. non recip. l. 73. § vlt. de iud. leg. 23. § vlt. h. tit.* Secus si in alio contumax, veluti si non exhibeat instrumenta, *l. vlt. § 1. h.* i vel delicti genus, insignes latrones, sedi- i tiosum concitatores, duces factionum *l. 16. h.* k Ho- k micidæ, venefici, malefici, adulteri, violentiæ manifestæ rei, verum ita, si non conuicti solùm (vt illi,) sed & confessi, *l. C. 2. Quor. app. non recip.* l Item officialis, de- l licto in offic. commisso, *l. 3. Cod. d. t.* m vel voluntas, si m aut conuenerit, ne prouocetur, *l. vlt. § vlt. C. de temp. app.* n quod ex eo quod iudex ex consensu sumptus n non colligitur, *l. 23. pr. h. t.* aut quis id ante sententiam professus, *l. 1. § 3. à quib. app. non lic.* o Potest & appel- o lationi renunciari reb. integ. id est, antequam ad superiorem introduxit, *l. 28. C. hoc t. c. quamuis 8. de elect. in 6.* vel antequam is susceperit aut alteri delegauit, vt tamen sumptus aduersario restituat, *cap. interposita 70. extr. hoc tit.* p SED ET CVIVS INTEREST, alio condemna- p nato, si is cesset, *l. 4. § 2. & seqq. l. 5.* vbi exempla, *hoc t.* qq

quod si appellet quidem victus, sed non ex fide caussâ agat, defensio caussæ, sine nouâ appell. huic committitur, perinde ac si ipse appellasset, *d.l.*4.§.5. Nec modò si pecuniarium sed & si exiſtimat. damnum vertatur, vt filio in caussâ ſtatus aut propinquo in capitis caussâ
r dãnato *l.*2.§.*pen.& vlt.Quan.app.* r Except. in caussâ inofficioſi, vbi legatarii & manumiſſ. appellare nõ aliter licet, quàm ſi colluſionem obijciant, *leg.*5.§.1.*l.*14.*pr.h.* Quâ obi. appellatio quoque herèdis ab his peragi poteſt, *d.l.*5.§.1. Planè ſi rebus integ. ſuſpecta colluſio, ipſi causſam agere poſſunt, *d.l.*14.*pr.l.*29.*de inoff.* VEL DIGNITAS IVDICIS. Sic non licet à Principe, *l.*1.§.
ſ 1.*à quib.app.non lic.* ſ Senatu *d.l.*1. §.2. t Præfectis
t prætorio, *l.*30.*C.h.l.vn.C. Ne lic.in vna.ca.ter.l.vn.*
u *D.de off.præf.prætor.vbi ratio* u iudice à Principe (alius ita dare nequit) ita dato, ne ab eo prouocetur, *leg.*1.§.
x *vlt.à quib.app.* x Idem tributum ſententiæ & reſponſis Conſiliariorũ Principis, Principe conſulto & cauſsâ
y ab his examinatâ, *l.*34.*& ſeq.Cod.hoc tit.* y Aduerſus reſcriptum autem Principis prouocari poteſt, *l.*1.§.1. *h.t.* Ratio diff. Qui ſententiam impugnat de iniquitate vel imperitiâ; qui reſcriptum de mendacio & improbitate conſultoris queritur. Nec enim aliter licet, quàm ſi
z dicat, ea quæ Principi expoſita nõ ita ſe habere. z Vnde ſi exemplum litterarum litigatori editum ſit, nec is appellauerit, & poſtea contra eundem reſcriptum ſit, appellari à litteris pridem editis nequit, *l.vlt. Quan.*
aa *app.* His exceptis à quouis alio licet, aa etſi in eo dando Principis auctoritas interuenerit, *l.*2.*l.*16.*l.*19.*C. h.t.* Et à præſide quoque tunc, cum Princeps inſulam deportato aſſignauit, *l.*1.*pr.Quan.app.* Ab exſecutore ſententiæ non licet, *l.*4.*pr.h.l.ab exec.*5.*C. Quor.app.*
bb *non recip.* quamuis ſuſpecto, *c.nouit* 43.*extr.h.t.* bb niſi dicatur, malè ſententiam interpretari *d.l.*4.§.1. id eſt, modum excedere, *dict.l.*5. vt in cauſſis appell. reddendis hoc ſolùm quæratur, an iure interpretatum ſit, *d.*§.1. Quod & in criminalibus hodie obtinebit, cum pœnæ ferè ſint extraordinariæ, *l.*13.*de pœn.* Si legitimæ & certæ eſſent, non liceret, quia hoc eſſet à lege appella-
cc re, *d.cap.*44. cc Hinc olim à pœna lege ſtatuta non licuit, à multâ verò quam iudex infligit, licuit, *leg.ſi qua*
dd 244. *& ibi gl.de V.S.* dd VEL CAVSSÆ GENVS, SI AVT RES DILATIONEM NON FERAT, & ad vtilitatem publicam pertineat, vt de frumento in vſum militum in annonæ ſubſidia contrahendo, *leg.vlt. pr.de*
ee *app.recip.* ee item de eo quod Fiſco vel Principi deberi euidenter conſtat, ſiue ex contractu, ſiue ex tributorum aut publicorum cauſsâ, *l.*4.*leg.vlt.C.Quor.app. non recip.* Aliàs & aduerſus Fiſcum appellari poteſt, *leg.*
ff *pen.D.de app.recip.leg.*18.*leg.*22.*Cod.hoc tit.* ff AVT SENTENTIA VEL NIHIL NOCEAT aduerſario, vt de teſtamento aperiendo, de herede ſcripto in poſſeſſionem inducendo, *dict.leg.vltim.pr.de ap.recip.leg.*6.
gg *Cod.Quor.app.non recip.* gg vbi pœna tum appellanti tum iudici qui receperit. VEL PARVM; vt quæ de poſſeſſ. *l.vn.Cod.ſi de mom.poſſeſſ. ſu. ap.* quæ plenum præiudicium non affert, ſed cognitio plenior de proprietate & iuſtâ poſſeſſione in iudicium directum diff-
hh fertur, vnde & moment. dicitur. hh AVT SI CONTINEAT ID, QVOD CERTO IVRE tribuitur, *leg.vlt.* §.1.*hoc tit.* Hinc appellari nequit, ne bo. poſſ. ex Carb. edicto decernatur, per *dict.*§.1. ne pignus vendatur.
ii *dict.leg.vltim.*§.*vltim.* ii In aliis cauſſis, maioribus &
kk minoribus, poteſt, *leg.*20.*leg.*30.*Cod.hoc tit.* kk etiam à ſententiâ pro libertate, *leg.*9.*h.t.* VEL GENVS SENTENTIÆ, ſi interlocutoria, *leg.pen. Cod.Quor.appell. non recip.* niſi id iubeat, cuius damnum aut iniuria ſen-
ll tentiâ definitiuâ ſarciri nequit, ll vt quæſtionem haberi in ciuili negocio, vel in criminali contra leges, *l.* 2.*de app.non recip.* Exemplum in ſententiâ de ætate minoris, *leg.*39.*de minor.* Iure canon. verò ab interlocutoriâ & omni grauamine appellare licet, *cap.ſuper* 10. *extra hoc tit.cap.*1. *eod.in* 6. *cap.*2.*de dolo & contum.in* 6. etiam futuro, cuius iuſta ſuſpicio, *cap.*2.*de coniug. ſerv. cap.cum dilecti.*6. *de dol. & contumac.* mm mm etiam ante litem conteſtatam, *cap.*1. *hoc tit.in* 6. etiam extra iudicium in omni loco aduerſario præſente (quæ prouocatio ad cauſſam agendam magis quàm appellatio nn & ferè contemnitur *dict.cap.*1.*& 2.de dol.&* nn *contum.in* 7.) Quæ aliena à iure ciuili. Et malè. Nam ſi vt quidque in quauis iudicij parte, iuſſum vetitúmve, vt de teſtibus producendis, &c. appellare licet, ex vna lite infinitæ, fiéntque lites immortales, vt Gallia ſuo malo experitur. Neque ſic iniuſta interlocutoria (ex. gr. dilationem negans) nocet, ſed omne eius vi-
tium per appellationem poſt definitiuam corrigitur. oo Vt & illud alienum, quod ſine voce, ſine litteris, oo ſolo facto appellare licet, eundo ad Pontific. *cap. dilecti.*52. *hoc titul.* pp vel ſubmittendo ſe eius tutio- pp ni, *cap. ad audient.*34. *cap.dilectis.*55. *hoc titul.* VEL NVMERVS APPELLATIONVM, *leg.vn. Cod. Ne lic. in ead.cap. tertium prouocare. cap. tua nobis.*65. *iunct. cap.directe.*39. *hoc titul.* qq ET CVM ADMITTITVR, qq NON NISI CERTA LEGE, VT NEMPE OBSERVETVR TEMPVS; Non ante ſententiam, *leg.*6.§.3. *Cod. hoc titul.* ſed poſt, olim in propria cauſſa intra biduum, in aliena triduum, *dict.leg.*6.§.*pen.& leg.*1.§.*biduum* 5. *& ſeqq. &* §.11. *D. Quand.app.* rr nunc DECEN- rr DIVM, *Nou.*23.*cap.*1.*auth. hodie Cod.hoc tit.* Computandum in ſententiis ex die quo lata, in alijs actibus ex ipſo actu vnde appellatur, *dict.leg.*1. §.5. *& ſeqq.* Niſi ſententia aduerſus abſentem, vbi ex die ſcientiæ, *d.l.*1. §.*vlt.* ſſ Dies autem, quibus nec iudicis inferioris, ſſ nec eius qui appellatur copia, non computantur. Sed ſi alteruter vius copia præſcriptio locum habet, *dict.leg.*1. §.*dies* 7.*& ſeqq.* Quod tempus nec militibus, nec capite damnatis remittitur, *leg.*20.§.*vltim. D.l.addictos* 29. *Cod.hoc tit.* ET SOLENNIA. Vbi ſi illicò apud acta viua voce, ſatis eſt ſi dicat: Appello, *leg.*2.*l.*5.§.*vlt. D.l.*14. *Codic.hoc titul.* tt Sin vel alio die, vel non tt apud acta, per libellos appellatorios, quos offerat iudici à quo, *l.*§.*vlt.l.*7. *D.l.*6.§.*pen. Cod.hoc tit.* Qui contineant, quis appellet & à qua ſententia, *dict.leg.*1. §.*vlt.* Nec neceſſe eſt addi contra quem, *leg.*3.*pr.hoc tit.* nec cauſſam appellationis, uu nec eum, qui appella- uu tur, cum nihil amplius, *d.l.vlt.* exigat. xx Et ſi alium xx iudicem pro alio appellet, ſiquidem maiorem vel parem, non nocet error, ſin minorem, nocet, *dict.leg.*§. *pen.* In agendo quoque alia cauſſa prouocationis reddi poteſt, vt infr. *cap.*8.*lit.E.* Non autem debet conuitiari iudici à quo, aliàs plectitur, *leg.*8.*h.* yy appel- yy latio tamen rata eſt. Quod ſi libellos offerre per violentiam non liceat, publicè proponat, *leg.*7.*hoc tit.* zz zz Ex his apparet, quæ cauſſæ reijciendi appellationem, quibus non modò facultas non recipiendi, ſed & recipere prohibetur, *t.t.Cod.Quor.app.non recip.* QVOD SI SINE CAVSSA REIECTA, VEL HOC NOMINE APPELLARE LICET *leg.*19. *Cod.hoc tit.* aaa Vbi ſic aaa Princeps appellandus, ei ſupplicetur, ſin alius is adiri poteſt etiam ſine litteris dimiſſorijs *leg.*5.§.1.*de appell. recip.* intra conſtituta tempora, *dict.leg.*5.§.*vltim.* id eſt, non decendium aut olim biduum, neque enim natura patitur, ſi longiùs abſit iudex ſuperior, ſed intra quæ ad hunc res deferri iubetur, vt *cap.ſeqq.* Vis huius appellationis à reiectione. Præcipiuntur & hîc omnia in eodem ſtatu eſſe; & qui reiecit, id per relationem manifeſtet, eiuſque exemplum litigatori reddat, *leg.penult.de appell.recip.l.*3. *Cod.hoc tit.* In ſumma autem cognitionis intereſt. Nam ſi iudex à quo cauſſam reiectionis in relatione reddiderit, nihil quæritur apud iudicem ad quem, quàm vtrum ea iuſta ſit. Quia cum ex ſuperioribus cauſſis prohibeatur recipi appella-

appellatio, ita vt & quibuſdam caſibus recipiens puniatur, *leg.*2.*leg.penult.& t.t. Cod.Quor.appell. non recip.* vtique id agitur, ne amplius audiatur appellans, ſed ſententia exitum habeat. Nec igitur vbi ſuſtam reijciendi cauſſam cognouit iudex ad quem, vlterius progredi & de ſententiâ cognoſcere debet. Quare quod *l.*19. *Cod.hoc tit.* dicit, non recepta appellatione apud ſuperiorem de integro litigari, id tunc obtinet, cum nullâ cauſsâ reddità reiecta eſt appellatio. Agit enim de ijs, quibus appellare permittitur. Non autem permittitur, vbi cauſſa eſt non recipiendi. Ad hæc *dict. leg. in fin.* minatur pœnam non recipienti. Ergo non loquitur de eo, qui iuſtè reijcit. Pœna ea 30. auri pondo Principis largitionibus inferenda, *leg.*21. *leg.* 24. *Cod.hoc.* Cui perſequendæ aliàs annus, aliàs 6. menſes, aliàs 4. pro varietate iudicum ad quos *leg.*31.*C. hoc titul.*

NOTATA.

futatorij, *l. vltim. §.* 1. *Cod. hoc tit. l. vlt. n. §.* 2. *Codic. de*
temp. appell. crebrius preces refutatoriæ, *dict. leg.* 1. *Cod.*
de relat. l. 18. *& seq. Codic. hoc tit.* quia continent alle-
gationes, quibus refutatur relatio iudicis, orátque in
his appellans, ne iudex ad quem relationi fidem ha-
beat. Malè vulgò has statuunt esse libellos appellato-
rios aut apostolos. Hi enim nullam refutationem con-
o tinent, sed appellatum esse declarant. o Quia verò
exemplum opinionis, seu relationis non iudici, sed à
iudice edi constat, ideo *dict. leg.* 6. §. 3. legendù: *Exem-*
pla appellatoribus edita, demtâ præpositione *Ab*, nisi ma-
lis: *ab his* scilicet iudicibus. *appellatoribus edita.* Editæ
verò relationi nihil respondens assensu suo eam con-
firmat, *l.* 2. *Cod. de relat.* Ideóque non cogitur appella-
tor refutatorios libellos dare, sed potest, si velit, vid. *l.*
vltim. §. 2. *Cod. de temp. app.* Quare in *l.* 18. *Cod. h.* ver-
bum *petere* ad *opinionis exemplum* referri debet, illa
autem *offerre* ad *refutatorias preces*, quæ proficiscun-
tur à litigatore, non perunctum iubentur sanè hæc dirigi
ad iudicem ad quem, *l.* 19 *Cod. h.* sed ita vt ea tradi
oporteat litigatori, vt deinde is offerat, *dict. leg.* 18. *& l.*
24. *Cod. h.* vbi tamen reus in custodiâ est, tunc inferior
ipse superiori hæc transmittit, *l.* 6. §. 3. *Codic. h.* Illud
proprium relationi quæ fit Principi appellatio, quod
habere debeat Principis consultationem, vid. *l.* 32. *pr.*
& §. pen. l. 37. *pr. Cod. h. Fac. l.* 4. *Codic. de temp. app.*
Negotio nempe exposito, eóque quod actum & iudi-
catum est, consulit Principem iudex, quid illi de eâ re
fieri placeat per *leg.* 1. *& vltim. Codic. de relat.* Vnde
p *rub. Codic. de appell. & consult.* p Quod si neglexerit
appellans relationem petere (instanter & sæpius vt su-
pra) appellatio deserta æquè vt apostolis non petitis,
q *l.* 18. *Cod. h.* q Si verò petenti reddita non erunt, non
obest id appellationi. Sed quia nouus inde labor tum
appellanti tum iudici, qui denuò de negotio aliis pro-
bationibus instruendus, nouúque sumptus, inde ista
pœna iudicis denegantis, in *l.* 24. *Cod. hoc tituł.* Et si
Princeps appellatus nec omnia actis indita, ad eum
transmittat iudex. infamis fit *l.* 15. *Codic. h.* PRÆFINI-
r TO TEMPORE. r Vbi olim consultationibus, quibus
Princeps appellatur, datum primò biennium, *leg.* 37.
vers. his videl. Cod. hoc tit. l. 3. *C. de temp. appell.* post-
ea annus *l. vltim. §.* 2. *Cod. eodem.* Nec distinguitur ex
locis diffitis an propinquis deferatur. Ne tamen si per
Principem aut iudices appellationis alijs occupatos fe-
terit, id appellatori fraudi sit *Nouel.* 23. *cap.* 2. *auth. sed*
& lis. Cod. de temp. app. Annus item cum Magistratus
appellatur, sed ex remotioribus Prouinciis, de quo *l.*
vlt. pr. Cod. de temp. app. nouem autem menses, cum ex
alijs imperij partibus, *dict. leg. vltim.* quæ in hoc dero-
gat *leg.* 2. *Cod. eod.* Ideò autem hîc annus vel nouem
menses, quia in vtraque specie tres menses dari repara-
tioni appellationis petendæ. Quam nonnulli sublatam
putant, (itaque restarent ex anno 9. menses ex 9. men-
sibus 6.) per *l.* 3. *Cod. de temp. app. Nouell.* 82. *cap.* 6. Sed
d. l. 3. prohibetur reparatio tantùm in consultationi-
bus & quidem post tempus ad eas introducendas con-
stitutum, quod tunc, cum *dict. l.* 3. ederetur, erat bien-
nium, & sic satis longum. Et *d. Nouell.* 82. *cap.* 6. singu-
larem speciem excipit, cum à pedaneis appellatur in
eadem vrbe. vbi quinque menses, nec reparationi lo-
cus. Cæterum intra hoc tempus in consultationibus,
quidem quocunque die introducere licet (nulli enim
in his dies fatales, *l. vltim. pr. vers. ita tamen C. vbi sen.*
vel clar.) Si tamen prematurè appellator inducat, non-
dum exacto anno, certiorandus de eo aduersarius, arg.
l. 2 *vers. quod si ita Codic. de temp. app.* f Cúmque hic f
reparationi locus non sit, *l.* 3. *Cod. d. t.* (nam *l. vlt. Cod.*
eod. de cautis quæ more appellationum, non consulta-
tionum inducuntur, *d. l. vltim. pr. vers. sancimus*) quæ
via petitur à Principe, apparet hoc ipso iure non pre-
cibus concedi. *Fac. l. vn. Cod. de thesaur.* In alijs autem
appellationibus cerni fuerunt dies fatales, *l.* 2. *Cod. de*
temp. app. dicti à fato, id est morte, quia si non obser-
uati fuerint lites appell. expirant, *l.* 1. §. 1. *Cod. d. t.* & ita
quasi fato funguntur. t Quibus solis induci licuit, t
constituit vt & appellato non esset, ne queri possit se
insciò causam inductam fuisse, *d. l.* 2. *vers. quod si ita.*
(Dies verò intercedentes vocati temporales, *dict. leg.* 2.
vers. pen. u quia ex tempore inducendę appell. statu-u
to.) Hi in anno erant 5. totidem spaciis, quasi inter-
ualtis distincti. Primum spacium sex mensium, & dies
sequens primus fatalis, *dict. leg.* 2. *pr.* vbi tempora primi
fatalis dicuntur, scilicet quæ eum antecedunt. Neque
enim fatalis dies in sex mensibus sed in fine cuiúsque
temporis, *l. vltim. §.* 1. *d. t.* Primum hoc spatium tria alia
trium mensium sequebantur, quoque exacto dies se-
quens (ita non tricesimus sed 31.) fatalis *dict. leg.* 2.
vers. quod si primo & seqq. d. l. vlt. pr. ubi id est 93. *diebus.*
Accedebat spacium vltimum 3. mensium, quibus exa-
ctis vltimus fatalis, ex quanto fatali 91. dies, *dict. leg.* 2.
vers. quod si contigerit, iunct. l. vltim. §. 4. *Cod. eod.* In 9.
mensibus totidem fatales eodem modo, præterquam
quod primi initium post tres menses, *d. l. vlt. pr. vers. sin*
autem. In quinque mensibus 4. fatalis, detractâ enim
reparatione postremus fatalis detrahitur. Et hæc iure
veteri. Postea Iustin. sanxit, v. pro quouis vno die fatali
10. obseruarentur, quibus induci appell. posset, 4. ante
veterem fatalem, & 5. post eum, *dict. l. vltim. §.* 1. *Cod.*
de tem. app. Et per quatuor quidem priores fatales ipso
iure potest induci. Si verò illis excideritappellator, iu-
re ipso expirat appellatio, nec nisi beneficio Principis
restauratur. Quæ reparatio dicitur, cui tres postremi
menses dâtur, ex quibus postremus fatalis, in quo hæc
peritur. *dict. l. 2. vers. quod si contigerit d. l. vlt. in fin. pr.*
x Planè ne victor conquerendi causam habeat, nimis x
longum tempus appellanti tribui, licet & ipsi victori
præmaturè appell. inducere (certiore tamen eâ de re
facto appellatore.) Quod enim ei diserte in consulta-
tionibus concessum, *l.* 37. *vers. his videl. C. h. tit. l. vlt. §.*
2. *C. de temp. app.* ex paritate rationis ad alias quoque
appellationes protrahendum.

NOTATA.

a Is verò oportet, vt maior sit priore iudice. Neque ad a
compares iudices appellationem referri decet, sed à minore
iudicio in maius tribunal adscendere, vt *Nouell.* 23. *cap.* 4. *c pla-*
cuit 9. *c. anteriorum* 28. § *illo videl. cap.* 2. *quæst.* 6. Nam cum
in æqualem, nedum in maiorem minori, nulla sit auctoritas,
non conuenit, vt hic eius acta gesta conuellat, *Bodin.* 3. *de*
Rep. 6. *num.* 319. *Marantа p.* 6. *h. t. num.* 3. *P. Greg.* 1. *de appell.* 3.
num. 2. *&*

num. 2 *& lib* 4 *cap.* 1. *num.* 1. *& 3. Besold. de appell. cap.* 4. *n.* 1.
& 2. Quod quidam de naturâ, alij de substantiâ appellationis
esse docent, vt contra legem municipij vsúve caueri non pos-
sit, quin is qui appellatur, aliqua saltem ratione, superior sit,
cum hæc sit signum & pars superioritatis *Vuesenb. cons.* 41. *n.*
46. & Dd. passim vid. *Knich. de Saxo. non prouoc. iure v. iuc cap.*
2. *& Encyclopædia cap.* 6. Hinc ex quo Macedonum Regibus
Athenienses multum parueruit, non tamen appellationis,
aut querelæ viâ sententias, aut decreta sua extra vrbem & di-
tionem ad Macedonum tribunalia deferri passi sunt, *Ioach.*
Steph. 2. *de iurisdict.* 11. *num.* 20. *& seq.* Etsi immediata subie-
ctio hinc non ita arguatur, cum non ita substantiale appella-
tionis sit, verùm gradatim, P. *Gregor. d. cap.* 3 *num.* 4. *Matth.*
Steph. de iurisdict. lib. 2. *p. v. cap.* 7. *numero* 357. Attamen con-
suetudine induci posse, vt ad peregrinum iudicem, & à quo
non dependet iurisdictio iudicis à quo appelletur, adstruit
Coler. cons. 1. *num.* 283. & seqq Quomodo olim ex regno Boë-
miæ prouocationes deferebantur ad Curiam Magdeburg.
& Lipsiensem, priusquam appellationum iudicium Pragæ
institutum *relat. Orat. Veneti ex aulâ Imp. Rom. part.* 1. *Thes-*
sauri Politici Phil. Honorij pag. 61. Hodieque à Rustochiensi
Senatu vel Curiam Ducis Megapolens. vel Senatum Lube-
censem appellare liberum est. Sicuti & aliæ ad mare Balthi-
cum ciuitates eúndem Senatum appellant. Cuiusmodi Pro-
uocationes in viim magis consilij, seu consultationis aut
prorogatæ iurisdict. fieri censet *Matth. Steph. d. cap.* 7. *num.*
b 362. *add. Boer. d. iurisdict. cap.* 3. *num.* 76. b De appellatione
à delegato, item sententiâ *d. l.* 1. §. 1. ac conciliatione cum *l.*
seq. 2. *& l.* 1. *Cod. Qui pro sua iurisdict. vid. Gouean. ad l.* 1. *de*
iurisdict. num. 6. *& l. var. lect.* 46. *Vacon.* 6. *declar.* 84. *Zoan. Re-*
stitut. ad Pand. cap. 9. *Fachina* 1. *contr.* 78. *Marant. hoc tit. num.*
386. *& seq. Petr. Greg.* 4. *de appell.* 8. *Per. Gail.* 1. *obs.* 121. *Vuim-*
ser. tit. 24. *obs.* 5. *Hartm. tit.* 19. *obs.* 28. *M. Anton. de Amatis de-*
cis. 47. *Anton. Fab. C. suo hoc tit. defin.* 30. Confer. *Bouer. sing.*
64. *num.* 11. *Bodin.* 3. *de Rep.* 6. *num.* 320. A vicario quis appel-
letur, *Marant. h. tit. num.* 380. & seqq. Confer. *Cuiac.* 16. *obs.* 2.
Scip. Gentil. 2. *de iurisdict.* 9. *Gerlac. Buxtorf. dissertat. in* 17.
c *priora aureæ Bull. Caroli IV. capita concl.* 63. c *l.* 13. *C. Th. eod.*
P. Greg. 3. *de appell.* 14. Aliquando ab ijs ad consules prouo-
d catum. *Valer. lib.* 7. *cap.* 7. *Langle* 7. *Semestr.* 5. *pag.* 332. d Olim
nec à Præfecto vrbi appellari potuisse statuit *P. Busius* 1. *sub-*
til. 14. per locos *Symmach. lib.* 10. *epist.* 29. 41. 46. quæ tamen
non hoc, sed contrarium probare videntur. Tametsi & hic
vice sacra iudicare diceb atur. Quomodo in antiquâ inscript.
parte 3. *Topographiæ vrbis Romanæ Iani Iacob. Boissardi pag.*
109. Neratius Cerealis Præfectus vrbi vice sacra iudicans fit
sanè indiscretæ dignitatis ducitur cum Præfecto prætorio,
l. 1. *Cod. de præf. præt. sine vrbi, lib.* 12. *tit.* 4. † Olim ad quos
Prouocationes factæ vid. *Broida. supplem. histor. fori Pollatti*
e *lib.* 5. *cap.* 16. *Cuiac.* 21. *obs.* 33. *Petr. Gregor.* 4. *de appoll.* 11. e Ä-
lia de his constituta in Notellis passim, vt *Nou.* 20. *Nou.* 23.
cap. 4. *Nou.* 24. *cap.* 5. *Nou.* 25. *cap.* 6. *Nou.* 29. *cap. vlt. Nou.* 30 *cap.*
11. *Nou.* 62. *pr. Nou.* 75. *Nou.* 82. *cap.* 4 *Edicto Iustin.* 8. *cap.* 1. §. 1.
Nou. 126. Ex quâ patet coram his cognitoribus eodem modo
peractas appellationes esse, ac si Princeps adesset. Vnde *Ioach.*
Steph. de iurisd. 12. *num.* 35. eadem obseruata fuisse solennia
vestium, seu indumentorum & calceamentorum, quibus tum
litigantes, tum aduocati ex singulari habitu coram Principe
in eiusdem Consistorio vtebantur. Sed in his cum exoluerint,
immorari nihil attinet. Videri potest *Ioach. Steph. d. l.* 3. *cap.* 10.
f *numero* 22. *& seqq. & cap.* 13. *numero* 7. *& seqq.* f Confer.
not. cap. præced. lit. Kk. Auri autem libra 72. auri *Goth. ad*
g *Nou.* 23. *in epitome lit. E. g Nou.* 30. *cap.* 9. vbi cum increpatione
remitti dicitur, qui continuò relicto magistratu suo ad Imp.
decurrit. Atque hoc est quod vulgò: gradatim fieri debere
appellationem, vid. *Marant. p.* 6. *h. tit. numero* 368. *Petr. Gregor.*
1. *de appell.* 3. *num.* 3. *& 4. & lib.* 4. *cap.* 2. *Mynsing.* 1. *obs.* 67.
Gail. 1. *obs.* 119. *num.* 2. *Hartm. tit.* 19. *obs.* 5. *Peguera decis.* 91.
Mol ler. 2. *Semestr.* 30. *Speckhan. cent.* 2. *cl.* 4. *quæst.* 47. fusè Bre-
h *derod. h. tr. p.* 1. *tit.* 18. h & plurib us similibus citatis à Bre-
derod. d. t. 18. *v. ad Papam.* Rationem diff. reddit *Rebuff. pri-*
uil. schol. 164. quia Imp. in quem populus potestatem suam
contulit, in eundem illiberalis esse non debet. Papa autem
à CHRISTO ius sum habens nemini quidquam debeat.
Item quod Papa, omnium Patrum pater, cum omni-
bus Prælatis in eadem iurisdict. concurrat, eámque ha-
beat non per communicationem, ne sit Collega, nec per
gradum seu dependentem ab alio, sed vt totum continens
omnia, sicut Oceanus fluuiorum omnium receptione
i auctor non sit. i Casus tamen excepti aliquot statuuntur.
De quibus *Bredered. h. tr. part.* 1. *tit.* 18. *Petr. Gregor.* 4. *de ap-*
pell. 3. *Mynsig.* 1. *obs.* 67. *Speckhan. d. quæst.* 37. *numero* 4. & seqq.
Sicuti à Studioso Imp. rectè appellari omisso medio plerisque

conuenit *Horat. Luc. priu. schol* 72. *Rebuff. priuil.* 164. *Pac.*
ad nuct. habita, cap. 6. *num.* 18. *Peguera decis.* 191. *num.* 12. *Bre-*
derod. h. tr. parte 1. *tit.* 13. *v. scholaris Marantа h. t. n.* 173. Neque
hoc, vt gradatim fiat absolutè necessarium, quin contra lege
caueri vsúve recipi potest. Sicuti in Siciliâ *Marat. h. t. nume-*
rò 377. & Hispaniâ *Gutierrez. lib.* 1. *pract. q.* 42. à quouis iu-
dice Rex appellari potest. Et apud Francos Curiæ supremæ
in causis capitalibus *Guiac.* 21. *obs.* 33. *Leonin.* 7. *Emend.*
6. *numero* 4. *Petr. Gregor.* 1. *de appell.* 3. *numero* 4. Sed &
Princeps inferior per contractum iudicationem à se ab-
dicare potest; vt eo prætermisso, rectà ad Cameram
appelletur, vid. *Matth. Steph. de iurisdict. lib.* 2. *p.* 1. *cap.* 7. *nu-*
mero 357. & seq. & Si Ciceronis iaculum spectes, non si k
posterius; *Arnob. lib.* 5. Vnde est vobis cognitum aut vnde
initimarum. *Sidon. lib.* 7. *epist.* 10. spontaneo memoratu in-
timarei. Similes loci apud *Symmach.* 1. *epist.* 89. 5. *epist.* 30.
&c. † Cæterum verbo hæc insinuatio fieri potest iudici
ad quem (de eâ quæ fit iudici à quo vid. *cap. præced. lit. V.*
& in not. lit. Z.) si instrum non statim haberi queat
Mynsi. 1. *obs.* 83. vide de hac *Bredered. h. tr. parte* 1. *tit.* 12.
P. Greg. 6. *de appell.* 8. & seq. l vt & de appellantis diligentiâ l
verè constet, ne censeatur tacitè renunciasse appellationi
& acquieuisse sententiæ, vtque negligentia iudicis appa-
reat. Quomodo & trinæ monitiones aut edicta requiran-
tur ad contumaciam citati, *Blarer. in l. diffamarè cap.* 6. *nu-*
mero 28. *Gœd. de contr. stip. cap.* 11. *numero* 72. Et si vsu
obtinuit, vt iteratæ petitiones etiam simul vno contextu
ac in ipsa appellatione fieri possint *Vestr. lib.* 7. *Pract. cap.*
3. *numero* 55. *ibique Granat.* vid. & *Mynsi.* 2. *obs.* 24. *Ca-*
cheran. decis. 12. In Camera verò recipitur apostolis non
petitis *Gail.* 1. *obs.* 139. *numero* 15. *Mynsi.* 4. *obs.* 36. *P. Frid-*
der. 1. *de proceff. extrah.* 7. *numero* 26. & seqq. Quos de apo-
stolis his plenius consule, vti & *Cuiac.* 24. *obs.* 29. *Gœd. ad l.*
106. *de V. S. Vuurmser.* 24. *obs.* 23. *Marantа p.* 6. *h. t. numero*
219. *& seqq.* (vbi *numero* 24. quod dentur expensis appel-
lantis) *Petr. Gregor.* 6. *de app.* 2. *&* 7. *Bredered. h. tr. parte* 2.
tit. 4. *Vuenhner. pract. obs. de V. S. v. Abschiedbrieff. Polydor.*
Ripa de nocturno tempore, cap. 38. vnde dicti etiam
Scip. Gentil, orig. lib. sing. pag. 586. m Ita quoque in *d. l.* 6. m
§. *vlt. vt & in Nou.* 134. *cap.* 3. similia verba exponit
Cuiac. in d. Nou. 134. *& 24. obs.* 29. *ac de diuers. temp. pra-*
script. cap. 10. Sanè iudex si velit, hunc terminum coar-
ctare & minorem præfigere potest, *Granat. ad Vestr. libi*
7. *Pract. cap.* 3. *numero* 71. n De hac actorum editione n
vid. *Gail.* 1. *obs.* 134. *& Greuæ. ibid. pract. conclus.* 134.
vbi *numero* 13. & seq. exemplum, non authenticum,
edi tradit, nec si diserte iudex superior mandauerit
o Vulgò refutatorij apostoli statuuntur, quibus iudex o
ostendit, superiori appellationi, seu iniustæ deferendum
non esse, & ita eam refutat *Gœd. ad l.* 16. *de V. S. numero* 4.
vid. P. Greg. 6. *de app.* 2. *numero* 2. 6. *& seq. Marant. p.* 6.
h. t. numero 225. *Bredered. h. tr. p.* 2. *tit.* 4. & alij. Sed Do-
nello ferè conuenit *Cuia.* 22. *obs.* 33. hos Græci vocari
ἀναπληρωτὰς, & supplementa partium à *Symmacho* do-
cens. p vid. *Nou.* 26. *princ. Nou.* 75. *Marantа parte* 6. *h. t.* p
numero 7. *& 3. seqq. Petr. Greg.* 1. *de appell.* 4. Enimverò & in
præced. & seqq. h. cap. sunt quæ non plenè satisfaciunt,
sed ne examinem, loci angustia vetat. q De appellatione q
deserta quomodo dicatur, quæ & vnde talis habeatur, de-
que alijs ad eam spectantibus &c. adiri possunt, *P. Gre-*
gor. 8. *de appell.* 2. *& 3. Marant. h. t. numero* 408. *& seqq.*
Gutierrez. lib. 1. *pract. q.* 109. *Tuentacing.* 2. *pract. resol.*
h. t. resol. 10. *Christoph. Besol. h. tr. cap.* 10. *Menoch.* 2. *præ-*
sum. 96. *Vestr. lib.* 3. *pract. aulæ Rom. cap.* 6. *Gail.* 1. *obs.*
137. & seq. *Vuurmser. tit.* 24. *obs.* 21. & seq. *Mynsi.* 2. *obs.* 59.
& seq. (vbi quando non excipiente parte attendenda de-
sertio) *& obs.* 77. *ac.* 3. *obs.* 22. M. *Ant. de Amatis decis.*
32. & seq. *P. Aemil. decis. Rotæ* 30. *&* 2 & seqq. *parte* 1. *Georg.*
de Cabedo p. 1. *decis.* 42. *Guid. Pap. decis.* 135. *&* 185. *Ca-*
cheran. decis. 7. *&* 28. *Anton. Fab. C. suo tit. de temporib. ap-*
pel. Num à sententiâ qua deserta pronunciatur, appellan-
dum, plenius excutit *Rauchb.* 1. *q.* 14. † De fatalibus, vt vo- r
cant, introducendæ appellation. *Gail.* 1. *obs.* 140. *Mynsing.*
3. *obs.* 94. *&* 6. *obs.* 12. *Petr. Gregor.* 6. *de app.* 8. *&* 9. *Bre-*
derod. h. tr. pr. 2. *tit.* 7. *Besold. h. t. cap.* 9. *numero* 4. *Rauchb. p.* 2.
quæst. 24. *numero* 37. & seq Cæterum & iudex à quo introdu-
cendæ appellationi breuiorem terminum præfigere appel-
lanti potest, etsi non finiendæ, *cap.* 4. & sequenti *cap. ex in-*
sinuat. 50. *cap. oblatæ* 57. *h. t.* cum vt citiùs tradiusve peragatur,
non ad ipsum, sed ad superiorem iudicè pertineat, vid. *Marant.*
h. t. num. 205. *&* 412. *Vestr. lib.* 7. *pract. cap. vlt. n.* 3. *ibique Gra-*
uat. num. 24. *& Hartm. tit.* 19. *obs.* 9. longiorem autem statuere
non potest, *Gail.* 1. *obs.* 140. *num.* 3. *Gorset. sing.* 9. *n.* 2. f De de- f

uolutione appellationis & vt ad notitiam appellati venire debeat, vid. *Verſt. lib. 3. Pract. cap. 6.* t Ita enim lites & actiones viuere legimus *l. 3. C. de temp. app.* (etſi ibi pro *viuendi vtendi* reponat Baſilic. auctoritate *Leunclau. lib. 2 Notator cap. 213.* ſed malè) *l. vlt. C. de fid. inſtr. §. 1. I de perpet. & temp. act.* ac mori, *l. 3. §. 1. D. Qua in fraud. cred. l. cum lite mortuâ 2. D. Iud. ſolui. l. 13 § 5. C. de iudic.* perire item ac perimi, *l. 18. q. de dolo.* Quippe vt vita hominis ex Philoſophorum ſententiâ in fato ſtare dicitur, fato finiri & per fatum vita abrumpi. Ita per metaph. liti quædam adſcribuntur viuendi & moriendi ſpatia, vt terminus prò fato ſit, quo lapſo mori cenſeatur. Hinc fata cauſſarum, vt *not. 5 lib. cap. 3. lit. L.* Et in hoc rectè conuenirunt *P. Greg. 8. de appell. 2. num. 7. & 5. Cuiac. 18 obſ. 37. Io. Vuames. ad c. 5. extra h. t. num. 2. Beuſt. ad l. 1. D. de iurei. nu. 87.* Fallitur itaque *Bodin. 3. de Rep. 6. num. 324.* inueterato errore incongruè, ſic vocari ſentiens, nullum veterum fatalem diem fatalia tempora vſurpaſſe, ſed ſtatos dies, ſtatutum tempus. Errorem inde ortum eſſe, quod qui leges Codicis & Nouell Latinè verterint, prò *χρόνος ἱκανὸς*, legerint *χρόνος*. Quem refellit & exagitat *Cuiac. d. cap. 38.* Confer. *Hering. de fideiuſſ. cap. 20. §. 10. num. 86.* & ſeqq. Planè illud minus approbatum videtur, quod *P. Greg. d. cap. 2. nu. 9.* & 10. fatales quoque cenſet dici poſſe, quia definiti à lege citra partium placitum, quod & fatum decretum ſignificet, ac quod præter voluntatem noſtrâ accidit. u Diſſ. *Cuiac. 12. obſ. 4.* ſtatuens diem temporalem in *d. l. 2.* & *l. 32. §. 4. C. de app. l. 63. C. Th. eod. l. vlt. de reparat. appell.* eundem eſſe fatali. Quem laudat *Io. Vuames. ad cap. 5. extra h. t. num. 1.* x De reparatione hac, item de reſtitutione in integrum contra lapſum fatalium, vid. *Cuiac. 12. obſ. 4. & de diu. temp præſcr. cap. 16. Mynſing. 5. obſer. 98. Gail. 1. obſ. 143. M. Anton. de Amatis deciſ. 77. Anton. Fab. Cod. ſuo de temp. appell. defin. 15.*

CAPVT VIII.

Proſecutio appellationis.

4 QVID DELATA ET INDVCTA VALEAT. EFFECTVS [a] VT SENTENTIA à qua appellatum eſt, RESCINDATVR & & in melius reformetur *l. 1. h. t.* Quod beneficium & victori commune, nam & hic de ſententia, ſi quid minus eâ conſecutus, queri poteſt, immò etſi abfuerit, iudex eius partes pro officio impleat, *l. vlt. pr. C. h.* [b] Sed ſi de ſorte queratur, non ſi de ſumtibus tantum, præterquam in conſultatione, cuius iudices de his quoque ſtatuunt, aſt ſine prouocatione, *l. vlt. C. Quand. prou. non eſt nec.* Sed SI INIVSTA. Iuſta enim confirmatur *l. 6. in fin. pr. C. h. t.* Debet igitur appellator cauſſâ appell. exſequi *l. vlt. §. vlt. D. h. t.* cauſſas reddere *tit. D. An per al. ca. appell. reddi*, docere ſe iuſtè appellaſſe, *l. 7. C. h.* [c] Poteſt autem & nouas inſtituere probationes, & iudicio priori omiſſum allegare, *l. 6. §. 1. C. h. t.* Quod & victori licet, *l. 4. C. de temp. appell.* dum tamen nouæ aſſertiones vel exceptiones ad nouum capitulum non pertineant, ſed ex anterius propoſitis oriantur, iiſue coniunctæ ſint, *d. l. 4.* [d] Poteſt item & alias in agenda cauſsâ rationes quàm quas libello appellatorio complexus eſt, reddere, *l. 3. in fin. D. h. t.* [e] Hic autem DVO CAVENDA. I. QVIS CAVSSAM REDDAT? QVI APPELLAVIT, etſi nomine alieno agat, *l. 27. h. t.* dum dominus litis iure non prohibeat, vt poteſt ſi ipſe actionem cauſſę ſuſceperit *l. 9. C. h.* etiam inuito & non ceſſante Procuratore. 1. per *d. l. 9.* verbis: *etiam abſente*. Ergo & præſente, nec diſt. paratus ſit agere necne, ſuſpectus ſit an non &c. 2. per *l. vlt. D. an per al. ca. appell.* Nam etſi ibi quæſtio de Procuratore ceſſante, reſponſio tamen certa & generalis. Nec quid proponat Iuriſconſultus, ſed quid reſpondeat, ſpectandum eſt. Excipiendi pupilli & adulti, qui vbi tutor vel curator appellauit, non poſſunt ipſi perſequi, niſi tutelâ curâve finitâ *l. vlt. §. vlt. D. h. t.* Contra ceſſante minore perſequi eâ finita tutor vel curator qui fuit, cauſſam agere cogitur, donec rationes reddiderint, vt & heres eius æquè teneatur, *l. pen. h. tit. l. vn. §. vlt. Si pend. appell. mors interu. l. vlt. D. ſi tut. vel cur. vel magiſtrat. l. vn. C. vt cau. poſt pub. adſ. tut.* Denique & per Procuratorē cauſſas reddere licet, *l. 18. hoc tit.* in cauſſis nempe Procur. recipientibus, *l. 1. An per al. ca. appell.* [f] III. INTRA QVÆ TEMPORA, quibus exactis iudex ad quem ſententia exſequitur, *l. 8. C. h. t.* [g] In appellatione à munere delato duo menſes, aduerſus præſentem ſtatim abſentem ex die ſcientiæ computandi, *l. 1. C. de temp. appell.* Vbi verborum *ex eo die &c.* nō hic ſenſus, quaſi interponendæ dati eſſent 2. menſes (ne ob *l. 1. §. 6. Quor. appell.*) ſed hic quod duo menſes, dati, ſcilicet exercendæ appellationi, computandi ex die interponendæ. A ſententia verò annius [h] niſi doceat appellator, per ſe non ſtetiſſe, ſed iudicis iniuria cauſſaue ineuitabili impeditum, vbi alter annus. [i] Biennio verò tranſacto non audiendus, etſi per iudicem ſteterit, ſed querelæ contra iudicem locus, *l. vlt. §. 4. C. de temp. appell. Nou. 9. pr.* [k] Ipſi autem victori appellatore ceſſante, poteſtas poſtulandi, vt de appell. cognoſcatur, [l] ſed ſub finem biennij, cum vnus adhuc menſis ſupereſt. Vbi etſi appellator perquiſitus non compareat; iudex ſuperior cognoſcit, nec tamen ſemper contra appellantem fert ſententiam, ſemper tamen eum abſentem in expenſas condemnet, *auth. ei qui C. de tem. appell. d. Nou. 49. pr.* Sed & duæ cauſſæ, quibus poſt biennium appellans auditur. 1. Cum cauſſa agitur in Conſiſtorio Principis, & per Procerum occupationes ſtetit &c. *l. vlt. §. 3. C. d. t.* [m] 2. Si in medio motæ appellationis arbitri electi, & dum hi cognoſcunt, biennium exit, ſi cauſſa ad iudicem appellationis redeat, *auth. ſi tamen C. d. t. Nou. 93. cap. 1.* [n] Denique heredibus appellantis, præter tempus, quod deceſſori reſtabat, indulti quatuor menſes numerandi ab elapſo tempore deliberandi, *l. vlt. Cod. ſi pend. appell. mors interuen.*

NOTATA.

[a] Vulgò ſtatuuntur duo præcipui effectus: Suſpenſus & deuolutiuus vid. *P. Gregor. 6. de appell. 11. & ſeqq.* [b] De hoc & vt Appellatus poſſit adhærere appellationi aduerſarij, vtque ſententia in totum ſuſpendatur, & ad fauorem appellati reformari poſſit, vid. *Mynſ. 2. obſ. 21. Gail. 1. obſ. 122. numero 3. & 4. Trentacinq. 2. pract. reſol. h. t. reſol. 7. Ant. Fab. C. ſuo h. tit. defin. 20. Boër. deciſ. 73. numero 7. & 8.* Confer *Peguera deciſ. 194.* Sic quoque leuteranti deteriorem ſententiam dicere poteſt iudex, etſi Leuteratus id non petat, *Modeſt. Piſt. p. 1. quæſt. 22.* [c] Vulgò iuſtificationem appellationis nuncupant, de quâ fusè *Brederod. h. t. parte 2. tit. 33.* Enim verò *Anton. Fab. Conſ. ſuo h. t. defin. 15. & tit. de iudic. defin. 20.* apud ſuos iudicatum memorat, quod appellans cauſſas nullas reddendo, ſi profiteatur, ſe velle rem cognoſci ex prioris inſtantiæ actis, obtineat, ſi ex iiſdem iniquitas prioris ſententiæ appareat, cum ſcripturæ grauaminum extra Proceſſum ſint, nec appellationem conſtituant. Quæ ſententia rationem habet. Attamen *Gilman. lib. 2. deciſ. Cam. 42. numero 3.* teſtatur, quod ni Appellans iuſtificet, quoad ſententiæ iniquitatem, ſuccumbat, etſi de eâ vel grauamine conſtiterit. Et *Gail. 1. obſ. 128. numero 7. & 8.* libellum appellationis nihil noui, ſed meram repetitionem priorum articulorum continentem reiici. Cæterum nec inter Dd. vulgò ſatis conuenit, anne appellanti de iniquitate an, appellato de iuſtitiâ prioris ſententiæ edocere incumbat. Quod non deſunt, qui ſtatuunt, maximè ſi reus condemnatus appellauit. Quo de vid. *Guid. Pap. deciſ. 10. Cacheran. deciſ. 13. P. Gregor. 6. de appell. 13. Brederod. h. tr. part. 2. tit. 35. §. 1.* Sed omninò id appellantis officij eſſe probat *dict. l. 7. Cod. h. tit. cap. cum in eccleſia 38. extra eod. l. vn. Si pend. appell. mors interuen. &c.* Nam ſi reus priori ſententiâ iniquè condemnatus, actoris probationibus, non conuictus, non vtique hoc neceſſe erit, vt in appellatione negatiuam probet, ſed oſtendat oportet ex prioris litis inſtrumentis illi probationem actoris ſufficientem non ineſſe. [d] Nouæ probationes non ſiant ſuper aliâ re, quam antea verè in iudicium deducta vid. *Matthæſilan. ſing. 240. Gilman. lib. 1. deciſ. Gam. 22. numero 8.* &

& ſeqq. Et regula *Non deducta deducam &c.* locum habet in concernentibus deciſionem negotij principalis, itaque purgari poſſunt omnes errores, qui cauſſas cauſſæ concernunt, *Hieron. Bruckner in Corollar. 1. ad deciſ. Maynardi numero 10.* Non autem ea ſic reparari poſſunt, ex quibus ad deciſionem cauſſæ nihil infertur, vt ſunt declinatoriæ & dilatoriæ iudicij exceptiones, *Magon. deciſ. Florent. 98. numero 11.* (vbi eiuſdem naturæ eſſe vult, cautionem pro releuando ſequeſtro) *Sich. ad l. 13. C. de Proc. numero 13.* quia, ait, appellatio ponit rem in eundem ſtatum, quo erat poſt litem conteſtatam. Iam verò in priori inſtantiâ non licuit obiicere poſt iudic. acceptum excep. dilatorias, ſed peremtorias ſolùm. Ergo nec hic aliæ audiuntur. Confer. *not. 5. lib. 22. cap. 9. lit. Cc. p. 979.* Teſtes quoque nouos ſuper iiſdem vel directo contrariis articulis producere vetitum *Nou. Elect. Sax. 21. part. 1.* Quod & iure Canonico cautum, ob eundem ſubornationis merum *Clem. vlt. de teſtibus*, & num iuri ciuili conſonum ſit, diſceptatur. Ac *Mynſ. 1. obſ. 41.* etſi contra in Camerâ receptum ſit, aliam tamen & quod ius Ciu. Canonico in eo conueniat, veriorem receptioremque cenſet. Verùm & in hoc ipſo quoque aduerſatur *Rainal. Cor. 2. indag. 6.* e Et ſi plura grauamina propoſuit, ſufficit alterum probare, per *l. 13. §. 1. h. t. cap. ſignificauit. 48. extra eod.* modò tendant ad eundem effectum, ſecus ſi ad diuerſos, ex *Maſuer. & Guid. Pap. Brederod. h. tr. p. 2. t. 35. §. ſi plura grauamina.* f vid. *cap. ſæpe contingit 44. cap. interpoſita 70. §. 1. extra h. t.* Requiritur autem reſponſalis idoneus vt vocat *d. c. 44.* ſcilicet cui aut tota cauſſa agenda aut defendenda commiſſa aut ſpecialiter appell. proſecutio & iuſtificatio. Quod ſi non recepta appellatio à iudice nec ab aduerſario approbata eum ad impetrandum ſcilicet reſcriptum & contradicendum iis qui contra niterentur conſtitutum eſſe ſufficit *d. c. 70. §. 1. &c.* g Immò ſi lapſu fatalium deſerta appellatio vel iudex ſuperior deſertam pronunciauit, exſecutio eſt prioris iudicis, ad quem iuriſdictio reuertitur, & quâ iudex appellationis ob deſertionem caret, per *l. vlt. §. 4. C. de temp. app.* verbis: Sententiam ad effectum perduci tanquam ſi ab initio minimè fuerit pronoucatum, & arg. *cap. cum in eccleſia. 38. extra h. t. Clem. pen. eod. Gail. 1. obſ 113. numero 14. & obſ. 137. numero 3. Mynſ. 4 obſ. 94. Vuurmſ. t. 23. obſ. 3. numero 2. Brederod. h. tr. p. 2. t. 41. f. 683.* Certè *d. l. 8.* Donelli opinionem non probat. Neque enim inde apparet, an rector, de quo ibi, appellatus fuerit, an alius ab illo. Atque hic iudex ſuperior nec ex conſenſu partium de cauſſâ principali iudicare poteſt, niſi ſi iniquitas appellationis conſtet ex litis inſtrumentis, vbi ſententia prior confirmari poteſt. Quod proderit appellato ad hoc, ne deſertor reſtitutionem aduerſus lapſum fatalium impetrare poſſit *Gail. d. obſ. 137. numero 1. & 2.* In Curia prouocationum Elect. Sax. appell. deſertam pronunciari oportet, & cauſſam ad iudicem à quo remitti, quam is non prius exſequitur, quàm vbi ea ſententia in iudicatum tranſiit, *Moll. 4. Semeſtr. 32. numero 5.* [h] De fatalibus proſequendæ & finiendæ appellationis, vid. *Marant. p. 6. h. t. numero 228. & ſeqq. P. Greg. 6. de app. 10. Menoch. arbitr. cap. 446. Mynſ. 1. obſ. 31. 5. obſ. 57. & 6. obſ 12. Gail. 1. obſ. 141. Quintilian. Mandoſ. in caſib. annalib. numero 134. Veſtr. lib. 3. Pract. cap. 5. ibique Granat.* Iure Saxon. habentur præter annum ſex hebdomadæ & tres dies, *lib. 1. art. 38. Coler. deciſ. 140. numero 4.* Verùm in iudicio appellationum Elect. Sax. appellatio introducta proximis ſeſſionum diebus, qui ſemeſtri lapſo recurrunt, peragenda appellanti, ni legitimè ſe impeditum doceant, aliàs deſerta iudicatur, *Moll. 4. Semeſtr. 32. numero 3.* i vid. *Gilman. 2. deciſ. Cam. 32. numero 39.* & ſeq. vbi quæ requirantur, vt detur annus ſecundus, *Marant. p. 6. h. t. numero 231.* & ſeq. vbi contra Dd. vulgò ſatis adſtruit, non ſimpliciter dari biennium, ſed exiſtente cauſſa impedimenti. Atque hic proteſtari de diligentia oportet, aliàs negligentia in iudice non præſumeretur, *Granat. ad Veſtr. lib. 3. cap. 5.* Nec vnica proteſtatio ſatis, ſed aliquoties repetenda, *Gail. 1. obſ. 141. numero 9.* Quod tamen in curia Procurationum Electorali neceſſarium non eſſe monet *Moll. d. cap. numero 4.* k Quod hodie non ſeruatur. Rarò quippe in locis qui iure communi reguntur, appell. biennio terminantur, (etſi apud nos pleræque citius) *Gail. d. loc. numero 8.* Et in Curia Rom. quoque poſt bienn. prorogationum fatalium peti licere, bis, & ter quoties iudici videtur, *Veſtr. lib. 3. pract. aulæ Rom. cap. 5.* Iudici verò à quo idem non licet, vid. *not. cap. præced lit. R. 1.* Quod declarantem vid. *Gail. 1. obſ. 122. numero 3. & 4. Trentacinq. 2. pract. reſol. h. t. reſ. 7. numero 8. & ſiqq. Marant. p. 6. h. t. numero 244. ibique Ioan. Ruland. in addit. in cap. anteriorum. 28. §. ad hoc cap. 2. quæſt. 6.* Hinc fatalia proſequendæ non currunt in Camera vid. *Gail. 1. obſ. 131 num. 7.* etſi ſi eadem coram inferioribus antea non ſeruata appell. ceu deſerta non recipitur ibid. *num. 8.* n vid. *Matheſil. in d. auth. ſi tamen & ſing. 24. Cuiac. in dict. Nou. 39. Vuurmſer. tit. 24. obſ. 2. Maranta. p. 6. h. tit. n. 242. Anton. Gabr. Rom. com. concluſ. lib. 2. tit. de Arbitr. concl. 4. Veſt. l. 7. pract. cap. vlt. n. 17. & ibi Granat. num. 41.* qui aliud ſtatuit, ſi in arbitratores compromiſſum. Num autem aliàs conuentione partium fatalia hæc extendi poſſint, anceps contentio eſt. Receptior verò eſt aff. quæ & in Camerâ recepta dicitur *Gail. 1. obſ. 141. num. 6.* (etſi in illo obloquatur *Granat. ad Veſt. 7. Pract. vlt. num. 42.*) Prò quâ facit *Clem. quamdiu h. t.* Bámque pluribus firmant *Maranta p. 6. h. t. num 236.* & ſeqq. *Aſin. Praxi iud. §. 2. cap. 9. add. Corſet. ſing. 9. num. 1. Matheſilan. ad d. auct. ſi tamen C. de temp. appell. nu. 10.* & *ſeqq. Teſſaur. deciſ. 244. Trentac. 2. pract. reſol. h. t. reſol. 10. n. 14.* Et ſanè ea aperte confirmata eſt *Conſt. Frider. de pace conſtantiæ. §. in cauſſis appellationum.* Quin in Curia appellationum Elect. Saxon. etiam tacitè hæc fieri poteſt prorogatio, neutro videlicet comparente, aut appellato de deſertione non conquerente, *Moll. 4. Semeſtr. 32. num. 5.* Planè quin coarctare partes poſſint, minus dubitandum, quia hæc contractio publico fauori conuenit, vt lites citius diriman-tur *Aſin. d. §. 2. cap. 10.* o vid. *Matheſilan. ad d. t. C. P. Greg. 8. de appell. 4. num. 8.* & ſeq. Quod pauperi fatalia non currant *Vaſq. 1. ill. contr. 41. num. 2.* & ſeq. *Veſtr. lib. 7. Pract. cap. vlt. num. 20. Gail. 1. obſ. 146.*

CAPVT IX.

Officium iudicis in appellatione.

SEQVITVR OFFICIVM IVDICIS. IN QVO ALIA COMMVNIA primo iudicio: 1. Vt litigatores intra tempora ſtatuta audiat. 2. Vt pendente appellatione, dum cauſſa in ſuſpenſo eſt, nihil innouet, ſed vt interim habeatur, quaſi nec iudicatum eſſet, *leg. 3. Cod. h. tit. leg. vn. D. nihil innouat appell. interpoſ.* vbi exempla [a] 3. Vt cauſſas redditas cognoſcat, merita conſideret, ſententiam dicat *leg. 6. §. 3. Cod. h. tit.* [b] Si non redditæ cauſſæ priorem ſententiam confirmet & exſequatur, *d. l. 6. pr. arg. l. 8. Cod. hoc tit.* [c] Semper autem ipſe iudicet, non ad ſuum iudicem negotium remittat *d. l. 6. pr.* [d] 4. Pronunciet ſententiam priorem iuſtam vel iniuſtam eſſe *d. l. 6. pr.* [e] Quod ſi interim ius mutatum ex iis legibus definiat, quæ prioris ſententiæ tempore obtinuerunt *Nou. 115. cap. 1.* [f] Non enim quæritur, qualis eſſet ſententia, ſi nunc ferretur, ſed qualis fuerit, cum lata eſt. Victum quoque de fructibus & in ſumtus litis condemnet. [g] Et cùm de facto agitur, in æſtimationem damni quod paſſus aduerſarius, quia factum non eſt. Vnde in appell. à munere damnum æſtimatur, quod Reſpub. paſſa, *l. 21. §. 2. h. l. Si tut. vel cur. vel magiſtr. 5.* Vt rem iudicatam, etiam in criminalibus exſequatur, *l. 8. l. 29. in fin. Cod. h.* [h] ALIA PROPRIA. I. QVOAD ATTENTATA. Regulę enim, quod nihil innouandum &c. excepti ſunt, [i] tum in pœna criminis iuxta diſtinct. *l. vn. §. vlt. Nihil innou. app. pend.* Cuius hæc ratio. Minore pœnâ impoſitâ tantum detraheretur de facultate ſequentis infligend. Per minorem verò cauſſam maiori præiudicium fieri non debet, non autem contrà. Tum in ſequeſtratione duabus in cauſſis. 1. Cùm ab exſecutione (quando ſcilicet poteſt, vt *s. cap. 6. lit. Bb.* appellatum. Vbi ſi de re mobili lis ipſa, ſint de poſſeſſione vel, fundis fructus interim nati vel capti ſequeſtrantur, *l. ab exſecutione. 5. C. Quor. app. non recip. 2.* Cum à ſententia, ſi poſſeſſor doceatur fructus depopulari, hi ſequeſtrantur *l. 21. §. vlt. D. h. tit.* Quandoque etiam quid innouatur aduerſus alios, vt in ſpecie *d. l. 21. §. 2.* cum magiſtratus creatus appellauit. II. IN POTESTATE SENTENTIÆ DICENDÆ, duo ſingularia. 1. Non ſemper cogitur. Superior enim vt exempli gratiâ præfectus prætorio cauſſam iudicio Rectoris Prouinciæ quandoque delegare poteſt, vid. 26. *C. d. t.* [k] 2. Poteſt alterutrâ parte præſente, proinde k

l & lite non contestatâ, *l. vlt.* §. 4. *C. de temp. app.* l III. Iudex appellationis MVLCTAM IMPONIT EI QVI TEMERE APPELLAVIT, *l.* 6. §. 4. *C. h.t.* quæ postea m definita 50. libr. argenti *l.* 5. *C. Quor. ap. non recip.* m Potest tamen appellationi renunciare, vt euitet pœnam, qui tantùm vsque ad libellos processit, necdum induxit, *l.* 28. *C. h.t. & per d.l.* §. 4. verbis: litem prosecutus. n Sed & vitatur pœna, si de negotio transigitur *l.* 8. *C. h.t.* Eadem heredis persequentis pœna. Sed hîc impunè etiam inductæ à decessore renunciat, quia in pœnam non succedit, *l. pen. de op. nou. nun.* Nam quod *l. vn. pr. Si pen. ap. mors.* dicitur causas eum reddere debere, si aduersarij interfit, intellige, non vt alioqui plecti, sed vt rei iudicatæ stari debeat, *l.* 1. *C. cod.* IV. IN CRIMINALIBVS hoc peculiare quod etsi reo defuncto in priore iudicio crimen extinguitur, *l.* 6. *de Accus. l.* 2. & 3. *Cod. si reus vel accus. mort.* si tamen appellatione pendente decesserit, supersit bonorum quæstio, *l. vn. vers. quamuis. D. l.* 3. *Cod. si pend. ap.* o *mors interuen.* o

NOTATA.

a a *Non.* 134. *cap* 3. *in fin.* Et ita *Frider. II. Imp. apud Petr. de Vineu lib.* 5. *epist.* 46. *in fin. & Epistol.* 81. 84. 89. *&c.* quod attentatum sit in irritum reuocari, & in statum pristinum reduci iubet *cap: bona.* 51. *extr h t. & simil.* Vnde vulgatiss. illud: Attentata ante omnia reuocanda, vid. citatos *j. h. cap. lit. l.* Et appellatione manus clauditur inferiori ac facultas vlterior constringitur, *Damhud. Praxi ciu.* 142. *num.* 2. *& Dd. passim.* Vti & intra decendium datum appellationi, *Corset. sing.* 7. *numero* 1. Etsi iustæ appellationi non deferens exsequi velit ei de facto resisti potest, *Coras de iur. arte, p.* 2. *cap.* 8. Sed & appellans pendente appellatione quid innouet, deserere appell. ac ei renunciasse censetur, maximè si aduersarium possessione sua spoliet *cap. an sit.* 42. *h t.* tum quia actus is contrarius litispendentiæ, tum quia iudicem contemnens iuris auxilio indignus vid. *Gail. 1. obs.* 146. *numero* 12. & seqq. *Mynsi. 2. obs.* 50. *Menoch. arb. casu* 16. *numero* 2. *Lanc. de attent. p.* 2. *cap.* 4. *Limit.* 2. *numero* 95 *& part.* 3. *cap* 31. *numero* 252. *P. Greg.* 7. *de app.* 3. *numero* 4. *&* 5. *& lib.* 8. *cap.* 4. *numero* 10. Quod tamen temperant nonnulli *Cothman. Iur. Resp.* 96. *numero* 87. Planè innouare non dicitur qui possessionem suam continuat, *Menoch. recup. poss. remed. vlt. numero* 49. *P. Aemil. decis Rotæ.* 51. *part.* 1. *Ant. Fab. C. suo lib.* 1. *t.* 10. *de-*
b *finit.* 11. b Quid si sententia prior plura capita continuit, ac à quibusdam appellatum, nunquid tota caussa suspensa & ad superiorem deuoluta, an verò pro parte eâ, qua non appellatum est inferior exsequi potest? Variant nostri. Quidam indist. totam iurisdictionem suspendi æquè ac si ab omnibus articulis, etsi articulus is, à quo appellatum, cum reliquis nihil commune habeat *Damhuder. Praxi ciu. c.* 242. *numero* 2. Alij disting. an capitula sententiæ connexa sint an separata *Boër. decis.* 73. *Trentacinq.* 2. *pract. resol. h. t. resol.* 7. *numero* 13. *& seqq. Ant. Fab. C. suo h. t. defin.* 2. *numero* 6. *ad d. Zobel. p.* 1. *diff.* 41. *numero* 3. qui eam opinionem, quod pro parte suspendatur, vsu seruari scribit. Confer. *Petr. Heig. p.* 2. *q.* 21. *Vinc. de*
c *Franch. decis.* 467. c Nec in hoc Dd. omnino conueniunt. Receptior tamen est, quod superior exsequatur, etsi confirmet priorem sententiam, modò expressè, caussæ meritis excussis (non si propter desertionem, aut lapsum fatalium, vid. *not. cap. præced. lit. G.*) *Mynsing. 4. obs.* 94. *& 5. obs.* 94. *Coler. de Process. exsec. p.* 2. *cap.* 1. *numero* 97. *Brederod. h. tr. part.* 2. *tit.* 41. *fol.* 686. Dist. *P. Greg.* 8. *de appell.* 5. *numero* 4. *Cuiac.* 20. *obs.* 36. Quos etsi non satis reuincat *d. l.* 6. *pr.* cum per recursum ibi remissio cognitionis caussa non autem exsecutionis intelligi possit, nec *l.* 32. §. 2. *C. hoc tit.* quæ de iudicato accipi potest, quo prior sententia iniusta pronunciatur *Cuiac. dict. loc.* Satis tamen refellit *auth. si quis litigantium.* C. *de episc. & Cler.* verbis: Per sententiam suam confirmet & exsecutioni propriæ tradat, &c. Sane si ab interlocutoria malè appellatum pronuncietur ad priorem iudicem, cuius officium, nec dum finitum est, recurritur, *cap. cum in Ecclesiâ* 38. *cap. vt debitus* 59. *extr. h. t. Mynsi. 4. obs* 94. *Gail. 1. obs* 131. *numero* 2. & 2. seqq. vbi tamen si inferior detulerit appellationi, cum eo ipso iurisdictionem omnem à se abdicauerit, non teneri superiorem caussam remittere, sed posse, si velit, idque expressè tunc fieri debere docet, *add. Vurmser. tit.* 24. *obseru.*
d 27. d Quin etsi ab interlocutoria appellatum, si malè iudicatum pronunciatur, tota caussa ad superiorem deuoluitur, *d. cap.* 59. *h. t. Gail. d. obs.* 131. Notabilisque eo casu cautela pro appellato traditur, vt renuncians articulo appellationis in caussa principali cognosci petat, quod appellans impedire non poterit, tum quod ipse iurisd inferioris appellando declinauerit, tum quod, si appellatio eius iusta pronunciaretur, caussa tota ad iudicem appellationis non minus deuolueretur, *Gail. 1. obs* 136. *Blarer. in l. diffamari cap.* 10. *num.* 32. e Nil verò refert, an verba di-e rigat ad appellationis, an ad sententiæ actum. Perinde est, siue dicat bene vel malè appellatum, siue bene, vel malè iudicatum, siue hæc, vt stilus ferè est, coniungat, siue neutrum dicendo condemnet, aut absoluat, vid. *Hartmitit.* 18. *obser. 6. Vurmser. tit.* 24. *obser.* 28. Tametsi olim plerunque ita pronunciari consueuisse iustam iniustámve appellationem videri, probat *Cuiac.* 4. *obs.* 18. vti & reiiciendæ formula hæc tempore Constantin. A re bene iudicatâ temere appellasti furotis audaciâ. f *Petr. Gre-*f *gor.* 8. *de appell vlt. numero* 10. Sicuti quoque sententia ferenda. Statuta & consuetudines loci vbi primò caussa tractata, *Guid. Pap. decis.* 237. *numero* 1. *Heig. p.* 1. *q.* 4. *numero* 40. *Rauchbar. p.* 1. *q.* 1. *numero* 27. Diss. quodammodo *Zoanner. quotid. cap.* 21. *numero* 3, Etsidémque naturæ est caussa appellationis, cuius caussa principalis, vt si illa summaria, & hæc, *Vinc. de Franch. decis.* 520. g Indistinctè si appellans g victus *cap. finem.* 5. *de dol. & contum. Gail* 1. *obs.* 152. *numero* 4. vid. tamen *Petr. Gregor.* 8. *de appell.* 5. *numero* 8. Sed si appellatus, tunc vbi ex veteribus act. lata sententia, vt not. s. *lib.* 27. *cap.* 3. *lit. H. cir. med,* h *l.* 32. §. 2. *Cod. eod.* h Quod expeditum apud omnes, cum sententia prio. infirmatur *Cuiac.* 20. *obs.* 36. *Coler. de Proceff. p.* 2. *cap.* 1. *numero* 98. non æquè quàndo confirmatur, vt not. s. *lit. C.* i Longè i plures Dd. proferuntur. Nam *Lanc. Conrad. de off. præt. in causs. ciuil. v. appellatio. numero* 20. & seqq. casus 23. exceptos refert: & limitationes 34. statuit *Rob. Lancellot. de attent. p.* 2. *cap.* 12. qui de his fusè tractat. Adire quoque potes *Petr. Greg. lib.* 7. *de appel.* §. *toto. Marant. hoc tit. numero* 173. & seqq. *Vestr. lib.* 8. *pract. cap* 4. *Gail. 1. obs* 144. *& 2. seqq. Mynsing. 1. obs.* 26. *& 3. obs* 33. *Ottom. Meland. Comm. Cameral. parte* 5. *Raud. decis.* 13. *num.* 5 & seqq. *& decis. seq. Guid. Pap. decis.* 213. *Afflict. decis.* 251. a c seq. *& 354 P. Aemil. decis. Rotæ* 49. & seqq. *p.* 1. *Anton. Fab. C. suo lib.* 1. *tit.* 10 *Fr. Ffeil. cons.* 175. *Sixtin. cons. Marp.* 18. *numero* 60. & seqq. vol. 2. Quod hoc ius non habeat locum quoad tertium ratione sui Interesse aliquid molientem, nisi innitatur iuri caussæ principalis *Menoch. recup. poss. remed. vlt. numero* 49. Sententiâ pro paupere latâ ita suspensâ, quod is interim ex fructibus, bonorum litigiosorum ali debeat *Cornel. Benincas. de priuileg. paupertatis quæst.* 7. *special.* 4. *numero* 17. Et quæ ad faciliorem expeditionem appellationis faciunt ac in commodum appellantis non vetita iudici, *cap. cum teneamur.* 17. *extr. h. t.* modò articulo appellationis se non immisceat. vid. *Moller.* 4. *Semestr.* 32. *numero* 6. & De Iudice, cui caussa appellationis delegata est vid. *Zoan. ver. quotid. cap.* 21. l Consent. *Io.* l *Vuamef. ad cap per tuas.* 58. *extr. h. t. numero* 4. *Ant. Rombaud. post alios addit. ad decis. Pap.* 58. & de communi testatur *Franc. de Caldas ad l.* 3. *C. de in integr. rest. in defin. v. per quod prætinum ius recup. numero* 42. modo in priori instantiâ lis contestata fuerit. Tametsi hoc contentione & contradictione, distinctionibus item non careat, vid. *Matheslan. sing.* 63. *& ibi Saryna Bouer. sing.* 36. *numero* 9. *Mynsi. 1. obs. 1. Gail. 1. obs.* 76. *Vigel. de lit. contest. cap.* 2. *p.* 554. *Obrecht. de lit. contest. cap.* 4. *num.* 36. *& seqq. Couar. in cap. Rayneld.* 18. §. 2. *testam. num.* 1. fusè *Andr. Kohl. exercit. legali.* 5. & seq. m Olim à iudicibus prouocare vacuum solutumque m omni pœna vt *Tac.* 14. *annal.* Postea ne cui solutum in hoc arbitrium esset pœnæ præstitutæ, certáque pecuniæ quantitas in æde sacra sponsione factâ ni iustè prouocasset, deponebatur, quam vincens auferebat, vel intra diem quintum ex die acceptorum apostolorum, idoneè datis fideiussoribus cauebat. Appellans de eâdem inferenda, si contra appell. pronunciaretur vid. *Paul.* 5 *sent.* 35. *ibique Cuiac. & 21. obseru.* 33. *Briss. 2. antiq.* 18. *Reuard.* 5. *var* 10. Quæ cautionum & sponsionum ratio sublata, *l.* 6. §. *vlt. C hoc tit.* mulctâ subrogatâ. Eámque esse mulctam quæ dicta præiudicialis *l.* 50. *l.* 65. *C. Th. h. t. Symmach. lib.* 1. *epist.* 37. vult *Reuard. d. c.* 10. quam tamen *Cuiac. d. c.* 33. strictiùs accipit de irrogata ei qui frustratorie ab interlocutione prouocauit. De coercitione hac, vid. & *Menoch. arb. cap.* 445. *Damhud. Praxi ciu. cap.* 241. P. *Gregor.* 8. *de app.* 5. *Marant. p.* 6. *h. t. num.* 346. docens, etsi Iur. Can. illi mulctæ 50. librarum auri non sit locus, alio tamen modo extra ordinem posse coërceri Iur. Sax. quæ pœna, vid. *diff. iur. ciu. & Sax* 41 *p.* 1. *n.* 12. *Col. decis.* 131.

Conf.

o Conf. *Mynsi.* 3. *obs* 56. o Conf. *Gail.* 1. *obs.* 137. *num.* 7. Remitti quoque pœnam ei qui appellauit à pœna corporali, iudicatum refert *A. Fab. C. suo h. t. defin.* 44. p vid. *Petr. Gregor.* 6. *de app.* p 15. *num.* 4. *& seqq.*

CAPVT X.

Vis & potestas Arbitrij.

EXpedito Necessario propriè ita dicto SEQVITVR IVDICIVM VOLVNTARIVM (connecte s. *lib.* 17. *cap.* 3. *lit. C.*) iudicum ex consensu sumtor. quod ex re vocatur ARBITRIVM a ET ex facto litigatorum pœnam inuicem compromittentium, b COMPROMISSVM, b æquè ad finiendas lites pertinens, *l.* 1. *D. h. t.* cuius vtilitas euidens, ad vitandas moras, molestias & pericula iudicij. VBI etsi naturæ ordine prior a illa vt quis recipiat arbitrium, vtque recepto eo sententiam dicat, iis tamen qui rebus integris deliberant de re arbitrio committendâ Q. I. OCCVRRIT DE VI ET POTESTATE ARBITRII, an liti dirimendæ sufficiens futurum. Hoc VT LITEM FINIAT DVO REQVIRVNTVR. I. VT IVRE NON IMPROBETVR. Quamuis enim consensu constat, & ex conuentione ratum est, cum non fraudetur consentiens, tamen arbitriis Lex imposita est, vltra quam nullum valet. ET EST QVOD IVS EXIGAT TVM IN REBVS, quibus constat, vt sunt arbiter, litigatores, lis, & lex seu conuentio deferens. c NEQVE ENIM à QVOVIS RECIPI POTEST. Non enim arbiter esse potest. 1. Qui iudex esse nequit, vt seruus *l.* 7. §. *vlt. l.* 9. *h.* fœmina *l. vlt. C. h.* pupillus, furiosus, surdus, mutus, *d. l.* 9. §. 1. minor *l.* 3. *pr. l.* 41. *h.* vbi quia ei succurri dicitur, consequens est, nec d partes eius sententiæ stare cogi d 2. Qui eius rei iudex e est *l.* 9. §. 2. *h. t.* e 3. De re suâ sumtus *l. pen. h. t.* Si verò inimicus postea factus, sententiam contra obtestationes dixerit, ipso iure valet, sed except. doli obstat *l.* 32. § f 14. *h.* f quod si ex duobus arbitris vnus non idoneus, arbitrium nullum, *l.* 7. §. *vlt.* NEC INTER QVOSVIS. Non enim inter quos iudicium non consistit, vt seruus, *l.* 32. §. 8. *h.* NEC DE OMNI RE. Non enim de famoso delicto, de re publici iudicij, de caussa status, *l.* 32. §. g 6. *& seqq.* g Non etiam de rebus quæ post compromissum acciderunt iudicare potest, *l.* 46. *h.* NEC QVAVIS LEGE. Non enim ita, vt certam dicat sententiam, h *l.* 19. aut quod Titio disceptatori placeat, *l.* 17. §. 3. *h.* h Et requiruntur hæ quatuor res non ab initio, solùm, sed & postea, ac quamprimum aliquid desinit, soluitur arbitrium, nec committitur pœna, vt si arbiter, qui iussit adesse Calendis, moriatur ante Calendas *l.* 40. *h.* si dies compromisso dictus exiit *l.* 21. §. 5. *& §.* 7. *h.* nisi nomii natim (aliàs frustrà profert *l.* 32. §. *vlt. l.* 33. i Nec si prolato die denuò in eum compromiserint inuitus arbiter esse cogitur, qui desierat, nisi per ipsum stet, quo minus intra diem partibus suis fungeretur, *d.* §. 5.) ita sumptus vt liceret diè proferre protulit *d.* §. 5. vbi omnia priore compromisso constituta; conditio pœna fideiussores, (nisi similes alios dari placeat) iidem contra constitutum pro nullo *l.* 25. §. 1. *& l.* 26. Profert autem rectè absens quoq; per epistolam vel nuncium *l.* 27. Si vnus litigatorum mortuus: nec in compromissk so heres succedit, *l.* 27. §. 1. k nisi in eo mentio facta heredis *d.* §. 1. ab vtraque parte, secus si ab vna *l.* 49. §. *vlt.* Si de re transactum, aut acceptilatione vel interitu rei sublata obligatio, *l.* 32. §. 3. *& §. h.* TVM IN FACTO ARBITRI. Cuius quia officium est, vt sententiâ suâ controuersiam finiat, *l.* 13. §. 2. inde alia respectantur ante sententiam, communia iudici. Vt ante sedem suam sacras scripturas positas habeat, vt iusiur de calumnia à partibus & aduocatis exigat, *l.* 13. *pr. &* §. 1. *C. de iudic.*

Vt caussam discutiat & cognoscat, *l.* 11. *pr. l.* 14. *l.* 25. §. 1. *h.* Non tamè plena cognitio necessaria. Quin etsi audientiam alteri vel dilationes iniquè denegarit, sententia valet, arg. *l.* 27. §. 2. l ALIA IN GENERE SENTENTIÆ. Vbi generaliter qualiscunque iusta vel iniusta rata est, *d.* 2. vbi ratio. Sed excip. 1. Ne quid inhonestum iubeat *l.* 21. §. 7. 2. Ne quid præter formam & terminos compromissi, *l.* 32. §. 15. *h.* Vnde nil agit vetans pœnam ex compromisso peti, *l.* 21. §. 4. vbi ratio *l.* 42. aut alium arbitrum statuere, sibi ue adiungi iubens, *l.* 32. §. 16. *& seq. l.* 45. *h.* diem proferens, cum de eo non cautum, *l.* 32. §. *vl. l.* 50. *h.* m Solutioni tamen diem stam tuere potest, *l.* 21. §. 2. quia pars est solutionis, de qua compromissum. Cætera, quamuis iniqua, rata sunt. Sanè si stipulantis dolo factum, vt iniqua sententia ferretur, tunc, si clausula dolum abfuturum compromisso adiecta pœna non committitur, etsi victus non pareat; immò si paruerit, repetit actione ex stipulatu. Si verò non adiecta sententia iure ciuili valida, ast prætorio inutilis ac si errore soluerit, repetit actione de dolo, *h. ec in l.* 31. *ita h. t.* n ALIA IN CIRCVMSTANTIIS n SENTENTIÆ FERENDÆ. VT sunt 1. PRÆSENTIA LITIGATORVM, nisi expressum, vt vel vno vel vtroque absente feratur, *l.* 27. §. 4. *l.* 44. Quin etsi certo loco ac tempore adesse iussus non adsit, sententia dicta æquè inualida, pœna tamen committitur, *d.* §. 4. nisi iustâ caussâ impeditus in eundem compromittere paratus, vbi denegatur actio, vel exceptio datur, *l.* 21. §. 9. Ex officio itaque arbitri est, vt certo loco & tempore adesse iubeat; nec refert, an per nuncium aut epistolam id faciat, *l.* 49. §. 1. CORPORIS ET ANIMI. Non si coram furioso, infante, dormiente, pupillo, nisi huic tutor adsit, *l.* 27. §. 5. *l.* 47. *& seqq. h. t. l. coram.* 209. *de V. S.* o ITEM ARBITRO- o RVM, cum in plures compromissum est. Nec valet, si vno absente reliqui iudicent. p 2. Locus [*Hic lacuna,* p *nec contextus integer in opere Donelli & omissa quæ de loco tractanda nec superior editio quidquam suppleuit.*] 3. TEMPVS, quod ne idoneũ sit, facit vel conditio dici, vt Dominici *l.* 3. *C. de feriis,* vel res eo tempore tractata, cui sententia arbitri præiudicium fieri non debet, vt *l.* 32. §. 10. *h.* Pone: Qui à defuncto 10. petierat & de eo compromiserat, nunc contendit se esse heredem contra legitimos. Hîc si arbiter pronunciet 10. deberi, tacitè confirmaret illos esse heredes, itaque præiudicium hereditati fieret contra *l.* 5. *in fin. de per. her.* vel priuilegium temporis postea incidens, quale est Legatis, vt *l.* 32. §. 9. *h. t. iunct. l.* 2. §. 3. *de iudic.* Aliàs omni tempore, etiam feriato, sententiam dicere potest, etsi hoc non cogatur, *l.* 13. §. 3. *h.* q etsi non consentiant litigatores, modò adsint. Nec obstat *l.* 14. *h. t.* Nam & q ibi dicitur; *si hoc præter missum,* id est, si non statuerit diem partibus *consentientibus* omni tempore cogi r II. r Vt ius SENTENTIAM TVEATVR, eique parere cogat. t COGENDI litigatores DVÆ RATIONES. OBLIQVÆ; quæ conuentionalis, cùm pœna certa mutuò promissa. (Non enim cogitur districtè sed metu pœnæ sub conditione, nisi eam pendere malit.) Quæ stipulatio dicitur compromissum, ac prodest & vt cogatur parere, & vt pati sententiam. Committitur ergò etiam si per eum steterit, quò minus sententia ferretur, *l.* 27. §. 4. *D. l.* 2. *C. h.* Ratio in *l.* 161. *de I.* Et hæc ratio sola fuit ante Iustin. *l.* 1. *C. h. t.* ne sententiæ priuatorum esset iudicati auctoritas. ET DIRECTA, quę legitima à Iustin. inducta certis conditionibus positis in facto litigantium. Quę ex priorib. eius ll. quatuor, quę non iunctę modò, sed & singulę prosunt: 1. Si litig. iurei. cauerint se staturos sententię, idque testatum fecerint. 2. Si his stipulantibus arbiter iurauerit, se religiosè iudicaturum. 3. Si sententię subscripserint partes, hæc in *l.* 4. *C. h. t.* 4. Si silentio eam confirmauerint, ideſt, si intra 10. dies non denun-

eiauerint aduersario vel iudici non placere *l. pen. C. h.* Priores duæ conditiones abrogatæ *Nou. 82. cap. 11.* Posteriores relictæ. Datur autem Actio IN FACTVM VEL CONDICTIO EX LEGE, vel in rem vtilis, pro facti qualitate, *d. l. 4.* vt ad similitud. iudicati sententia exfecutioni mandetur per competentes Magistratus, perinde ac si iudicio actum esset, *d. l. pen. pr.* AC EXCEPTIO PACTI ibid. Tuetur autem ius sententiam primam. Nam sententiam mutare arbitro non licet, nec si in dicendâ errauerit, quia eâ dictâ arbitrium finitum *l. 29. §. vlt. l. 20. l. 21. pr. h.* Sanè iussum ante sententiam mutare potest, *d. §. vlt.*

CAPVT. XI.

Necessitas arbitrij.

SEquitur Q. SECVNDA DE COGENDO ARBITRO. Vbi Regula: RECIPERE NEMO COGITVR,
a SED EO RECEPTO (recepisse autem dicitur si iudicis partes suscepit *l. 13. §. 2. h.* pœnâ compromissâ) SENTENTIAM DICERE COGITVR *l. 3. §. 1.* vbi ratio *h. t.* per Prætorem *d. l. 3. §. 1. & vl.* mulctâ indictâ *l. 32. §. 12. h.* quicunque sit, modò non par aut superior magistratus *l. 3. in fin. l. 4. 5. 6. 7. h. t.*
b CAVSSA COGNITA Licet enim verbis Edicti hæc vnica conditio expressa:
c si pœnâ compromissâ receperit *l. 3. §. 2. h.* Edictum tamen ita acceptum est, *l. licet 15. h.* CAVSSÆ RECVSANDI QVINQVE. 1. SI SENTENTIA, quæ dicetur, NVLLIVS MOMENTI FORET, quando arbitrium inutile, ex personâ, ex re, vel ex lege ei dictâ, de quo *cap. preced. lit. D. vsque ad lit. K.* Item si POENA NON COMPROMISSA, quia tunc huiusmodi sententiæ olim impunè non parebatur. Hodie cum duobus casibus sine compromisso valeat sententia, *vt cap. præced. lit. T.*
d iisdem cogendus arbiter arg. *l. 32. de pact.* d Pœnâ autem compromissâ nil refert certa summa sit, an incerta quanti ea res *l. non a. 28. h.* nec an maior minórve re
e de quâ lis *l. 32. pr. h.* e purè promissa, an in diem, secus si sub conditione, vbi non cogitur antequam extet *l. 11. §. vlt. l. 12. h.* nec pecunia, an quid aliud *l. 11. §. 2. h.* Requiritur autem vt promissa sit stipulatione vbi pactum non sat efficax foret, vel pacto vbi id ad exactionem sufficit si res eo pacto depositæ vt daret arbiter: ei qui vicerit *l. 11. §. 2. h.* quia hinc actio datur *l. 11. C.*
f *de pact.* & vbi retentione tantùm opus, vt *d. l. 11. §. 3.* f vtiliter. Non si à muliere alieno nomine *l. 32. §. 2.* & vt promissio duret, non si accepto lata est pœna *l. 13. pr. h.* Hinc semel commissa pœna soluitur compromissum *l. 32. §. 1. l. 34. §. vlt.* vt si in plures causas sumptum arbitrium, inque omnes semel pœna promissa. Sententiæ de vna causâ dictæ si non paretur pœna committitur in solidum nec amplius committi potest, nisi ad actum
g *d. l. 34. §. 1.* g vtque pœna perpetuò exigi possit. Non igitur si ab vno tantum promissa *l. 11. §. 4. l. 13. §. 1. h.* quia si sententia dicenda aduersus alterum erit inutilis. Nec si vni accepto lata *d. l. 13. pr. h.* vel vnus bonis cessit *l. 17. pr.* Summa huius rei est in *l. 32. §. 3. h. t. 2.* SI SINE INCOMMODO SVO, quod post receptionē contigit, DICERE NEQVEAT. Quod vel est valetudinis, ætatis ingrauescentis *l. 15. h.* vel famæ & honoris, exortis inimi-
h citiis *d. l. 15.* h aut obtingente munere publico *d. l. 15. in fin. l. 32. §. 4. h.* vel rei familiaris, si profectio aut occupatio vrgens, nec rebus suis sic vacare posset, *d. l. 15.* ne officium ipsi sit damnosum *l. 61. §. 5. de furt.* Sed in causâ valetudinis, similibusve (id est, occupationibus temporalibus) causâ cognitâ differre cogitur *l. 16. pr. h.* si nempe aut dies non adiectus, aut longior, aut exi-
i turum arbitro proferre liceat. i 3. SI SE INDIGNOS PRÆBEANT LITIGANTES quibus hanc operam nauet, aut sperenendo eius iudicium, dum alium iudicem arbitrùmve adierunt *l. 9. §. vlt. l. 10. l. 11. pr. h.* aut infamando eum *l. 15. h.* sed caussa cognita *d. l. 9. §. pen.* si nempe sordes aut turpitudinem obiectam nō probent, ipséve falsum esse probet. Idem erit si alter tantum hæc fecerit, etsi tunc pœna contra eum committatur arg. *l. 30. h. 4.* SI SECVS cogatur QVAM PER COMPROMISSVM LICET. Veluti cum ex plurib. arbitris vnum cogit Prætor, nisi sic sumpti, vt sententię à quolibet vel vno dictę staretur *l. 17. §. 2. l. 32. §. 13. h.* k 5. SIK DIEBVS FERIATIS cogatur *l. 13. §. pen. h.* vbi exceptio, nisi dies exitura nec preferri possit, cuius replicatio extra quam si ea Lex dicta compromissio ne ea die feriatâ sententia diceretur *l. 16. h. t.*

CAPVT. XII.

Sententiæ arbitri modus.

QTERTIA: QVANDO DIXISSE VIDEATVR. CVM DE RE CONTROVERSA PRONVNCIAVIT *l. 19. pr. & §. 1. l. 32. §. 16. vers. Idem Pedius h. t.* non si de alia *d. l. 32. §. 17.* quod ipsi videtur, quamuis Prætor ei aliud præscripsit *d. l. 19. pr.* ITA VT TOTI CONTROVERSIÆ FINEM IMPONAT *d. l. 19. §. 1. d. l. 32. §. 16.* Incerta itaque sententia non tantùm inutilis, sed & pro nō dicta, vt aliam dicere cogatur *l. 21. §. 3. h.* Et si de parte tantùm, perinde est ac si in totum non dixerit. Item si de pluribus controuersiis, etsi separatis compromissum ita, vt de omnibus simul pronunciaret. Alioqui enim plura sunt compromissa & de singulis separatim licet *d. l. 19. §. 1. l. 21. pr. l. 25. h. t.*

CAPVT XIII.

Pœna compromissa commissio.

QVARTA: QVÆ VIS arbitri SENTENTIÆ. Dictâ enim sententiâ supereſt, vt ei victus pareat. NI PARET, VICTOR ad exfecutionem VTATVR AVT ACTIONE in factum, vel si reus, exceptione, de quo *s. cap. 10. lit. T.* AVT POENÆ PERSECVTIONE. Vbi hoc constat quod ita detur si quis contra sententiam fecerit. Sed id nō expeditum quis contra feciſſe dicatur, ita vt pœna commissa exigi possit. a Nam absoluto reo a
dubia sunt hæc. Arbitri sententia talis: Videri Titium nihil debere Seio. Seius petit à Titio. Videtur facere contra sententiam *l. 21. §. 1.* quia etsi non nominatim, vi tamen ipsâ petere vetuit. Item vetat arbiter quid peti generaliter, cum de omnibus cōtroueſiis compromiſſum non est, vel non actū de quibusdā speciebus: si de certis rebus actum, licet pleno compromisso, id est, de omnibus controuersiis composito, ad eas tantùm res sententia pertinet, de cæteris supersunt actiones *l. 21. §. 6. l. 43. h.* Item quid si non ipse petat, sed alius correus credendi? Et hîc fit contra sententiam, si socij sint *l. 34 h. t.* b quod ita accipe, si alter qui arbitrio victus factum b
correi probat, aut ad eum de exacto aliquid societatis iure peruenit, aliàs secus per *l. 23. §. pen. h.* Quid si ipse petat ab alio? Facit contra sententiam, si interſit vincē-
tis rei ab hoc non peti, vt si fideiussor eius *l. 29. h.* vel socius *d. l. 34.* Condemnato reo Q. an qui semel renuit si postea parere paratus si euitet pœnā? RR. Si simpliciter dare iussus, ineſt tamen modicum tempus *l. 21. §. vlt. h.* intra quod sc. pecunia promi possit argum *l. 105. de sol.* vel quod magis est 10. dierum argum. *l. 21. §. 1. de constpec.* c Post id committitur quidem pœna, si tamen ante c
acceptum iudicium dederit quod iussus est, pœna peti nequit *l. 21. §. vlt. & l. 22. h. t.* Si verò iussus intra certum diem & post offeratur, commissa semel pœna non euanescit *l. Celsus 23. pr. h. tit.* nisi iustè impeditus sit *d. l. 23. §. 1.*

CAPVT

CAPVT VLTIM.

Iudicij & arbitrij differentiæ.

EXhis liquet etsi in multis cum iudicio conueniat quod nec in paucis discrepet. Siue constitutio spectetur. Nam nec vti iudex fit inuitus ita arbitrium
a quisquam recipere cogitur, a nec de omnibus litib. id consistit & vno litigatorum mortuo soluitur. Siue sententia tum in circumstantijs: Iudex dicit in loco publico, arbiter quouis de quo conuenit. Ille frustra diebus feriatis, hic contra vt s. Ille etiam vno absente contumace *s. cap. 3. lit. B.* hic non nisi vtroque præsente. Illîc conueniri potest vt certa dicatur sententia *l. 26. dere iud.* hîc nequit. b Si tres iudices diuer-
b sas sententias dixerint obtinet fauorabilior, si tres arbitri, nulla tum in vi & auctoritate. Illîc actio & exc-
cept. iudicati: hic non nisi ope compromissi seruatur, nisi in duob. casibus, vt *s. cap. 10. lit. T.* Illîc sententia iniqua si contra leges nulla est, sin contra ius partis, appellari potest: Hîc qualicumque standum
c nec appellari potest *l. 1. C. h. t.* c Errant igitur qui *l. 1. h. t.* ita exponunt quasi per omnia sint similia, vt quæ in iudicijs eadem arbitrijs interuenire debeant. Sic enim plures D. & C. II. delendæ essent. Quare *d. l. 1.* ad finem & exitum referenda, vt & vlt. verba docent, quia eodem fine feruntur arbitria, quo iudicia ad dirimendas lites genere quodam iudicij compendioso ac certissimo. Et sic compromissum comparatur ordinariæ actioni *l. 32. §. 9. fin. h. t.* non tamen per omnia.

NOTATA.

a a Etsi peccari contra charitatem velit, qui hoc denegat *Mynnoz. de ratiocin. 8. num. 7.* Sicuti nec ius commune litigantes compromittere in arbitrium compellit, vti iudicium in inuitum exercetur *l. 27. §. 2. h. t. vid. Vvurmser. tit. 3. obs. 1. Scaccia 2. de iudic. 2. q. 1.* qui excipiunt, nisi his intricata sit, quæ à iudice expediri nequeat, aut metus maioris incommodi. Cōfer *Langl. 5. Semestr. 4.* Planè statuta pluribus locis Italiæ cum primis vigere legimus, quibus lites certarum personarum, puta parentum liberorúmque inuicem & qui arctiori alio cognationis, aut necessitudinis vinculo connexi arbitris committi iubentur. Quæ ratione niti ratáque merito esse adstruunt, de ijsdem fusius tractantes, *Horat. Carpan. statut. Mediol. cap 115. vel. 1. num. 1. 2. 3. & c. Scaccia d. cap. 2. q. 2. num. 27.* & seqq. & q. 4. ac seq & passim. † Sunt & aliæ diff. Nam nec cauetur iudicio sisti apud arbitrum vt in iudicio, neque qui compromisso victus de euictione actionem habet *l. 56. §. 1. de euict. & c.* Infamis arbiter esse potest *l. 7. pr. h. tit.* qui à iudicatione arcetur, quia arbitrium non est munus ciuile, sed contractus priuatus, & sibi imputent qui talem elegerint *Freher. 3. de infam. 28. num. 12.* Noctu an arbiter sententiam vel laudem, vt vocant, ferre possit vid. *Polyd. Ripa de Nocturno tempore cap. 135.* & seq. *Hering. de fideiuss. cap. 12. num. 5.* b *s. ea. 10. lit. H. vid. & not. lib. 17. cap. 3. lit. D.* Vnde *Scala lib. 4. de consil. sapient. cap. 28.* clausulâ eâ, ni arbiter sententiam ferat iuxta huius vel illius prudentis consilium, vitiari compromissum re communi inspecto censet, siue strictè intelligatur siue de boni viri arbitrio, nisi aliud consuetudo loci ferat receptúm-
c ve sit. c Quod & Chartagin. Synodi *cap. 99. & cap. 123.* definitum esse naturæque arbitrij ac vetæ rationi conuenire scribit *Cuiac. consult. 12. & 9. obs. 23.* Et ratio huius rei redditur in *l. 27. §. 2. h. t.* quia sibi imputet qui compromisit. Iudicio contendenti non est quod ita imputetur cum id subire, si reus, eò confugere, si actor, suo excidere nolens, necesse habuit. Inciuile autem est quem arbitrum probauerit, eius arbitrum improbare, cúmque sponte delectos iudices faciant partes quorum sententiæ initio stare non cogebantur, æquum est boni consulere quæ decideriut. Et ita iustè decemviros cauisse docet *Ant. Massa. Gales. de iudic. bon. fid. num. 15.* Sicuti in simili quæ contra iusiur. necessarium proficiunt noua instrumenta, non item contra voluntarium vt s. suo loco. Dices à iudice ex consensu litigantium accepto tamen appellari *l. 23. pr. de appell.* B. Sed ibi consentire omninò in aliquem, quicumque sit, oportuit reum (ac quidem qui in decurijs esset selectorum, vid. *not. s. lib. 17. cap. 24. lit. T.*) qui aliàs, quantumuis detrectans cognitionem iudicis si non huius ast alterius passurus, & quod rem præcipuè expedit, ibi consensum est vt in iudicem, nempe vt ex iure & legibus iuxta fidem actorum iudicij pronunciaret. Iure igitur de eius sententia prouocatio, siue in iure siue in facto iniquitatem fouere dicatur. Arbiter verò & ex vi vocis vt *Fest. lib. 1.* est qui totius rei arbitrium & facultatem habet nec vllis adstricta vinculis eius religio vt *Seneca 3. de benefic. 7.* ac sententiam suam non prout lex & iustitia suadet, sed prout humanitas aut misericordia impulit regere potest. Præterea ad munus arbitri plerumque vtriusque partis amici eliguntur quorum interuentu spes est fore vt dissentientib. conueniat. *Lang. 5. Sem. 4. p. 233. & seq.* vbi *à Cic. pro Cæcinâ & alibi* domestici disceptatoris & amici nomine arbitros innui ostendit & *Pollet. 3. histor. fori 12.* Neque ab hac Iurisconsulti ratione discrepans ea quam Imper. reddit in *leg. 1. C h. t.* quia nec iudicati actio ex sententiâ eius præstari potest & ob hoc inuicem pœna promittitur, &c. Vulgò ita accipiunt: Appellationis vis ea vt effectum sententiæ, qui est actio vel exceptio iudicati, extinguat. Hic non nascitur ex arbitrio. Ergo. Quam collect. reprobat *Coras. in l. societatem 76. ff. arbitrorum pro soc. num. 9.* sic accipiens, quod nullus iuris effectus inde nascatur, cum aliæ sententiæ, à quibus appellatio si non est iudicati, vt quæ iure nulla, alium tamen iuris effectum producant, cum qui dicit sententiam, auctoritate publica exsequi possit. Verùm non video qui ista exsecutio sententiæ inualidæ, quæ meri adeò que illiciti facti est, iuris effectus dici mereatur. Quin itaque in eo peccari puto quod quæ coniunctim sibi probè constant, sensu compositio diuelluntur cum Imp. non ex eo solo inferat *quod iudicati, actio non sit*, sed iunctâ eâ ratione, quæ potior est, *quod pœna inuicem promittatur, &c.* Atque hoc vult Imp. quod frustranea sit hîc appellatio, cum nec ad pœnam euitandam prosit, quia conditio stipulationis, ni sententiæ pareatur, ita maximè committitur, cum certum sit non parere qui quantùm in se est irritare nititur, nec ad vim iudicati sistendam, quippe cum eam arbitri sententiam non habeat, nec pœnâ illatâ amplius quidquam parti victæ verendum sit. Numquid igitur casibus ijs quibus vis ferè iudicati arbitrio tributa est vt *s. cap. 10. lit. T. V.* & prouocatio inde erit. Id haud equidem consequens, cum vtique in defectum vitium iudicati principalis decisionis ratio non consistat, & quæ vera ac genuina est vtique persistat. Scitum insuper ne quidem cessante vnâ ratione è pluribus dispositionem deficere nec mutationem iuris, nisi expressim facta sit, intelligi. Planè ab arbitris statutarijs, vt vocant seu ad quos ex statuti præscripto cognati eunt vt *s. lit. A.* appellationem vulgò concedunt *Sich. ad l. 1. C. de reb. credit. num. 4. Mynsing. 4. obs. 68.* Sicuti & iure appellatio ab arbitris alijs qui dicuntur, non ex compromisso sumpti, sed à Prætore constituti, non vt de negocio principali, vt iudices dati, cognoscant, sed vt si quid priuatæ contentionis, in cursu litis aut præparatorijs iudicij discutiendū, id expediant velut an fideiussores idonei *leg. 9.* & seq. *Qui sat. cog.* an causæ recusationis iudicis iustæ *l. vlt. C. de iudic.* Quas ll. ita cum *d. l. 1.* conciliant *Vand. 1. q. 14. Fac. 1. q. 69. A. Fab. ad d. l. 9.* Confer. *Cuiac. 9. obs. 23. Gail. 1. obs. 33. n. 18.* Athenis arbitrorum ex cōpromisso, quos καθ' ὑπερθεσιν διαιτητας nuncupabant sententiam appellatione ad Areopagitas vel Thesmotetas suspendi potuisse scribit *Ioach. Steph. lib. 2. de iurisdict. cap. 9. n. 50.* & seqq. interposito tamen iuramento non fraudandæ veritatis, sed iniquitatis corrigendę gratiâ hoc remedium implorari. Apud suos ab arbitris appellari *Cuiac. consult. 12.* vt tamen pœna in compromissum deducta committatur, siue confirmetur deinde siue infirmetur arbitri sententia. Quo de & *Bernard. Autum. not. ad Langl. 5. Sem. 4.* (qui iudicatum testatur eamdem pœnam deberi etsi postea ab appellatione recessum sit.) *Petr. Greg. 2. de appell. 12. n. 18. Maynard. lib. 2. decis. 65.* & seq. De appell. ab arbitro an & quatenus & quando permissa vel recepta, plura pete ex *Mynsi. d. obs. 68. Vvurmsr. 2. 24. obs. 6. P. Greg. d. c. Maranta p. 6. tit. de appell. num. 261. & seqq. Couar. 2. var. resol. 12. Paurmeist. 1. de iurisd. vlt. n. 26. Maynard. d. dec. 65.* & seq. *Meisckner. lib. 1 decis. Com. n. 3. 4. 5. & n. 24.* Atque hæc capiti huic vltimo subnotaui, aut verius festinus effudi, ne extremæ pagellæ vacuæ essent, cum in vniuersâ hac materiâ plura suppetierint, quæ omittere oportuit ob caussas in præloquio paucis expositas.

Finis Libri vicesimi octaui.
Τῷ Θεῷ δόξα.

INDEX RERVM ET VERBORVM ACCVRATISSIMVS.

Prior numerus Librum, posterior Caput designat, &c. vt in parte primâ.

A.

ABbas pro monacho reo in *criminalibus defensor* 18.10.E,not.pag.95. *in ius* à monachis *vocari* potest 17.4.G,not.

Abbatissa nomine cœnobij *agit* 18.10. C, not. *ius dicere* potest 17.24.D,not.

Abdicativè quando concessa *iurisdictio* 17.9.N,not.

Abesse quid 4. modis dicitur 21.2. Q. quod abest *interesse* dicitur 26.14.vid. & absens.

Abiurare creditum, vid.Cred.

per *Abrogationem* vt tribuatur *iurisd.* 17.9.N,not.

Absens & is dicitur qui adest, sed *consistendi* nullâ certâ spe 21.5.G,not. pag.217. in *criminalib.* an & quando *defendi* potest 18.10.E,& not.frustra *damnatur* 17.4.D, & not.casus excepti 18.10.E,not.pag.95.& seq.& pag.97.& 98. *iurare* nequit 24.22.A,& not. modus seruandi *ius* suum *illaesum* contra absentem 21.5.M,not. contra eum vt *missio* in possess.23.11.A,& not. absentis nomine qui *possidet*, ab eo *hereditas* peti nequit suo, potest absentis nomine 19. 12. 6. quando noceat absenti si *procuratorem* non reliquit 19.5.L, & not.absenti *restitutio* in integ, contra absentem in cod.genere 19.5.M,not. absens & præsens *res* quæ 20.7.N,not. *sententia* absente *utraque* parte ferri nequit 28.3.A,& not. [& quando possit alterâ 27.6.H,& 28.3. B, & not.] nec ab arbitro nisi id expressum 28.10.O, nec si *plures* arbitri absente vno d.c.P, vt nec si plures iudices 27.8.A.]

Absentiæ executator 18.9.F,not. & 23.9.R,not. [in *criminalibus* 18.10.E,not.passim & d.c. H, *iudicatum solui* hic non caueat 18.13.Hh, not. à *procuratore* vt diff.18.9.F, not.] *genera* 21.5.F,not.in specie alijs litteris ex.gr.militiæ, studiorum in M,& S, &c. ex causa absentiæ *imperium merum* ipsum *mandetur* an sola cognitio 17.8.Ddd, not. vt liberet à *procuratione* 18.16.Xx.& not. *patris* facit vt filius agere possit 17. 4.K, & M, *restitutio* in integ ex causa absentiq absenti 21.5.F,& seqq. ac not. [hæc requirit *damnum* contingens ex absentia, nec datur si idem præsens passurus fuisset d.c.H,not.in fin.hæccine *minoris* restit. *favorabilior* 21.6.A, not.] contra absentes 21.5.M,& not.vid. & Præsent.

Absoluere quid sit & quomodo fiat 27.2.E,potest qui *damnare* non a contra 27.5.A,B,& not. absoluendi ius quod *meri* imperij 17.8. Qq, not. iudicia omnia *absolutoria* quomodo? 20.6.F,& not.

Absolutoria sententia 27.5.

Absolutio ab instantia fit non à causa vbi actor *contumax* 28.3.G,quando *exceptio litis finitæ* initio obiecta 22.8.I,not. pag.266.col.2.hæc an *interlocutoria* 27.1. D,not.

Abstinere licet *hereditate* paterna in *fraudem* creditorum 23.16.C,not.qui *fideiussit* pro pupillo, abstinente deinde eo, habet *restitut.* in integ. 21.14.M,& not.

à senatu *Academico* an *appellari* potest 28.6.Aa,not.Academijs,quibus ius *gladij* 17.20.M,not.acad.totius quis *iudex* d.c.K,not pag.54.*priuilegia* eius vt regantur d.c.M,not. vnde vocentur *vniuersitates* d.c K,not pag.54.

Academici vid.Doctores,studiosi.

Acceptilatio pro *instrumento* quo illa scripta 25.7. N, accepto vbi vni latum in contractibus ἁπλοῦς. etiam alteri 22.4.A,not.p.254.acceptil vim habet *iusiurandum* 24.17.V.

Accessionum condemnationem an omittere possit *iudex* si errore falsus &c.20.6.B,& not.in *iudicium* veniunt etiam non periciæ 26.4.D,& E,veniunt in act. *iurisiur.*24.16. M, *principale* has ad se trahit 18.16. O, *restitutionis* in rei vindic.26.5. H, [si has omisit iudex post sententiam dictam eodem die adijcere potest 27.1.K,] *sententia* inter alios lata de re *principali* nocet litigantibus de eiusd.accessionibus 27.1.F.

Accessionibus obligationis (vt mandatoribus fideiuss. &c.) an dentur eæd. *exceptiones* 22.3.E,quando *exceptio iuratur.*24.15. C,& not.

Accessoria non est necesse *exprimere* in rei *vindic.* 20.4. I, not. *sententia in principali* parit except.accessorio 22. 5. G, & not.

Accessus non tutus vt *probetur* 23,2.F, not. ius *Accrescendi* in querela *inoffic.donationis* 19. 11.Y,not. *testamenti* 19.9.toto & c.10.A, & not. iure accrescend. quæ habentur eorum nulla ratio in *defuiendâ legitima* 19.4.Cc, an ea *imputentur* in *legitimam* 19.4.Pp,& Qq,ac not.

Accusatio an *actio* ? 19.1. I, & not. *desertio minori* ipso iure non *nocet* 21.2.I,not.nō *infamat* sine sententia 18.8.S,& not. *inoff.*querela sic vocatur 19.3.& A, & not.*iustur.*in ea deserti nequit 24.17.I,not.an *procurator* dari 18.10.E, & not.contra amissam vel omissam nulla *restitutio* in integ.21. 12. I, & seqq.ac not. qui antea accusauit in eum postea *testis* esse nequit 25.12.E.

Acquirere qui omittit non *alienat.*23.18.C,not.

Acta publica eorum *editio* [in *appellatione edenda* acta prioris instantiæ 28.7.N,& not.] in his si *error* sententia se referens ad illa vitiatur 27.6.C,not. *fides* ac vis publica 23.8.A,& 25.8.M,secundum acta an conscientiam *iudicand.* vid. Consc. in acta iudicij referendi *actus iudiciarij* 25.8.D,& c. *instrumenta* quando de actis iudicij effecta 23. 6. D, not. acta iudicij terminati deleri an possint 27.1,K,actis insinuatur *mandatum* 18.13,Aa, & not. acta in *preparatorio* non probant in ordinario 20.9.X,not. *sententia* declarationem accipit ex actis 27.3. M,not. ex ijsdem actis iudicari potest etsi sententia nulla 27. 6.N,not.

Actio 19.1.variæ *acceptiones* d.c. C,not.qui petire finit *alienat.*23.18. A, *caussa* eadem esse potest etsi alia actio 22.5. Q. & not. *Concursus* vid. Conc. vt teneat antequam *debetur*, si lite contestat. deberi cœperit 19.1. M,not. eius verbo quid veniat in edicto de *defensione* &c.18.13.B,& not. *definitio* 19.1.D, & seqq.ac not. [an hæc competat etiam act. in rem d. c. H, & not.] iure non *competere* & *denegari* non eadem 22.8.I, not. pag.266. (quando denegetur ob iusiur.24.15.A, & not.) *differt* [à *bonor.*possess.19.1.F, not. à *caussâ* 19.1.C, not. ab *exceptione* d.c.F,not. à *facultate* d.c. D'not. à *formulâ* d.D,not.pag. 124.& 3.seqq. à *libello* 23.4.B,not.ab *obligatione* in persona obligantis spectata 19.1.D, not. pag. 123. & seqq. à *persecutione* 19.1.E,& not.& 19.2.D,& not. à *petitione* in specie dicta 19.2. D,] *dignior* vtra 21.1.A, not. *dilationes* vid. mox *tempore diuisiones* 19.2.toto & 21.2. toto. *diuersa*, etsi actio eadem, res & quæstio esse potest 24.15. I, *edicto* prætoris omnis proposita 19,16.A,& not. *editio* vid.Ed. *emendatio* vid. Emend. *etymon* 19.1.A,B,& not. sine ea *experiri* non licet vid. mox iudicium *famosa* 18.9. *genus* in definitione vid. mox Ius. *genus* actionis *inuestigare* expedit 23. 4. N, not. quæ veniant in petitionem *hereditatis* 19.13.D,& seqq. non veniunt post additionem quæsitæ 19.13.L, *hereditarias* act. quando possessor exercere possit inter moras litis de petit. hereditatis 19. 15. B, C, & not. & quando petitor d.c.D,& not. casdem passiuas quis eaq. lite pendente suscipiat &c.19.15.G,H,I,& not. recta *institutio* quæ in ea spectanda 19.2.A, sine ea *iudicium* nullum 17.3. A,not. (& agens *iudicis officio* repellendus 24.2.A, not. an a. hoc fallit cum *speratur* oritura 19.1.D,not. pag 125.& d.c.M, not.) *ius* in definitione quid significet 19.1.D,& not. facto *minoris* adempta, hoc restituto quomodo recipiatur 21.14. T, cuiusi sua *natura* quam iudex immutare nequit 21. 3. Q, not. pag. 209. *nomen* in *libello* an exprimendum 21.2.O,& 23. 4. K, & seqq.ac n. in *litem* ex qua iuretur 26.8.toto, *origo* num ex 12. tab. 21,2,B,not. origo obligationis spectatur nō titulus actionis 27.3. D, *persecutio* dicitur &c.19.1. E, & not. *procurator* quas

quas domino acquirat 18.18.D,E, *restitutio* quæ sit agere naturaliter impedito 21.5.F, & seqq. ac not. *speciali* significatu quæ? 21,2.K, *tempore* lapso dilatio peri nequit id tempus excedens 24.6.C, *temporalis* etsi actio perpetua exceptio 22.2. O, & not. *vtilior* actori ex libello elicienda 23.4.N,not. Reliqua ex. g. Ciuiles, datiuæ, ex iureiur. persecutoriæ in personam, præiudiciales, prætoriæ, & plura alia sub alijs lit.)

Actor. acceptiones 17.4.E,not. eius *cautio* vid. mox. litem in *citatione* nominandus 23.2.N,n.p.282.& seq. *contumacis* pœna 28.3.G, & not. in *criminalibus* an deesse possit 17. 4. C, & not. *edere* cogitur reo 23.6.toto. non a. illi reus 23.7. toto vbi excepi *electio* eius est in multiplici *foro* rei 17. 19.A,& not. vbi except. *forum* rei sequitur 17.22.O,P,& not. (except. vbi contrà 17.20.A,& seqq.ac not. *studiosi* actoris forum an reus sequatur d.c.E,not.) sine eo *iudicium* nullum 17.4.C,& not. *litem* ad finem persequi debet 23.5.I,K,& not. [de quo *cautionem* præstat 23.9.Z, not.] in *libello* vt *nominandus* 23.4. D, not.pag.293.an *omittere* act. possit 23.5.K, & not. ei incumbit *probatio* 25.2.I,& seqq. [quid a. si non liqueat vter actor sit d.c.R, non probante reus absoluitur 20.7.A, & 25.1. A, (etiamsi fateatur rem suam non esse in vindic. 20.7. A, not. an idem si non *plenè* probet 24.19. H, & not.& d.c. M, & not.) quid igitur si deferat *iuram.* reo qui nil probauit 24. 20.D,E,F,& not.] quod *vtilius* ei vt accipitur vid. actio & ambigua.

Actor à tutore constitutus 18.12.T,& not. (hîc *appellat.* persequi non cogitur, etsi procurator sit 18.16.H,& not. de *rato* semper cauet, etsi constet quod sit actor 18.13. Ee, & not.] *vniuersitatis* 12.18. X. vt à *syndico* hic differat d.c.Y,& not.

Actuarij 23.8.B,& not.

Actum agis prouerb.vnde 22.5.B,not.

Actum nil intelligitur cum agendum supereste 18. 16. D, not. ab *Actu* quem quis probauit *appellare* nequit 28. 6. O, not. *indifferens* neutrum *facit* 19.4.Mm, not.in fi.

Actus quiuis iudicij requirit *citationē* 23.2.B,not.vbi excepit.

Actum petenti qui *iter* ante petijt non obstat *exc. rei. iud.* 22.5.N,& not.

saluo iure *addendi* 23.4.D,not.sub fin.

cui in diem *Addictus* fundus quando rem vindicet 20.2.E, & not.

Additus iudex 17.24.X, not.

Addictio debitorum in seruitutem 27.3. Hh, not. *pignorum* vid.Pign.

Adiudicatio nulla in vindic.20.6.D,not.

Adire hereditatem quis nequit à *creditoribus* 23.16. Cc, & not.ante additionem non nascitur *inofficiosi* querela 19.4.O,& not.nec antea ei præscribi incipit 19.6.F,& not. contra eum datâ *restitutione* minor præstare debet, quæ ad eum peruenerunt 21.14.S, [*manumissio* a. & *solutio* à minore interim facta rata d.c.V.] aditioni vbi præfinitum *tempus* 19.6.G.

Administrator ciuitatis vt à Syndico differat 18.12.Yy,not. nulli *donandi* facultas 24.12.K, administratio rerum *hereditariarum* quæ possessori à quo petitur hereditas 19.15.A, contra ex administr. conuentum *iuratur* in *litem* 26.10.D, not.& hic *reus edere* tenetur actori 23.7.I, & not. & *rationes* totæ edendæ d.c H,not.sub fin. *reus probat* non actor.25.4.

Annotatio vid. Annotatio.

Adoptio legis actio & voluntariæ *iurisd.*17.8. Q.& not. adoptiui *liberi* Patroni in ius non vocantur sine venia 23. 2. Y, not.p.288.] his an querela inofficiosi 14.4.C,& not. *parentes* non sine venia &c.23.2.Y,not. pag.288. [etiam patroni ibid. pag.288.ijsd. inoffic.querela 19.4.F,& not.

Adsessores vid. Assess.

de *Aduentitijs filij* vti actio sit *patri* vel filio, & quando patris consensus requiratur 17.4.I,K,L, & not. agens pater de *rato* non cauet.18.12. N,not.

Aduentitia ius dicentis potestas 17.8.Ff,not.

Aduersaria 23.4.A,not.

Aduersarius quis & quæ vocis vis 20.3. B, ad *album* hunc *producere* quid? 23.4.A,not.

Adultera etsi *absoluta infamis*, secus in viro 18.7.I,& not. *accusans* iure mariti *præscript.* 60. dierum obiecta non *restituitur.* in integ.21.12.G,& not. caussa adult. recipit *procuratorem* si ad *separationem* agitur 18.10.D,not. damnatus *testis* non est 25.9.H.

Aduocatus 18.3.& 2.seqq. *acceptiones* 18.3.A,not. sine eo *acta* rata 18.4.A, *assessor.* an esse possit in eod. vel alio iudicio 18.2.P,Q,& not. à *cognitore* differt 18.3.d.c.A, & not. & E, ac not. *contractus* cum eo vid. Cont. in *criminalibus* d.c.R, & not. pro *defensore ecclesiæ* sumitur d. c.E,not. *egregius* etiam depositio officio 24.22.O,not. *eloquens* sit 18.3. Qq. & not. *epistola* d.c.F,G,H,K,L,M,& not. *error.* vid. Er. *etymon.* d.c. A, & not. examen duplex. d.c. Rr. *fisci* vid. Fisc. *fraudibus* vti an possit d.c.Vu.& not. *imperitia* vt plectatur 18.4.C,& n. *interdicti* aduocatione 18.3.Hh,Ii, an cui interdictio hæc facta possit in scriptis consulere d.Hh, not. *iniustam* causam foueat & quid si postea talem esse comperiat d.c.Xx. & not. *inuitus* cogitur.18.3.Eee,& not. *iudex* in eadem causa esse nequit 18.3.Nn, & not. [& qui prius fuit vt *suspectus* reijcitur.17.25.F,not. secus si aduocato familiaris ibid.] quę desunt supplet *iudex* 18.4.D,E, & not. *iuramentum* 18.3.Yy, & not.ac 24.3.Q,& not. *iuram.* delatum *domi* præstat 24.22.O, not. & carentia eius excusat *citatum ad iurandum* 24. 22. E, not. *iuris* studijs, &c. vid. mox *studijs*, *loquax* non sit 18.3. Qq, & not. nec *maledicus* d.c.Aaa,& not. *matricula* d.c.Sf, *minor* an restit. in integrum 21.11.B,& not. *numerus* olim certus d.c.Sf, ab *oratore* differt 18.3.B,& not. & à *patrono* d.c.A, dicitur sic *patronus* ecclesiæ d.c.E,not. contra *patriam* d.c.Ll.not. *pauperum* vid. pauper *personæ* quæ prohibentur d.c.S,& seqq. (in specie vid. suis litteris) contra *potentes* aut *principes* aduocantium cautela d.c.Ll.not. *potestas* 18.4. *potentiores* ne aduocent 18.11.M, not. olim dictus & cuius nuda *præsentia* 18.3. C,& not. præmia *ac priuilegia* 18.3. Hhh. & not. à *procuratore* vt diff.18.3.O,& seqq.ac notat. nostri procuratores aduocator. loco 18.16. Aa, & not. *prodesse* semper potest, nocere non item 18.4.A,B, *salarium* vid. Sal. *solidum* non exigendi benefic. an habet 27.9.N, & not. *stabat* olim 18.3.Ggg, & not. *statuto* tempore *studijs* iuris inhæsisse debet d.c.Pp,& n. *supernumerarius* d.c.Sf. *vestitus* conueniens d.c.H.& not. *vindicanti* qui fuit antea, rem deinde eamd. ipse vindicare potest 20.2.O, & not. aduocatum se præbens alij an *voluntatem* defuncti agnoscat 19.6.D, *vtilitas* 18.3.I, & not. Reliqua alijs litteris.

Ædes an ob *contumaciam* diruí possint 23.10.A,not. ad reficiendas credita prælationem habent 23.15.E,vid. & Domus in *Ædo sacrâ* quando *affigi* possit *Citatio* 23.2.E,not. & F, n. & an inde citari vel in *ius vocari* 23.9.V, not. ad eam *fugiens* vel inseruiens an *miserabilis* 17.20.B,not.

Ædilibus ius cædendi *flagellis* 17.6. L, ædiles *municipiorum* 17.7.Y, not. ædilitiæ act. accensentur *pratorijs* 21.2.D,not. p.197.

Æquitas cerebrina non sectanda 26.2.G,not. maiores *Curiæ* an iuxta eam contra ius iudicare possunt 26.2.B, & not. *duplex* d.c.E, mater *exceptionum* 21.1.E, & not. in act. ad *exhibendum* caussa obligationis 20.9.D,not. *Generalis* 26.2. *iuris* vt opponatur & si à *scripto* iure dissideat vt iudicandum.26.2.D, *specialis* d.c.E.

ad *Ærarium* principis *delati* 21.5.G,not. qui non habet in *Ære* luat in *corpore* 23.2.Y, sed postquam sic luit *ditior* factus pecuniam non *soluit* 27.9.Rr.not.

Æs alienum quod deducit ex *donatione* conuentus 27. 9. Ii, Kk, & not. eo deducto æstimatur *legitima* 19.4.Ee,& not. vid. & debita.

in *Æstimationem* quando *condemnatio* & quando re peremptâ debeatur 26.5.ex quo tempore fiat, si variant d.c.5.& 27. 10.C,D,&c. in æstimationem *litis* vt fiat condemnatio in rei *vindic.*20.6.H, [ea facit *emptionem*, & præstita *dominium* tribuit *veo* 20 7.M,& not. non tamen ante apprehensam *possess.* d.c.P,not. nec tenetur ei petitor de *euictione* d.c.N, quę a. alię *cautiones* præstandæ hic d.c.N,O,P,& not.] *Æstimatores* taxatores 21.1.D,not.& 26.5.A,not.

Aetatem scire censentur *cognati* 21.10.M,& not. in quib. per *liberos* suppleatur 21.11.D,not. *lubricum* ætatis vid. Lubr. *maioris* epitheta 21. 7. A, not. *minoris* quæ & vnde definita d.A, not. *probanda* minori & quomodo 21.10. Z, & not. Vid. & Prob. vt caussa muranti *procuratoris* 18.17.E, & not. *sententia* vid. Sent. *venia* vid. Ven.

Affectatum impedim. non excusat 21.5.G. not. & 23.9.R, not.

Affectio in autis bona 21.9. A,not. in qua res, vt *fungibiles*, non cadat 26.9 F, & not. ei vt *iura* indulgeant d.c. E, not. *interesse* an faciat vt in *criminalibus procurator* audiatur 18.10. E,not.p.94.& seq. an aliquod affectionis *iusiur. in litem* 26.6. D,& not.& 26.7.A,not. in *restitutione* in integ. eius ratio habetur 21.9.A,not.

Affigi quando & vbi debeat citatio 23.2.F,not.

Affinis quis ceu *coniunctus* audiatur sine mandato 18.12. K, & not. *iudex* suspectus 17.25.F,not. *diremptæ* affinitate liberatur *fideiussor* 18.16.S.

Affirmare non debet quis quæ *ignorat.* 21.10. K, affirmatio esse potest, etsi verba *negatiua* & contra 25.2. G, affirmantis est *probatio* 25.2. passim. quid si vterque affirmet d. c. post Q.

Agere, qui nequeant 17.4.F, & seqq. & not. qui promisit & *appellare* tenetur 18.16.E, ad agendum datus procur. an & ad *defen-*

defendendum 18.16.N,not.agi dicitur *iumentum* 19.1.B,*pactum* de non agendo & de non petendo an diff. 22.4.A,not. agere dicitur etiam *reus* 17.5.B,not. & 27.1.post O,non agi, sed cum eo 19.1.B,agere an sit ducere *trahere* d.B,& not.pro *tractare* d.c.C,& not.

Agitatores qui & an *infames* 18.7.A,not.

Agnitio voluntatis defuncti perimit *inofficiosi* querelam 19.7.B,& seqq.& not.supplementum verò *legitimæ* non d.c.C,& not.

Agricolatio non turbanda 27.3.P,not.

Album edictorum & *formularum* 23.4.A, not. *iudicium* 17.24.V,& d.c.X,not.ad album *producere* 23.4.A,not.

Alcedonia circa forum 24.7.D,not.

Alectores an infames 18.8.F,& not.

Aliam ad *causſam citatus* an teneatur reſpondere de alia 23.2.C,not.

Alienæ rei *venditio* quomodo valeat & quod non in fraudem domini 20.2.I,n.non *Alienat.* qui *acquirere* omittit 23.18.C,& not.alien.in *creditorum fraudem* vid.Fraud.alienationes oneroſæ quando reuocentur ceu *fraudulentæ* & *inofficioſæ* 19.11.C,n. *minoris prædiorum* inualidæ 21.9.B,& not. [etiam cum *ventia ætatis* obtenta 21.12.Y,] alienare *prohibitus* etſi per annos 30.non alienauit non ideò prohibitioni acquieuit 19.4.Nn,not.pag.139.

Alimenta filio præſtanda quâ *actione* 20.8.C, in eorum cauſſa an *appellatio* 28.6.Ee,not.*carcerato* vt præſtanda 27.3.Ii,& not.ad ea *condemnatus* non habet tempus iudicati 27.4.poſt D,horum rationem vt *dos* habeat.19.4.Vu,not.cauſſa vt *ſerijs* agi poſſit 24.7.Cc,not. ei non obſtant *inducia* 22.9.M, n.p.272.vt differant à *legitimâ* 19.4.V,not.ſub fin.relinquenda ijs à quibus *ſolidum* exigi nequit 27.9 Gg, & ſeq.ac not. *tranſactio* de alimentis an ad *voluntaria iuriſd.* ſpectat 17.8.S, & not.

Alius pro alio *appellare* non poteſt 28.6.D,not. [exceptiones d.c.F,G,& not. ac Q, R, & not.] *defendere* poteſt ne ſtipulatio de re defendenda committatur 18.14.R,*dolus* quando alteri noceat,vt inde exceptio doli 22.6.E,& ſeqq.ac not. *domicilium* ex perſona alterius 17.12.K, *edere* quando teneatur qui nec actor nec reus 23.7.I, not. in fin. regula *alteri* non quæritur *exceptio* declar.24.15.poſt B,& poſt D,& poſt T,*exceptio rei iudic* per alios vt queratur 22.5.D,& not. (vid.& mox pacto) *forum* ex perſona alterius 17.11.toto *iusiurandum* alteri non nocet 24.15.G,H,vbi except.nec prodeſt d.c.poſt F,(& except.in præced) alterius de contractu vel facto *iuramentum* non tenet 21.13.L, & not.ex alterius iureiur. non eſt *obligatio* 21.13.L,not. *pacto* vt quæratur exceptio 22.4.B, & ſeqq.& not.& vt id alij noceat d.c. N,& ſeqq. & not.*profeſſio* nec obeſt nec prodeſt 25.8. G, ex geſtione quomodo in alium *reſtitutio* in integrum 21.14.N.

Allegationes iuris an *edendæ* 23.8.B,not. in *exſecutione* iudicati has *miles*,qui antea omiſit opponere poteſt 22.8.L, not. p.267.& ſeq.in *iudicijs* harum *modus* ſit 22.10.D,not. contra omiſſas *reſtitutio* in integ.21.8.F, & n. [etiam cum de *delicto* agitur 21.10.N,not.non tamen ſi minor aduocatus vel *doctor* omiſit *errore iuris* 21.11.B,not.]

Aluuio venit in petitionem hereditatis 19.13.A.

Alter vid.Alius.

Alternatim competere diff.à *concurrere* 21.3.A,not.p.202.& ſeq.alternatio an neceſſaria in iure *contrarijs exceptt.* 22.8. B, not.regulam in alternatiuis *electio* rei reſtringitur 17,19.A, n. *libellus* quando recipiatur 23.4.C,not.p.293.

Altioris indaginis exceptt.[quæ,& quomodo opponendæ 22.8.I,not.p.266.& ſeq.*deficientis* actionis etſi talis ſit diſcutienda,tamen ante *litem* conteſtatam 24.*b*,A, not. non audiuntur poſt *ſententiam* etſi eæ ſint, quæ ſi liquidæ eſſent audirentur 22.8.L,not.in fin.] *quæſtio* vid.Curia.

Ambiguæ exceptio 22.2.A,not.*intentio* in qua accipitur quod actori vtilius 26.4.C,& not.

Ambitioſa ſententia quæ & an valeat 27.7.F,& not.

Amicabilis compellatio 17.1. B, & not. an *neceſſaria* & ad quid *vtilis* 17.1.D,& not.23.4.D,not.p.294.

Amicus ſingularis an ceu *coniunctus* admittatur ſine *mandato* 18.12.K,not.amicitia *legibus* curæ eſt 27.9. C, n. amici etſi geſtis interfuerint non impeditur *reſtitutio* in integ.21.11.H, not. *ſuſpectus iudex* quis 17.25.F,& not.vel *teſtis* 25.12.A.

Amiſſio triplex eſt 21.5 A,& 21.8.B,vbi ab *omiſſione* diſting. *inſtrumentorum* [non nocet ſi aliunde res probetur, & quomodo *probari* poſſit 25.8.A,& ſeqq. & not. de eo autem *proteſtatio* apud alios non valet 25.8. ante R,] *iuris* vel *priuilegij* vbi vertitur vna *citatio* pro trib. non ſufficit 23.11.S,not. rerum *amotarum* actio an *famoſa* 18.8 B,not.

Amplectio litis 26.1.E,not.

Amplius non peti *cautio* minor cautione *rati* 18.14 Ee.

Anachoreta 23.2.X,not.

ad *Anatomicam* ſectionem cadauera concedi poſſunt 17.8. Qq,not.

Animaduertere propriè ſignificat non *cognitionem*,ſed *exſecutionem* 17.8.Vu,not. pag.125. ſignificat & *corrigere*,*emendare* 21.6.C,n. *punire* etiam ſine præpoſitione 17.8. Qq, n.in edicto de *reſtitutione* in integ.quid?21.6.B,C,& not.

Animalia an in *exſecutione* primò *capienda* 27.3.T, & not. iurament.ex *animi* ſententia 24.13.E,not.p.341.

Annalis except.annariæ ll.vid.Annus.

Annona flagellatores infames 18.8. L, *militaris* in cauſſa non *appellatur* 28.6.Ee,*præfectus* an magiſtratus 17.7.Bb, & not.

Annotatio inter reos 18 10.E,not.pag.98.*infamat* 18.8.C,n. pag.89.

Annus proſequendæ *appellationi* 28.8.G,& not. annalis *exceptio* quo ſenſu 22.8.A,not.*inducia* 22.9 D,&c. vid.Moratoria annariæ *leges* 17.24.L,not. annui *magiſtratus* Romani 17.4.S, & not. annuos *reditus* habens quando pro *poſſeſſore* immobilium vt non *ſatisfdet* 23.9.G,not. in annuis *præſtationibus* vſus antapochæ 25.7.P.

Anomala exceptiones 22.2.A,not.& 22.8.I,not.

Anſtandbrieff 22.9.F,not.

Antapocha 25.7.O,& ſeqq.

Anteſtatio 23.2.O,not.

Antiptoſis Iuriſconſultis frequens 22.4. L,not.p.256.

Antiqua inſtrumenta iuncta fama *dominium* probant 20.2. R,not.

contra *Aperturam* tabularum *appellari* nequit 28.6.Gg.

Apocha 25.7.L,fola *ſecurum* non reddit d.c.M, eâ non acceptâ *ſolutio* duobus *teſtibus* non probatur 25.15.D.

Apocrifarij 18.12.Y,not.

Apparitores perfidi *abſentes* damnari poſſunt 18.10.E,not.p. 95.*citatio* per quos expediatur 23.2.P,& ſeqq.ac not. [citare ſe dicenti iuſſu iudicis quando credendum 23.2.P, not.an citare poteſt ex generali iuſſu ibid. eiuſd. *exſecutio* citationis & *relatio* d,T,not.referenti vt credatur d. T,not.] qui ſententias *exſequantur* 27.3.M,& not.

Appellatio 28.4.& ſeqq.*abuſus* 28.6.C,not.[eiuſd.coërcitio vid.mox pœna] *acceptiones* 28.4.A,not.[prò interpellare 17.12.V,& not.] à quibus *actibus* 28.5.& 28. 6. paſſim ad retractandum *aduocati* errorem 18.4. B, [an huic aduocandum pro eodem ſalario &c.18.3.Hhh,n.iudex prioris inſtantiæ an hìc aduocatus eſſe poteſt 183. Nn, not.] *agendi* verbo continetur 18.16.D,E, *alius* pro alio ſi appellatus an error nocet 28.6.Xx,& 28.7.I, *apoſtoli* 28.7.L; & ſeqq. *beneficium* commune 28.8. B, & not. *cauſſa* eadem etſi inſtantia diuerſa 18.16. I, & not. [eiuſd. materiæ cuius principalis 28.9. F, not.] *cauſſa* à quib. non licita 28.6.Ee, & ſeqq. *cauſſa* vt exprimenda vel reddenda vid.Grauamen ob *citationis* anguſtiam 23.2.Dd,& not.*clauſula* remotâ app.vid.mox remotâ *communis* eſt appellato 28.8.B, & not. *conuitium* in eâ iudici ne fiat 28.6.Yy,& not.*deferri* ei in dubio debet 28.6.B,& not. [non deferentis pœna 28. 6. poſt Aa,in fin.] effectus *deuolutiuus* 28.8.A,not.*declinatoria* & *dilatoria* iudicij *excepr.* non hìc audiuntur 21.9.*Cc,not.pag.*274. *&* 28.8.D, *not.* vt nec except. procuratoria 18.11. T, not. aliæ *exceptiones* priori iudicio omiſſæ audiuntur 22.8.D,not.& K,n.ordine *exſecutiones* peruerſo datur 27.3.R,& not.ſententiam an exſtinguat 28.4.B, & not.à taxatione *expenſarum* 26.3.H, not.H, not.in *expenſas* hìc vt condemnatio 26.3.H,not,circ.med.& 28.5.G,& n. *facultas* libera 28.6.A,B,& n.ſolo *facto* vt fiat 28.6.Pp,& n.à *famoſa* ſententia vt infamiam ſuſpendat 18.8.Y, & not. item Aa,Bb, & not. [vbi ea pendente ſolutio factaliberat infamiâ d.c.Pp,] *ferijs* vt interponi poſſit 24.7.T,n. & 28.6. Tt, n. victus de re *immobili* propter hanc adhuc releuatur *ſatisfactione* 23.9.G,not.p.306.*infamem* quando reddat temeraria 18.8. O,not.*inſinuatio* iudici à quo 28.6.Vu,& d.c Zz, not. iudici ad quem 28.7.K,& not.cuiuis hæc cuius *intereſt* 28.6..Q, & not.*introductio* 28.7. [quando de eâ *certiorandus* aduerſarius d.c. S, & not. *ipſe* etiam *appellatus* introducere maturè poteſt 28.7. poſt X,] *iudex à quo*, *& ad quem* quæ de his vid. mox perſonæ & hinc inde *inſtificatio* 28.8.C, & not. *iudicatum* ſolui qui præſtitit in primâ inſtantiâ, cuiſque fideiuſſor an & tenentur in hac 18. 14. I, & not. hac interpoſitâ poteſt exigi *iuramentum* [*calumniæ* ſpeciale 24. 21. C, not. & *deferri* iuramentum ita poſt ſententiam 24. 18. C, not. & peti quoque *ſuppletorium* 24.19.X, not. non valet à *ſententiâ* ex iureiur. *delato* 24.17.A,not.nec ex *relato* 24.11. E,not. valet autem à ſententia ex iuram. *ſuppletorio* 24. 19. Bb, & not. vti & à delatione eiuſdem d. Bb, not. item ſi iudex petenti non detulit d.c.X, not. item *à reiectâ exſecutione* iurare recuſantis24.23 E, & not à negatâ delatione *iuramenti in litem* 26.11. I, not. & à delatione eiuſdem aduerſario ibid.] à ſententia pro *libertate* 28.6.Ii, etſi reſtitutio in integr. ab eâ non ſit 21.12.B, not. *libelli* emendatio hìc fieri nequit 28.5. N,not.*libelli* appellatorij 28.6.Vu,& not.ad *maiorem* ſiat 28. 7.A,not.à *munere* publico 28.5.A,& not. an iuris *natura* 28. 6 A,not. *nullitatis* quæſtioni coniungi ſolet 27. 6. N, not. *nouæ* probationes vid. mox *officium* iudicis 28. 9. non quia appelli. non neceſſaria ſequitur quod ſententia *nulla* ſit ipſo iure 27.7.A,not.*pacto* adimi poteſt 28.6.N,& not.ad *pœnæ* ne fiat 28.7.A,not. *Perſonæ* [quæ appellare non poſſunt 28.6.H, & ſeqq.& not à quibus non poteſt appellari 28.6.S,& ſeqq. & not.ad quos à quibus appellandum 28.7.A,& ſeqq.] *plures* quando requiruntur condemnatis pluribus vel vno pluribus ſententijs 28.5.B, temeritatis *pœna* 28.9. L, M, &,not. vid. & ſupr. infamis *probationes* nouæ vt fieri poſſunt 28.8. D,& not. vid. & non Deducta &c. procuratoris 28.6.E, & not. [appellare hìc an *cogitur* & an etiam proſequi 18.16. C, & ſeqq. ac not, quibus caſibus *excuſatur* d. c. K, L, & not.quid ſi aduerſarius appellet 18.16.I,& not.per eum *cauſſa* appell. *reddi* poſſunt 28.8.F,per procur.defenſus *reſtituitur* ad appellandum 21.5.L,not.procur. *falſo* victo appellans eo ipſa geſta per illum *rata* habet 18.14.Dd,& not.] *proſequitio* 28. 8. toto [proſequi poteſt quoque appellatus ceſſante aduerſario 28.8.L, & not.] à *pronocatione* an diff.28.4. coram iudice appellationis an *veconuentio* 17.18.O, not. clauſula appell. *remota* 28 6.X,& not. [non tollit recuſationem ſuſpecti 17.25.E,not.] quando *ſatisfactione* releuet. vid. ſupr. immobil.vbi eadem huius ratio quæ *reſtitutionis* in integ.18.16. I,& not. [huic vbi non locus eſt,quando quæ datur reſtitutio 21.n.F,& contra 21.12.O, contra omiſſam appell. an reſtitutio ſine aliâ probatione læſionis 21.10.Cc,not.in *ſcriptis* quando fieri debet 28.6. Vu, & not. *ſententia* [hic vt dicenda 28. 9.& ſeqq. & not. delegare hoc qui poſſit 28.9.K, ſententia prior quando *infirmari* debet 28. 8.B, & 28.9.C, poteſt & ex *parte* infirmari 27.2. B,not.] ea per appell. *ſuſpenditur* 28. 4. B,& not. [quid ſi *plura* eiuſd. *capita* an tota cauſſa ſuſpenſa 28.9.B,not.] ſignum eſt *ſuperioritatis* 28.7.A. not. *temeraria* pœna vid.ſup.pœna *tempus* vid. Decendium item Fatalia ob *termini* angultiam vid. ſupr. Citat. *tertia* non recipitur 28.6. Qq.& not. *teſtes* hic de nouo examinari non oportet 25.17. H, [noui an recipiantur &c.28.8. D, not.] *variari* quando poſſit 28.6.B.not.*verbo vno* fieri poteſt 28.6.Tt,& not. *vna* an ſatis pluribus condemnatis &c.28.5.B,& not. *vſus* neceſſarius 28.8.A,not. vbi prior ſententia in *vſuras* condemnauit & hic confirmata,debentur quoque *vſuræ* temporis illius quo lis appelli. agitata, etſi de ijs nihil in poſteriore ſententia dictum 27.2. poſt N. Plura ſub alijs litteris ex. gr. regula non deducta deducam vid.deduct.conſortis friuola &c. vid.C,& F,gradatim fiat vid.Gr.à reiectione vid. Reiect. coram notario vid. Not.&c

Aquæ ductus ſi fons *exaruit*, & ita *ſeruitus* amiſſa, poſtea redijt aqua *reſtitutio* in integrum datur 21.5.Q,not.

Aquam equis ſpargere quid 18.7.A,not.pag.81.

